
MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMI XV. PARS I.

Vita Wynnebaldi

Cod. Monac. Lat. 1086. fol. 60.




ipse et in sua [illegible] uolitabat. Fratrem suum
[illegible] et alios sapientes atque prudentes
uiros quae sibi in familiaritate et inch
[illegible] confideri fuer. Illos ro
[illegible] ipse ut ad illum uenirent et consili
um darent. Cumque congregati fuer. et lo
quebantur ad inuicem. et ille indicauit occul
tas cordis sui cogitationes. ut secundum scrip
turam more duorum trium firmetur et
consilium. Tunc illi [illegible] causam infirmi
tatis opponentes sic dixer. quod illi me
lius uideretur fuisse propter infirmitate et in
becillitate corporis quae rexerant constrin
gebatur. ut ceptae incensionis habitac
ulum quae incipiebat et plebis lassi
tudinem sponte ingresse adquesi
erat siluae non relinqueret sed in habitacul
et adoptiuos natos quae ille per matre [illegible]

Vita Leobae.


Cod. Monac. Lat. 18897.

f. 32.



oris inlecebris. historiarum quae dabantur
contenta, nihil amplius requireret; Ora
bat assidue sciens scriptum in apostolo sine
intermissione fidelibus orandum esse;
Quando non legebat operabatur manibus
ea quae sibi iniuncta erant; Didicerat
enim quod qui non operabatur nec mandu
cet; Lectioni tamen atque auditioni sancta
rum scripturarum magis quam labori ma
nuum operam inpendit. Summopere stu
dens ne electa audita ex eius animo la
berent; sed praecepta domini custodiens
memoriam eorum in executione ope

f. 33.



rum semper habere consueuit. sicque ui
tam suam instruens ab uniuersis soror
ibus puro diligebatur affectu et ab omni
bus discens omnibusque oboediens proprias
singularum gratias imitando captabat;
Huius continentiam. illius iocunditatem
sectabatur. istius lenitate. illius patientiam
alterius autem mansuetudinem mirabatur
Hanc uigilantem. illam uero legentem stu
duit emulari; Caritati praecipue ope
ram dabat. sine qua reliquas uirtutes
nihil esse sciebat; VIII
His igitur et aliis huiusmodi uirtutum studiis

Mon. Germ. SS. XV. Tab. 1.

Lichtdruck v. A. Frisch, Berlin.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM
TOMI XV. PARS I.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXVII.

SCRIPTORUM TOMI DECIMI QUINTI PARTE I. CONTINENTUR:

		Pagg.
	Praefatio auctore W. Wattenbach	VII. VIII.

SUPPLEMENTA TOMORUM I—XII.

PARS III.

VITAE ALIAEQUE HISTORIAE MINORES.

I.	De unctione Pippini regis nota monachi S. Dionysii ed. G. Waitz	1
	Ex Hilduini abbatis libro de S. Dionysio	2. 3
II.	Ex Translationibus et Miraculis S. Germani ed. G. Waitz	4—16
	Ex Translatione S. Germani	5—9
	Ex Miraculorum S. Germani parte II.	9
	Ex Miraculis S. Germani in Normannorum adventu factis	10—16
III.	Vita et Miracula S. Pirminii ed. O. Holder-Egger	17—35
	Vita S. Pirminii auctore monacho Hornbacensi	21—31
	Miracula S. Pirminii Hornbacensia	31—35
IV.	Vita Wigberti abbatis Friteslariensis auctore Lupo ed. O. Holder-Egger	36—43
V.	Vitae Burchardi episcopi Wirziburgensis ed. O. Holder-Egger	44—62
	Vita Burchardi prior	47—50
	Ex Vita Burchardi auctore, ut traditur, Egilwardo	50—62
VI.	Vita Gregorii abbatis Traiectensis auctore Liudgero ed. O. Holder-Egger	63—79
VII.	Vitae Willibaldi et Wynnebaldi auctore sanctimoniali Heidenheimensi ed. O. Holder-Egger	80—117
	Vita Willibaldi episcopi Eichstetensis	86—106
	Vita Wynnebaldi abbatis Heidenheimensis	106—117
VIII.	Vita Leobae abbatissae Biscofesheimensis auct. Rudolfo Fuldensi ed. G. Waitz	118—131
IX.	Vita Lulli archiepiscopi Moguntini auct. Lamberto Hersfeldensi ed. O. Holder-Egger	132—148
	Ex Megenharti Fuldensis Sermone de S. Ferrucio	148—150
X.	Ermanrici Sermo de vita S. Sualonis dicti Soli ed. O. Holder-Egger	151—163
XI.	Fundatio monasterii Werthinensis ed. G. Waitz	164—167
	Appendix. Miraculum S. Liudgeri	167. 168
XII.	Ex Miraculis S. Genesii ed. G. Waitz	169—172
XIII.	Angilberti abbatis de ecclesia Centulensi libellus ed. G. Waitz	173—179
	Appendix. De obitu Angilberti	179
	Ex Vita Angilberti auctore, ut videtur, Anschero	180
	Catalogus abbatum Centulensium	181
XIV.	Vita Alcuini ed. W. Arndt	182—197
XV.	Vita Benedicti abbatis Anianensis et Indensis auctore Ardone ed. G. Waitz	198—220
	Ex Vita Willelmi Gellonensis	211—213
XVI.	Vita Eigilis abbatis Fuldensis auctore Candido ed. G. Waitz	221—233
XVII.	Translatio S. Huberti auctore Iona episcopo Aurelianensi ed. L. de Heinemann	234—237
XVIII.	Translatio et Miracula SS. Marcellini et Petri auctore Einhardo ed. G. Waitz	238—264
XIX.	Ex Miraculis S. Quintini ed. O. Holder-Egger	265—270
	Ex Sermone in tumulatione SS. Quintini, Victorici, Cassiani	271—273
XX.	Agobardi archiepiscopi Lugdunensis libri duo pro filiis et contra Iudith uxorem Ludovici Pii ed. G. Waitz	274—279
XXI.	Ex Miraculis S. Martialis ed. O. Holder-Egger	280—283
	Ex Translatione S. Baltechildis ed. O. Holder-Egger	284. 285
XXII.	Translatio SS. Alexandri et Iustini ed. W. Wattenbach	286—288
XXIII.	Vita et Translatio S. Severi auctore Liutolfo ed. L. de Heinemann	289—293
XXIV.	Translatio et Miracula S. Adelphii episcopi Mettensis ed. L. de Heinemann	294—296
XXV.	Ex Miraculis S. Filiberti auctore Ermentario ed. O. Holder-Egger	297—303
XXVI.	Gesta Aldrici episcopi Cenomannensis ed. G. Waitz	304—327

XXVII. Miracula sanctorum in ecclesias Fuldenses translatorum auct. Rudolfo ed. G. Waitz . . . 328—341
XXVIII. Passio Friderici episcopi Traiectensis auctore Odberto ed. O. Holder-Egger . . . 342—356
Appendix. Ex Vita Odulfi presbyteri . . . 356—358
XXIX. Ex Vita Reginswindis ed. O. Holder-Egger . . . 359. 360
XXX. Miracula S. Goaris auctore Wandalberto ed. O. Holder-Egger . . . 361—373
Ex Translatione SS. Chrysanti et Dariae . . . 374—376
XXXI. Ex Translatione S. Sebastiani auctore Odilone ed. O. Holder-Egger . . . 377—391
Appendix. Translatio SS. Tiburtii, Marcellini et Petri ad S. Medardum 391—395
XXXII. Monumenta Vedastina minora ed. O. Holder-Egger . . . 396—405
Ex Miraculorum S. Vedasti libro I. auctore Haimino . . . 397. 398
Ex Miraculorum S. Vedasti libro II. auctore Ulmaro aliisque . . . 399—402
Sermo de relatione b. Vedasti a Bellovaco ad proprium locum . . . 402—404
Ex Apparitione S. Vedasti auctore Huberto . . . 404. 405
XXXIII. Ex Miraculis S. Wandregisili ed. O. Holder-Egger . . . 406—409
XXXIV. Translatio S. Hermetis ed. G. Waitz . . . 410
XXXV. Ex Vita S. Mainulfi auctore Sigewardo ed. O. Holder-Egger . . . 411—417
XXXVI. Translatio S. Calixti Cisonium ed. O. Holder-Egger . . . 418—422
XXXVII. Vita Folquini episcopi Morinensis auctore Folquino abbate Laubiensi ed. O. Holder-Egger . . . 423—430
XXXVIII. Ex Miraculis S. Remacli Stabulensibus ed. O. Holder-Egger . . . 431—443
Ex Miraculorum S. Remacli libro I. et additamentis . . . 433—438
Ex Miraculorum S. Remacli libro II. et additamentis . . . 438—443
XXXIX. Vita S. Meginrati ed. O. Holder-Egger . . . 444—448
XL. Ex Translatione et Miraculis S. Reginae ed. O. Holder-Egger . . . 449—451
XLI. De Radberto Paschasio abbate Corbeiensi ed. O. Holder-Egger . . . 452—454
XLII. Ex Gestis Conwoionis abbatis Rotonensis ed. L. de Heinemann . . . 455—459
Ex altera Vita Conwoionis abbatis . . . 459. 460
XLIII. Ex Miraculis S. Mauri sive Restauratione monasterii Glannafoliensis auctore Odone ed. O. Holder-Egger . . . 461—472
XLIV. Translationes S. Ianuarii et S. Fortunatae in Augiam ed. O. Holder-Egger . 472. 473
XLV. Ex Miraculis S. Benedicti auctore Adrevaldo Floriacensi ed. O. Holder-Egger 474—497
Additamentum auctore Adelerio . . . 498—500
Appendix. Catalogus abbatum Floriacensium . . . 500. 501
Ex Adventu corporis S. Benedicti in agrum Floriacensem . . . 480—482
XLVI. Vita Findani ed. O. Holder-Egger . . . 502—506
XLVII. Monumenta Bertiniana minora ed. O. Holder-Egger . . . 507—534
Libellus miraculorum S. Bertini . . . 509—516
Miraculorum Continuatio I. . . . 516—518
Miraculorum Continuatio II. . . . 518—520
Miraculorum Continuatio III. . . . 520. 521
Miraculorum Continuatio IV. auctoribus diversis . . . 521. 522
Ex Eremboldi libello de miraculo S. Bertini . . . 522—524
Relatio de inventione et elevatione S. Bertini auctore Bovone abbate . 524—534
XLVIII. Ex Miraculis S. Waldburgis Monheimensibus auctore Wolfhardo Haserensi ed. O. Holder-Egger . . . 535—555
XLIX. Vita Meingoldi comitis ed. O. Holder-Egger . . . 556—563
L. Ex Miraculis et Translatione S. Bertae ed. L. de Heinemann . . . 564—566
Translatio S. Iusti auctore Liuthardo praeposito Malmundariensi . . . 566. 567
LI. Vita Radbodi episcopi Traiectensis ed. O. Holder-Egger . . . 568—571^{c}
Appendix. Ex Translatione SS. Benigni et Agnetis . . . 571^{c}. 571^{d}
LII. Passio S. Ludmillae ed. O. Holder-Egger . . . 572—574
Addenda et emendanda . . . 574^{a}. 574^{b}
Tabula I. ad p. 82.

Eorum quae toto tomo XV. continentur index cum parte altera edetur.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII KAL. FEBR MDCCCXIX

Scriptorum tomus XV. supplementorum, quae tomis I—XII. addenda erant, partem tertiam complectitur, historias videlicet minores, Vitas, Miracula, Fundationes similisque generis monumenta, quae in tantam molem excreverunt, ut contra morem hunc tomum, supplementorum ultimum, in duas partes dividi oportuerit. Quarum pars prior aevi Carolingici, quod uberrimam messem huic spicilegio praebuit, altera post paucos menses edenda temporis regum Saxonicorum et Salicorum monumenta continent. Priorem partem cum iam in publicum emittimus, non possumus, quin mortem inopinatam et praematuram Georgii Waitz, viri de hoc opere, cui per quinquaginta fere annos cum summo labore, maxima industria, acerrimo ingenio administer adiutor rector adfuit, longe optime meriti, tristi animo lugeamus. Qui etiam huius tomi ordinem rationemque instituit, multos libellorum quos continet

ipse recensuit, iam moribundus in eo promovendo curam adhibuit; quo vivente ac dirigente iam tota haec prior pars necnon alterius plagulae viginti iam typis impressae erant.

Inter permulta monumenta hoc tomo collecta, non tam gesta regum quam singularum provinciarum ecclesiarumve historiam seu mores institutaque medii aevi illustrantia, pauca quidem quae hucusque inedita latebant praebemus, inter quae Brunonis Vita quinque fratrum a V. Cl. R. Kade reperta et in altera parte huius tomi edita praestat, haud paucos vero libellos, qui hucusque manci, retractati, immutati typis impressi erant, nunc primo integritati suae restitutos exhibemus, ut Angilberti libellum de ecclesia Centulensi, Vitam Lulli, Vitam Radbodi. Reliquorum partem maximam ope permultorum codicum emendavimus et correximus; permulti enim admodum mendose olim editi habebantur. In qua re inter alios praesertim VV. Cl. E. Ouverleaux et A. Molinier codicibus Bruxellensibus et Parisiensibus collatis egregie nos adiuverunt. Nonnulla vero monumenta, quorum codices manuscripti aut perierunt aut adhiberi commode non poterant, ex editis recudi oportuit, quae ut vel editionibus inter se collatis vel ex coniectura emendaremus studuimus. Quam copiam libellorum diversis huc usque et obscuris locis latitantium nunc hoc uno tomo comprehensam, etiamsi nonnulli minoris momenti inter eos habeantur, lectoribus gratam acceptamque fore speramus.

Dabam Berolini Id. Feb. 1887.

W. WATTENBACH.

DE UNCTIONE PIPPINI REGIS NOTA MONACHI SANCTI DIONYSII.

Notam hanc codici Miraculorum a Gregorio Turonensi conscriptorum in monasterio Sancti Dionysii additam, s. t. Clausulae a Mabillonio, De re diplom. p. 384, *primum editam, pretiosissimum historiae Pippinianae monumentum recte dictam, initio huius voluminis, quo minora rerum inde a Pippini tempore gestarum monumenta colligere propositum est, exhibere iuvat, ex codice* **Bruxellensi** *nr.* 7666—71, *f.* 96'. 97, *qui illam manu saec. X. exaratam servavit, nuper iterum a socio nostro B. Krusch descriptam et SS. R. Merovingicarum I, p.* 465, *editam. Quam Hilduinum abbatem Sancti Dionysii in libello mox sequente exscripsisse et longius propagasse, iam satis constat.* *G. W.*

SI NOSSE VIS, LECTOR, quibus hic libellus temporibus videatur esse conscriptus[a] vel ad sacrorum martirum preciosam editum laudem, invenies[b] anno ab[c] incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo septimo, temporibus felicissimi atque tranquillissimi[d] (767.) et catholici Pippini regis Francorum et patricii Romanorum, filii beatae memoriae quondam Caroli principis, anno felicissimi regni eius in Dei[e] nomine sexto decimo, indictione quinta, et filiorum eius eorundemque regum Francorum Caroli et Carlomanni, qui per manus sanctae recordationis viri beatissimi domni Stephani papae una cum predicto patre domno viro gloriosisimo[f] Pippino rege sacro chrismate in reges Dei providentia et sanctorum apostolorum Petri et Pauli intercessionibus consecrati sunt, anno tertio decimo. Nam ipse praedictus domnus florentissimus[g] Pippinus rex pius per auctoritatem et imperium sanctae recordationis domni Zachariae papae et unctionem sancti chrismatis per manus beatorum sacerdotum Galliarum et electionem omnium Franchorum tribus annis antea in regni solio sublimatus est. Postea per manus eiusdemque[h] Stephani pontificis die[i] uno in beatorum (754.) praedictorum martirum Dionisii, Rustici et Eleutherii aecclesia, ubi et venerabilis vir Folradus archipresbiter et abbas esse cognoscitur, in regem et patricium[k] una cum predictis filiis Carolo et Carlomanno in nomine sanctae Trinitatis unctus et benedictus est. In ipsa namque beatorum martyrum aecclesia uno eodemque die nobilissimam atque devotissimam et sanctis martiribus devotissime adhaerentem Berteradam, iam dicti florentissimi regis coniugem, praedictus venerabilis[l] pontifex regalibus indutam cicladibus[m] gratia septiformis Spiritus benedixit simulque Francorum principes benedictione[n] sancti Spiritus gratia confirmavit et tali[o] omnes interdictu et excommunicationis lege constrinxit, ut numquam de alterius lumbis regem in aevo presumant eligere, sed ex ipsorum, quos et divina pietas exaltare dignata est et sanctorum apostolorum intercessionibus per manus vicarii ipsorum beatissimi pontificis confirmare et consecrare disposuit. Haec ideo caritati vestrae breviter in novissima paginula libelli inseruimus huius, ut per succedentium temporum et vulgi relatione propago in aevo valeat cognoscere posterorum.

a) conscri *in litura pr. m. c.* b) s *in litura c.* c) ab::|inc., *ras.* in *c.* d) tranquillissi::|mi, *ras.* mi *c.* e) i *in litura pr. m. c.* f) *ita c.* g) florentis *in litura pr. m. c.* h) eius quemque St. *c.* i) de *c.* k) ci *in litura pr. m. c.* l) is *in litura pr. m. c.* m) iccladibus *c.* n) edictione *in litura pr. m. c.* o) tali:, *ras.* et *c.*

EX HILDUINI ABBATIS LIBRO DE SANCTO DIONYSIO.

Ludovicus Pius in regni solium a. 835. *restitutus ab Hilduino abbate Sancti Dionysii petiit, ut acta sancti illius colligeret et iis revelationem ostensam beato papae Stephano in ecclesia eiusdem sanctissimi Dionysii, sicut ab eo dictata sit, et gesta eidem subnexa adderet. Quod ita executus est, ut in calce Actorum epistolam ipsius papae fingeret*[1] *eique brevem adderet de altaris consecratione narrationem, cui ex nota supra edita verbis mutatis inseruit quae de unctione Pippini memoriae tradita erant. Ex Hilduino Regino hausit, cuius chronico in hac re enarranda posteriores scriptores quam plures usi sunt*[2]. *Opusculum saepius editum*[3] *ex codicibus sistimus*

1) *Sancti Audomari nr.* 342 *bis*, *membr. saec. IX, cui ultimae lineae desunt;*

2) *Monacensi nr.* 4608 *(Benedictoburano nr.* 408*), membr. saec. X, f.* 85′—87.

Utrumque librum socius noster Dr. Holder-Egger excussit. *G. W.*

INCIPIT REVELATIO QUAE OSTENSA EST SANCTO PAPAE STEPHANO, ET MEMORIA DE CONSECRATIONE ALTARIS SANCTORUM PETRI ET PAULI, QUOD EST SITUM ANTE SEPULCHRUM SANCTISSIMI DYONISII SOCIORUMQUE EIUS. QUAE REVELATIO ET CONSECRATIO ACTA EST QUINTA KAL. AUG.[a]

Stephanus episcopus, servus servorum Dei. Sicut nemo se debet iactare de suis meritis, sic non debet opera Dei, quae in illo per suos[b] *sanctos fiunt sine suis meritis, silentiare, sed praedicare, quia sic angelus admonet Tobiam.* (Tob 12, 7.) *Unde ego*[c] *pro oppressione sanctae aecclesiae a rege atrocissimo et blasphemo et nec dicendo*[4] *Haistulfo ad optimum et sancti Petri fidelem domnum Pippinum christianissimum regem in Franciam veni, ubi egrotavi usque ad mortem, et mansi aliquot tempus apud pagum Parisiacum, in venerabili monasterio sancti martyris Christi Dyonisii. Quo cum iam me medici desperarent, fui sicut*[d] *in oratione in aecclesia eiusdem beati martiris subtus campanas, et vidi ante altare bonum pastorem domnum*[e] *Petrum et magistrum*[f] *gentium domnum Paulum, et nota mente illos recognovi de illorum surcariis, et ter beatum domnum Dyonisium ad dexteram domni Petri, subtilem et longiorem, pulchra facie, capillis candidis, colobio indutum candidissima*[g] *purpura clavato*[h], *pallio toto purpureo, auro interstellato; et sermocinabantur inter se laetantes. Dixitque bonus pastor domnus Petrus: 'Hic frater noster postulat sanitatem'. Et dixit beatus domnus Paulus: 'Modo sanabitur'. Et appropinquans, misit manum suam ad pectus domni Dyonisii amicabiliter respexitque ad domnum Petrum. Et dixit domnus Petrus ad domnum Dyonisium hilariter: 'Tuae*[i] *gratiae est sanitas eius'. Et statim beatus Dyonisius, turribulum incensi et palmam in manu tenens, cum presbytero et diacono, qui in parte stabant, venit ad me et dixit mihi: 'Pax tecum, frater! Noli timere; non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris. Surge sanus, et hoc altare in honore Dei et apostolorum eius Petri et Pauli, quos vides, dedica, missas gratiarum agens'. Erat enim ibi inaestimabilis claritas et suavitas. Moxque sanus factus, volebam implere quod mihi iussum*[k] *fuerat; et dicebant qui ibi aderant, quod dementabam. Quapropter retuli ex ordine illis et regi suisque optimatibus quae videram et quomodo*[l] *sanus fuerim. Et implevi quae iussa sunt mihi omnia. Benedictus Deus!*

a) Incipit epistola Stephani pape 2. b) servos *add., sed del.* 2. c) ergo *corr.* ego 1. d) sic 2. e) P. d. *corr.* d. P. 2. f) maistrum 2. g) candidissimo 2. h) clavato *corr.* clavatum 1; clavato *post corr.* clavata 2. i) Tua gratia 2. k) p̄ceptum erat 2. *ed.* l) quo *superscr.* 1, *e corr.* 2.

1) Ita recte Ewald, in nova Reg. pont. Rom. editione nr. 2316, cum Jaffé eam inter genuinas retulisset. Quod iam Ludovicus imperator eam a papa dictatam dicit, non magni facio, cum procul dubio ipse Hilduinus etiam hanc epistolam conceperit. 2) Minus recte hi pro Reginone laudantur l. l. 3) V. Reg. l. l. Priorem tantum partem edidit Surius V, p. 658. 4) Ita Lib. pontif. V. Stephani.

[Dedicatio altaris[a].]

Gesta[b] sunt autem[c] haec in beato Stephano papa divina clementia, adiuvantibus sanctis apostolis Petro et Paulo, per beatissimum martyrem Dyonisium hoc anno, qui est ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi septingentesimus quinquagesimus quartus, 5. Kal. Augusti. Quo Christi roboratus virtute, inter celebrationem consecrationis praefati altaris et oblationem sacratissimi sacrificii unxit in reges Francorum florentissimum regem Pippinum et duos filios eius Karolum et Karlomannum[d]. Sed et Bertradam[e], coniugem ipsius incliti regis Pippini, indutam cicladibus regiis, gratia septiformis Spiritus sancti in Dei nomine consignavit, atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate beati Petri sibi a domino Deo Ihesu Christo tradita obligavit et obtestatus est, ut numquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula ipsi vel quique ex eorum progenie orti regem super se presumant aliquo modo constituere nisi de eorum[f] propagine, quos et divina providentia ad sanctissimam apostolicam sedem tuendam eligere et per eum, videlicet vicarium sancti Petri, immo domini nostri Ihesu Christi, in potestatem[g] regiam dignata est sublimare et unctione sacratissima consecrare[h]. Hunc autem locum sacratissimum[i] privilegiis magnae auctoritatis sublimavit et super altare, quod consecravit, pallium apostolicae dignitatis pro benedictione sancti Petri reliquit, et claves ob venerationem praerogativae eius, qui in ligandi ac[k] solvendi pontificio claves regni caelorum a domino Ihesu Christo accepit, hic in memoria et honore atque reverentia principis[l] apostolorum dimisit. Ut, quia eius ceterorumque[m] apostolorum simul et[n] sancti ac preciosissimi Dyonisii merita sunt iuncta in caelis, eorum memoriae pariter venerarentur in terris. Isdem namque sanctus pontifex reliquias sanctissimi Dyonisii Romam detulit et memoriam[o] in honore ipsius aedificare in proprio suo coepit, quod frater eius Paulus, illo morte praevento, quoniam ipsi in[c] pontificatu successerat, nobiliter consummavit, et convecta ibidem plurima sanctorum martirum corpora consecravit[p] seu, veluti a fratre et praedecessore suo iussus fuerat, famulatores Domini natione Grecos inibi constituit et idem monasterium Ad sanctos[q] martyres in Scola Grecorum appellari fecit, ad honorem et memoriam preciosissimi Dyonisii sociorumque eius. Quorum cultus et veneratio redundat ad laudem et gloriam domini nostri Ihesu Christi, cui[r] cum Patre in unitate[s] Spiritus sancti debetur honor et adoratio per inmortalia secula seculorum. Amen[t].

754.

a) *ita* 2. b) *littera initialis* G *deest* 1. c) *deest* 1. d) Karolom. 2. e) Berhtr. 2. f) deorum *corr.* de eorum 1. 2. g) potestate 2. h) consecra::re, *duabus vel tribus litteris erasis* 1. i) sacratissimam *corr.* sacratissimum 1. k) et 2. *ed.* l) *post superscr.* 2. m) que *post superscr.* 2. n) *ead. manu superscr.* 2. o) monasterium 2. p) altare *add.*, *sed del.* 2. q) sancto *post corr.* sanctos 2. r) *post corr.* qui 1. s) *hic desinit* 1. t) 2 *addit:* Explicit liber de passione sancti Dionysii sociorumque eius.

E TRANSLATIONIBUS ET MIRACULIS SANCTI GERMANI.

Primam corporis sancti Germani Parisiacensis episcopi translationem ex sacello sancti Symphoriani in basilicam sanctae Crucis et sancti Vincentii ipsi cohaerentem[1]*, ut Mabillonii verba retineam, in litteras retulit anonymus quidam monachus coenobii Sancti Germani de Pratis, ut vocant; eiusque facti narrationem ex ipsius Karoli Magni, qui puer septennis isti celebritati interfuerat, ore se accepisse contendit. Quod ab ipso fictum esse*[2]*, mihi persuadere non possum, cum ipso Karolo et multis qui praesentes fuerant viventibus tam temerariam fabulam vix etiam monachus adinvenire ausus esset. Scripsit quidem quinquaginta fere annis post, Karolo imperatore; sed quae ipsi ex saeculi ingenio relata erant reddidisse, etsi ampliasse et exornasse, putandus est, miraculis additis postea factis, quae* coram positi, *inquit,* ipsi vidimus. *Quibus eum fidem adhibuisse, non est cur miremur, cum Einhardum aliosque summi ingenii viros non aliter sensisse constet.*

Codices exstant quam plurimi, quorum praecipui hi sunt, quorum fide librum postea interpolatum et ita hucusque editum integritati restituimus.

1) Parisiensis nr. 12599 *(olim S. Germani* 507*), membr. saec. X, in ipso monasterio eleganter exaratus, de quo v. 'Archiv' XI, p.* 256. *Post vitam a Fortunato scriptam sequuntur translatio et miracula ab anonymo et Aimoino litteris tradita. Recentior manus non pauca mutavit.*

1[a]*) Parisiensis nr.* 3801, *membr. saec. XII, procul dubio ex* 1 *descriptus, cuius etiam lectiones secundae manus recepit.*

2) Vaticanus reginae Christinae nr. 581 *(olim ita inscriptus: 'Iste liber est beati Dyon.'), similiter magna diligentia saec. IX, nisi fallor, exaratus, ita ut aetate etiam* 1 *superare videatur, quocum plerumque ad verbum convenit. Neque recentiora miracula in* 1 *post addita hic exstant.*

3) Parisiensis, 'Nouv. acquisitions' nr. 2164, *membr. saec. X. (v. Delisle, 'Mélanges' p.* 497*), f.* 39, *nonnisi initium translationis continet, cum* 2 *semper fere conveniens.*

4) Parisiensis nr. 5365, *saec. XII (olim S. Martialis Lemovicensis), qui primam libri formam servavit, paucis tantum mutatis; cf. 'Arch.' l. l. p.* 258.

Alii vero codices[3] *('Arch.' l. l. p.* 259 *sqq.) contextum praebent interpolatum et mutatum, qualem ediderunt Surius VII (a.* 1581*), p.* 594*; Mabillon, Acta III,* 2*, p.* 94*; Henschenius, Acta SS. Maii VI, p.* 788.

1) Acta III, 2, p. 92.

2) Wattenbach, 'GQ.' I, p. 121 n. Oelsner, 'Jahrb.' p. 501, ipsi quidem assentit, sed de auctoris consilio satius iudicat. Eius fidem acriter defendit Hahn, 'Sur le lieu de naissance de Charlemagne' p. 79 sqq. Quod Oelsner libri titulum a Surio additum putat, codicibus refutatur, quos iam a. 1858. recensui.

3) Codicem saec. IX. in monasterio Farfensi vidit Bethmann, 'Arch.' XII, p. 492.

In codice 1 manu saec. XI. f. 85. addita sunt miracula, saec. IX, ut videtur, acta et litteris conscripta, quae ediderunt Mabillon p. 102; Henschenius, Acta SS. p. 793. Ex quibus pauca cum codice a V. Cl. A. Molinier collata recipienda duxi.

5 *Anno vero 846, Normannis Franciam vastantibus, ad tempus sancti Germani corpus translatum est, sed paullo post in monasterium reductum. Cuius rei accuratam et fide dignam narrationem conscripsit anonymus coaevus, quam diu tenebris obrutam nuper ex codice* Namucensi *ediderunt Bollandiani, Acta Boll. II, p. 70. Cum non pauca contineat quae ad historiam saeculi IX. illu-* 10 *strandam faciunt, ea hic repetenda duximus, scribendi ratione ad codicis fidem a Rev. P. I. de Backer soc. Ies. benivole in usus nostros restituta. — Eodem tempore etiam aliam eiusdem rei historiam conscriptam esse, testatur Aimoinus, qui iussu Gozlini abbatis etiamtum saec. IX. exeunte hos libellos coniunxit et narrationem 'florentioris stili venustate' polivit. Ex quo libro* 15 *(Mabillon p. 104; Acta SS. p. 799) pauca in annotationibus addidisse sufficiat, quae ostendant, auctorem, uno loco excepto, nihil aliud fecisse quam hanc narrationem abbreviasse et interpolasse.* *G. W.*

INCIPIT TRANSLATIO CORPORIS SANCTI GERMANI EPISCOPI ET CONFESSORIS [PARISIACAE[a] URBIS].

20 (1) Operae praetium reor nequaquam silentio praeterire, qualiter idem[b] beatissimus Germanus venerabilem sui corporis transpositionem praeeuntibus voluit signis ostendere. Etenim cum ducentis circiter vel eo amplius annis in porticu ecclesiae beati Vincentii martyris sanctum eius corpus iacuisset humatum, anno vicesimo tertio quo Carolus, Pippini[c] senioris filius, regni Francorum tenebat monarchiam, venerabilis vir Lantfredus praefati 25 Sancti Vincentii monasterii pater, divini Spiritus incitamento succensus, qualiter tanto patrono deberet augeri veneratio, tacita coepit mente tractare, atque ut eius felicia membra ob frequentiam populi infra ipsius aulam ecclesiae transferri potuissent, devoto non distitit[d] corde rimari. Sed quoniam piis semper conatibus inpedimenta mundi se obiciunt, praedictus abbas a supra scripto principe legationis causa in Aquitaniam mittitur[1]. Interea Carolus 30 moritur. Isdem vero abbas ab Aquitaniae patricio[2] quasi explorator tribus semis annis invitus tenetur. Tandem substituto in regnum Pippino iuniore[e] reddita pace, Lantfredus absolvitur. (742?) Qui reversus, annis fere duodecim in restaurationem monasterii, quod eo absente dissipatum fuerat, occupatur.

(2) Sed licet his et multis aliis occupationibus praepeditus, nihilominus tamen, ne devo- 35 tionis pristinae oblitus existeret, recentibus et ammirandis beati Germani coepit miraculis ammoneri. Siquidem anno sequenti[3], (755?) ex quo apostolicae sedis Stephanus pontifex ingressus Gallias, excellentissimi Pippini, quem idem unxit in regem, expetivit auxilium, cuidam feminae huiuscemodi ostensa est visio. Putabat enim se quasi causa orationis noctis tempore ad ecclesiam beati perrexisse Vincentii. Ubi dum veniens ecclesiae ianuas clausas in- 40 venisset, ante fores eiusdem orationi prostrata, audisse psallentium multitudinem infra ecclesiam omnem humanae iocunditatis cantilenam modulationis suavitate superantem. Cumque tanti miraculi auditu adtonita, quid hoc esset, cuperet agnoscere, subito cuiusdam praeclari aspectus pueri ministerio[f] conspicit ecclesiae sibi ianuas aperiri tantique splendoris luce eandem repleri, quae etiam diei vinceret claritatem. Quam cum ingressa fuisset, prae- 45 cedente se puero, respicit in partem sinistram, e regione sepulchri beati confessoris Ger-

a) *haec des.* 1. 1ª. b) *erasum* 1; *deest* 1ª. c) Pipini 2, *semper.* d) *corr.* destitit 2. e) iuniori 1. f) monasterio *corr.* ministerio 1.

1) Mabillon p. 94. hoc in a. 740. ponit; Hahn, 'Jahrbücher' p. 23 n., ipsum a. 738. missum, a. 742. ab- 50 solutum esse, censet. 2) 'ab Unoldo ipsius Aquitaniae patricio', ait interpolator. MAB. 3) Num a. 754. an 755. translatio facta sit, dubitatur; v. Abel, 'Jahrbücher Karls' p. 15; Oelsner, 'Pippin' p. 503, qui 755. defendit. Ann. S. Germani, SS. III, p. 167, male Pippini coronationem a. 750. tribuunt, et ex hoc loco 'anno sequenti' translationem factam esse dicunt.

mani; et ecce multitudo virorum angelicis vestibus indutorum, inter quos etiam praefulgidi aspectus conspicit virum, nivea senectutem canitie praeferentem. Cui quasi recognito ait: 'Sanctissime domine Germane, multum iam temporis est, quo haec quae video servus tuus Lantfredus fieri desiderabat'. Et ille: 'Scio', inquit. 'Nam hodie viginti anni sunt, ex quo ego illi, ut hinc me transferre deberet, ostendi. Tu autem vade et dic ei, quoniam voluntatis eius devotio mihi omnimodo placet; at vero exsequendi operis tarditas valde per omnia displicet. Si vero me hinc tandem transferre deliberat, retro beati Stephani altare me ponat'. Quam visionem mulier dum abbati et fratribus retulisset, duobus indiciis veram fuisse probarunt, sive quia numerum annorum sola abbatis, inscia muliere, devotionis retinebat memoria, seu quia etiam omni tunc congregationi, quod in altari sanctae Crucis beati Stephani reliquiae fuerint, adhuc manebat incognitum, nisi eas postmodum sagax inquisitio prodidisset.

(3) Tunc saepe dictus abbas gloriosissimum regem Pippinum adiit et tam ea quae sibi praecedenti tempore ab ipso sancto Germano fuerant ostensa quam illa quae etiam nuperrime ipsi feminae fuerant revelata sagaci studuit narratione suggerere[a]. Audiens haec gloriosissimus et Dei cultor rex Pippinus, gaudio gavisus est magno. Convocatisque universi[b] regni sui praesulibus, eis mysterium sibi relatum[c] innotuit; qualiterque tantum negotium perficere possit, sollerti ab eis indagine perquisivit. Quorum consilio corroboratus, qualiter illud expleverit, licet ipse non viderim, tamen multis qui haec viderunt narrantibus agnovi. Ex quibus omnibus unum in hoc opere auctorem excellentissimum ponere placuit, domnum videlicet Carolum gloriosissimum imperatorem; qui tunc puer septennis[1] operi pii genitoris interfuit, et ea quae ibi vidit admiranda memoria diligenter retinebat et admiranda facundia fatebatur. Cuius verbis maiorem fidem adhibui, quam si ea quae dicebantur ipse corporalibus oculis vidissem. Aiebat namque, ut verbis ipsius eloquar, ad omnem circumstantium multitudinem, stans ante altare sanctae Crucis et sancti Stephani: 'Videtis, o populi, dignum decorem huius ecclesiae? Reminiscor certe illius temporis, quo nihil horum ornamentorum auri et argenti, excepto hac cruce, hic fabricatum erat. Domnus namque Germanus tunc in illa cripta quiescebat. Et parum quiddam, quod ibi modo habetur, pro magno conputabatur. At ubi ipso sancto demonstrante genitori meo placuit, ut hunc in hac orientali parte huius basilicae tumulari condigne satageret, libet mihi narrare vobis, vidisse me ibi tria miracula, qualia postea nec vidi nec anteriori tempore[d] de aliquo sanctorum facta relegi'.

(4) 'Adveniente[e] namque bonae memoriae genitore meo una cum proceribus regni sui, adest optata dies[2], aperitur terra, levatur cum omni facultate ipsum sanctum corpus cum suo sepulchro diligenter clauso. Atque pariete ecclesiae perforato, intra aulam huius occidentali in parte, cunctis exultantibus, deponitur. Ibique reliquum diei et sequentis noctis officium digne celebrantes, crastinum praestolati sunt diem. Nec mora, adest primum mane divae memoriae genitor meus, ego quoque germanusque meus, pedissequi ipsius, cunctique proceres ipsius regni, cupientes coeptum opus ad finem honestum usque perducere. Vectes autem praeparati sunt longissimi, quibus superpositum deberet sanctum corpus a multis efferri, non propter ponderis gravedinem, quod iam experti erant a paucis posse portari, sed propter religiosum obsequium, quod gaudebat se unusquisque vel aliis portantibus vectes contingere posse. Cum [omni[f]] autem religione accedens ipse genitor meus et primates electi ab ipso, adprehenderunt sepulchrum, volentes perficere opus inchoatum. Sed ita multorum manibus levare nitentium perstitit inmotum, acsi radicitus terris teneretur adfixum'.

'Et cum ab his diu diversis machinis labor fuisset sine effectu expensus, coepit ipse genitor meus omnesque optimates illius contristari sequemet ipsos vehementer reprehendere, quare eum de loco, quem sibi vivens ad pausandum elegerat, in quo tot annorum curriculis iacuerat, levare praesumpserint. Vocanturque episcopi, et interrogati dixerunt: "Scit, ó gloriosissime rex, serenitas vestra, beatissimum Germanum episcopum esse; ideo-

a) suggere *corr.* suggerere 1. b) universis 1a. c) revelatum 3. 4. d) *sequentia des.* 3, *aliquot foliis excisis.* e) A. n. b. *e corr.* 1, *ubi tamen eadem prima manu scripta fuisse videntur.* f) *deest* 1. 1a.

1) De hoc loco cf. Hahn l. l., qui a. 747. ab Annalibus Petavianis (SS. I, p. 11) indicatum contra eos defendit, qui a. 742. Karolum natum dicunt.

2) Nempe 8. Kal. Augustas, ut constat tum ex Usuardi martyrologio, tum ex libro primo miraculorum cap. 17. MAB.

que rectum nobis videtur, et hoc ipsum sanctum delectari putamus, ut ab episcopis sanctum eius corpus transferatur". Omnibus autem hoc consilium conlaudantibus et multa prece hoc ab eis fieri deposcentibus, remotis ceteris, accedunt episcopi conanturque a terra levare eum. Sed nihilominus ipsos vectes adprehendentes, aliquandiu frustra laborantes, inpossi-
5 bilitatem suam omnibus patefecerunt, sepulchro inmoto manente. Cunctis autem inpossibilitatem ipsum levandi expertis, rursum consuluntur episcopi, dixeruntque: "Certum est nobis, o piissime rex, beatum Germanum se hinc ad designatum locum transferri velle. Tamen, quia nec celsitudo vestra nec humilitas nostra illud perficere potuit, opinamur, quod ipse sanctus servientes sibi in hoc monasterio fratres de baiulatione sui corporis hono-
10 rare velit, quo eis[a] semper certius et amabilius in sanctitate ipsi servire delectet". Adsensi sunt omnes; iussique accesserunt ipsi monachi ad sancti tumulum, volentes eum a terra levare. Sed nulla arte id facere valentes, diu multumque inaniter laborantes, fatigati inpossibilitatem suam et opere et voce fatentes, cesserunt'.

'Piissimo autem genitore meo flente, cunctisque optimatibus ipsius vehementer contri- (5)
15 statis, extitit quidam qui diceret: "Si dignetur clementissimus dominus noster rex audire verbum ex ore tantilli servi sui, causas huius inpossibilitatis puto me veraciter narraturum. Est in hoc pago Parisiaco villa vestra vocabulo Palatiolum[1], et in circuitu ipsius sunt villulae istius monasterii constitutae. Ipsi autem fiscalini vestri ob fortitudinem celsitudinis vestrae valde sunt insolentes et temerarii et multa mala contra hunc locum perpetrant, videlicet
20 homines et pecora caedendo et occidendo, vineas et messes, prata et silvas devastando atque in aliis modis familiam huius ecclesiae persequendo et adfligendo. Ideoque spero, quod hanc a larga munificentia vestra hic beatissimus his inpossibilitatibus exposcat antistes[1]". Quo audito, piae recordationis genitor meus stupore attonitus magno, ait: "Vere iusta est in hac parte nostra tribulatio; et pia extat beatissimi Germani circa nos ammonitio; quia,
25 dum nos valde fuimus intenti hoc opus otius consummare, non avaritia nobis, sed oblivio hunc merorem, quem perpessi sumus, noscitur induxisse".

'Et ponens wadium[b] suum super sanctum tumulum: "Accipe", inquit, "o beatissime Germane, villam nostram Palatiolum cum omnibus appendiciis suis, tibi familiaeque tuae actenus inimicam, amodo autem et deinceps perpetualiter profuturam[c]; tantum ut sacri
30 corporis tui portitor dignus existam". Simulque cum hac voce mittentes[d] tam ipse quam optimates ab ipso electi manus ad feretrum, tanta eum celeritate ac facilitate levaverunt, acsi nihil in se ponderis haberet. Viso autem tanto miraculo, tam episcopi quam reliqui clerici quam magna poterant voce *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*, praecedentes sanctum feretrum, iubilare coeperunt. Sed quis digne referre quaeat[e] laetitiam atque alacri-
35 tatem totius populi, quomodo unusquisque gaudendo certabat humeros sancto feretro supponere? Multi autem, quibus haec facultas minime dabatur, magnum sibi lucrum ducebant vel extremam partem vectium manu contingere posse. Alii vero, quibus et hoc minime suppeditabat, vel vestes portantium se contingere posse gaudebant'.

'Ventum[f] erat ad fossam in orientali parte huius ecclesiae, quae praeparata tantum (6)
40 onus expectabat suscipere. Et ecce altera[g] nascitur difficultas. Nam vectes, super quos sanctum delatum fuerat corpus, ob longitudinem sui et brevitatem criptae ipsum sarcofagum fossae coaptari prohibebant. Iuvat ergo paulolum sistere, donec, quid facti opus sit, plenius possit videri. Consenserunt omnes, ut vectes a superiori parte inciderentur, quatenus ipse sarcofagus fossae coaptari possit. Sed his obstitit genitor meus, dicens: "Vereor,
45 ne, dum secundum vestram sententiam vectes reciduntur, sanctum sepulchrum his superpositum in aliquo, quod absit, laedatur. Tutius ergo consilium exinde quaerere oportet". Et illo haec dicente, nullo hominum tangente, sed cunctis in verba regis suspensis, repente motus est sarcofagus de vectibus illis et celeri lapsu, cunctis stupentibus et prae timore ora tenentibus, depositus in fossam sibi praeparatam. In ipsa autem motione tantus odor
50 mirae et inexpertae suavitatis de ipso sepulchro evaporavit totamque hanc ecclesiam replevit, ut omnes inibi consistentes quasi in extasi a dulcedine illa conversi, per dimidiam fere horam nec aliquid sibi conloqui nec se invicem respicere possint. Tum demum quasi de

a) eos 1. b) ::uadium 1; uadium 1[a]; gladium 4. c) profu::::turam 1. d) mittens 2. e) *ita* 1. f) V. e. *e corr.* 1, *sed eadem prima manu scripserat.* g) alia 2

55 1) Palaiseau; cf. Irminonis Polypt. ed. Guérard II, p. 6.

sopore evigilantes, ut data est copia[a] fandi, intra se mutua coeperunt allocutione ammirando conquirere, quid sibi actum esset. Respicientesque ad fossam, ipsum sepulchrum, quod minutatim[b] fractum esse timebant, vident sanum et integrum tam ordinate et decenter conpositum, ut nulli esset dubium, hoc ministerio angelorum fuisse peractum. Cunctis vero stupentibus, ego, utpote pueriliter ludens, casu ipsam fossam insilii, ubi mox primum dentem de ore meo mutavi'.

(7) Hactenus[c] digesta serenissimo caesare domno Carolo narrante conperimus; nunc ad sequentia conpetenti disputatione vertatur articulus.

Siquidem eodem ipso anno quo sacrum ipsius venerabilis pontificis corpus[d] ordine supra memorato fuit translatum, quidam iuvenis Italicae regionis adeo fuerat membrorum officio destitutus, ut ei calcanea[e] natibus quasi clavis inhaererent adfixa; manus quoque retro mamillas hinc inde costis quasi quodam glutino necterentur; oculis vero et auribus ipsique linguae annis circiter tribus propria negarentur officia. Qui a piis parentibus dum pro recuperanda sanitate per multorum sanctorum circumcirca veheretur ecclesias, nec quicquam pristinae a quoquam mereretur recipere sanitatis, aliquando tandem in somnis ammonetur, ut Galliam veniens beatum Germanum Parisiorum antistitem sanandus inquireret. Qui certus de visione, adiutorio fidelium inpositus sitartio, comitante sibi puero, equo vehente Parisius pervenit, atque in monasterio beati Petri apostoli hospitio receptus, causam sui adventus clericis eiusdem monasterii exposuit. . . . . . . Factumque est, ut, surgentibus clericis et iuxta morem diei dominici matutinorum officia consummantibus, is qui vespere aeger manibus venerat delatus alienis, mane facto propriis iam sanus incederet vestigiis. Et ita in eo est plenitudo restaurata salutis, ut uno eodemque tempore et oculi visum et (8) aures auditum et lingua locutionem et manus eiusdem operandi pristinum recepissent officium. Nec multo post veniens praecellentissimus rex Pippinus atque tanti miraculi novitate gavisus, oratione peracta, eundem, qui fuerat redditus sanitati, suis exorat optutibus praesentari. Quem cum diutius fuisset intuitus, coepit sciscitari ab eo, quid faciendi vel quo commorandi voluntatem haberet. Is vero recuperatoris sui inmemor et pristinae mendicitatis amator, postulat sibi a rege auxilium tribui, quatenus illuc unde venerat potuisset reverti. At vero piissimus rex ei statim clementi animo duo argentea vasa pariterque equum dari praecipiens, praesago spiritu infit: 'Ego quidem voluntati tuae libentissime faveo; te autem hinc discedere velle, videtur mihi nec debere[f] nec perficere posse'. Quam eius sententiam Divinitatis spiritu prolatam sequentis mox signi adtestatio declaravit. Nam, interpositis non multis diebus, sicut perversa mente conceperat, comitatus duobus monachis, usque ad quandam possessionem praefati monasterii, cui Acmantum[1] vocabulum est, pertinaci obstinatione devenit. Ubi eadem nocte utrisque monachis qui eum deducebant, ne eum amplius ducere praesumerent, indissimilis apparuit visio. Quam cum facto mane eidem retulissent, et ipse in sua obstinatione persisteret, sequenti nocte intolerabilium dolorum vexatione percussus est. Qui obstinata mente dum in sua deliberatione perduraret et totiens correptus a perverso itinere pedem retrahere nollet, ne vias possit tenere nequitiae, recidiva est orbitate caecatus. . . . . . .

(11) His breviter praelibatis, plurimisque a reverentissimis viris auditu cognitis praetermissis, ad ea quae coram positi ipsi vidimus vertamus articulum. In pago Hasbanio, villa Leudico, Witbaldus quidam nomine corepiscopus fuit, ita gravi paralysi percussus, ut a renibus et deorsum tota membra pedetenus mortua pendere vivo viderentur in reliquo corpore. Qui semivivus taliter degens curriculum annorum bis octo in corpore, aliorum manibus in quodam artificioso sedili ex corio propriorum explebat pedum officium. Itaque, sicut diximus, aliorum manibus devectus, cupiens proprii corporis recuperare salutem, multorum circumibat loca sanctorum. Tandemque aliquando pervenit ad sepulchrum sanctissimi confessoris Germani. Ubi per triduum eum reliquorum manibus laborioso artificio vidimus deportari. Expletaque ibi temporali devotione, similiter gratia orationis sepulchrum adiit beatissimi confessoris Martini. Ubi expleta devotione orandi, iter arripuit ad propria revertendi. Qui cum aliorum, sicut supra taxatum est, manibus super equum conponeretur, sensit guttam sanguinis cum quodam calore a renibus pedetenus per unam descendere coxam. Quod statim gaudio repletus sodalibus suis enarrare curavit. Sed in ipsa debilitate perseverans spemque diu prolongatae salutis quodammodo degustans, ad sepulchrum beati confessoris repedavit Germani. Factum est autem, adpropinquante eo monasterium saepedicti antistitis, imminente iam hora vespertina — erat enim sabbatum —, ut diceret puero regenti equum suum: 'Accelera velociter, ne moram feceris, ut vespertina sinaxi ad monasterium beatissimi Germani pervenire queamus. In hac subito voce vox signi monasterii vespertino officio invitantis auribus eius insonuit. Et in ipso sonitu largissima unda sanguinis a renibus eius profluens, per coxas et tibias ad pedes usque descendit, cum tanta scilicet velocitate, ut statim pedes eius tanto ante tempore immobiles ex artificiosis sedilibus, quibus collocati tenebantur, summa velocitate exilirent. Unde ipso episcopo celsa voce Deo gratias repetente, socii omnes in ammirationem conversi, monasterium usque[g] gratulabundi perveniunt. Quod cum fuisset ingressus, qui aliorum manibus ante horam equo superpositus collocatusque fuerat, pristino recuperato vigore, basibusque membrorum mirifice firmatis, proprio adnisu de equo descendens, super proprios laetabundus pedes stetit. More itaque solito occurrentibus sibi fratribus, omnes allocutus est, dicens: 'Viri fratres, gratias agamus omnipotenti Deo, quia per merita beati Germani, opitulante gratia divina, modo facio, quod me facturum iam nullus in orbe credebat. Nam qui per sedecim annos

a) co::pia 1. b) tatim *e corr.* 1. c) Hactenus — sequentia *e corr.* 1, *ubi tamen eadem ante scripta erant.* d) o. c. 2. e) calcane 2. f) *e corr.* 2. g) *post add.* 2.

1) Emans, ter mille passibus a Monasteriolo (Montereau).

semivivus alienis sum manibus vectus, nunc propriis me[a] laetor vadere plantis[1]. Ut autem ventum est ad sepulchrum supradicti pontificis, quis narrare queat, quanti in gratiarum actionibus tam ab ipso episcopo quamque a sodalibus ipsius imbres effusi sunt lacrimarum; sub omnique mira celeritate in integram[b] restitutus sanitatem, remeans ad patriam, omne reliquum vitae spatium in eadem quam acce-
5 perat sanitate duravit. . . . . . .

. . . . . . Tunc quidam pauperculus, cui tota facultas unus asellus erat, quem de civitate in civi- (11) tatem onustum ducens, quicquid in una vile[c] emebat, carius vendere satagebat in altera. . . . Ad- (12) propinquante autem die sacratissimae depositionis beati pontificis, contigit, ut idem mercator de urbe Aurilianense tam cum suo asello quam cum ipso adolescente sale onustis Parisius adveniret. Ubi nego-
10 tiatione peracta, dum ad propria remearet, ipse divino quodam instinctu, magistro relicto, basilicam beati confessoris Germani expetiit. . . . . . .

EX MIRACULORUM PARTE II.

. . . Vir quidam ex nostris nobilis et potens genere nomine Adevertus, cum esset aliquando in Saxonia, (16) contigit, ut illic solus quoddam sibique ignotum vadum pertransire deberet. Sed ut ventum erat iam
15 utcumque ad alterius partem alvei, ecce tres illi subito Saxones obvii adsunt parati, quatinus illum prius etiam, quam ad litus exiret, perimerent. Quem simul impellentes astis, etsi illi vitam, lorica, immo protegente Christo, minime tulerunt, eum tamen ipso agili pulsu ad eiusdem fluminis fundum paene usque depresserunt. Erat enim aqua et terminus ripae ibi profundior. Unde in hac ipsa propulsione, undis adhuc coopertus, beatissimum sibi adesse Germanum invocans, non solum surrexit, sed, quod est mira-
20 bilius, pariter cum suo equo et armis universis ita ab ipsius aquae altitudine festinato producitur, ut, quando vel quomodo exoptatum tenuerit solum, fere nescius idem stupuerit animo; solum advertit, divina se clementia huius beati viri meritis fuisse sublatum. Referebat etiam, ita se eodem in loco adversus eos qui se convenerant decertasse, quatinus sic numquam nisi caelesti eiusdemque sancti auxilio adiutus potuerit. . . . . . .

Manualdus vero quidam comes dum in eiusdem beati villam quae nunc usque Kalaus nuncupatur (18)
25 intrasset, coeperunt hanc sui vastare comites incolasque ipsius gravibus atque inhumanis tormentis afficere. Ad quem cum venissent iniusta se pati clamantes et, quoad eos mitius ageret, supplices exorantes, non solum audire noluit, sed eos indignans respuit, peiora hinc illis futura promittens. Qui cum eiecti sicque comminati ab eo exissent, verterunt se statim, ut est pauperum usus, ad Dei sanctique Germani implorandum auxilium; quorum nec fides votis fraudatur. Porro, a quo torquebantur, idem Manualdus ita
30 totus paralysi displosus efficitur, quatinus illi sermo atque pedum mox omnis negaretur incessus. Unde illum causa recuperandi, quam non meruit, incolumitatem ad eiusdem sancti sacra limina post nequiquam deportatum conspeximus. Nihil igitur sanitatis vel iniuriarum remedii usque adeo recepit, donec in modico assumtus vita deficeret.

Simili nempe modo Rumaldus Madriacensis[2] comes in villa quae dicitur Siccavallis[3] percussus (19)
35 obisse dinoscitur. Hic autem cum quibusdam sancti hominibus perperam vim inferre minime timuisset atque in se reclamantibus aurem pietatis inflectere nollet, ultio eum divina mox praeterire nequivit. Itaque dum ad audiendam missam procedere vellet — siquidem ea die venerabilis eiusdem instabat pontificis sollempnitas — ilico caelesti attactus flagello, veluti succisis cruribus concidit atque eodem in loco moriens expiravit. . . . . . .

Deinde Emminus Aquitaniorum quidam nobilium, cum eodem in regno ipsius viri Dei fiscum voca- (20)
40 bulo Vernoilum[4] temere invasisset, vidit eundem quadam nocte ad se ita dicentem: 'Quid ergo has turres usurpare voluisti'? . . . . . .

Eandem denique villam Georgius et ipse comes olim cum depraedari coepisset, quidam plebium (21) adeuntes aecclesiam, mox signa sonare coeperunt — siquidem eiusdem sancti digna illic a populis habebatur veneratio —; quos ille amens, utpote superatus ira, corripiens, flagris percuti fecit. Sed ut Domini sanctorum-
45 que eius pietas, quam semper se digne invocantibus presto sit, evidenti demonstraretur inditio, caelestis hunc protinus vindicta subsequitur. Enimvero ex ea iam quam ibidem exercuerat ingurgitatus rapina, dum ad secessi locum urgente quidem causa vix pervenisset, statim, ut erat — quod absque dubio claret fatendum — fide et gratia Dei inanis, more Arrii cuncta viscerum mole effusa, ventre vacuus resedit, habuitque merito iuditium sine misericordia, qui aliis, dum potuit, misereri noluit.

50 In Corboilo[5] quodam vico Parisiacensi hoc notum ac terribile constitit miraculum; nam et eandem (22) villam quondam beati fuisse Germani, adhuc rarus qui nesciat. Ubi aliqui ex colonis ibidem degentis familiae, severi cuiusdam super se iudicis crudelitate vexati, ad aecclesiam illic eiusdem sancti honori dicatam tali coacti pressura confugiunt, ibique vulgo expoliatum verberantes altare, ita gementes crebrius ac ipsa repetita voce clamabant: 'Quare, o domine Germane, sic nostri tuorum oblitus es famulorum?
55 Surge, precamur, et libera nos'! Quibus vocibus excitata confestim, quae nescit somnum, sancta et pervigil pietas, statim re vera iudex ille quo residebat ita insanire coepit, quatinus nulli dubium esset, quin maligno ageretur ab hoste. . . . . . .

a) *superscr.* 2. b) integra r. sanitate 2. c) *corr.* villa 2.

1) Nota versum. 2) Vulgo 'pays de Madrie', amnibus Sequana, Audurca Valleque Coloris terminatur. Guérard, Irminon II, p. 31. 3) Saint-Germain-de-Secqueval, sexto milliario a Mantula (Maule-le-Buat ad amnem Maldram); Guérard II, p. 215. 4) Verneuil. 5) Corbeil-le-vieil, supra Luteciam Parisiorum ad Sequanam, cuius loci ecclesia etiamnunc sancto Germano sacra est. MAB.

EX MIRACULIS IN NORMANNORUM ADVENTU FACTIS.

1. Plura quidem et stupenda miraculorum signa dignaque relatu omnipotens Deus per beatum Germanum, venerabilem Parisyacae urbis antistitem, preteritis ac nostris dignatus est patrare temporibus, quae[a] ob inertiam atque incuriam sunt scriptorum omissa pressaque silentio, et quae audientibus ac legentibus, si scriberentur, ad suarum salutem plurimum prodesse poterant animarum. Nunc autem ea quae noviter cunctarum rerum Redemptor per eundem sanctissimum virum Germanum est operari dignatus, auxiliante Domino et meritis eiusdem precipui confessoris Christi iuvantibus, iubente Ebroino, divina largiente gratia antistite rectoreque huius monasterii pio, conamur scribere, et quae non solum iam in christianorum, verum etiam in paganorum et maxime Normannorum vulgata sunt populo, licet incompto atque inerudito, tamen veraci sermone conscriptionis stilo placuit tradere et tam presentibus quam futuris populis quae veraciter gesta sunt relegenda relinquere.

845. 2. Igitur anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 845[1], regis autem precellentissimi Karoli sexto, cum regnum Francorum post obitum Ludowici imperatoris varias divisum esset in partes, et cum peccata populi crescerent ac multiplicarentur in terra, et sanguis sanguinem tangeret, clamorque pauperum ac viduarum orphanorumque atque pupillorum, qui iniuste et absque misericordia ab iniquis seu perversis hominibus seque potentioribus, sive qui eos defendere debebant, opprimebantur, ad caelos usque conscenderet et ad aures nostri Conditoris atque Redemptoris veniret, qui per prophetam suum loquitur, dicens: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei;* (Zach. 2, 8.) universusque religiosorum ordo iam penitus in aecclesia confunderetur atque a bonitatis et sanctitatis studio permutaretur, regum videlicet, episcoporum, monachorum, canonicorum seu laicorum, omnesque prope a iustitiae via equitatisque tramite exorbitarent et per abrupta[b] carnalium desideriorum precipites et absque iugo Christi incederent, innumeraque peccatorum genera, si dici fas est, christiano redundarent in populo, cum opera christianitatis pietatisque deessent, paucique ex tanta populi multitudine adforent, qui ad pium ac misericordem Deum, neminem volentem perire, saltem post perpetrata tot tantaque reverti cuperent mala atque, ut dignum erat, ex reatus sui peccamine veram agere penitudinem, Deo permittente flagitiisque exigentibus actum est nostris, ut exterae nationes e propriis egrederentur sedibus suamque, qua nati et educati fuerant, relinquerent patriam, videlicet gens Danorum[2], id est copiosus exercitus Normannorum, superbo tumentique corde cum valido navium apparatu christianorum fines contingerent atque intrarent; quod retroactis temporibus, quando misericors Deus illius precepta servante suo fuit cum populo, nequaquam factum audivimus, sed neque relegimus. Cognovimus etiam Israheliticum populum propter peccata sua crebrius afflictum atque in Babyloniam vel Egyptum, longissimas a suis finibus regiones, ductum in manusque inimicorum suorum sepius traditum, sed tamen a pio ac clementissimo Deo ad ipsum in tribulatione clamantem non omnimodis derelictum. Nos autem quoniam Deum offensum habuimus et eius iura atque precepta servare contempsimus, excitavit idem veluti pius pater quorundam corda gentilium, supradictorum scilicet Normannorum, ut nos pro innumerabili delictorum nostrorum pondere ad correptionem atque emendationem nostram affligerent, et non ad perpetuam, si ad illum toto corde reverti volumus, condempnationem.

3. Illi autem e finibus suis cum magna egressi superbia, coeperunt predando per diversas insulas discurrere maris, quousque fluvium Sęquanae ingrederentur. Ubi non invento populo, ut antiquitus moris erat, qui eis bellando resisteret, deos suos invocantes atque laudantes, christianorum vero Deum blasphemantes, hinc inde e navibus exeuntes, multa innumeraque ob ingentia iniquitatum nostrarum facinora in populo christiano peregerunt mala, donec Rodomis[3] venirent diuque optato fruerentur portu. Ibique similiter non reperto exercitu, qui contra eos bella committeret, haud modice laetati sunt. Tunc cum magna laetitia et exultatione cordis ipsam civitatem cęperunt et fecerunt in ea quaecumque voluerunt. Sed quia hoc permissu Dei ita factum est, nostris debemus imputare peccatis. Quod omnino agi nequisset, nisi coram Deo graviter offensi fuissemus. Omnes enim prin-

a) que *c., et ita nonnumquam* e *pro* ae. b) arrupta *c.*

1) 846. Aimoinus minus recte; cf. Ann. Bertin., S. Germ. (SS. IV, p. 4) h. a. 2) *qui vulgo Nortmanni, id est septemtrionales homines appellantur* Aimoin. 3) *Rotomaco sorte incredibili applicarent* Aimoin.

cipes bellatorum[1], qui ipsam incolebant terram, — quod absque ingenti gemitu ac contritione cordis effari nequimus — magis se ad fugiendum quam resistendum, nimia perculsi formidine, preparabant. Nec mirum, si populus erga Deum peccans operaque christianitatis non servans ante suos fugere compulsus est hostes. Tandiu enim quis inimicis christiani valebit resistere nominis, quandiu caelorum Rex atque terrarum eius mentis ac corporis inhabitator extiterit. Ipse nanque in quodam sacri euangelii loco ait: *Sine me nihil potestis facere.* Sed quoniam eius monita servare contempsit, ante suos hostes stare non potuit. 845. Ioh. 15, 5.

4. Predicti etiam Normanni diu in eadem civitate morantes, christianum populum ad bellandum pigrum atque inertem fore putantes, e propriis navibus exierunt, et longe lateque diffusi, nemine resistente, coeperunt utriusque sexus populum captivare ac trucidare, monasteria devastare, aecclesias seu villas, quas attingere poterant, depopulari sive concremare, pecora depredari et cum omni crudelitate in populo quondam Dei debachari suamque in eum ob enormitatem peccatorum exercere libidinem. Cumque cernerent, quoniam pugnando nullus eis resisteret, sumpta audacia, immensaque inflati superbia, per alveum Sequanae — quod post creationem mundi nec legimus nec audivimus fore patratum —, plurimas strages, ut supra dictum est, ex Dei populo circunquaque faciendo, Parisyus pedetentim propinquare coeperunt.

5. Nos vero, cum iam certi essemus, missis nostris sepius nuntiantibus, quod nostras devenirent in partes, nullumque preter Deum ac beatissimum Germanum seu ceterorum sanctorum patrocinia, qui nos nostrumque defenderet monasterium, haberemus, presertim cum precellentissimus rex Karolus non adesset, Ebroinus vero, antistes egregius piusque huius monasterii pastor, in Aquitaniam ob impetrandam pacem, pro qua semper certare non cessat, directus esset, coepimus cum ingenti suspirio intra nos cogitare, quidnam agere debuissemus. Consilium vero ab episcopo, ad cuius diocesim pertinemus, et a reliquis bonis hominibus vicinis nostris, qui in eadem positi erant angustia, querentes, dederunt nobis bonum, sicuti postea comperimus, valdeque salubre, ut, quemadmodum ipsi ex sanctorum corporibus, quae penes se habebant, et ex apparatu aecclesiarum Dei agerent, ita et nos ageremus, videlicet ut domni Germani confessoris Christi venerabile corpus effodissemus et omnem aecclesiae apparatum ex ipsa, non ad proprios usus — quod absit —, sed ad salvandum abstulissemus; quod ita et fecimus. Nam quae lingua effari valet quive facundus exprimere sermo, qualis tunc vel quantus in eadem aecclesia extitit luctus quantaque lamentatio, quando venerabile sepulchrum super beatissima almi Germani ossa ex auro gemmisque atque argento mirabiliter fabricatum destrui videbatur, altaria dissipari reliquusque ornatus ex ipsa aecclesia ad auferendum manibus contrectari. Flebant nempe senes et iuvenes, flebant pueri et infantes, omnisque monachorum chorus sese a lacrimis temperare non poterant. Cunque metus Normannorum ingens fratres ipsius invaderet monasterii, putantes se ab ipsis subito atque inprovise, ut rumor erat populi, occupandos, professi sunt omnes a minimo usque ad senem, se magis velle corporaliter mori quam sanctissima ossa piosque cineres egregii confessoris Christi Germani ibi deserendo relinquere et ab impia Normannorum gente deferri.

6. Tunc auxilio omnipotentis Dei meritisque beatissimi Germani confortati atque roborati, coeperunt viriliter humum quae super sanctum sepulchrum eius posita erat effodere, quatinus cito ad sanctissimi viri corpus pervenire valuissent. Factum est, Deo miserante opimisque meritis presulis Christi suffragantibus, ut cum omni celeritate ad ipsum sacratissimum veniretur sepulchrum. Illud autem cum magno metu ac tremore aperientes atque tractantes, viderunt cuncti fratres huius monasterii qui illic aderant beatissimum atque sanctissimum corpus in eodem iacere sepulchro, quod, postquam ibi positum fuit, nullus hominum vidit neque unquam videre putavit. O quisnam talia cernens, licet lapideum pectus ferreaque viscera gerens, sese tunc in effusionem non erumperet lacrimarum? Postquam autem illic ab ingenti gemitu ac ploratione cessatum est, accessit custos eiusdem aecclesiae ad venerabile sepulchrum alterque frater ipsius monasterii, merito, ut creditur, sanctitatis ornatus, posueruntque beata menbra cum omni diligentia et timore in sindone munda ac pallio involuta atque in scrinio condita, miseruntque ea cum laudibus et hymnis super altare beati Stephani prothomartyris, fratribus eiusdem monasterii instar coronae altare cingentibus et tota mentis intentione laudes Christo domino decantantibus. . . . . . .

1) *regionis principes* Aim.

845. 7. . . . Tota autem die illa[a] ac nocte thesaurus aecclesiae in navibus ponitur, in quas die crastina quidam fratres ipsius monasterii ingredientes, quidam vero ad venerabile corpus summi pontificis Germani servandum atque custodiendum in monasterio remanentes, timore magno ac terrore concussi, a facie Normannorum per alveum Sequanae tristes ac merentes fugere coeperunt.

8. Venerabile nanque corpus beati presulis Christi Germani, quod in monasterio dimissum est, postea propriis humeris monachorum cum honore et reverentia ad ipsius sancti villam quae dicitur Cumbis[1] delatum est; necnon et caetera sanctorum corpora, qui in hac regione multo iacuerant tempore, e propriis effossa sepulchris, propter metum supradictorum Normannorum alias sunt deportata, preter corpus beatissimi martyris Dyonisii ceterorumque sanctorum, qui in eodem monasterio condigno quiescunt honore. Quae licet ex propriis essent effossa sepulchris, tamen preceptione ac iussione domni Karoli gloriosissimi regis ad alium inde non sunt permissa deportari locum[2]. Heu! quanta lamentatio monachorum, quantus clericorum atque laicorum luctus, quanta mulierum ac virginum, quanta senum vel infantum tunc extitit deploratio, nullus effari valet, videntes sanctorum corpora, quorum meritis semper defensi erant et auxilio, a suis egredi finibus et ad alia asportari loca. . . . . . .

12. De bello Normannorum et Francorum.

Revertamur nunc, opitulante Domino, ad ordinem narrationis, a quo signa et miracula beati Germani narrantes paulul um discesseramus. Supradicti igitur Normanni ita agendo ut memoratum est et ab intentione prava quam mente conceperant non cessando, ad Karoli-Vennam[3] usque perveniunt. Contra quos precellentissimus rex Karolus adveniens, iussit, ut omnis exercitus regni sui ad bellandum eductus illuc conflueret. Multus quidem et innumerabilis populus venit, sed non totus, ut iusserat, affuit[4]. Tunc precepit, ut una pars populi adversum eam partem, in qua monasterium Dionisii incliti martyris situm erat, ad dimicandum secum remaneret, et altera pars, quae residua erat, ad alteram dimicandi gratia pergeret. Sed non omnes quibus iussum fuerat abierunt, non plenam, ut putamus seu credimus, circa eum fidem servantes. Cunque hinc inde quasi ad pugnandum infinitus staret exercitus, ipsi impiissimi ac crudelissimi Normanni, blasphematores Dei, ad obprobrium et derisionem regis principumque eius seu omnium christianorum illic adstantium centum et 11[5] captivos coram eorum oculis suspenderunt. Et quosdam per domos et plateas trucidaverunt, quosdam arboribus suspenderunt, nullo ex tanta multitudine resistente. Quadam nanque die ad eam ripam fluminis navigium declinantes, qua Karolus precellentissimus rex non erat, quidam eorum e navibus exeuntes, contra copiosum exercitum[6], sed non omnem ad pugnandum voluntarium, ire coeperunt. Videns enim hoc christianus populus, galeatus ac loricatus, scutorum ac lancearum munimine tectus, alii per iuga montium, alii per concava vallium, quidam per planitiem camporum, quidam vero per opaca silvarum ante nudos ac pene inermes atque paucissimos homines — quod sine ingenti effusione lacrimarum dicere nequimus —, Domino eum pro peccatis suis deserente, in fugam versus est. Karolus nanque nobilissimus rex cernens quod gestum erat, qui pro defensione sanctae Dei aecclesiae mori paratus erat, tristis et merens ac delicata pectora tundens recessit.

13. De incendio ab ecclesia sancti Germani meritis eius repulso.

His ita gestis, cellam fratrum, quae contra prefatam Vennam posita erat, cum valido impetu intraverunt. Sed illud miraculum, quod ibi per merita sancti Germani Deus

a) ille *c.*

1) Combres; cf. Irminon II, p. 131. 2) Aimoinus ita: *quae licet a suis fuerint abstracta sepulcris, propter tamen regis praesentiam non sunt tunc ad alia loca transire compulsa. Statuerat quippe rex, populo videlicet a se labente, ut vel iam dicti sancti martyris monasterium defenderet, eo quod divae memoriae genitor illius eum, cum esset parvulus, eidem sancto speciali traditione commendasset.* Sancti Germani translationem post Parisios captos narrat. 3) Chalevanne. 4) *Karolus, quia propter subitaneum eorum adscensum ex toto non poterat, convocata aliqua sui exercitus parte, venit primum ad monasterium macharii Dionysii* Aim. 5) *plus minus undecim captivos* Aim. 6) Aimoinus narrationem ita mutavit: *Cuius* (regis) *adversarii cognoscentes adventum, diverterunt ad alteram praedicti fluminis ripam, ubi quaedam parva tantum pars populi erat; quibus confestim in fugam versis, insula quadam eiusdem fluvii . . . undecim captivos sudibus suspenderunt.*

est dignatus patrare, optimum fore putavimus, si narretur. Nam in eandem cellam cum 845
magna ingredientes superbia ignemque aeccleslae sancti Petri principis apostolorum almique Germani terque quaterque supponere nitentes, cum deficerent easque incendere non valerent, ipsas aecclesias claustraque eiusdem cellulae dimittentes, horreum quod ibi fuerat[a]
5 cremaverunt. Ex quo tantus est flammarum globus egressus, ut quasdam arbores, quae ultra iam dictam cellulam erant, incenderet; easque aecclesias meritis sancti Petri atque beati Germani pontificis isdem ignis non ausus contingere, intactas ut erant per omnia dereliquit. Cunque ventus australis validissime flaret totumque fere incendium super prefatam cellam proiceret, ilico ventus septentrionalis fortiter flando surrexit et omne incendium in alteram
10 partem reflexit. Mirabilis Deus, qui tale ac tantum per famulum suum Germanum egit miraculum!

14. De paganis in aecclesia sancti Germani pereuntibus.

Ipsi quoque increduli atque superbissimi Normannorum populi sese victores superioresque fore conspicientes, suaque virtute ac potentia arbitrantes subito christianorum
15 obtinere regnum, cursu preproperο sabbato sancto paschalis solemnitatis Parisyus venerunt, Mart. 28. et ipsa quidem nocte siluerunt. Mane autem facto, cum iam sol lucifluos emitteret radios Mart. 29. et propria totum illustraret lampade mundum, e navibus cum magno impetu proruperunt civitatemque Parisyus ob metum eorum vacuam et absque habitatoribus repertam cęperunt, monasterium almi Germani intraverunt atque Dei fanum ręliquumque apparatum aecclesiae
20 qui ibi remanserat, in quantum pro peccatis a Deo permissum est nostris, profanis ac pollutis manibus destruere coeperunt. Sed illa mira et stupenda non debent reticeri miracula, quae tunc ibidem totius mundi Creator per merita Germani gloriosissimi pontificis ad laudem sui nominis est dignatus ostendere. Nam cum trabem[1] ipsius aecclesiae perfidus atque miserrimus incideret populus, tres viri ex eorum numero deorsum ruentes et ante
25 altare beati Stephani prothomartyris invalidi confractique iacentes atque incredulas ac Deo odibiles animas exalantes, perpetuas descenderunt ad umbras, ubi vermis eorum non Es. 66, 24. morietur et ignis non extinguetur. Quod miraculum ope atque intercessione almi Germani mirabiliter gestum, quoniam non interfuimus, ignorabamus. Postea autem a fidelibus missis Loduwici regis Bewariorum, quos ad regem Normannorum Horich nomine legationis causa
30 direxerat, et qui sibi ea quae diximus fideliter narraverunt, ita ut effamur actum esse, cognovimus. Ipsi enim ea quae Loduwico retulerunt, ne forte frivole atque mendose videantur esse conficta, ab ipsis audierunt qui tunc, quando haec gesta sunt, in ipsa aecclesia fuerunt.

15. De pagano in aecclesia sancti Germani divinitus castigato.

35 Illud autem summum et admirabile cunctisque stupendum, quod tunc temporis in eadem aecclesia factum est, miraculum, et quod postea per Cobbonem[2] illustrem ducem, hominem Ludowici Bewariorum regis, agnovimus, minime decet tegi silentio. Cunque Dei templum ab incredula sepe dictorum Normannorum, in quantum illis a Deo culpis exigentibus permissum est nostris, depopularetur gente, et per ipsam aecclesiam huc illucque
40 bachando plęni mala discurrerent voluntate, accidit, ut unus eorum nefandissimo et sceleratissimo ex numero ad pedes sancti confessoris Christi Germani magna inflatus superbia deveniret, strictum gladium polluta gestans in manu, et columnam marmoream, quae ibidem orantibus ad dexteram stabat, tredecies toto adnisu corporis percussisset, ita continuo ipsius manus dextera meritis domni Germani, cuius columnam incidit, arefacta est et extensa, ut
45 post illum diem usque ad infelicem ex hac vita discessum semper immobilis et arida permaneret. Manubrium autem ferri, unde iam dictam columnam crebrius cum tumore mentis ac corporis percussit, ita manui eius adhesit, ut nemo umquam ex ipsa aliquo ingenio aut arte nisi cum cute et carne avellere potuisset. Licet enim beatus Germanus absens iam corpore foret, tamen spiritu presens aderat ipsumque Dei templum protegebat, quo per
50 multa annorum curricula iacuerat, et haud penitus derelictum habebat. Quis enim nunc illum in eodem loco quo corpore requiescit dubitet esse presentem, quando ipsum nec corpore absens, virtutes in eo plurimas faciendo, oblivisci poterat? . . . . . .

a) fuera c.

1) *trabes ecclesiae . . . quia erant abiegnae et idcirco habiles navigio* Aim. 2) De quo v. Dümmler,
55 'Ostfr. Reich' I, p. 142 etc.

845. 17. Nobis autem haec virtus, postquam facta fuit, per quadriennium et eo amplius mansit incognita. Et quis nostrum eam scire poterat[a], presertim cum nullus e nobis, quando divinitus gesta fuit, presens esse potuit? Prefatus autem Cobbo[b], venerabilis dux virque christianissimus, caelesti tactus amore, causa orationis ac liberationis animae suae perrexit per diversa sanctorum loca, cupiens Turonis adire civitatem ibique suffragia sancti ac beatissimi deposcere Martini. Cum autem coeptum perageret iter, accidit, ut ad nos usque nostrumque veniret monasterium. Qui tandiu ante sepulchrum venerandi pontificis Germani solo recubans iacuit, ut inde madefactus guttulis surgeret lacrimarum. Is cum magnae humilitatis reverentia seu cum gemitu ac lacrimis fratribus huius monasterii qui presentes aderant coepit referre, quanta et qualia Deus in perfido Normannorum populo dignatus fuisset per beatum Germanum ostentare miraculorum signa. Qui inter caetera retulit illis hoc miraculum, quod modo auribus vestris legitur, et qui ipsum hominem coram presentia Horich Normannorum regis adstare vidit, cuius manus meritis almi Germani immobilis et arida permanebat. Ex cuius ore et istud et alia[c] quae tunc temporis in ipsa aecclesia facta sunt miracula, licet sacrilego, tamen veraci relatione cognovit. Qui tandiu nimia vexatione corporis cruciatus est, donec miserrimam exalaret vitam, descendens plenus indignationis et irae, manibus daemoniorum subvectus, ad tartareas sedes Averni foetidumque lacum Cociti. 'Ducite me', inquit, 'ad sedes beatissimi presulis Germani, ubi illa magna est fenestra, ostendamque vobis in ipsa columna, quam nescio si umquam viderim, omnem rei veritatem, quam vobis referens narro' Qui confestim ad locum quo iusserat properantes, post completam orationem invenerunt in ipsa columna tredecim plagas incisionum, quas homo perfidus et absque iugo Christi incidens ausus est facere.

18. Tunc ipse Cobbo et omnes qui viderant admirati sunt sermonibusque eius veracissimis et absque aliqua fictione seu mendacio conpositis, gratias agentes [ei[d]] qui talia per beatum Germanum dignatus est agere, crediderunt. Permanentque ipsae plagae percussionum in eadem columna fidis et infidis, credulis incredulisque in testimonium usque in hodiernum diem. . . . . . .

19. Aliud quoque, quod tunc in eodem Dei templo factum est, operae pretium fore credimus, si narretur miraculum. Nam cum ipsum Dei fanum ab impiissima et crudelissima violaretur gente, tanta subito nebulae est densitate repletum, tantoque sunt divinitus violatores eiusdem aecclesiae terrore concussi, ut vix ostia vel fores, per quas intraverant, invenire valuissent. Sicque factum est, ut post illum diem in ipsam aecclesiam ingredi non auderent neque sanctissimum templum Deoque dicatum profanis atque pollutis contingere manibus. Sed illud cum metu ac tremore nimio relinquentes, ab eodem Dei templo flagellati atque percussi quantotius recesserunt. Quorum corda ab illo die et deinceps ita sunt meritis et intercessione domni Germani valido pervasa timore, et ita dissenteria vel variis morborum afflicti generibus, ut quidam eorum cotidie morerentur, nullusque ex tanta populi multitudine infinitoque exercitu sese putaret evadere posse.

20. Factumque est ibi grande miraculum. Nam cum cotidie plurima eorum pars moreretur atque deficeret, nullus christianorum quos penes se habebant moriebatur. Cunque huiusmodi caelitus essent percussi formidine et varia morborum peste corrupti, paucis diebus in iam dicta civitate vel in eodem monasterio almi Germani morantes, legationis causa missos suos ad regem nobilissimum dirigunt Karolum, ut eos cum pace et absque internecione sui ad propriam[1] unde venerant redire permitteret patriam. Nemo quippe mortalium huiusmodi timorem eorum cordibus inserere posset, quatinus a finibus christianorum tam cito discedere vellent, nisi merita almi Germani ceterorumque sanctorum adforent, pro quorum amore atque iniuria incredulorum corda tali ac tanto sunt concussa pavore. His ita gestis[2], Ragenarius dux incredulorum cunctique principes eius gloriosissimum regem, qui tunc in monasterio egregii martyris Dyonisii morabatur, adeunt Karolum, per deos suos et per ea in quibus maxime se protegi ac salvari putabant[3] testantes, ut, si eos inlesos abire permitteret, nequaquam ulterius fines ipsius regni[4] contingerent neque

a) poterit *c.* b) Obbo *h. l. c.* c) alias *c.* d) *deest c.*

1) *dato regni tributo* add. Aim. 2) *His ita placitis, rege quidem nolente, principibus tamen quibusdam, ut fatebatur, muneribus laesis* Aim. 3) *numina vel arma* add. Aim. 4) *nisi fortasse auxiliatores* add. Aim.

intrarent. Ipsisque a precellentissimo Karolo rege cum pace dimissis, pro evasione sui gaudentes[1] atque laetabundi itinere quo venerant redierunt.

21. Illis autem e finibus christianorum ita recedentibus, fratribus monasterii almi Germani continuo nuntiatur, qui tunc in fluvio Ionae[2] contra Acmantum[3], prefati monasterii villam, exules ac peregrini propriis exigentibus morabantur culpis, quod Normanni, quorum metu e suo egressi fuerant monasterio, a nobilissimo rege Karolo pace impetrata, suas unde digressi fuerant reverterentur ad sedes. Tunc iam dicti monasterii fratres gratias omnipotenti Deo retulerunt summique pontificis Germani merita laudaverunt, cuius ope suffragioque actum est, ut tam cito ad propria permitterentur repedare loca, et cuius talis ac tanta erga suos famulos extitit pietas, ut non esset passus diu eos a propriis exulari sedibus, videlicet anno uno aut duobus mensibus, sed ad monasterium unde eiecti fuerant cum pace omnique prosperitate ac thesauro salvo aecclesiae, quem secum habebant, intra breve temporis spatium fecisset reverti, quamquam non modica latrocinantium turba esset sepius conglobata, quae iam dictum aecclesiae beati Germani thesaurum et omnia quae secum habebant vellet auferre atque diripere; sed nutu Dei meritisque eiusdem sancti ita consilium eius fatuum inprudensque dissipatum est, ut quod pravo conceperat corde perficere penitus non valeret. Ingressi quoque monasterium, invenerunt illud ab incredula paganorum gente magna ex parte destructum. Sed Deo favente tanta ibidem reperta est copia vini — quod nullatenus credi poterat —, ut usque ad novum omnibus eiusdem monasterii fratribus ex ipso cotidie reficientibus sufficere quivisset. Quis umquam mortalium crederet, quod post infidelium populorum abscessum ibi aliquid debuisset residere vini? Cunque ex eo cotidie biberent eorumque corpora more solito reficerentur, cunctipotenti Deo non modicas gratias rependebant atque veneranda piissimi patris Germani preconia collaudabant, cuius intercessione actum est pia, ut in ipso monasterio ab impiissimo populo diu possesso huiusmodi habundantia remaneret vini. . . . . . .

26. Factum est autem, ut ipsum Dei famuli Germani sanctissimum corpus deferendo cum magnificentia et honore ad Teodaxum[4], eiusdem sancti villam, perveniretur. . . .

27. Venerabilis vero Ebroinus, divina largiente gratia pontifex summus verusque huius monasterii pastor, illuc, ubi predictum dignatus est Rex caelorum monstrare miraculum, obviam ei venit, omnesque huius monasterii fratres albis induti vestibus infinitusque exercitus clericorum sive laicorum cum eo, cum capsis euangeliorum crucibusque ac cereis seu cum reliquo apparatu aecclesiae. Qui ad terram sese proicientes gaudioque prenimio flentes, exceperunt illud beatissimum corpus cum honore magno et reverentia, cum laudibus et ymnis, coeperuntque ante illud ire psallendo. Prefatus quippe Ebroinus antistes egregius et quidam seniores huius monasterii fratres[5], quorum vita actusque imitandi sunt, sanctissimum Dei famuli[a] Germani corpus propriis humeris gestaverunt[6]. Cunque ad portam[7] monasterii ventum esset, coeperunt fratres magna cum voce hymnum *Te Deum laudamus* ante ipsius pontificis summi corpus decantare. Posueruntque illud super altare sancti Stephani prothomartyris, ubi tandiu mansit, donec translationis eius festa, quae octavo Kalendas Augustas celebratur, adveniret. Cunque optata dies adesset, ut suo restitui deberetur sepulchro, accessit memoratus Ebroinus, pontifex summus meritoque sanctitatis ornatus, ad altare beati Stephani, quo sanctum eius corpus positum erat, suscepitque illud ex eo cum quibusdam fratribus Deum timentibus et collocavit eum cum metu ac tremore, cum laudibus et ymnis in suo sarcophago, quo prius iacuerat, laudantes Deum ac benedicentes Dominum. Tunc iam dictus venerabilis pontifex dedit quasdam res partibus ipsius sancti ad luminaria eius augenda, quatenus ipse pro eo pius apud Dominum intercessor existeret. . . . . . .

a) famulum *c.*

1) *accepta auri argentique imposita summa* add. Aim. Eadem tradunt Ann. S. Bert. h. a. et Vita Faronis c. 122, ubi haec minus recte decimo post imperatoris Ludowici mortem anno facta dicuntur: *Tunc primum sulcantes Sequanam, dederunt stragem horrendam caelo hinc inde habitantibus circa eam; tandemque nullo resistente applicuerunt multitudinem navium ad urbem Parisii ipsam. Quantum ibi attraxerit hoc regnum populum cum rege Karolo suo nequicquam, terra eum vix sustinente, caelumque sub pelle sua obumbrante, incertum nobis scire miramur numerum. Cumque non tantam audaciam in pectore concepissent Franci, ut utrasque partes fluminis bello obsedissent, consilium inierunt ad ruinam et ad interitum per omnia labentia saecula, dato tributo copiosissimo terrae. Cum magna gloria reddiderunt eos opulentissimos omni abundantia auri et argenti mari (?) ad confusionem et ignominiam suorum.* 2) Yonne. 3) Emans; v. p. 8. 4) Thiais, ad septimum ab Urbe (Parisiis) lapidem; Guérard l. l. p. 130. 5) *aliique ad hoc delecti sacerdotes nobilesque viri* Aim. 6) *reliquis omnibus ante et post feretrum cum laudibus et hymnis tripudiantibus baiulantiumque vestes attingere festinantibus* add. Aim. 7) *primam monasterii portam* Aim.

30. Vertamus nunc, iuvante Domino, nostrae conscriptionis stilum ad ea narranda, qualiter supradicti Normanni, blasphematores Dei, ex hac vita defecerunt. Ab eo enim die quo monasterium almi Germani ingressi sunt, donec cuncti penaliter interirent, ita sunt, sicut iam diximus, dissenteria turgentique[1] inflatione percussi, ut maxima[2] eorum pars cotidie moreretur. Ipsi enim qui ad propriam pervenerunt patriam, preter illos quos rex 5 eorum Horich nomine postea iussit occidi, eodem quo et ceteri morbo sunt interempti. Cunque ad proprium devenirent solum, venit Ragenarius dux auctorque totius mali, quod in christiano diximus populo factum, ante prefatum Normannorum regem cum ingenti superbia ostenditque ei aurum argentumque multum, quod ex christianorum asportaverat terra, et dixit ei, quod civitatem[3] Parisyus captam habuisset monasteriumque Germani, 10 quod in eadem terra magnificentissimum est, intrasset omneque regnum Karoli regis sibi subiugatum[4] haberet. Rex autem talia narranti non credens, iussit ei iam dictus Ragenarius trabem[5] ex monasterio domni Germani et seram portae Parisyacae urbis in testimonium afferri. Inter caetera retulit ei narrando, quam bonam quamque fertilem ac omnibus repletam copiis invenisset terram, et quod nullam ei similem umquam repperisset, sed populum 15 ipsam incolentem plus omnibus aliis ad dimicandum trementem ac pavidum. Referebatque ei dicens, quod in christianorum terra qua fuerat maiorem haberent mortui virtutem quam viventes, nullumque ex tanta populi multitudine sibi resistentem invenisset preter unum senem Germanum nomine, cuius corpus e suo fecerat effodi sepulchro, quo per trecentos eoque amplius iacuerat annos. Haec quoque dum diceret, tremens ac pavens corruit in 20 terram ingentique coepit voce clamare, Germanum coram se adsistere, et baculo, quem manu gestabat, graviter flagellari. Tunc rex universique principes eius qui illic aderant[6] ex hoc quod acciderat nimio terrore percussi, mirati sunt. Isdem vero Ragenarius, blasphemator Dei omniumque sanctorum, qui tumido ac superbo corde ante regem venerat, humiliatus ac confusus atque a beatissimo Germano fortiter flagellatus, aliorum manibus 25 est delatus ad propria. Qui maximis per triduum tormentis afflictus atque cruciatus, precepit, unam statuam[7] fieri auream et per missum Ludowici regis[8] Germano deferri, qui ibi presens aderat, quando iam dictus blasphemus ab ipso sancto percussus est viro. Isque cum iureiurando spopondit, se, si ex ipsa eius intercessione evadere mereretur infirmitate, christianum fore futurum Deumque christianorum deinceps, aliis omissis, adoraturum atque 30 in eum firmiter crediturum. Sed quoniam non erat ex ovibus Christi neque predestinatus ad vitam, iccirco quod petebat optinere non meruit. Nam ita extitit totus inflatus[9] ac turgidus, ut nec auditus nec visus nec odoratus sed neque gustus in eius corpore appareret. Cunque taliter esset a Deo suis pro meritis flagellatus, crepuit medius, diffusaque sunt omnia viscera eius in terram. Sicque miserrimus vitam finivit. Illoque mortuo in suumque 35 abeunte locum, eandem auream statuam, videntes alii, quod mittenti non proficeret, a missis Ludowici regis receperunt[10].

31. Caeteri vero qui remanserant cotidie moriebantur. Et non solum ipsi, sed etiam quicunque eos tetigisset extemplo intestino morbo percussus deficiebat. Timens autem prefatus rex Normannorum, ne et ipse quemadmodum et alii morte pessima interiret, 40 iussit omnes qui residui erant decollari eorumque capita christiano[11] populo tradi. Sicque factum est, Deo pro populo suo licet peccatore pugnante, beatoque Germano erga eos viriliter decertante, ut ex tanta populi multitudine, qui christianorum fines intraverant, nullus remaneret preter quatuor, qui fuga lapsi sunt; quos nec postea mortis exitium credimus evasisse. Prefatus autem rex Normannorum iussit cunctos captivos qui christianitatis 45 vocabulo censebantur in regno suo perquiri eosque cum reverentia et honore in suam unde captivati fuerant patriam absque alicuius contradictione reverti. Ecce, victoriam, quam populus pro peccatis suis ex inimicis christianorum habere non valuit, beatus Germanus, Parisiacae urbis pontifex summus, solus apud Deum optinere promeruit! Gratias agamus domino Deo nostro, qui per eundem devotissimum famulum suum huiuscemodi fecit 50 victoriam, cui sit honor et potestas, decus et imperium per infinita secula seculorum! Amen.[12]

1) *Kobbone teste* add. Aim. 2) *omnis eorum coetus* Aim. 3) *opinatissimam P. c.* Aim. 4) *ratione tributi* Aim. 5) *partem incisae trabis* Aim. 6) *ipseque Kobbo Hludowici regis illuc directus legatus nobis idem Kobbo manifestum fecit* add. Aim. 7) *suae similitudinis statuam* Aim. 8) *per eundem Kobbonem* Aim. 9) *quemadmodum* 10) Quod ita mutavit Aim.: *Statua vero sacris oblationibus indigna a quibus delegata fuerat indigne, veluti immundissima a mundissimo cordium inspectore* 55 *refutata remansit.* 11) *qui captivus illic erat* add. Aim. 12) Sequuntur miracula postea facta.

VITA ET MIRACULA SANCTI PIRMINII.

ED. O. HOLDER-EGGER.

I. F. I. Mone b. m., qui primus antiquiorem Vitam sancti Pirminii edidit[1], *primo quidem censuit*[2] *eam a monacho quodam Augiae Divitis medio fere saeculo IX. compositam esse, sed ipse postea*[3] *et Rettberg*[4] *animadvertentes, in hoc libello de fundatione Augiensis coenobii nonnisi dubia vel fabulosa relata esse, etiam auctorem regionem Augiensem male novisse*[5], *multo vero dilucidius uberiusque, traditionem monasticam secutum, coenobii Hornbacensis originem narrasse, huius monasterii membrum eum fuisse statuerunt. Atque hoc certius probari poterit, cum auctor diserte aperteque se Hornbacensem monachum indicasse mihi videatur, qui (c. 9) felices praedicans eos, qui sanctos Bonifatium et Pirminium in coenobio Hornbacensi convenientes et colloquentes spectare quiverint, dicat:* Sed ego indignus in Dominum confido, quod tales istinc inventi erant apud illos[6], quos superna gratia fecit idoneos illorum sancto posse interesse consilio. *Ubi vox* istinc *— pro* istic *mendose posita — ostendit, scriptorem ipsum fuisse huius monasterii incolam*[7]. *Atque huius rei habemus aliud disertum et grave testimonium, Walahfridi Strabi videlicet, qui in Visione Wettini v. 27—30. scribit*[8]:

> Primus in hac [*Augia*] sanctus construxit moenia praesul
> Pirminius ternisque gregem protexerat annis.
> Huius quisque velit sanctam cognoscere vitam,
> Ipsa sepulchra petat: satis ipse probabit in Hornbach.

Num quis negabit, Walahfridum his verbis indicasse in coenobio Hornbacensi Vitam sancti conscriptam exstare? Addiderim paullo antea conscriptam, forte nondum ad monasterium Augiense delatam. Walahfridus vero Visionem Wettini a. 826. composuit[9], *ergo, Vitam sancti Pirminii saec. IX. ineunte conscriptam esse, statuendum est. Idemque alia ratione confirmatur. Sermo enim tam rudis inconditusque, narratio tam simplex, ne dicam inepta, est*[10], *ut constare mihi videatur, libellum eo tempore scriptum esse, cum studium litterarum nuper renovatum parum diffusum et radicatum erat*[11].

1) 'Quellensammlung der badischen Landesgeschichte' I, p. 30 sqq. 2) Ib. p. 30. 3) Ib. p. 528. 4) 'Deutschlands Kirchengesch.' II, p. 51. 5) Ib. p. 55. 6) sc. apud Pirminium et Bonifatium. 7) Sane et tale votum nonnisi Hornbacensis monachi animo convenit. — C. 7. refert signa arboribus monasterii Hornbacensis impressa *usque in hodiernum diem* videri. 8) Poetae Carol. II, p. 304. — Wirundo abbate sedente, qui a. 814. occurrit (Reg. Imp. I, nr. 514. 515), Hornbacenses monachi cum Augiensibus fraternitatem inierunt, Libri confrat. S. Galli etc. p. 252. 9) A. Ebert, 'SB. d. k. sächs. Ges. d. Wiss.' 1878, p. 101. 10) 'Obscure exaratam' dicit auctor posterioris Vitae in fine prologi hanc priorem. 11) Monendum est etiam, in Vita Hornbacense coenobium semel tantum in fine hoc nomine, plerumque vero antiquo nomine *Gamundias* nominatum esse, quod medio saec. IX. iam non usitatum est. In diplomatibus Ludovici Pii a. 814. (Reg. Imp. I, nr. 514. 515) et aliis duobus regiis a. 865. 972. (Commentat. acad. Theodoro-Palatinae vol. VI. hist., p. 256. 263) utrumque nomen *Gamundias* vel *Hornbach* usurpatum est, in reliquis chartis saec. IX. hoc solum occurrit; v. Comment. Palat. l. l. p. 246 sqq., nr. 3—7. 11. 13. 14.

Tum vero auctor, qui fere septuaginta annis post obitum sancti libellum edidit, iam perpauca de eo comperta habuit[1]*; quae tradidit fere omnia aut fabulosa aut valde dubia sunt*[2]*, etiam quae de fundatione Hornbacensis coenobii fusius retulit nonnisi traditione domestica nituntur. Nec chartas nec libellos adhibuisse, nisi narratiunculas quasdam in Willibaldi Vita sancti Bonifatii olim forte lectas ex memoria narrasse videtur. Attamen opusculum hoc simplicissimum suo merito non caret, utpote quod solum, si paucas chartas et breves notitias Augiensium excipis, huius apostoli Alamannici memoriam posteris tradidit.*

Codices ad editionem parandam adhibiti sunt hi:

1) Sangallensis nr. 577, *membr. fol. max., qui* 49 *Vitas sanctorum variis manibus saec. X. scriptas continet, inter quas f.* 296—303. *Vitam Pirminii una manu permagnis characteribus splendide, pulcherrime, tam accuratissime exaratam, ut hunc solum editione nostra exprimendum esse duxerimus, vix bis terve eius lectionem reiicientes.*

1[a]) Einsiedlensis nr. 257, *membr., saec. X.*[3]

1[b]) Engelbergensis I$^1/_4$*, membr., saec. XII. Utrumque codicem 1[a. b], quorum lectiones varias Mone dedit, ex 1 derivatum esse, valde mihi probabile est.*

2) Vindobonensis nr. 520 *(Hist. eccl.* 109*; olim* 32*), membr. fol. min., olim Sancti Blasii Admuntensis, inter alias Vitas f.* 103—113'. *Pirminii deformiter et incomposite manu saec. XI—XII. exaratam continet*[4].

2[a]) Wirziburgensis Theol. fol. nr. 53, *membr. fol. min., olim Sancti Stephani Wirziburgensis, f.* 27—34', *pulchre et accurate saec. XII. (minime saec. XI, ut Mone voluit, qui huius codicis lectionem variam, non vero plenam, l. l. p.* 527 *sq. dedit) scriptus.*

2[a]) Ex eodem codice, ex quo 2[a] manavit, transscripsit Vitam Pirminii Andreas Bambergensis, qui eam, excepto prologo, integram libro suo de viris illustribus ordinis sancti Benedicti, quem continet codex Bambergensis E. III,* 9, *membr., fol. max., saec. XV. ex.*[5]*, f.* 41—43', *inseruit.*

2[b]) Monacensis Lat. nr. 9506 *(Ob. Alt.* 6*), membr. fol. max., saec. XII. duabus manibus scriptus, est quartum volumen magni legendarii Altahensis, quod Vitas mensium Oct.—Dec. comprehendit, ubi f.* 66'—69. *Vita Pirminii prima manu nitide exarata exstat.*

2[c]) Monacensis Lat. nr. 22244 *(Windb.* 44*), membr. fol. max., saec. XII. ex., quintum volumen magni legendarii Windbergensis*[6]*, ubi f.* 117—121'. *haec Vita. Hoc quoque codice ad editionem suam parandam Mone usus est.*

Codices 2. 2[a. a. b. c] omnes ex eodem exemplari iam aliquoties vitiato et alterato per duo apographa derivati sunt, ex quorum altero 2. 2[a]. 2[a*] manaverunt. Legendariorum Altahensis et Windbergensis (2[b. c]) Vitas quas contulimus omnes ex eadem collectione Vitarum descriptas esse, nobis constat*[7].

Mone dedit etiam varias lectiones apographi saec. XVII, quod Iohannes Egon prior Augiensis ex codice Augiensi transscripsit, nunc in archivio Carls-

1) Cf. c. 5. 2) V. censuram quam Rettberg l. l. II, p. 51 sqq. dedit. 3) Huic saeculo (vel XI) haud dubie recte hic codex 'Arch.' VII, p. 180. VIII, p. 749. tribuitur. Mone eum iam saec. IX. exaratum esse, perperam sane dixit. 4) Cf. 'Arch.' X, p. 456. 5) Cf. 'Arch.' XI, p. 421 sqq. 6) Cf. 'N. Arch.' IX, p. 642 sq. 7) Cum his haud dubie maxime conveniunt codices magni legendarii Austriaci Mellicensis M. 8, saec. XIII, et Zwetlensis nr. 15, saec. XV; cf. 'Arch.' X, p. 646. 655. In legendario Sancti Maximini Treverensis 'mediocris vetustatis' vidit hanc Vitam Brower, Sidera, De sancto Pyrminio p. 25.

ruhano servati. Sed hae omnes corruptae nulliusque momenti sunt, quare eas duobus tantum locis annotavimus[1].

B) Codex Wirziburgensis Theol. fol. nr. 34, membr., olim 'liber monasterii Sancti Petri in Wissenburg', ut manus saec. XV. notavit, postea saec. XVII. 'Collegii societatis Iesu Molshemii', saec. X. perpulchre et accurate exaratus, praebet f. 131—139. Vitae formam aliquatenus alteratam, quibusdam scilicet omissis decurtatam et haud paucis locis, ubi sermo rudior vel obscurior lectorem doctiorem offendebat, emendatam. Mone quidem, qui l. l. p. 526 sq. huius codicis variam lectionem notavit, hanc libri formam censuit[2] esse autenticam et primitivam; quod falsum esse, primo patet aspectu artem criticen vel paululum callenti. Quod ut lector intelligat, lectionem huius codicis integram afferre placuit.

Codices omnes praeter 1[a. b], quorum lectiones e sola editione principe repetivimus, ipse exscripsi.

II. Circa a. 1000. Vita Pirminii in novam formam redacta, sermone elegantiore exornata, multis verbis inanibus, nullis vero rebus, aucta est a quodam monacho Hornbacensi, ut omnes recentiores consentiunt[3], qui eam dedicavit vel, quod idem est, solito more corrigendam commendavit Liudulfo archiepiscopo Trevirensi[4] (a. 994—1008). Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. t. III, 2, p. 136, nisus auctoritate Eisengreinii[5], hanc Vitam a Warmanno monacho Augiensi, postea a. 1021—1034. episcopo Constantiensi, compositam esse, putavit; quod Mone l. l. refellens, saltem vero nomen ab Eisengreinio traditum retinens, coniecit, eam a Garemanno abbate Hornbacensi, qui a. 1008. obiit[6], conditam esse[7]. Sed hoc nimis dubium incertumque videtur, licet ea ratione qua auctor Liudulfum archiepiscopum alloquitur facile adduci possim, ut eum non simplicem monachum, sed altioris conditionis hominem fuisse putem.

Integra exstat haec Vita in solo codice 1) Parisiensi nr. 5308, membr., saec. XII, f. 212—217[8]. Codex 2) Stuttgardiensis membr., fol. max., saec. XII, f. 98—100'[9], olim Zwifaltensis monasterii, praebet eam valde decurtatam, prologo et compluribus capitibus omissis[10]. Utrumque codicem V. I. G. Waitz evolvit. Primus Vitam edidit Brower, Sidera ill. et sanct. virorum p. 5—24, ex codice quodam quem A. Peez chorepiscopus Argentoratensis ei dedit, repetivit eam ex codice Parisiensi paululum emendatam Mabillon l. l. p. 139—153. Nos ampliori huic operi, utpote quod 31 capitibus constet,

1) Apographum recens exstat etiam inter schedas Bollandistarum in codice Bruxellensi nr. 8930. 8931. ex cod. societatis Iesu Oeniponti saec. XV. sumtum. 2) Ib. p. 528. Quod sibi persuasit propter planiorem et emendatiorem huius codicis sermonem, et quia codex ex monasterio Weissenburgensi, Hornbacensi vicino, ortus est. Illud argumentum refellam non oportet, hoc vero nihili est, quia probari potest, in Hornbacensi monasterio Vitae formam, quam reliqui codices exhibent, exstitisse. Ad alteram enim Vitam, de qua mox dicetur, componendam huius ordinis codex adhibitus est, cum locus capitis 10. in B omissus, ibi c. 27. transsumtus sit. 3) Mone p. 37; Rettberg II, p. 52. — Brower, Sidera, Sancti Pyrminii vita p. 25, Othlonum eius esse auctorem, sine ulla ratione statuit. 4) Ut certissime statuendum est, cum nullus alius huius nominis archiepiscopus illo saeculo extiterit. 5) Catal. testium veritatis. Idem affirmant Molanus, Martyrol. Usuardi f. 185'; Ioh. Egon, Lib. de viris ill. Augiae Div. II, c. 28, Pez, Thes. anecd. I, 3, p. 686. 6) V. infra Mirac. S. Pirm. c. 9. 7) Caute assentitur Rettberg l. l. 8) Cf. 'Arch.' VIII, p. 350. Apographum eius exstat inter schedas Mabillonii Parisiis; 'Arch.' VIII, p. 321. 9) Cf. 'Arch.' XI, p. 271 sq. 10) Omissa sunt pars cap. 14. et capp. 15—20, quibus fundatio monasterii Hornbacensis narrata est, et cap. 22. extrema pars, 23—28, ubi de sancto Bonifatio agitur. Eadem fere, cap. 22. vero integro retento, omissa sunt in 2[a]) apographo Iohannis Egonis prioris Augiensis, quod in archivio Carlsruhensi asservatur. Capita 23—28. tantum desunt in codice 3) Basileensi A. VI, 36, saec. XV. Denique codex Augiensis nr. 21, saec. XII, sola capita 1—6. praebet. Horum trium codicum variam lectionem enotavit Mone l. l. p. 38 sq.

omni vero pretio careat, locum dare noluimus, solum prologum hoc loco sistimus, perpauca infra annotabimus[1].

INCIPIT VITA SANCTI PIRMINII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

In omni creaturarum multimoda diversitate[a] opifex earum Deus magnificus atque mirabilis perpenditur; et cum solus lucem inaccessibilem[b] habitet, ideoque ab homine nullo, quamdiu[c] mortali tegitur carne, videri possit, per ea tamen quae condidit estimare[d] se concedit. In quibus omnibus dum potens[e] ac mirificus evidenter appareat, perspicatius, pulchrius atque dulcius in sanctis hominibus magnificentia ipsius irradiat. Hi denique voluntati eius morem gerendo, praeceptorum ipsius[f] disciplinae semet penitus submittendo, Conditorem suum adsciscunt sibimet intimum habitatorem; huncque habentes cooperatorem, quam mirandus, quam potens, quam bonus Israel sit[g] Deus, ceteris clarius ostendunt. Quod (Ps. 67, 3. 6.) egregius prophetarum David ingenio sagaci contemplans: *Mirabilis,* inquit[g], *Deus in sanctis suis, ipse dat virtutem et fortitudinem;* acsi diceret: 'Vos qui sanctorum virtutes ammiramini, magis illum qui dat contemplamini'. Idem in ultimis psalmorum, ubi omnem creaturam in Dei laudes ordinat, electe atque singulariter canendo invitat: (Ps. 149, 1.) *Cantate Domino canticum novum; laus enim eius praecipua in ecclesia sanctorum.* Et iterum: (Ps. 150, 1.) *Laudate Dominum in sanctis eius.* Ymnus quoque trium puerorum, immanissimae fornacis divinitus igne sopito concęlebratus[h], omnia Domini opera ad ipsum benedicendum ordinem[i] incitat. Incipiens namque a summis, id est angelis et caelis, descendit ad infima, id est terram et maria, inque his nascentia atque habitantia. Quibus omnibus decursis, ita claudit: (Dan. 3, 86. 87) *Benedicite spiritus et animae iustorum Domino; benedicite sancti et humiles corde Domino*, acsi huiuscemodi[k] verbis cantilenae vim exponat: 'Omnia quidem opera Domini benedicendum illum significatis, quem in vobis miramur; ineffabiliter tamen sancti et humiles corde praebetis mirabilem, quem vobis promeruistis cooperatorem[l]'. Idcirco nullum oportet ambigere, quin in Deum transmittatur honor qui sanctis exhibetur, et omnis qui gesta et virtutes illorum[m] scribit atque[n] praedicat, operantem in eis Dominum glorificat[o]. Huiuscemodi[k] ergo rei consideratione animatus simulque fratrum benignissimorum atque in Christi caritate fervidorum petitione pulsatus, vitam et actus sanctissimi patris eximiique pontificis Pyrminii describere conabor. Nam etsi temeritatis vereor[p] elogium, quod lingua minus limata, eloquio inculto, verborum inops, tam reverendae dignitatem materiae aggredi praesumo, tamen fidutia robur ingerit, quae de Dei gratia nullo modo desperare permittit. Ipse enim cordis scrutator et examinator plus rusticitatis benivolentiam quam periti sermonis probat affluentiam. Unde etiam regni sui euangelium magis incultis piscatoribus quam facetis commisit oratoribus.

Quod tamen opus tibi, reverentissime archipresul Ludolfe[q], considerandum et examinandum committo, quia fides et veritas te composuerunt, ceteraeque virtutum catervae[g] tam firma tutela muniunt[r], ut livore careas et ab omni ventositate immunis existas. Precor ergo, ut, si qua fuerint insulse prolata, in melius fingas, superflua reseces nec in[s] aures ante publicas prodire sinas, quam iusti examinis libra propensum[t], tuae sagacitatis fuerit[g] lima probatum. Quamvis enim mihi non insit cornea fibra, potius tamen iudico[u] a prudentibus corrigi quam adulatorum falsiloquio commendari.

Sed iam tempus est ad explicanda memorati presulis gesta vertere stilum. Cuius quae fuerint ab ineunte aetate meritorum[f] rudimenta, quibus in adolescentia sanctitatis rutilaverit floribus, vel quibus per omnem iuventutem usque ad promotionem pontificatus excreverit virtutum insignibus[v], nimium culpanda scriptorum incuria notare neglexit. Pauca dumtaxat, quae sub pontificatus tempore gessit, obscure exarata repperimus[2]; ipsa, si Christus opem dederit, evidentius atque operosius exprimere studebimus. Verumtamen quod magnifica fuerint in sanctitatis fervore, quae scriptores non fecerunt cognita, manifestavit quam post operatus est miraculorum eminentia[w]. Nam ipse qui ait: (1. Reg. 2, 30.) *Ego glorificantes*

a) univers. *Brower.* b) hab. in. *Br.* c) qui *Br.* d) aestimari *Br.* e) d. hac mirif. 1; p. et mirif. *Br.* f) *deest Br.* g) *deest* 1. h) concęlebratur 1. i) ordine *Br.* k) huiusm. *Br.* l) cooperantem *Br.* m) eorum *Br.* n) aut *Br.* o) magnificat *Br.* p) verear *Br.* q) Liudolphe *Br.* r) muniunt *corr.* muniuit 1. s) ante in aures *Br.* t) perp. *Br.* u) iudicio *Br.* v) insigniis *Br.* w) eminentiam 1.

1) Haec Vita postea in versus hexametros redacta est, quod carmen initio destitutum ex apographo Iohannis Egonis Carlsruhensi edidit Mone l. l. p. 39—45. 2) Priorem Vitam indicat.

me glorificabo[a], a consequentibus donavit argumentari, quanta fuissent quae praecesserunt.

III. Paucis annis post Vitam posteriorem editam, videlicet a. 1012. *vel paullo postea, monachus quidam Hornbacensis*[1], *a fratribus rogatus, miracula sancti Pirminii novissimis temporibus perpetrata sermone nimia affectatione polito et sententiarum terminationibus ubique fere consonantibus, more illi saeculo consueto, exornato conscripsit. In quo opusculo quaedam de gestis abbatum Hornbacensium, quorum ne nomina quidem alibi tradita sunt, et nonnulla alia notatu digna, ut de expeditione Lotharingica a.* 1109. *Heinrici II. regis, leguntur. Primus edidit libellum Mone l. l. p.* 45—50. *ex codice* ***Bruxellensi*** *nr.* 206 *(olim* 87*), membr. fol. max., saec. XII. ex. — XIII. in.*[2], *quem repetimus ex codice a b. m. I. Heller et V. Cl. W. Arndt emendatum.*

O. Holder-Egger.

INCIPIT[b] PRAEFATIO DE VITA ET ACTIBUS SANCTI PIRMINII EPISCOPI.

Multi quidem conati sunt scribendo vitam actusque sanctorum patrum narrare, qui, cunctis terrenis Deo iuvante superatis, iam caelibe[c] vita[3], de terrenis ad superos evecti, fruuntur in caelis; quorum quidem voluntatem imitari desidero, si Largitor bonorum[d] omnium intellectum mihi[e] sensumque dare dignatur, saltim more infantium, qui adhuc ad perfectam aetatem loquendi non pervenerunt, sed tamen, balbutiente lingua, indiciis quibus possunt ea scire faciunt, illorum cognoscentes usum quae dicere vellent, si linguae illis per teneram consentirent[f] aetatem. Deum omnipotentem subnixis quaeso precibus[g], ut, qui totiens aperuit ôs mutum[h] linguasque[i] infantium fecit[k] dissertas[l], mihi peccatori concedat rem[m] diu a multis omissam[n] sapientibus et pene oblivioni traditam, fandi atque scribendi facultatem et intellectum et de magnifico antistite ac Dei cultore sancto Pirminio aliquid recitandum posteris relinquere praesentibusque intimare, quae adhuc ignorant, ut, quae diu incognita latebant, sciantur a multis, qua[o] latus[p] tenditur orbis, quia Deo iubente nec ardens lychnus[q] modio subdi nec urbs montium cacuminibus eminens[r] vallium tenebris caelari[s] debet. Non enim sub tectis eius occultantur opera, per cuius agoniam[t] duodena facta sunt monasteria[u].

INCIPIUNT[v] PAUCA DE MULTIS ACTIBUS SANCTI PIRMINII EPISCOPI.

1.[w] Sanctissimi ac venerabilis viri Pirminii[4] gesta actaque[x] narrandi[y] me causa[z] delectat, qui in praesenti vita diebus Theoterici[a. 5] regis Francorum[b] Melcis[c. 6] castello

a) glorifico 1. b) Prologus in vitam sancti Pirminii episcopi (et confessoris 2) 2. 2[b. c] (ep. *deest* 2[c]); Inc. prologus de v. s. P. 2[a]. *B.* c) celibem vitam *B*; vita *deest* 2[a]. d) operum *add.* 2[a], *post del.* e) *deest* 2[b. c]. f) sentirent 1[a]. g) *deest* 2[b]. h) muti 2. i) que *deest* 2. 2[a]. k) facit 2[a]. l) ita 1. *B*; disertas *reliqui.* m) ut r. *B.* n) s. o. *B.* o) quo *B.* p) tend. lat. 2. 2[a. b. c]. q) lycnus 2; lichnus 2[a. b. c]; lihnus *B.* r) v. em. 2[b]. s) *ita* 1. 2[b]; cel. 2. 2[c]. *B*; celare, e *adrasum* 2[a]. t) agonia *B.* u) Explicit prologus *add.* 2[a]. v) Incipit vita 2; Incipit vita sancti Pirminii (e[piscopi] 2[a]) 2[a. b]; Incipit vita eiusdem 2[c]; Incipit vita s. P. ep. et confessoris Christi *B.* w) *numeri capitum desunt in omnibus codd.; incipit* 2[a*]: S. Pirminius in presenti vita. x) actaque *corr.* actusque 2. y) *post corr.* narrare 2. z) *deest* 2. a) Theoderici 1[b]. 2. 2[a. a*. b]. *B*; Theodor. 2[c]. b) Franchorum *h. l.* 1. 1[b]. c) Mettis 2[a. a*. b. c], *radendo corr.* Metis 2[a*. b]; Meldis *B.*

1) Wattenbach, 'GQ.' ed. 4. I, p. 301, Vitam posteriorem et Miracula ab eodem auctore composita esse, dicit; quod tamen vix statui potest, licet etiam Vita ea arte quam vocamus 'Reimprosa' haud raro exornata sit. Auctor enim Miraculorum nusquam indicat se Vitam edidisse, et modus dicendi ac narratio in utroque opusculo multo dispares videntur. 2) Cf. 'Arch.' VII, p. 387 sq. 3) Cf. Hor. Ep. I, 1, 88: *melius nil caelibe vita.* 4) In chartis nomen audit *Perminus* (DD. I, M. nr. 95, p. 85) et *Perminis* (Schoepflin, Als. dipl. p. 11, nr. 10), in carmine Hrabani Mauri (Poetae Carol. II, p. 224): *Permenius.* 5) IV. huius nominis, a. 720—737. 6) Hunc locum omnes fere recentiores secuti Gerbert, Hist. Nigrae sylvae I, p. 75, ut Hefele, 'Einführung des Christenthums im südwestl. Deutschland' p. 337; Görringer, 'Pirminius' p. 390; Mone l. l. p. 30; Rettberg II, p. 53, putant esse Medelsheim, praef. Neuhornbach, Palatinatus Rheni. Sed ibi castellum fuisse, non traditum est, et ubi primum huius loci mentio fit, in dipl. Arnulfi regis a. 888, Iun. 28. (Commentat. acad. Palat. vol. VI. hist., p. 259, nr. 10) nomen audit *Medilinesheim*, non Melcis, et appellatur villa. Non melius Neugart, Episc. Constant. I, p. 70, de Mels in pago S. Galli, praef. Saargans, cogitavit. Veteres qui Metz aut Meaux statuerunt, falsis codicum lectionibus nisi sunt.

pastoralis curae episcopatum[1] sine[a] crimine tenebat, Deo desuper cuncta[b] illius opera dispensante sacrumque officium et mysticum ministerium ad vota dirigente; quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Rumor vero illius minime latuit, quia non solum apud aulicos, verum etiam apud egenos peregrinosque[c] longe lateque innotuit[d], dicente Domino: *Ut*[e] *sciant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.* [Matth. 5, 16.]

2.[f] Accidit autem, ut quidam vir nobilis, genere Alemannus[g], in tempore illo exiens[h] inde ubi natale[i] habebat sólum, nomine Sinlaz, qui[k] per multa sancta loca et sacra coenobia humiles et Deo dignas, ut credendum est, agens orationes, pervenit usque ad locum, in[l] quo sanctum invenit[m] Pirminium. Cuius adventum illuc[n] dicunt accidisse nocte dominica; qui a praefato sancto honorifice susceptus est. Tunc[o] igitur, cunctis necessariis rite peractis, noctem sanctam in divinis transegere colloquiis, quia necesse erat, ut quos superna caritas de remotis intervallis locorum divino nutu coniunxit, caelestia disputare decrevisset[p]. Et* quia Arbiter aetherius[q], quem nulla latent secreta, quae sunt, quae fuerant venientque uno mentis cernit in ictu, quos sua congregavit scientia, caelestia atque terrena rimari coegit sicuti[r] voluit, ipso dicente: *Spiritus ubi vult spirat* et: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo* et[s] cetera. [Ioh. ev. 3, 8. Matth. 18, 20.]

3. Dominico autem die, appropinquante hora, in qua sacrum necesse erat adimpleri officium, praesul beatus ad illum veniens locum, ubi populo solebat[t] sanctae praedicationis exhibere[u] verbum[2], utraque lingua, Romana[v] scilicet Francorumque[w], magnopere decentia monita divinis officiis proferebat, quia utramque linguam adprime sciebat. Quod cuncti qui aderant mirati sunt, non recordantes, quia primi sanctae aecclesiae doctores in unam domum intrantes unius[x] linguae tantummodo notitiam habebant[y], sed tamen inde egressi, quasi in alios viros mutati sunt, omnium genera linguarum clare loqui scientes cunctisque

*) *Reliqua huius cap. om. B.*

a) s. cr. *des. B.* b) cunta, *post corr.* cuncta *plerumque* 2. c) et peregrinos $2^{a. a*}$. d) innuitur *B.* e) *B suppl. versum:* Luceat lux vestra coram omnibus hominibus, ut videant op. f) *nulla capitum distinctio* 2. *B; capita ex cod.* 1 *divisi.* g) Alam. 1^{b}. *B*; Alemannius 2. 2^{a*}. h) exiret 2. 2^{a*}; cum exiret 2^{a}. i) natalem $2^{b. c}$. k) *deest B.* l) ubi s. *B.* m) Pirm. inv. 2. $2^{a. a*. b. c}$. n) adv. perhibent illuc acc. 2. $2^{a. a*}$. o) C. i. t. 2^{a}; *deest B, ubi* C. ig.; ig. *deest* 2^{a*}. p) decrevissent *B.* q) aetheriis *corr.* aetherius 1; ethereus 2. $2^{a. a*. c}$. r) sicut 2. $2^{a. a*. b. c}$. s) ibi sum in medio eorum *add.* $2^{a. a*. b. c}$, *om.* et c. t) *deest* 2. $2^{a. a*. b. c}$. u) exhiberet 2. $2^{a. a*. c}$; exhibent 2^{b}. v) Romanorum Fr. *B*; scil. — secretum praedictus *des.* $2^{a. a*}$. w) que *deest* 2^{c}. x) propriae unusquisque l. *B.* y) habeant 2^{c}.

1) Chorepiscopum eum vocat haud dubie recte Herim. Aug. a. 724, SS. V, p. 98. 2) Iuvabit annotasse locum quendam ritus paganos impugnantem ex sermone paraenetico qui inscribitur 'libellus abbatis Pirminii de singulis libris canonicis scarapsus', quem Mabillon, Vet. Anal. p. 65 sqq., ex codice Einsiedlensi edidit (J. Grimm in libro doctissimo 'D. Mythologie' neglexit). Auctorem esse nostrum Pirminium, valde est probabile, cum libellus haud dubie, ut sermone probatur, saec. VIII. conscriptus sit. Est autem locus memorabilis hic l. l. p. 69: *Noli adorare idola, non ad petras neque ad arbores, non ad angulos neque ad fontes, ad trivios nolite adorare nec vota reddere. Praecantatores et sortilegos, karagios, aruspices, divinos, ariolos, magos, maleficos, sternutus et auguria per aviculas vel alia ingenia mala et diabolica nolite facere nec credere. Nam Vulcanalia et Kalendas observare, laurus obperire, pedem observare, effundere super truncum frugem et vinum et panem in fontem mittere, mulieres in tela sua Minervam nominare, et Veneres aut alium diem in nuptiis observare, et quo die in via exeatur attendere, omnia ista quid aliud nisi cultura diaboli est? Karachares herbas succino nolite vobis vel vestris appendere. Tempestarias nolite credere nec aliquid pro hoc eis dare. Qui impurias, quae dicunt homines super tectus mittere, ut aliqua futura possint eis denuntiare, quod eis bona aut mala adveniant: nolite eis credere, quia soli Deo est futura praescire. Cervulos et vehiculas in quadragesima vel aliud tempus nolite ambulare. Viri vestes femineas, feminae vestes viriles in ipsis Kalendis vel in alia lusa quam plurima nolite vestire. Membra ex ligno facta in trivios et ab arboribus vel alio nolite facere neque mittere, quia nullam sanitatem vobis possunt praestare. Luna quando obscuratur, nolite clamores emittere. Nolite carminum diabolicum credere, nec super se mittere non praesumat. Nullus christianorum neque ad ecclesiam neque in domibus neque in trivios nec in nullo loco ballationes, cantationes, saltationes, iocus et lusa diabolica facere non praesumat. Mimaritias et verba turpia et amaturia vel luxoriosa ex ore suo non proferat. Omnia philactiria diabolica et cuncta supradicta nolite ea credere nec adorare neque vota illis reddere nec nullum honorem impendere. . . . . . . Et ne attendatis ad somnia vestra, quae somniatis, quia falsum ipsi prophetant vobis.* Praecedunt haec: *Nulla mulier potionis aborsum accipiat, ne filius aut conceptus aut renatus occidat; et nullas diabolicas potiones mulieres debent accipere, per quas iam non possint concipere. Mulier quae hoc fecerit, quantoscumque parere poterit, tantorum homicidiorum se ream cognoscat esse.*

sub caelo gentibus propria[a] lingua divina monita proferentes. Officio itaque divino rite peracto, epularum convivia in Domino laeti celebraverunt. Post refectionem quoque surgentes, more solito ymno dicto, privatum tenuere secretum, praedictus scilicet vir nobilis et viri sui ad tale consilium idonei, vicissim lamentantes tali se privatos[b] patrono, qui populo christiano in illorum patria constituto congruis temporibus semina divini verbi tali modo nunciaret. Sanctum ergo Pirminium deprecari coeperunt[c] subnixis precibus, ut, si fieri posset, apud illos aliquantum temporis conversari dignaretur, ne populus parte pastorum[d] orbatus iterum gentili ritu manciparetur, quem asserebant per doctorum imperitiam in fide Christi hébetem et in antiquum errorem in multis[e] conversum. Hanc responsionem dicunt eum[f] illis dedisse, non esse licitum, alterius episcopi dyocoesim[g] causa[h] docendi aliquem sibi usurpare sine consensu praesulis sive[i] iussu summi pontificis apostolicae sedis; et, si illo praecipiente ei praefatum impositum[k] esset pondus, non recusare laborem propter Dei amorem.

4. His ita dictis, sanctus Pirminius et praedictus illius amicus[l] condixerunt aptum tempus limina sanctorum[m] apostolorum visendum[n]. Quod uterque de loco proprio exiturus[o], impigre peregit. Veniente* ergo tempore, in quo condictum perficiendum erat iter, asserunt, sanctum Pirminium Romam praevenire amicum suum ibique aliquot dies, antequam ille veniret, morari. Mansionem** quoque apud quendam fidelem virum habebat, cuius consilio accepto, in domo sancti Petri circuibat orando altaria sancta. Cumque ad requiem sanctam perveniret, videbatur ab apostolico viro[1]. Et interrogati aliqui qui aderant, quis esset aut unde venisset, dixerunt[p], eum episcopum esse et de occidentali parte venire. Quibus[q]*** dixit: 'De talibus nos praecavêre oportet'. Sanctus Pirminius autem[r] humiliter[s] se misit[t] ante sepulcrum sancti apostoli[u], baculum vero[v] suum, nulli materiae acclinem, in limpido erectum[w] statuit pavimento; quem interim[x] aeris obsequia immobilem tenuerunt, donec eum manibus[y] ab oratione surgentis episcopi inclinaverunt. Voluit enim[z] Dominus, ut sanctitatem tanti viri, quam humana non cognoverunt pectora[a], famulantia demonstrarent elementa. Tali Romanus episcopus perculsus miraculo, citissime se[b] misit ad vestigia sancti antistitis, veniam deprecans de verbis quae erga illum[c] ignoranter protulit, quia† ante signum[d] factum talis non aestimabatur, qualis postea Dei nutu ostensus est. Quo[e] procul dubio humiliter suscepto, in alternos se inclinaverunt amplexus et alterutrum se osculo amabant sancto; sic uterque resedit. Igitur post mutuam colloquiorum dulcedinem beatus Pirminius†† ostendit aepistolam[f], quam ei Sinlaz ferebat veniendi causa ad praedictum apostolicum. Quam ille cernens, recognovit cuncta quae ei prius de illo[g] laudabiliter erant dicta. Tunc sanctus Pirminius dixit summo pontifici: 'Valde miror, ob quam

*) Veniente — iter *des. B, qui pergit* Asserunt autem.

**) Mansionem — accepto *des. B, ubi:* Cumque interea quadam die alt. in d. s. P. or. circuiret et ad s. req. perveniret.

***) *Vita posterior c. 5. sic:* At apostolicus: 'Multum', inquit, 'desipitis, quod aliunde venientes minus caute observatis. A talibus denique plura sepe perperam gesta fuisse percepimus'.

†) quia — ostensus est *des. B.*

††) *B reliqua huius capitis mutata praebet ita:* Pirminius narravit omnia quae eum Sinlaz rogavit, et pro qua causa Romam veniret. Interea praedictus Sinlaz veniebat, quem uterque, p. v. et s. P., diu desiderabat. Papa vero eorum desiderium non multum differens, inito consilio, praefato sancto de apostolica auctoritate ubicumque vellet praedicandi licentiam dedit, insuper etiam epistolam haec continentem cum eodem sancto per praedictum Sinlaz misit ad Theodericum r. Fr.; qui e. gl. s. et c. quae ab ap. fuerunt concessa desideranti animo laudavit. *Reliqua desunt.*

a) cuiusque *add. B.* b) carere *B.* c) subn. pr. cep. $2^{b.c}$; subn. pr. depr. cęp. *B.* d) pop. pastoribus o. *B*; past. parte *corr.* parte past. 2^{a}. e) esse *add. B.* f) d. beatum Pirminium 2. $2^{a.a*}$ *(ubi* illis *deest).* g) diocesim 2. $2^{a.b.c}$. *B.* h) doc. c. 2^{b}. i) sine $2^{a.a*}$. k) pond. ei imp. e. pr. D. am. n. recusaret lab. *B.* l) pr. Sinlaz *B.* m) *deest B.* n) visenda 2. o) exiens i. peregerunt *B.* p) *post add.* quidam *B.* q) Et ille d. (*multo post corr.* Et illi dixerunt) *B.* r) ergo Pirm. *B.* s) *post corr.* humili 2^{a}. t) *deest* 2^{a}; prostravit 2^{a*}. u) Petri 2. $2^{a.a*.b.c}$; prostravit *h. l. add.* 2^{a}. v) et bac. *B.* w) st. er. 2. $2^{a.a*.b.c}$. x) a. int. 2. $2^{a.a*.b.c}$. y) manus 2 (us *e corr. in loco raso*). 2^{a*}. z) autem $2^{a.a*}$. a) hum. infidelitas non agnovit tamen f. *B.* b) m. se 2^{c}. c) eum *ead. manu superscr. B.* d) f. s. 2^{a}. e) Hoc pr. d. ille valde expavescens hum. suscepit eum et in alt. se o. amantes s. resederunt *B.* f) *ita* 1. 2^{c}; epist. *reliqui codd.* g) eo 1^{b}.

1) Gregorius II. eo tempore sedit, quo Pirminius in Alamanniam venisse dicitur. Sed iter Romanum nonnisi exemplo S. Bonifatii, qui a pontifice licentiam officiumque praedicandi accepit, effictum esse, ex eo etiam apparet, quod auctor ne nomen quidem papae tunc sedentis sciverit. Cf. Rettberg II, p. 54 sq.

causam praedictus meus amicus tam tarde veniat'. Respondit ei, ob itineris longitudinem tam diu illum demorari posse. Non longe postea venit is cuius aspectum uterque desiderabat, papa videlicet sanctusque Pirminius. Initoque[a,*] consilio, ab urbe Roma a metropolitano missus est praefatus Dei servus per virum inclytum nomine Sinlaz ad Theotericum[b] regem Francorum; qui eum gloriose suscepit et cuncta quae illi ab apostolico per praedictum imperata fuerunt[c] nuncium libenti ardentique animo implevit[1]; et congregata episcoporum turba, missum summi pontificis, sanctum scilicet[d] Pirminium, praecepit honorifice suscipere[e] ad pastorales curas et cuncta quae ab illo imperarentur oboedienter atque[f] libenter implere[e,2].

5. Coadunata quoque antistitum caeterorumque clericorum caterva non pauca, in illorum praesentia stans[**] missus apostolici Sinlaz, variam multimodamque eorum imperitiam a papa referebat auditam[g], atque propter illorum stultitiam populum minutum ignoranter deliquisse in multis. Sanctus vero Pirminius, vir[h] valde venerabilis, cum reliquis fidelibus coepiscopis suis cuncta devote[i] implevit quae illi erant imperata ab apostolicae sedis episcopo. Cunctisque[k] rite peractis, venit ad locum Sinlazesouva[l,3] nuncupatum, ibique aliquantum temporis requiescens, praedicti[m] viri filium levans de sacro[n] fonte baptismatis, in[o] renato sibi fecit filium adoptivum. Post[***] haec vero per amorem divinum atque fraternum ibi morabatur tempus non modicum, dicente quodam sapiente: *His geminis qui caret alis, non habet unde volet ad regna caelorum*[p]. Praefatus vir inclytus nimium laetus[q] effectus, Deo gratias agens[r], qui illi tantum talemque ostendit patronum, simulque[s] his verbis humiliter Deum deprecans[t]: 'Domine[u], qui me dignum[v] fieri[w] voluisti praeclaram[x] huius viri sanctitatem cognoscere, tribue, ut per eius sancta[y] merita merear in[z] aliquo illi profuturus esse[a] servitio'. Ostenditque[b] illi praedia[c] sua non pauca, quia ibi[w] in gyrum lati erat[d] cespitis dominus dives. Et rogabat amicum suum dilectissimum[e], ut dignaretur illi ostendere[f], in qua parte ei videretur[g], ut post suum[h] discessum in amorem[i] illius ad

(margin: c. 724.)

*) *Vita posterior c. 9:* Denique epistolam cum beato viro absque dilatione per venerabilem virum Sintlacem ad regem Francorum Theodericum direxit, monens, suadens et imperans, ut respectu divinae remunerationis viri Dei votum pia opitulatione duceret ad effectum, edocens, hoc ita demum sagaciter posse[k] fieri, si, cunctis tam Alamanniae[l] quam Frantiae praesulibus convocatis, imputaret neglectus ipsorum desidiam, reatus notificaret pondus; quod nequirent evadere, nisi beatissimum Pyrminium ad suas dioceses ducerent pessumdatique gregis dampna restaurare flagitarent. Porro rex, epistola pervisa, honorifice ab apostolico suscepit directos *etc.*

**) *B pergit:* praes. iussit recitare summi pontificis epistolam et cum consensu eorum apostolicam licentiam beato Pirminio sua concessione firmavit. Inde laetus pergens cum praedicto suo amico, venit ad l. Sinlazesauva nunc. *etc.*

***) *B haec breviata praebet:* Cumque ibi non mod. t. moraretur, praef. Sinlaz Deo ag. gr., qui sibi talem tantumque.

a) Inito ergo 2^{a}. b) Teod. 1^{b}; Theod. 2. $2^{a.a^{*}.b.c}$. c) fuerant $2^{b.c}$. d) et *add.* 2; videlicet 2^{a}. e) suscipi . . . . impleri 2^{a}. f) a. l. *des., una voce erasa* 2. g) audita 2. h) *deest 2, ubi post* valde *vox erasa.* i) devotæ 2. k) Cunctis ergo 2^{a}. l) Sinlazæsouua 2. 2^{b}; Sintlacisouua *Vita posterior.* m) fil. eius *B.* n) *deest* 2; f. s. $2^{a^{*}.b.c}$; f. sacri 2^{a}; de s. I f. *B.* o) in r. *des. B, ubi* s. fil. ad. fecit. p) polorum 2^{b}. q) est *add.* $2^{a.a^{*}}$. r) egit 2; gr. a. D. 2^{a}. s) pariterque *B.* t) aiebat *add.* 2; deprecabatur dicens *B.* u) inquit(d) *add.* $2^{b.c}$. v) indignum 2. $2^{b.c}$. *B.* w) *deest* 2. x) preclara 2. y) *deest B.* z) in a. i. mer. *B.* a) s. e. Haec dicens ostendit pr. 2^{a}. b) Deinde ostendit *B.* c) praesidia 1^{b}. d) erant 2^{a}. — cespidis 1^{a}; c. e. *B.* e) dilectum 1^{b}; rog. eum *B.* f) ut demonstrare i. dign. 2^{a}. g) congruum *add. B.* h) *deest* 2. 2^{b}. i) amore *B.* k) f. p. 2. l) Alem. 2.

1) Cf. bullam spuriam Zachariae papae (v. Pflugk-Harttung, Acta inedita I, nr. 1; Jaffé, Reg. ed. 2, nr. 2289): *monasteria, sicut a te, consentientibus Dagoberto et Theodorico, filio eius, Francorum regibus piae memoriae, ... constructa sunt.* 2) Cf. Rettberg II, p. 54, qui castigat auctorem, bene monens, eum nescivisse, tunc Karolum ducem, non regem, regnum Francorum rexisse. 3) Hoc nomine sola vocabatur insula, de qua mox refertur, postea dicta Augia dives, ubi monasterium fundatum est; cf. Vitam S. Meginrati (infra) c. 2, ubi Sindleoz dicitur presbyter fuisse, primo in insula Sindleozesaugia monachorum habitacula construxisse et iussu Perchtoldi Pirminium eo adduxisse; a qua relatione haec nimis recedit. Cf. Rettberg II, p. 56, qui suspicatur, utramque narrationem nonnisi ex nomine insulae antiquo ortam esse. Magis etiam differt a nostro Herim. Aug. ad a. 724, SS. V, p. 98: *S. Pirminius abbas et chorepiscopus a Berhtoldo et Nebi principibus ad Karolum ductus Augiaeque insulae ab eo praefectus, serpentes inde fugavit et coenobialem inibi vitam instituit annis* 3. Tempus ab Herimanno indicatum satis bene convenit cum eo, quod a. 726. Pirminius monasterium Murbacense fundavit. Tribus annis Pirminium Augiense monasterium rexisse, etiam refert Walahfridus Strabo, Visio Wettini v. 28, Poetae Carol. II, p. 304.

Dei servitium perpetrandum[a] potuisset habere oraculum[b]. Desiderium amantissimi amici[c] audiens et voluntatem Dei ut[d] prudens intellegens: 'Est'[e], inquit, 'insula haec, quam intueor, prope*, in quam possum navigando cum Dei adiutorio celeriter venire; in illam me[f] fac ad[g] opus divinum, quod optas, peragendum navigio propere induci'. Ille[h] quoque renuens: 'Vermibus', inquit, 'insula[i] haec quam[k] cernis plena scaturrit[l], et idcirco nunquam homo ausus est in illam intrare'. Qui respondens ait: '*Domini est terra et plenitudo eius.* Primis magistris[m] dedit Deus potestatem calcandi scorpiones et cuncta venenata dyabolica[n] arte'. In[o] praedictam insulam intrante Domini cultore Pirminio, Dei nutu factum est, ut cuncta illa horrenda[p] creatura variorum atque inauditorum vermium de altera parte serpendo atque reptando gurgitem peteret[q], et tribus diebus ac noctibus tota superficies stagni tecta erat mira magnitudine dirorum serpentium. Tunc athleta[r] Christi Pirminius sarculis aliisque ferramentis spinas et tribulos, arbusta et inutilia frutecta cunctosque[s] surculos humanis usibus otiosos praecidi[t] praecepit, et manibus propriis, aliisque iuvantibus, in tribus diebus stirpando[1] pulchrum peregit campum**, in quo postea vivo Deo[u] et vero amoenam aedificavit domum atque suorum[v] alumnorum iocundum dimisit contubernium. Locus ille[w], ex quo die intravit in eum Christi praesul Pirminius[x], factus est salubris aere, iocundus flumine, fecundus terra, arboribus nemorosus[y] et vineis uberrimus; ideoque delectat[z] in eo vivere, qui ibi Deo regulariter debent servire. Quis enim tali sapientia praeditus est, qui enumerare[a] queat, quanta vel qualia mirabilis Deus in sanctis suis in loco illo mira atque miranda peregit? Quia[b], qui ab eodem loco[c] tanta monstra diabolici figmenti subito evanescere fecit, postea inde[d] multa milia animarum[e] sanctarum per multa[f] curricula annorum in amoenissimos hortos[g], caelestis scilicet Ierusalem[h], usque ad diem ultimum[i] non desinit advocare, ut[k] numero eorum nominum[l] aliud non possit coequari nisi stellae caeli aut bibulae harenae, quae iacent in litore maris. Iste locus[m] enim, de quo imperitis assertionibus aliquid narrando perstrinximus, primus est eorum, in quibus vir sanctus Pirminius[f] agonem suum post episcopatum proprium Deo et hominibus devotissime[n] monstrare coepit. Postea[2] vero cum Dei timore et studio bono decem ordinavit monasteria, quia*** 'initium sapientiae timor Domini', et 'in studiis suis cognoscitur vir', Paulo dicente: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem[o] servavi, ideoque reposita est mihi corona iustitiae.* Quorum tamen[p] coenobiorum nomina aliquanta nobis[q] cognita, quaedam non sunt; in tribus tamen regnis, Francia scilicet[f], Bawaria[r] atque Alemannia[s], liquido novimus ea[t] constructa[u]. Quomodo enim in media aetate vixerit in[v] illis et quantos labores tunc[f] pertulerit, paucis hominibus compertum habetur ob illorum culpam[w], qui nobis de[x] praedictis locis illud intimare debuerunt. Sunt[y] tamen aliqui, ut nobis sciendum[z] est, ex quibusdam praefatis[a] locis de illius studiis multa scientes, qui vero[b] nobis longe positi[c] sunt, et ad illos venire non possumus, et illi quidem quae exinde sciunt nobis intimare neglegunt.

Ps. 23,1. — Ps. 110,10. cf. Prov. 20,11. — 2. Tim. 4,7.8.

*) apta divino servitio *add. B, ubi* in — venire *des.*

**) *Vita posterior pergit c.* 12: Deinde in Christi honore oratorium construere aggressus est; ad quod plures, fidei ardore animati, praedia sua conferre decreverunt, praecipue tamen devotissimus Sintlaz, qui in ambitu[d] ipsius loci multa hereditario iure possidebat, Christi domicilium amplificare studebat; ubi postea plures coadunati seculi huius transfugae religionis sanctae facti sunt asseclae *etc.*

***) quia — iustitiae *des. B.*

a) Dei s. ad celebrandum *B.* b) locum occultum *B*; Ille vero *add.* 2^{a}. c) Eius des. aud. *B.* d) ut pr. *des. B.* e) int. dixit: Pr. e. h. ins. q. i. 2^{a}. f) fac me $2^{a.b}$. g) f. Deo serviturum nav. *B.* h) Illo 1^{b}; Quod i. renn. 2^{a}. i) hec i. 2^{a}. k) q. c. *des. B.* l) *ita* 1. $1^{a.b}$ *(etiam infra c. 9)*; scaturit 2. $2^{a.a*.b.c}$; scaterit *B.* m) aecclesiae *add. B.* n) d. a. *des. B.* o) Intr. autem D. c. P. in pr. ins. 2^{a}; Igitur ut in pr. i. Dei cultor Pirminius intravit *B.* p) cr. h. *B.* q) peterent *B.* r) adtheta *corr. ead. manu* adthleta 2; adletha $2^{a.a*}$. s) que *deest* 2. t) incidi *B.* — praeciperet 1^{b}. u) et vero D. *B.* v) suis alumnis *B.* w) iste $2^{a.a*}$. x) Pirminus 2. y) us *e corr.* $2^{b.c}$. z) in eo delectantur *B.* a) enumerari *B.* b) Qui enim ab *B.* c) loca 2^{b}. d) *deest* 2^{b}. e) s. a. *B.* f) *deest B.* g) ortus 2. $2^{b.c}$, *corr.* hortos 2; ortos 2^{a*}. *B.* h) Hierusalem 1^{b}. 2. 2^{b}, H *erasum* 2. i) *deest* 2^{a}. k) in 1^{a}. l) *deest B, ubi* non al. m) l. e. *corr.* e. l. 2^{b}, *et ita* $2^{a.c}$. *B.* n) devotissimę 2^{b}. o) f. s. *des.* 2. p) t. c. *des. B.* q) sunt *add.* $2^{a.b.c}$. *B, ubi* q. vero incognita. r) Baioaria $2^{b.c}$. s) Alam. *B.* t) esse *B*; esse *add.* $2^{b.c}$. u) constituta 2. $2^{a.a*.b.c}$. v) in i. *des. B*; in *deest* 2. w) desidiam *B.* x) de pr. l. *des. B.* y) Sed t. s. *B.* z) est sc. 2^{b}. a) l. praedictis *B.* b) *deest B.* c) positis et 1^{b}. d) q. inhabitu 1.

1) i. e. exstirpando. 2) Ignoravit auctor, cur Pirminius Augiam reliquerit, quod Herimannus, bona certe relatione nisus, indicavit l. l. a. 727: *Sanctus Pirminius ob odium Karoli a Theodebaldo, Gotifridi ducis filio, ex Augia pulsus . . . . Alsatiam, alia instructurus coenobia, petit.*

Aliqui[a] vero nec ipsorum locorum primordia[b] scientes in quibus vivunt, et a quibus inicium post Deum sumpserunt[c], omnino sunt ignari; quia, ubi abundat terrena cura, refrigescit[d] necesse [est[e]] caritas divina. Nomina vero praedictorum monasteriorum quae novimus haec sunt: Altaha[f, 1], Scutura[2], Genginbach[g], Suarzaha[h, 3], Muorbach[4], Moresmunister[i, 5], Niuvenwilare[k, 6, *]. Aliorum[l] vero vocabula certe non scimus. In his tamen praedictus[m] vir non minoravit inchoatum certamen, ut credendum est[n] secundum qualitatem uniuscuiusque loci.

6. Nec[o] illud silendum est[p], sed valde propalandum, quod quidam vir nobilis nomine Wernharius[q, 7], alta prosapia Francorum ortus, audito rumore sancti viri, quam frequens[r] propter amorem divinum in astruendis sanctorum locis, quam devotus in aedificationibus domorum Dei, quam sollers in congregandis catervis ad servitium Dei quamque[s] gnarus regulam sancti Benedicti observare volentes in omnibus procurare, mittens post eum, honorabiliter ad se arcersire[t] praecepit. Ipse[u] quoque venire non renuit. Tunc amabiliter cum omni dilectione et laeticia superius[v] dictus patronus virum venerabilem Pirminium suscipiens, cuncta illius commoda omniaque servitia secundum voluntatem propriam fieri praecepit. Post aliquantos vero dies illi[w] indicavit, ob quam causam eum invitavit. Multa[x] loca propria in circuitu iacentia monstrare ei coepit, quia praepotens erat[y], atque[z] spopondit, ut, ubicumque eligeret, ibi proprium ei daret locum ad Dei servitium perpetualiter agendum. Christi vero servus Pirminius[a], iam sibi[a] cernens tempus imminêre, quo, sarcina humani laboris abiecta, agonum suorum praemia reciperet in caelis, ibi in gyrum investigare coepit aptum[b] locum in saeculum ad manendum. Invento vero[c] iocundo loco, ibi

*) Fabarias[8] *add.* 1[a], *postea erasum, teste Gallo Morel apud Mone p.* 33; Favaris *post in marg. add. B;* Fabaria *add. apogr. Iohannis Egonis prioris Augiensis, teste Mone l. l., itemque recentiore manu add. in Vitae posterioris codice Stuttgartensi* (2). *Etiam in Vita metrica v.* 226, *Mone p.* 42: Frauris (*lege:* Favaris) *inter cetera coenobia enumeratur. — Vita posterior pergit c.* 14: Quod non sine magna miraculorum patratione effici poterat, quamvis, quae illa miracula vel quot et quanta essent, scriptorum desidia notificare neglexerit. Verum his omissis, moveamus stilum nostrum texere, quibus beneficiorum gestis Horbacense monasterium[d] orditus fuerit atque consummaverit.

a) Alii 2[b]; Sunt v. al. qui *B.* b) primordio 2. — sciunt *B.* c) sumpserint 2[b. c]. *B.* d) refrigescat 2. *B*, *ubi* n. est ut r. e) *deest* 1. 1[b]. f) Altha 2[b]; Althaha 2[a*]. g) Gengenbach 2[a]; Gengenpach 2[a*]; Genginbahc *B.* h) Swarzaa 2[c]; S. M. *des.* 2[a. a*]. i) Moresmunistûr, û *alio atram. in loco raso* 2; Morism. *B*; Meresmuinster 2[a]; Moresmunster 2[a*]. k) uen *expuncta* 2; Niuuuenuuilere 2[a]; Niuuuenuuilare *B.* l) Alia v. v. certa 2[a]; Ceterorum *B.* m) p̄dictis 2. n) *deest* 2. o) Neque 2[b. c]. p) *deest* 2; est sil. 2[a]. q) Werinh. 1[b]. 2. 2[a. a*. b. c]; Warinh. *B.* r) esset *add. B.* s) que *deest* 1[b]. t) *ita* 1; arcessire *B*; accersire 1[a. b]? 2. 2[a. a*. b. c]. u) Iste 2. v) s. d. p. *des. B.* w) ind. illi 2[a*. b. c]. x) quoque *add.* 2[a]. y) erit 2[b. c], *post corr.* erat 2[b]. z) et sposp. 2[a]. a) *deest B.* b) sibi *add. B.* c) inventoque ioc. 2[b. c]; autem 2[a*]. d) coenobium *ed.; in cod.* 2 *desunt haec et capp.* 15—20.

1) Niederaltaich ad Danubium fl. in Bawaria. In Breviario Urolfi abbatis Altahensis, Mon. Boica XI, p. 14, ubi de fundatione monasterii refertur, Pirminii mentio non fit, sed 12 monachos de Alemannia advenisse *Eddoni episcopi* (Strasburgensi, antea abbate Augiensi) *donanti*, traditur. Posteriores scriptores Altahenses (Wolfherius, Vita Godeh. II. c. 2, SS. XI, p. 198; Exc. Altah., SS. IV, p. 36; Herim. Altah., SS. XVII, p. 369) tradunt, monasterium suum consilio Pirminii a. 741. ab Odilone duce fundatum esse. Herim. Aug. l. l. scribit, monachos illos 12 fuisse Augienses, sed falso sub a. 731. hoc narrat. 2) Schuttern (tunc dicta Offonis-cella), Gengenbach ad Kinzig fl., in magno ducatu Badensi. Utrumque monasterium a Pirminio fundatum esse, negat Rettberg II, p. 84 sq. 3) Schwarzach ad Rhenum fl. in magno ducatu Badensi, tunc Arnolfesaugia in insula Rheni sita, a. 748. ab Heddone episcopo Strasburgensi fundata est, in cuius charta fundationis, Schöpflin, Alsatia dipl. I, nr. 16, p. 17, Pirminii mentio non facta est; sed refertur, monachos peregrinos advocatos esse sub Saroardo abbate (cf. n. 1), forte ex Augia; Rettberg II, p. 83 sq. 4) Murbach in Alsatia superiore fundatum est a. 726. ab Eberhardo comite, advocato Pirminio cum monachis, et dictum est Vivarius Peregrinorum. Cf. diploma Theuderici IV. d. d. 727, Iul. 12, DD. I, p. 85, M. nr. 95, et chartas Eberhardi et Widigerni episcopi Strasburgensis d. d. 728, Mai 13, Schöpflin l. l. nr. 9. 10, p. 8. 11; Herim. Aug. l. l. falso ad a. 731. 5) Maursmünster in Alsatia inferiore. Cuius monachi hoc coenobium multo ante Pirminium fundatum esse contenderunt. Cf. diploma spurium a. 724, DD. I, p. 149 sq., spuria nr. 31, in quo Pirminii mentio non fit; Rettberg p. 86. 6) Neuweiler in Alsatia inferiore, ubi teste Paulo diac., Gesta episc. Mett., SS. II, p. 267, monasterium a Sigebaldo episcopo Mettensi fundatum est. Facile credendum, monachos eo a Pirminio missos esse. 7) Vide de eo Crollius, Observat. de geneal. familiae Salicae II, in Commentat. acad. Theodoro-Palatinae vol. VI. hist., p. 187 sqq., qui eum auctorem gentis Salicae fuisse probat. 8) Pfävers ad Rhenum fl. in dioecesi Curiensi est colonia Augiensis monasterii (cf. Herim. Aug. a. 731), sed vix a Pirminio fundata.

sibi[a] fecit umbraculum aestivas ad declinandum[b] auras. Factum est[c] in una dierum, ut quidam rusticus prope[d] ibi pasceret porcos; qui audiens[e] a dicentibus, quam[f] ob rem vir sanctus ibi manebat[g] in desertis locis, venit ad eum, poplitibus[h] flexis humilians se ante illum, dicens[i]: 'Est locus hic superius prope, senior dilecte, quem ob confluentiam aquarum[k.1] duarum vocant Gamundium[l.2], in quo, si Dei voluntas est[m] et tua, pulchra potes habere[n] castra'. Vir ego sanctus ilico surgens, in locum a Deo sibi praedistinatum[o] secutus est subulcum, ibique invenit venatorum praedicti Wernharii[p] amata mappalia, et illa[q] peragrans, ymnos Daviticos modulando versumque[r] cantando[s]: *Haec requies mea in saeculum saeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam,* (Ps. 131, 14.) pervenit ad tabernaculum, in quo iacere solebant canes praedicti senioris; conversusque[t] ad versificatorem suum, subridens inquit[u]: 'Tu facias quod velis, hîc me scias Deo volente humani metam[v] ducere aevi, donec tuba herilis clangit[w] ab alto, atque defuncti resurgent[x] cuncti, et nos occurramus obviam Christo domino'. Deinde omni spurcitia de supra dicta domuncula ablata[y], virgis planis atque politis cemento obducto, pulchrum ibi tabernaculum[z] praeparari praecepit, facto[a] intus altari in honorem[b] Dei genitricis Mariae, sanctificando benedixit omnipotenti Deo aedificatum habitaculum[3.*].

7. Postquam[c] autem haec facta sunt, atque[d] alia habitacula[e] quam plurima ad commoda[f] sua et[g] aliorum secum conversantium aedificarentur[h] ibi, et sua habitatio in[i] brevi tempore illic[k] erat pulchra; populus quoque circum habitans haec audiens, necnon[l] ex aliis provintiis[m] illum quaerere coeperunt[n] superflue. Factum est enim[o], ut multitudo populi undique ad eum conflueret, sacrae confirmationis rogans manus[p] impositionem. Beatus[q] vir sanctus[r] Pirminius cernens[s] maximam multitudinem ad se venientem et locum artum[t] atque incultum, quia aquae[u] eum utraque parte stringebant, et[v] ob femineum[w] sexum, cuius[x] in aliis locis ab eo factis prohibebat ingressum, ne consuetudo inde feminis oriretur illuc frequenter veniendi, ad ministerium sanctum[y] agendum remeavit ad priora[z] habitacula[a]. In arboribus igitur illic[b] exortis usque in hodiernum[c] diem parent signa impressa, quae illis diebus fuerunt facta. In[**] praedictum locum[d] itaque, ut dixi[e], convenit uberrima turba gemini sexus. Cumque sacrae praedicationis verba[f] finivit, sanctae[g] manus impositionis ministerium[h] prolixe[i] agebat, tanta[k] illic multitudo plebis erat, ut ampullis[l] exhaustis sanctum deficeret oleum. Quod videns venerabilis Pirminius: 'Curre', inquit ministro, 'velocissime ad monasterium, plus nobis allaturus de oleo sancto'. Ille volens eius iussa implere, apprȩhendens[m] ampullas et intuens in eas, vidit[n] eas oleo sancto repletas[o]. Misericordia igitur[p] omnipotentiae divinae per incrementum visibilis crismatis ostendit, quod vivifica sancti Spiritus[q] unctio per manus tanti sacerdotis invisibiliter emanavit[r].

*) *Vita posterior pergit c.* 18: Tum fidelium devotione sibi alacriter opitulante, pulcherrimum construxit cenobium, ubi seculo huic renuntiantes Deoque se ex integro mancipantes commodissimis uterentur habitaculis. Mutata sunt ergo in brevi prava in directa, inculta in amoena, feda in speciosa; et quo prius fiebat venatio animalium ad delicias transitorii luxus praebendorum, ibi felici captura postea trahebantur animae caelestis convivii dapibus saturandae.

**) In — sexus *om. B.*

a) *deest B.* b) declinandas 2. c) autem *add.* 2^{a}. d) i. pr. 2^{a*}. *B.* e) cum audiret *B.* f) ob q. *B.* g) maneret *(alia manu scr., alia voce in linea erasa) B.* h) pobl. 2. $2^{a.a*.b.c}$. *B.* i) dixit *B.* k) d. aq. 2^{a}. l) Gamundum 2. $2^{a.a*.b.c}$. m) et tua est 2^{c}; D. et tua deinde sancta vol. *B.* n) habitare 1^{a}. o) *ita h. l. et infra c.* 9. 1. 1^{a}. *B (post corr.* predest.); predest. *reliqui.* p) Werinharii 2. $2^{a.c}$; Werinherii 2^{b}; Werenharii 2^{a*}; Warinh. *B.* q) m. i. quoque 2^{a}. r) et illum versum *B.* s) canendo 1. 2^{a*}. t) que *deest* 2; conversus itaque *B.* u) inquid *corr.* inquit 1; ait 2^{c}. v) aevi d. m. 2^{a}; m. h. *B.* w) clangat 2. $2^{b.c}$. x) resurgant 2. $2^{b.c}$. y) abacta *B.* z) praep. t. *B.* a) et f. *B.* b) honore $2^{b.c}$. *B.* c) Post 2. d) alia atq. alia $2^{b.c}$. e) hȩdificia, h *exp. B.* f) accommoda 1^{b}. g) aliorumque *B.* h) aedificabantur 2. $2^{b.c}$; ibi edif. *corr.* ed. ibi 2^{a}; ibi construerentur *B.* i) *deest* 1^{b}. k) illuc 1^{a}. — ærat 2; esset 2^{a*}. l) et *B.* m) venientes *add. B.* n) cep. *h. l.* 1; *deest* 2, *ubi* cepit *in marg. post* sup. *ead. manu suppl.;* cep. abunde *B*; cep. unanimiter 2^{a*}. o) quadam die *add. B.* p) manuum eius *B.* q) Igitur cum b. *B.* r) *deest* $2^{a.a*.b}$; v. s. *des. B.* s) m. m. ad se cerneret venire *B.* t) atrum 2; et locus ille esset artus atque incultus ad capescendam tantam turbam *B.* u) aque 1. v) maxime *add. B.* w) feminium 1^{a}. x) cui *B*, *ubi* in a. *des.* y) ag. s. 2^{a}; ad pr. h. rem. ad ag. m. s. *B.* z) propria $2^{a.a*}$. a) *deest* $2^{b.c}$. b) *deest* 2. $2^{a.a*.b.c}$; ex hortis 2^{a}. c) hodiernam *B.* d) it. l. 2^{a}; autem l. 2^{a*}. e) diximus 2^{c}. f) *superscr.* 1. — finiret *B.* g) sacrae *B.* h) nisterium *in loco raso* 1; misterium 2. i) ag. pr. *B.* k) tantaque $2^{b.c}$. l) suis *add.* 2^{c}. — haustis 1^{b}. m) apprehendit 2^{a}; sumens 2^{a*}. n) et v. 2^{a}. o) impl. 1^{a}. p) enim *B.* q) *deest* 2. — uncio 2; untio 2^{c}. r) emanabat *B.*

1) Trualbe et Swalbe rivorum, qui uniti faciunt fluviolum Hornbach. 2) Gemünd, ahd. 'Gamundi, gimundi', est confluentia. Postea dictum Hornbach in Palatinatu Rheni, proximum oppido Neuhornbach. 3) Cf. diploma spurium Karoli Martelli transsumptum in diploma Henrici IV. imp., Mon. Boica XXXI, p. 350; St. nr. 2752.

Tunc ampullarum portitor gaudio repletus recurrit[a] ad episcopum, pedibusque illius provolutus, ait: 'Non est necesse, senior[b] dilectissime, ad coenobium reverti, quia lecîti cuncti oleo sancto inventi sunt referti'. Quod videns sanctus[c] Dei cultor: 'Gratias', inquit[d], 'tibi ago, omnipotens Deus, qui quondam in heremo innumerabile vulgus insperatis[e] aquis tua virtute saciasti, nunc vero[f] simili modo laetificasti populum expectantem[g] dona misericordiarum tuarum, ut sciant omnes, quia tu es Deus cunctorum qui invocant nomen tuum in veritate'. Tunc quoque[h] opus coeptum produxit usque[i] ad vesperum[k]; quo expleto, unusquisque illorum[f] laetus atque gaudens remeavit[l] ad propria.

8. His itaque ita[m] gestis, praedictus heros Wernharius[n] cuncta quae ei promisit libenter perpetravit et postmodum multa ei non promissa praestitit beneficia, atque posteri[o] eius quam plurimi post ipsum et multi alii ad Dei servitium benivoli de propriis locis ambabus[p] partibus silvae quae dicitur Wásego[q] aecclesiam Dei ditaverunt. Quorum locorum nomina non est necesse dici per singula. Marcam enim[r] silvae dedit illi[s] in loco qui[t] nunc vocatur Pirminiseusna[u, 1], idcirco quia[v] in illo tempore subulcorum sancti Pirminii ibi erant electae[w] mansiunculae. Wásegus[x] enim ibi in illa donatione amplum tenet spacium. Idcirco praepositi atque alii praefati[y] sancti viri ministri praedictum intrantes desertum, per loca convenientia inchoavere villarum[z] inicia, servos* atque liberos illuc mittentes, variis ferramentis stirpando, cum adiutorio divino plura peregerunt novalia pulchra**. Sed quia adhuc praedicta silva fertilis erat ad humana commoda, idcirco praedicti procuratores per loca congrua ad servitium praedicti iusti fecerunt bucularum armenta ceterarumque[a] animalium utilia castra. Per quae*** praefatus sanctus[b] opus suum assuetum non relinquens, iter suum sanctum ad[c] locum iocundum qui vocatur Wizanburg[d, 2] saepe peragebat, ibique ab eo et ab aliis in Deo sibi coniunctis norma sancti Benedicti[e] disputata, per semitam suam remeavit[f] ad propria, quae adhuc vocitatur[g] callis sancti Pirminii†.

9. Non enim[h] silendum aestimo, sed fidelibus narrandum melius esse credo††, quod vir inclytus sanctus Bonifacius, qui metropolitanae urbis Mogontiae[i] erat archiepiscopus

*) servos — stirpando *des. B, ubi* et cum Dei adi. pl.

**) *Vita posterior pergit c.* 20*:* quorum reditibus utentes in praefato degentes coenobio, tam carnali quam spirituali tripudiant benefitio. Emulantes autem liberalissimum praefati Werinberii exemplum posteri eius quam plurimi multique alii benignitatis affectu repleti ad sustentandas vineae Domini[k] vires ultro se suaque praebuerunt. — Sed — praedicti iusti *des. B, ubi* atque ad necessaria ibi Deo servientium fec.

***) *B ita:* Per quae dilecta pr. s. ass. opus visitandi alia sancta loca non rel. *etc.* — *Sequentia usque ad finem capitis ita mutata praebet Vita posterior c.* 21*:* Post haec praesul egregius iter suum ad locum iocundissimum qui vocatur Wizaburc[l] destinavit, ibique gratiam qua redundabat plurimis impertiens, a secularis vitae scoria purgatos, religiosae[m] disciplinae excudit[n] emulos. Hic quoque sicut in reliquis eius constructionibus efficaci cooperatione astitit Christus[o], qui corda multorum eo ignivit stimulo, ut praedia possessionesque amplissimas eidem loco subrogarent. Praeparatumque est in brevi coenobium Dei servitio aptissimum et seculo renuntiantibus tutissimi statio portus[3]; ubi non paucis fratribus spiritualis exercitii[p] fervore coadunatis, honestissimam atque discretissimam[q] beati Benedicti regulam observare pater almus instituit. Et sic ad Horbacense coenobium reversus est per suam semitam, quae ob piae privilegium memoriae adhuc inpraesentiarum vocatur sancti callis Pyrminii.

†) *B add.:* Illic enim dicunt quondam illum habere basilicam in modum crucis factam.

††) *In marg. alia manus saec. XII. add.* 1*:* Hinc colligitur, quod sanctus Bonifacius Magunt. sedis archiepiscopus et sanctus Pirminius contemporanei fuerunt.

a) recucurrit 1[b]. b) domine pater ad *B.* c) Pirminius *add.* 2. 2[a. a*. b. c]; v. D. c. eximius *B.* d) *deest* 1[b]. e) in spir. 2[a]. f) *deest B.* g) d. m. t. exsp. *B.* h) *superscr.* 1. i) *deest* 2. 2[a. a*. c]. k) vesperam 2[a. a*]. l) ad pr. rem. 2. 2[a. a*. b. c]. m) *deest* 1[a. b]? 2. 2[a. b. c]; itaque *deest* 2[a*]. *B.* n) Werinh. 2. 2[a. a*. b]; Warinh. *B.* o) e. p. 2[b]. p) ambobus *B.* q) Uúasego 1. 1[a]. 2 *(ubi eg eras.)*; Uuásego 1[b]. 2[b]; Uasego *corr.* Vuasego 2[a]; Uosago *B.* r) autem 2[a]. s) ei in illo l. *B.* t) quę 2. 2[a]. u) Pirminii seusna *B*; Pyrminisheusna *Vita post.* v) qui 2; P. eo quod *B.* w) *deest* 2; electa mansiuncula *B.* x) Vosegus *B.* y) huius *B.* z) initia v. *B.* a) *ita* 1. 1[a. b]. *B*; ceteror. 2. 2[a. a*. b. c]. b) *deest* 1[a]. c) ad l. *des.* 2. d) Vuizanburch 1[b]. 2[a*]; Wizanpurg 2[b. c]; Wizenburc 2[a]; Wizenburg *B.* e) bene *add. B.* f) q. a. v. c. s. P. r. ad pr. *B.* g) vocatur 2. 2[a. a*. b. c]. h) autem 2[a]. i) Magont. *h. l. et infra* 1[b]. *B.* k) *deest* 1. l) Wizaburg 2. m) religosę 1. n) excludit 1. o) Christo 1. p) exertitii 1. p) decret. 1.

1) Pirmasens. 2) Weissenburg in Alsatia, ubi monasterium celebre fuit. 3) Auctor verba prioris vitae, ubi dictum est, Pirminium saepe monasterium Weissenburgense visitasse et cum coenobitis eiusdem pia colloquia habuisse, perperam intellexit, ut falsissime opinaretur, coenobium illud Pirminio auctore constructum esse, quod iam saeculo septimo exeunte fundatum est.

gloriosus, qui*, ut dici iustum est, proprio pascitur[a] nomine, quia a pueritia primevae aetatis non omisit operibus implere quod vocabatur nomine. Sanctus igitur praefatus divino instinctu[b] monitus per amorem divinum atque fraternum sanctum[c] ad visitandum Pirminium, impigre pervenit[d] usque ad locum Gamundium[e]. Et illo ibi invento, quem tanto quaesivit labore, uterque, ut credendum est, alterius valde laetabatur[f] visu, quia, quos Deus suo nutu congregavit, laetitia caelesti, necesse est, adimplevit. Felix enim[g], qui tantorum virorum[h] vidit amplexus humanisque oculis intuebatur illorum[i] oscula sancta eorumque pacifico meruit interesse colloquio. Sed ego indignus in Dominum[k] confido, quod tales istinc[l] inventi erant apud illos, quos superna gratia fecit idoneos illorum sancto posse interesse consilio. Cumque sancti illi simul demorabantur[m] in colloquiis divinis et orationibus sanctis, iuxta quod illis tempus consensit, multis consiliis de stabilitate sanctae aecclesiae populique[n] christiani rite peractis, separaverunt se corporaliter in terris, quorum merita nunquam sequestrantur[o] in caelis. Sanctus enim Pirminius proprium tenuit locum**; sanctus[p] autem Bonifacius Mogontiam reversus est, et[q] inde cum suis, quos ad tale elegit iter, per alveum Reni[r] tendebat ad convallia praedicti amnis, regionem Fresonum visitare [c. 753] volens, quia sciebat[s] gentem ibi manentem ritu[t] gentili atque barbarico usu valde errantem. Idcirco illuc venire[u] cupiebat, si ibi[v] aliquos inveniret, quos Deus sua praedistinatione ad vitam[w] vocaret aeternam, ut[x] suis monitis instructi relinquerent errorem antiquum, sequentes Deum vivum et verum. Contigit ergo, cum coeptum[y] iter egisset, ut quadam die declinatus[z] ad mansionem venit[a], ubi quaedam matrona in sanctimoniali habitu vitam ducebat religiosam, quae[b] in suo proprio praedio voluntarium servitium fecit[c] sancto episcopo Bonifacio. Quae etiam habebat capellam, in qua suas[d] solebat Deo agere pręces, in qua pendebat vas fusile unum, quod nostra lingua skellam[e. 1] vocamus, iocundum habens sonum, quod vir sanctus sibi revertenti[f] petiit dari a praedicta sanctimoniali; quod[g] illa libenti animo se facturam respondit sancto[h]. Ille vero impiger[h] immobili animo coeptum perpetravit iter iuxta vocem[i] psalmistae dicentis: *Expecta Dominum, viriliter age, conforta*[k] [Ps. 26, 14] *cor tuum et sustine Dominum.* Intransque[l] pagum praefatum, genti feroci praedicare coepit euangelium Dei[m]. Quorum igitur corda sua Deus tetigit misericordia, sanctam praedicationem suscipientes, baptismate sancto tincti atque a peccatis omnibus abluti, per praedicationem[n] sancti Bonifacii facti sunt regno caelesti propinqui. Quorum enim[o] effera corda doemon[p] titillabat sua invidia, simul glomerati sanctumque[q] secuti[r] antistitem, in praesule[s] [754–55.] sancto, Deo[t] consentientes[u], effecerunt martyrii insigne. Illud[v] euangelicum ibi impletum est, ubi ait: *Necesse est, ut veniant scandala; ve tamen*[w] *illis, per quos veniunt.* Unusquisque [Matth. 18, 7. Luc. 17, 1.] enim[x] illorum carnificum[x], proprio ense extracto, altrinsecus occisionem exercuerunt corporum[y] suorum, qui prius in nece martyris loetum[z] suarum perpetraverunt animarum[2]. Unus tamen ex eis, qui se inde sperabat evasisse mortis imperium, vermibus scaturiens[a] plenus, morte finitus est miserabili, ut*** impleretur quod dictum est: *Vindica, Domine,* [cf. Apoc. 19, 2.] *sanguinem sanctorum tuorum.* Propriis manibus ut insensati Dei[b] nutu ulciscebantur sanguinem sanctum ab illis iniuste effusum. Sanctum etenim[c] corpus, quod tunc imminebat

*) qui — igitur praefatus *om. B.*
**) *Apogr. Ioh. Egonis hic add.:* in quo cursu consummato, fide servata, confectus senio, agonum suorum praemia vitae aeternae praestolabatur, *quae interpolata Mone perperam in textum recepit.*
***) ut — effusum *om. B.*

a) n. p. 2^{a}. b) cultu 2^{c}. — admon. 2^{a}; mon. inst. ut credimus *B*, *ubi* per — fraternum *des.* c) ad v. s. *B.* d) venit *B.* e) Gamundum 2. $2^{a. a*. b. c}$. f) letab. *h. l.* 1. g) erat *add. B.* h) vidit vir. $2^{b. c}$. i) eorum *B.* k) Deum 2. $2^{a. b. c}$; Deo 2^{a*}. — confidens *B.* l) istinc *radendo corr.* isti 2; istic 1^{b}? $2^{b. c}$. *B.* m) demorarentur 2^{a*}. *B.* n) p. chr. *des. B.* o) segregantur *B.* p) beatus *B.* q) Deinde *B.* r) Rheni $2^{a. a*. b. c}$. *B.* s) ibi sc. g. 2^{b}. t) g. r. *B.* u) c. v. 2^{b}. v) sibi 2; al. ibi *B.* w) aet. v. v. *B.* x) et illo monente rel. *B.* y) conceptum 2^{a}; inceptum 2^{a*}. z) *ita* 1. $1^{a. b}$. 2. 2^{a}. *B*, *post corr.* declinaret 1^{b}; declinans $2^{a*. b. c}$; *post add.* esset *B.* a) venit *corr.* veniret 2. b) quidem *add. B.* c) s. ep. f. *B.* d) sol. suas 2^{a}. e) scellam 1^{a}? 2^{a}. *B*; schellam 2^{a*}. f) reverenti sibi 2^{a}; revertendi 2^{b}. g) Hoc l. a. i. *B.* h) *deest B.* i) ps. v. *B.* k) et confortetur 2^{c}. l) Intravit igitur *B.* m) sanctum. Quidam enim q. corda D. s. t. *B.* n) abl. sunt *B*, *ubi* p. pr. s. B. *des.*; abl. predicatione 2. $2^{a. a*. b. c}$. o) *post corr.* autem 1^{b}, *et ita* 2^{a}. *B.* p) t. demon $2^{a. a*}$; d. s. instigabat *B.* q) que *deest* 1^{b}. r) a. insecuti *B.* s) presulem *e corr.* 2. t) Dei 1^{b}? $2^{a. b. c}$; dyabolo 2^{a*}. u) consentiente *B.* v) Impl. est ergo ibi ill. euuang. 2^{a}; Veruntamen ut i. eu. impleretur *B.* w) autem 2^{a}. x) *deest B.* y) c. s. *des. B.* z) *ita* 1. 1^{a}. $2^{b. c}$; letum 2. $2^{a. a*}$; mart. auctores extiterunt *B.* a) pl. sc. *B.* b) n. D. 2^{c}. c) enim 1^{b}.

1) Nunc Germanice: 'schelle', i. e. campana. 2) Tale quid narrat Willibaldus, Vita S. Bonif. 11, 37, SS. II, p. 350 sq.

agendum suis fidelibus qui remanserant aliisque catholicis viris in timore Dei detentis, levantes in feretrum, per eandem qua[a] illuc venerant viam reverti[b] conati sunt. Factum est vero[c], dum iter unius diei illis[d] superesset veniendi[e] ad domum supra dictae sanctimonialis, et primo diluculo sanctum corpus gleba[f] levaverunt, ut ab ipsa hora tintinnabulum, quod ei[g] praefata[h] promisit femina[1], angelicis, ut credendum est, manibus[h] pulsatum, usque dum[h] feretrum[i] venit in habitaculum ubi pendebat, iocundum reddidit sonum[2]; quia necesse[k] erat, ut vasculum, quod antea humano auditui amabilem[l] reddebat vocem, tunc autem pulchriorem, quia in[m] Christo defunctum nunciabat episcopum. Mirabilis vero[n] Deus in sanctis suis huic simile signum nobilitavit per sanctum Pirminium. Wîdo, unus de stirpe praedicti[o] Wernharii[p, *], praepotens dominus terrenus loci Gamundii[q] fuit; qui et ipse aedificando atque[r] aurum et argentum proprium fabricando ad laudem Dei et ad ornandum faciem templi sancti Pirminii in praedicto loco multa bona peregit[3]. Cloccam[r] igitur unam sancti Pirminii praefatus[s] Wido in locum qui vocatur Lochwilere[t, 4] deferri praecepit, quae, quandiu ibi pendebat, muta et humano auditui inutilis permansit. Intellexit igitur senior praedictus[u], hoc factum[v] Deo non placuisse[w] et sancto Pirminio, praedictam campanam referri praecepit in locum de quo sumpta est; quae, antequam illuc veniret, sonum assuetum clare[x] reddidit et usque in hodiernum diem ad laudem Christi et sancti[y] Pirminii reddere non desistit. Omnipotens enim Deus per utrumque vas ad laudem sanctorum suorum pulchrum peregit signum; quod enim unum sonando, hoc aliud perpetravit tacendo atque canendo.

10. Sanctum[**] autem Bonifacium, ut dignus erat, honorifice duxerunt usque ad[z] sedem suam Mogontiam. Deinde etiam populo opimo[a] undique conveniente, et episcopis atque presbiteris cum aliis multis ad sacrum ministerium convocatis, cum Dei timore et gaudio magno perductus[b] est ad Fultam[c], ubi ipse corpore adhuc vivens sibi elegit habere requiem perpetuam[5]. Et tunc[d] clemens Deus in adventu sancti Bonifacii recordatus est [populi[e]] ex itinere fatigati, quia, qui aliquando in deserto alite multo pavit populum innumerum, istic ab amne ibi fluente piscium multitudinem ebullire fecit[6], ita ut populus ex itinere lassus et fame constrictus copiosam abundantiam sibi recepisset, et de Dei misericordia laeti atque iocundi redierunt ad propria[f, ***]. Et[g] ut ad id redeam unde digressus sum, vir[h] venerabilis sanctus Pirminius in eodem mansit coenobio, ubi a sancto[i] corporaliter se separavit Bonifacio[k], usque dum Christus de caelo recordari voluit laborum suorum atque certaminum, quae impigre et viriliter pro Christi[l] peregit nomine[m]. Cumque[n] sentiret Domino dominorum placere, ut, sarcina carnis abiecta, agonum suorum praemia caperet in caelis[†], nil[o] dubitavit a corpore solvi et esse cum Christo. Convocatis[p] fratribus valedicens[q] cunctis, obdormivit in Domino. Cui vero[r] si per occisionem gladii non imputatur martyrium, digni-

*) *Vita posterior c.* 28. *add.:* coenobium Horbacense propria tenens in ditione.
**) *Haec* — redierunt ad propria *des. B.*
***) *Vita posterior c.* 27. *add.:* Condonantur quoque in ipso loco extunc usque inpraesentiarum multa benefitia quaerentibus, poscentibus et confidentibus in beati viri suffragia, praestante domino nostro Ihesu Christo, cui perpes gloria manet in secula.
†) *B add.:* ut totus in Domino semper conversus.

a) quā *B.* b) revertere 1b. c) *deest* 2; ergo 2a; autem 2a*. d) illi 2a. a*. b. c; adhuc *B.* e) venient 2. f) *deest B.* g) dudum *add. B.* h) *deest* 2. i) pher. 2c. k) iustum *B.* l) amabili 1a. — reddidit *B.* m) def. in Chr. *B.* n) ergo 2a. o) *deest* 2; iam dicti *B.* p) Werinh. 2. 2a. a*. b. c; Warinh., valde potens *B.* q) Gamundi 2. 2a. a*. b. c. r) Gloccam 2a. b. c; Sed tamen cl. u. *B.* s) P. sumpsit et in l. *B.* t) Lohuuilere *corr.* Lohuuilare 2; Lohwilare 2b. c; Locus-wilare *Vita post.* u) prefatus 2. 2a. b. c. v) *deest, voce erasa* 2b. w) placuisset 2; et s. P. n. pl. *B.* x) *post corr.* clariorem 2; dare 2a. c; dare cepit et 2a*. y) eius *add. B.* z) *deest* 1a. b? a) optimo 1b. b) prod. 1b. c) Fuldam 2a*. b. c. d) nunc 2a. e) *deest* 1. 1a. 2. f) patria 2a. g) At 2c. h) ergo *add.* 2a. i) se corp. a s. *B.* k) Bonef. *h. l. B.* l) eius 2a. *B.* m) *deest* 2b. c. n) Nam cum *B.* o) nihil 2b. c. p) itaque *add.* 2a. b. c; Igitur conv. *B.* q) et v. 2a. r) vere 2b. c.

1) Nomen feminae *Beala*, quod hoc loco (c. 26) addunt Vitae posterioris editiones, deest in codice Parisiensi (1); codex Stuttgart. (2) omisit cap. 23—28. Corruptum videtur ex voce *beata* in codice Broweri addita. 2) Traiectensibus corpus S. Bonifatii retinere volentibus, *gloccum aecclesiae in signum amotionis sancti corporis, humana non continguente manu, commotum* esse, narrat Willibaldus 12, 38, p. 352. 3) Cf. chartas donationum eius a. 796. ap. Crollius, Orig. Bipont. I, p. 87—89; Comment. acad. Palat. VI. hist., p. 240. 243. 4) Lochweiler in praef. Zabern Alsatiae. 5) Cf. Willibald. 11, 33; 12, 38. 39, p. 349. 352. 6) Hoc miraculum narratur in Passione S. Bonif. c. 13, SS. II, p. 357.

tatem tamen martyris non amisit, quia[a] multa bona certamina in[b] Domino usque in finem perpetravit. In Hornbachensi[c] coenobio quarto[*] die Nonarum Novembrium[1] depositio est[d] sancti Pirminii episcopi; ubi per illius merita sancta experiuntur infirmi multa[e] beneficia Christi[f], caeci visum, surdi auditum, claudi gressum variisque[g] detenti infirmitatibus misericordiam[h] Dei, qui vivit et regnat in[i] saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT[k] VITA SANCTI PIRMINII EPISCOPI.

*) *Vita posterior c.* 31: tertio. — q. die Non. Decembrium *B.*

MIRACULA SANCTI PIRMINII HORNBACENSIA.

1.[l] Opera que in sanctis suis mirabilis Deus iugiter operatur quotiens ad memoriam redeunt, totiens mentem ardore conpunctionis tangunt. Quapropter silentio contegi recusat Divina Scriptura posteris viae spiritalis incentiva. Quem enim Dominus sublimat in virtute, proficere debet omnibus in commune, ut, qui specialem Domini gratiam promeretur, imitandus aecclesiae in exemplum generale detur. Unde per se veritas ait: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.* [Matth. 5, 16.] Ad edificationem vero fidelium a Deo omnia fieri, ipsius sermo testatur Filii, qui ante passionem suam veniente de caelo voce Patris circum se mirantibus et cunctantibus turbis ait: *Non propter me hec vox venit, sed propter vos.* [Ioh. ev. 12, 30.] *Nemo accendit lucernam et in abscondito ponit neque sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant.* [Luc. 11, 33.]

2.[m] His ita consideratis, preceptis vestris, o sanctissimi patres, non repugnans, pauca de miraculis tango, que per patronum nostrum Pirminium Redemptor noster dignatus est operare, et quam incommutabili pietate circa genus consistat humanum, nobis etiam, in quos fines seculorum devenerunt, dedit manifestare. Vestro igitur suffultus adiutorio, os meum ut impleatur aperio, adiuvari me confido locutum, quia sapientia aperuit os mutum. Sentencias ministret fide et veritate apertas, qui linguas infantium fecit disertas. Quae oculis vidimus, que ab his qui interfuerunt didicimus, que vera et incorrupta tenemus, scribendo testimoniis perhibemus; verbis utimur veritatis, ut et vos credatis. Nos discipuli Iohannis, id est gratiae Dei, debemus utique veraces haberi, renunciantes vobis, qui gratiam Dei amatis, quae a Ihesu didicimus signa potestatis. *Euntes*, inquit, *renunciate Iohanni que audistis et vidistis. Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* [Matth. 11, 4. 5.]

3. Igitur cum monasterium beati viri venerabilis abbas Adelbertus nomine rexisset, hiemantis anni tempore, pueris etiam algore constrictis, contigit fratribus quadam sabbati pedes manusque secundum mandatum dominicum lavantibus aquam in abluendis defuisse manibus. Tunc senex quidam laicus habitu, conversatione regularis et moribus, ad hauriendam de puteo aquam regressus est; qui, deficientibus in extrahendo[n] viribus, aque plenam ex manibus incaute relinquens ydriam, prono capite in fontem prolapsus est. Vase igitur desuper insequente, velox illum impetus precipitavit oppositis lapidibus impingentem. Erat autem puteus novem fere cubitos habens. Rei eventu fratribus nunciato, incumbunt orationi corde prostrato, Domino intentius supplicantes, ut pollui vitaret homicidio aquam, per servum suum beatum Pirminium sibi servientium usui datam. Quid multa? Plebis conventio copiosa perculsa advenit luctuosa, geminando multiplices eiulatus alternantibus suspiriis procreatos, et detestata huius conditione sortis, parabat funebria mortis. Post aliquod autem tenebrosae noctis horas rumpendo quidam cunctationis moras, cum lampade ingreditur fontem umbris vicinum, quasi cadaver erepturus morticinum. Res mira et post Petri apostoli et Placidi, sancti Benedicti pueri[2], paritatem tripla: descensor nondum medium fontem intravit, cum sibi senex superatis periculis obviavit, qui, accepto itineris duce, egreditur admodum gavisus de luce; tandem ab omnibus percunctatus, pronus in ima ruens[3] qua arte sit sursum elevatus, qua in his angustiis fuerit suffultus salute, vitae etatis olim destitutus virtute, erectis in caelum manibus, ait: 'Quod sum, o beate Pirmini, salvus periculis remotis, subsidio tui perfruebar melotis[4]; protector fidelis in undis ab omnibus senem tuebaris erumpnis[o]; hinc fixae reconditus menti, fore scio omnia possibilia credenti'.

a) qui 2b. c. b) usq. ad f. vitae praesentis in D. *B.* c) Hornbachcensi 1b; Hornbacensi 2. 2a; autem *add.* 2a; vero *add. B.* d) eius 1b; est s. P. ep. dep. *B.* e) b. m. *B.* f) *erasum* 2; *deest B.* g) et variae infirmitates sanitatis explementum. Inde laus Deo Patri, eius et Filio pariterque Pneumati sancto, in tribus personis simplici Deo, qui *B.* h) misericordia 2a. i) per omnia 2a; r. Deus per cuncta s. *B.* k) *ita* 1. 1b. 2a. l) Incipit prologus in vitam beati Pirminii episcopi et confessoris *rubram ineptam suppl. manus saec. XIV. c.* m) Incipit vita beati Pirminii episcopi et confessoris *lemma manu saec. XIV. h. l. suppl. c.* n) extrahendis *c.* o) *in rasura c.*

1) Quo anno Pirminius defunctus sit, non constat. Neque Annales Augienses neque Herimannus de eius obitu referunt. In charta d. d. 754, Aug. 18, Schöpflin, Als. dipl. nr. 26, iam occurrit Iacobus episcopus regens coenobium Gamundiense. Ergo ante hunc diem Pirminius defunctus esse videtur. 2) Cf. Gregor. Dial. II, 7. 3) Nota membra hexametri. 4) Genitivus vocabuli *melos*, quod hoc loco vim habere videtur orationis.

Prefatus ergo abbas Adelbertus, a bono opere semper inrecessibilis, ad portam aecclesiae occidentalem cepta turri auxit decorem domus Dei et locum habitationis gloriae suae. Quatuordecim fere cubitis opere sublimato, ut virum Dei a sua devotione subverteret, temptator affuit. Quadam vero die operariis murum altius edificantibus, malignus spiritus eundem parietem, qui edificabatur, evertit atque viros quinque simul obprimens ruina contrivit. Urbani quoque, audito fragore, adcurrunt, nimio perculsi dolore, non dampno parietis, sed contricione plebis. Fit populi iugis tumultus, querendo collapsis lapidibus sepultos. Eruentes enim singulos, continuant planctum, de exequiis eorum solliciti tantum. Sed in manibus portati angelorum, ne forte offenderent ad lapidem [pedem[a]] suum, in paucis diebus[b] redeunte pristino vigore, reversi in suo perstiterunt labore. Quorum sospitatem supplantator mundi diabolus deflens, ab ore cuiusdam energumini confessus est, interventione cuiusdam senis, beati videlicet Pirminii, artis suae machinamenta effectu privari. Obhinc autem sapientia fortiter vincens maliciam, parietis lapsuram supplere satagebat. Altitudine vero priorem mensuram excrescente, fratres aliqui etate provectiores per gradus ad summa conscendentes, quodam puero comitati sunt; qui incaute ambulando[c] de muro prolapsus, solis manibus angularis[d] saxi superficiem contingens, inseparabiliter adhesit, quousque, fratribus succurrentibus, instans precipitium evasit. Puero elevato, saxum ad terram cecidit, acsi ponderis sublevatione caruisset, et quod puerum adherentem firmiter sustinuit, se vacuum sustinere nequivit, ut[e] hinc omnipotens Deus ostenderet, quia saxum sua manu tenens vitam servavit penduli, qui ab hominibus reprobatus in caput factus est anguli.

(cf. Matth. 4, 6; cf. Matth. 21, 42.)

4. Pariete vero summa manu iam proficiente, homo alius artificii doctus turris cacumen per cocleas[f] ascendit, queque dissona suae redditurus congruentiae. Versutia autem Sathanae, arma ad nodum vibrare semper nova solens, ratae discretioni vacantem per tres trabium ordines impingendo ad terram labefecit virum. Fratres vero Divinitati solventes officium vespertinale, casus sono percepto, currendo elevant moribundum, statum vitae in illo vix discernentes ullum[e]. Quid plura? Dantes se pariter in oracionem, quasi ab[g] umbrarum sedibus animae reduxere calorem[h], beati Pirminii meritis illud optinentibus, ne virtutum gratia sibi in ullo deficeret servientibus.

5. Eodem tempore clericus quidam, eiusdem operis architectus, morbo se premente infirmatus est. Is languore superante iacuit triduanus, excepto tenui spiramento, vitali habitu despoliatus. Tercio die finito, fratribus quibusdam coram illo residentibus, duo angelici vultus domum intrantes pueri iuxta infirmantis lectum constiterunt; quorum alter utraque manu epistolam ferens, egroto ait: 'Affero tibi litteras vitae et mortis; elige ex his quod volueris: hac dextera gero signa vivendi, in sinistra claudo terminum in hac vita manendi'. Infirmus, his auditis, ab imo suspirans, ait: 'Ego mundi naufragia semper exhorrens elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum'. Post haec verba illum sinistram brevim sumere studentem puer alter prohibens: 'Quid', inquit, 'agis, modice fidei? Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos, tu autem aecclesiae profuturus exemplo disciplinae cape cyrographum vitae'. Tunc ille oculos in caelum levans, ait: 'Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; fiat voluntas tua'! Continuo, pueris egredientibus, infirmus ad se reversus, visionem fratribus indicavit et eos de incolumitate sua iam certos laetificavit. Post paucos deinde dies integre redditus est sanitati.

(Ps. 54, 24.)

6. Rogationum autem diebus dum sanctorum reliquiae per loca destinata transvectae quarta sabbati in agrum Longi-pratum vocabulo devenissent, utriusque sexus examine obviam procedente, cum piae devotionis odore susceptae sunt. Missarum quippe sollempnia fratribus in eodem prato cęlebrantibus, quedam mulier corporis contagione clauda cum adminiculo venit, que venerationi sanctorum supplicando, lacrimis madens, intercedente Dei confessore, sanitate convaluit totiusque populi gaudia in sui convalentia duplicavit.

7. Recepto[i] igitur in aeternae beatitudinis gremium abbate Adelberto, Garemannus congregationis suae precipuus divina sorte in id officii collocandus apparuit. Qui obedientiae iugo subiectus, vestigiis paternis inherendo viam veritatis elegit et iudicia Dei non est oblitus. Sed sicut pravorum mos est invidere aliis bonum, quod ipsi habere non appetunt, quidam antiqui hostis malicia perculsi, monasterio boni provisoris derogare coeperunt. Conceptam vero a dolore[k] parturientes iniquitatem, viros de familia Dei confessoris despoliatos presumunt foris trahere, ut eos aut per tormenta discuterent aut gladiis necarent. Quorum unus ingemuit atque acriore dolore commotus ait: 'Heu, heu, sancte Pirmini! Placet tibi, quod trahimur, et non nos defendis?' Ad cuius vocem adversariorum quidam livore succensus: 'Quis est ille', ait, 'quem Pirminium vocas? Bellare Pirminius tuus nescit, ligneum, non igneum gladium habens; dormit, nunquam vigilans'. Post hec verba intrante in illum Sathana, miser sensum perdidit, et miseria preventus, oculos vivus amisit. Postremo morte mala vitam finiens, animadversus est Scripturam, qua dicitur: *Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.* Et iterum: *Hec dicit qui habet rumpheam ex utraque parte acutam.* Et iterum: *Ve qui predaris, nonne et ipse predaberis?*

(cf. Ps. 7, 14; Ps. 120, 4; Apoc. 2, 12; Es. 33, 1.)

8. Alio quoque tempore, beati Pirminii veniente die natali[l], maxima populi multitudo confluebat ad diem magnum festivitatis, et ut scriptum est: *Cum astarent filii Dei ante Dominum, affuit inter eos etiam Satan,* viri impii maliciae suae facibus accensi, sedicione orta, concordiam in Dei nomine convenientium disturbare coeperunt. Quapropter reliqua innocentiam custodiens turba, zelo Dei fervens,

(Nov. 2; Iob 1, 6.)

a) *deest c.* b) debet *c.* c) deambulando *corr.* ambulando *c.* d) angulari *c.* e) *e corr. c.* f) clocleas *corr.* cocleas *c.* g) ad *c.* h) colorem *corr.* calorem *c.* i) Kecepto *c.* k) *Mone coniecit* diabolo; *sed nihil mutandum, cum versus allegatus ita sonet:* Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem et peperit iniquitatem. l) natalis *c.*

hostes superbe operantes iniquitatem facto grege eiecit extra civitatem, quatenus, illis coactis extra synagogam fieri, tantae gaudia sollempnitatis perageret in pace Dei, ut per psalmistam Dominus dicit: *Non habitabit in medio domus meae qui facit superbiam.* At filii iniquitatis, de semine nati Chanaan et non Iuda, irae[a] depulsionis suae pudorem magni ducentes, maioris invidiae tenebris caecati, ad ulciscendam iniuriam certatim se invicem sunt hortati. Exercitu itaque congregato, omnes in circuitu vias insidiando a longe obsederunt. Etenim congregatio[b] fidelium servata in unitate et in vinculo pacis, cum in sua rediret diebus consummatis, ad insidiarum progressa latibulum, invadentibus hostibus circumdatur, atque rebus despoliatis, vita singulorum affecta diverse cruciatur. His ita gestis, sicut perverse agentibus omnia cooperantur in malum, ipsam urbem evertendam irrumpere nitentes, suburbana devastant, edificia diruunt, homines inventos verberando cruentant. Quibus visis, urbani portas claudunt et amaritudine pressi circumquaque decurrunt, nichil tutum aut quietum satis habentes; mulieres timore insolito perterritae. O facinus impium et crudele! Que harum[c] non ploravit in Rama cum Rachele? Ingeminant crebros singultus et ululatus multos. Menia ergo putantes iam terrae coaequari, non suscipiunt consolari. Sacerdotes autem cum gemitu ingressi templum, pacientiae populo prebebant exemplum; prostratique ad sepulchrum Dei confessoris, poscebant auxilii oportunitatem, et omnipotens Deus inmisit hostibus profundissimam cecitatem. Nam a iunioribus fratribus agitatis fusilibus campanorum[d], inimici privati sunt lumine oculorum, ut vel caecitate in momento percussi discerent, quam tenebrosum cor contra[e] familiam Dei confessoris haberent. Qui, accepto itineris duce, vix a vindice ira liberati, in finibus nostris nusquam postea conparuerunt.

(cf. Ioh. ev. 9, 22. — Ps. 100, 7. — cf. Matth. 2, 18.)

9. Abbas vero Garemannus, in bonis operibus vitae consummato cursu[f], de reliquo corona iusticiae remunerandus[g], corporis infirmitate solutus, ex hac luce migravit[1], stola immortalitatis indutus. (c. 1008)

Fuerunt iudices monasterii in tempore illo querendo que sua sunt, non que Ihesu Christi, irritantes Deum in adinventionibus suis, ut multiplicaretur in eis ruina; quales per prophetam redarguit Dominus dicens: *Non ascendistis ex adverso nec opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in domo Domini.* Hii testamentum Domini temerarie profanantes, electionis privilegium demere fratribus meditati sunt; fratres vero alterna karitate dimicantes, testati sunt, resinam esse in Galaath et malagma in Israel, ut gloria patris filius fieret sapiens. Electo igitur inter se Willimanno, etate et sapientia sene, patronos aecclesiae virili concordia adierunt, quatinus electio sua facto impleretur, deprecantes. Datores igitur in negando obstinati, ad extraneos, quorum dextera eorum repleta est muneribus, conversi, occulta Dei censura utriusque partis terminum mediante, electum abbatem congregationi statuerunt; quo statuto, fratres cum gaudio redierunt.

(cf. Phil. 2, 21. — cf. Ps. 105, 29. — Ezech. 13, 5. — cf. Ier. 8, 22.)

10. Singula denarrare longum videtur, que et quanta Dominus per servum suum beatum Pirminium clementer operatur, quanta dilectione sibi servientes foveat, superbe in se agentes manifesta animadversione terreat, quam gravi pondere tyrannidis premat occasionem, quotiens patresfamilias Cornu[2] petunt per tumorem. Nam a principio sui in hunc locum adventus homo ullus nec legitur nec habetur inventus pacifico exitu pertranssiens stadium vitae, si in sancti pontificis locum non timuit superbire. Quare cum hec cottidie, non legendo, sed videndo[h] et audiendo discamus, particularium pluralitate relicta, ad generalia redeamus.

11. Cůnradi ducis[3] filius in castello Stoufenburc[4] extrema morte preventus, ad monasterium ducitur sepeliendus. Fratres vero, adventu feretri audito, cum crucibus et ymnis longius ab urbe digressi sunt. Interea presbiter quidam cum infantis equo accelerans in urbem, cereos quatuor incensos candelabris imponit et iam venienti loculo obviam deportari fecit. Cepta itaque digressione, candelae in eundo omnes vento exagitate percepti luminis gratiam perdiderunt; portitores vero, vicinarum domorum perscrutati casas, ignis offenderunt omnes immunes. Assunt interea fratres cum exanimi corpore, merentibus cerofērariis de candelabrorum restinctione. Facta est autem res mira, quam narro, quia, dum feretrum inpresentiarum venisset, refulsit sol in clipeos aureos, omnesque illi cerei caelitus dato lumine accensi, claro iubare[i] intuentium oculos reverberaverunt. Quod omnipotens Deus miraculum evidenter fieri voluit, ut liquido daretur intelligi, illa anima corpore exempta inter spiritus beatorum quam laeto perfrueretur splendore, cereis per se obscuratis, sed de invisibili flamma preluccntibus, patrocinante Dei confessore. Manifestata autem divinae virtutis presentia, haut facile dictu est, quanta fuerit in Dei laudibus exultatio, que sanctissimi presulis meritorum veneratio, que peccatorum oborta compunctio, quam dulcis ad emendandas[k] monasterii offensas impulsio. Officio quoque exequiali puero persoluto, cuncti domum, qua venerant, redeunt, ducem demonstratae virtutis gaudio participant et eius animum de morte sobolis consolantes sanant. Nam post paucos deinde dies ipse ad monasterium veniens omnem coram fratribus suam inequalitatem corrigit, reatus sui veniam desiderans accepit; qua accepta, letus et gaudens in sua reversus est.

12. Anno abbatis Willimanni secundo rex Francorum Henricus Reni alveum navigio superans, cum (1009.)

a) ire *c.* b) congregatione *c.* c) horum *c.* d) campanarum *corr.* campanorum *c.* e) e *corr.* *c.* f) cursus *c.* g) remunerando *c.* h) vivendo *c.* i) a *add. sed del.* *c.* k) emendendas *corr.* emendandas *c.*

1) Infra c. 15. apparet, eum a. 1008. mortuum esse. MONE. 2) De nomine monasterii sui significare videtur. MONE. 3) Filii, ut videtur, Conradi I. ducis Carinthiae, qui ipse a. 1036. dux Carinthiae constitutus est. Nomen filii eius a. 1008. vel 1009. mortui ignoratur. 4) Situm erat prope villam Stauf (kr. Göllheim), ubi hucusque rudera castri exstant; cf. Frey, 'Beschr. d. Rheinkreises' III, p. 217.

1009. magno exercitu Galliam ingressus est[1]. Tunc vero christiani cum paganis[2], quos duxerat, viam ineuntes Ieroboam, qui peccare fecit Israel, depredantur agros, incendunt villas, viros ac mulieres trahunt, iniciati (cf Num. 25, 2. 3.) Beelphegor et comedentes sacrificia mortuorum. Huic ergo consuete instantes abominationi, quandam ingressi aecclesiam, suo morem gesserunt tumori, auferendo omnem oratorii ornatum servicio divino dedicatum. (cf Ps. 93, 1.) Deus autem ultionum dominus reddens retributionem superbis, quendam iuvenem permittit corrumpi a Beelzebub principe demoniorum, qui ad temeranda ingressus est sancta sanctorum. Illo in terram colliso, gentiles cum paganis penitencia ducti, Deo didicerunt esse perosum, quia domum orationis speluncam fecissent latronum. Iuvenis autem[a] domino suo Augiensium abbati[3] in vinculis veniens, consilio eius per loca sanctorum in via ducitur sanandus, sed meritis sanctorum opem ferre negantibus, nulla precum intercessione ab antiquo eripitur predone. Interea rex Bliesensem provinciam[4] ingressus, in vico Ernestwilláre[5] cum omni sedit exercitu. Hunc abbas Willimannus pro causa monasterii adiens, sincera[b] devotione susceptus est ab eodem imperatore. Quem ad regem venisse Augiensium abbas percipiens, cum festinatione conveniendo, eius advolvitur genibus, humiliter[c] orans, secum ad monasterium ducere dignari iuvenem furibundum[d], suae fratrumque orationis instantia a beato Dei confessore sanandum. 'Confido', ait, 'per nostrum communem patronum curari hunc debere in misericordia Omnipotentis a mortifero, quo infestatur, veneno serpentis'. Cuius peticioni abbas benigne annuens, a vinculis solutum iuvenem suscepit in sua; qui fremens et spumans ad monasterium ductus, fusa pro ipso[e] ante sepulchrum Dei confessoris fratrum oratione cottidiana, infra aliquot dierum evolutione[f] sanatus[g], ovis pastori suo iam remittitur in pace, liberata de lupo rapace.

13. Preterea, eiusdem Dei confessoris redundante virtute, promiscui sexus fere viginti sex, nobis videntibus, demonis obsidione captivati, singuli in ordine vicis suae reddebantur libertati. Quorum infestationis modum supersedimus ordinare, quia ingenio et voce rauca de multis tangimus pauca.

1011. 14. Anno procurationis Willimanni tercio mulier quaedam in Hormbacensium urbe occulto Dei iudicio preventa, dextera manu in medium complicata aruit manca; qua infirmitate stupefacta, ad sepulchrum Dei confessoris candela directa, misericordiae Dei fiduciam habens, ingreditur aecclesiam beati Fabiani pape et martyris[6], ipsum invocans voce, ut succurrat sibi, coniuncta Dei confessoris ope. Tunc (Es. 58, 9.) clemencia Redemptoris per prophetam dicentis: *Tunc invocabis, et Dominus exaudiet, clamabis, et dicet:* (Exod 22, 27.) '*Ecce assum*', *quia misericors sum dominus Deus tuus*, sanctorum meritis fidei succurrit mulieris, atque septimana exacta pigneribus[7] tutis suscepit dona salutis.

1012. 15. Anno incarnationis dominicae millesimo duodecimo, procurationis Willimanni abbatis quarto, (Apr. 4.) quadam die fratribus iuxta morem sextae horae[b] psalmodiam celebrantibus, cecus quidam oratorium sanctissimi confessoris introductus est. Ubi diutius in faciem prostratus, dum pavimentum rore contriti cordis perfunderet, lucis gratiam, quam non adtulit, recepit, fratresque in laude Redemptoris pleni gaudii[h] tripudio ditavit.

Apr. 10. 16. Sex deinde diebus evolutis, dominicae resurrectionis[i] sollempnitate instante, ad esum agni paschalis numerosa populorum frequentia confluxit. Tunc vir ille, ut pro suscepti luminis[k] emuneratione Deo grates referret, victoriosissimae crucis vexillum in manus accepit, ac se sequentibus fratribus cum ymnis canoribus, ad aecclesiam beati Fabiani martyris, quo turba convenerat, processit. Factum est autem, dum sermo ad populum pro divini ostensione miraculi fieret, homo alius, obserata diu aurium testudine surdus, auditus usum recepit et gratiarum actiones una cum adstantibus bonorum omnium Tributori geminata laeticia conclamat.

17. Puer etiam quidam parvulus, a quinto eius nativitatis anno mutus et claudus effectus, in custodia fratrum mansit nutriendus. Hic ad memoriam Dei confessoris ex industria fratrum consuete veniens, misericordia Dei in se operante, officium suscepit linguae, reliquo corpore in id temporis priori corruptela tabente.

Mai 3. 18. Predictae autem annorum ordinationis quinto Nonas Mai inventionem vexilliferae crucis populo recolente fidelium, puer isdem cenobium sanctissimi pontificis Pirminii ex consuetudine ingressus, quia fideliter pulsando perstitit, salutem, qua eguit, impetravit, ac confirmatis basibus eius et plantis, benedicens et laudans Dominum exilivit.

Iun 6. 19. Post haec die sanctissimi penthecostes sexto crucis dominicae adventum ad eundem locum anni recursu presentante[l, 8], populosa sexus utriusque caterva cum crucibus et sanctorum reliquiis ad gaudia tantae confluxit sollempnitatis. Ibi adolescens, cuiusdam patrisfamilias servus, ad memoriam Dei confessoris

a) *superscr.* *c.* b) *e corr.* *c.* c) huliter *c.* d) furiibundum *corr.* furibundum *c.* e) ipsa *corr.* ipso *c.* f) *ita* *c.* g) santus *corr.* sanatus *c.* h) gaudio *c.* i) soll. res. *corr.* r. s. *c.* k) l. et emundatione *c.* l) presentate *c.*

1) Henricus II. rex Theoderico episcopo Mettensi bellum inferens et Mettim urbem obsessurus, a. 1009, mensibus Iul. — Sept.; cf. Hirsch et Pabst, 'Jahrb. Heinrichs II.' II, p. 262 sq., ubi hic locus allatus est. 2) Scil. Slavis; Liuticis, ut coniicit W. de Giesebrecht, 'D. Kaisergesch.' ed. 4. II, p. 110; cf. Thietmar. VI, 35, SS. III, p. 821; Constantini Vita Adalberonis episc. Mett. c. 27, SS. IV, p. 668 sq., ubi calamitates ab exercitu regioni illatae deplorantur. 3) Bernoni. Augiae Divitis abbatem enim intelligendum esse, mox apparet, ubi S. Pirminius monasterii eius patronus dicitur, ut Mone monuit. 4) Bliesgau. 5) Ernstweiler (kr. Zweibrücken). 6) Ecclesia parochialis oppidi Neuhornbach; cf. Frey l. l. IV, p. 32. MONE. 7) Nota versum. 8) Agi videtur de quadam solemnitate die sexto hebdomadae pentecostes celebrata, ubi crux in processione portabatur.

venit adductus, qui infirmitate preventus visu[a] caruit, mutus et surdus repentina divini examinis sententia percussus aruit. Hunc ergo, eo quod tantae debilitatis inaequalitas eum viciavit, dominus suus ad sepulchrum pontificis nixa stipulatione donavit, confidens, illum eo efficacius salutem posse consequi, quo devotius humanae servitutis nodo solutus, ingenuae traderetur libertati. Quo ante tumbam beati presulis in fide et devotione continue prostrato, circa diei horam nonam, cum fratres, consummatis Dei laudibus, corpora cibo reficerent, soluta est lingua in locutionis ministerium, reclusae aures admisere auditum, solae oculorum fenestrae necdum exclusere densas umbras tenebrarum. Prostratus iuvenis, ut se impertitum gemino salutis munere sensit, previo ad ostium[b] aecclesiae baculo repsit, matrem suam iugiter vocans. Exierunt interea de refectorio fratres, qui huiusmodi vigore miraculi abundantius refecti, non facile dictu est, quanta corporis exultacione, quanta mentis iubilatione preconia Christo solvebant. Tunc misericordia[c] omnipotentis Dei, qui se diligentes semper diligit, se glorificantibus assistens cooperando succurrit, plebis suae conventionem triplo letificans iubilo, clausa oculorum lumina aperuit ceco, quem paulo instauravit ex muto et surdo. Putasne, cum quo gemitu quantaque devotione *Gloria in excelsis Deo* cecinerunt, qui per sacri pontificis merita tot in uno homine divini muneris videre miracula meruerunt? Fit fletus fratrum pre gaudio, laus populi pro triumpho, funduntur ex intimis precordiis grata suspiria, tripudiant letifico gestu cunctorum corpora non valentium invenire, quibus motibus exprimant percepta gaudia.

a) c. v. *corr.* v. c. *c.* b) hostium *corr.* ostium *c.* c) misericordiam *c.*

LUPI VITA WIGBERTI ABBATIS FRITESLARIENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Wigberti, collegae S. Bonifatii, abbatis Friteslariensis, cuius ossa in monasterium Hersfeldense translata erant, Vitam conscripsit, petentibus Bunone abbate et monachis huius coenobii, a. 836.[1] *Lupus cognomento Servatus, celeberrimus ille monachus, postea a.* 842. *abbas Ferrariensis*[2], *dum in monasterio Fuldensi sub Hrabano abbate litterarum studiis incumbebat*[3], *aut paullo postquam inde recessit*[4], *ubi haud dubie Hersfeldensibus innotuit. Qui ipsi iam doctrina claro quae de S. Wigberto narraret praebuerunt, ut 'materiam ministratam' in elegantem formam redigeret*[5]. *Ipsi vero Hersfeldenses de vita sancti ante annos nonaginta circiter defuncti iam perpauca et admodum tenuia comperta habuerunt, plura de miraculis eius post obitum perpetratis et de translatione ossium in monasterium suum notaverant. Vestigia quidem doctrinae Lupi, qui tam studiose scripta veterum perlegerat, ut ex epistolis eius apparet, et stili epistolarum satis elegantis etiam in hoc libello inveniuntur, sed nimia et quaesita arte sermo elaboratus haud raro obscurior et insulsior evadit.*

Licet nullus codex perantiquus Vitae ad nos pervenerit, tamen ope complurium codicum saec. XII—XV. verba auctoris satis certe restitui potuerunt. Qui sunt:

1) *Erfurtinus nr.* 21, *membr.* 4° *min., ubi inter alias Vitas sanctorum haec manu saec. XII. minutis characteribus haud pulchre, sed satis accurate scripta est*[6].

2) *Monacensis Lat. nr.* 22242 *(Windb.* 42*), membr., fol. maximi, est tertium volumen, Vitas dierum Iul.* 1—*Aug.* 15. *complectens, magni legendarii Windbergensis inter a.* 1141—1191. *nitide et splendide iussu Gebhardi abbatis scripti*[7], *cuius singula volumina persaepe in hoc tomo nobis commemoranda erunt. Vita Wigberti in hoc volumine f.* 147'—152. *exstat*[8].

1) Vitae prol. — A. 831. Hersfeldiae ecclesia S. Wigberti aedificari coepta est (Ann. Hildesh. et Lamb., SS. III, p. 44 sq.). Unde memoria huius sancti renovata et exaltata evenit, ut fratres eius Vitam habere desiderarent. Hrabanus abbas Fuldensis affuit, cum fundamentum ecclesiae iactum est. 2) Cf. de vita et scriptis eius Ebert, 'Gesch. d. christlich-lat. Literatur' II, p. 203—209, qui vero p. 208. in dubio reliquit, num Vita Maximini Treverensis episcopi ab eo composita sit, quae ut alii tribuatur, nec minima causa iusta invenitur; Wattenbach, 'GQ.' ed. 4. I, p. 191 sq. 195. — V. opera eius ed. St. Baluzius. 3) Cf. Lupi epist. nr. 1. 5. 40. 41; Hrabani epist. ad Lupum Collectario in epistolas Pauli praemissam, Migne CXIX, col. 1273 sq. 4) Jaffé, Bibl. IV, p. 498, n. 6. statuit, eum a. 836. verno tempore inde abiisse. — Probabilius sane videtur, hanc Vitam in Germania compositam esse. 5) Vitae epilog. et prolog.: *mihi quodammodo assignata.* 6) Folia numeris non signata sunt. 7) In tertio, quinto, sexto voluminibus huius legendarii (Windb. 42. 44. 45), quae vidimus, manu saec. XII. ex. haec nota scripta est: *Iste liber pertinet ad Sanctam Mariam in Windberg, quem fecit* [*iussit* Vol. V] *scribi secundus eiusdem aecclesiae venerabilis et dignae memoriae abbas Gebehardus pro obtentu gratiae Dei et beatae Mariae semper virginis et tuarum, lector, orationum. Si quis eum quocumque modo aecclesiae huic abalienaverit, anathema sit.* 8) Quia hoc legendarium et magnum illud Austriacum simillima sunt, putandum

3) Monacensis Lat. nr. 6910 *(Fürstenfeld.* 10*), membr. fol. min., saec. XIV, f.* 127—131, *magnis characteribus duabus columnis satis accurate exaratus.*

4) Erlangensis bibl. univ. nr. 321 *(olim* 268*), membr. fol. min., una manu saec. XIII. in. in monasterio Halisbrunnensi*[1] *scriptus, qui Vitas S. Bonifatii auctore Othlono et discipulorum sociorumque eius Sturmi, Burchardi, Lulli, Wigberti f.* 89′—94′, *Gregorii, Liobae continet.*

4[a]*) Guelferbytanus Helmst. nr.* 322, *chart. fol., a.* 1471. *scriptus*[2], *f.* 143—145′; *qui ex eodem exemplari ac* 4 *manavit.*

In codicibus 1. 4. 4[a], *qui inter se quadam affinitate cohaerent, index capitum deest et nulla capitum divisio instituta est, econtra* 2. 3 *ex eodem exemplari manaverunt. Quorum* 4 *ante multos annos V. I. Waitz,* 4[a] *L. de Heinemann collega, reliquos ipse exscripsimus.*

Primus hunc Lupi libellum Surius edidit, deinde inter Hincmari opera p. 339 *sqq. (Mogunt.* 1602*) Io. Busaeus soc. Iesu ex codice perdito societatis Iesu Moguntino*[3], *qui saepe temere lectiones codicis satis bonae notae, ut putaverim, alterasse videtur, quare lectionem eius perraro annotavi. Busaei editionem repetiverunt St. Baluzius inter opera Lupi (Parisiis* 1664; *ed.* 2. *Antwerpiae* 1710*) p.* 292—312; *Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. III,* 1, *p.* 673—682; *Acta SS. Aug. III, p.* 133 *sqq.*[4]; *Migne, Patrol. Lat. CXIX, p.* 679—694.

O. Holder-Egger.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITAM SANCTI[b] WIGBERTI[c] CONFESSORIS[b].

Reverentissimis[d] abbati Buno cunctisque fratribus[e] eius Lupus plurimam sospitatem. Cunctanti mihi viribusque[f] propriis diffidenti, ut vitam sancti Wigberti[g] stilo conarer[h] prosequi, vestra, dilecti patres, extorsit instantia. Et[i] aequum fuerat, ut in obstinatissima negatione persisterem, quando ad id, quod me imparem[k] tantae materiae tenuitas deficit ingenii, accessit, ut hoc opus a vobis eo potissimum[l] tempore, quo essem occupatissimus, peteretur, ni[m] me caritas, remotis gravissimis necessitatibus meis, vestrae voluntati morem gerere compulisset. Siquidem huic qui pareat, suis neglectis, interdum fraternis prospicit commodis. Igitur succubui vestro imperio; ceterum divinae erit clementiae simul et intercessionis beati viri, cuius gesta ex aliqua parte contingere statui, ut digna memoria digno sermone scribantur[n], et quae clarissima sunt qualitate sui, sensibus incultis deformata non horreant. Nec vero cuiquam haec ideo iudicentur infirma, quod octingentesimo tricesimo 836.

a) *deest* 2. 3; *prologus deest* 4; Inc. Vita s. W. c. Incipit prol. 4[a]. b) *deest* 3. c) Wicb. *h. l.* 1; abbatis et *add.* 2. d) Reverentissimo 4[a]. e) e. fr. 3. f) que *deest* 3. — propriisque *sed* que *eras.* 2. g) Wigberchti *h. l.* 3, *fere semper* 4[a]. *edd.* h) pr. con. 2. i) Nec 4[a]. k) in partem 3. l) promptiss. 3; t. p. 2. m) nisi 1; in 3; ut 4[a]. n) descr. 2. 3.

est, Vitam Wigberti quae in huius codicibus Sanctae Crucis nr. 13, saec. XII. ex., Campililiensi saec. XIII, Mellicensi M. 6, saec. XV, exstat ('Arch.' X, p. 645 sq. 653) cum Windbergensi codice maxime convenire. 1) In folio extremo 113. manu saec. XIII. in. notatum est: *Liber sanctae Mariae Halesbrunnen*, in tegumento manu saec. XIV—XV. post indicem: *Liber iste sancte Dei genitricis virginis Marie in monasterio Fontissalutis est.* 2) F. 145′. legitur: *Explicit Vita beati Wigberti in die conversionis Pauli per Andream Soter anno LXXI. in Clusa. Oretur pro eo!* Codex olim etiam nr. 93. notatus erat; 'Arch.' VII, p. 221. Non omnem variam lectionem eius annotavi. 3) Homilias duas et hymnos duos, quos in codice Dominicanorum Moguntinorum invenit, edidit idem in Paralipomenis opusculorum Petri Blaesensis, Io. Trithemii etc. Mogunt. 1604. Repetiti sunt in editionibus Baluzii, Bibl. maxima patrum Lugdun. XV, p. 58—60, Migniana. De hymnis v. E. Dümmler, 'N. Arch.' IV, p. 314. — In codice Moguntino soc. Iesu exstabat Vita metrica S. Wigberti a monacho Hersfeldensi conscripta et eius abbati Brunwardo, qui a. 875. obiit, dicata (cf. Dümmler l. l. p. 314 sq.), quam Busaeus propter 'insulsum ac barbarum stylum' eius omisit. — Huius codicis apographum forte est Vita Wigberti quae exstat in codice Romano, bibl. Sapienza saec. XVII. ex codice soc. Iesu Moguntino transcripto; cf. 'Arch.' XII, p. 419. 4) Ibid. p. 132. Sollerius notavit: 'Est et alia (Vita S. Wigberti) apud nos ms. vetustissimo charactere, verum hinc inde ita contracta et deturpata, ut nulla eius ratio haberi potuerit'. Forte eadem epitome est quae exstat in codice gymnasii Confluentini nr. 5. saec. XIV; cf. 'Arch.' VIII, p. 613.

sexto anno dominicae incarnationis, indictione autem quarta decima, presens opusculum cudens, ante nonaginta annos acta repetere videar, cum profecto, si vel leviter est eruditus, non ignoret, Salustium Crispum Titumque Livium non pauca quae illorum aetatem[a] longe precesserant partim auditu, partim lectione comperta narrasse et, ut ad nostros veniam, Iheronimum[b] Pauli[c] sui vitam, quae certe remotissima fuerat, litteris illustrasse, et antistitem Ambrosium virginis Agnes[d, 1] passionem, cui profecto contemporalis non fuerat, editam reliquisse. Neque nova haec est et quae sola deprecationis egeat maiorum neglegentia, scilicet[e] tanti viri facta non mandata memoriae, cum non ab his modo qui haut longe ante nos vixerunt, verum ab eis[f] etiam qui quam longissime precesserunt gravissima quaedam suppressa[g] cognoscimus. Proinde, cur mihi fides derogetur, non video, cum, si culpa fuit, hactenus virtutes huius eximii viri litterali non comprehensas officio, hac profecto nos exuo[h], nihilque preterquam firmissime vobis comperta mihique[i] quodammodo assignata legere volentibus prebeo. Id autem a periti benivolentia lectoris optinuerim, ut, sicubi Latini sermonis lenitas[k] hominum locorumve[l] nominibus Germanicae linguae vernaculis[m] asperatur, modice ferat ac meminerit non carmen me scribere, ubi poetica[n] licentia nonnumquam[o] nomina[p] mutilantur atque ad sonoritatem Romani diriguntur eloquii vel penitus immutantur[q], sed historiam, quae se obscurari colorum obliquitatibus rennuit. Verum iam propositum ordiamur.

EXPLICIT[r] PROLOGUS.

CAPITULA[s] EIUSDEM.

1.[t] Qualiter Saxones facti sunt incolae Brittanniae insulae.
2. De ortu[u] sancti Wigberti[v], et quod ob studium virtutis amaretur ab omnibus in partibus illis.
3. De fama et honore illius, et brevis commemoratio sanctitatis et martirii sancti Bonifacii.
4. Quod ab eodem in auxilium predicationis sit vocatus.
5. Quod monachis in Fridaslar[w] abbas sit constitutus.
6. Quod ad Ordorf iussu sancti Bonifacii transierit.
7. Quod iterum ad Fridaslar[w] reversus, artiori se vitae dedisset.
8. Quod postulatus, non prestolando comites, visitaret egrotos.
9. De vite[x] mirae magnitudinis ab eo ex uva[y] plantata.
10.[z] Quali fine mundum reliquerit.
11. Quod avis pulcherrima super corpusculum eius apparuerit[a].
12. De multiplicibus signis ad tumulum illius patratis.
13. Quod metu Saxonum Hassones corpus eius effoderent[b].
14. De difficultate translationis eiusdem.
15. De candela in fluvium dimersa.
16. De eruptione oppidanorum et strage hostium.
17. Quod caelestis visionis maiestate Saxones perterriti fugiendo vitae consulerint[c].
18. De divisione predae.
19. De homine paralisi perenni[d] multato[e].
20. De raptore sensu et visu privato.
21. De ineffectiva potentia ignis.
22. Quod aecclesia ipsa nullis squaloribus maculari valuerit.
23. De signis in oppido multimodis.
24. Quod caelesti admonitione corpus eius ad monasterium Herolfesfeld[f] sit perductum.
25. De archa sepulchro eius superposita.
26. De curatione Huntheri.
27. De Burgwarto[g] paralitico.
28. De Sigberto daemoniaco.
29.[h] De Berthgero[i] daemoniaco.
30.[k] De trimoda sanatione Ramnulfi.

a) etate 3. b) Hieron. 2; Ieron. 3. c) Paulae suae 1; Ier. presbyterum sui v. 3. d) Agnetis 1. e) *deest* 2. f) his 2. g) suppressa 2. h) excucio 1. i) nichilque *corr.* michique 2. k) lęnitas 2; levitas 3. l) locorumque 4a. m) verbiculis 3. n) lingua *add.* 2. o) nominum quam 3. p) *in marg. suppl.* 1. q) inminuntantur 3. r) E. pr. *des.* 2. 3. 4a. s) *index capitum deest* 1. 4. 4a; C. e. *des.* 3. t) *numeri des.* 3. u) vita 3. v) Wigberchti 3. w) Fridesl. *edd.* x) vitę 2. y) una 3. z) *haec — reliq. des.* 2, *sed numeri recti servati sunt.* a) apparuit 3. b) effod'ert 3. c) *ita* 2. 3; consuluerint *edd.* d) perhenni 3. e) multatu 2. 3. f) Herolfesvelt 3. g) Purgu-warto 3. — palico 3. h) *haec des.* 2, *sed post sequens caput alia manu add.:* XXX. Item de Bertkero demoniaco i) Berchgero 3; Bertgero *edd.* k) XXVIII. *corr.* XXVIIII. 2.

1) Epist. ad virgines falso S. Ambrosii nomine inscripta, Migne Patrol. XVII, p. 813 sqq.

INCIPIT[a] VITA SANCTI WIGBERTI[b] CONFESSORIS.

1.[c] Indigenas Brittanniae[d] qui Angli-Saxones appellantur ab eis qui Germaniae septentrionalem tractum incolunt Saxonibus originem ducere, documentis certissimis approbatur. Namque[1] Brittannorum[d] quondam rex Vurtigernus[e], frequenti bellorum incendio suis pene copiis interceptis, a Germania consensu popularium suorum contrahenda curavit auxilia. Accersitique ab eo Sáxonum exercitus, traiecto mari quod Galliae Brittanniaeque pretendit littoribus, consistendi loco in orientali[f] parte insulae a prefato rege accepto, prelium mox cum adversariis conseruerunt et eos fuga impune fuderunt. Quod ubi suis ac simul ubertatem insulae nuntiarunt[g], validior manus armatorum illuc denuo missa est; ac sedes a Brittannis[h] ea conditione sortiti sunt, ut illi quidem tuendae patriae sollertius invigilarent, indigenae autem stipendia militantibus pénderent[i]. Hac occasione magnam partem insulae Saxonum vis[k] brevi spacio temporis propriae ditioni subegit.

2. Ab horum posteris, postquam se christianae religioni[l] summiserant, beatus Wigbertus claram trahens[m] originem[2], natalium secularem nobilitatem merito virtutum longe transcendit. Ab annis etenim puerilibus ádeo probitate morum enituit, uti iam tum palam emineret fore, ut tanta indoles magnum quiddam supraque communem prorsus mensuram divinitus, ut contigit, sortiretur; atque[n] studiose sacris litteris institutus, ardentissimum amorem nec minorem sane venerationem longe lateque gravitate sibi peperit[o] singulari.

3. Dumque[p] felix illius ubertim spargeretur opinio, ad[q] clarissimi viri Bonifacii[r] aures usque nutu divino pervenit. Hic[s] Bonifacius tantae sanctitatis extitit, ut eum consensus omnium, non in Germania modo, ubi in agro dominico, incertum[t] studiosius an[u] felicius, laboravit, verum etiam in Gallia et in aliis partibus orbis maiorum per omnia gloriae coequandum et constantissime credat et liberrime fateatur. Fuit enim fidei christianae cum[v] propugnator acerrimus, tum propagator vigilantissimus, nesciens aucupari favorem principum foedissimis adulationibus nec honorem seu rigorem aecclesiasticum mortiferis compendiis ac male dulcoratis[w] refrigeriis enervare. Ita[x], postquam se totum[y] Deo devoverat[z], desudantem novamque gentem Fresonum[a] aecclesiae gremio consciscentem, invictissimum Christi militem gladio violare non verita rabies barbarorum, martyrii coronam fecit referre de prelio. Sed ut, a quo paululum deflexit, ad propositum revertatur oratio. 754-55.

4. Idem Bonifacius cum induxisset in animum incredulis aperire viam salutis quique aberrassent in eam cooperante Deo reducere, non multo postquam in Germaniam venerat, beatum Wigbertum, futurum in predicatione solatio, diligenti accersendum[b] curavit industria. Atque[c] ille sancto Bonifacio, immo Deo parens vocanti, quo tempore dux Francorum Karlus[d] rerum potiebatur[e], iniit consortium sancti propositi. Quem beatus Bonifacius, ut par fuit, et excepit gratissime[3] et germana sibi caritate foederatum summa veneratione suspexit[f], quippe quod ut natu maior[g,4] ille studiis flagrasset ante divinis.

5. Neque multo post[5] ad amplissimum pontificalis gradum dignitatis Mogonciaci[h] divina gratia provectus, Wigbertum sacerdotem secundi ordinis[6] cenobio suo, cui nomen est gentili Germanorum lingua[i] Friteslar, magistrum prefecit[7], uti monasticae illic religionis normam statumque componeret. Ibi cum 732.

a) *deest* 4; *rubra deest* 3. 4[a]. b) Wicb. *h. l.* 1; s. W. c. *des.* 2. c) *numeri capitum exstant in solo cod.* 2; *capita non distinguuntur* 1. 4. 4[a]. d) Britann. 4. e) Vurtigern. *corr.* Vurthigern. 1; Wurtig. 3. f) oritali 1. g) nuntiaverunt 2. h) Brittanniis 4. i) impend. 3. k) ius 4. l) rellig. 2 *semper*. m) or. tr. *corr.* tr. or. 1. n) atq: *post corr.* ad q̄ 1. o) pepererit 4. p) Cumque, C *ab illuminatore minio picta* 2. 3. q) usque ad cl. v. B. a. n. 3. r) Bonifat. 4 *semper*, 2 *raro*. s) beatus *add.* 1. t) *deest* 4. — stud. *deest* 4[a]. u) ac 2. 4. v) *deest* 3; tum 2. 4[a]. w) decoratis 2. — refrigerii 1; resigeriis 3; refrigiis 4[a]. x) Itaque 4. y) totam *corr.* totum 2. z) des. dev. 2; labore pio *add.* 4[a]. a) Fris. 3. b) arcessendum 1; accersendum *corr.* accersiendum 4. c) Adque 4. d) Karolus 2. 4[a]; Karulus 3. e) imperio *add.* 4. f) suscepit 1. g) maiorq 4. h) Mogontiacę 2; Mogonciace 3; Mogontiaci 4; Magonciam 4[a]. i) *deest* 4.

1) Sequentia ex Bedae Hist. eccl. Angl. I, 14. 15. sumta sunt. 2) Mabillon III, 1, p. 672, coniicit, Wichtberhtum presbyterum, qui monachis Glestingaburgensibus (Glastonbury in comitatu Somerset) epistolam inter Bonif. nr. 98 (Jaffé, Bibl. III, p. 246) dedit, eundem esse ac nostrum, cum hic in confiniis Haessonum ac Saxonum se degere scribat (cf. Rettberg II, p. 595). Unde Mabillon suspicatur, eum in Anglia occidentali natum, forte in Glestingaburgensi monasterio monachatum esse. Cf. etiam epist. inter Bonif. nr. 46, Jaffé p. 126. Sed cum alter Wicbertus presb. in Friteslariensi monasterio fuerit (Bonif. epist. nr. 64, p. 183), Jaffé aliique optimo iure monent, non constare, uter illam epistolam scripserit; equidem minime de nostro cogitarim. Cf. infra n. 3. 7. 3) Cf. epist. inter Bonif. nr. 98, supra laudatam: *Vos autem volo scire, carissimi, quod archiepiscopus noster Bonifacius, cum adventum nostrum audisset, per semet ipsum dignatus est longa via inobviam nobis venire ac suscipere valde benigne.* Hinc colligitur, Wigbertum post concessam Bonifacio archiepiscopalem dignitatem, hoc est post annum 732. in Germaniam accessisse. MAB. Sed vide n. 2. 7. 4) Hic locus exscriptus est in Ann. Weissemb., SS. III, p. 35. 5) Wigbertus cum sociis ante annum 738. Germaniam petierat, id quod probatur ex Bonifaciana epistola (nr. 34, Jaffé p. 100) Wigberto aliisque Roma directa anno mox dicto MAB. Neque vero constat, hunc Wyigbertum fuisse nostrum abbatem Friteslariensem. 6) i. e. presbyterum. MAB., qui p. 672. laudat ex Vita S. Sequani haec: *quo ad presbyterii gratiam promoto, quidam clerici . . . . videntes sibi praeponi Sequanum secundi ordinis sacerdotii honore.* 7) Nullo modo credi potest, Wigbertum demum post a. 745, quo anno Bonifatius archiepiscopatum Moguntinum suscepit, Friteslar missum esse, sed potius coniiciendum est, hoc factum esse circa a. 732, quo Bonifatius archi-

Megingozo[1], qui postea culmen episcopale[2] subiit, diu conversatus est, et laxam[a] antehac[3] et[b] fluidam fratrum conversationem ad normam suae[c] vitae coercuit, quae procul dubio Sanctarum Scripturarum regebatur auctoritate.

6. Cumque sacrae professionis illic studium longo imbibissent usu discipuli curamque magisterii quam plures emulando magistrum concepissent, hautquaquam passus beatus Bonifacius tanti viri lumen unius loci tenebras previa Christi gratia dispulisse[d], monitu paterno ad alterum compulit migrare[e] monasterium quod Ordorph[f. 4] nominatur. Atque ibi successu simili desudans, quae perperam gerebantur correxit[g]; ac ipse absque diverticulo carpens artam viam, quae infatigabiles quosque ducit ad vitam, catervam post se fratrum prospere traxit. Instructus enim Salvatoris exemplo, docenda[h] prius implebat, quaque gradiendum moneret, precedere consueverat.

7. Itaque non frustra illic tritis aliquot[i] annis, cum preter id quod senio gravabatur, ancipiti morbo subinde laboraret, nihil citra[k] sancti Bonifacii gerere volens[l] auctoritatem, enixissimis ab eo precibus, intima tamen humilitate conditis, optinuit, ut ad prius revertens cenobium[5], in eo quod superesset vitae iam quasi feriatus exigeret. Ubi gratulantium fratrum receptus frequentia, veluti[m] repueriscens[n] atque iuveniscens[o], rudimenta denuo sanctitatis et artissimi certamina propositi diligenter aggressus[p], non emeritam aetatem, non tot superatos labores metiri consensit, verum oblitus preteritorum secundum apostolum, gaudiis intendit aeternae beatitudinis, quorum adipiscendae dignitati nihil par in hac vita valet[q] expendi. Et quamvis corpus illius morbo, sicut diximus, urgeretur, non patiebatur animus huic lautioris indulgentia cibi abstinentiae frena laxari; non quod, si qui remissius consulant sibi, dum infirmantur[r], hos arbitraretur culpandos, sed quod sponte a licitis temperando ad promerendum Deum[s] non parum quemlibet[t] progredi suo vas electionis[u] confirmavit exemplo. Sicque observantissimus caritatis, fratrum se contemperabat societati, ut verbis tamen inanibus obstinatissime abstineret ac sacrae legis[v] meditationem numquam mente deponeret.

(Phil. 3, 13.)

8. Haec vero semper illi sollempnis fuerat[w] consuetudo, ut, cum a fideli aliquo[x] rogatus confessionem auditum pergeret, nec vitare congressus conmeantium posset, non temere cum aliquo sermonem consereret salutationibusve vacaret — quae profecto, ut eleganter quidam sentit*, nonnumquam ex occasione itineris, non studio funduntur optinendae cuiusquam[y] salutis —, sed hinc speciale preceptum Domini retinens, seria salutis monita largiturus, morarum festinaret impatiens; ac sicubi conventum hominum offenderat, qui salutaribus indigeret consiliis, continuo, posthabitis temporalibus, quae ad animae perpetuam salutem conducerent, ad medium deducebat, et variis alliciens legis divinae sensibus auditores, ut[z] scientissimus omnino medicus animae passionibus medebatur occultis.

(Luc. 10, 4.)

*) 3 *add.*: scilicet beatus papa Gregorius in exposicione cuiusdam euvangelii[6]; 4a *add. post* quidam: Gregorius papa.

a) lapsam 4a. b) ac 1. 4a. c) v. s. 2. d) depulisse 4a. e) *deest* 4; ire 4a. f) Hordorf 2; Ordorf 3. 4. g) correxi 3. h) dicenda *corr.* doc. 2. i) aliquod 1. k) *superscr.* vel contra 2. l) laborans gerere 4a. m) et v. 4. 4a. n) pueriscens 2. 3. o) reiuveniscens 4. 4a. p) est *add.* 2. q) *superscr.* 2. r) infirmentur 4. 4a. s) dn̄i 4. t) quaml. 4. u) Paulus *add.* 4. 4a. v) lectionem ac *add.* 4a. w) c. f. 2. x) quoque 4a. y) s. c. 4a. z) et 4.

episcopus constitutus est. Posteriores scriptores multi, ignorantes, Bonifatium archiepiscopum per 13 annos nullam sedem habuisse, eum archiepiscopatum et sedem Moguntinam eodem tempore suscepisse putaverunt, quod et de Lupo statuendum videtur. Cf. Willibaldi Vitam Bonif. c. 8, 23, SS. II, p. 345, ubi apparet, circa a. 732. Friteslariensem ecclesiam fundatam esse; Vit. Sturmi c. 2, SS. II, p. 366, ubi apparet, iam ante a. 733. Wigbertum Friteslariense coenobium rexisse. 1) Tunc diacono; cf. Bonif. epist. nr. 64, p. 183. 2) scil. Wirziburgensis ecclesiae, ut cum antiquioribus, Mabilione, Sollerio, aliis opinor. Rettberg I, p. 599. hunc episcopum Buraburgensem Wittae successisse censet, nisus loco quodam, quem Schmincke, Diss. hist. de antiquit. Fritislar. (Marburgi 1715), p. 29, ex libro missali vel martyrologio Friteslariensi affert: *Beato tandem Wigberto confessore viam universae carnis laudabiliter ingresso et feliciter deposito in Christo, Meingotus, magisterii in monasterio custos et adiutor ac eius miraculorum speculator secretissimus, in locum Albuwini episcopi in sua ecclesia Burborch humati et Magni Karoli consensu Lullique praesulis auctoritate ordinatur episcopus coenobioque huiusmodi magistrali in Friddislar praeficitur, ut vestigia doctoris imitando, ipsius exempla sequendo populi conversi et fratrum religiosorum ageret curam.* Quod nonnisi ex hoc loco Vitae Wigberti falso intellecto ortum esse coniecerim. Omnino enim fide indigna haec esse, apparet ex iis quae sequuntur: *Succrescentibus itaque signis et miraculis variis, quae fiebant ad sepulchrum sancti Wigberti confessoris, ossibus eiusdem, interiectis aliquot annis, de urbe Burborch Idibus Maii ad monasterium Friddislar pristinum Meingoto praesule loci ipsius reductis cooperante, in paceque positis, quae crebris fulgent miraculis.* Cum tamen ex cap. 24. infra constet, ossa S. Wigberti a Witta de oppido Buraburg ad monasterium Hersfeldense translata esse. Ex quo capite etiam nonnulla verba *(interiectis aliquot annis)* in hanc falsam narrationem transsumta sunt. Nec magni duco, quod Schmincke l. l. p. 42. affert, in martyrologio illo notata esse ad diem 17. Kal. Apr.: *Meingotus episcopus loci ipsius.* Episcopus Wirziburgensis huius nominis quidem obiit 6. Kal. Oct.; cf. SS. XIII, p. 338. 3) Sed cf. p. 39, n. 7. 4) Obrdruff in ducatu Gothano, ad Ohre fluvium; cf. Willibaldi Vit. Bonif. 8, 24, p. 344. 5) Friteslariense. 6) Recte, videlicet in Homil. in Euang. I, 17.

9. Illud etiam hautquaquam preterierim[a] silentio, unde constantissima multorum fama fidelium nec accita se suggerit. Namque, dum quondam rem divinam de more[b] faceret, incertum quo casu, vinum, sine quo sanguis Domini non conficitur, defuit. Hic[c] ille festinus[d] aecclesiam egressus et[e] forte pendentem in vite botrum conspicatus[f], vellit atque in calicem continuo liquorem manibus puris expressit. Quibus demum explicitis, unum repperit granum attritu illesum; quod mox ante aecclesiam panxit[g] et e vestigio ad coeptum officium peragendum concessit. Eo[h] finito, quidam sollicitior frater, qui quod paulo ante gesserat[i] diligentius observasset, ex eo humiliter facti rationem quaesivit. Tum[k] ille se deprehensum advertens: 'Si opera', inquit, 'mea Domino curae sunt, intra novem annorum curriculum hic nimirum declarare dignabitur'. Nec fidem[l] huiusmodi qui credebatur eventus non est consecutus[m]. Siquidem tot ex eo grano vitium propagines emerserunt, ut, brevi occupato inmodico terrae spacio, nixaeque adminiculis, suo lapsu sedentibus gratissimae porticus tecta preberent.

10. Perseveravit autem beatus Wigbertus in prefato monasterio divinis ministrans preceptis obliquosque[n] semper aversatus[o] mores, quoad illum divina vocatio vinculis carnalibus liberaret. Sic graviori precedente languore, ad presentis vitae metas perveniens, diem obiit[1] consorsque sanctorum effectus est.

11. Verum hora exitus illius admirationis plena res obtigit[p]. Circumstantibus namque fratribus visa est avis[q] quaedam specie pulcherrima supra eius corpusculum ter advolasse nusquamque posthac[r] comparuisse. Quam fecisse indicium vitae illius mundissimae, cunctis[s] haut dubie constitit.

12. Est autem situm[t] corpus illius ante aecclesiam in conditorio nullius ambitionis, ibique per aliquot annos quievit. Ubi, vix fuerit[u] credibile, quot[v] quantisque hunc virum divina pietas illustraverit[w] signis. Quae licet incuria litteris alligata[x] non teneantur, passim tamen vulgata[y], necdum obsolevere. Atque[z] ego, brevitati studens, horum quaedam narrabo. Meaque[a] plane sic fert opinio, longe digniora miracula semper esse, quae Deus ad memoriam sanctorum egentibus indulgere dignatur, quam quae illum per eos, quamquam sincere viventes, adhuc tamen gravatos mole[b] corporis, frequenter gessisse[c], veraces nobis litterae produnt. Illis[d] denique, licet tenuiter, adhuc temptari[e] poterant ac quantulumcumque reformidare[f] lapsum, his[g] totius iam casus expertes hoc[h] felicius quo solidius asseruntur. In illis favores non sine discrimine tolerabantur humani; in his, cum eduntur, titulus eorum sanctitatis ne suspicione quidem vanae gloriae obscurari potest. Verum ut quod polliciti sumus iam[i] exequamur:

13. Effera Saxonum gens proprium transgressa limitem, in finitimorum se agros effuderat et indigenas non satis fidentes propriis viribus in oppidum cui Buriburg[k. 2] nomen est formidine sui compulerat[3]. [774.] Qui conclusi, iudicantes adhuc infirmum tenui murorum intersticio salutem tueri, ossa beati viri ad sui munimentum in oppidum transferenda curarunt, presertim quod vererentur, ne Saxonum insania violandi sepulchri sumeret copiam. Nec tamen ea translatio facile volentibus constitit.

14. Namque, comitante immani multitudine, cum in vallem non adeo depressam ventum esset, quae exadversum[l] est oppido, ibique sacros cineres paululum quieturi deposuissent ac mox quo coeperant contendere[m] prepararent[n], mirabile dictu! subito gravatae sunt, quas hactenus[o] tulerant, reliquiae, nec eas[p] fuit loco moveri facultas. Hic consternati satiusque sibi ducentes extrema illic experiri[4] quam in ancipiti patronum relinquere, tandem instantissimis[q] precibus Domini sententiam flectentes, obtinuerunt, ac feretro summa relevato facilitate, voto potiti sunt.

15. Fuit hoc etiam insigne miraculum, quod, dum flumen Adranam[r. 5] traicerent, amplissimam reverentiam crucibus ac vexillis necnon cereis ac laudibus congruis beati viri reliquiis exhibentes, matronae cuidam rei novitate attonitae candela e manibus excidit[s] ac penitus in fluvium mersa est. Certatim vero pluribus annitentibus recepta — quod secundum contrariam elementorum naturam fidem videatur[t] excedere —, haut obscurius ac[u] prius flammarum reperta est globum effundere. Verum enimvero nos[v], qui iuxta naturam fieri quicquid Dei fiat[w] voluntate indubitanter confitemur, sic non cessisse ignem aquae videmus credibile, quemadmodum igni[x] in illis tribus pueris humana non cessit[y] natura.

a) pretereo 4. b) morte, r *erasum* 2; ageret de m. 4a. c) Tunc 4. d) eccl. f. 4a. e) *deest* 4a. f) suspic. 3. g) pandit 4. 4a; *ead. manu superscr.* vel pegit 1. h) Quo 4a. i) *deest* 4, *ubi post in loco raso* factum fuit dili *suppl* k) Tunc 2. 3. l) finem 1. m) secutus 2. n) obliquos quoque 4a. o) advers. 2. 3, *sed* d *expunctum* 2. p) contigit 3. q) qued. avis specię 2. r) post hęc 2. s) *in marg. suppl.* 1. t) positum 4a. u) fuerat 2. 3. v) quod 1. w) illustraverat 2. x) alleg. 1; alig. 4. y) vulgantur 4. — necd. obs. *des.* 4. 4a. z) Ego vero 4. a) que *deest* 1. b) more 2. c) gessise 4; fecisse 4a. d) *post corr.* Illic 4; Illi 4a. e) temperari 4. f) l. form. 4a. g) hic 4; hii 4a. h) *ead. manu superscr.* vel eo 1. i) *deest* 4a. k) Buriburch 2; Burriburg 4. l) q. adversum 2. 3; q. ex adverso 4. 4a. m) contenderent, nt *post expunct.* 2. n) properarent 2. 3. o) act. 1. 4. — tulerunt 4a. p) eos 4. q) ssimis *e corr.* 1. r) Ad . . . ., *quatuor circiter litteris erasis* 1; Adram 4 4a. s) cecidit 4. t) videtur 1. 4 (*ubi* exc. vid.). u) quam 4a. v) *deest* 3. w) fit 1. 4. x) *deest* 4. y) hum. concessit 3

1) A. 746. obitum eius ascribunt (ex Ann. Hersfeld.) Ann. Quedlinburg. et Monast., SS. III, p. 35. 115; a. 747. Ann. Weissemburg., Lamberti, Laub., SS. III, p. 35. IV, p. 12. Quod vero minime ab antiquo Hersfeldiae traditum est, sed potius ex nostri prologo computatum, qui dicit se a. 836. scribere quae ante 90 annos gesta sunt. (Eodem modo annus initii Hersfeldensis monasterii in Ann. Hersfeld. ex Vita Sturmi computatus est). Unde apparet, in Ann. Hersfeld., omnium dictorum fonte, annum 746. (non 747) positum fuisse. Neque tamen ulla fide digna est haec nota, cum Lupus minime dixerit, Wigbertum ante 90 annos defunctum esse. Constat vero, eum obiisse ante S. Bonifatium; Bonif. epist. nr. 64, Jaffé, Bibl. III, p. 183; Vita Gregorii Traiect. c. 6, infra. 2) In monte prope Fritzlar olim situm. 3) Cf. Ann. Lauriss., SS. I, p. 152; Abel, 'Karl d. Gr.' I, p. 151 sq. 4) Locutio Sallustiana. 5) Eder fl. qui in Fuldam fl. influit.

774 16. Perlatis autem[a] in oppidum beati viri preciosis[b] reliquiis, infesto Saxones agmine subsecuti[c], oppidanos lacessere eosque summa vi[d] munitione detrudere. Atque illi, facta eruptione, sancti Wigberti suffragantibus meritis, prosperrime congressi sunt, ac superiores inventi, plerosque adversariorum armis fuderunt profligaruntque[e], multos plagis tardantes debilitarunt[f], omnes postremo salutem sibi coegerunt fugae presidio querere.

17. Qua repulsa Saxones irritatiores facti et ignominiam fugae repetito certamine sarcire cupientes ac victos prius victores ad unum delere, ipsa nocte, cui tam crudelis negocii dies illucere sperabatur, incredibili repente perculsi[g] formidine, fusa caelitus clarissima luce ambiri conspicantur aecclesiam, cuius memoria supra iam facta[h] est[1], et per illius culmen insignem quendam[i] liniamentis quidem humani corporis circumscriptum, at[k] valentiam dignitatemque mortalium longe prestantem, albis etiam vestibus amictum, hac et illac deambulare. Divino itaque nutu et huius visionis exterriti maiestate, relictis impedimentis et aliis omnibus necessariis, vitae tantum consulere festinantes, ad fugam se denuo contulere[l].

18. Mane[m] igitur[n] oppidum egressi, qui clausi hostium impetu morabantur obiectu murorum, ut eos abisse, immo velut nudos, cunctis[o] vulgo dimissis, effugisse compererunt, divinae munificentiae gratulantes, adversariorum spolia viritim[p] partiti sunt inopinumque[q] gaudium revexerunt.

19. Neque ita multo post, cum idem Saxones revertissent[r], instauraturi male tociens experta certamina, unus eorum capit ignem, fomenta subicit, aecclesiam conflagrare iam dictam molitur. Sed casso infectoque nisu, divina virtute per intercessionem sancti Wigberti repulsus, conatibus vere sacrilegis digna retulit premia, paralisi videlicet perenni multatus[s, 2].

20. Eandem etiam domum quidam ex illis expoliare[t] conatus[u], diffracta fenestra[v] irrupit crucisque argenteam laminam affabre[w] inauratam rapuit profanisque manibus nequaquam efferre cunctatus est. At confestim divina ultio insecuta[x], ita hunc reddidit impotem sui, ut brutum magis animal quam hominem duceres[y]. Sic cum lamina[z] circa aecclesiam repertus oberrans, quod sciens male sublegerat, iuste nesciens reddidit. Sanctorum quoque reliquiae, quas idem asportaverant[a], in villa Gesmari[3], quae non longe abest, repertae sunt integrae.

21. Nec illud transierim, quod sepedicti Saxones adhibito igni et multiplici fomite, amica sane igni materia, frequenter inculcatam domum illius aecclesiae comburere conati sunt; sed interventu beati Wigberti delusa est illorum insania. Siquidem tantum abfuit effectus ab eorum molitione, ut preter in subiecta fomenta nil ignis ille valuerit, quem furens manus adhibuerat barbarorum. Videres lignorum simplicem materiam nec prorsus alumine oblitam[b] velut amoliri a se ignis potentiam, et cui prius esset obnoxia, Dei voluntate vim resistendi inditam sibi ostentare mirantibus.

22.[c] Saxonum post discessum pars haut exigua[c*] Hassonum — Hassones quippe dicuntur qui incolunt ipsum pagum — mundatum[d] aecclesiam convenere, sordere illam quam gravissime ferentes[e], propterea quod Saxones equorum in ea presepia fecerant nihilque religioni detulerant. Verum introgressi, nihil penitus quod esset verrendum[f] inveniunt: ita sordium squalorem virtus divina deterserat, nulla[g] usquam vestigia immunditiae totius resederant.

23.[h] Haec obtigerunt circa aecclesiam, ante quam monumentum illius diu mansisse monstravimus[4]. Ceterum, postquam in oppidum ossa illius transposita sunt, ut ungentum[i] preciosissimum, quando est agitatum, gratissimos[k] late spargit odores, ita viri huius motae[l] reliquiae ubertim miraculorum spiravere fraglantiam[m]. Aperuit nimirum verus Arbiter et intimus[n], labefacta iam humana[o] conditione membrorum compage, cui quondam haec regens beati Wigberti paruerit spiritus, dignatus eum frequenter intra biduum triduumve collatione novem signorum[p]. Ibi[q] surdi olim auditu donati sunt, caeci lucis commercia consecuti, certam daemoniaci[r] medelam, manci exoptabilem manuum nacti sunt usum, paralitici[s] membrorum regimen dissuetum.

24.[t] Atque, interiectis aliquot annis, Albuino[u] presuli[v, 5] eiusdem oppidi per quietem aliquis obversatus[w], qui se divinitus missum diceret, ad monasterium cui est vocabulum Herolfesfeld[x] ossa beati viri transferri precepit. Id memoratus episcopus Lullo Mogonciacensis aecclesiae pontifici revelavit[6], isque rem ad Magnum Karlum[y] detulit ac eius assensum protinus impetravit. Ita, Lullo[z] iubente, suffraga-

a) itaque 4a. b) r. pr. 4a. c) consecuti 4a; coeperunt *add. edd.* d) in 2; nisi sunt *add.* 4; s. innisi sunt 4a. e) profligaveruntque 2. 3. — multis 4a. f) debilitaverunt 2. g) form. perc. *corr.* p. f. 1. h) dicta 4. i) multis *add.* 4a. k) ac 4. l) contulerunt 4. m) Sane, S *falso pro* M *ab illuminatore picto* 3. n) *deest* 4. 4a. o) cunctos 1. 4a. p) viritum 3. q) inopinatumque 4. r) reversi essent 4. 4a. s) est *add.* 4a. t) exspol. 2. 3; expilare 4a. u) est *add.* 4. v) ianua *edd.* w) affabre *corr.* afabre 4, *et ita* 2. 3. 4a (*corr.* a fabro); affabre *ead. manu superscr.* vel pulchre 1. x) est et *add.* 4a. y) diceres 2. 3. 4a. z) lammina 1 *h. l. et supra.* 2 *h. l.* a) asportaverat 4. b) abolitam 4a. c) *nulla capitis distinctio h. l.* 2. 3, *sed capitis initium hic ponendum, index capitum indicat.* — Saxones 4. c*) eximia 1. *edd.* d) vel mundandam 4; ad mundandam 4a. e) ferebant 4a. f) verendum 2. g) ut n. 2. 3. h) XXII. 2. i) unguentum 1. k) l. gr. 4a. l) *deest* 4a. m) fralantiam 4; flagrantiam. Apparuit 4a. n) intuitus 1. — labefata 4. o) humanam, m *expunct.* 2. p) illustrare *add.* 3. q) Ibi — regimen dissuetum *des. edd.* r) med. dem. 1. s) paralid 3. t) *nulla distinctio capitis* 2. 3, *sed vide indicem cap.* u) Albuuino 3. 4; Albuini *post corr.* Albuino 2. v) Friteslarensis *add.* 1. *edd.* w) observatus 2. 3. 4. 4a. x) Heresfeld 4 *semper*; Herolvesvelt 4a *semper.* y) Karolum 2. 3. 4. 4a. z) iub. L. *corr.* L. iub. 1.

1) Friteslariensem; c. 12. 2) Simile miraculum narratur Ann. Lauriss. l. l. 3) Geismar (kr. Fritzlar). 4) C. 12. 5) Buraburgensi, qui alibi Witta dicitur, nomine in formam Latinam translato. *Friteslarensis*, quod falso edd. et cod. 1 addunt, Lupus minime scripserat, cum c. 13. Buraburg, nusquam vero Friteslariam oppidum, id est arcem munitam, dicat. 6) Ergo ante a. 786, quo Lullus obiit, haec gesta sunt.

neus eius Albuinus[a] tribus monachis prefati cenobii, Ernosto[b] videlicet, Baturicho[c] et Wolfo[d], nocte[e] sacros beati Wigberti cineres tradidit clam perferendos ad monasterium. Siquidem id facere interdiu veritus est, ne tanti viri populus amore devinctus[f] fratres memoratos caeca seditione convexaret[g] vel quibuslibet iniuriis incesseret viribusque superior sibi tam insignis thesauri privilegium vendicaret; non quo venerabilis presul sancto Wigberto diffideret, qui profecto suas ferentes reliquias tueri poterat intercessione, sed quod perquam scite perpenderit[h], quamquam manifeste Deus faveret, considerationem humani consilii, utpote iusti, nullatenus posthabendam. Plenum est[i] quippe christianae devotionis, quamdiu habet homo quod faciat, non temptare dominum Deum suum. Quodsi cui haec exauctorari posse videatur assertio, illud ei obvertemus exponendum, cur, Israeliticum populum Pharao cum dimisisset[k], non duxerit eum Dominus per viam terrae Philistiim[l]? ne forte peniteret populum, si videret adversum se bella consurgere[m]. (Exod 13,17.) Quem plane[n] locum aliter transire sano nequaquam poterit intellectu, nisi, in nostram concedens, immo maiorum sententiam, ibi[1] ostendi fateatur, fieri debere omnia quae consilio recto fieri possunt ad evitanda quae adversa sunt, etiam cum Deus apertissime adiutor est.

25.[o] Ergo prefati fratres munus amplissimum sibi ab episcopo traditum monasterio Herolfesfeld celeres invexerunt, et a[p] reliquis Dei servis illic exceptum, magnifice principe loco est[q] in aecclesia conditum. Atque Lullus, annuente Magno Karlo[r], monumentum illius[s], quo more per Gallias Germaniamque ceterorum sanctorum visuntur[t], auro et argento necnon reliquis[u] congruentibus metallis exornandum curavit et id opus ad Idus Augusti complevit. Ubi postea divina exuberante gratia magna et admirabilia[v] signa claruere. Ex quibus, cum sint pene innumerabilia, hinc[w] pauca quaedam[x] subiungam, quorum consideratione metiatur cetera quisque volet.

26.[y] Quidam egrotus eousque, ut carruca in morem[z] lecticae instructa perduceretur ad memoratum cenobium, ibi, meritis beati confessoris opitulantibus, non utcumque revaluit[a], sed incolomitatem certissimam est adeptus, atque monastico hic habitu sumpto, obeundis cenobii muneribus nequaquam se imparem gavisus est. Huic nomen Huntheri[b] fuit.

27.[c] Alius quoque vocabulo Burgwart[d], viribus propemodum totius corporis destitutus, ante limina sancti Wigberti non parvo tempore iacuit et tandem, succurrentibus eius efficacissimis precibus, plena sospitate donatus est. Namque, diu oblito gradiendi officio recepto, etiam Romam oratum perrexit. Sed ne gratiam[e] quidem fugandorum nequam spirituum huic suo probatissimo famulo Dominus denegavit.

28.[f] Huc enim recenti memoria quidam correptus acerbissimo daemone, Sigibraht[g] vocabulo, ferreis manicis vinctus, miserabiliter attractus est et interventu sancti Wigberti[h] inimici violentia liberatus.

29.[i] Sic alter Beratgar[k] dictus et maligno spiritu in beluinam mutatus ex homine rabiem, apud sancti huius memoriam eadem horribili passione curatus est.

30.[l] Aliquis preterea oriundo Aquitanus, cui nomen erat Ramnulfo[m], ab ineunte mutus[n] aetate surdusque ac pene ad faciem pecoris in alvum pronus, huc perductus, maximo rarissimoque miraculo affatum repente[o] obstructarumque aurium sortitus apertionem, etiam secundum prerogativam hominis ad intuendum caelum erectus est. Ita triplici antehac debilitate conflictatus, totidem se humani usus compendia subito meruisse miratus est.

Haec[p] inchoata, ut voluistis, quam absoluta oratione direxi, qua[q] neque commenticium aliquid extrinsecus addidi et quae vestra sollertia suggessit inserenda, servato tramite veritatis, expressi. Quae beatus confessor Christi Wigbertus[r] utinam pio prosequatur favore ac vobis, qui ministrastis materiam, una mecum, qui hanc in aliquam redegi[s] formam, intercessionis vicem compensare dignetur[t]!

EXPLICIT VITA SANCTI WIGBERTI[u] CONFESSORIS.

a) Albuuinus 3; Albewinus 4. b) Ernusto 2. 3. c) Baturico 2. d) Wlfo 1; Wofo 2; Vulfo 4a. e) nocte 2. 3. f) devictus 2. 3. 4a. g) vexaret 4a. h) perpenderet 1. i) q. est 2. k) dimisset 3. l) Philistum 3; Philistim 2. 4. m) surgere 4a. n) perfecte *add.* 1. o) XXIII. 2. p) *superscr.* 2. q) in ęccl. est 2. r) Karolo 2. 4. 4a; Karulo 3. s) *deest* 4a. t) insunt 4a. u) reliquiis 4. v) admiranda 1; mirabilia 4. w) *post corr.* hic 4. x) queque 4. y) XXIIII. 2. z) modum 4a. — leticię *corr.* lecticę 2. a) conval. 4a. b) Hunteri 4a. c) XXV. 2. d) Burwart *corr.* Burcwart 1, *et ita* 3; Burguart 2; Burgewart 4. e) fug. gr. quidam 2. f) XXVI. 2. g) Sigebracht 1; Sigibrath 2; Sigibrat 4a; *nomen detersum legi nequit* 3. h) huius ab 4a. i) XXVII. 2. k) Perthker 2. l) XXVIII. 2. m) Ramnulfus 4. n) et. m. 4a. o) *ante* affatum *superscr.* 4. p) *cap. numerus* XXVIIII. *h. l.* 2. q) quia 4. r) *deest* 4a. s) redigi 4. t) Amen *add.* 4. u) Wicberti 1; Wigberhti 3. — conf. *deest* 2. 3. 4a; *rubra deest* 4.

1) Haec *(— adiutor est)* sumta sunt ex Augustini quaest. 49. in Exod. (in Pentat. l. II). BALUZ.

VITAE BURCHARDI EPISCOPI WIRZIBURGENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

I. Sancti Burchardi primi Wirziburgensis praesulis, discipuli et collegae sancti Bonifatii, Vitam demum saec. IX[1], *certe plus centum annis post mortem eius, conscripsit quidam, qui nec de nomine suo nec statu nec conditione nec tempore quidquam indicavit; quem tamen clericum Wirziburgensem fuisse, haud absque ratione conieceris*[2]. *Certius vero constat, eum de sancto Burchardo paucissima vel vix quidquam scivisse nec operam dedisse, ut plura comperiret. Ne Vitam quidem sancti Bonifatii legit, ut vera de conditione episcopatus Wirziburgensis et de ordinatione Burchardi disceret, sed fabulosa proferre et inanibus verborum ambagibus inscientiam suam tegere maluit*[3]. *Nonnisi in hoc laude dignus, quod non plura effinxerit et perbrevem tantum lucubrationem confecerit. Ad quam edendam hi codices nobis usui fuerunt:*

1) *Sangallensis nr.* 571 *(S. n.* 436*), membr.* 4° *min., complures libellos diversis temporibus exaratos continet, quorum extrema p.* 276—293. *est Vita Burchardi, saec. IX. magnis characteribus pulchre et satis accurate scripta*[4].

2) *Carlsruhanus nr.* 84 *(*69. *VII.* 18*), membr. fol., olim Augiensis monasterii, saec. X—XI, fol.* 83—86[5].

3) *Erlangensis bibl. univers. nr.* 321 *(antea* 268*), membr. fol. min., saec. XIII. in., olim monasterii Halisbrunnensis, fol.* 75'—78'[6].

4) *Vindobonensis nr.* 577 *(Hist. eccl.* 138*), membr.* 4°, *olim 'liber Sancte Marie in Furstenvelt', ubi fol.* 109—115'. *Vita Burchardi post Vitam Kiliani posteriorem manu saec. XII. in. exarata est*[7].

5) *Monacensis Lat. nr.* 9506 *(Alt. sup.* 6*), membr. fol. max., est pars unica conservata magni legendarii Altahensis, quae Vitas sanctorum mensium Octobris, Novembris, Decembris continet, saec. XII. ex. nitide duabus manibus conscriptus, quarum prima fol.* 19—20'. *Vitam Burchardi exaravit.*

5[a]) *Monacensis Lat. nr.* 22244 *(Windb.* 44*), membr. fol. max., saec. XII.*[8], *quintum volumen legendarii Windbergensis, Vitas Oct.* 1—*Nov.* 17. *continens, aeque nitide ac praecedens conscriptum, ubi Vita Burchardi fol.* 54—56. *Haec duo legendaria, saepe in hoc tomo nobis afferenda, eiusdem originis sunt et omnino inter se conveniunt. Omnes quas in utroque legimus Vitae ex eodem exemplari, perdito ut videtur, descriptae sunt*[9].

1) Hoc enim saeculo iam antiquissimus codex Vitae, noster 1, exaratus est. Multo post Burchardi obitum auctorem scripsisse, apparet ex eo quod memoria sancti iam penitus fere tunc evanuerat. Certius quidquam de eius tempore statui nequit. 2) Monachum se non prodit. 3) Ab eodem auctore Vitam Kiliani posteriorem compositam esse, censuerim; cf. infra p. 46, n. 5. 4) Cf. Scherrer, Catal. cod. Sangall. p. 184. 5) Cf. 'Arch.' XI, p. 282 sq. 782 sq. 6) Cf. supra p. 37. 7) Cf. 'Arch.' X, p. 457 sq. 8) Cf. supra p. 36; 'N. Arch.' IX, p. 642. 9) Cf. supra p. 18. Exstat praeterea Vita in codicibus Monacensibus

Codices 2 et 3 ante multos annos V. I. G. Waitz, reliquos ipse exscripsimus. Vitam primus edidit Canisius, Ant. lect. IV, 2, *p.* 651—657, *ex 'mss. membranis monasterii Aichstadiensis ordinis Praedicatorum', quam editionem repetierunt Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. III*, 1, *p.* 700—703, *et Basnage, Ant. lect. ed.* 2. *III*, 1, *p.* 1—3, *Bueus in Act. SS. Boll. Oct. VI*, *p.* 573—575.

II. Multo maiore laude dignus quam prior est alter Vitae Burchardi auctor, qui opus suum amplum rogatu Pilegrini[1] *abbatis monasterii Sancti Burchardi Wirziburgensis inter annos circiter* 1130—1156.[2] *composuit et huic abbati eiusque monachis epistola praemissa dedicavit. Ipse nomen suum in prologo hoc modo tantum significavit:* peccator E., nec nomine dignus. *Nomen vero et nonnulla de vita eius retulit Iohannes Trithemius in Chron. Hirsaug. (S. Galli* 1690*) I*, *p.* 144[3]*:* A. 1001. . . . . . obiit Arnoldus, monachus quondam huius coenobii Sancti Aurelii Hirsaugiensis, scholasticus monasterii Sancti Burckhardi prope Herbipolim. . . . . . Post quem Egilwardus, eiusdem coenobii monachus et Arnoldi praefati discipulus, magister scholarum constitutus, plus quam sex et quadraginta annis docendi munus gloriose implevit. Erat siquidem in omni scientia tam saecularium quam divinarum scripturarum doctus, ingenio promptus, eloquio scholasticus, vita et conversatione praecipue humilis et devotus; qui scripsit inter caetera ad Piligrinum abbatem suum Vitam sancti Burckhardi Herbipolensis ecclesiae primi episcopi libros duos; de translatione corporis eius de crypta sancti Kiliani ad monasterium nominis sui, quod olim ipse fundavit, librum unum[4]; de miraculis eius librum unum[5]; et alia. *Num vero quid ex hac relatione verum certumque admittendum sit, dubius haereo. Gravissime enim Trithemius de auctoris tempore erravit, quem saeculo XII. vixisse constat. Et in margine quidem codicis Sancti Stephani nomen auctoris* Eggihtdius *adscriptum fuisse, relatum est*[6]*; quod vero nomen inauditum procul dubio in transscribendo corruptum est, pro quo* Eggihardus *scriptum fuisse coniecerim. Sed cum non traditum sit, cuius saeculi fuerit haec nota, quidquam certi statuendum non habemus. Et quod auctor in prologo de se profert:* Postquam etenim vestrum vestra tantummodo dignatione membrum effici merui *satis bene cum relatione Trithemii coniungi posset, si coniicimus, eum aliunde arcessitum esse, ut scholam Sancti Burchardi regeret. At eum monachum huius coenobii fuisse cum Vitam conscriberet, ut omnes recentiores censuerunt, nullo modo credi potest. Appellat quidem sanctum Burchardum 'patronum nostrum', sed talibus verbis alloquitur abbatem et fratres, ut luce clarius appareat, eum illius subditum, horum socium non fuisse*[7]. *Qui cum in prologo scripserit:* Sit preterea

Lat. nr. 5513 (Diess. 13), saec. X—XI. ('N. Arch.' II, p. 271), ubi prologus deest, et nr. 18955 (Teg. 955), saec. XI; Musei Brittannici nr. 16374, saec. X—XI. ('N. Arch.' IV, p. 603); Admuntensibus nr. 225, saec. XII. et nr. 326, saec. XIII. ('Arch.' X, p. 635. 638); in magni legendarii Austriaci codicibus Zwetlensi nr. 14. et Mellicensi M. 7 ('Arch.' X, p. 646. 655).

1) In prologo indicavit nomen eius hoc modo: *abbati P., iuxta nomen suum transeuntis peregrino seculi*, et in margine codicis Sancti Stephani Wirziburgensis nunc latentis, qui hanc Vitam continebat, recte adscriptum erat: *Pilgrimus*. Vocem germanicam 'pilgrim' ex Latina 'peregrinus' ortam esse, omnibus notum est.

2) A. 1130. primo occurrere, a. 1156. obiisse Pilgrimum, scribit Ussermann, Episc. Wirceburg. p. 194.

3) In libro de viris illustribus ordinis S. Benedicti, quem Surius citavit, nihil de auctore invenitur, ubi l. III, c. 186. nonnisi haec: *Eius autem* (Burckhardi) *Vita diligenter conscripta est.* Neque in libro de SS. eccl. eius mentionem facit.

4) Est liber tertius Vitae, quem infra edidimus.

5) Miracula nulla exstant; sed auctor in epilogo operis rogat posteros, ut miracula addant.

6) Teste Bueo ex Schannati apographo in Actis SS. Oct. VI, p. 576.

7) V. libri prol.: *Digne venerando venerandae congregationis abbati . . . eisdemque suis commilitonibus . . . si quid in divina fraternaque caritate tantillae valet personae servitus.* Monachus ad abbatem suum minime de fraterna caritate scripsisset. Porro ibid.: *quamquam non ignorem, plura apud vos*

presens opusculum inter utriusque nostrum congregationes sicuti presentibus probatio fraternae dilectionis, ita etiam apud posteros utrobique monumentum vel testamentum perpetuae utilitatis, ut, dum hic unum et eundem patronum *(scil. sanctum Burchardum)* devotio communis ardere se probat *etc., apertissime indicavit, se alius cuiusdam congregationis Wirziburgensis socium fuisse, nescimus, num monachus Sancti Stephani, an Sancti Iacobi Scotorum a.* 1139. *fundati*[1], *cum nec Egilwardi nec Eggihardi nomen inter clericos Wirziburgenses in chartis illius temporis invenerimus*[2]. *Nescio, num testimonio Trithemii et supra laudato loco prologi nisi statuere possimus, auctorem, etiamsi alius congregationis membrum, tamen scholam Sancti Burchardi rexisse et praebendam inde percepisse*[3]. *Itaque perpauca nihilve de auctore comperta habemus.*

Diligenter studuit, ut omnia quae de Burchardo tradita erant colligeret, congesta apto promptoque sermone enarraret. Adhibuit enim priorem Vitam episcopi, Vitam Bonifatii[4], *Vitas Kiliani priorem et posteriorem*[5], *Ekkehardi Chronicon*[6], *Catalogum episcoporum Wirziburgensium, qualis SS. XIII, p.* 338. *editus et in Chron. Wirziburgensi et Annalibus Sancti Albani exscriptus est, chartas nonnullas iam perditas, denique libellum perditum cuiusdam monachi de disceptatione Megengaudi et Bernwelfi episcoporum Wirziburgensium (III,* 1*), etiam quaedam auditu percepta, ut de Suiduno, fratre Burchardi, et Andrea martyre, haec vero plane fabulosa. Primus liber paene totus ex Vitae prioris cap.* 1—5. *verbis tantum ampliatis et ex Vita Bonifatii compositus est, quare eum, paucis exceptis, omisimus. Libro II, ubi maxime chartis perditis innititur, nonnisi cautissime consulendus est, nam perpauca quae ex his didicit multis verbis ampliavit atque e coniectura auxit, multa haud dubie pure effinxit. Quare recentiores, qui nimiam fidem ei tribuerunt, in graves errores ducti sunt. Ex*

hactenus viguisse et adhuc vigere preclara ingenia; l. III. prol.: *tam illius translationem quam* v e s t r i *monasterii . . . posteris nostris notificare statum.* His duobus locis apographa quidem inter se differunt, quaedam habent *apud nos, nostri monasterii*, sed hanc lectionem, ut saepissime in his verbis evenit, corruptam esse, nemo dubitabit. Denique III, 2. auctor abbatem alloquitur: *tuae dilectioni*, cum monachus eius *paternitati* scripsisset.

1) Eum monachum fuisse, apparet ex l. III, c. 2. De monasterio Scotorum coniicere maluerim, quia auctor I, 1. dicit: *Referebant nobis nobiscum olim conversantes ex Anglia fratres* etc.

2) Praeter Eggehardum vel Ekkehardum clericum a. 1172—1184, Mon. Boica t. XXXVII.

3) Hoc etiam suadere videtur quod de se in prologo ad abbatem scribit: *mihi . . . non* t a m a l i e n o, *quam proprio vestri iuris asello.* Ita etiam facile S. Burchardum patronum suum dicere potuisset.

4) Hac in solo libro I. usus est ita, ut in universum de rebus gestis eius referret, singulis locis non exscriptis, quare non satis intelligo, num Willibaldi an Othloni librum adhibuerit; fortasse utrumque legit. Laudat eam l. I, c. 3: *Haec, inquam, multaque alia Deo digna scituque necessaria in pluribus quae eleganter de eo scripta reperiuntur diligenter investigare quisque valebit.* Et I, 6: *Lullus, Willibaldus et Wunibaldus, Wigbertus, Esola (? Sola?), Eoban et Adalharius atque Waltherus ceterique cooperatores illius, quorum vocabula gestorum eius liber continet.*

5) Canisius, Antiq. lect. ed. Basnage III, 1, p. 174—179. Hanc omnes recentiores, ut Mabillon, Acta III, 1, p. 698; Bueus, Acta SS. Oct. VI, p. 557; Rettberg, 'D. Kirchengesch.' II, p. 303, ab ipso Egilwardo compositam esse censuerunt, quia in fine eius legitur: *Qualiter autem venerabilis pontifex* (Burchardus) *publicitus episcopalem sedem Wirziburg primus promeruit et quomodo martyrum corpora de loco, ubi indecenter posita fuerant, sustulerit, in Vita ipsius, prout poterimus, manifestare curabimus.* Dubitavit tamen Vossius, De hist. Lat. p. 501. Et multa sunt, quibus probatur, hanc Vitam multo ante Egilwardi aetatem scriptam esse. Stilus eius multo simplicior ac inpolitior est quam Egilwardi, sermo ac narratio utriusque plane diversi sunt. Egilwardus I, 10. annum necis Kiliani indicat, in Vita Kiliani nihil de eo. Denique Vita Kiliani haec iam invenitur in multis codicibus tempore Egilwardi et ante eius aetatem exaratis, ut Monacensi Lat. nr. 18955, saec. XI, Vindobonensi nr. 577, saec. XI—XII, Erfurtino nr. 21, saec. XII, Monacensi nr. 22242, inter a. 1141—1191. scripto. Contra sermo ac ratio narrandi Vitae Burchardi prioris et Vitae Kiliani posterioris simillimi mihi esse videntur, in illa omnia narrata, quae loco laudato Vitae Kiliani promissa sunt. Quare utrumque libellum eidem auctori tribuendum esse opinor. — Nota Egilwardi librum totum ea arte quam vocamus 'Reimprosa' exornatum esse.

6) Cf. quae ad l. II, c. 1. notavi.

libro II. tantum longas orationes inanium verborum et c. 2. *et fabulosam relationem de Andrea martyre omisimus, librum III. integrum damus.*

Recentiora tantum exemplaria huius libri servata sunt, ex quibus tamen priores editiones emendare licuit:

1) *Codex Oxoniensis Bodl. Laud. Misc. nr.* 163, *membr. fol. maximi, saec. XV, qui multas Vitas sanctorum permagnis litteris nitidissime exaratas continet*[1], *ut sacro officio destinatus fuisse videatur*[2], *ubi haec Vita fol.* 265'—294'. *legitur.*

2) *Codex Wirziburgensis Mss. chart. fol. nr.* 154, *libro impresso annexus, a.* 1588. *nimis mendose exaratus*[3].

3) *Codex Wirziburgensis Mss. chart. qu. nr.* 96, *permultas schedas saec. XVI—XVIII. ad historiam Franconiae collectas continet, signatus 'Chronica Franconiae t. III'. Fol.* 42—61. *Vita Burchardi manu saec. XVII. ex codice Amorbacensi anni* 1448. *mendosius descripta est*[4], *sed praebet locum II,* 4. *in codicibus* 1. 2 *et editis omissum, ita ut hos omnes ex eodem exemplari, ex quo folium erutum fuerit, manasse statuendum sit.*

4) *significavimus editionem Iac. Buei in Actis SS. Oct. VI, p.* 575—594, *qui usus est apographo codicis Sancti Stephani Wirziburgensis nunc latentis, quod I. Fr. Schannat a.* 1726. *patribus Bollandianis dederat*[5]. *Fuerat sane ille codex bonae notae et satis antiquus, sed loco indicato iam mutilus mendisque minime vacuus*[6].

Codicem 1 *V. Cl. F. Liebermann,* 2. 3, *quorum menda non omnia annotavi, ipse evolvimus. Verba secundum morem saec. XII. scribenda esse videbantur.*

Primus edidit hanc Vitam, omissis indice capitum, carmine, prologo, libri II. cap. 9, *Surius, Vitae SS. V, p.* 741—758. *ex 'exemplari, quod prae vetustate aliquot locis legi vix potuit'. Stilum quidem in hoc libro non mutavit, sed saepe lectiones veras temere alteravit, quare eius variam lectionem perraro citavimus. Hanc editionem repetiit Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. III,* 1, *p.* 703 *sqq., omisso libro primo.* *O. Holder-Egger.*

INCIPIT[a] VITA SANCTI BURCHARDI[b] EPISCOPI[c].

1.[d] Terrenarum motus curarum si divino adiutorio trahatur ad respectum divinae miserationis, qualiter aeterna praescientia sanctos suos iustificaverit, mens humana et sollicitudinibus pressa inutilibus[e] solvitur ultroque[f] remunerationis praemio non fraudatur. Oportet ergo, ut ad beati Burchardi[g] pontificis[h] laudes stili seriem vertamus, quatenus[i], dum eius merita recolimus, orationum emolumentis fulciamur. Neque enim metuendum[k], ut in laudibus beatorum virorum fideliter prolatis modum possit excedere veritatis piae narratio devotionis. Quicquid itaque de omnibus recte fatemur, et de unoquoque profari non dubitamus, quando sic sanctorum fraternitas iungitur, ut omnia in omnibus Christus habeatur; eaque concordia membrorum conexio[l] capiti copulatur, quo diversorum retributio meritorum una sit exultatio omnium. Quapropter datur nobis licentia faminis, servato ductu[m] catholicae narrationis.

2.[n] Venerabilis Burchardus, Anglorum genere nobilis[7], nobilior factus est prosecutione divinae

a) Prologus de v. 3; l. v. s. *erasa* 5; Inc. *deest* 5a. b) Purchardi 1; Burcharthi 4. c) confessoris 2; confessoris Christi 4; et confessoris *add.* 5a. d) *numeri capp. des. in omnibus codd.; capitum divisionem ex* 5. 5a *instituimus, nulla in codd.* 1—3 *invenitur.* e) non *add.* 5. 5a. f) ultroneoque 5. 5a. g) Purch. 1 *semper.* h) *deest* 2. i) quatinus *h. l.* 1. 3, *postea* 1 *ut editum.* k) est *post superscr.* 5. l) conexio — meritorum *des.* 5. m) dictu 3, *ubi* cath. narr. *des.* n) Incipit vita sancti Burchardi episcopi *rubra* 3.

1) Cf. Coxe, 'Catal. of the Bodleian mss.' II, 1, p. 150 sqq. 2) In Vita Burchardi aliquoties initia precum inserta sunt. 3) In folio praefixo legitur: *Beati Burchardi primi Franciae orientalis episcopi et confessoris vita ex antiquo codice per Ioannem Kircher, tunc temporis collegiatae ecclesiae predicti sancti vicarium, descripta anno* 1588, 15. *Decembris. Incepit* 11. *Decembris et finiit* 14. *Dec.* 88. 4) In fine apographi notatum est: *Explicit liber tertius per fratrem Sifridum praesbyterum et monachum in coenobio Amorbacensi anno MCCCCXLVIII. in profesto sancti Gregorii papae, sub abbate Henrico ac priore Oswaldo venerabili, et postea praescriptus abbas Henricus obiit anno Domini MCCCCLVI. in die Theodori martyris, hora quasi XII.* 5) Ibid. p. 557. 6) Index capitum et carmen praemissum desunt in hac editione. 7) Burchardum Anglosaxonem fuisse, a nullo coaevo vel suppari auctore

religionis. Hic ab annis puerilibus Deo se vovens, quantum aetas permittebat puerilis, festinabat ad studium bonae operationis. Tandem relicta Brittannia peregrinationis obtentu, in quandam Galliae partem transacto salo pervenit, ibique tamdiu sub habitu peregrini delituit, quoad[a], audita fama egregii praesulis Bonifacii[b], incenderetur[c] ardore visendi pontificem sanctitatis fama vulgatum. Is[d] etenim Magontinorum[e] tunc praeerat urbi, vir sermone clarus, aspectu iocundus, moribus probus. Ad quem cum venerabilis Burchardus[f] venisset, ab eo gratanter susceptus[g] est. Ferunt autem sanctum pontificem primo aspectu praefati viri, prophetico repletum spiritu, adherentibus sibi ministris tale protulisse[h] vaticinium: 'Gaudete, fratres! Ecce misit nobis Deus[i] virum contubernialem[k], cui committi debeat ovile dominicum in Guirziburgensi[l] urbe a beato Kyliano[m] collectum'. Quibus auditis, venerabilis Burchardus primo oneris magnitudine[n] expavit, postremo, memor divinae in se dispositionis, tale fertur dedisse responsum: 'Etsi tanto videor indignus officio, divina tamen[o] dispositione imponendo mihi oneri non obluctor. Qui enim misericorditer onus imponit, credo[p], quia clementer levabit'.

3. Ex eo tempore sanctissimus praesul Bonifacius sollerti indagine perquirebat, quibus efficere modis valeret, quod divina noverat sibi gratia revelatum. Tandem divino instigatus adminiculo, concessu Pippini illustris regis, qui tunc Franciae regimen dispensabat[1], Romam petiit[2], praedicto Burchardo comite. Praeerat autem tunc Romanae aecclesiae Zacharias summus pontifex dominico ovili aptissimus, summi pontificatus infulae non incongruus. Hic amplo sinu caritatis viros ex Germaniae partibus adventantes Romam colligere solitus erat, volens novellae plantationis in fide Christi gentes elicere[q] ad expetitionem loci, ubi pastor aecclesiarum[3] doctorque gentium[4] humati corporibus habebantur. Cui tamen cum Magontini[r] archipraesulis innotuisset adventus, praemeditari coepit, si quid cum tanto viro dignum Deo cooperari valeret. Audiverat enim iam dudum sanctitatis eius famam longe lateque vulgatam. Veruntamen cum ad hoc perventum esset, ut mutuis colloquiis post sibi datos amplexus fruerentur[s], coepit Romanus pontifex percontari, quo rudis adhuc Germanorum fides religionis munimine fulciretur, utrumne gentibus novae eruditionis splendeat inextinguibilis lucerna divini respectus. Huic beatus antistes Bonifacius[t] cum de omnibus quibus interrogatus fuerat veram reddiderit sententiam, in extremis fassus[u] est, hoc sibi maxime fore veniendi negotium, ut Guirziburgense opidum[v] diocesi suae vicinum episcopali munio sacraretur. Tunc Romanus pontifex primo percontari coepit, quae huic officio legaretur persona, dicens[w], non rudibus congruere neofitum[x] secundum apostoli praeceptum[5]; dehinc, si[y] episcopio praedia sufficerent, quibus pauperum necessitas clericorumque sustentari posset inopia, asserens episcopum Dei familiae[z] dispensatorem. Beatus igitur Bonifacius munificentia caritatis praeditus, praediorum episcopii sui partem Romano pontifici complacitam Guirziburgensi[a] episcopio delegavit, ut futurus ibidem[b] episcopus, sicut consors existeret divini laboris, ita etiam fieret particeps temporalis sustentationis iuxta illud apostoli: (Gal. 6, 2.) *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.*

4. His rite peractis, a Romano pontifice iterum persona disquiritur, quae huic officio idonea destinetur[c]. Veruntamen venerabilis praesul Bonifacius Burchardum in medium deducens, coepit illum dignis laudibus prosequi, dicens, hunc iuvenili aetate ab occiduis partibus advenisse secumque usque ad perfectam[d] aetatem degentem[6], se nihil in eo reperisse[e], quod pontificali officio videatur contraire, ac per hoc se illum pontificali infula credere dignum. Ad haec summus praesul hilari vultu inquit: 'Agamus, (Cf. Ps. 112, 3.) frater, Deo gratias, quia a solis ortu usque ad occasum laudatur nomen Domini. Ab occasu venisse

a) ad *deest* 5. 5[a]; quo adaucta *corr.* quo audita 4. b) Bonifat. *semper* 3. c) incenderunt 2. d) Is — probus *des.* 2. e) Magont. *corr.* Mogont. 5, *et ita* 3. f) Burghardus *h. l.* 4. g) est susc. 5. h) pertulisse 1. 2. i) dn̄s *corr.* d̄s? 3. k) conturbernialem 3; contubernalem 5. 5[a]. l) *ita* 1 *semper;* Uuirziburggensi 2; Wrzeburg. *semper* 3; Wirziburg. *semper* 4. 5. 5[a], *infra et* 2. m) Kiliano *semper* 3. 4, *postea semel* 1. n) magnitudinem 3. 4. 5. 5[a]. o) tam 1. p) quia credo *corr.* c. q. 4. q) dicere 2; ducere 4. 5. 5[a]. r) Magont. *corr.* Mogont. 5, *et ita* 3. s) fruentur 3. t) Bonef. *h. l.* 1. u) fessus 2; factus *corr.* fatus 5, *et ita* 5[a]; *in marg. ead. manu add.* vel fatus 4. v) opp. *h. l.* 1. 3. 5. 5[a], *infra soli* 5. 5[a]. — diocese 4; diocesę 5[a]. w) *bis scr.* 1. x) ofitum, *del. et alia marg. superscr.* officium 4, *et ita* 5. 5[a]. y) sepisc. 4. z) esse *add.* 5[a]. a) Wirziburgense, e *adrasum* 4. b) ep. ib. 5. 5[a]. c) distinetur 1. d) profectam 2. e) repper. 5. 5[a], *infra etiam* 4.

traditum est, nisi contendere velis, loco quem Ann. Lauriss. min., SS. I, p. 115, falso ad 6. annum Pippini (ex quibus Ann. Fuld. ad a. 746, ib. p. 346), praebent: *Burghardus, collega Bonifatii, Wirziburgae ordinatur episcopus* intelligendum esse *collega* = *popularis*. Sed Othlonus, V. S. Bonif., Jaffé, Bibl. III, p. 490, et Karoli M. diploma spurium, Reg. Imp. I, nr. 315, idem affirmant. Neque vero in epistolis Bonifatianis Anglicis Burchardus occurrit (praeter nr. 59, p. 158. Nr. 41, p. 109. Jaffé, Mabilionem secutus, nimis temerarie *Burghardus* posuit, ubi codices *B.* praebent). 1) Cum Burchardus episcopus Wirziburgensis ordinatus est, scil. a. 741, ante Oct. 22, ut creditur, quo circiter die iam episcopus consecratus Willibaldi consecrationi astitit (cf. infra V. Willibaldi c. 5), Carolus Martellus etiamtunc vixit, qui a. 741, Oct. 21. obiit; post quem Karlomannus, non Pippinus, Franciam orientalem regendam suscepit. 2) Neque Bonifacius Romam adiit Zacharia pontifice, neque Burchardus ab ipso Zacharia, sed (sedente Gregorio III, ut putant) a Bonifacio episcopus est ordinatus. MAB. Cf. Bonif. epist. nr. 42, Jaffé, Bibl. III, p. 111 sq.; Zachariae papae epist. inter Bonif. epist. nr. 43. 45, l. l. p. 117. 124 sq. (Reg. pont. ed. 2. nr. 2264. 2266); Willibaldi V. S. Bonif. 10, 31, SS. II, p. 348; Passio S. Bonif. 2, 5, ib. p. 355. Omnia igitur quae c. 3—5. narrantur nuda sunt figmenta. 3) S. Petrus. 4) S. Paulus. 5) 1. Tim. 3, 6. 6) Haec nimis discrepant ab iis quae ipse auctor c. 2. scripsit; quae Egilwardus intelligens, lib. I, c. 7. scripsit: *ante annos aliquot* pro *iuvenili aetate.*

dicis[a], per quem ortum veri solis radibus in fide populis divina pietas ministrabit. Perficiamus ergo[b] quod divina credimus ordinatione dispositum'. Sicque consecrato Burchardo episcopo, acceptis a Romana sede privilegiis[1], uterque praesulum proprias sedes repetere contendunt. Quos Romanus pastor talibus prosequitur votis: 'Vadite[c]', inquiens, 'o fratres karissimi, cooperatores divini seminis! Crescat fructus vestri laboris, nec valeat inimicus vobis torpentibus in agro dominico serere, quod tempore messis debeat incendio tradi; prosequaturque vos auxilium divinae protectionis, qua ianitor caelestis aulae defensos est, ne a Satana velud[d] triticum cribraretur'.

5. His dictis, arripuerunt iter, ad sedes proprias remeantes. Quo peracto in divinis laudibus et spiritalibus canticis, tandem uterque praesul Guirziburgense opidum pervenit; quibus inibi habitantium et ex vicinis locis occurrens multitudo hominum copiosa, suplicibus[e] clamabat vocibus, dicens: 'Venite, patres, venite, servi Dei excelsi, venite, liberatores[f] animarum nostrarum[g]! aucmentate[h] divini verbi semina a beato Kyliano olim nobis monstrata, quo vomere sermonum vestrorum exculta tellus[i] nostrarum mentium, dignos ferre[k] queat fructus proventuum'. Quibus auditis, uterque praesulum prae gaudio lacrimas fudisse memoratur. Tandem egregius archipraesul Bonifacius inquit: 'Felix eris, Guirziburg[l], et inter Germaniae non ignobilis[m] urbes; et quamvis temporibus quarundam civitatum postrema habearis, tamen exornata corporibus martyrum inferior non habeberis. In numero Trinitatis tribus fulciris martyribus[2], ad suppletionem[n] tetradis probitas Burchardi accessit pontificis. Dum haec itaque gererentur, ad locum orationis perventum est, fusisque precibus et rite omnibus quae ad praesens negotium pertinebant peractis, sanctus Bonifacius ad propria repedavit.

6. Abhinc[o] venerabilis antistes[p] Burchardus sedula meditatione coepit perquirere, qualiter commissas sibi oves bene regendo in extremo examine superni Iudicis 'euge' dominicum posset promereri. [cf. Matth. 25, 21. 23.] Erat enim mitis eloquio, vultu clarus, vigiliis atque orationibus elemosinisque, quantum facultas suppetebat, deditus, aetate vergens in senium, ita ut in omnibus pontificali officio videretur idoneus. Sicque factum est, ut pene ab omnibus amaretur; non enim poterat non amari quem replebat gratia caelestis beneficii. Praerogativa autem fulciebatur, ut digne ab omnibus amaretur. Dehinc meditari coepit, ut corpora beatorum martyrum[q] Kyliani sociorumque[r] eius de loco in quo ab infidelibus temere posita fuerant levarentur. Pro certo namque noverat, non diligenter fuisse reconditos, quos clam audiverat interfectos. Collecto denique clero ac populo indixit ieiunium, ut digni possent reperiri, a quibus sancti martyres permitterent sua[s] corpora moveri. Constituta autem die elevationis martyrum[3] maxima rusticorum multitudo confluxit Guirziburg, alii religionis studio, alii convenerant illecti miraculorum indicio, alii recuperandae sanitatis desiderio. Tunc venerabilis pontifex Burchardus ad locum sepulturae accessit, acceptoque sarculo, primus fodere coepit, subvenientibus sibi ministris, quos ad hoc opus delegerat[t]. Sed postquam tellus egesta est, non alta[u] scrobe inventa sunt corpora martyrum ita fraglantia[v], ut omnium circumastantium nares suavitate tanti odoris replerentur. Elevatis denique corporibus, ingens factus est populorum concursus multitudinisque[w] stipata congestio. Elaborabat nempe popularis ille conventus, si quis posset feretrum tangere aut transitu succumbere aut elatis[x] manibus gratias Deo referre; eratque vox una omnium: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* [Luc. 2, 14.] Tanta vero miraculorum insignia operatus est Dominus per sanctos suos, ut, si qui forte aderant qui in fide titubarent, visis tot miraculis solido robore credulitatis firmarentur. Miraculis igitur comitantibus ymnos, perventum est ad locum[4] ubi sanctorum[y] corpora condenda erant; quae diligenter recondita usque in praesentem diem ymnis et orationibus frequentantur.

7. Venerabilis tamen Domini[z] sacerdos Burchardus in loco ubi sanctorum martyrum corpora humo tegebantur vigiliis, orationibus ac missarum frequentationibus indeficienti studio vacabat, metuens, ne fraus antiqui furis a thesauris divino igne probatis per desidiam se removere valeret, aut, dum ipsi minus diligenter custodiuntur, inertem custodem et se non integre diligentem contemnerent. Certus itaque sanctus vir de praemio aeternae remunerationis, sollerti cautela semet undique muniebat, quatenus[a]

a) diceris 3. b) *deest* 4. 5. 5ª. c) Vadiens 2. d) *ita* 1. — cribar. 5ª. e) supplic. 4. 5. 5ª f) laborat. 3. g) uestrarum 3. h) augement. *corr.* augm. 4, *et ita* 3. 5. 5ª. i) tellura 2. k) f. q. 4. 5. 5ª; q. proferre 3. l) Wirziburg *semper* 2; Wirzeburch *semper* 3; Wirziburc *semper* 4; Wirziburch *semper* 5. 5ª. m) ignobiles 4. n) supl. tetrardi 3. o) b *e corr. in loco raso* 4; *legi nequit* 2; Venerabilis itaque ant. 5. 5ª. p) *deest* 3. q) *deest* 2. — Kil *h. l.* 1. 4 *(semper)*; Khyl. *h. l.* 5ª. r) et sociorum 4. 5. 5ª. s) corp. sua 5. t) delegerat, *eraso* d *corr.* elegerat 4, *et ita* 5. 5ª. u) altę scrobę 5. v) fragrantia *corr.* fraglantia 2. w) multitudinique 1. x) elevatis 2? y) corp. sanct. 3. z) *superscr.* 3. a) quatenus *corr.* quatinus 4, *et ita h. l.* 3. 5. 5ª.

1) Ab auctore certe non visis. Exstat solum Reg. pont. ed. 2. nr. 2266. 2) Kiliano, Totnano, Colonato. 3) Cf. V. Kiliani, Mabillon, Acta II, p. 993, ubi *regnante Pippino* et *mediante Bonifacio archiepiscopo* translatio facta esse dicitur. Ad a. 752. translationem Kiliani ascribunt Ann. Wirzib., SS. II, p. 240; Chron. Wirzib., SS. VI, p. 26; Catal. episc. Wirzib., SS. XIII, p. 338, quos secundae Vitae scriptor (Egilwardus) secutus est, qui scribit (II, 2): *Anno secundo ordinationis suae tractare cepit cum comprovincialibus episcopis multisque viris religiosis, sed maxime cum glorioso magistro suo metropolitano, quatinus eorum consilio et adminiculo corpora . . . . levaret.* Sed his nulla fides, utpote qui initium episcopatus Burchardi falsissime a. 751. attribuant. Ubi certe ex coniectura translatio a. 752. ascripta est, quae ex relatione huius Vitae initio episcopatus Burchardi facta esse videretur. 4) Auctor locum ignorasse videtur, quem nec Egilw. II, 2. indicavit; sed hic II, 6. refert, postea ossa in ecclesiam S. Mariae in monte, deinde (II, 7) post triennium in monasterium S. Salvatoris translata esse.

pulsanti ianuam Domino, qui eum familiae suae praefecerat, confestim aperiret, accensisque lampadibus, nulla per ipsum mora foret, quin aeterno convivio cum prudentibus virginibus reciperetur. Hac denique expectatione sollicitus in divino opere, nec calliditate antiqui serpentis poterat devinci[a] nec senectutis gravitate[b] tardari, in effeto[c] siquidem corpore virilem animum gerebat[d].

8. Tandem advenerat iam tempus, quo sancta anima mole corporis solvenda erat; comperiensque vir sanctus per corporis aegritudinem vicinam instare[e] sibi carnis dissolutionem, vocatis fidelibus qui in praesenti adesse poterant, divini verbi pabula in extremo quoque praesentis vitae termino ministrare curavit, monens illos viam[f] veritatis insistere caritatemque, in qua summa virtutum consistit, inviolabiliter observare. Post [haec[g]] extremi muneris benedictione prolata, corporis ac sanguinis Christi viatico munitus, amissa mole terreni corporis*, migravit ad caelum[1]; ubi accepta singulari felicitatis stola, expectat ultimum resurrectionis diem, in quo duplici vestitus ornamento nil[h] sibi deesse laetetur, per dominum[i] nostrum Ihesum Christum, qui cum[k] aeterno Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita[l] saecula saeculorum. Amen.

754.

EXPLICIT[m] VITA SANCTI BURCHARDI CONFESSORIS.

*) 3 *add.*: 4. Non. Febr.

EX VITA BURCHARDI EPISCOPI WIRZIBURGENSIS AUCTORE UT TRADITUR EGILWARDO.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI[n] DE SANCTO BURCHARDO EPISCOPO.

1.[o] De religiosa parentela sancti Burchardi[p] et eius germano sancto Suiduno[q].
2. Qualiter a primaeva aetate conversatus sit et postea peregrinationem elegerit.
3. De magno Bonifacio Mogontino[r] archiepiscopo.
4. Qualiter ad eundem[s] Bonifacium beatus[t] Burchardus pervenerit.
5. Quomodo eum susceperit et futurum episcopum in[u] Wirziburg[v] prophetaverit.
6. Quomodo sanctorum virorum consilio sanctum Burchardum Romam adduxerit.
7. Quomodo eos papa Zacharias susceperit et[w] pium assensum legationi episcopi prebuerit.
8. Quomodo sanctum Burchardum primum episcopum Wirziburgensi ecclesiae consecraret ac cum[x] benedictione remitteret.
9. Quomodo beatus Bonifacius per legationem apostolicam sanctum Burchardum in sedem episcopalem intronizaverit[y].
10. Quibus[z] temporibus ipsius episcopatus institutio facta sit.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI DE[a] SANCTO BURCHARDO.

1. Quod sanctus Burchardus Romam missus sit pro regni negotiis.
2. Quomodo sanctorum martyrum corpora elevaverit.
3. Qualiter eadem ecclesia[b] prediis sit[c] dotata et terminis dilatata.
4. De[d] Immina virgine et precaria quam fecit cum sancto Burchardo[e].
5. De felici obitu virginis[f] eiusdem ac sepultura eius ad Karlburg.
6. Qualiter sanctorum martyrum[c] corpora supra[g] montem triennio custodierit.
7. Quomodo per revelationem sanctorum martyrum corpora in civitatem reportaverit[h].
8. Quomodo monasterium subtus montem aedificaverit.
9. De Magno sive Andrea martyre.
10. De viro religioso[i] Gumberto[k] converso.
11. Quomodo sanctus Burchardus senio fessus[l] Megingaudum[m] sibi[c] substituerit episcopum.
12. Quomodo ad Hohenburg transmigraverit[n] et ibi obierit, et corpus eius in[o] Wirziburg reportatum sit.

a) divinci 1. b) gratuitate 5[a]. c) effe:to, *littera erasa* 4. d) gerens 3. e) sibi inst. 3. f) via 3. 5[a]; vie 5. g) *deest* 1. 3. h) nihil 1; nichil 3. i) per eum qui 4. 5. 5[a]. k) cum — vivit et *des.* 2; cum — sancto *des.* 4. 5. 5[a]; cum coeterno 3. l) regnat in s. s. 2. 4. 5. 5[a]. m) *ita* 1. 2. n) et libri sancti Burchardi confessoris et pontificis 2; de — episcopo *des.* 3. o) *numeri capitum des.* 1. p) *ita plerumque* 2. 3 *et infra* (p. 51) *acrostichon*; Burkard. *semper* 1; Burckhard *vel* Burkard. *interdum* 2; Burckard. *saepius* 3. q) Suidino 3. r) Mogunt. 2. s) eum 3. t) sanctus 2. u) *deest* 3. v) *ita semper* 1; Wurtzeburg *vel* Wurtziburg *vel* Wurtzburg *semper* 2; Wirtziburg *plerumque, rarius* Wirtzburg *vel* Wirtzburch 3. w) ac 2. x) eum 1. y) intronizavit 2. z) Quomodo 2. a) de s. B. *des.* 2; *rubra deest* 3. b) ecclesiam 2. c) *deest* 3. d) Quomodo 2. e) episcopo *add.* 2. f) e. v. 2. g) super 2. h) reportavit 2. i) *deest* 2. k) Gumperto 3. l) confectus 1. m) Megingand. 2 *semper*. n) transmigravit 2. o) *deest* 2. 3.

1) Cum Burchardus a. 753, Iun. privilegio celeberrimo Pippini (Reg. Imp. I, nr. 70) subscripserit, et Liudgerus, Vita S. Gregorii c. 6 (infra), eum ante S. Bonifatium obiisse dicat, satis probabile est, eum a. 754, Febr. 2. defunctum esse, si dies recte traditus est, qui tamen non ante saec. XI. occurrere videtur.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERCII DE[a] SANCTO BURCHARDO.

1. Qualiter Megingaudus Bernwelfum[b] sibi successorem elegerit, et ipse Nuenstat[c] profectus, diem ultimum ibidem clauserit.

2. Commemoratio decreti, quo[d] sanctus Gregorius et Bonifacius quartus papa ab ipso concedunt monachis[e] presbyteris potestatem baptizandi, predicandi[f], communionem dare, penitentes solvere; cui decreto a[g] quibusdam modernis contradicitur.

3. Qualiter venerabilis episcopus Hugo corpus[h] sancti Burchardi levaverit et in monasterio quo nunc requiescit collocaverit[i].

INCIPIT[k] PROLOGUS IN[l] VITAM SANCTI BURCHARDI EPISCOPI[m] ET CONFESSORIS[n].

Digne venerando venerandae congregationis abbati P.*, iuxta nomen suum transeuntis peregrino seculi, alias autem civi sanctorum[o] et domestico Dei, eisdemque[p] suis comilitonibus, videlicet intra[q] murum Sancti Burchardi excubantibus[r], peccator E.[r] **, nec nomine dignus, si quid in divina fraternaque caritate tantillae valet personae servitus. Indicio[s] matris virtutum, qua[t] nimirum precedentes vos[u] satis hereditarunt patres, forsitan non sine causa grave[g] mihimet onus imponitis, mihi, inquam, non tam alieno, quam proprio vestri iuris asello, quem frequentissime pascentes et potantes, rarissime vel numquam onerastis. Postquam etenim[v] vestrum vestra tantummodo[w] dignatione membrum effici merui, ex tunc quantum in me fuit satagebam, ut[x] par erat, vobis[y] in omnibus secundum apostoli dicta seu compati vel congloriari[z]. Unde contra stimulum caritatis tam inolitae[a] ulterius recalcitrare non presumens, sarcinae vestrae iussionis[b], licet longe vires meas excedenti, dorsum obedientiae non subtraho, quamquam non ignorem, plura[c] apud vos[d] hactenus viguisse[e] et adhuc vigere preclara ingenia, quae satis superque prevalerent[f] condignis extollere preconiis almi patroni nostri, immo totius orientalis Franciae metropolis prothoierarchae[g], Burchardi merita. Aspirante igitur[h] eo qui ubi vult[i] spirat, Spiritu sancto, conspirent hac[k] in re vota[l] per unanimitatem communia, licet pro meritorum diversitate haut[m] aequipollentia, presulis scilicet eiusdem iam caelicolae[n] pietas favendo[o], vestra ferventissima caritas precibus[p] iuvando, mea quoque obedientia, utinam minus presumptiva! stilum ducendo. Tuo[q] tamen, o currus[r] Israel auriga P., iudicio specialissime concedatur, quid[s] ex opusculo presenti recipiatur[t] vel respuatur. Precipue nimirum illo se totus dirigat intentionis huius oculus, ut in omnibus his solummodo[u] honorificetur Deus, qui solus utique mirabilis in sanctis suis, solus non immerito potissime in ipsorum glorificatur meritis. Sit preterea presens opusculum inter utriusque nostrum congregationes sicuti presentibus probatio fraternae dilectionis, ita etiam apud posteros utrobique monumentum[v] vel testamentum perpetuae societatis, ut, dum hic unum et eundem patronum devotio communis ardere se probat, in terra viventium seminator simul et messor perpetualiter gaudeant[w]. Amen.

Rom. 8, 16.

Burchardus[x] presul, pro Christo sed[y] prius exul,
Verbis et vita verus fuit Israhelita.
Roma virum talem cognoscens pontificalem,
Consecrat[z] officiis supplex, ut par erat, illis
Herbipolique[a] pium patrem dedit ordine primum.
Absque dolis rexit[b] plebem, sine crimine vixit[c]
Riteque quod docuit dictis, factis[d] decoravit
Donec ab hac[e] sede supera[f] requievit in aede.
Visitet hinc pie nos proprio solamine servos[g],
Sedet in hac cella mentis carnisque duella,
Presit et exterius[h] hinc cura precaminis eius,
Rector ut[i] istarum non prevaleat tenebrarum
Exterrere[k] malis Christi pietatis[l] ab alis,
Sitque sub erecto[m] Burchardi nomine tecto
Undique tutela[n] psychon somatumque medela,
Laus semper Christo sub culmine quo sonet isto[o]!

*) *In marg. cod. S. Stephani Wirzburg. add.:* Pilgrimus.
**) *In marg. eiusdem cod. add.:* Eggihtdius.

a) de s. B. *des.* 2; *rubra deest* 3. b) Berenwelsum 2; Berinwelffum 3. c) Nuestat 3; Neustat 2. d) quomodo 2. 3. e) m. et pr. 1; pr. m. 2. f) *deest* 3. g) *deest* 2. h) s. B. c. 2. i) Sequitur prologus *add.* 2. k) *lemma deest* 3. l) de vita 2. m) ep. et *des.* 2. n) Item prologus *add.* 1. o) seculorum 2. p) que *deest* 1. q) iuxta 2. r) F. 2; *deest* 3. s) iud. 3. 4. t) quia 2. — nimium 3. u) nos 2. 4. v) enim 4. w) tantummodi d. membrorum 2. x) et 3. y) nobis? 2. z) glor. 2. a) t. imolitae 3; char. nolite 2. b) missionis 4. c) plurima 3. d) nos 4; *in* 2 *haud perspicuum* nos *an* vos. e) invig. et a. invig. 4. f) valerent 3. g) prothoierachiae 2; protolierare hae 3. h) ergo 3. i) vidit 3. k) hanc in rem 2. l) *deest* 1. 4. m) aut 4. n) caelice 2; seniculae 3. o) fov. 2. p) precibusque 3. q) Suo 3. r) t. occurrus 2; t. occursus 3. s) quod 1. 2. t) recipitur 3. u) *deest* 2. v) monim. 3. w) gaudeat 4. x) *carmen deest* 1. 4. y) *deest* 3. z) Consecret 2. a) Herbipoli quoque *corr.* Herbipolique 2; que *deest* 3. b) rexit *corr.* vixit 2. c) vixit *corr.* rexit 2. d) que *add. sed del.* 2. e) in hac *add.* 3. f) superna *del. et superscr.* post alta *et hoc del. et alio atram. scr.* supera 2; suprâ 3. g) suos *del. et alio atram. scr.* maestos 2. h) externis huic tua preca miseris (?) 2. i) *deest* 3. k) Exterere 3. l) pietate 2. 3. m) S. superecto 3. n) medela 2. o) Sequitur vita Burchardi *add.* 2.

INCIPIT[a] VITA SANCTI BURCHARDI EPISCOPI ET CONFESSORIS CHRISTI[b].
[EX LIBRO I.]

cf. Rom. 8,30. Salvatoris mundi gratia, qui quos predestinat[c] vocat et quos vocat iustificat, verbo sui euangelii, quod in toto orbe predicandum promiserat, tandem in[d] insularum numero[e], quae per incredulitatis errorem diu fuerant longe a salute, per industriam fidelis sui dispensatoris Gregorii etiam Angliam, fructiferam valde terram, seminis dominici capacem factam, per universae christianae religionis augmenta, suis doctoribus Spiritu sancto cooperante, sibi fecit esse propinquam. Multum inde replicare non indigemus, utpote quod in Gestis Anglorum[1] habundantissime digestum non ignoramus. Non tamen otiose pretereundum, immo pro Christi amore toto cordis acumine speculandum, qualiter a solis ortu usque ad occasum fulgur euangelici iubaris parens insulas occiduas in tantum illustraverit, ut radiorum suorum resplendoribus etiam nostrarum partium caligines solem iustitiae notificando fugaverit, dum Scotia, quondam bruta, nunc in Christo prudentissima, nobis lumen nostrum primitivum destinavit Kylianum, Burgundis Columbanum, Alemannis Gallum[2], Anglia vero universae Germaniae magnum Bonifacium et orientali Franciae primum satisque pastorem idoneum et, quod verissime creditur, adhuc incultae nimis ecclesiae valde necessarium speculum Burchardum. Quibus spiritualis[f] militiae ducibus eximiis, cuique sui magisterii sequax adherebat in Deo fortis exercitus; quorum singula quia non vacat exprimere[g] vocabula, libeat eorum exemplis potius intendere[h] quam nominibus. His itaque pro stamine telae[i] pretextis, Christo iuvante, iam res[k] exigit utcumque subtemen consequenter innectendum innodare, ad renovandam scilicet memoriam primi nostri[l] mandritae prenominati sepiusque nominandi Burchardi presulis.

1.[m] De religiosa parentela sancti Burchardi et eius germano sancto Suiduno.

Sicut diversa[n] diversorum patrum testantur scripta[o], dum Gregorianae signum plantationis Anglorum novella germinasset, pululasset, cresceret atque floresceret ecclesia, semper, ut de eodem dicitur doctore, venerabile meritum eius ibidem accepit incrementum, fructificante nimirum eiusdem gentis fide per multas temporum successiones omni[p] religionis devotione et fertilitate bonorum operum. Florebat interea eadem[q] in insula vel patria sub rege christianissimo . .[r] aromatica[s] quaedam Christi[t] boni odoris areola, nobilis utique nobilissimi Burchardi parentela, quae tam rebus quam genere clara, divini timoris insignibus notabatur ab omnibus preclua[u] seseque per id precipue non tantum convicaneis et contribulibus, sed et universo regno prebuit famosissimam, quod in bonis actibus nulli generationi terrae illius se patiebatur esse[b] secundam. Ps. 111, 2. Qua de re non incongrue Daviticum illud elogium divinitus ibi implebatur: *Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.* Ditavit quippe[v] eos benedictio divina prole[w] gemina nimis eximia, quae patris simul[b] ac[x] matris, immo totius generationis illius utique preclara excelleret merita, Burchardo videlicet atque[b] Suiduno[3], utroque caelitus sibi destinatae vel provisae cathedrae postea pontifice futuro. . . . .

Referebant nobis nobiscum olim conversantes ex Anglia nati fratres Gôtwin[y] et Adalmar[z] aliique quam plures inde huc advenientes, beati Suiduni vitam miraculis plenam[4] in ecclesiis illius terrae circumquaque scriptam repperiri, quae tot tantisque virtutum doctrinaeque[a] splendeant[b] miraculis, ut etiam ipsa non impotens sit testimonium commendare germanae sanctitatis. 'Legitur', inquiunt, 'apud nos idem Dei famulus a primaeva[c] aetate cunctis Dei carismatibus[d] una cum litterarum disciplinis apprime[e] imbutus. Universis insuper caelibis vitae mundiciis precipue candidatus, et quamvis nullius se pateretur expertem videri virtutis, misericordiae tamen visceribus maxime notabatur insignis. Omnibus quippe necessitatem[f] patientibus statim pro posse factus est proximus'. . . . .

Haec[g], inquam, omnia qui plenarie nosse cupierit, penes ecclesiam illam[5] quam rexerat[6] indagare valebit. Tradunt etiam aliqui, quod idem[h] germani magno Bonifacio archiepiscopo non solum compatriotae, sed etiam carne fuissent consanguinei[7].

. . . .

10. Quibus[i] temporibus ipsius episcopatus institutio facta sit.

. . . .

Acta est haec[k] institutio novi pontificatus[l] apud urbem Wirziburg ordine descripto anno dominicae incarnationis 751[8], anno vero 62.[m] post passionem sanctorum martyrum Kyliani ac sociorum eius, quae facta

a) *rubra deest* 3. b) *deest* 2. c) prestinat 2; praetestinat 3. d) *deest* 4. e) numerum 4. f) spiritualibus 4. g) invenire *Sur.* h) p. studere poenitentiae *Sur.* i) propositae *add. Sur.* k) tempus *Sur.* l) viri 4 m) *numeri capitum des. codd.; rubra deest* 3. n) diverso 2. o) scriptura 2. p) omnis 1. 4. q) in e. 4. r) *spatium vacuum rel.* 2. s) aritm. 3. t) christiani 2. u) predua 1; precliva 2; praeclara 3. *Sur.*; praedita 4. — seque 2. v) e. q. 2. w) p. g. *des.* 2; pro lege 1. x) et 3. y) Gudentwin 2; Gutwin 3; Godwin 4. z) Adelmar 3. a) que *deest* 1; doctrinae quae 3. b) splendeat 4. c) primave 2. d) chrism. 3. e) aprime 1; a prime 2; appime 3. f) necessitates 3. g) *deest* 3. h) iidem 3. 4. i) *rubra deest* 3. k) nova *add. Sur.* l) episcopatus 2. m) *ita* 3. *Sur.*; 66. 1. 2. 4, *quod forte auctor hoc loco et infra* 685. *scripserat, sed hoc numero post mutato, ille a nonnullis tantum scribis mutatus est.*

1) Intelligit Baedae Hist. eccl. 2) Similia in Vita Kiliani posteriore, Canis. Antiq. lect. III, p. 175, ubi vero: *Columbano gaudet Italia.* 3) Suidunum fratrem fuisse Burchardi, inepta fabula est, cum ille demum saec. IX. vixerit, a. 837—862. episcopus Wintoniensis fuerit. 4) Edita est Vita Acta SS. Iul. I, p. 327 sq., miracula ibidem p. 328—337. 5) Wintoniensem. 6) scil. Suidunus. 7) Fabula mera. 8) Hic numerus falsissimus sumtus est vel ex Ekkeh., SS. VI, p. 159, vel ex catalogo episcoporum, cuius exemplar posterius exstat SS. XIII, p. 338, et qui exscriptus est in Chron. Wirzib., SS. VI, p. 26, et in Ann. S. Alban., SS. II, p. 240.

est anno incarnationis Domini[a] 689[1], ad incrementum ecclesiarum Germaniae maximeque[b] ad salutem totius orientalis Franciae, auctoritate nimirum Zachariae papae, consensu quoque[c] Pipini[d] iunioris principis Franciae, mediante Bonifacio presule Mogontino[e], beato vero Burchardo primo pontifice ad eandem cathedram[f] consecrato, ad honorem ingeniti Dei Patris altissimi eiusque unigeniti filii Iesu Christi domini nostri et sancti[g] Spiritus paracliti, cui semper est laus et gloria in una trinitate trinaque unitate ante omnia et in omnia seculorum secula. Amen.

EXPLICIT[h] LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Quia succurrentibus primum Deo placitis eximii presulis Burchardi meritis, deinde minantibus caritatis fraternae stimulis, prout sancti Spiritus gratia concessit, stilo currente digessimus, qualiter idem pastor huius ecclesiae primus a primaeva victitans aetate, postea pro vitae meritis ac sapientiae doctrina, perfecto[i] iam hominis utriusque robore, ad curam pastoralitatis sive culmen regiminis pervenerit, superest et — quod negare non possumus — consequens videtur per ordinem utcumque prosequi, qualiter[k] ad haec rite perveniens vixerit, et bene vivens qualiter docuerit[l], et recte docens qualiter infirmitatem propriam semper considerans[2] et in Dei sacrificio caudam perseverantiae boni initii capiti non subtrahens, se suaque cuncta in eo qui vere dicitur Alpha et Omega, sicut ceperat, finierit.

Igitur venerabilis antistes Burchardus, qui toto ineuntis suae aetatis tempore scuto fidei protectus, galea salutis et lorica iustitiae indutus ac Spiritus sancti gladio, quod est verbum Dei, armatus, contra spirituales nequitias inexpugnabilis in acie steterat, ubi se speculatorem domus Israel in quadam ecclesiae turri positum conspexit, sic super custodiam suam totis noctibus stare satagebat, sic[m] vocem suam quasi tubam super montem excelsum contra gladium venientem exaltare curabat, uti ne civitates animarum sibi subiectarum se dormitante parcere nescius hostis irrumperet[n], nec caulas ovium dominicarum lupi rapaces sive leo circuiens invaderet, et ob hoc[o] sanguinem pereuntium de manu eius summus Paterfamilias postea requireret. Sedula quoque cordis anxietate cepit meditari, qualiter sibi[p] commissas dominicas[q] oves verbo[r] Dei pasceret et in omni fidelis prudentisque dispensatoris cura tam se quam Christi familiam regeret, ita duntaxat ut in extremo superni Iudicis examine 'euge' dominicum posset promereri. (Vita I, c. 6.) Erat autem idem Dei famulus eloquio valde mitis, vultu venerandus et affabilis, in vigiliis sedulus, in lectione assiduus, in elemosinis, quantum facultas suppetebat, satis[s] benivolus, sollicitus de commissis, providus in consiliis, in universis moribus compositus, in bonis actibus indefessus, in contemplatione pre[t] cunctis suspensus. De tanti viri humilitate scribere quid indicarem omnino superfluum, quippe cum necdum nomen et officium episcopale valuisset esse pompaticum, nisi quod ipsa, quae in loco sepulturae eius servatur, cambucca[u] semper nobis ad memoriam reducit humilitatis eius exempla. Unde constat, quantum[v] pretiosior sit coram illo qui humilia respicit et alta a longe cognoscit (cf. Ps. 137,6.) pastor Burchardus cum sua pastorali virga modernis pastoribus, qui pascentes se ipsos, vix in ipsis baculis suis aliqua carent pompa. Fertur etiam, quod non minus exterioris hominis compositio divinitus sibi collato congrueret[w] officio, videlicet cum iam aetate matura[x] vergere ceperit in senium, corpus etiam gereret ipsa statura decorum. (ib.) Quid plura? Dum per omnia et in omnibus officio pontificali dignus et idoneus videretur, non incongrue creditur, quod non sine causa, sed merito ab omnibus amaretur. Quomodo enim posset[y] non amari, quem tot carismata[z] decorabant caelestis beneficii? (ib)

1. Quomodo Romam missus sit pro regni negotiis.

Adeo denique in brevi habitus est ab omnibus honorabilis, ut etiam totius regni consilio una[3] cum Folrado[a] abbate eodemque archicapellano ad predictum Zachariam Romanum pontificem mitteretur, ad consulendum scilicet pro negotiis regni Francorum, quod[b] iam multum ab honore suo degenerasse videbatur. (Ekkeh. p. 159) Hinc, ut altius verbi gratia repetamus, solebant Franci ex antiqua regum[c] stirpe reges habere, qui a Meroveo, Clodii secundi regis eorum filio, Merovingi[d] dicebantur; quorum[e] genealogia usque ad Hildericum tunc temporis regem permanebat, in quo etiam deficiebat. (ib) Sed licet in illo finita posset videri, iam dudum tamen nullius vigoris erat, nec quicquam clarum in se preter inane regis vocabulum preferebat. Nam et opes et potentia regni penes palatii prefectos, qui maiores domus[f] dicebantur, et ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur, nec[g] aliud quicquam regi permittebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, solio resideret ac[h] speciem

a) dominicae 2; *deest* 4; inc. Dom. *des.* 3. — DCLXXXV. 4. b) que *deest* 3. c) consensuque 2. d) Pipp. 2 *semper.* e) Mogunt. 3. 4. f) sedem 4. g) Sp. s. 2. h) E. l. p. *des.* 2. i) perfectio 2. k) qual. — vivens *des.* 3. l) docuit 2. m) si 2. n) irruperet 2; vi rumperet 3. o) et *add.* 4. p) sibi — omni *des.* 4. q) o. d. 1. r) vero 2. s) benignus et *add. Sur.* t) pre c. *des.* 2. u) cambicita 2; cambuca 4. v) quanto 3. w) congruerat 2. x) maturus 3. — mergere cepit 2. y) non p. 2. z) chrism. 3. a) Fulr. 3. b) quid 2. c) regnum 2. d) Merofingi 3. e) quorum — deficiebat *des.* 3. f) domi 2. g) nec — regi *des.* 2. h) ac — effingeret *des.* 3.

1) In hoc anno differunt Catal. (697), Chron. Wirzib. et Ekkeh. (688), Ann. S. Alb. (687). Annum 689. dat etiam inscriptio apud Eckhart, Francia orient. I, p. 454. 2) Haec sunt verba Gregorii M., Lib. regulae pastor. I, prol.: *pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perveniens, qualiter vivat, et bene vivens, qualiter doceat, et recte docens, infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoscat.* 3) Sequens locus non ab Ekkehardo p. 159. 160. ex hac Vita sumtus est, ut SS. VI, p. 5. dictum est, sed ab Egilwardo ex Ekkehardi chronico transscriptus, quem Ekkeh. composuit ex Ann. Einh., Chron. Wirziburg., Einhardi Vita Karoli c. 1. 2, loco Gestorum regum Francorum (cf. Ekkeh. p. 116), Reginonis chronico.

Ekkeh p. 159 sq.

dominantis effingeret, legatos undecumque venientes audiret eisque abeuntibus responsa, quae doctus erat aut iussus[a], ex sua velut potestate redderet; cum preter inutile regis nomen et precarium vitae stipendium, quod ei prefectus aulae prout videbatur exhibebat, nihil aliud possideret quam unam et eam perparvam[b] reditus villam, in qua domum et ex qua famulos necessaria sibi ministrantes atque obsequium exhibentes paucae numerositatis haberet. Quocumque eundum[c] erat, carpento[d] ibat, quod iunctis bubus et bubulco more rustico agente trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum conventum, qui Kalendis[e] Maii ob regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire solebat, et coram tota[f] gente presidens omnesque salutans et ab eis salutatus debitisque obsequiis honoratus, sic domum redibat, sicque secum usque ad alium Maium domi residebat; at[g] regni administrationem[h] et omnia quae vel domi vel foris agenda erant ac disponenda prefectus aulae procurabat. Quo officio tunc, cum predicti legati mittebantur, Pipinus, Karoli filius idemque Karoli Magni pater, iam velut hereditario iure fungebatur. Zacharias papa super huiusmodi[i] negotio consultus, remandavit per Burchardum pontificem et Folradum abbatem, melius esse illum vocari regem, apud quem summa potestatis[k] consisteret, dataque auctoritate sua, Pipinum regem constitui iussit. Qua legatione peracta, Pipinus per auctoritatem apostolicam, quam tam probabiles[l] viri in audientiam[m] primatum scriptis ac[n] dictis deferebant, more Francorum electus[o] ad regnum, per manus sancti Bonifacii archiepiscopi Mogontiacensis[p] elevatus est[q] in regni solium in Suessionum civitate; qui postea per Stephanum papam unctus in regem et confirmatus atque a iuramento, quod regi Hilderico cum ceteris primoribus fecerat, absolutus, postea[r] regnavit annis quindecim. Hildericus vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite in monasterium missus est. Sed de his iam dixisse sufficiat, quorum nunc mentionem prorsus attigimus propter Burchardum nostrum, qui tantis negotiis strennuus omnino legatus et cooperator intererat.

. . . .

3. Qualiter eadem ecclesia prediis sit dotata et terminis dilatata[s].

Gloriosus[t] autem antistes Burchardus Christi martyribus[1] dono dedit, immo sponsae suae ecclesiae Wirziburgensi predia in dotem contulit, quae dudum cum sancto Bonifacio commorans et cum ipso[u] palatium regale frequentans vel parrochias circuiens[v] conquisierat seu pretiis in suae proprietatis ius ab ingenuis viris comparaverat. Illustres quippe Francorum et optimates eundem virum in patria sua ex cunctis progenitoribus suis satis nobilitatum audientes, mores insuper illius omni religione et sapientia precipuos considerantes, nonnulli de remedio animarum suarum cum tali servo Dei tractare solebant, indeque res suas, si quas Domino vovebant[w], per manus illius tutissime conservari[x] vel dispensari credebant. Itaque villam[y] quae dicitur Michilstat[z, 2], quam ei Karlomannus princeps quondam[a] in proprium ius tradidit, ipse legittima investitura sanctis martyribus confirmavit. Similiter etiam Hohenburg[b, 3] multaque alia alodia, quae diversis in locis a nobilibus viris quocumque pacto susceperat, coram multis fidelibus testibus et omnium orientalium Francorum principibus ad eorundem martyrum reliquias investiebat. Insuper ad supplementum novi pontificatus et amplificationem ecclesiastici cultus, alimoniam quoque cleri tam futuri quam presentis[c], regia munificentia collatum est sancto Kyliano[d] castellum quod Karloburg[4] vocatur cum fisco regali cunctisque illo pertinentibus reditibus. Ac[e] eandem traditionem testamento regali necnon privilegiis[f] apostolici presulis metropolitanus pontifex Bonifacius una cum principibus et comitibus regis Pipini legatione fungentibus sancto Kyliano rite confirmavit ac[g] beato Burchardo presenti episcopo dotes ac decimas suaeque sedi contiguas ecclesias in novam eius parrochiam conterminavit.

4. De Immina virgine et precaria quam fecit cum sancto Burchardo episcopo.

Eo tempore quaedam virgo Deo devota, natu simul et[h] moribus nobilissima, super montem qui nunc Sanctae Mariae mons sive Wirziburg antiqua nuncupatur continentissima cum plerisque voti[h] eiusdem feminis degebat vita[i] nomine Immina. Haec habuit patrem filium Gozberti[k] ducis Hetanum[5] nomine, tam ducatus[l] orientalis Franciae quam totius hereditatis successorem paternae, et quod maxime precellit, admodum voluntarium aemulatorem orthodoxae fidei per beati Kyliani doctrinam ibidem plantatae. Qui profecto David fidelis exemplo, cum gregem populi Dei non solum strennuo, verum devoto pasceret animo, atque velut alter Sebastianus[6] ad hoc[m] tantum sub clamyde terrenae militiae Christi militem tegeret absconditum, ut Deo redderet animas, quas diabolus conabatur auferre, in asylum periclitantium animarum basilicam, non grandem, sed decoram construxit[7], in predicto scilicet monte, ut ubi prima

a) ipsas 3. b) parvam 2. c) eunde 2. d) carpendo 2. e) Kalendas 1. f) totaque 3. g) ad 2; ac 4. *Sur.* h) ministr. 1? 2. i) huiuscem. 4. k) posteritatis 3. l) probales 3. m) audientia 2. n) et 2. 3. o) electus — Bonifacii *des.* 2. p) Mogunt. 3. q) *deest* 4. r) postea — fungebatur *des.* 2. s) et cetera *add.* 1. t) Glor. — Wirziburgensi *cum extremis verbis praecedentis cap. des.* 3. u) ipsa 2. v) circumiens 3. w) fov. 1. x) consecrari 1. 2. 3. *Sur.* y) villa 3. z) Michelstat 3. 4. a) quorundam 3. b) Hoenburg 3. c) presenti 2. d) Kil. 3 *semper.* e) At 1. 2. f) privilegii 2. g) atque 2. h) *deest* 2. i) vitam vocata Ymm. *(semper)* 4; vitam n. *Sur.* k) Gotzb. 2. 3; Gosb. 4. *Sur.* l) ducatus — quondam regina Saba *(p. 55, l. 13) in solo cod.* 3 *exstant, des.* 1. 2. 4. *Sur.; haec vero autentica et ab ipso Egilwardo composita esse, probatur et sermone et ex eo quod in ceteris codd. quaedam deesse luce clarius apparet.* m) *ita V. S. Sebast. l. l.;* adhuc sub tantum 3.

1) Kiliano sociisque eius, quorum translationem ex Vitae prioris c. 6. in omisso cap. 2. narravit. 2) Michelstadt in saltu Odenwald (kr. Erbach). Inter ea loca, quae Karolomannus ipsi ecclesiae Wirziburgensi dederat, in diplomate Ludovici Pii (Mon. Boica XXVIII, 1, nr. 11, p. 16; Reg. Imp. I, nr. 743) nec haec villa nec Hohenburg occurrunt. Cf. Rettberg II, p. 323. 3) Homburg ad Moenum. 4) Karlburg sita exadversum Karlstadt ad Moenum fl.; cf. diploma n. 2 laudatum; Rettberg II, p. 338. 5) II. huius nominis, cuius duae chartae a. 704. 716. exstant Martene, Coll. I, p. 13. 22; Eckhart, Francia orient. I, p. 311. 323. 6) Cf. Vit. S. Sebastiani, Acta SS. Ian. II, p. 265: *sed ad hoc tantum sub chlamyde terreni imperii Christi militem tegebat absconditum.* 7) Cf. Chron. Wirziburg. ad a. 706, ap. Eckhart, Francia orient. I, p. 816.

fundamenta credulitatis[a] et baptismatis olim in duce Gozberto traduntur initiata[1], ibi semper ecclesiastica repperirentur insignia. Et quia pauca fuerunt adhuc in his finibus oratoria, solebat quoque fidelium turba[b] locum eundem quasi prima divini pabuli frequentare presepia. In eodem denique monasteriolo consecratam sacro velamine filiam iam dictam Imminam in perpetua virginitate ceterisque bonis actibus Christo servituram constituit et ad sustentandas necessitudines eius ac secum conversantium ad eundem locum coram episcopo multaque plebe predia sufficientia delegavit, id est Adhusun, Altheim[2] et Buckelit. Ipsa vero, iam multis ibidem annis in contemplativa vita transactis, nec lingua nec literis comprehendi potest, quantum consolationis quantumve gaudii conceperat in constitutione novi pontificis. Et quia eadem mulier magnae fidei Christum semper cum Maria magna, id est Magdalena, dilexit multum, ideo de Domini misericordia talem sero [sibi[c]] ducem non ambigebat[d] caelitus indultum, cuius ducatu sese spiritualibus nequitiis confideret fideliter colluctaturam atque per legem mentis semper legi carnis superiorem futuram. Nacta[e] tamen eiusdem sibi divinitus[f] provisi procuratoris colloquium non minus quam illa quondam regina Saba, sapientissimo nichilominus consiliario cuncta cordis sui reseravit[g] arcana. Inter quae etiam huiusmodi subintulit labiis tremebundis elogia: 'Credo', inquit, 'et gaudeo, pater post Christum et in Christo dilectissime, quod per tuae sanctitatis presentiam[h] dominus noster Ihesus Christus neophitam hanc ecclesiam sublimare modis omnibus ante mundi constitutionem in suae maiestatis et aeternitatis prescientia[h] proposuit, et id[i] ipsum nunc in oculis nostris[k] manifestare iam cepit. Quapropter de[l] me, prout ipse humilitatem ancillae suae respicere dignatus fuerit, pro hoc ipso precum mearum instantia, quamdiu his artubus utor, nullatenus deerit. Nec clam te, pater, esse patiar, quod iam quadragesimo et uno amplius anno[m] eundem animae meae sponsum cum coancillis meis, quae se mecum in eius preparant occursum, sub ancipiti carnis ac[n] spiritus luctamine nimis anxia prestolor. Modo vero tuae paternitatis consolatione, quam tam[m] diu desideranter ardebam, habunde consolata, vellem, si fieri posset, propter vitandum tumultum, quem amodo[o] forsitan populi venientis ad[p] fidem[q] hoc in loco frequentia parabit, potiora quaerere secreta. Opto etenim[r] ceu beatus et iustus ille Symeon, quia viderunt oculi (Luc 2, 29–32) mei salutare Dei, lumen videlicet gentis istius[s], iam fatiscentibus ex[t] membris in pace dimitti. Est autem castellum quod Karloburg dicitur ecclesiae vestrae nuper[m] augmento per divinam gratiam collatum, sanctae nimirum Gertrudis[u] quondam, dum pro Christi amore procum[v] carnalem fugeret, latibulum[3] et ex eiusdem Dei famulae ceterarumque secum conversantium antiqua[w] inhabitatione sanctimonialibus non[x] inconveniens habitaculum. Quodsi tuo, pater alme, consensui[y] placuerit et industriae, monasteriolum in beneficium a te suscipiam, istam vero paternam hereditatem meam iure gentium sanctae Wirziburgensi ecclesiae perpetua proprietate stabilem[z] atque firmam perficiam'. Quid plura[a]? Beatus Burchardus, nacta desiderabili optione, precariam quam rogabatur voluntarie concessit, immo multa diligentia rataque astipolatione coram regni principibus et maxime Francis orientalibus confirmavit, id est[b] ut venerabilis Immina Karloburg[c] cum omnibus illo pertinentibus prediis[d] in beneficium usque ad vitae suae terminum possideret, mons vero Wirziburg cum suis appendiciis[e], id est prediis, reditibus et terminis omnimodisque utilitatibus, perpetua proprietate Wirziburgensi episcopio[f] subiaceret[4].

5. De[g] felici obitu virginis eiusdem ac sepultura eius ibidem.

Qua non tantum precaria, verum etiam traditione potestativa, legittime testibus et scriptis delegata atque roborata[h], virgo Christi cum suis omnibus Karloburg se contulit ibique deinceps cum multis coagonitetis[i] sponsi caelestis occursui vigiliis, ieiuniis et orationibus cunctisque bonis actibus se, quamdiu superfuit halitus in ea, continue preparare non desiit. Ad extremum vero, post bonum certamen certatum, cursum consummatum, fidem servatam, iustitiae coronam a iusto sibi repositam Iudice receptura, (cf. 2. Tim. 4, 7.) carnis suae, quam totiens pro Christo crucifixerat, tangitur molestiis, nec multo post ad caelestem thalamum se vocantis vocem dilecti sui, cuius amore languerat, auribus audivit interioris hominis: *Veni de Lybano proxima mea, veni! Coronaberis.* (Cant. 4, 8.) Cui cum laetissimo respondisset affectu: *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus,* (Ps. 41, 1.) sumpto vivifici sacramenti viatico, socias ad bella spiritualia quantum valuit viriliter ut ipsa eatenus virago fortis animavit. Quibus et inter huiusmodi alloquia vale ultimum fecit, moxque carnis sarcinam[k] laetabunda deposuit et civibus iuncta supernis ad agni[l] Dei comitatum palma virginitatis et voluntariae[m] paupertatis martyrio pulchre[n] decorata migravit. Cuius venerandam corporis glebam vir Domini Burchardus in eodem Dei genitricis templo quondam a beata Gertrude[o] constructo officiose curatam[p], iuxta altare versus aquilonem condignis cum exequiis,

a) crudel. 3. b) turbua 3. c) *supplevi, deest* 3. d) ambiebat 3. e) *ita emendavi;* Hactenus 3. f) divitus 3. g) reservavit arean 3. h) presentia 2. 4. i) *deest* 3. k) vestris 4. l) de me *des.* 3. m) *deest* 2. n) et 2. 4. o) ammodo 2; modo 3. p) ad — ceu beatus *des.* 3. q) Christi *add.* 2. r) enim 4. s) Israel *Sur.* t) *deest* 4. *Sur.* u) Gerdr. 1. v) procul carnale 4; procul carnalem illecebram *Sur.* w) antiquā 2. x) iterum conveniens 2. y) consensu 1. — placuit 2. z) stabilitatem 2. a) multa 4. b) conf. idem 2; conf. eidem 4. *Sur.* c) Caroloburg 3 *h. l. et mox.* d) presidiis 1? 2. e) app. id est *des.* 3. f) episcopo 3. 4. g) *rubra deest* 3. h) corrob. 4. i) coagonichens 2; coagonotheris 3; coagonethetis 4. k) sarcinulam *Sur.* l) regni 3. m) imitaris 2. n) pulchra 3. o) Gerdruda 1; Gertruda 3. p) curatum 1. 2. 3.

1) Cf. Vit. Kiliani, Mabillon, Acta II, p. 992. 2) Fortasse villam huius nominis, quae sita est in praefectura Uffenheim provinciae Franconiae mediae. 3) Haec *(sanctae — latibulum)* ex Vita Kiliani posteriore, Canis. Antiq. lect. ed. Basnage III, p. 178. Cf. etiam quae Mabillon, Acta III, 1, p. 718, ex Vita posteriore Gertrudis Nivialensis affert et Rettberg II, p. 338 sq. 4) Chartam nunc perditam legisse et formulas quasdam eius repetivisse videtur auctor.

animam Christo commendans, rite recondidit. Extunc usque in hodiernum diem utrumque[a] de[b] prenominatis castellis ex integro sancti Kyliani proprietati, sancto pontifice Burchardo providente[c], cessit; hocque[d] tam auspicato procurationis[e] illius et conquisitionis[f] initio novella plantatio Wirziburgensis[g] episcopii modis omnibus, ut est dies haec, ditari atque dilatari cepit.

6. Qualiter sanctorum martyrum corpora supra montem triennio custodierit[h].

Verumtamen ut[i] ad superiora parumper reflectamur[k], statim post eiusdem concambii, quod presul Burchardus cum generosa Christi sponsa Immina fecerat, eventum, convocatis[l] certo die tam clero quam populo, martyrum[1] corpora nuper de terrae pulvere levata[2] cum veneratione maxima super montem sepe dictum, comitantibus populorum turbis, transportari fecit, sicque ut[m] verum caeli animal ante et retro oculatum (cf. Apoc. 4, 6.) tam futura prospiciens quam preterita custodiens seu presentia communiens, investituram[n] eiusdem possessionis patrono suo martyri Kyliano perpetualiter stabilivit[o]. Nam per continuum triennium ibi in basilica sanctae Dei genitricis easdem sacratissimas reliquias indeficienti totius religionis officio tam per se ipsum quam per universum, qui sibimet adherebat, clerum reverenter excubans custodivit. Et quia locus idem sub antiquis olim ducibus arx et caput fuerat totius orientalis Franciae, nuper autem ibidem prima fundamenta sunt iacta nascentis ecclesiae, cunctis eum[p] studiis amplificare prout valebat sategit, proposuitque[q] principale illic suae sedis instituere monasterium, ubi gentis illius et provinciae primitus initiabatur salutis[r] exordium. Cumque[s] die noctuque talia meditando sollicitudinis anxiae saxum ingens volveret, presertim cum et[l] asperitas montis et arduus ascensus atque penuria aquae his quos illic[t] Deo militaturos congregare disponebat importunitatem omnimodam generare retractaret, tandem ad solita[u] precum solatia atque divini consilii refugium totam[v] sui[w] cordis intentionem transtulit, quatinus ipse, qui David in area[x] Areuna[y] (2. Reg. 24, 16) locum suo tabernaculo designaverat predestinatum, etiam nunc nascenti suae ecclesiae ad[b] generandam semper sibi novam sobolem[z] ceterisque suis cerimoniis aptum demonstrare dignetur locum.

7. Quomodo per revelationem sanctorum martyrum[a] corpora in civitatem reportaverit[b].

Porro idem dux populi Dei[c] solebat cum Moyse vel Aaron pro omnibus de quibus affligebatur sollicitudinibus a tabernaculo divinae clementiae responsa requirere, nec hoc solum, sed etiam cum Iacob post Liae[d], id est activae vitae[3], tedium, ad Rachelis[e], id est theoriae, amplexus recurrere. Huiusmodi studiis dum aliquando vigilantius insisteret atque ut[f] vere membrum illius de quo dicitur: *Custos, quid*[g] *de nocte?* (Es. 21, 11) vigilias[h] noctis super gregem sibi commissum custodierit[i], dicens in corde sui[k], non verbis, sed actibus: *Super custodiam meam sum*[l] *stans totis noctibus:* (Es. 21, 8.) dum, inquam, sic staret oculis ac manibus in caelum nimis intentus[4], subito corporalibus oculis conspicit quasi tres candelas ardentes ab eadem[m] basilica, qua martyrum reliquiae servabantur, per aerem quadam divina virtute deferri, quae trans flumen in loco sepulturae martyrum demissae, post horae unius spatium super montem, unde venerant, visae sunt reverti. Intellexit per Spiritum sanctum vir Dei visionem ipsam sanctarum fuisse presentiam[n] animarum locum suae passionis visitantium. Quod cum fratribus et plebibus retulisset, visum est omnibus, ut monasterium, quod in monte construere disponebat, circa sepulturam martyrum, ubi lumen caelitus descendisse conspexerat, potissimum fabricaret; quod et primum[o] de lignea materia initiatum, post haec[p] accuratiori lapidum structura per sanctum Dei pontificem ad unguem est perductum[5]. Ubi et denuo sanctorum corpora relata et in operoso sarcofago[q] gloriose[c] sunt recondita. In quo loco tam illorum quam beati Burchardi meritis, novi novae sedis episcopi, numquam beneficia Salvatoris[r] nostri desunt his quicumque credulo corde haec perquirere non desistunt. . . . .

8. Quomodo monasterium subtus montem aedificaverit.

Interea sanctus idem[s], quamvis, ut sepe prelibavimus, activae vitae sollicitudinibus plurimis cum Martha nonnumquam ob incultae adhuc dominicae vineae curam turbaretur, tamen quantocies[t] ad pedes Ihesu refugium quaerere[u], ibique cum Maria sub alarum Christi velamento protectus, in lectionibus assiduis verbum Dei, cuius se debitorem ceteris noverat, intentius audire delectatur[v], dicens intra se: *Audiam quid loquatur*[w] *in me dominus Deus.* (Ps. 84, 9) Unde cum[x] Paulum sibi dicentem intenderet: *Labora sicut*[y] *bonus miles Christi*[z] *Ihesu* (2. Tim. 2, 3.) et cetera talia, nullam[a] villicationis suae concessit otii moram, quin[b], ut iam diximus, aut Marthae ministeriis aut Mariae contemplationibus[c] invigilaret. Quapropter eiusdem exercitii sibi

a) utrimque 1. b) *deest* 2. c) prov. — illius et *des.* 3. d) hoc quoque 2. e) procuratoris 2. f) conquisitoris 3; acquis. 4. g) Wirtzburgensi episcopio 3. h) et cetera *add.* 1; *rubra deest* 3. i) *deest* 4. k) flect. 1. 2. l) *deest* 3. m) v. ut 3. n) investitura 2. o) stabilium 2. p) cum 3; *deest* 4. q) que *deest* 3. r) salus 2. s) que *deest* 2. t) illuc 1. 2. u) solida 2. v) t. s. c. i. tr. *des.* 2. w) c. s. 1. x) agro 4. y) na *eras.* 1; Aureuna 3. z) subulem 1. a) c. m. 2; *rubra deest* 3. b) reportavit 2. c) *deest* 4. d) Lye 1; Elie 2 e) Rachaelis 2; Rachel 3. f) *deest* 3. *Sur.* g) qui 2. h) vig. n. s. *des.* 4. i) custodiret 3. 4. *Sur.* k) suo 2. 3. 4. *Sur., corr.* sui 2. l) cust. suam 4. m) eundum 3. n) an. pr. 4. o) *deest* 1? 2. p) *deest* 3. q) sarcoph. 1. 4, sacrofago 3. r) servat. 3. s) Dei *Sur.* t) quantocius 1; quando tocies 2. u) quereret 3. 4. v) delectaretur 3. w) in me loq. 2. x) tum paululum 2. y) sic 2. z) I. Chr. 2. a) numquam villicationi 4; villam *add.* 1; n. villicationi *Sur.* b) quin — invigilaret *des.* 3. c) contemplationis 1.

1) Kiliani sociorumque eius. 2) Ut l. II, c. 2. verbis prioris vitae (c. 6) plerumque retentis et paullo ampliatis narravit. 3) Cf. Gregor. M. Moral. VI, 27. 4) Sunt verba Sulp. Sev. Epist. III: *Oculis igitur ac manibus in caelum semper intentus.* 5) Dictum erat S. Salvatoris (v. dipl. Karoli M., Reg. Imp. I, nr. 421: *monasterii sui quod est constructum in honore S. Salvatoris, ubi S. Kylianus martyr preciosus corpore requiescit*), postea S. Kiliani; cf. Rettberg II, p. 329.

providere curavit officinam. Exemplo scilicet beati Martini[a.1] separatam ab episcopii tumultibus eadem pro causa construxerat cellam in arto proclivi montis sepe dicti et allapsu[a*] Moeni fluminis cepit instituere cenobium, quod et in honore sanctae Dei genitricis sanctique Andreae apostoli consecratum tanta[b] dotavit[c] quantitate prediorum, quae duodecim fratribus canonicis[2] ibidem Deo militantibus sufficerent ad victum et vestitum. Inter quae dotalia eidem[d] concessit monasterio montem prescriptum Wirziburg cum prediis et reditibus, sicut acquisierat a prefati ducis Hetani filia[3]. Stabilivitque donationem eandem iure gentium coram cunctis provinciae primatibus, ordinatis ibidem in servitutem Domini duodecim[b] sub canonica vita fratribus. Ipse quoque Dei famulus, quoad vixit, locum eundem per se ipsum, utpote a secularium turbine curarum ad huiusmodi portus tranquillitatem confugiens, incoluit et[e] pro facultatum suarum quantitate necessariis impensis excolere summa cum diligentia non cessavit, forsitan ob hoc maxime, quia, Spiritu sancto premonstrante, corporis[f] sui reliquias prescivit[g] ibidem quandoque recondendas fore[4], donec, altera stola, scilicet immortalitatis, induta, mortale hoc incorruptione potiatur aeternae vitae. Recondidit etiam in eadem basilica digna cum veneratione corpus cuiusdam martyris Magni nomine, cuius vitam et passionem, prout ad nos relatione potius quam scriptis delata est, non[h] sine timore subnectimus, quia, dum[i] nec a nobis visa nec a videntibus[k] audita referimus, etsi non ex toto, tamen a parte falsitatis notam, quod absit, incurrere[b] timemus. Sed quia Marcum et[b] Lucam multosque alios divinae[l] legis scriptores audita potius quam visa digessisse cognovimus[5], eadem[m] licentia de martyre meritis et nomine Magno tradita nobis[n] narrare presumimus. Est[o] autem super hoc capitulo maiorum traditio huiusmodi.

9. De Magno sive Andrea martyre[p].

Quidam, inquiunt, servus Dei nomine Magnus ab Anglia veniens, compatriotae[q] sui beati Burchardi discipulorum collegio est sociatus. . . . .[6]
Cuius historiae seriem quia nondum ad certitudinis cognitionem[r] percepimus, iam[s] hinc plura referre supersedemus. Unum tantum[t] quod scimus loquimur et quod scitu necessarium est non occultamus[u], quod corpus eiusdem beati ab his qui mortem passionis evaserant ea[b] qua poterant est[v] veneratione curatum et beato presuli[w] Burchardo per longa maris terrarumque spatia delatum, cum maximo cleri plebisque[x] tripudio susceptum, in[y] prescripta beati Andreae[z] apostoli basilica condigna est reverentia reconditum.

10. De viro[a] religioso Gumberto[b] converso[c].

Lucebat inter haec et post haec sine intermissione lux tantae lucernae ardentis fide et dilectione, lucentis verbo et actione, nec poterat abscondi super candelabrum pontificalis honoris posita lampas Salvatoris igne flammata; unde quam plures undique confluebant ad tanti doctoris audientiam diversi sexus, aetatis[d] atque conditionis, fontem vitae quaeque[e] sitiens anima. E[f] quibus vir illustrissimus nomine Gumbertus[g] universa morum ac[h] nobilitatis honestate preclarus eius est contubernio coniunctus, quatinus illius convictu[i] atque colloquio ceu quibusdam medicaminibus a secularis fastus tumore mollitus, quandoque summae philosophiae, quae est mundi contemptus, apprehendere[k] posset ascensus. Verum quia[l] qui cum[m] sapientibus graditur, sapiens erit, sicut[n] e contrario amicus stulti efficietur[o] similis[p], non multo post predia sua, quibus pre[q] cunctis hac[r] in regione degentibus habundabat[s], in sancti Kyliani proprietatem delegavit. Moxque, depositis armis, seculo renunciavit, sicque nudus nudam crucem suam baiulans post Christum, cepit beatum[d] Burchardum nullatenus deserere. Hae sunt autem[m] possessiones, quibus episcopium Wirziburgense large[t] ditavit: Eltimoin[u.7], Onoltespach[8], utrumque cum suis reditibus et appendiciis, quorum prius, cum olim castellum fuisset munitissimum, modo[l] magnificentiam suam ipsis tantum ruinis declarat; sequens vero, quod nunc[v] prepositura canonicorum est, olim abbatiam non ignobilem

Prov. 13,20.

a) qui *add. Sur.* a*) abl. 2. b) *deest* 3. c) donavit 4. d) eidemque 2. e) ei 3. f) *deest* 2. g) presciuin 2; praeseruit 3. h) *deest* 4. i) tum 2, *ubi* nec *post superscr.*; q. necdum a 3. k) n. audientibus aud. 3. l) divini 2. m) eidem 2. n) vobis 4. o) Et 2. p) et cetera *add.* 1; cap. IX. *add.* 3. q) compatriota 3. r) cognitionis 2; agn. 4. s) *deest* 4. — hic 2. t) tamen 3. u) occultemus 2. v) et 3; *deest* 4. w) *deest* 4; Burch. *deest* 3. x) populique 4. y) iuxta scripta 4. z) Andrea 2. a) r. v. 2. b) Humperto *h. l.* 2. c) et cetera *add.* 1. d) *deest* 4. e) quoque sciens 3. f) Ex 2. g) Gunberdus *h. l.* 2. h) a 1; m. honestatis nobilitate 2. i) convictui 1. 2. k) compreh. *Sur.* l) *deest* 3. m) *deest* 2. n) est *add.* 1. o) efficitur 2. p) ei *add.* 4. *Sur.* q) p. c. *des.* 4. r) in hac 3. s) abundavit 3. t) longe 3. u) Altimoin 3; Eltimain *Sur.* — Onoltesbach 3. 4. v) nec 2.

1) Cf. Sulp. Sev. Vit. Martini c. 10. 2) Monachos istic primum a Burchardo institutos fuisse non dubito. MAB. 3) Cf. II, c. 4. 4) Quo videlicet ab Hugone episcopo translatae sunt; cf. infra l. III, c. 3. 5) Cf. Gregor. M. Dial. I, prol. 6) Plane fabulosa sunt quae de hoc martyre dicto tradit, qui vocabatur: *Magnus qui et Andreas, nam binomius erat.* 7) Eltmann ad Moenum fl. (praef. Hassfurt). Hoc in chartis mox laudandis non occurrit. Nescio, unde sumtum sit quod in Bavaria IV, 1, p. 471. dicitur, hanc villam cum 16 aliis a. 775. episcopatui Wirziburgensi donatam esse. 8) Ansbach. — Quae hoc capite narrantur omnia falsa et fabulosa sunt. — Gumbertus dicitur episcopus in chartis mox laudandis, fuit certe chorepiscopus et rector monasterii Ansbacensis, quod vero demum post Burchardi obitum institutum esse videtur. Diplomate a. 786, Mart. 29. Karolus M. hoc monasterium a Gumberto episcopo sibi traditum in ius suum recepit (Reg. Imp. I, nr. 262) et demum inter a. 786—800. concambio tradidit Bernwelfo episcopo Wirziburgensi, mediante Unrocho comite; v. diploma Ludovici Pii a. 837, Dec. 20 (Reg. Imp. I, nr. 940) et notitiam concambii, Strebel, Franconia illustr. p. 212; cf. Rettberg II, p. 339 sqq.

fuisse, hucusque a maioribus per multas iam generationes[a] hereditatum testimonium illius provinciae non celat. Porro predictus senior Gumbertus extunc perfectissimi semper adherens vestigiis magistri, bonis initiis suae conversationis adeo laudabiles adiunxit successus, ut semper[b] eius conversionem cunctorum ubique[c] sonarent ora: 'Haec mutatio dexterae Excelsi!' [Ps. 76, 11.] Nempe multorum ad ipsius provocabantur imitationem corda, in tantum ut ex illo[d] tempore plurimis donariis et oblationibus fidelium Herbipolitana ditari non cessaret ecclesia, donec iam ex minima et paupercula facta est per Dei[e] gratiam magna et ampla res publica, nondumque crescere desistit copia rerum, crescente nimirum numero fidelium. Cuius profectui videtur illud[f] apostolicum non inconvenienter aptari: 'Kylianus plantavit, Burchardus rigavit[g], Christus autem incrementum dedit'. [cf. 1. Cor 3, 6.] Sed enim[h] vir idem egregius Gumbertus ut[i] olim in secularium dignitatum fascibus[k] se probaverat strenuum, ita post conversionem in spirituali conversatione nulli se passus est[l] inter beati Burchardi sequaces haberi secundum, eius formam semper indeclinabiliter intendens, illud euangelicum ruminabat frequentius: *Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius.* [Luc. 6, 40.] Hic etiam post presentis vitae cursum bene in Christi famulatu consumatum iuxta beati Burchardi permissionem[m] [1] in eodem monasterio, quod Christi condonaverat ecclesiae, possidet[n] sepulchrum. Ibi nonnumquam ipso interpellante concessa manifestant beneficia, quantum sibi profuerit beati Burchardi secutum fuisse monita.

11. Quomodo senio fessus[o] Megingaudum[p] sibi substituerit episcopum[q].

Haec[r] itaque, licet pauca, de multis beati Burchardi virtutibus, doctrinis[s] et exemplis iuxta facultatem pauperis ingenioli nostri digesta[t] sufficiant, quae[u] decerpta quidem a nonnullis antiquorum[u*] relationibus satis simpliciter exaratis[2] nostras in manus devenerant. Ceterum si quis cuncta meritorum illius insignia scriptis condignis annotare temptaverit, procul dubio temporis aut ingenii defectum materiei superhabundans copia parabit[v]. Quapropter qualiter post prolongatam incolatus sui peregrinationem iam emeritus miles vel servus[w] umbram desiderans de corpore mortis huius liberatus, in gaudium Domini sui pro bene[x] lucrato talento sit introductus, lassabundum nichilominus stilum ad id iam convertamus[y].

Igitur gloriosus antistes Domini Burchardus postquam in vinea Domini pondus diei et aestus longanimi patientia, fide firma, spe certa, caritate ferventissima[z] iam a mane puerilis aetatis usque ad vesperam pene decrepitae senectutis portaverat, ut de beato Martino dicitur[3], carnis fatiscens[a] artubus nec minus vigore valens spiritus, quo propinquius dissolutionem sui[b] corporis imminere[c] previdebat, eo[d] sibi commissis ovibus luporum incursiones formidabat, frequenter illud apostoli proloquens ad discipulos suos: *Dissolvi cupio et cum[e] Christo esse, multo enim melius; manere autem[f] in carne necessarium propter vos.* [Philip. 1, 23] Tandem cum senioribus atque magnatibus ecclesiae suae[g] inivit consilium[h], quatinus per se, dum adhuc viveret, si fieri posset, successorem sibi provideret Christi plebi satis idoneum. Mox meror et luctus de vicina quasi iam presenti patris orbitate corda simul et ora cunctorum, ut facile creditur, implevit. Ipse vero, licet illos[i] a fletu compescens, nichilominus flevit. Compassio quippe mutuae dilectionis hoc habet proprium, ut in huiusmodi negotio[k] faciat utrumque suum[l]. Consilio tamen et consultu illorum misit quendam Liutfridum[m] [4] comitem ad imperatorem Karolum rursumque alios de clero suo ad Lullum metropolitanum[5], tam verbis quam litteris id agentes, quo[n] Megingaudus, per omnia vir laudabilis, aegrotanti iamiamque deficienti presuli Burchardo in cathedra[o] Wirziburgensi subrogaretur, ne forte decedente[p] pastore novellus Christi grex ex improviso rugientis leonis incursione[q] acrius disturbaretur. Legatione peracta, missi redeunt utrique[r], consensum deferentes tam regis et[s] principum quam archiepiscopi ceterorumque coepiscoporum. In quorum presentiam[t] convocatis ad urbem Wirziburg universo clero et populo, beatus Burchardus in medio positus, prout[u] imbecillitas ipsa permisit, huiusmodi circumstantes affatur alloquio. . . . .

a) generationis 2. b) super e. conversatione 3. c) son. ora ub. 1 (*ubi* san.). 4; reson. 2. d) ut exili 3. e) *deest* 4. f) *deest* 1. 2. g) rogavit 3. h) etenim 2. i) *deest* 1. 4. k) fastibus 4. l) *deest* 3. m) promiss. 4. *Sur.* n) presidet 1. o) confectus 1; *rubra deest* 3. p) Megingand. *semper* 2. q) et cetera *add.* 1. r) Hac 1. s) et d. 4. t) dicta 4. u) quae — relationibus *des.* 3. u*) antiquiorum 4. v) parabat 2. w) cervus 4. *Sur.* (*ubi* velut). x) l. b. 2. y) Tu autem Domine *orationis initium add.* 1. z) fruent. 1. a) fatesc. 2; futisc. 3. b) d. carnis suae i. 4. c) minuere 3. d) magis *add. Sur.* e) esse c. Chr. 4. *Vulg.* f) in c. aut 2. g) s. i. *des.* 1; in. *deest* 4. h) cons. — implevit *des.* 3. i) *deest* 4. k) negotiorum 3. l) suorum. Consilium 3. m) Liuthfr. 2; Liutfr. 3. *Sur.* n) quod 3. — Megeng. 3 *plerumque.* o) *deest* 2; cathera 3. p) dedocente 3. q) incursionem 1. r) uterque 3. s) quam 3. t) presentia 1. 2. u) prout — affatur *des.* 3

1) Plus triginta annis post Burchardum obiit. — Vita S. Gumberti ex hoc tantum capite confecta exstat Acta SS. Iul. IV, p. 69—71. 2) Intelligit inprimis Vitam priorem. 3) Sulp. Sev. Epist. III. 4) Lyutfridus praefectus a. 747. subscripsit chartulae S. Bonifacii de finibus monasterii Fuldensis (Dronke, Trad. Fuld. p. 4). MAB. 5) Cum Burchardus obiit (a. 754, v. supra p. 50, n. 1), etiamtunc Pippinus rex, non Karolus imperator, regnum, et Bonifatius, non Lullus, archiepiscopatum Moguntinum regebant. Et Megingaudum a Bonifatio consecratum esse, diserte testantur Wandalbertus, Mirac. S. Goaris c. 3 (infra), et epitaphium a. 1711. repertum, Ussermann, Episc. Wirceburg. p. 14:

Magingodus in hac antestis sorte secundus
Extitit atque pio promtus in officio.
[Ad sanctae?] quondam Bonifacius arcis honorem
Perduxit sacro constituitque gradu.

Equidem Burchardum episcopatum abdicasse et successorem sibi ipsum substituisse, non credo, immo Megingaudum mortuo Burchardo successisse et omnia quae Egilwardus hac de re narrat fabulosa puto, cum Burchardus a. 753, Iun. etiamtunc episcopus Wirziburgensis extiterit (Reg. Imp. I, nr. 70) et iam a. 754. obierit. — Rettberg II, p. 316 sq. Egilwardo nimiam fidem tribuisse videtur.

De subrogatione tamen alterius episcopi, quam premonuerat, sola magnatum et qui sanioris erant consilii responsio talis erat: 'Quandoquidem', inquiunt, 'pater amantissime[a], lex iam carnis exigit, nos tuo iocundissimo destitui regimine, nequaquam id nostrae electionis, quin potius tuae provisionis esse perpendimus, immo per inhabitantem in te spiritum Dei disponi quam intime flagitamus, quemadmodum populo Dei, quem tot annis ad promissae aeternae hereditatis patriam deduxeras, ductor nunc alter substituatur idoneus'. Mox pastor egregius piis ovium[b] Christi desideriis delectatus[c] nec minus in fletum cunctis prorumpentibus ipse conlacrimatus, tandem virum per omnia probabilem Megingaudum produxit in medium suoque, totius etiam cleri circumstantis testimonio comprobavit eum episcopatu dignissimum. Aderant legati prescripti cum litteris regis[d] et principum necnon et[e] Mogontini metropolitani[f] Lulli, confirmantes in omnibus electionem Megingaudi[g]. Confestim[h], acclamante clero simul et populo, beatus Burchardus episcopatum[h*] Wirziburgensis sedis sepedicto Megingaudo sub testificatione Christi et ecclesiae rite commendavit atque cartas[i] regalium traditionum sive privilegiorum sedis apostolicae cum cuncta episcopii rerum[k] investitura coram omnibus ipsi presentavit, sicque illum ecclesiastico[l] more maximaque cum devotione necnon universi qui convenerant cleri populique favore venerabiliter intronizavit. Et ne quis hoc factum quasi minus canonicum forte reprehendat, meminerit, apostolorum principem suae cathedrae propriis manibus Clementem[m] imposuisse[1], Lullum quoque, qui tunc temporis Mogontinam tenuit sedem, viventi adhuc archiepiscopo et magistro suo Bonifacio subrogatum fuisse[2].

12. Quomodo[n] ad Hohenburg transmigraverit et ibi obierit, et corpus eius Wirziburg reportatum sit.

His itaque transactis, beatus Burchardus omnem catervam[o] monachorum, per quos illo[p] in tempore pene cuncta ecclesiastica administrabantur irreprehensibiliter officia, clericorum quoque ac laicorum diversae conditionis, sexus et aetatis turbam paterna[q] corroboravit ammonitione divinaque consignavit benedictione. Post haec, assumptis[r] sex tantum ex omni[s] multitudine discipulorum suorum monachis, navim conscendit[t], codices etiam, quos vel ipse conscripserat vel undecunque conquisierat[3], secum deportari fecit atque inde per decursum fluminis ad castellum quod Hohenburg[u] dicitur navigio proficiscitur, ibique, quamdiu supervixit, in contemplatione divina, vigiliis scilicet, ieiuniis et orationibus insistens, una cum predictis fratribus continue morabatur. Est autem viculus quidam Michilstat[v] nominatus, quem eidem Dei sacerdoti quondam in proprietatem tradiderat pro remedio animae suae frater Pipini Karlomannus[w. 4]: illuc se transferre atque monachicam illic congregationem instituere proposuerat ibique presentis vitae terminum prestolari pater sanctissimus. Sed disponente predestinatione divina, prevenit[x] humanae deliberationis vota communis hereditariae[y] mortalitatis occasus[z]. Nam non multo postquam in predicto castello una cum his qui secum[a] iam post multos activae vitae sudores optimam partem elegerant[b], solito gravius illum corporis incommodum invadebat. . . . .
Quadraginta quippe per annos in vinea Domini Sabaoth pondus diei et aestus fidelis servus et laborator indefessus portaverat, ideo[c] sempiternae remunerationis semper intendens bravio, non immerito e carnis gratulabundus educitur ergastulo. Et quia super pauca semper fuerat fidelis, iam supra[d] multa constituendus in gaudium Domini sui comitibus[e] educitur angelicis quarto Nonas Februarii[f], recipiens nimirum a bono patrefamilias mercedem laboris sui, eo[g] videlicet die lucidissimam ingressus mansionem, quo[h] beata Dei genitrix in templo Domini cum nostrae carnis substantia lucis presentavit auctorem. Obiit autem anno incarnationis Domini 791, post acceptum vero[i] episcopatum anno[k], ut diximus, quadragesimo[5]. 754.

Igitur Megingaudus episcopus pretiosum dilectissimi magistri corpus omni qua valuit veneratione curavit atque, confluentibus undique fidelium[l] turmis, qui[l] prorsus integro filiorum affectu lamentabantur sanctissimi et unice dilecti decessum[m] patris, maximo cum comitatu et veneratione condigna[n] in civitatem suae sedis Wirziburg deportavit[o]. Hic pene totius provinciae populus occurrit[p], hic tota nobilitas cum plebe pastorem suum, non ut[q] olim laetitiae cantu[r], sed amaro nimis eiulatu suscipiunt. Sicque venerabilibus veneranter[s] exequiis intersunt, donec honore[t] competenti sanctum corpus iuxta martyrum Kyliani sociorumque eius reliquias sepultum conspiciunt[6]. Hoc denique loco Dominus sepenumero plena fide se quaerentibus per sanitatum declarat miracula, quantum eorundem electorum suorum apud se valeant merita, dum illos ne hic[u] quidem glorificari[v] desinit, quos iam in aeterna secum gloria collocavit. . . . . Amen.

EXPLICIT VITA SANCTI[w] BURCHARDI EPISCOPI.

a) ornatissime 3. b) omnium 3. c) delicatus 2. d) regum 3. e) *deest* 1. 2. — Mogunt. *h. l. et mox* 2. 3. 4. f) L. m. 1. 2. g) Megengaudum 3. h) *deest* 3; Conf. — Megingaudo *des. Sur.* h*) episcopatus W. sedem 4. i) caritas 1. 2. k) *deest* 2. — investura 1. 2. l) m. e. 4. m) *deest* 2. n) *rubra deest* 3. o) m. c. 4. p) in illo 4. q) paternam 2. r) assumpsit 2. s) omnium 4. t) ascendit 1. 4. u) Hoenburg 3. v) Michelstat 2. 4; Michelnstat *Sur.* w) Carolom. 3. x) praevenerit 3. y) hereditare 2. z) occursus 3. a) erant *add. Sur.* b) elegerat *Sur.; verbum deesse videtur quoddam ut* secesserat, *quod proponit Bueus.* c) et i. 3. d) super 2. e) comitis 2. f) mensis *add.* 3. g) ea 4. h) quae 3. i) *deest* 2. k) Domini *add.* 2. l) quae 4. m) dec. — comitatu *des.* 2; decessu 4. n) digna 2. o) report. 2. p) concurrit 2. q) *deest* 1. r) cantus 2. s) venerandus *post corr.* venerantis 2; venerant et 3. t) honori 3. u) his 2. v) gloriari 2. w) beati 2.

1) Cf. Lib. pontif., Clemens. 2) Vita Bonif. auct. Willibaldo 10, 32, SS. II, p. 348. 3) Complures codices characteribus Anglosaxonicis exarati exstant in bibliotheca Wirziburgensi, qui a Burchardo acquisiti dicuntur. 4) Cf. supra II, 3. 5) Hi numeri falsissimi ex Catal. episc. sumti sunt; cf. SS. XIII, p. 338; Ann. S. Alb. p. 240; Chron. Wirzib. p. 27; Ekkeh. p. 167. 6) In ecclesia S. Salvatoris, postea dicta S. Kiliani.

INCIPIT[a] TRANSLATIO SANCTI[b] BURCHARDI EPISCOPI ET[c] CONFESSORIS ET DE MEGINGAUDO SUCCESSORE EIUS[d].

[LIBER III.]

Aspirando preveniente, cooperando comitante perficiendoque subsequente nos gratia Dei, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum est[e], iam beati prothoierarchae[f] nostri Burchardi preconia pro possibilitate nostra digessimus, ea tantum quae cunctis haec legere non dedignantibus tam ad instrumentum credulitatis perfectaeque renunciationis quam ad exemplum bonae actionis summaeque[g] contemplationis ac verae predicationis cum integritate geminae dilectionis generaliter sufficere[h] non ambigimus. Nunc vero, quandoquidem[i] id tuae, pater, placet almitati, duobus his libellis, qui iam dicta continentes negotia precedunt, addamus et tertium, cuius nimirum sit intentio simul[k] et utilitas tam illius translationem[l] quam vestri[m] monasterii, quod ab ipso primo[n] fundatum, postea vero[c] per sacri corporis eius presentiam sufficienter est[o] nobilitatum, preteritum simul[e] ac[p] presentem posteris nostris[q] notificare statum. Igitur post sepulturam eiusdem sanctissimi[r] patris, quae, sicuti prescriptum est, sanctorum martyrum reliquiis contigua fuit, multis miraculis Dominus tam beati Burchardi quam eorundem martyrum merita magnifice declaravit. Et ideo frequens ibidem fit populi confluentia, nunc sanitatis obtentu, nunc pro diversis necessitatibus quaerentium suffragia, quae tamen quamvis ob incuriam vel negligentiam maiorum descripta[s] non reperiamus, veracibus tamen tradita[t] relationibus nequaquam difficile credimus. Quapropter, his intactis, ne forte, sicut hac[u] in re fieri solet, sponte detractoribus nostris ora recludamus[v], ad ea potissime quae nostris gesta sunt vel geruntur temporibus, ad reliquias sanctissimi patroni[w] nostri Burchardi stilum competenti narrationis ordine convertamus[x].

Iac. 1, 17.

1. Igitur post beati Burchardi discessum[y] Megingaudus, vir, ut premissum est, per omnia laudabilis, episcopatum Wirziburgensem, catholicis et orthodoxis semper intendens institutis, rexit quindecim[z] annis[1]. Hic itaque beatorum Bonifacii[a], Burchardi, Lulli ceterorumque quos huc de Anglia divinus amor adduxerat, comperegrinus et compatriota[2] necnon professione[b] monachus[3], sicut et illi[c], nullatenus mutans vel inficiens rigorem propositi, semper irreprehensibiliter verbis et exemplis mirifice pollens, gubernacula tenebat pontificalis officii. Unde tam secularibus quam ecclesiasticis cunctisque quae[d] se noverant personis amori simul[e] fuerat et honori. Tandem senio iam imbecilior effectus, insuper etiam[f] ad incrementum fortasse meritorum aegrotare se vehementius sensit, moxque reminiscens exemplum predecessoris et[c] magistri sui, missis legatis tam ad principes regni quam ad[g] sacerdotes ecclesiarum, consensu atque consilio[c] cunctorum quendam de suis clericis nomine Bernwelfum[h] sibimet in presulatum[i] subrogavit, cooperantibus sibi in eadem ordinatione Lullo metropolitano et Willibaldo Eichstatensi[k] episcopo coram universo ipsius ecclesiae clero et populo; sicque rebus et possessionibus, mobilibus scilicet et immobilibus, quae[l] ad episcopium pertinebant, eidem successori suo relictis, ipse cum paucis ad locum secretum a quodam Hattone[m, 4] sibi traditum commigravit. Remanserunt autem[c] apud monasterium Sancti Kyliani plus[n] quam quinquaginta[o], ut alibi legimus, fratres, quos[p] etiam non multo post Bernwelf cum iniuriis expulsos ad magistrum suum Megingaudum navigare[f] coegit. Ad haec beatum virum idem Bernwelf multis inclamationibus vexavit pro diversis suppellectilibus[q], quas Christi confessor Burchardus in vestitu sacerdotali sive codicibus nonnullisque rebus familiaribus reliquerat. Cuius[r] tamen disceptationis modum et finem si quis scire voluerit, a quodam monacho, qui tunc intererat, conscriptum repperire poterit. Tantam[s] denique tamque diutinam inquietudinem patri[t] quondam et magistro suo subrogatus episcopus inflixit, ut taedio affectus[u] sese suosque discipulos, ipsum quoque locum qui tunc Rorinlacha, postea vero Niuvenstat[v, 5] dictus est, Karoli regis patrocinio committeret[6] et eius adiutorio monasterium ibidem a se suisque monachis inhabitandum institueret. Ubi dum aliquamdiu laudabiliter ac religiose sub sacratissimi imperatoris alis ab omni seculari molestia conversarentur illaesi, utpote tam Deo placentes quam hominibus, ingressus est viam universae carnis Megingaudus episcopus, bonis operibus[w] plenus, aeternae remu-

a) Hic inc. 2. b) beati 3. c) et c. et *des.* 2. d) et cet. *add.* 1. e) *deest* 2. f) protohierarchi 4. g) que *deest* 1. 2. h) suscipere 2. i) quantocumque 2. k) *deest* 3. l) translationi 2; translationis 3. m) nostri 1. 2? 3. n) primum 2. o) esse 2. p) et 4. q) *deest* 4. r) viri et *add.* 3. s) non d. 2. t) credita 4. u) *deest* 1; eiusmodi *Sur.* v) orave sudamus 3. w) n. p. 2. x) Tu autem *add.* 1 (*cf. p.* 58, *n. y*). y) disc. *post corr.* dec 2, *et ita* 3. 4. *Sur.* z) a. q. 4. a) Burch. Bonif. 3. b) p̄fess. 2. c) *deest* 2. d) qui 4. e) similis fuerant 2. f) *deest* 3. g) *deest* 4. h) Berwelf 3; Berwelfum 4. i) praesulatu 4. *Sur.* k) Eychstad. 2. — episcopi 3. l) quo 2. m) Hatone 4. n) p. q. *post del.* 3, *des.* 2. o) q. ut a. l. *des.* 3. p) quos — expulsos *des.* 3. q) suppellectibus 2. r) Cui t. diseptionis 2. s) Tandem 2. t) Petri 3. u) effectus est 2. v) *ita* 1; Neustat 2; Nuenstat 3; Nuvenstat 4. w) *deest* 1. 2.

1) Auctor hoc loco in melius differt a Catal. episc., SS. XIII, p. 338, Ann. S. Alb., Chron. Wirzib., qui Megingaudo non plenos quatuor annos dant. Sed ex Chron. Lauresh., SS. XXI, p. 348, constat, Megingaudum a. 774. consecrationi ecclesiae interfuisse, 20 annis igitur minimum hic sedit. 2) Immo ex nobili gente Franciae orientalis ortus esse videtur; cf. Ussermann, Episc. Wirceb. p. 10 sq.; Rettberg II, p. 331 sq. 3) Fritislariensis, ut opinor. Cf. Vita Wigberti c. 5, supra p. 40. Forte etiam Megingotus presbyter, qui a. 747. chartae S. Bonifatii subscripsit, Dronke, Trad. Fuld. p. 4, idem est atque episcopus Wirziburgensis. 4) De quo nihil constat. Ex charta perdita nomen eius sumtum videtur. Cf. Eckhart, Franc. orient. I, p. 704. 5) Neustadt ad Moenum fl. in saltu Spessart. 6) Karoli privilegium spurium, Reg. Imp. I, nr. 315, ubi hoc coenobium a Burghardo episcopo fundatum esse dicitur, auctor certe nondum vidit.

nerationis bravium recepturus[1]. Cuius discipuli Waltricum de suis mox abbatem elegerunt ipsumque iussu piissimi Karoli ad palatium deferentes, eius auctoritate iuxta quod Megingaudo promiserat[a] confirmarunt[b].

2. Inter[c] haec redit ad memoriam, quod silentio preterire nullatenus possum, ob vitandum tamen proximorum scandalum tuae dilectioni quod dico[d] sit in[e] aurem dictum[f]. Ex tota presentis opusculi serie colligi valet, immo ipsa quam litteris utcumque tradidimus historia luce clariori veritate subnixa[g] constanter edocet, sanctorum predicatorum Kyliani[e], Burchardi sociorumque eorum instantia Franciam orientalem Christo conquisitam, Germaniam pene universam magni Bonifacii doctrina in viam[h] veritatis[i] et salutis directam, Alemanniam[k] Galli, Burgundiam Columbani[2], Baioariam[l] Corbiniani necnon Růberti[m] vel Emmerammi[n] fructificatas seminariis, quos[o] universos, seu[p] paucissimis exceptis, universali[q] ecclesiae monachicae professionis atque scematis[r] commendavit sanctitas. Et quo per mundi contemptum in caelesti theoria[s] facti sunt sublimiores, eo sacerdotali officio digniores et in predicationis ministerio apud homines habebantur aptiores. Cum haec ita sint[t], immo quia ita esse nemo ambigit, miror, qua fronte quidam monachis sacerdotibus quaelibet ecclesiastica officia interdicere[u] presumant, si tamen eo ordine quo prediximus per officia regenerationis ab eisdem predicatoribus initiata[v] semet ecclesiae filios esse non abnegant. Hi tamen, ne nos partis nostrae quasi temerarios[w] defensores acrius[x] impugnare presumant, Magni Gregorii decretum contra idem scisma promulgatum necnon Bonifacii, qui quartus ab ipso sedem apostolicam gubernabat, in[y] id ipsum consentientem sententiam relegant. Ait enim beatus Gregorius inter cetera[3]: *Videtur nobis, qui sua pro Deo relinquunt et a*[z] *passione et a morte eius*[a] *sumunt exordia mutatae*[b] *conversationis, dignius*[c] *liceat baptizare, communionem dare, penitentiam imponere, peccata solvere.* Et post pauca: *Censemus ergo monachos predicare, baptizare, communicare, penitentes solvere iuxta constituta trecentorum decem et octo patrum.* Item predictus Bonifacius de eadem re[4]: *Sunt,* inquit[d], *nonnulli stulti dogmatis, magis zelo amaritudinis quam dilectionis inflammati*[e], *asserentes monachos, quia mundo mortui sunt et Deo vivunt, sacerdotali officio indignos, neque penitentiam aut christianitatem seu absolutionem largiri posse per sacerdotalis officii iniunctam gratiam; sed omnino falluntur.* Et cetera usque ad id: *Decertantes igitur*[f] *contra monachos in hac*[g] *re sacerdotalis*[h] *potentiae officio carere precipimus, ut*[i] *ab huiusmodi nefandis ausibus reprimantur in posterum, quia, quanto quisque*[k] *celsior, tanto potentior.* Nos igitur[l], his pauculis insertis contra eos duntaxat, qui coram oculis nostris vestigia patrum nostrorum delere vel laqueos pedibus nostris abscondere moliuntur, licet multo plures patrum habundent sententiae, quae huiusmodi repugnent[m] invidiae, libet[n] stilum ad omissa[o] reflectere.

3. Post successorem[p] beati Burchardi Megingaudum Bernwelf cathedram Wirziburgensem tenuit annis septem[5], homo, ut aiunt, pre ceteris monachicae religioni multum infestus, quod[g] et colligi potest a superioribus.

Post[6] hunc Liutdrigus[q] annis[r] tribus, mensibus quinque.
Post hunc Egilwardus [sedit[s]] annis 6[7], mense uno, diebus 23[t].
Post hunc Wolfger[u] [sedit[v]] annis 22, mensibus 6[8].
Post hunc Humbertus[w] [sedit[v]] annis 10, mensibus[x] 3, diebus 8.
Post[y] hunc Gozbaldus [sedit[v]] annis 13, mensibus[z] 5, diebus 18[9].
Post hunc Arn[a] [sedit[b]] annis 36[c], mensibus 6[10], diebus 12.
Post hunc Růdolfus[d] [sedit[b]] annis 17[e. 11], diebus duobus[f].
Post hunc Diodo[g] [sedit[b]] annis 24, mensibus 2, diebus 14.

a) promiserit confirmaverit 2. b) Tu autem Do. *add.* 1. c) Interea hic haec 3. d) dictum 2. e) *deest* 3. f) dominicum 2. g) submixta 3. h) manu 4. i) virtutis 3. k) Alemoniam 2. l) Baioaria 2. — Corbiriani 3. m) Ruperti 2. *Sur.*; Roberti 3; Rub. 4. n) Emerami 3. o) quas 3. — universas 1. 3. p) *deest* 4. *Sur.* q) universale ecclesia 2. r) stematis 3. s) theorica sancti 3. t) fuit 2. u) intercedere 3. v) pr. forte initiatae 3. w) temerario 1. x) arcius 1. y) in — relegant *des.* 3. z) *deest* 2. a) cuius 4. b) mutuae 2. c) dignus licet 2. d) n. i. 2. e) inflammari 1. f) ergo 3. g) *deest* 3. h) sacerdotali off. penitus non c. 4. *Sur.* i) vel 1. 2. k) quis 4. *Sur.* l) ergo 3. m) impugnant 1; repugnant 2. n) licet 2. o) ad commissare fl. 3; om. flect. 1. 2 (*ubi* ōm.); ad om. st. r. 4. p) successionem 3. q) Luitdr. 2; Luttdr. 3; Lintrigus 4; Luitr. *Sur.*; sedit *add.* 2. r) annos *semper* 2. s) *deest* 1. 4. *Sur.*; annis s. a. 3. t) dies XXII. 3. u) Wolffgerus 3. 4. v) *deest* 1. 4. *Sur.* w) Hamb. sequens sed. 3. x) menses 3. y) *haec* — d. 18. *des.* 4. *Sur.* z) menses . . dies 3 *saepius.* a) Arus 3. b) *deest* 1. 4. *Sur.* c) XXVI. 2; XXXIII. 3. d) Rud. 4; Rudolphus 3; Eudolf 2. e) XXVII. 2 (*corr.* XVII?). 3. f) tribus 1. 4. *Sur.* g) Diedo 4.

1) A. 794, Sept. 26. obiisse dicitur in Catal. episc., SS. XIII, p. 338; Ann. S. Alb., SS. II, p. 240; Chron. Wirzib., SS. VI, p. 27, quibus tamen in his parum fidei tribuendum est. 2) Cf. prol. libri I, supra p. 52. 3) Hoc decretum, spurium haud dubie, inter Gregoriana non inveni; similia leguntur in Reg. pont. ed. 2. nr. 1950. 1951; Mansi, Conc. X, col. 440. 4) In decreto spurio, Reg. pont. ed. 2. nr. 1996; Mansi, Conc. X, col. 506. 5) Annos 6 ei tribuunt Catal. episc., SS. XIII, p. 338; Ann. S. Alb., SS. II, p. 240; Chron. Wirzib., SS. VI, p. 27. 6) Sequens catalogus simillimus est ei qui SS. XIII, p. 338. editus et in Ann. S. Alb. et Chron. Wirzib. exscriptus est. De singulis notitiis eius v. Schäffler in 'Archivalische Zeitschrift' III, p. 286 sqq. 7) Annos 7 ei tribuit Catal. episc., in Ann. S. Alb. et Chron. Wirzib. hic omissus est. 8) Catal., Ann. S. Alb., Chron. Wirzib. addunt *dies* 11. 9) Ita etiam Catal.; Chron. Wirzib.: *menses* 10, *dies* 8; Ann. S. Alb. omittunt menses et dies. 10) Catal., Chron. Wirzib.: *menses* 7; Ann. S. Alb. omittunt numeros. 11) Ita etiam Ann. S. Alb.; Catal. episc. et Chron. Wirzib. inepte addunt: *menses* 12.

Post hunc[a] Burchardus[b] [sedit[c]] annis 9, mensibus 3, diebus 23[c*].
Post hunc Boppo[d] [sedit[c]] annis 20, mensibus 10, diebus 14.
Post hunc Boppo[e] [sedit[c]] annis 23, mensibus 4, diebus 21.
Post hunc Hugo [sedit[c]] annis 6, mensibus 7, diebus 21[1].

Hic[2] cum cunctis esset acceptus et ad pontificalem infulam per omnia dignissimus, de reddenda villicationis suae ratione momentis omnibus erat sollicitus. Unde inter cetera perspiciens monasteriolum, quod in honore beati Andreae apostoli sanctique Magni martyris a beato Burchardo consecratum in superiori libello descripsimus[3], ab omni religionis studio pene defecisse, scilicet tam prelatorum negligentia quam subditorum insolentia, indeque, quod iusto Dei iudicio consequens videbatur, victus atque vestitus necessaria ipsis paucis qui remanserant deesse, divina instinctus providentia, monachicae institutionis illic fratres congregavit atque locum eundem cunctaque illuc pertinentia honori non solum ut prius Andreae apostoli, sed et[f] eximii confessoris Christi Burchardi, primi sui[c] fundatoris, delegare proposuit[g]. Electo denique ad huiusmodi negotium competenti tempore anni[h], convocatis undecumque[i] tam principibus vicinis[k] quam ipsis ecclesiae suae capitaneis, cuncto[l] quoque clero atque populo, premeditationis suae coram omnibus intentionem exposuit[h]. Et quia hoc ipsum quod proposuerat per summum[m] sedis apostolicae pontificem, qui tunc tempore[n] Benedictus[4] vocabatur, sibi concessum[o], neque Romani imperatoris ad hoc consensus deesset[p], enarravit. Consentientibus[q] cunctis et intentionem eius devotam laude digna prosequentibus, triduanum statim ieiunium[r] indixit; ipso quoque[s] peracto, cum ingenti fidelium multitudine ad tumbam beati confessoris Christi Burchardi devotis laudibus personante processit. Deinde levatum digna reverentia corpus sanctissimum ad supra memoratum reverenter transtulit monasterium. Reconditis igitur[t] ibidem ut decuit venerabiliter venerandis reliquiis, prefatus pontifex Hugo locum eundem decimis ac terminis quantumcunque valuit dilatavit, prediis atque reditibus, libris atque utensilibus copiose ditavit[u]. Monasterium autem ipsum ex illa[v] die tam beati Burchardi Christi confessoris quam beati Andreae apostoli patrocinio regendum, tuendum atque cognominandum instituit. Deinde cum consilio et consensu cleri sui decrevit atque banno pontificalis auctoritatis confirmavit, ut deinceps quinta feria[5] celebretur sollempnitas eiusdem translationis, precedentibus vero tribus diebus, secunda, tercia et[w] quarta feria per totum episcopium[x] ab esu carnium abstineatur; synodus etiam ab episcopo cum omni clero habeatur, sicque, finito concilio[y], a singulis parrochianis cera duorum nummorum pretium[z] ad easdem reliquias offeratur. Corpus vero sancti martyris Andreae sive Magni, cuius supra mentionem fecimus[6], venerabilis episcopus Hugo ab eodem monasterio, quo illud sanctus Burchardus olim[a] condiderat, in civitatem transtulit et consocians sanctorum martyrum Kyliani sociorumque eius[a] reliquiis, festivum illi famulatum annuatim exhiberi constituit. Ex hoc tempore monasterium Sancti Burchardi corporis presentia beatificatum ipsiusque[b] vocabulo specialius[c] agnominatum, prediis, aedificiis atque donariis[d] cepit[e] amplificari et tam ab urbanis quam a comprovincialibus amari simul et[f] honorari, adeo ut nonnulli seculo renunciantes se ipsos cum rebus suis ibidem Deo offerrent, nonnulli etiam filios suos[g] cum oblatione Domino offerentes, sub regulari disciplina Christo deservituros illic manciparent.

Haec[h] sunt[i] quae de vita, conversatione vel obitu sive translatione sancti patroni nostri Burchardi per veridicam precedentium patrum relationem[k] sive per exemplaria[l] diversa investigare atque colligere pro modulo ingenioli nostri sategimus. Ceterum, si quis ex his inepta corrigere vel apta superaddere voluerit[m], simplici de corde libenter annuimus. Insuper miracula, quibus Dominus eiusdem[a] electi sui merita sepenumero dignabatur vel[n] dignatur declarare, hos qui semper sanctissimi[o] corporis eius excubias observant huc rogamus annotare. Sic nimirum, sic in memoria aeterna erit iustus, sic in sanctis[p] suis semper laudabilis et gloriosus laudatur et glorificatur dominus noster Ihesus Christus, [cui[q] est honor et gloria in secula seculorum]. Amen[r].

a) iterum *add.* 3. b) Burkardus 1; secundus *add.* 2. c) *deest* 1. 4. c*) 24 *Sur.* d) Goppo 2. e) Poppo 4; alius *add. Sur.* f) *deest* 2. g) constituit 4. h) *deest* 3. i) undique 4. *Sur.* k) divinis 3. l) cunctoque q. 2; cunctorum 3. m) summi 2. n) temporis 4. *Sur.* o) consensum 2. p) deesse 2. q) Consulentibus 3. r) ind. ieiun. 3. s) ipsoque 1. 4. *Sur.* t) ib. ig. 1. 2. u) dilatavit 2; dictavit 3. v) illo 4. w) *deest* 2. 4. x) episcopatum 2. y) cons. 2. z) pretii 4. *Sur.* a) *deest* 4. b) que *deest* 1. 2. c) specialibus 3; speciali 1. 2. d) den. 4. e) ampl. coepit 3. f) ac s. h. 2. g) *deest* 3. h) Conclusio *titulus* 3. i) est 2. k) relatione 2. l) exempla 2. m) voluit 2. n) v. d. *des.* 1. 2. o) sacratissimi 3. p) sic iustis 4. q) *haec des.* 1. 4. r) *deest* 1.

1) Catal., Ann. S. Alb., Chron. Wirzib.: *dies* 28. 2) Sedit a. 984—990. 3) II, c. 8. 4) Intelligit Benedictum VII, qui iam a. 983, Oct. obiit, Hugo vero demum a. 984, post diem Iul. 22. episcopus creatus est. Hoc igitur pure effictum videtur. 5) Cum die Oct. 14. festum S. Burchardi celebraretur, hunc diem fuisse translationis, probabile visum est, unde Ussermann l. l. p. 37. ex hoc decreto coniiciens, translationem feria quinta celebratam esse, haud absone eam a. 986. esse factam conclusit. 6) II, c. 8. 9.

LIUDGERI VITA GREGORII ABBATIS TRAIECTENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Liudgerus ille celeber apostolus Frisonum Saxonumque, c. a. 804—809, *quo obiit, episcopus Monasteriensis, discipulus Gregorii abbatis S. Martini et rectoris dioeceseos Traiectensis, a quo litteras edoctus erat et sub cuius regimine paene viginti annos vixit*[1], *ipse testatur, se Vitam praeceptoris sui composuisse in eius c.* 14: mihi modico Liudgero librum beati Augustini tradidit. *Idemque refert Altfridus auctor Vitae S. Liudgeri I, c.* 30[2]: Erat sanctus Liudgerus in scripturis sacris non mediocriter eruditus, sicut in libro ab eo composito de vita venerabilium eius doctorum, Gregorii scilicet et Albrici, aperte probatur; sed et primordia sancti Bonifacii adventus atque ordinationis, quae fuerant in alio opusculo praetermissa[3], pulchro sermone ipse conscripsit. *Ac re vera paene plura de sancto Bonifatio quam de Gregorio, discipulo eius, Liudgerus hoc opusculo retulit*[4], *Albrici vero tantum extremo capite breviter mentionem fecit. Unde aliquis coniicere posset, Altfridum vidisse alteram huius libelli partem, nobis non servatam, qua de Albrico, successore Gregorii in regimine monasterii S. Martini et dioeceseos Traiectinae, plura tradita erant. Cui coniecturae aliquatenus arridere videtur quod Liudgerus c.* 8. *promisit, se* 'suo loco aliquid plenius' *de Marchelmo presbytero, Albrici apud Frisones adiutore, dicturum, quod tamen in Vita Gregorii minime perfecit, nonnisi illo c.* 10. *teste narrationis cuiusdam laudato. At haec nimis incerta in dubio relinquenda sunt.*

Cum Liudgerus c. 5. *de Lullo episcopo Moguntino, qui a.* 786. *obiit, et Willibaldo episcopo Eichstetensi eodem anno vel paullo post defuncto tanquam de mortuis loqui videatur, Vitam hanc post a.* 786. *eum composuisse*[5], *probabile*

1) Ante a. 755 — circ. 775, praeter $4^1/_2$ annos, quibus Eboraci apud Alcuinum litteris operam dabat. 2) SS. II, p. 413 (II, c. 6); 'Geschichtsquellen des Bisthums Münster' vol. IV, 'Die Vitae S. Liudgeri herausg. von W. Diekamp' p. 35. Ubi omnia diligentissime collecta habes quae de S. Liudgero conscripta sunt. — Gerb. Paris, Disquisitio de Ludgero. Amstelaedami 1859, satis diligenter, sed verbosius quam doctius eius vitam enarravit. 3) Cum haec in libro Willibaldi minime praetermissa sint, nescio an Altfridus forte libellum presbyteri Ultraiectini intellexerit. 4) Falso ex hoc loco viri docti, ut Rettberg I, p. 333, quem O. Fischer, 'Bonifatius' p. 6, sequitur, concluserunt, Liudgerum separatum libellum de S. Bonifatii primordiis edidisse; cum tamen quae Altfridus affert optime quadrent in Vitam Gregorii. In errorem illum iam incidit Vitae tertiae Liudgeri auctor Werdensis c. 41, Diekamp p. 109; cf. Wattenbach, 'GQ.' ed. 4. I, p. 199, n. 1. Cf. etiam quae auctor Werdensis alterius Vitae Liudgeri I, 7, Diekamp p. 58, qui ipse Vitam Gregorii legerat (ib. p. XLV) de ea dicit: *Qui Gregorius quantae sanctitatis fuerit, si quis scire voluerit, legat libellum, quem Liudgerus quasi pro remuneratione boni magisterii in eius commemorationem edidit; in quo libello et ea quae de primo sancti Bonifacii martiris adventu vel de eius predicatione atque ordinatione ab aliis pretermissa noverát, pulchro sermone conscripsit.* 5) Certe post a. 779, quo anno Sturmi abbas obiit, cuius iam defuncti c. 5. mentio fit.

est, et facile crediderim, eam editam esse, antequam auctor ad episcopatum Monasteriensem promotus est[1]*; quod tamen certius affirmari nequit.*

Libellum hunc potius sermonem panegyricum de Gregorio quam narrationem vitae iure dicas, cum magis summatim generatimque eius et praeceptoris illius Bonifatii laudes ac virtutes exposuerit, quam singulas res narraverit, temporis ratione vix ulla habita, saepe pias explicationes atque admonitiones immiscuerit[2]. *Nonnullas quidem res gestas Bonifatii subtilius narravit, sed in gravissimos errores plus semel incidit, Karolum Martellum filiumque eius Karlomannum reges Francorum vocans, de Bonifatii promotione ad episcopatum et itineribus falsissima proferens. Et hoc eo magis mirandum est, quod Vitam illius a Willibaldo editam legerit et laudaverit (c.* 4), *ex quo vera discere potuit; quam tamen ad suum opusculum componendum minime adhibuit. Licet vero Bonifatii res gestas plerasque obiter tantum et in universum compertas habuerit, alias potius adumbrare quam exponere maluerit*[3], *inveniuntur tamen haud pauca notatu dignissima in hoc opusculo, quod insigne monumentum pii amoris, quo Gregorium praeceptorem coluerit, merito dicendum est.*

Quamvis Alcuini discipulus Liudgerus fuerit, sermone tamen minus culto promptoque, immo magis incondito, perplexo, aliquoties obscuriore, nimis verboso usus est. Unde evenit, quod maxime in Vitis sanctorum saepissime lectitatis fieri solebat, ut haud raro verba eius a lectoribus cultioribus in codicibus alterata sint[4].

Nullus antiquus codex manuscriptus Vitae Gregorii ad nos pervenit, neque eorum quae habemus subsidiorum fides talis est, ut dicere liceat, ubique nos verba auctoris assecutos esse, quanquam innumeris locis veras lectiones in prioribus editionibus alteratas restituere quivimus. Sunt vero haec:

1) *Codex Hamburgensis bibliothecae publicae chart. nr.* 1113 *(hist. eccl. fol. nr. IV), tribus manibus saec. XVI. exaratus, quarum prima p.* 1—79. *Othloni Vitam S. Bonifatii, altera p.* 81—101. *Vitam Willibrordi, tertia p.* 105—147. *Vitam Gregorii absque ullo titulo medio in prologo incipientem et p.* 149—190. *Vitam Liudgeri alteram mutilam*[5] *satis accurate litteris ad speciem minuscularum medii aevi more illius temporis formatis scripserunt.*

2) *Andreas Bambergensis libro suo de viris illustribus ordinis S. Benedicti praeter alias Vitas etiam Vitam Gregorii integram, prologo solo omisso, inseruit, quae in eius codice Bambergensi E. III.* 9, *membr., fol. max., saec. XV. ex. splendide exarato et permultis imaginibus ligno incisis et coloribus Indicis pictis ornato*[6], *f.* 81—86'. *exstat. Qui ubi* 1 *ab editis recedit, semper cum illo conveniens, illius lectiones autenticas esse ostendit. Permultis vero variis*

1) Ut G. Paris l. l. p. 154. ex loco c. 11. conclusit, ubi dicitur, plures ex discipulis Gregorii episcopos creatos esse, existimans, Liudgerum aliis verbis uti debuisse, si ipse inter hos fuisset. At locus iste in editis mutilus legebatur, quo nunc restituto, ibi dictum est, plurimos discipulorum 'ad arcem episcopatus et sacerdotalem dignitatem' vocatos esse, ubi sacerdotalis dignitas secundi gradus, presbyteratus videlicet, intelligenda videtur, ad quam Liudgerus iam a. 777. vel paullo post promotus est. Nihil igitur hic locus ad rem diiudicandam facit. — Inter annos 792—802. Vitam conscriptam esse, coniecit Pingsmann, 'Der heil. Ludgerus' (Freiburg 1879), p. 198, nullo certo argumento fultus. 2) Cf. I. P. Müller, 'Bonifacius' I, p. XXVI; Wattenbach l. l. p. 200. 3) Intelligo controversias in curia principum contra Bonifatium motas, de quibus c. 4. agit. 4) Eadem bis aliis verbis exprimere solet, quem morem apud multos Anglosaxonicos illius temporis deprehendis. Displicuerunt vero tales pleonasmi posterioribus lectoribus, qui eos saepe sustulerunt. 5) Cf. Diekamp l. l. p. XLVII. sq., qui p. XXIV. sq., n. 1. bene coniecit, hoc esse apographum Vitarum Bonifatii, Gregorii, Liudgeri, quod Corn. Gualther Coloniae circa a. 1555. pro Io. Hatstedio decano Hamburgensi et canonico Bremensi transscribendum curavit. Willebrordi Vita, cuius Hatstedius mentionem non fecit, facile postea cum illis coniuncta esse potest, quippe quae post Vitam Bonifatii in alius chartae quaternionibus alia manu exarata sit. 6) De quo vide 'Arch.' XI, p. 421 sqq.

lectionibus maioris momenti ab omnibus reliquis differt, quarum multas auctori ipsi tribuendas esse mihi quidem persuasum habeo, quippe quas tali modo a lectoribus posterioribus mutatas esse ut credam, nullo modo induci possim[1], *reliquorum potius codicum lectiones multis locis limandi sermonis gratia positas* 5 *esse putaverim. Econtra etiam in recensione Andreae nonnulla alterata esse*[2] *apparet. Quae cum ita sint, cum etiam negari penitus non possit, duas recensiones opusculi ab ipso auctore editas esse, quarum e priore Andreae codex, ex altera reliqui manaverint, porro cum difficillimum nimiumque anceps sit de singulis quibusque lectionibus Andreae discernere, num auctori attri-* 10 *buendae sint an abiudicandae*[3], *quae hic solus praebet recipere nolui, sed omnia annotavi et quae maioris momenti sunt notis asteriscis signatis vel litteris latius positis exprimenda curavi.*

3) Signavimus codicem F u l d e n s e m *nunc latentem, ex quo et Chr. Brower, Sidera ill. et sanctorum virorum Moguntiae* 1616, *editionem principem*[4], *et* 15 *delato eo ad patres Bollandianos, Sollerius in Actis SS. Aug. V, p.* 254 *sqq. editionem suam paraverunt. In hoc vero codice magis cum* 1 *quam cum* 2 *conveniente iam permultis locis genuinae lectiones alteratae, singula verba haud pauca omissa erant, ut sermo nimis verbosus poliretur. Licet igitur lectiones ab hoc solo praebitae nullius sint argumenti, ad genuinum tamen cogno-* 20 *scendum contextum facit, ubi* 1 *et* 2 *inter se differunt. Quia Vita Gregorii hac tantum recensione circumferebatur, variam eius lectionem integram annotavimus.*

B) Codex E r l a n g e n s i s *bibl. univers. nr.* 321 *(*268*), membr., fol. min., saec. XII. ex. — XIII. in., olim monasterii Halisbrunnensis, inter alias Vitas aevi Bonifatiani*[5] *f.* 95'—103. *Vitam Gregorii continet in angustum coactam,* 25 *prologo, capite primo et multis aliis omissis, sermone plerumque aliquatenus mutato et breviato. Qui libellum in hanc formam redegit usus est codice quodam Fuldensis (*3*) simillimo*[6]. *Praeter lectiones quae cum illo conveniunt et nominum formas nihil fere ex hoc annotavi.*

B 2) Eiusdem recensionis fuit codex B o d e c e n s i s *monasterii, membr.,* 30 *nunc perditus, ex quo Sollerius perpauca annotavit, cuius lectionem semel falso in textum recepit*[7]. *Continebat vero partem cap.* 12. *et caput* 13. *in B omissa.*

Broweri editionem repetierunt Surius, Vitae SS. prob. (ed. Colon. 1574*) IV, p.* 277—283*; Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. III,* 2, *p.* 320—333*; Migne, Patrol. Lat. XCIX, col.* 749—770*; partes ad Bonifatium spectantes solas* 35 *Henschen, Acta SS. Iun. I, p.* 483—487. — *Sollerii editionem recudi fecit,*

1) Velut saepius quam in 1 hic verba pleonastice accumulata more Liudgero consueto, ut diximus, praebet. — In reliquis Vitis ab Andrea integre receptis, quas contulimus, ut Pirminii, Soli, Willibaldi 40 altera, perpauca vel nulla mutata sunt. 2) E. gr. c. 4, ubi reliqui codices: *in isto opusculo,* hic praebet: *in ista legenda,* voce multo posteriori tempori consueta usus. 3) Licet complures medii aevi scriptores Vitam Gregorii legerint et quaedam inde excerpse- 45 rint, ut Altfridus, monachus Werdensis alterius Vitae Liudgeri auctor, Hucbaldus monachus S. Amandi in Vita Lebuini, Vitae Bonifatii auctor qui dicitur Monasteriensis, Iohannes de Beka, Wilhelmus Heda, nemo tamen longiorem locum exscripsit, unde quid 50 de eorum codicibus statui posset. 4) Scribit de eo p. 19: 'Exemplar unicum nobis ex Fuldensis bibliothecae naufragio superstes obvenit, pervetustum et optimae notae, et in quo nihil fere desiderares'. 5) Cf. supra p. 37. 44. 6) Collectionem Vitarum codicis Halisbrunnensis in monasterio Fuldensi factam esse, verisimillimum est. Coniecerim ergo, archetypum codicis 3 ab eo qui Vitam Gregorii breviavit adhibitum esse. 7) Notat de eo l. l. p. 241: 'collato cum alio ms. exemplari pergameno coenobii Bodecensis, quod exemplar initio quidem mutilum est et in contextu saepe contractum, interdum tamen auctius et non raro concinnius quam Fuldense'. Omnia quae ex eo affert cum B conveniunt. Bollandistae praeterea duos codices habuerunt brevius Vitae excerptum continentes, idem forsan, quod inter schedas Mabillonii Parisiis S. Germani nr. 220. ex codice Gemblacensi descriptum exstat ('Arch.' VIII, p. 320).

uno saltem loco depravato, G. Paris, Disquisitio de Ludgero p. 158—182. — *Fragmentum dedit Bouquet, SS. R. Gall. III, p.* 670[1].

In verborum formis exprimendis plerumque cod. 1 *sequi potuimus, ubi ratio scribendi antiqui exemplaris servata esse videbatur, pauca a scriba saec. XVI. more sui temporis expressa*[2] *ex* 2 *et B ad antiquum morem reduximus. Etiam capitum divisionem codicis* 1 *recepimus.* *O. Holder-Egger.*

Matth. 22, 37. 39. Sacrarum[a] scripturarum praeceptis monemur, ut diligamus Dominum ex toto corde, diligamus et proximum tamquam nos ipsos, et ut illos proximos nostros veraciter arbitremur, qui spiritalibus magis intenti sunt quam carnalibus atque ad eorum se promissa usque in diem novissimum piis operibus praeparare non cessant; quos non carnalis generatio extollit inaniter, sed spiritalis regeneratio fructificare facit et proficere. Caritas ista quamvis omnibus domesticis catholicae fidei, quae per dilectionem operatur, maxime tamen sanctis patribus et praepositis nostris exhibenda est, sicut sanctus apostolus adhortatur, dicens: 1 Thess. 5, 12. 13. *Rogamus*[b] *vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos et praesunt vobis in Domino et monent vos, ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum; pacem habete cum eis.* Quae est illa[c] noticia, qua praepositos nostros plus ceteris nosse praecipimur? nisi ut eis et viventibus debitum honorem et obsequium sincera intentione impendamus, et eorum pia et profutura exempla post obitum illorum non solum a memoria nostra numquam recedant, sed ea etiam ad aliorum aedificationem indesinenter sermonibus repetere ac[d] dilatare non cessemus; quatenus id fieri[e] veraciter valeat, quod idem apostolus alio loco de ipsis Hebr. 13, 7. spiritalibus patribus[f] hortatur, dicens[g]: *Quorum intuentes*[h] *exitum conversationis, quoque*[i] *imitamini fidem.* Ut, qui in praesenti mortalitate vestigia illorum et exempla fideliter[i] et Matth. 25, 21. mente retinemus et actu, in futura immortalitate secundum euangelii dictum gaudium Domini nostri simul cum eis et[k] cernere mereamur et[i] intrare. Ad illud pervenientes, dum largiente gratuita gratia Christi intraverimus, felicitatem perennem nemo tollet a nobis in sempiternum, quoniam[l] ad illud in initio pio Creatoris[m] proposito conditi sumus et post lapsum primi hominis in mortem Redemptoris nostri misericordi visitatione ad idem renovati[n], ad quod perventuri sumus[i] in die novissimae necessitatis, si certissima spe in diebus mortalitatis huius[o] hortamenta sequimur spiritalium[p] patrum, si[q] semper nobis maxima causa[r] gaudendi ipse sit Deus. Igitur quoniam, ut[s] dixi, claret[t] testimoniis sanctae Scripturae, spiritalibus patribus honorem merito impendendum, et post praecepta dominica eorum monitis exemplisque[u] nihil praeferendum, in[v] quibus constat rectissima norma vivendi, paucis iam aperire curabo, ob cuius reverentiam et dignam memoriam hanc praefaciunculam praemiserim, non[w] numerosa capitula de innumeris bene gestis[x] eius, donante gratia Christi et meritis eius[y] suffragantibus, scribere incipiens.

1.[z] Est enim mihi sermo iste de domno Gregorio abbate et praeceptore meo ab infantia, qui de nobili stirpe Francorum secundum[a] carnem progenitus, nobilitate morum et sapientiae documentis nobilitatem seculi ornavit in[b] omnibus et[c] superavit. Quam utique spiritalem nobilitatem et prudentiam assecutus est a sancto martyre et[d] archiepiscopo Bonifatio[e], magistro suo; qui in diebus nobilissimi principis et[f] senioris regis[3] Francorum 716. Karli[g] de Britannia et gente Anglorum quasi[h] lucifer Franciam veniens, sed[i] sub regibus

a) *prologus deest* 2. *B; prior pars prologi deest* 1, *quam ex solo cod.* 3 *(editionibus Broweri et Sollerii) damus.* b) *incipit* 1; Rogo 3. c) ista 3. d) et 3. e) v. f. 3. f) nostris *add.* 3. g) et dicit 3. h) intuens, *post corr.* intuentes 1. i) *deest* 3. k) et c. *des.* 3. l) Quomodo 1. m) Conditoris 3. n) revocati 3. o) et *add.* 3. p) spiritual. 3. q) et 3. r) g. c. sit i. 3. s) *post superscr.* 1. t) clare 3. u) que *post add.* 1; e. iussis n. 3. v) in — vivendi *des.* 3. w) pauca de 3. x) factis 3. y) ipsius 3. z) Caput 1 *et ita semper* 1; *nulla capitum distinctio* 2, *qui ita incipit:* Sanctus Gregorius de nob. st. Fr.; *cap.* 1. *deest B.* a) s. c. *des.* 3. b) in o. *des. Brower.* c) *deest* 1; ac 3. d) mart. B. arch. et mag. 3. e) *ita B semper, raro* 2; Bonifac. *semper* 1. 3, *plerumque* 2; *Liudgerus vero c.* 7. *nomen duxit a verbo* fari, *scripsit igitur* Bonifatius. f) et s. *des.* 3. g) *ita* 3; Caroli *h. l.* 1; Karoli 2. h) A. clarissimum quoddam sidus Fr. 3. i) *deest* 3.

1) Versionem Germanicam dederunt Hüsing, 'Der heil. Liudger' (Münster 1878) p. 174—200; Pingsmann, 'Der heil. Ludgerus' (Freiburg i. Br. 1879) p. 199—228. 2) Ut *charitas, lachrimae, tentatio, coelum, foelix* etc. 3) Non regis, sed ducis et maioris domus.

Karlmanno[a.1] et Pippino[b], eiusdem regis Karli clarissimis[c] filiis, quasi sol rutilans in virtute, expandit radios sanctitatis[d] et praedicationis suae, omniaque prope regna Francorum[e] vivens in corpore largissimis dapibus doctrinae suae reficiens, et fide melioravit et vita. Atque post transitum suum[f] de hoc mundo per sanctum martyrium[g] eadem Francorum[h] regna per electa grana discipulorum suorum in exemplum dominici seminis fructificare fecit et proficere usque in hodiernum diem. Inter quos beatus Gregorius quasi[i] clarissimum sydus et columna ecclesiae Dei inventus est; qui post[k] magistrum in diebus religiosissimi et[l] piissimi regis Francorum Pippini genti[m] Fresonum, succedens magistro, missus est praedicator et doctor[n]. Cui sancto[o] magistro et martyri[o] Bonifatio beatus Gregorius hoc modo adhaerere coepit in[p] initio et discipulatum eius subire.

2. Cum[q] ipse electus Dei Bonifatius martyr post tredecim annos in Fresonia[r] peractae peregrinationis[s.2], quibus[t] in australi parte Almari[u.3] pauper euangelicus et propemodum solitarius sanctam sessionem suam tribus in locis peregisset, quorum vocabula locorum sunt haec: primus appellatur[v] Wyrda[w.4] in ripa fluvii Reni, ubi septem annis habitavit; secundus[x] Attingahem[y.5] iuxta fluvium[z] Fehta[a], ubi habitavit annis tribus, quo in loco primum unum[b] coepit habere discipulum nomine Gemberht cognomento Gebbo[c]; tertius autem[d] appellatur Felisa[6], qui propior[e] erat gentilibus et paganis, ubi et[f] tribus similiter habitavit annis —: post hos, inquam[g], tredecim annos, sicut[h] praedixi, dum admonitus a Deo ad Hassos[i] et Thuringeos[k], orientales regiones Francorum, iter agere coepisset (722.) lucrandorum Deo populorum causa[l], pervenit[m] ad Palatiolum[7] monasterium virginum prope Treveris civitatem, in ripa fluminis Mosella[n], cui tunc abbatissa[o] praeerat nomine Addula[p.8], religiosa valde et timens Deum. Quae cum vidisset athletam Dei peregrinum et egentem venientem[b] in hospicium[q] suum, recepit eum gratulabunda, implens dominicam illam[b] adhortationem, qua[r] dictum est: ***Hospes fui***[s], ***et suscepistis me.*** (Matth. 25, 35.) Cumque ille[t] sacer sanctus viator Bonifatius secundum solitum morem suum salubria[b] missarum commercia[u] peregisset, ut propemodum omni die agere consuevit, sederunt ad mensam, ipse scilicet et ancilla Dei Addula[p] abbatissa cum familia sua. Coeperunt super[v] mensam sanctumque convivium non ebrietatem vini quaerere, sed solatium sanctae Scripturae expetere, quo fieret fides audientium accensa, spesque et caritas renovata in Deum, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Tunc quaesitus[w] lector, et iuxta Dei providentiam[x] inventus est electus puer Gregorius, qui per idem tempus nuper a scola et palatio reversus, sub laico adhuc habitu quasi quartum[y] decimum aut decimum quintum aetatis[z] suae agens annum, Dei instinctu venit ad aviam suam, id est ad matrem patris sui

a) Carolo magno, *in marg. post add.:* for[tasse] manno 1; Karlomanno 2. b) Pipinno 2. c) chariss. 1; gloriosissimis 3. d) r. virtutis suae et pr. 3. e) *deest* 3. f) eius 2. g) ipsius *add.* 2. h) *deest* 2. i) q. cl. s. et *des.* 3. k) p. m. *des.* 3. l) et p. *des.* 3. m) succ. m. g. Fr. 3. n) et d. *des.* 3. o) B. m. 3. p) in in. *des.* 3. q) *B incipit, ubi lemma:* Incipit vita sancti Gregorii, discipuli sancti Bonifatii episcopi et martiris; Dum 2. r) in Fr. *des.* 2, *ubi* peraccepte; per. in Fr. 3. s) praedicationis 3. t) quibus — sicut praedixi dum *des. B.* u) laci A. 3. v) vocatur 3. w) Wyrdam 1; Wirda 2. x) vocatur *add.* 3. y) Atingahem 2; Attingohem 3. z) amnem 3. a) Fe 2. b) *deest* 3. c) Gemberh coggebbo, *in marg. add.:* for. cognomine Crebbo 1; Gembertum 3, *ubi* c. G. *des.* d) locus 3. e) propius 2. f) *deest* 3, *ubi* tr. sim. a. mansit. g) *deest* 2. h) s. pr. *des.* 3. i) Hussos 2. k) *ita* 3; Thuringos 1. 2. l) pop. illorum obtentu 2; lucrandarum animarum causa *B.* m) pervento 2. n) *ita* 2. *B*; Mosellae 1. 3. o) pr. a. 3. *B.* p) Adula 2. q) grat. suscepit eum in h. s. 3. *B.* r) q. d. e. *des.* 3. *B.* s) eram et collegistis me 3. *B. Vulg.* t) illic 1. u) mysteria 3; sollempnia *B.* v) *deest* 1; Coep. autem ad ipsum sanctum convivium plus quam epulas sol. 3. *B.* w) est *add.* 3. x) voluntatem *Br.* y) d. q. 1; q. d. vel q. d. 2; aut d. q. *des. B.* z) ag. aet. ann. 3. *B.*

1) Qui numquam rex fuit. 2) Bonifatius tantum a. 716—717. et 719—722. in Fresonia moratus est, ut ex Vita Bonif. auct. Willibaldo et epistolis apparet. Hic igitur numerus 13 annorum multo nimius, et quae de mora singulis locis Frisonicis a Bonifatio facta Liudgerus dicit falsa sunt. Mirum eum tam graviter errasse, qui Vitam Willibaldi legerat. Auctor Vitae Bonif. qui dicitur Monasteriensis, Acta SS. Iun. I, p. 482, eundem numerum 13 annorum ex hoc loco sumpsit. Cf. J. P. Müller, 'Bonifacius. Eene kerkhistorische studie' I, p. 73 sqq. 3) Zuiderzee, tunc lacus mediterraneus. 4) Woerden, infra Traiectum, in prov. Hollandia meridionali. 5) Achttienhoven, ut creditur; Müller l. l. 6) Velzen, a Haarlem versus septentrionem. Cf. Rettberg II, p. 543. de Velseneburgh in charta ap. Willelmum Hedam p. 132. commemorato. 7) Pfalzel. — Contra Liudgeri diserta verba qui novissimus de his rebus agit O. Fischer, 'Bonifatius' p. 59. 272. hoc factum esse contendit a. 723, cum Bonifatius Karolum principem visitasset; cf. infra p. 70, n. 1. 8) Adela abbatissa se filiam Dagoberti regis dicit in charta dubiae fidei, quam videsis SS. XIV, p. 105.

Albrici[1] supradictam abbatissam Deum timentem Addulam. Datusque est ei liber. Qui, accepta benedictione, coepit legere et[a] iuxta modum aetatis suae bene perlegere. Cum[b] consumasset autem lectionem et secundum morem ecclesiae oratione[c] concluderet, intelligens sanctus magister sagacitatem pueri et facundiam, coepit eum his verbis moderate laudare et dicere: 'Bene[d] legis, fili, si intelligis quae legis'. Ipse autem adhuc tunc[e] temporis 5
1 Cor 13, 11. secundum[f] apostoli dictum sapiebat[g] ut parvulus et locutus est ut parvulus, se scire professus est quae legebat. Sanctus[h] autem doctor prosecutus eum secundum ordinem rationis, ait: 'Dic mihi[i], quomodo intelligis quae legis'. Ipse vero repetebat ab exordio lectionem suam et[k] coepit iterum legere velle sicut prius. Egregius[l] ergo praeceptor paululum eum distulit et dixit: 'Non ita, fili, quaero, ut mihi[m] dicas modo lectionem tuam, sed secundum 10 proprietatem linguae tuae[n] et[o] naturalem parentum tuorum locutionem[p] edissere mihi lectionem[q] tuam'. Ille[r] vero recta ratione a superiore convictus, quo[s] se alias verteret non habens, confessus est, quia hoc[t] facere non potuisset. Sanctus vero inquit[u] Bonifatius: 'Vis, fili, ut ego tibi dicam?' Et[v] ille respondit: 'Volo'. Tunc beatus Bonifatius: 'Repete', ait, 'ab exordio lectionem tuam et discrete lege!' Qui et[w] ita fecit. Tunc exorsus est 15 sanctus magister et libera[x] voce coepit[y] praedicare et matri[z] et omni familiae. Quae praedicatio ex quo fonte processerit, statim[a] claruit in conversione Gregorii ingeniosi[b] pueri et sagacis, quia non ab[c] humana facundia, quae frequenter ad tempus homines[d] deludit, sed ex Spiritus sancti gratia secundum[e] promissionem euangelii in modum fluminis aquae
Ioh. 7, 38. vivae[f] fluxit de ventre doctoris, saliens[g] in vitam aeternam, et[h] cor prudens et[i] docibile 20 pueri Gregorii tanta virtute[k] et velocitate penetravit, ut ad unam exhortationem[l] et praedicationem incogniti eatenus magistri[*] oblivisceretur et parentum et patriae. Ipsaque[**] hora, dum complesset magister sanctus praedicationem suam, nolens ab eo ultra[m] disiungi, ivit ad aviam suam praedictam[n] abbatissam venerabilem Addulam, dicens[***] se velle cum homine pergere et ad discendos libros[o] divinos discipulatum eius subire. At ipsa carnali 25 affectu constricta[p], ilico repulit eum et omnimodis hoc fieri[q] posse renuit[†], quia[r] non
Cant. 8, 7. novisset[s] hominem neque quo iret[t]. Sed sicut scriptum est: *Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem*, puer Gregorius in proposito suo permansit et dixit ad Addulam aviam suam: 'Si non vis mihi donare[u] equum, ut equitare possim cum eo, pedibus ambulando absque dubio vadam cum illo'. Et[v] sic altercando de ignoto itinere pueri[w] diutius discepta- 30 bant ad invicem; sed tandem praevaluit caritas electi pueri Gregorii et[x], ut dignum erat, carnalem[y] amorem feminae vicit. Ipsa[z] vero famula Dei Addula[a], quia prudens erat femina[b], videns[c] inflexibilem animum pueri[††], dedit illi pueros[d] et equos et dimisit eum ire cum sancto magistro[e] in opus quod compleverunt simul usque ad sanctum martyrium eius. O[f] lector prudens et intelligens, examina quod legis et diligenter attende, quem secutus sit 35 electus puer Gregorius in hoc facto, ut, inconsultis[g] parentibus suis, et ipsa sola[h] quae praesens erat resistente[i, †††], tam subito mutaretur[*†], et[k] videbis, quam perfectae religionis

*) in tantum *add.* 2. **) ut ipsa h. in eodem loco d. 2.
***) et diceret: Ego volo cum isto homine p. et discip. eius subire et discere l. d. Ipsa autem 2.
†) et abnegavit *add.* 2. ††) quid ei aliud ageret, non invenit *add.* 2. †††) quantum valebat *add.* 2. 40
*†) in aliud quam ante fuerat *add.* 2.

a) et — perlegere *des.* 1. b) Intelligens vero magister (vir sanctus *B*) sagacem mentem pueri bonamque indolem, coepit eum consummata lectione his v. 3. *B*. c) orationem 1. d) be||dicite Lege 2. e) *deest* 3. *B*. f) s. a. d. *des.* 3. *B*. g) sapiens ut p. et loquens ut p. 3. *B*. h) Sanctus — ait *des.* 3. *B*. i) inquit *add.* 3. *B*. k) s. volens leg. s. pr. 3. *B*. l) Praec. autem sanctus dist. e. p. 3. m) d. m. 3, *ubi* modo *deest.* n) *deest* 1; lingue *ead.* 45 *manu in marg. suppl. post* tue 2. o) secundum *add.* 3. *B*. p) loquelam 3. *B*. q) m. quae legis 3. r) Hac i. rat. conv. 3. *B*. s) quo — habens *des.* 3. *B*. t) q. non posset f. 3. u) ait 3. v) Et i. r. *des.* 3, *ubi* Volo inquit. w) *deest* 1; Quod dum faceret ex. 3. *B*. x) clara 3. *B*. y) *deest* 1. z) matrem et filium et familiam totam 2. a) *deest* 3. *B*, *ubi* claret. b) sensibilis 2. c) *deest* 1. d) *deest* 3. *B*. e) que s. 2. — promissum 3. *B*. f) viventis 2. — de ventre fl. 3. *B*. g) s. in v. aet. *des.* 3. *B*. h) quoniam 2. i) ac docile 3; et docile *B*. k) vir||te 1. 50 l) inc. eat. m. ex. et pr. (et pr. *des. B*) 3. *B*. m) dis. deinceps iret 2. n) supradictam 2. o) div. l. 3. p) *ita* 2. 3. *B*, contristata 1. q) p. f. 1. r) utique *add.* 3. *B*. s) nosset 3. *B*. t) sciret *add.* 2. u) dare 3. v) Sic ergo 3. *B*. w) *deest* 3. *B*. x) *deest* 2. y) in carnali amore f. et v. eam 2; c. a. v. dilectio spiritalis 3. *B*. z) Videns ergo f. 3. *B*. a) Adula 2. b) *deest* 1. c) *deest h. l.* 3. *B*. — an. infl. 3. d) puerum 2. e) suo *add.* 2. f) Intelligis l. pius et pr. quem 3. g) omnibus *add.* 2; inc. par. omnibusque propinquis 3. *B*. h) *deest* 3. i) avia 55 *add.* 3. k) et — intrasset *des.* 3. *B*.

1) Cf. chartam laudatam: *exceptis terris illis . . . que ego iam antea dulcissimo filio Alberico condonavi.* Ex quo patre Adela Albricum genuerit, non constat.

initia assumpsisset et intrasset. Idem enim[a] utique[b] spiritus videtur mihi in[c] hoc tunc operari puero, qui apostolos Christi et dispensatores misteriorum Dei ad illud inflammavit[*], ut ad unam vocem Domini, relictis retibus et[d] patre, sequerentur[e] Redemptorem. Contemptis igitur parentibus et patria, omnibusque retro relictis quae carnaliter blandiri[f] poterant menti adolescentis, secundum psalmistae dictum beatus puer Gregorius propter verba (Ps. 16, 4.) labiorum Dei secutus est vias duras. Durum igitur[g] erat et valde asperum, ut, qui in patris domo multum divitis[h] in iocis et deliciis erat nutritus, unum peregrinum et pauperem hominem sequeretur, nesciens quo iret, et in tantum ei oboediret, ut omnes alios homines et potentes seculi[i] et proprios parentes[k] tamquam surdus non audiret, dummodo[l] ipsius praeceptis obsecundaretur in omnibus. Quanta enim auctoritas lucebat iam tunc in futuro sancto[m] martyre Bonifatio, aestimare quis poterit, quae cor pueri tam[n] subita immutatione excitavit[o]; aut quis ardor caritatis ad oboediendum[p] ignoto magistro tam[q] fortiter inflammavit iuvenis mentem, ut subito, oblitus sui, secutus sit Christi[**] pauperem, omnis mundanae substantiae[r] inopem. Non hoc fecit amor auri et argenti, non cupido praediorum et superba iactantia, quorum[s] nihil tale[m] erat in causa[***]; sed hoc fecit artifex summus, unus atque idem spiritus Dei[a], qui[†] omnia operatur in omnibus, dividens singulis prout vult. (1. Cor. 12, 6. 11.)

Tunc electi[t] Dei iter desideratum peragentes, venerunt Thuringeam[u]. Porro[v] ad augmentum boni sui et[w] ad comprobandam mentis eorum constantiam et longanimitatem in tanta paupertate invenerunt populum illum, ut vix ibi[a] ullus haberet unde viveret, nisi de longinquo parum[x] quid colligeret, ut[y] ad modicum tempus[a] sustentaret penuriam suam[1]. Nam[z] tota illa regio, in[a] confinio paganorum rebellium[b] posita, illo tempore incensa erat et hostili manu vastata. Quae tamen penuria nequaquam terrere[c] potuit[d] ministros[e] Christi et[f] praedicatores populi Dei, ut ob id[g] subterfugerent, quominus[h] annuntiarent eis omne consilium Dei. Sed iuxta exemplum apostolicum coeperunt laborare manibus suis, quae opus (1. Cor. 4, 12.) erant sibi et eis qui cum illis erant, atque cum illo populo in temptationibus suis firmiter permanere et circumquaque praedicare[i] atque invitare ad caelestia regna. In his ergo studiis perseverantes, secundum formam primitivae ecclesiae erat eis cor unum et anima (Act. 4, 32.) una, et augebat Deus cotidie multiplici[k] numero, qui salvi fierent in id[a] ipsum. Tunc fama sancti magistri et futuri martyris Bonifatii coepit dilatari per omnia orientalia regna Francorum. Coepit quoque[l] et electus adolescens Gregorius in discipulatu ipsius[m] proficere aetate et sapientia et in tantum amabilis fieri magistro, ut quasi unicum filium eum diligeret, iam[n] adiutorem fidelem illum habens in omni opere bono. Hic autem tantus profectus electorum Dei non est initiatus per opulentiam et[o] mundanas delicias neque per securitatem et prosperitatem vitae mortalis, sed in fame et nuditate et laboribus multis; in quibus omnibus et opere[p] manuum vivere cogebantur et nonnumquam vicinam paganorum persecutionem ob metum mortis simul[q] cum populo suo fugere ad civitatem ibique in arto[r] pane et angustiis per dies plures habitare[s], donec collecta multitudine sua cives (cf. Es. 30, 20.) manu[t] validiore eos iterum effugarent[††]. Hoc ergo[s] certamen inter[u, †††] paganos et christianos quoniam per innumeras vices gerebatur, idcirco hinc et inde magna pars [populi[v]] regionum illarum redacta erat in solitudinem. In[*†] tam forti autem et periculosa in illis[w] die-

*) et provehit *add.* 2. **) sit magistrum suum p. Cr. et nudum in omnibus rebus mund. s. Non 2.
***) neque affuit electis Dei *add.* 2. †) secundum apostolum *add.* 2.
††) et prosequerentur eos usque in ipsos fines eorum, strage non modica et vastatione predaque in eisdem perpetrata, redirent ad sua *add.* 2.
†††) c. non semel neque bis tantum sed per inn. v. factum est ad invicem, et idc. 2.
*†) Tam fortis et per. in i. d. erat inter eos decertatio, sed in 2.

a) *deest* 2. b) itaque 1; *deest* 3; Id. profecto sp. *B.* c) m. hoc op. in p. Gregorio 2. d) et p. *des.* 2. e) secuti essent 2. f) blandire 2. g) namque 3. *B.* h) divitiis 1; qui m. dives erat homo 2; m. d. *des. B.* i) huius *add.* 2. k) suos *add.* 2. l) et d. 2. — illius 3. m) *deest* 3. n) ad t. subitam immutationem 2. o) incitavit 3. *B.* p) obedienciam ignoti magistri 2. q) t. f. *des.* 3, *ubi* m. iuv. infl. r) sciencie 2. s) ubi 2. t) pauperes Christi 2. u) *ita* 2; Thuringiam 1. 3. *B.* v) et in augm. 2. w) *deest* 2. *B.* x) p. q. *des.* 2. y) vel 2. z) Quoniam 2; quia *B.* a) *deest* 1. b) et r. postea tunc temporis e. i. 2. c) terere 2. d) poterat 3. e) pauperes 2. f) et — Dei *des.* 3. g) inde *add.* 2. h) et q. 2. i) praedicando inv. 3. k) n. m. 2. l) Cepitque 2; et *deest* 1. m) eius 3. n) quoniam i. a. f. i. haberet 2; ipsumque f. a. in o. o. b. iam haberet *B.* o) op. mundane delicie 2. p) labore 2. q) cum p. s. in civ. f. 3. r) artu et in ang. 2. s) *deest* 2. t) et m. 2. u) c. q. per innumeros vicos i. p. et chr. ger. 3. v) *deest* 2. 3. *B.* w) dieb. i. 3.

1) Cf. Vit. Bonif. auct. Willibaldo c. 6: *Et magnam primitus* (in Thyringea) *mundi huius penuriam ac frugalitatem sustenuit.*

bus decertatione, in tanta pugna et perturbatione dimicantium populorum electus pastor Bonifatius numquam cessare potuit a custodia et instructione gregis sui, verum tanto[a,*] constantior et paratior animam[b] suam ponere pro ovibus suis, quanto rabiem luporum[**] frequentius vidit imminere[c] et atrocius. Similiter et fidelis[d] eius discipulus Gregorius adiutor infatigabilis cum[e] magistro permansit in opere Dei et in custodia et educatione[f] gregis factus[g] Christi secundus pastor. Eousque[h] haec ita agebantur[i], donec per gratiam Dei[k] triumpharet christiana manus, et pax[l] plena Dei ecclesiis redderetur. Et aedificabantur[m] ibi assidue, crescentes et proficientes in opere[n] Domini, sicut inpraesentiarum cernitur considerantibus[***] regionem[o] illam. Sed quid nos miseri, pigri et inertes in pace ecclesiae[p] dicturi sumus, qui non gregis lucra, sed commoda nostra semper quaerentes, vix umquam in custodia ovium contra rabiem luporum vel unum latratum minimi sermonis emittimus? qui[q], sicut dixi[r], in pace ecclesiae pigri sumus et somnolenti in custodia gregis, in lucris vero carnalibus nimium strennui et pervigiles. Isti autem, de quibus loquimur, in tanta perturbatione et bellorum certamine non solum in sui intima et casta custodia mundis cordibus permanserunt[s], sed etiam in lucro gregis et discipulorum documentis tanta benedictione Dei dilatati sunt et propria vigilantia per Dei adiutorium multiplicati.

Ioh. 10, 11.

3. Tunc priores et prudentiores Francorum, qui electum Dei martyrem Bonifatium eiusque discipulos, venerabilem Gregorium et socios eius, in tanta virtute operum et fortitudine constantiae nosse et intelligere potuerunt, coeperunt eis et sua offerre diligentius[t] de die in diem et laudem tantae beatitudinis et unitatis apud regem Francorum, seniorem[u] videlicet Karlum[v], non celare. Coepitque et ipse rex virum Dei Bonifatium velle videre iussitque venire[w] eum ad se[1]. Qui cum venisset, non statim in initio honore sibi condigno receptus est a rege, sed sic competenter dilatus[2]; quia fuerunt[x] quidam pseudodoctores et adulatores, qui famam sancti viri et discipulorum eius obfuscare et impedire conati sunt apud regem. Veruntamen ex illo die crevit amor et honor hominis Dei et discipulorum eius apud omnes qui fidem illorum et vitam scire et investigare interius desiderabant, et iuxta dictum euangelii iustificata est sapientia[y] a filiis suis. Redierunt electi Dei iterum ad sua, et in coepto opere sine ulla haesitatione permanentes in Thuringis[z] et in Hassis, ubi tunc temporis maxime opus erat doctrinae[a] illorum et eruditionis ob vicinitatem[b] paganorum et indoctam plebem. Ibique coeperunt offerentibus[c] propter amorem Dei et salutem animarum suarum modica loca territoriaque[d] suscipere et in eis ecclesias construere et in hoc quoque opere sicut et[e] in praedicatione sua cum benedictione Dei multum[e] proficere. De quibus locis est unus[f] in Thuringia nomine Erpesford[g], et alius in Hassis Frideshlar[h,3], cum ceteris nonnullis, quos initiaverunt[i] electi Dei et[e] excoluere[k] cultu divino. Tunc creverunt loca diviciis, crevitque[l] numerus discipulorum ac[m] virtute operum proficiebat. Crevit etiam[n] beatus adolescens Gregorius cum sancto[o] magistro in omni operum virtute et decore sapientiae divinae secundum formam magistri[e], a quo didicerat. Et sic[e] in his omnibus secundum psalmistae dictum, qui electis Dei legem dedit in virtute operum, dedit et benedictionem in multiplicatione et profectu[p] discipulorum; et sic ibant de virtute in virtutem, cotidie in melius proficientes et crescentes in omni opere bono.

723. Luc. 7, 35. Ps. 83, 8.

*) v. utique t. diligencius et instancius secundum euangelii dictum an. s. posuit 2.
) et crudelitatem *add.* 2. *) cern. ab eis qui pervidere et considerare potuerunt reg. 2.

a) fuit *add.* 3. *B.* b) pro ov. s. an. s. pon. 3. c) et atr. imm. 3. d) electus 2. — d. e. 3. e) inf. magistri 2; inf. in op. D. c. mag. p. in c. 3. f) edoc. 2. g) gr. quasi sec. 2; Chr. f. 3. h) autem *add.* 3. i) gerebantur 3. k) Christi 3. l) ecc. D. ad plenum sit pax restituta et reddita 2; et pace pl. eccl. reddita *B.* m) Et erant magis ac magis cr. ac pr. 3. n) timore 2. — Dei 1. o) regiones illas 3. p) Dei *add.* 3; constituti *add. B.* q) quando nos 2. r) predixi 2. s) permanentes 2. t) *deest* 1. u) seniorum 2. v) Carlum 1; Karolum 2. w) e. v. 3. x) fuerant 3. *B.* y) Dei *add.* 2. z) Thuringiis et Hassiis *B.* a) doctrina 3. *B*, *ubi* et er. *des.* b) civitatem 1. c) *ita* 2. 3; ob fer. 1. d) territorii aque 2. e) *deest* 1. f) vicus 1. g) Erpesphurt *B.* h) Frideslar *B.* i) initiati sunt 2. k) excolere 1. 2. l) crevit etiam 1. m) et 1. n) quoque 1. o) suo 3. p) profectum 1.

1) Primo Bonifatius Karolum Martellum potius sua sponte quam a principe vocatus a. 723. adiit, postquam Roma reversus est, cum necdum per longius temporis spatium in Thuringia et Hassia moratus erat; immo paucis tantum mensibus a. 722. has regiones visitaverat. Cf. Willibaldi V. Bonif. c. 5. 6. et Gregorii II. papae epist. inter Bonif. nr. 18—22 (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 2260—2264). 2) Tamen Karolus ei litteras protectionis suae dedit; Reg. Imp. I, nr. 36; Willib. V. Bonif. c. 6: *Et venerabiliter ab eo susceptus.* Liudgerus de rebus posteriore tempore principante Karolo actis ita iudicasse videtur. Cf. Gregorii II. epist. et Bonifatii epist. inter Bonif. nr. 25. 55; Rettberg I, p. 343. 3) Cf. Willib. c. 6. Erfurtensis ecclesiae demum a. 742. mentio fit. Cf. Zachariae epist. inter Bonif. nr. 42. 43.

4. Interea, dum haec ita[a] geruntur[b] ab electis Dei Bonifatio et discipulis eius, successerunt in regno patri Karolo religiosi filii Carlmannus[c] et Pippinus, patre debitum universae carnis persolvente et transeunte de hoc mundo. Tunc pii filii patri succedentes in regnum[*], quia eis undique per gratiam Christi maior quies erat largita bellorum quam fuisset patri, coeperunt in regno suo, inspirante Deo, religionis officia intentius quaerere et meliorare. Coepit et hoc audire beatus Bonifatius, futurus martyr, et discipuli eius, coeperuntque[d] frequentius approximare palatio quam fecissent et loqui cum regibus ac[e] praedicare secundum datam sibi a Deo sapientiam[e*] populum[f] Dei in ipso palatio. Et in tantam gratiam venerunt apud reges supradictos et omnem populum Francorum, ut omnes una voce dicerent et concordarent, beatum Bonifatium dignissimum esse episcopatu et omni honore, exceptis illis pseudodoctoribus et adulatoribus, quos superius praedixi[g], qui et eum interficere aliquando moliti sunt; sed non dimisit illum[h] Dominus protector eius pervenire[i] in malivolas manus eorum, donec annuntiaret secundum dictum psalmistae brachium et potentiam Dei generationi omni[k] quae ventura erat[l]. Igitur[m] ipsi soli coeperunt contradicere et eum blasphemare quantum potuerunt atque affirmare, non esse eum[m] dignum episcopatu, quia[n] peregrinus erat. In tantum plus[k] erant tunc sanioris[o] consilii laici quam clerici, videntes sapientiam Dei et[p] gratiam esse in homine illo, ut, quo amplius illi[q] perversissimi, non dico episcopi, quibus nomen illud datum est immerito[r], eum vituperare conati sunt, tanto amplius diligeretur[s] ab omnibus et laudibus efferretur[s], quoadusque in certamen inde[k] venirent coram regibus et coram universo senatu populi Francorum. Sed[m] quid opus est dicere de illa disceptatione, quam habuerunt tunc ad invicem, illi scilicet perversissimi, quos nominare nolo[1], ex una parte, et sanctus Bonifatius ex altera cum discipulis suis[m] Gregorio et sociis eius; dum confusi et refutati ab omni senatu et ab ipsis regibus inde discederent[t] adversarii, et beatus[u] Bonifatius, futurus martyr, ad[**] hoc perveniret, ut absque ullius contradictione una omnium voce eligeretur[***] in episcopatus sublimissimum gradum; et Maguntiae[v] metropolitana sedes data[w] est ei a regibus providenda et regenda[2]. Ex eo[x] die quantum claruerit sapientia ipsius omni regno Francorum, quantasque synodos[y] cum religiosis regibus ad correctionem populi postea instituisset, non[z] in isto opusculo[a] modo dicendum est, dum in modum solis effulserit[†] in templo Dei ac praedicatione sua et exemplis omnes nebulas effugarit[b] infidelitatis et hereticae pravitatis; quoniam et ista omnia in libello de passione ipsius scripto[3] plene et lucide manifestantur[††].

5. Ad haec autem universa non[c] modice adiutus est ab electis discipulis suis, post magistrum clarissimis praedicatoribus et columnis ecclesiae Dei, quorum unusquisque civitatem et regionem suam sicut lucifer mane oriens illuminavit, exemplis scilicet[d] et doctrina sua. Beatus Gregorius Traiectum antiquam civitatem et vicum famosum Dorstad[e, 4] cum illa irradiavit parte Fresoniae[f], quae tunc temporis christianitatis nomine censebatur, id est usque in ripam occidentalem fluminis qui[g] dicitur Lagbeki[h, 5], ubi confinium erat christianorum Fresonum et[i] paganorum cunctis diebus Pippini regis. Lullus Magontiam metropolitanam civitatem cum maxima parte orientalium[k] Francorum, qui in parrochia

*) regno, ut dixi 2. **) m. tunc demum ad hoc pervenit 2.
***) v. id ipsum consenciente elegebatur in episcopii s. 2.
†) s. refulgentis in virtute sua sic ipse effulsit 2.
††) manifestentur eis qui scire voluerint ad legendum 2.

a) *deest* 1. b) aguntur 1; gerebantur 2. c) Carlom. 2; Karlom. *B.* d) se *add.* 2. e) et 3. e*) gratiam *Br.* f) *ita* 2. 3; populo 1. g) dixi 3. *B.* h) eum 3. i) provenire 2; venire 3. *B.* k) *deest* 3. l) est 1. m) *deest* 2. n) qui 2. 3. o) sani 2. p) esse et gr. in illo hom. 1. q) p. i. 3. r) absque omni merito 2. s) diligebatur . . . efferebatur 2. t) discedebant 2. u) sanctus 3. v) et tunc Magoncie 2. w) s. ei daretur 3. x) ea 2. y) synodus 2. z) in i. o. m. d. non e. 1. a) ista legenda 2. b) effugavit 2. c) n. m. *des.* 2. d) *deest* 3. e) Dorstadum 2; Dorstat *B.* f) Fres. *corr.* Fris. 1. g) *ita* 1. 2; quod 3. *B.* h) Lagbeci 1; Lugbeci 2; Lachbekki *B.* i) ac 3. k) p. christianorum Fresonum *Brower, sed* 3 *(Sollerius) ut editum.*

1) Nescitur qui fuerint isti adversarii. Milo Treverensis inter eos fuisse videtur. Forte etiam Aldebertus et Clemens haeretici hoc loco intelliguntur. 2) Falsissime opinatur Liudgerus, Bonifatio iam tunc, cum episcopus ordinatus est, sedem Moguntinam datam esse; quae ei demum inter a. 745—747. a Carolomanno attributa est (Zachariae epist. inter Bonif. nr. 66, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 2286; Willib. Vita Bonif. c. 8), episcopus vero iam a. 722. consecratus est. 3) Intelligit procul dubio Willibaldi librum. In altera Vita a presbytero Ultraiectino saec. VIII. exeunte vel potius IX. ineunte conscripta nihil de synodis a Bonifatio celebratis legitur. 4) Wijk bij Duurstede. 5) Lauwers fl.

urbis illius constituti sunt[a], incoluit[b]. Megingodus[c], venerabilis pater et pastor gregis sibi commissi, civitatem Wirzeburg[d] cum suis adiacenciis in sua[e] sorte[*] sale sapientiae et doctrinae suae condivit[f] et custodivit[1]. Willibaldus[g], electus Dei antistes, episcopatum quod[g*] nuncupatur in Hehstedi[h], in proxima[i] nobis parte Baguariorum[k], id est in Nordgoe[l], simili modo[m] ut pius pater a fundamentis illud erigens, melioravit et custodivit. Necnon et germanus praedicti Willibaldi nomine Winnibaldus[n] presbiter, magistro meo beato Gregorio valde carus, et ipse[o] locum et regionem suam sancte et feliciter illustravit; qui post obitum suum[2], quid vivens fecerit, magnis[p] miraculis ostendit[3]. Sturmi[q] vero venerabilis abbas[4], unus ex numero illo electorum Dei, quantum profecerit in heremo sua[r] post martyrium sancti[s] magistri, Bocanna[t] silva in testimonio est, quae prius omnimodis inculta erat ac deserta[u], nunc autem ab oriente usque ad occidentem, a septentrione usque ad meridiem ecclesiis Dei et electis palmitibus monachorum repleta est. Qui etiam Sturmi[v] abbas hoc meruit privilegium a Deo et sancto magistro prae ceteris[w] condiscipulis suis, ut ipsum locum, quem magister sanctus elegit ad sepulturam corpori suo, possidere mereretur[x] et initiare ac[y] sanctum corpus eius martyrizatum in eodem suscipere, et in tantum provehere et glorificare eundem locum, ut ante obitum suum de hoc mundo[5] quadringentorum[z] circiter monachorum, exceptis pulsantibus[6] et aliis minoribus personis, quorum numerus multiplex erat valde, in ipso monasterio posito iuxta fluvium Fulda pater extiterit[a] et praeceptor.

6. Duo[b] autem ex illis electis[c] Dei, Wigbertus[7] et Burghardus[d, 8], ante magistrum migraverunt a seculo; sed non sunt illi absque palma electionis suae, dum ad regna[e] caelestia magistrum praecedere meruerunt et in regionibus suis pro sanctis Dei habentur et coluntur ab omnibus qui vitam illorum et virtutem cum Deo nosse potuerunt. Cernis[f], o lector intelligens et diligens, quanta carismata in[g] uno[h] homine fuerint[i]; et quid pauper ille, qui solitarius dudum in Fresoniae partibus fuerat, post[k] tempus ostensionis[l] suae fecerit ad fructum ecclesiae Dei. Non autem[l] ipse haec omnia[m] per se solum[m] potuit, sed secundum apostolum gratia Dei cum eo fecit haec universa et stabilivit. Igitur quia paululum propter communem laudem discipulorum sancti magistri Bonifatii a proposito itinere narrationis elapsus sum, nunc iterum ad id redeam unde digressus sum.

cf. 1 Cor. 15, 10.

722.

7. Tunc beatus Bonifatius, martyr futurus, iubentibus[n] religiosis regibus, cum consensu omnis senatus[o] populi Francorum missus est Romam ordinandus in gradum[p] episcopatus ad Gregorium papam tertium a primo[9]; ibique ei nomen suum, modo omnibus notum et divulgatum, simul cum benedictione et gradu episcopatus ob facundiam linguae et gratiam labiorum a Deo sibi donatam inditum est ab apostolico pontifice Bonifatius, qui antea Winfridi[q] vocabulo censebatur[10]. Sicque beatus[r] vir et gradu decoratus et nomine coram omni clero et familia sancti[s] Petri principis apostolorum et coram ipso Gregorio papa prostravit se et oravit, ut[t] propter Deum et amorem sancti Petri ibidem ilico in ipsa ecclesia cum supplici[u] devotione pro se flecteret genua sua[v] omnis clerus qui praesens aderat, et ut[v]

*) orientalium Francorum *add.* 2.

a) constituerunt 3. b) incolunt 1. c) Megingozus *B.* d) Vuirteburg 1; Wurzeburg *B.* e) suo 2. f) condidit 1. 2. g) Wilib. *B.* g*) *ita* 1. 2. 3. h) Hestedi 1; Eichstedi *B.* i) parte pr. n. 3. k) Baugar. 1; Baioariorum *B.* l) Nordegoe 1; Nord[s]goe 2; Norgowe *B.* m) similitudo, *in marg. post add.* for. modo 1. n) Wunibaldus 2; Wunnebaldus *B.* o) illi (*alia manu corr.* illic) *add.* 1. p) magis 2. 3; pluribus *B.* q) Sturmis 2. *B.* r) *non perspicue scriptum* 1, suo preter m. 2. s) mag. s. 2. t) Bocauna 3; Bochonia *B*; Buchonia *B* 2. u) desertum 3; e. heremus 2. v) Sturmis 2. w) *deest* 3. — disc. 1. x) meretur 1. y) et 3. z) quatring. 2. a) extiterat 1. b) Dum 2. c) electi 3. d) Burckardus 2; Burchardus *B.* e) c. r. 1. f) ergo *add.* 2. g) charismatum *post corr.* charismata in 1. h) h. u. 2. i) *deest* 2. k) per 3. l) ostentionis 1. m) *deest* 3. B. n) Iubent. 3. o) s. et p. *Soll.* p) ep. gr. 3. q) Winfridus 1; Dei *add.* 2. r) sanctus 3. s) beati 3; sancti — et amorem *des.* 1. t) ut *post* Petri *positum* 2. u) simplici 2. v) *deest* 3.

1) Post Burghardum ab a. 754. circiter. 2) Obiit a. 761. 3) Quae monialis Heidenheimensis in Vita eius c. 10—12 (infra) narravit, a Liudgero haud dubie lecta. 4) Fuldensis. 5) Obiit a. 779, Dec. 17. 6) Id est novitiis. MAB. 7) Abbas Fritislariensis. 8) Episcopus Wirziburgensis. 9) Error gravissimus. A. 722, Nov. 29. Bonifatius a Gregorio II. papa, non III, Romae consecratus est, nec post a. 738. unquam Romam profectus est; cf. supra p. 39 sq., n. 7. 10) Idem refert Willibaldus, Vita Bonif. c. 6, de Gregorio II. scilicet. Sed iam antea Winfrido cognomen erat Bonifatii (Bonif. epist. nr. 12. 14. 16), quod solum ei a papa inditum esse, recte Jaffé, Bibl. III, p. 451, n. 3, coniecisse videtur.

unanimiter omnes orarent Deum[a] beatumque Petrum intercessorem invitarent[b] et auxiliatorem[c] orationis suae, ut bono fine et Deo placabili terminare mereretur et concludere dies suos. Qui etiam omnes, inspirante Deo, unanimiter cum summa devotione inclinantes se coram reliquiis beati Petri principis apostolorum, compleverunt petitionem eius, sacra oratione et pastoris et gregis fusa ad Deum. Quae oratio cum sanctis meritis ipsius conveniens quantum valeret[d] apud Deum omnipotentem, testatur sanctum martyrium eius peractum[e] in diebus senectutis et iam tunc nimiae imbecillitatis corporis sui[f], dum in decrepita aetate positus, vivere in hoc mundo diutius[g] non valeret. Ecce quomodo sapiens architectus et electus Dei pontifex Bonifatius, non super fluidam harenam humani consilii et superbae contumaciae, sed super tutissimam petram divini consilii et apostolicae humilitatis aedificavit domum suam. Et idcirco, dum venirent[h] flumina humanae adversitatis ac perturbationis, flaveruntque[i] venti diabolicae temptationis et calliditatis et[k] impegerunt[l] in domum eius, non potuerunt eam movere, quia secundum dictum[m] Domini fundata erat supra[n] firmam petram, quae petra erat Christus. Noster modo intercessor et certissimus patronus apud Deum consideravit[o] perpendens, in quanto periculo et miseria humana sit[p] constituta infirmitas, non in semet ipso posuit fiduciam suam iuxta morem superbientium[q] partis adversae, sed ad humilitatem apostolicam et[k] filiorum Dei recurrit, in largitatem divinae misericordiae et devotam supplicationem ecclesiae Dei solidavit spem suam. Sic enim et apostoli Christi eorumque successores et coheredes in regno Dei in omni labore et tribulatione sua oratione ecclesiae Dei sine intermissione adiuti, omnia potuerunt implere quae eis praecepta erant a Domino. Eia praesules et praedicatores populi Dei, eodem honore et pari gradu in hoc seculo decorati, aspicite et intelligite et assumite exemplum iusti huius[q*], ut, cum vocati a Deo et electi ab ecclesia Dei, non muneribus obcaecati, ad gradum episcopatus et ad regimen sanctum accesseritis, iuxta formam eius vos instituere fructumque afferre valeatis permansurum in vitam aeternam!

[cf. Matth. 7, 24–27.]

8. At[r] in illo quoque ipso[s] itinere, dum sanctus martyr Bonifatius Romae, sicut superius dictum est, sacro gradu sublimatus est, beatus Gregorius, praeceptor meus*, cum[s] electo magistro infatigabilis comes permansit[1], intrans et egrediens et pergens ad imperium eius, sicuti[t] semper solebat, in omni opere bono. Et non solum in hoc eodem itinere meritum humilitatis et oboedientiae suae peregit, ut dignum est iunioribus[u] subdi senioribus et maioribus suis in omnibus[v]; sed etiam plura volumina sanctarum Scripturarum, largiente Deo[w], illic acquisivit et secum inde ad profectum proprium discipulorumque suorum non modico labore domum[x] advexit. Sed et pueros duos cum consensu magistri in discipulatum suum, Marchelmum[2] videlicet et Marcwinum[y] germanos de gente Anglorum, secum[z] inde adduxit. De quorum seniore Marchelmo, religiosissimo et sancto viro, ut dignum est, donante Deo, suo loco aliquid plenius dicam[3]. Tunc felix comitatus, magister videlicet[k] sanctus et discipuli eius electi, et propriis meritis et intercessione omnis[a] cleri atque familiae sancti Petri commendati[b] Deo et sanctis eius, reversi[c] sunt domum, crescentes et proficientes ex illo die in omni opere bono[d], docentes et instruentes in via Dei, qua ipsi ibant, non solum populum et proceres Francorum, sed etiam ipsos reges religiosos sale sapientiae divinae non mediocriter condierunt. Et sic in consensu et unanimitate doctorum[e] et regum et cuncti populi[f] per omne regnum Francorum coeperunt cotidie magis magisque detrimenta fieri diabolo et incrementa ecclesiae Dei, hereticae pravitates[g] non apparere, et catholica fides in omnibus rutilare, ac religio munda et immaculata longe lateque clarescere.

*) a cunabulis *add.* 2

a) Dominum 3. b) invitaret 3. c) inv. in auxilium 2. d) valuerit 3. e) *deest h. l.* 2. f) ipsius peractum 2. g) non v. d. 3. h) venerunt 2. i) flarentque 3. k) *deest* 2. l) impingerent 3. *B.* m) D. d. 3. n) super 2. 3. o) considerans et 2. p) c. sit 3. q) superborum 2. 3. q*) hominis *Br.*; hominis *add. Soll.* r) Et 3; *deest* 2 s) *deest* 3. t) sicut 2. 3. u) iuniores 3. v) obtemperans *add.* 2. w) Domino 3. x) a. d. 3. y) Marckwinum 2; Marewinum *B.* z) eos *add.* 2. a) omnes *post corr.* omnis 1. b) commendatus 2. c) reversus est 2. d) *deest* 1. e) d. et *des.* 3. *B.* f) sublecti (*lege* subiecti) *add.* 2. g) pravitatis 1.

1) Cum Liudgerus tam graviter de tempore consecrationis erraverit, cognosci nequit, num Gregorius Bonifatium in altero eius itinere Romano a. 722, an in tertio a. 737—738. comitatus sit. 2) Hic est Marchelmus, cui spuria de S. Suidberto commenta tribuuntur sub nomine Marcellini. MAB. Plura de eo tradit Altfridus, Vita S. Liudgeri I, c. 13. 18. 24, qui eum dicit Willibrordi discipulum fuisse. 3) Quod non executus est. Breviter tantum c. 10. eius mentionem fecit.

9. Sed quia hucusque[a] communiter et mixtim[b] nunc de sancto magistro et martyre Bonifatio, nunc de beato Gregorio, electo discipulo eius, modica quae potui ex magnis de sancta[c] eorum[d] conversatione[*] ob utilitatem audientium et exemplum futurorum litteris commendare curavi, deinceps vero[e] specialiter beati Gregorii facta et virtutes[f] et salutiferae praedicationis documenta, quibus erudiri, licet indignus, et[e] interesse merui ab infancia, paucis aperire non negligam. Et[g] primo dignum et memorabile opus ab eo euangelice peractum[h] intimandum existimavi[i], quod de remissione et indulgentia inimicorum mirabili caritate et posteris profuturo[k] exemplo implevit. Fuerunt ei fratres nobiles et eximii de[l] patre[1] generati; fuerunt[m] et de matre[2] eius nati alii filii[n] et[o] tempore et viribus secundum seculi dignitatem minores, quibus necesse erat in obsequio esse[p] maiorum. Factum est autem, ut aliqui ex maioribus fratribus honorati a rege mitterentur in longinquiora regna Galliarum; illuc[q] et subsequi et eis[e] inhaerere necesse erat iunioribus. Dum vero post[r] spatium temporis peracti et parentes visitare placeret et patriam, accepta licentia a senioribus suis, duo uterini[s] fratres praeceptoris mei Gregorii coeperunt ire et propositam carpere viam, ut ad Franciam[t], id est ad[e] naturale solum, pervenire potuissent. Qui dum irent in via, iuvenili audacia amplius securi quam oporteret, in quadam silva latronum crudeli manu circumdati et occisi sunt. Quod[u] statim tam[v] lugubre[w] nuntium dominos eorum celari non potuit, qui[x] in illis diebus principatum non modicum ipsis in locis habuerunt. Quod ut audierunt, miserunt circumquaque satellites suos, qui eosdem latrones et carnifices exquirerent et comprehenderent. Qui et inventi et comprehensi et ligati statim adducti sunt. Et licet digni haberentur omni poena et crudelissima ac subita[y] morte, tamen ob reverentiam et amorem senioris[z] et communis fratris eorum domni Gregorii cogitabant, ut eum aliquid[a] in hoc consolarentur post mortem carorum, si ipsos homicidas et interfectores eorum ad eius dominium et praesentiam pervenire facerent, ut[b] ad satisfactionem et mitigationem doloris sui, quali vellet morte, ipse eos interfici iuberet. Quod et fecerunt, duos[c] ex illis ei praesentari iubentes[d], carnaliter duntaxat[e] cogitantes secundum stultam sapientiam seculi huius, quae inimicis pie[a] parcere non novit[**]. Ipse vero, ut erat vir spiritalis[f], doctus a domino Iesu Christo et sancto euangelio eius, in[g] quo didicerat scriptum: (Matth. 5, 44. 45.) *Diligite inimicos vestros; benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est*, spiritaliter eos et gratanter suscepit, cogitans utrumque[h], et de sua salute sempiterna et de fratrum interfectorum absolutione exemploque posteris profuturo, et iussit eos absolvi[i] et balneari, vestibus indui mundis atque cibis refici. Tunc ad se ductis[k] praecepit, dicens: 'Ite in pace et cavete, ut non ulterius tale malum perpetretis, ne deterius vobis aliquid contingat'. Et[***] iussit eos[l] in pace deduci[m], admonens paterna caritate, ut a ceteris[n] propinquis suis[o] caute se custodirent undique[p] et provide. Quid nos modici et infirmi ad haec dicturi sumus, qui nec minimi verbi laesionem absque ultione, ubi facultas suppetit, ferre valemus, dum[q] de perfectis talia cognoscimus? Pensemus, ubi nostra infirmitas prostrata iaceat, quae numquam tale aliquid vel mente concepit, ut[r] flere magis libeat quam aliquid dicere. Forsitan obtinebunt nobis veniam lacrimae apud pium iudicem Deum, qui[s] in meritis fiduciam habere non possumus.

10. Sed et hoc silentio minime tegendum est, quod Marchelmo venerabili viro narrante (755.) didici, cuius superius memoriam feci[3], quia post martyrium sancti magistri, a quo per gratiam Christi et meritum sanctitatis eius omnes confines nationes illuminatae sunt, ipse

*) et simul conventione *add.* 2. **) sed perimere *add.* 2. ***) his ita peractis *add.* 2.

a) adhuc usque 3. b) mixtum 2. c) *deest* 2. d) conv. eor. *corr.* eor. conv. 1. e) *deest* 3. *B.* f) f. virtutis 2. g) Idcirco etiam hoc tam d. 2. h) primo *h. l. add.* 2. i) existimo 3. *B.* k) post. adimplevit profutura qui imitare voluerint suo exemplo possint 2. l) uno 2. m) fueruntque et 2; *deest* 3; et *deest* 1. n) iuniores 2; fratres 3. *B.* o) *deest* 1. *B.* p) obs. malorum et servitute subditam agere vitam. Tunc honorati a regibus missi sunt al. ex m. fr. 2. q) illic 1. r) v. spacio t. peracto 2. s) interim 2. t) Fracianm 1. u) Quod — in locis habuerunt *des.* 1. v) tamen 2. w) *ita* 2. 3. *B.* x) quia *B.* y) cr. mox m. interfici 3; cr. morte sine dilatione interfici *B.* z) s. et c. *des.* 3. *B.* a) *deest* 2. b) et 2. c) duo 2. d) fecerunt 2. e) hoc 2. f) spiritualis 2. g) ubi d. 2. h) utrimque 3. i) absolvere et balniare v. induere non sordidis a. reficere et ad se d. 2. k) deductis 1; adductis ad se *B.* l) *deest* 3. m) deducere et admonuit 2. n) de cetero parentibus s. 2. o) ut *iterum add.* 1. p) u. et pr. *des.* 3. *B.* q) Tantum dum 2. r) et 2. s) que mer. non debetur supplicancium 2.

1) Albrico, c. 2. nominato. 2) Wilhelmus Heda, Hist. episc. Ultraiect. (ed. Ultraiecti 1642) p. 38, nominat eam Wastradem, ignoratur ex quo fonte. 3) Cap. 8.

quoque beatus Gregorius a Stephano apostolicae sedis praesule et ab illustri et religioso rege Pippino suscepit auctoritatem[a] seminandi verbum Dei[b] in Fresonia[c]; in qua primus sanctus Willibrordus cognomento Clemens[d] archiepiscopus in conversione gentis illius initiavit rudimenta christianae fidei cum discipulis suis. Deinde senescente eo in opere Dei, et stabilito episcopatu[e] in loco qui nuncupatur Traiectum et alio[f] nomine Wiltaburg[g], et migrante ad Dominum de hac luce, successit sanctus Bonifatius idem archiepiscopus et martyr[1], quem oculis meis ipse vidi candida[h] canicie et decrepita[i] senectute et[k] plenum virtutibus et vitae meritis. Quo[l] tempore in eius[m] discipulatu, sicut superius memoravi, beatus Gregorius, praeceptor meus, ab ineunte aetate educatus[n] est et nutritus, cui et[b] successit pius heres[2], eiusdem gentis Fresonum pastor et praedicator ordinatus a Domino et a principibus supradictis ecclesiae Dei. Eademque[o] caritate sicut et fidei firmitate, qua[o*] praedecessores sui, sanctus videlicet Willibrordus[p] archiepiscopus et[q] confessor et Bonifatius martyr atque archiepiscopus, larga et melliflua eruditione* populum illum[d] irradiavit simul cum chorepiscopo[r] et adiutore suo Aluberhto[s, 3], qui de Britannia et gente Anglorum veniebat[t], magnis vitae meritis pollens, et[u] eadem benivolentia iuxta vires populum[u*] illum predicando illuminavit.

739. 755.

11. Quod etiam et[v] in discipulorum[w] multiplici benedictione ditatus est beatus Gregorius, nemo dubitat a Deo ei datum[x] fuisse, qui eiusdem electi viri et vitae meritum pensare voluerit et preciosissimum sapientiae eius thesaurum investigare. Propterea et hoc dignum memoria[y] esse videtur, qualiter discipulos suos, simul cum eis communi vita conversando, ut pater filios educarit[z] et dilexerit, singulisque tanto caritatis glutino iungeretur[a], ut[b] apostolicum illud sanctum et praeclarum testimonium non tantum ex ore proferret ad aedificationem audientium, sed opere et veritate ad imitandum cunctis ostenderet, quod de vocatione[c] et electione omnium gentium a beato Petro apostolo hoc[d] modo dictum est[e] prolatum, quoniam: *In omni gente qui timet Deum et operatur iusticiam, acceptus est illi.* (Act. 10, 35) Non enim ex una qualibet gente eius[f] erant discipuli congregati, sed ex omnium vicinarum nationum floribus adunati; et tanta familiaritate et mansuetudine laeticiaque spiritali illuminati sunt, ut[g] luce clarius daretur** agnosci, quia de uno patre spiritali et de matre omnium virtutum[h] caritate generati sunt et coadunati. Quidam enim eorum erant de nobili stirpe Francorum, quidam autem[i] et de religiosa gente Anglorum, quidam vero et de novella Dei[k] plantatione diebus nostris inchoata Fresonum et Saxonum, quidam autem et de Baguariis[l] et Suevis praeditis[m] eadem religione, vel de quacumque natione et gente misisset eos Deus; quorum minimus ego sum, modicus et infirmus alumnus[4]. Quibus[n] omnibus undecumque quasi ad unum ovile ovibus[o] collectis pius pater et pastor Gregorius et[p] spiritalia nutrimenta doctrinarum atque eloquiorum Dei et corporalia alimenta eadem devotione procuravit et donavit; et ita inspiratus a Deo exarsit in amore et instructione[q] disci-

*) diebus vite sue *add.* 2. **) intelligi et *add.* 2.

a) edictum ad seminandum 2. b) *deest* 1. c) Fris. 2. d) *deest* 3. e) in episc. in 1. *B*; episcopato 2. f) alia *post corr.* alio 1. g) Witaburg, *in marg. post add.* for. Wiltaburg 1; Wutaburg 2. h) candidum 3. *B.* i) decrepitum 3. *B.* k) tam 2; *deest* 3. *B.* l) ꝙ (quam) 2. m) cuius 2. n) aet. fuerat enutritus 3. o) que *deest* 2. o*) cum decessoribus suis sancto vid. Willibrordo archiepiscopo et confessore et Bonifacio martire atque archiepiscopo larga 2. p) Willebr. *h. l.* 1. q) et — archiepiscopus *des.* 1. r) coepiscopo 1. 2. s) Alubertho 1; Aluberto 3; Alberto 2; Adalberto *B.* t) veniens 2. *B.* u) *deest* 2. u*) v. Domino studuit animarum lucra adquirere (conquir. *B*) 3. *B.* v) *deest* 1; Ut ergo et 2. w) tam *add.* 2. x) datam 2. y) e. m. 3. z) educaret et diligeret 2. a) gluttino iungeret 2. b) ad *add.* 2. c) votat. 2. d) h. m. *des.* 3. *B.* e) et *add.* 2; d. constat 3; e. pr. *des. B.* f) erant eius 1. g) et 1. h) *deest* 3. i) *deest* 2. 3. *B*; et *deest B.* k) *deest* 2; pl. Dei *B.* l) Bauguariis 1; Baioariis *B.* m) pr. e. rel. *des.* 3. *B.* n) tamen *add.* 2. o) *deest* 3. *B.* p) *deest* 1. q) institutione 3.

1) Cf. de hoc loco Rettberg I, p. 304 sq.; Müller, 'Bonifacius' II, p. 221 sqq. Bonifatius Willibrordo non in episcopatu Traiectensi successit, sed ei *Carlmannus commendavit sedem illam ad constituendum et ordinandum episcopum* (Bonif. epist. nr. 107, p. 260), ubi Eobanum chorepiscopum instituisse videtur. Cf. etiam diploma Pippini regis a. 753, Mai. 23. (Reg. Imp. I, nr. 68), qui dicit: *casa Dei S. Martini* (Traiectensis), *quem domnus Bonefacius archiepiscopus custos preesse videtur.* 2) Suscepit post Bonifatium regimen monasterii S. Martini Traiectensis et cum eo dioecesim Traiectensem regendam; non vero episcopus ordinatus est (cf. Altfridi Vit. Liudgeri I, c. 10; Lulli epist. inter Bonif. nr. 111, p. 270 sqq., ubi abbas et presbyter dicitur), licet Karolus M. in diplomate dato a. 769, Mart. 1. (Reg. Imp. I, nr. 129) eum episcopum appellaverit. Falsissime Othlonus, Jaffé III, p. 497, eum a Bonifatio episcopum Traiectensem consecratum esse, scribit. 3) Cf. quae Altfridus, Vita Liudgeri I, c. 10, de eo narrat. 4) Cf. ibid. I, c. 9. Ante a. 755. Liudgerus Gregorio traditus esse videtur, qui Bonifatium Traiecti se vidisse c. 10. scribat; aliter quidem G. Paris l. l. p. 28, n. 5.

pulorum, ut nullus pene praeteriret dies, quo non primo mane paterna sollicitudine consedens, singulis quibusque venientibus, prout quisque quaesivit, poculum vitae propinaret et irrigaret eloquiis[a] Dei corda[b] filiorum. Ipsorum quoque discipulorum eius[c] plurimi tam nobiles erant tantoque praediti ingenio et doctrina Dei, ut ad arcem episcopatus et[d] sacerdotalem dignitatem et merito vocarentur et venirent[1]. Plurimi vero eorum[*] aequaliter educati[e] et disciplinati, etsi non tanto gradu sublimati sunt, meritis tamen et[f] scientia non exigui et caritate Dei eximii diebus[g] vitae suae habebantur ab omnibus. Operae pretium et dignum esse videtur, ut, quocumque[h] modo valeam, singulorum testimonia suis in locis et signa claritatis non abscondam. Interim vero[i] de beato Gregorio, quae coeperam, pauca de multis ad profectum audientium proferre conabor, quoniam[k] peccati reus esse pertimesco, si de tam[l] cognitis et profuturis bonis vel[m] extrema quaedam[m] narrare non incipiam.

Eccli. 31, 8. 11. 12. Erat enim vir ille venerabilis secundum sapientiae dictum, qui post aurum non abiit nec speravit in thesauris pecuniae, ideo stabilita sunt bona illius in Deo, et elemosinas eius divulgat ecclesia sanctorum. Noverat utique scriptum, et opere noverat et veritate, 1. Tim. 6,10. non sermone casso, quia radix est omnium malorum cupiditas, et idcirco eam quasi immane praecipicium et inferni foveam exhorruit et praecavebat in omnibus. Sicut enim cupidi pecuniarum et avari[n], qui animam suam venalem habent, timent, ne prodant et perdant[o] lucra terrena, sic metuit vir ille[p], ne[q] forte abscondendo ea et custodiendo perderet caelestia. Et idcirco, quotienscumque auri vel argenti in potestatem eius aliquid devenerat, statim expendere curavit et pauperibus distribuere, ut vir euangelicus secundum euangelii man- Matth. 6,19. datum faceret et thesaurizaret sibi thesauros in caelo, ubi nec erugo nec tinea demolitur, et fures non effodiunt neque[r] furantur. Et quoniam totam spem suam tam firmiter et expedite collocavit in caelestibus, nihil eum nocere potuit aut[s] irretire, quod de terrenis et caducis delectabile esse videbatur in hoc[t] mundo. O virum venerabilem et electum, mansuetum et pium, caelestibus semper intentum et de[u] caducis ac[v] terrenis[**] minus curantem[w], quod et[m] habitu monstrabat[x] et actu! Nullum in eo locum invenit superstitio[y] vestium et ciborum, nullum[z] iactantia et detractio sermonum[l], sed uno eodemque[a] aequali cum ceteris vestimento et victu semper contentus erat[b]; et ex[c] hac linguae et[d] vitae mundicia foris innotuit, quantae[e] puritatis dilectione cor eius interius plenum erat. Ex[f] simplici vero[b] vestimentorum usu atque ciborum monstravit[g] exemplo auditoribus suis, quod sermone docuit ex praeceptis Dei et sanctorum eius. Ibi[h] enim legerat scriptum, beato Petro apostolo admonente: *Non in veste preciosa*[2], ibi[i] coapostolo eius Paulo adhortante didicerat, Rom. 14,17. quoniam[k] esca et potus non est regnum Dei, sed[b] iusticia et[l] pax gaudiumque in Spiritu sancto. De potu vero eius quid dicam? in quo ei tantum erat temperamentum, ut vix um- 1. Tim. 5,23. quam secundum apostoli dictum aut[m] modico vino uteretur, quod non esset aqua mixtum. Et non[n] tantum in semet ipso hoc adimplevit apostolicum[o] dictum, sed et omnes sibi subiectos vehementer semper[p] admonuit, ut numquam ebrietatis malum incurrerent, sed velut inferni foveam praecaverent atque vitarent. Et de viciorum omnium destructione virtutumque aedificatione in sua praedicatione laudabiliter[q] propheticum illud frequenter proferre Ier. 1,10. solebat: *Posui te ad*[r] *hoc, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et aedifices et plantes*, volens auditores suos omnes hoc[s] dictum intelligere, quia numquam virtutum decor et bonorum operum perfecte acquiritur[t], nisi viciorum labes et immundicia destruatur. Sed et apostolicum illud gloriosum et omni laude dignum testimonium propter incitamentum caritatis Dei et proximi atque desiderium regni caelestis frequentissime in conclusione

*) utriusque sexus[3] *add.* 2. **) vel aliquando *add.* 2.

a) eloquio 3. b) c. f. *des.* 3. *B.* c) quia *add.* 2. d) et s. d. *des.* 3. *B.* e) edocti 3. *B.* f) t. non erant ex. sed scientia et c. 3. g) diebus — omnibus *des.* 3. h) quoquo 3. *B.* i) tamen 3. k) Quomodo 2. l) de c. et tam pr. 3. m) *deest* 1. n) *deest* 2; et av. *des. B.* o) perdunt 2. p) sanctus *add.* 3. q) ne f. *des.* 2. r) nec 3. *B.* s) nec 3. t) *deest* 3. u) *ead. manu in marg. suppl.* 1. v) et 3. w) procur. 2. x) demonstr. 2. y) superfluitas *B. B* 2. z) non 3. *B.* a) ead. 2. b) *deest* 2. c) ex hac *des.* 2. d) l. continencia atque mund. 2. e) quanto 2. f) et 2. g) mostravit 1; c. operis demonstr. 2. h) Nam leg. 3. *B.* i) et 3. *B.* k) quomodo 2. l) *deest* 3. m) *deest* 3. *B.* n) in 2. o) apostolice 2, *ubi* dictum *deest.* p) *deest* 1; s. frequenter a. *B.* q) *deest* 3; pred. quam mirabiliter et potuit et implevit proph. 2. r) ad hoc *des.* 3. *B.* s) d. h. 3. t) op. aedificium surgit 3. *B.*

1) Idem testatur Altfridus in Vita Liudgeri (I, c. 9), quos inter numerandus ipse Liudgerus. MAB. 2) Haec verba Pauli sunt 1. Tim. 2, 9; sed similia leguntur 1. Petr. 3, 3. 3) Cf. infra c. 15: *qui ibidem affuerunt utriusque sexus . . . amici.*

praedicationis suae annectere[a] voluit et aptare quod[b] dictum est de electis Dei: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se.* (1 Cor. 2, 9) Sciens utique[c] praedicator pius his duobus testimoniis, prophetico scilicet[d] et apostolico, intentis auditoribus multum conferri[e] per carisma[f] absconditum Spiritus sancti, 5 quod et prophetam[g] implevit et apostolum[h], et idcirco tam sedulo[i] in caelesti praedicatione sua[k] hoc usus est oraculo et hortamento virtutum. Et[l] quoniam superius uno operis testimonio, quod tam religiose[m] vir Dei Gregorius secundum dominicam orationem de remissione adimplevit[n], multa bonorum operum insignia demonstrantur, libet et[o] illud referre et[p] inserere locutioni nostrae, qualiter fecit in cotidiana conversatione sua de omnibus ob- 10 trectatoribus suis, qui ei[q] aliquando derogabant propriis viciis instigati, qualiter eos non quasi pro detractoribus exhorruit et odivit, sed quasi pro[r] amicis et adiutoribus semper eos[s] amavit et adiit[t] et secundum sacrum[u] psalmistae dictum, tamquam surdus eos non audiens et quasi mutus non aperiens os suum (Ps. 37, 14.) ac[s] benigne cum eisdem conversatus[v], nihil eis negavit*, quae amicis impendere debuit**. Unde hoc[w] ei, nisi gratia[x] superna largiente, 15 a[y] mundicia mentis egregiae venire potuit, quod tamquam parvulus tam obliviosus iniuriarum tamque[z] tenax virtutum fieri valuit? Sagitta enim sermonis Domini non tantum exteriores[a] corporis[b] aures tetigit, sed etiam interiores[c] cordis aures veraciter penetravit et illuminavit, ubi in euangelio[d], parvulo ad se vocato, adhuc rudes apostolos suos et cum ipsis simul omne humanum[e] genus, viam regni caelestis[f] qualiter intrare debeant, docuit[g] 20 et admonuit, dicens: *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum.* (Matth 18, 3.) Hoc ergo et cum familiaribus et cum extraneis non semel exercuit, sed assidue, nisi[h] ubi strictura[i] disciplinae et correctionis inter subiectos aliter[k] non exigebat. Sed dum vir iste tam amabilis[l] humilisque[m] et patiens, qui[n] in semet ipso pro amore divino tam contemptibilia et suae[o] personae indigna et ferre voluit aequa- 25 nimiter et potuit, dicam[p] et hoc, quod in diebus eius pene omnibus qui eum noverant incognitum non erat, quod[q] pene omnes hi qui tanto viro honorem debitum impendere noluerunt ultione divina percussi sunt et ad cognitionem[r] sui, licet coacti et inviti[s], reducti[t] sunt, ut palam daretur intelligi scire volentibus, quia sub divina custodia fortiter intus[u] protegebatur, quamvis aliquando[v] ante oculos hominum superborum ferre[w] videretur indigna ob- 30 probria et[x] contemptibilia. Siquidem et hoc qui adtendere voluerit et imitari[y], non ei[z] mediocriter proficiet[a] ad introitum regni caelestis, dum omnes qui eandem viam praecesserunt talia paterentur secundum dictum et[b] formam apostolorum, qui ibant flagellati a conspectu concilii[c] gaudentes (Act. 5, 41.) et dicentes, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in[d] regnum Dei[d*]. (ib. 14, 21.)

35 13. Verum quia inter virtutes maximas opus elemosinarum ab ipso domino et Redemptore nostro ordinatum est ac[e] dispositum, et omnes Scripturae sanctae novi Testamenti et veteris hoc opus salutiferum laudant et glorificant, de largiflua elemosinarum datione beati Gregorii ad memoriam posteritatis et imitationis exemplum pauca dicenda[f] sunt et[f] proferenda. Floruit enim vir ille virtutibus aliis multis, sed maxime in elemosinarum sacra 40 purificatione[g] semper intentus, in tantum ut nihil sibi auri, nihil[h] argenti praeter ecclesiae necessaria ministeria umquam reservare[i] voluisset. Sed et de alia substantia sua eadem benignitate largus habebatur et dilatatus pauperibusque Christi semper proficuus[k] et pius, nihilque sibi ex ea[l], excepto victu[m] cotidiano et vestitu simplici, recondere[f] voluit ac servare[n]. Euangelii[o] etiam in hoc non surdus auditor[d], quia de crastino non cogitabat. (Matth. 6, 34.) Fixit

45 *) quesitus eorum *add.* 2. **) in communi negocio *add.* 2.

a) s. solebat apt. 3. b) quo 2; quod — Dei *des.* 3. c) igitur 3; enim *B.* d) et ap. sc. 1. e) conferre 1. 2, *post corr.* conferri 1. f) charissima 1. g) propheta 1. h) apostolicum 1. i) prę *spatio vacuo rel., post add.* cluo 1. k) *deest* 1, *ubi* u. or. hoc (est *deest*); u. est hoc or. *B.* l) *sequentia usque in finem cap.* 13. *om. B.* m) religiosus 2. n) impl. 3. o) tamen 2. p) et — nostrae *des.* 3. q) forsitan *add.* 2. r) q. amicos et adiutores 3. s) *deest* 3. 50 t) adivit 2. u) sacre 2; *deest* 3. v) c. est nihilque 3. w) *deest* 1. x) s. gr. 2. y) prae 3. z) tam 3. a) eius 3. b) cordisis 1. c) *deest* 3. d) cum *add.* 2. e) hominum 3. f) caelorum 3. g) d. et *des.* 3. h) *deest* 2. i) districtio 3. k) aliud ex. 3. l) *deest* 2. 3. m) que *deest* 2. 3. n) qui — ipso *des.* 3. o) tanto viro ind. 2. p) Dicamus tamen q. 2; evenit hoc 3. q) quia 3. — q. multociens hi 2. r) agnit. 2. s) adiuti 2. t) red. s. *des.* 2; sunt *deest* 3. u) *post in loco vacuo rel. suppl.* 1. v) interdum 3. w) forte *post* 55 *corr.* ferre 1. x) et c. *des.* 3, *ubi* Sed qui hoc. y) imitare 2. z) m. ei 3. a) proficit 2. b) *post add.* 1. c) consilii 3. d) *deest* 1. d*) caelorum *Br.* e) ac d. *des.* 3, *ubi* est ord. f) *deest* 3. g) fuit *add.* 3. h) vel 1. i) reservari 2. k) profuturus 2. l) s. extra 1. m) victo quottid. 2. n) v. reservare 3. o) Euang. — Fixit igitur *des.* 3, *ubi* ponens spem.

igitur spem suam totam magis in tremendi examinatione iudicii quam in praesenti locupletatione thesaurorum et divitiarum mundi. Et ideo[a] tam facile pro amore Christi omnia (Luc. 11, 41.) largiri[b] potuit quae habebat, ex cuius ore et exemplo eadem didicerat quae[c] faciebat: *Quod superest [vobis[d]] date elemosinam; et ecce omnia munda sunt vobis.* Consideravit[e] eadem fide et caritate sanctos[f] patres in veteri Testamento a Deo donatos[g], eadem spe remunerationis sempiternae de elemosinarum operibus fructuosis et sollicitos[h] inventos et studiosos. Unde et in psalmo sanctus propheta pro beatitudinis testimonio huius operibus[i] devotionem (Ps. 40, 2.) posuit, dicens: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die malo[k] liberabit eum Dominus.* Sed et alius propheta de eodem opere sancto tam[l] laudabiliter canit et dicit: (Eccli. 3, 33.) *Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccatum.* Dominus quoque ipse pro* hoc opere in die tremendo sanctos suos gratia sua et benedictione sempiterna effert et (Matth. 25, 34.) extollit, dicens: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab* (ib. 35. 36.) *origine mundi[m].* Unde[n] hoc merebuntur, statim subsequendo manifestat, dicens: *Quia esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; nudus fui, et cooperuistis[o] me[p].* (ib. 40.) Et[q] quando ipsi haec fecerint[r] interrogantibus subinferendo non abscondit, dicens: *Quando haec uni ex minimis[s] meis fecistis, mihi fecistis.* Talia beatus Gregorius de utroque Testamento, in quibus doctissimus erat, intelligendo et penetrando praecepta, divinam[t] Scripturam (Iac. 1, 25.) legens vertit in opera, et non auditor obliviosus factus**, sed factor operis in lege Dei semper[m] erat. Eia, milites Christi, audite et intelligite et assumite exempla patris huius rectissima et praeclara, ut nobis etiam adhuc in corpore viventibus et intuentibus ac diligentibus ea inde crescat[u] gratia Dei, largiens[v] vulnerum nostrorum remedia, unde illi creverunt tantarum virtutum ornamenta!

14. Talibus successibus et vitae meritis beatus abbas meus et praeceptor Gregorius, dum semper in melius crescendo proficeret et prope iam ad septuaginta annorum aetatem[1] (c. 772.) tam carus Deo quam cunctis hominibus iustus[w] haberetur in omnibus, venit dies, in qua militem suum Dominus adhuc meliorando subvehere vellet ad sublimiora et remunerationis ei praemia largiri, quae meritis eius[x] debebantur et operibus fructuosis. Tactus[y] est ea molestia corporali in sinistro latere, quam paralisim medici vocant; et crescente eadem molestia et ingravescente per dies singulos, secundum Scripturae testimonium flagellavit (Hebr. 12, 6.) Deus filium suum in hac peregrinatione, quem[z] e vicino erat recepturus ad patriam caelestium mansionum. Tribus enim annis ante obitum suum[a] arreptus est illa infirmitate. Sed erat languor talis, ut primo[b] et ire potuisset vel manu deduci[c] ad profectum proprium et subditorum suorum et[d] loqui quae ad aedificationem pertinebant. Quod et[e] utique agere non est oblitus, sed, sicut semper solebat, tradere non destitit[f] auditoribus suis libros divinae legis et monita salutis aeternae. Nam et condiscipulis[g] melioribusque meis in eadem molestia plures tradidit libros et mihi modico Liudgero[h] librum beati Augustini tradidit, quem Encheridion[i], id est manualem[k], ipse nuncupavit[l].

15. Haec ita agendo beatus homo Gregorius et[e] a profectu spiritalium successionum[m] in ipsa aegritudine sua numquam desinendo auxit per singulos dies sana[n] mentis sapientia, licet imbecilli corpore, quod sibi suisque ad ingressum regni caelestis et gaudium proficeret sempiternum. Tertio tandem anno inchoatae aegritudinis, quasi auri more, quod per ignem

*) ipse in euangelio pro quanta gratia superni muneris hoc opus habuerit, electis suis invitatis et venientibus ad celestia regna in die tr. dum eos dono gratie sue et bened. *etc.* 2.
**) sicut apostolus dixit *add.* 2.

a) ideoque 3. b) largire 2. c) sicut dicebat Q. 2. d) *deest* 1. e) Et quoniam 2. f) sancti 2. g) donati sunt 2. h) solliciti sunt inventi et studiosi 2; fr. semper fuisse soll. 3, *ubi* i. et st. *des.* i) operis 3. k) mala 3. l) *deest* 3. m) *deest* 2. n) Unde — dicens *des.* 3; Et u. 2. o) oper. 3. p) et cet. *add.* 2. 3. q) Et — mihi fecistis *des.* 3. r) fecerunt 2. s) minis, *in marg. corr.* minimis 1. t) et d. 3. u) crescant 2. v) largiente 2. w) iustis 1; hom. perveniret, adfuit dies 3; hom. pervenisset, affuit dies *B.* x) illius 1. y) itaque *add.* 3. — est *deest* 1; T. est itaque *B.* z) qua 1. a) *deest* 2. b) ut inprimis et ambulare posset 3; ut inprimis deambulare posset *B.* c) deductus 2. d) *deest* 1; semper pene *add.* 2. e) *deest* 3. f) desistit 2. g) condiscipulos *post corr.* condiscipulis 1. h) Ludg. 3; Liutg. *B*; *deest* 2. i) *ita* 1. *B*; enchir. 2. 3. k) *ita* 1. 2. *B*; manuale 3. l) nuntiavit 1. m) successione 2. n) sanae 3.

1) Cum Gregorius a. 722. annos 14 vel 15 natus esset, ut supra c. 2. dictum est, non ante a. 707. natus est. Cum paralysi tactus est tribus annis ante obitum suum — a. 772, si annus emortualis eius est 775 (v. infra) —, fuit 65 annorum. Cf. Rettberg II, p. 533 sq.

transiit, purificatus[a] corporis dolore et fatigatione ad id pervenit, ut, ubicumque opus[b] erat, inter discipulorum manus portari debuisset[c]. Et nec tunc quidem vir venerabilis ab opere Dei umquam[d] cessavit, sed aut libros[e] divinos legere[f] coram se, aut pro eadem sanctae[g] mentis suae excitatione[h] ad caelestia psalmos cantare assidue fecit; sicque ad extrema per- 5 ducto[i] imbecilla membra corporis, quae iam tunc lecto semper sustentare necesse erat, candida facta sunt ac nitida, ut[k] ad instar lactis vel[l] lanae albae foris[m] innotescerent videntibus, in quanta mundicia spiritus intus haberetur coram oculis Dei[n]. Tunc coeperunt conqueri et contristari qui ibidem affuerunt utriusque sexus necessarii amici tam de eius transitu citius imminente quamque[o] de tardatione electi filii eius[b] Albrici[p. 1], in quo totius 10 domus spes magna incubuit; qui tunc temporis in Italia erat regali servitio occupatus[2], et nemini notum, quando venturus[q] esset. Haec audiens pater Deo dilectus Gregorius, coepit eos[r] monitis consolari et condoleri[s] merentibus, de se ipso securus et de filio sollicitus[t], sicut frequenter et[u] sanus corpore ante solebat inter communia colloquia, ita[v] et nunc propheticum aliquid proferre ac dicere[w]: 'Nolite timere! Non transibo', inquit, 'antequam ipse 15 veniat'. Quod quam veraciter spiritu praenosceret, rei probavit eventus. Nam triduo vel 775? quatriduo ante transitum eius[x] venit diu optatus et electus filius eius[b] Albricus inopinate, cunctis nescientibus, excepto patre spiritali, qui eius adventum longe ante praedixerat[y]. Tunc continuos tres[z] dies illos aut quatuor in communi utilitate et[a] in totius familiae salubri negocio dum[a] ducerent, sano sensu quaecumque desiderabant invicem conferentes, venit ei[b] 20 dies extremus mortalitatis huius, ad ingressum regni et perpetuae salutis[c] praedestinatus Circumsteterunt eum discipuli[d], desiderantes adhuc quamvis infirmum patrem diutius secum habere, et de eo[b] optando[e] dicere ad invicem: 'Non moritur hodie, non moritur hodie'. Ipse vero, viribus assumptis[f], quibus valuit: 'Hodie', inquit, 'volo licentiam habere'. Et his dictis, iussit se[g] ante oratorium sancti Salvatoris[3] a discipulis portari et ostium aperiri. Ibique 25 oratione facta et communione sacri corporis et sanguinis Domini suscepta[h], aspiciens ad altare, mente caelestibus[i] intentus, migravit[k. *] ad Dominum[4], cui tanto tempore sincera mente servivit, praestante[l] eodem domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

*) 14. Kal. Ianuarii[5] perrexit ad D. *B.*

30 a) corp. fat. purgatus ad 3. *B.* b) *deest* 1. c) et subvehi *add.* 2; portare necesse esset 3; portaretur *B.* d) numq. 2. e) d. l. 3. f) elegere 2. g) sene 2; *deest* 3. h) exercit. 3. i) perducta 2. — imbecillia 2. *B.* k) *deest h. l.* 3. *B.* l) et 2. m) ut innotesceret 3. *B.* n) Domini 2. o) quam 3. *B.* p) Alberici *h. l.* 1. q) veniret 2; e. v. 3. *B.* r) eos — et *des. h. l.* 3. *B.* s) *sic* 1. 2; condolere 3. *B.* t) et consolatus eos coepit *add.* 3. u) *deest* 3. v) i. et n. *des.* 3. w) cepit *add.* 2. x) *deest* 2. y) praedixit 3. z) i. tr. d. 3. a) n. deducentes ac sanu 2. 35 b) *deest* 1. c) saluti 3. d) eius *add.* 3. e) *deest* 2. f) absumptis 2. g) a. or. s. S. se 2. h) accepta 3. *B.* i) coelesti 1. k) ad D. perrexit 3. l) *reliqua des.* 2, *folio* 86'. *desinente.*

1) Fuit nepos Gregorii; cf. Altfridi Vit. Liudgeri I, c. 15. 2) Eum in expeditione Karoli M. a. 773—774, qua regnum Langobardorum occupatum est, vel in 40 ea a. 776. contra Langobardos rebellantes fuisse, facile coniiciendum est. Ex utraque mensibus Iul.—Aug. rex ex Italia rediit; et Albricus circa Aug. 22. Traiectum advenisse mox dicitur. 3) Cf. de hac ecclesia a Willibrordo aedificata Rettberg II, p. 541. 45 4) Gregorius obiit ante a. 777, Iun. 10, quo die Karoli M. diploma (Reg. Imp. I, nr. 206) datum est, in quo iam Albricus *presbyter atque electus rector* basilicae S. Martini dicitur. Nescio num recte annus emortualis eius indicatus sit in fragmento catalogi 50 episcoporum Traiectensium, quod affert Arn. Buchelius ex libro S. Salvatoris Traiect. in notis ad Will. Hedam p. 46:

Gregorius, qui obiit 8. *Kal. Septemb. anno* 775, *sedit annis* 20 *solus.*
Albericus 10.
Theodardus sex.
Harmacarus 13.

Quocum bene convenit, quod Altfridus V. Liudg. I, c. 15. Gregorii obitum continuo post Liafwini mortem et incursionem Saxonum, anni 774. ut videtur, narrat. Falso Chron. de Traiecto, Matthaeus, Vet. aevi Analecta V, p. 315: *obiit* 8. *Kal. Septemb. . . . a. D.* 784. 5) Omnes Traiectenses indicant 8. Kal. Septemb. diem mortis eius.

VITAE WILLIBALDI ET WYNNEBALDI AUCTORE SANCTIMONIALI HEIDENHEIMENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Vitas Willibaldi et Wynnebaldi[1] *fratrum composuit monialis quaedam monasterii Heidenheimensis*[2] *(dioeceseos Eichstetensis), a Wynnebaldo a. 751. circiter constructi, gente Anglosaxonica*[3], *cognata dictorum fratrum*[4], *quae igitur orta videtur esse ex illorum patria, e provincia Westsaxonia, ex regione Wintoniae vicina*[5]. *Haec post obitum Wynnebaldi abbatis Heidenheimensis a. 761, Dec. 19. defuncti, patria relicta, in Germaniam venit*[6] *et in monasterio Heidenheimensi*

1) Haec sola nominis forma in antiquissimo codice Vitarum invenitur, in recentioribus codicibus demum et apud posteriores scriptores: *Wunnebaldus, Wunebaldus, Wnnebaldus, Wunnibaldus, Wunneboldus, Wunnibolt.* 2) V. Willib. prol.: *ego feminea fragilique sexus inbecillitate corruptibilia*; ib. c. 6: *ex illius ore dictata perscripsimus in monasterio Heidanheim*, et ex capitibus 10—12. Vitae Wynnebaldi, ubi elevationem et miracula eius in coenobio Heidenheimensi sepulti describit, apparet, eam in hoc monasterio collegio monialium ascriptam fuisse. 3) V. Willib. prol.: *ego indigna Saxonica de gente.* 4) Ib.: *Sed qui me, indignam tamen, de illorum genealogii stirpe aliunde propagatam, forte de extremis ramorum cauliculis, me fore noveram;* longinqua cognatione igitur eos contigisse videtur. Falso ex hoc loco complures medii aevi scriptores concluserunt, auctorem Vitarum esse Waldburgam, sororem fratrum, ut Anon. Haser. c. 3, SS. VII, p. 255: *Vitam autem ipsius (Willibaldi) et fratris eius, sancti scilicet Wunebaldi, soror eorum sanctissima Walpurgis, simpliciter quidem, sed pleniter et veracissime composuit.* Et Medibardus in Rhythmis de S. Waldburga, ap. Gretser, Philippi episc. Eystettensis de divis eiusdem ecclesiae tutelaribus p. 308:

Superstes utrique fratri
Utriusque breviter,
Sed veraciter conscripsit
Vitam insignissimam.

Item Adalbertus abbas Heidenheimensis in Relatione de Heidenheimensi monasterio restaurato, ap. Gretser l. l. p. 320: *Quicumque ergo genus et vitam sancti Willibaldi et sancti Wunebaldi voluerit agnoscere, ex scriptis sanctae Walpurgis virginis, quae germana soror eorum erat, poterit ediscere*, et idem similiter p. 318. 321 sq. 329. 331 sq., qui vero etiam sub nomine Walpurgis laudat quod nonnisi in tertia Vita Willibaldi, de qua infra dicemus, legitur. Item Philippus episc. Eichstet., ap. Gretser p. 11. Sed monialis ipsa bis (V. Wynneb. c. 10. 12) de Waldburga, etiamsi nomine non indicato, loquitur, ut appareat, opinionem illam nulla sana ratione niti. — H. Hahn, 'Die Reise des h. Willibald nach Palaestina. Progr. d. Louisenstädt. Realschule', Berlin 1856, 4°, p. 10, n. 37. suspicatur, quandam avunculi Wynnebaldi filiam, quam in monasterio Heidenheimensi miraculose sanatam esse V. Wynneb. c. 10. relatum est, forte ipsam Vitas has composuisse; cui assentiri noluerim. 5) Fratres in hac regione natos esse, ex V. Willib. c. 2. 3. elucet. 6) V. Wynneb. c. 10, obitu et sepultura Wynnebaldi narratis, scripsit: *Conpertum atque conscriptum . . . . quod a sorore eius et ab aliis venerandis viris . . . . relatione didiceram. Istas quas nunc capitulemus atque disputaremus oculis nostris vidimus et alia in nostris temporibus facta reperimus mirabilia.* Post quae statim narrat quae septem diebus post Wynnebaldi mortem gesta sunt; quae vero iam ipsi visa esse, nullo aperto argumento indicat, nec probabile videtur. Etiam sequens miraculum de filia avunculi Wynnebaldi perpetratum num viderit, dubitaverim. Immo putaverim, eam haud paullo post Wynnebaldi obitum Heidenheim advenisse, quippe quae dicat V. Willib. prol.: *Ego . . . . Saxonica de gente istic venientium*

sub Waldburga, sorore Wynnebaldi, quae post fratrem mortuum regimen coenobii susceperat, vitam coenobialem duxit. Et primo Vitam Willibaldi episcopi Eichstetensis, ipso etiamtunc vivente, extrema vero senectute iam affecto[1], *paullo postea*[2] *Wynnebaldi, fratris eius, Vitam conscripsit. Atque in hac c.* 10. *de ecclesia Heidenheimensi a.* 778, *Sept.* 24. *a Willibaldo episcopo dedicata retulit, itaque Wynnebaldi Vitam post hunc diem, vivo vero Willibaldo*[3], *composuit.*

Vita Willibaldi perpauca continet praeter descriptionem itinerum, quae ille ex Anglia proficiscens Romam et inde in Terram Sanctam et inde post septennium redux in Italiam, denique post decennium inde in Germaniam fecit usque ad a. 741, *Oct., quo episcopus Eichstetensis consecratus est. Et hoc totum 'hodoeporicon'*[4], *immo omnia, ut putandum est, quae de eo relata sunt, praeter breve caput extremum, ubi laudes eius praedicantur, moniali ipse episcopus narravit die* 23. *Iunii anni* 778[5], *ut opinor. Neque dubitari potest, quin monialis quae ille narravit statim stilo exceperit vel saltem multa ab illo dictata notaverit*[6], *quod et ipsa disertis verbis profitetur*[7], *et uno loco confirmatur, ubi prima persona verbi usa retulit quae Willibaldo accidere*[8]. *Habemus igitur Willibaldi ipsius relationem de itineribus suis, ieiunam quidem nimis*[9] *et*

novissima; advenit ergo aut cum illa filia avunculi aut post eam; et hanc aliquanto tempore post Wynnebaldi mortem Heidenheim venisse, monialis nostra diserte indicat. Quapropter probare non possum et nimis contra ipsius monialis dicta pugnare videtur quod Hahn p. 10, n. 37. statuit, eam Wynnebaldum morientem vidisse, ante eius mortem igitur advenisse.

1) V. Willib. c. 1: *huius itaque vitae exordium et inante iuventutis medietatem ast illius usque ad senectutem processum et actenus usque decrepitatis etatem intimando;* cf. ibid. c. 6: *et cum paucis adhuc ibidem operariis* etc.

2) V. Wynneb. c. 1: *Et qui nuper aliqua glomerando de gestis venerandi viri Willibaldi episcopo conposuimus, nunc ad aliis fratris sui gloriosis vitae conloquiis . . . . gradiamus.* Quibus verbis certissime probatur, monialem utramque Vitam composuisse, id quod indole, sermone, stilo ultra omnem dubitationem confirmatur.

3) Eum alloquitur c. 12. Etiam Bonifatium et Wynnebaldum iam defunctos saepe sanctos, nunquam vero Willibaldum sanctum appellat. — Willibaldus non ante a. 786. obiit; cf. chartam, Dronke, Cod. dipl. Fuld. p. 52, nr. 86; M. Lefflad, 'Regesten der Bischöfe von Eichstätt' ('Progr. d. bischöfl. Lyceums', Eichstätt 1871, 4) I, p. 2.

4) Hoc nomine inscripsit Vitam Willibaldi primus editor Canisius, quem nonnulli posteriorum editorum secuti sunt. Sed ipsa monialis libellum suum aut Vitae aut Gestorum nomine designat, ut V. Willib. prol.: *de tantis talisque virorum beatudinibus venerabileque vitae eorum . . . . . aliquid memoriae dignum lectoris legendi manibus inponere me libet;* cf. verba n. 1. 2. laudata.

5) V. Willib. prol.: *sicut illo ipso vidente et nobis referente de ori sui dictatione audire et nihilominus scribere destinavimus, duobus diaconibus testibus mecumque audientibus,* 9. *Kal. Iulii, pridie ante solstitia, Martii die.* Martius dies incidit in 23. Iun. post obitum Wynnebaldi et vivo Willibaldo (v. supra p. 80, n. 6. et n. 3) annis 767. 772. 778. Cum, ut diximus, Vita Wynnebaldi post a. 778, Sept., Vita Willibaldi paullo antea conscripta sit, statuamus oportet, monialem Willibaldi narrationem a. 778. audivisse. Huius enim Vitam perbrevi tempore ante alteram conscriptam esse, probatur et verbis supra n. 2. et in praecedente nota citatis, ex quibus apparet, monialem iam tunc cum Willibaldi gesta scriberet sibi proposuisse, ut vitam alterius fratris adderet, ut Hahn l. l. p. 5, n. 24. bene monet. Eam vero post sex aut plures annos demum a Willibaldo audita conscripsisse, nullo modo credendum est. Audivit ergo monialis narrationem episcopi a. 778, Iun. 23. et eodem anno Vitam eius composuit. In omnibus editionibus vox *Martii* omissa est, quare annus antea statui nequivit.

6) Ut Hahn p. 5; Tobler, Descriptiones Terrae Sanctae p. 283. statuerunt. Certe monialis tot nomina locorum et eorum ordinem et tot notitias temporis memoria retinere non potuit. Neque ipse Willibaldus post quinquaginta fere annos de itineribus tam accurate referre potuisset, nisi quasdam notitias itinerum olim conscriptas habuisset; Tobler l. l. p. 284. Monialis vero quae dictata exceperat cum Vitam componeret non immutata descripsit, saltem priora capita elegantiore sermone, quantum in ea erat, ornare conata est, cum nonnullis locis Willibaldi Vitam Bonifatii imitata sit. Bene ex diversitate sermonis capitum 1—3. et 4, illic tumidi, hic simplicis, concluserunt Hahn p. 5, n. 24; Iac. Brückl p. V. sqq., capite 4. relationem Willibaldi paullo mutatam exhiberi.

7) C. 6: *illa nunc . . . . explanare intimareque conavimus, et non ab alio reperta nisi ab ipso audita et ex illius ore dictata perscripsimus;* cf. n. 5 et c. 4: *Similiter et ipse dixit, quod* etc.

8) C. 4: *et pastores dabant nobis acrum lac bibere.*

9) Quod Suttner p. 4. et Brückl p. VIII. opinantur, Willibaldum ideo multa omisisse, quia iam ab Adamnano in libro de locis sanctis scripta erant, etiam quod Brückl p. 74. statuit, Willibaldum errores quosdam Arculfi corrigere voluisse, nulla sana ratione niti videntur. Multa vidit Willibaldus quae neque Arculfus vidit neque Adamnanus descripsit, neque tamen plura de his locis retulit.

tenuem, sed, licet erroribus non vacua sit, sive a moniali sive ab episcopo ipso memoria labante commissis, utpote qui haec quinquaginta annis postquam in Italiam e Terra Sancta reversus est scribi fecerit, summa tamen fide dignam.

Wynnebaldi gesta, quem monialis vivum non vidit, a Waldburga, sorore eius, abbatissa Heidenheimensi, a clericis familiaribus et discipulis eius narrata comperit[1]. *In qua quidem magis quam in Vita alterius fratris piis contemplationibus indulsit, virtutes sancti et laudes multis verbis praedicavit, nonnulla quae iam in Vita Willibaldi scripserat repetivit, sed etiam non pauca notatu et fide dignissima retulit. Quae post mortem Wynnebaldi in monasterio Heidenheimensi gesta sunt, miracula, elevationem eius a.* 777. *et dedicationem ecclesiae nuper constructae a.* 778. *ipsi visa narravit*[2]. *Itaque iudicium Anonymi Haserensis*[3], *dicentis monialem Vitas fratrum 'simpliciter quidem, sed pleniter et veracissime' conscripsisse, laudare ac comprobare possumus, si 'simplicissime' pro 'simpliciter' ponimus. Monialis enim sermone Latino quidem usa est, quin etiam nonnunquam pompam quandam et speciem dicendi tumidam et inflatam orationem adhibere conata est*[4], *sed ne rudimenta quidem linguae Latinae deposuerat, artis grammaticae neque elementa didicit, contra cuius prima praecepta verbo fere quoque peccavit. Voces permultas inauditas ac monstruosas usurpavit, alias, Graecas*[5] *praesertim, mutilavit vel corrupit, alias alienam vim habentes adhibuit. Verba saepe vix ullo modo, enunciata paene omnino non inter se coniuncta sunt*[6], *ut saepe sententiam nonnisi coniectura assequi possis*[7]. *Sane monialis illa ex Anglia orta, ubi tunc scientia litterarum aliquantulum viguit, etsi nobis grato animo veneranda, tamen simplicissima fuit ac parum docta, quae, quantum ex Vitis intelligi potest, praeter Sacram scripturam tantum Gregorii Magni librum regulae pastoralis et Willibaldi Vitam S. Bonifatii, quam nonnullis locis imitata esse videtur, legerat.*

Codices haud pauci exstant, sed inter hos tres tantum verba a moniali scripta immutata reddunt, reliqui omnes libellos secundum grammatices praecepta plus minus recensitos exhibent. Illorum vero duo tam optimae notae sunt, ut speremus fore, ut non modo verba, sed etiam singulas litteras a moniali scriptas restituere potuerimus. Omnibus et antiquitate et dignitate multo praestat

1) *Codex Monacensis Lat. nr.* 1086 *(Bav. 86; Frising. 190) membr., 4° min., olim ecclesiae cathedralis Frisingensis, ut f. 1. manu saec. XIII. indicatum est:* Iste liber est sancte Marie et sancti Corb[iniani] Frising. *Continet una manu saec. VIII. ex. vel IX. in. eleganter et accuratissime scriptas (cf. Tab. I) Vitas f. 1—44'. S. Bonifatii auctore Willibaldo*[8], *f. 44'—71'. Wynnebaldi,*

1) V. Wynneb. c. 10: *vitam b. Wynnebaldi . . . quod a sorore eius et ab aliis venerandis viris, quas illo per familiaritatem et amicitiam coniuncti fuerant, presertimque ab eis qui illo in discipulatu et ministerio subditi fuerant relatione dediceram.* 2) V. p. 80, n. 6. 3) V. p. 80, n. 4. 4) Bene Brückl p. XII sq. monet, monialem multas voces eadem littera incipientes cumulasse, ut quam vocant allitterationem efficeret. 5) *chauma* et *caumatio* (καῦμα), *cosmus, cata* (κατά), *sophirus* etc. 6) Saepissime coniuncta sunt enunciata voce *Cumque*, quod ne ubique *Et cum* intelligas cave, potius plerumque positum videtur pro *Tumque, Tum.* 7) Terminationes vocum saepe omnino negligendae sunt, ut vera sententia intelligatur. 8) Hoc codice Ph. Jaffé in edenda Vita S. Bonifatii usus est, Bibl. III, p. 425. Ne quis opinetur, in Vitis Willibaldi et Wynnebaldi sermonem Latinum demum a scriba huius codicis tam corruptum esse, legat Vitam Bonifatii ab eodem scriba exaratum, ubi sermonem multo emendatiorem inveniet, licet minus emendatum quam Jaffei editionem; qui — haud bene ut mihi videtur — non paucas lectiones codicis Frisingensis grammaticen offendentes ex duobus aliis codicibus, quorum tamen alter multo minoris, alter nullius pretii est, emendavit. Sermonem tam mendosum quem codices 1. 2 praebent ab ipsa moniali scriptum esse, ex eo etiam elucet, quod eadem menda, eaedem voces monstruosae saepius in utraque Vita occurrunt. Denique cum monialis periodos recte construere nequiverit, quas a librariis ita corruptas esse nemo contendet, nec mirum est, flexiones et genera verborum eam male scivisse.

f. 71′—102′.[1] *Willibaldi. Scriba has Vitas bene exaratas cum exemplari quo usus est accuratissime contulit et menda quaedam alio atramento sustulit, itaque haud dubie exemplar illud quam optime reddidit. Codicem iam olim a V. Cl. W. Arndt exscriptum, iterum ipse quam accuratissime potui contuli.*

1[a]) *Codex bibl. Romanae Vallicellanae C 73[a], membr. 8[0], continet compluribus manibus saec. X. scriptas easdem Vitas ac codex 1, videlicet f. 1—49′. Bonifatii, f. 49′—75′. Wynnebaldi, f. 76—82′. fragmentum Vitae Willibaldi, cuius initium compluribus foliis excisis perditum est et finis deest, labore media in pagina 82′. a scriba abrupto. Quem nuper Romae collatum apographum codicis 1 esse intellexi*[2].

2) *Codex Monacensis Lat. nr. 4585 (Bened. 85)*[3], *membr., fol. min., cui inscriptum est:* Passionale Sanctorum Ms. P, *nunc 169 folia continet, quae vero olim fuerunt duorum codicum, iam perantiquo tempore coniunctorum. Pars prior una manu saec. IX—X. in. exarata continet quatuordecim Vitas sanctorum, quarum postremae sunt f. 93′—106′. Vita Wynnebaldi, f. 107—114′. S. Willibaldi*[4], *sed hae permultis foliis excisis nimis sunt mutilatae. Quod sane dolendum est, cum librarius accuratissime exemplar suum descripserit, nusquam mendosum sermonem illius correxerit, etiam nonnunquam, ubi fortuito vocem iuxta grammatices praecepta emendatam scripserat, statim mendosam formam illius restituerit*[5]. *Atque hic liber tantopere cum codice 1 convenit*[6], *non modo vocum formas, sed etiam litteras easdem exhibens, ut sane multa sint quae suadeant, eum illius esse apographum. Et licet perpauca aperta menda codicis 1 in 2 non inveniantur, nescio num statui possit, utrumque codicem ex eodem exemplari fluxisse*[7], *quod uterque optime, melius vero librarius 1 expresserit. Codicem 2 ipse exscripsi et lectiones varias eius omnes annotavi, praeter quod hic monuisse sufficiat, saepissime ę vel* ae *scriptum esse, ubi 1* e *praebet.*

3) *Codex Carlsruhanus nr. 84 (69. VII. 18), membr., fol., saec. XI. in., olim Augiae divitis, continet inter multas alias Vitas sanctorum*[8] *f. 48—59. Vitam Wynnebaldi, f. 59—71′. Willibaldi. Haec satis bene ex bono exemplari descripta est, haud raro antiquis formis vocum mendosis servatis, saepius vero correctis. Vitae Wynnebaldi vero sermo plerumque mutatus, immo nonnusquam penitus in novam formam redactus est. Permulta utriusque Vitae humore confecta legi iam nequeunt. Mediantibus aliis apographis hic codex, quem ante multos annos V. I. Waitz evolvit, ex 1 vel 2 manasse videtur ideoque vix ullo loco ad veram lectionem stabiliendam effecit.*

1) Codex 103 folia continet, sed duo folia eodem numero 28 signata sunt. — Scriba semper fere ę pro *ae* (in Vitis Willib. et Wynneb. bis tantum *ae*, et hoc semel in voce *aes*), ubique vero *oe* scripsit. Sed saepissime vocalem simplicem *e* pro diphthongo posuit. 2) A. 1592. liber fuit Iohannis Georgii a Werdenstein, cuius arma tegumento agglutinata sunt. Cf. 'Arch.' XII, p. 423; 'N. Arch.' VIII, p. 303. 3) F. 119′. manu saec. XIV—XV. notatum est: *Iste liber est sancti Benedicti in Pǻurn.* 4) Priori parti postea subiuncta est f. 115—119. Vita S. Kiliani manu saec. X. exarata. F. 119′. valde detritum est, unde apparet, hanc paginam olim fuisse postremam prioris codicis. In qua manu saec. X. hi versus scripti sunt:

Pro cunctis sane rogita, martir Kiliane,
Qui contempsisti mundum pro nomine Christi,
Gaudens in caelis cum quo per secula degis,
Necnon Totnanus socii simul et Colonatus.

Praeterea quaedam (2½ lineae) notis Tironianis scripta sunt, supra quae alia manu notata: *Engilpreht. Vaftrat. Ræginhart. Deotlehc. Gundpreht. Ricili:. Reginhelt. Sigipruc. Hiltifrid. Tuomprut. Wisunt. Perahart,* alia manu: *Viliiop. Rihmo̊t,* alia manu: *Rihhart. Ascrih. Ratenza. Adalscalc,* alia manu: *Gerpurc. Rihholt. — Uuirezepurgin.* Probabile igitur videtur, hanc priorem partem codicis Herbipoli scriptam esse. De altera parte codicis vide infra praef. ad Miracula S. Waldburgis. 5) Posterior manus quasdam plagulas percensuit, lectiones secundum artem grammaticam correctas superscribens, quas fere omnes neglegimus. 6) Etiam numeri quidam cuidam loco in margine appositi, nescio quid indicantes, in utroque codice inveniuntur. 7) Monendum est, Vitam Bonifatii codicis 1 non contineri in cod. 2. 8) Cf. 'Arch.' XI, p. 282 sq. 782 sq.

Reliqui omnes codices ex exemplari quodam — forte ex 2 derivato — fluxerunt, ubi utriusque Vitae sermo ex arte grammatica correctus, saepe temerarie verbis additis mutatus erat, etiamsi verba ipsa monialis plerumque servata sunt[1]. *Hi sunt*

4) Codex Monacensis *Lat. nr.* 14396 *(S. Emm. E* 19*), membr.,* 4°, *saec. XII. ex.—XIII. in.*[2], *ubi f.* 5—37. *Vitae fratrum exstant, quas V. Cl. W. Arndt contulit.*

4^{a}*) Codex* Parisiensis *Suppl. Lat. nr.* 165[3], *chart., fol., saec. XV. ex., olim monasterii Rebdorfensis*[4], *inter alia f.* 2—10. *solam Vitam Willibaldi praebet, quam ex hoc codice Henr. Canisius edidit, a V. I. Waitz ante plus quadraginta annos collatam.*

4^{a*}*) Codex* Eichstetensis *seminarii episcopalis nr.* 156, *chart.,* 4°, *saec. XVI. in., olim monasterii Rebdorfensis, solam Vitam Wynnebaldi continet. Cf. 'Arch.' IX, p.* 559 *sq.*[5]

4^{b}*) Codex* Eichstetensis *seminarii episcopalis nr.* 31, *chart.,* 4°, *saec. XV. ex.* per manus Leonhardi Pfoled *exaratus, olim monasterii Blanckstetten*[6]*; ubi Vitae fratrum ex codice* 4 *descriptae esse videntur, quarum lectiones ab editione Canisii variantes dedit Gretser l. l. p.* 570—589[7].

Editionem nostram ita instituimus, ut codicem 1 *ad litteram exprimeremus, perraro et caute emendaremus; lectiones varias cod.* 3 *in Vita Willibaldi pleniores, in Vita Wynnebaldi tantum initio attulimus, ut demonstraremus, quomodo hic sermo mutatus sit, codicum* 4. 4^{a} *lectiones initio Vitae Willibaldi plures, postea saltem graviores annotavimus, quia per tria paene saecula forma Vitarum, quam hi praebent, sola evulgata erat. Editiones omnino neglex
imus, cum, licet multae prodierint, nulla tamen iustis votis satisfecerit.*

Et primus Vitas edidit Henr. Canisius, Lect. antiq. IV, p. 475—513. 515—540, *ed. Basnage II, p.* 99—117. 123—134, *et quidem Vitam Willibaldi ex codice nunc Parisiensi* (4^{a})*, alterius fratris Vitam nescio ex quo codice. Editionem Canisii repetivit Surius, Vitae SS. prob.* 7. *Iul., Nov.; novam, non multo vero principi praestantem, paravit Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. III,* 2, *p.* 365—383. 176—190, *ex editione Canisii et lectionibus codicis* 4^{b} *a Gretsero notatis. Deinde solam Vitam Willibaldi ediderunt Sollerius, Acta SS. Iul. II, p.* 500—511, *iisdem subsidiis ac Mabillon usus; I. H. de Falckenstein, Codex dipl. antiquit. Nordgaviensium p.* 447—461, *qui textum Canisii repetivit, additis notis Gretseri; Suttner, Hodoeporicon S. Willibaldi ('Beilage zum Eichst. Pastoralblatt') Eichstätt* 1857, *praecedentibus tantum editionibus nisus; Titus Tobler, Descriptiones Terrae Sanctae (Leipzig* 1874*) p.* 1—55, *qui praeter codices nobis* 4. 4^{b} *etiam codicem* 1 *evolvit, sed eo recte uti nescivit*[8]*; Iac. Brückl, Hodoeporicon S. Willibaldi ('Progr. d. Kgl. Gymn. Eichstätt* 1880/81'*) editionem Tobleri cum perpaucis emendationibus et permultis mendis et suis et typographi et cum versione Germanica repetivit*[9].

Ad ea quae annotavi praecipue commentarii Sollerii, Hahnii, Tobleri (l. l.

1) Quaedam mire falsa Iac. Brückl p. XIII sq. de affinitate codicum protulit, vix quorum mentio fiat digna, refutatione certe indigna. 2) Cf. 'N. Arch.' IX, p. 559. 3) Cf. 'Arch.' XI, p. 282. 4) Canisius dicit, se Vitam ex codice Rebdorfensi edidisse. 5) Suspicarer quidem, Canisium hoc codice ad Vitam Wynnebaldi edendam usum esse, qui dicat, se hanc quoque Vitam ex codice Rebdorfensi excepisse, sed hic codex prius quam editio Canisiana desinit. 6) Cf. 'Arch.' IX, p. 560. 7) Exstat praeterea codex, de quo nihil nobis constat, qui vero haud dubie huc referendus est: Erlangensis nr. 230, mbr., saec. XIII. (cf. 'Arch.' VII, p. 111). 8) Ignarus sane, quo sermone saec. VIII. scriptores usi sint. 9) Partem versionis Germanicae iam antea dedit H. Hahn l. l. p. 17—25; Anglicam Th. Wright, 'Early Travels of Palestine' (London 1848) p. 13—22; Francogallicam E. Charton, 'Voyageurs anciens et modernes' (Paris 1855) II, p. 72—93.

p. 282—347*) mihi bono usui fuerunt; quae vero Iac. Brückl contra opiniones priorum explanatorum proposuit negligenda duximus.*

Vita Willibaldi a moniali conscripta sermone nimis barbaro posterioris temporis lectores iam eruditiores offendit neque argumento a solitis Vitis sanctorum nimis diverso eorum desideriis satisfacere potuit. Itaque, ut evenire solebat, posteriore tempore complures libelli de vita S. Willibaldi conscripti sunt.

Vita S. Willibaldi II. Et primo saec. IX. exeunte vel saec. X. brevis Vita[1] *composita est ab anonymo quodam clerico Eichstetensis ecclesiae*[2]*, ubi, itineribus Terrae Sanctae omissis, reliqua omnia quae monialis scripserat, nulla re addita, repetita, sed sermone elegantiore, immo tumido nimis turgidoque exornata sunt. Edidit eam ex codice Windbergensi*[3] *Canisius, Antiq. lect. IV,* 2, *p.* 695*; ed. Basnage III,* 1, *p.* 16. *Nos hanc lucubrationem nihil memoria dignum praebentem omisimus.*

Vita S. Willibaldi III. Deinde saec. XI. fere, ut coniecerim, anonymus quidam tertiam Vitam conscripsit, qui iam de Willibaldo nihil scivit praeter ea quae monialis narraverat[4]*. Eius igitur relationem elegantiore stilo reddidit, plerumque in brevius contraxit, nonnullis vero locis quaedam addidit, quae viros doctos non paucos seduxere, ut narrationi eius aliquid pretii attribuerent*[5]*. Sed haec additamenta nihili habenda sunt. Effinxit enim auctor temerarie, S. Willibaldum in Terra Sancta vidisse, quae ipse in Gregorii Turonensis libro de gloria martyrum vel quibuscumque aliis libris*[6] *de locis sanctis legerat. Alia paucissima ex Sacra Scriptura, Vita Wynnebaldi, Willibaldi Vita S. Bonifatii, Historia tripartita adiecit; reliqua omnia pure effinxit. Ubi a relatione monialis recedit, in gravissimos et ridiculos errores incidit*[7]*. Quare integrum*

1) Quae incipit: *Originem egregii confessoris Christi.* Mabillonio auctore, Acta SS. ord. S. Ben. III, 2, p. 365, quem posteriores omnes, ut Sollerius, Acta SS. Iul. II, p. 488, secuti sunt, hucusque credebatur, quam nos tertiam afferemus vitam ante hanc esse compositam; quae opinio nulla certa ratione fulcitur. Vita enim nobis secunda invenitur in duobus codicibus iam saec. X. exaratis, Monacensibus nr. 4605 (Bened. 105) et 19162 (Teg. 162), illa demum in codice saec. XII. exstat. Porro secunda Vita stilo turgido conscripta est, quali saec. IX. exeunte et X. scriptores utebantur; sermonem tertiae Vitae saec. XI. vel XII. attribuere maluerim. Denique in hac iam occurrit nomen patris fratrum sanctorum, quod sanctimonialis et auctor Vitae II. non retulerunt, hic vero certe non omisisset, si iam Vitam III. legisset.

2) Legitur enim c. 9: *Quis igitur peregrinorum unquam ad patronum nostrum* (Willibaldum) *veniens.* Canisius, nisus quadam notitia Trithemii, De viris ill. ord. S. Bened. cap. 187, hanc Vitam a Reginoldo episcopo Eichstetensi (a. 965—989) compositam esse statuit, cui Mabillon, alii assenserunt. Sed illa nota Trithemii non multum valet et nonnisi ex Anonymi Haserensis loco male intellecto orta videtur, qui scribit c. 12, SS. VII, p. 257: *Accepto autem episcopatu,* (Reginoldus) *summo studio summaque devotione historica de sancto Willibaldo carmina composuit totamque scientiae suae vim in his decorandis atque mirabiliter variandis excitavit.* Cuius cum reliqua scripta hoc loco enumerata sint, apparet, eum minime vitam prosaicam Willibaldi composuisse.

3) Nunc Monacensi nr. 22242 (Windb. 42), saec. XII. Sed nimis mendose, ut ex codice Tegernseensi collato cognovimus. Exstant praeter tres iam memoratos plures codices huius libelli: Vindobonensis nr. 748, saec. XII; codices legendarii magni Austriaci Sanctae Crucis nr. 13. saec. XII, Campililiorum saec. XIII, Mellicensis saec. XV ('Arch.' X, p. 649 sq. 652. VI, p. 185); Trevirensis nr. 1151, vol. III, saec. XIII; Pommersfeldensis nr. 2882, saec. XIV. Quae trium vitarum contineatur in codicibus Einsiedlensi nr. 248, saec. XII ('Arch.' VIII, p. 749) et Musei Britannici nr. 15105, saec. XV, ignoramus.

4) Quae incipit: *Praesul igitur Willebaldus angelicae castitatis instar.* Quibus ex verbis apparet, quondam prologum praecessisse. Quo perdito, de auctore iam nihil statui potest.

5) Quia in prioribus editionibus libelli monialis bis terve nonnulla verba exciderant quae recte in Vita III. legebantur, olim non sine aliqua causa aliquid pretii huic opusculo tribuebatur. Sed etiam Tobler, qui integrum opus monialis habebat, p. 348. Canisii ineptam coniecturam repetit, auctorem fuisse alterum diaconorum qui relationem Willibaldi praesentes audiverunt (v. supra p. 81, n. 5). Iam Sollerius l. l. p. 486. 488. bene de hoc opere vili iudicavit.

6) Forte quaedam ex Hieronymi libro de situ et nominibus locorum Hebraicorum et eius epist. nr. 108. sumsit.

7) Pro *Emesa* modo *Emmaus*, modo *Edessa* scripsit, itaque Willibaldi itinerarium conturbavit et monstruosum reddidit. Hallucinatur, hunc Beneventi, in civitate longe a mari sita, navem ascendisse, ut alia taceam. Corrupit nomina, ut *Sigilla* pro *Figila*.

hoc inutile opus repetere noluimus. Adnotavimus quidem eius additamenta vitae monialis, emendata a V. I. Waitz ante multos annos ex unico qui exstat codice Stuttgartensi membr., *saec. XII*[1], *ut demonstraremus ea nullius esse pretii. Integram edidit hanc Vitam ex codice Oxenhusano Canisius, Ant. lect. IV, 2, p.* 705—718, *repetierunt hanc editionem Mabillon l. l. p.* 383—390; *Sollerius l. l. p.* 512—517; *Basnage II, p.* 117—122; *Falckenstein l. l. p.* 462—468; *Tobler l. l. p.* 56—76[2].

Vita S. Willibaldi IV. Denique amplum opus de S. Willibaldo et fratre et sorore et patre eius condidit Philippus episcopus Eichstetensis (a. 1306—1322*), quod ineptis fabulis audacter atque mendaciter effictis contaminavit. Edidit Gretser l. l. p.* 1—147[3].

Libellum de vita S. Wynnebaldi post monialem composuit saec. X. Reginoldus episcopus Eichstetensis[4], *sed hoc opus perditum videtur*[5].

O. Holder-Egger.

VITA WILLIBALDI EPISCOPI EICHSTETENSIS.

INCIPIT[a] VITA GERMANUUM[b] WILLIBALDI ET[c] WYNNEBALDI AD OMNIBUS PRESBITERIS SEU[c*] DIACONIBUS ET OMNIBUS AECCLESIASTICI[d] REGIMINIS PROCERIBUS.

INCIPIT PROLOGUS[e].

Venerandis immoque in Christo carissimis omnibus sacerdotalis infule honore ditatis presbiteris preclareque indolis diaconibus et nihilominus abba[f] sive omnibus popularie condicionis proceribus, quos pastoralis cure privilegio pius procerum pontifex[6], alios agio ordine presbiteros, alios sobriae pudicitie eliganter[g] diaconos, alios cenobiali[h] militie monachos, alios sub discipulare[i] habitu sollertis[k] litterarum studiis inherendo, docendo, ad[l] meliora recti regiminis principatu erudiendo provexit, et ita ut egregius exercitorum[m] alumnus sua industria per diocesam[n] diligenter quodammodo ut natos proprios mulciendo[o], fovendo fovere solebat. Istis omnibus istic sub sacre legis moderamine manentibus[p] ego indigna Saxonica de gente[7] istic[q] venientium novissima et non solum annis, sed et[r] etiam moribus, et de illorum comparatione contribulum[s] meorum quasi omuncula, ego quidem vobis religiosis ac catholicis viris, caelestis bibliothicae[t] ministris, ob utilitate[u] memoriae pauca perstringendo paulatim de primordiale[v] vitae eius venerandi viri[w] Willibaldi prochemio[x] disputare decreveram. Sed tamen precipue ego feminea fragilique sexus inbecillitate corruptibilia[y], nulla prerogativa[z] sapientiae suffultus[a] aut magnarum virium industria elata, sed spontaneo[b] voluntatis meae violentia coacta, velut quadam ignara[c] parva de pectoris prudentia pauca decerpens et ex multis frondosum[d] frugiferumque arborum florum

a) *ita* 1. 1a. 2 *ante Vitam Wynnebaldi, quae in iis Vitae Willibaldi praecedit.* b) german:um, *primo* u *eraso* 2. c) *deest* 2, *ubi* Wgnebaldi. c*) prespit. diac. 1a. d) ecl. 1a; ecclesiasticis 2. e) *ita* 1. 3; *initium Vitae Willibaldi deest, quaternione amisso* 1a. 2; in vitam sancti confessoris atque pontificis Willibaldi patroni pariterque pastoris nostri *add.* 4a; Incipit prohemium de vita et itinere sancti Wilł *minio* 4. f) abbatibus 4. 4a.b. g) elegantes 4. 4a.b. h) c(o)enobialis 4. 4a.b; *de 3 hoc loco et saepe alibi non constat, quia multa verba evanuere, ut iam non legi possint.* i) discipulari 4. 4a.b. k) sol(l)ertibus 4. 4a.b. l) ad — erudiendo *eadem manu in marg. inferiore suppl.* 1. m) exercituum 4. 4a.b. n) diocesim 4. 4a.b. o) mulcendo 3. 4. 4a.b. p) monitibus *post corr.* manentibus 1. q) istinc 4a. r) *deest* 3. 4. 4a.b. s) contribulium 4. 4a.b. t) bibliothecę 3. 4. 4a.b. u) *ita* 1. 3; utilitatem 4. 4a.b. v) primordialis 4. 4a.b. w) *deest* 4. 4a.b. x) premio 4. 4a. y) corruptibilis 4. 4a.b. z) progativa 3. a) suffulta 4. 4a.b. b) spontanea 4a. c) ignari 4. 4a.b. d) frondosis frugiferisque (frugerisque 4a) arboribus 4. 4a.b.

1) Cf. 'Arch.' XI, p. 271. 2) Adelbertus abbas Heidenheimensis, qui quartus biographus S. Willibaldi enumerari solet, non eius vitam scripsit, sed relationi de monasterio Heidenheimensi renovato quaedam de sanctis fratribus praemisit. 3) Duo nobis codices innotuerunt Monacensis Lat. nr. 14396, saec. XIV, supra memoratus, et Pommersfeldensis nr. 2882, saec. XIV. 4) Anon. Haser. c. 12, l. l.: *Fecit etiam perpulcram de sancto Wunebaldo historiam.* Coniicimus ergo, Vitam Willibaldi II. supra dictam iam ante Reginoldum compositam esse, quia hanc non retractavit. 5) Quae in codice ab Hartmanno Schedel a. 1484—1489. scripto, Monacensi Lat. nr. 901. leguntur Vitae Wunebaldi et Wilibaldi et Richardi patris eorum breves sunt legendae posteriore tempore compositae. 6) Willibaldus. 7) In margine cod. 3 falso manu saec. XV. adnotatum: *Roswida monialis.*

varietate honustorum exiguo[a] qualibet arte saltim extremis in ramis vestrae memoriae coaptos[b] pauca excerpere, conpagare[c] edissereque me[d] libet. Et nunc reciproco sermone iterando dico, non propriae presumptionis primordio, non temeritatis audacia instanter fretus[e], hoc incipere nisi ut vix audeo. Sed qui[f. 1] nunc primum Dei gratia venerandique[g] viri tante visionis magnitudine vestraeque auctoritatis excellentia et nihilominus[h] bene valido vestre voluntatis auxilio atque consensu aliquatenus me credebam posse inpetrare, ut tanti operis celsitudinem tantaque miraculorum necnon[i] etiam virtutum signa, quas[k] Dominus pro humani generis salute se humiliando, discendendo[l] in humani corporis adsumptione[m], divinae roboratus potentiae privilegio, prestare atque perficere dignatus est in hoc mundo, suisque oculis venerandi viri Willibaldi[n] corporaliter cognita suisque plantis per omnia palpando penetrandoque visibiliter conparuere[o]: haec omnia intimando perstringimus. Et non solum signa, que nobis per euangelii gratiam certa demonstrantur, ille videbat, sed etiam ipsa terrarum loca, ubi Dominus noster nascendo patiendoque[p] ac resurgendo nobis apparuit, et nihilominus alia prodigiorum virtutumque vestigia, quas[k] Dominus in ista[q] orbe terrarum depromere[r] diffamareque dignatus est, ille perficax[s] nostrorum pedagogus[t] omnium omnia transmeando, fide robustus, fata[u] fortunatus, procaciter[v] peragrans, omnia visitando repperiebat atque videbat. Unde nunc certe, ut[v] ita dicam, mihi videtur esse proterum[w], quod ista omnia muta[x] tenacitatis silentio opilatis[y] labiis humana taceat lingua, quas[k] Dominus suo servo per proprii[z] corporis laborem per visionemque[p] oculorum ostendendo in nostris temporibus revelare dignatus est. Ista non apocriforum venia[a] erratica dissertione relata esse[b] cognoscamus[c], sed sicut illo[d] ipso vidente et nobis referente de ori[e] sui dictatione audire et nihilominus scribere destinavimus, duobus diaconibus testibus mecumque audientibus, 9. Kal. Iulii, pridie ante solstitia, Martii[d] die[2]. Istas[f] certe litterarum apices non ideo ego idiota disputare inchoo, quod de vestrae sagacitatis industria me aliquid defidere[g] aestimatis, seu quod bene non noverim ego multos vestrorum, quos dominus Deus nosterque antistes mihi prestantiores, non solum virili[h] sexui, sed[i] et etiam dignitate divinae condicionis ministerio preferre dignatus est, multo melius[k] divinae legis eruditione et nihilominus indagatione sollerti[l] cura procaciores disponere edissereque[m] posse[n]. Sed qui[o] me, indignam tamen, de illorum genealogii[p] stirpe aliunde[q] propagatam, forte de extremis ramorum cauliculis, me[d] fore noveram, de tantis talisque[r] virorum beatudinibus[s] venerabileque vitae eorum, non solum in actibus, sed[t] et in itineribus variis multifariisque miraculorum magnitudinibus perfecte proficiscentium[u] aliquid memoriae dignum lectoris legendi manibus inponere me libet. Quarum[v] alter summe sacerdotalis[w] infulae pastoralisque cure prerogativa prelatus, inclitus crucicolus[x], multorum[y] magne magister Willibaldus; et alter recte soliditatis iter arripiens, prava diregens[z], indirecta asperaque ferocia[a] politer planitans, spissa[b] pravorum gentilium proteraque[c] peccatorum spurcitias, non theside[d] tepiter[e. 3] titubante mente, sed felice[f] temeritatis audacia procaciter superneque sagacitatis zelo[g] rite roboratus, instante labore omnia exinanivit, qui sacerdotale[h] prelatus[i] infule pastoralique conputatus honore, abba[k] preclarusque

778? Iun. 23.

cf. Es. 40, 4. Luc. 3, 5.

a) exigua 4. 4[a.b]. b) coapta 4. 4[b]; apta 4[a]. c) conpaginare edisserereque 4. 4[a.b]. d) *superscr.* 1. e) freta inst. 4. 4[a.b]. f) *e corr.* 1; quia 3. 4. 4[a.b]. g) venerandęque 4. 4[a.b]. — v. tanti 4[a.b]. h) *deest* 4[b]. i) non *superscr.* 1. k) quę 4; que 4[a.b]. l) descendendo 4. 4[a]. m) assumpt. 3. n) Uuyllibald. 3 *saepius*; Billibald. 4[a] *fere ubique.* o) conparere 4. 4[a.b]. p) que *deest* 4. 4[a.b]. q) isto 4. 4[a.b]. r) promere 4. 4[a.b]. s) perspicax 4. 4[a.b]. t) omn. ped. 4[a]. u) facta, c *expuncto corr.* fata 1, *et ita* 3; fato 4. 4[a.b]. v) *superscr.* 1. w) *sic* 1. 3 *h. l. et mox*; proterum 4. 4[a.b]. x) muto 4. 4[a.b]. y) apilatis 3. z) proprio 3. a) nenia 4; non 4[a.b]. b) *ead. manu post suppl.* 1. c) cognoscimus 4. 4[a.b]. d) *deest* 4. 4[a.b]. e) decori 3; de oris 4. 4[a.b]. f) Istos 4. 4[a.b]. g) f *e corr.* 1; diffidere 4. 4[a.b]. — estimetis 4[a]. h) virilis sexus 4. 4[a.b]. i) dign. sed et *(deest* 4[a]*)* et. 4? 4[a.b]. k) magis 4. 4[a.b]. l) sollertis curę 4. 4[b]; sollertis ei pr. 4[a]. m) *ita* 1. 3 *saepius*; edisserereque 4. 4[a.b]. n) posso 3; *deest* 4. 4[a.b]. o) quia 4. 4[a.b]. p) genealogię 4. 4[a.b]. q) non al. 4[a]. r) talibusque 4. 4[a.b]. s) beatitud. 3. 4. 4[a.b]. — venerabilisque 4. 4[a.b]. t) sed et in itine *in loco raso* 1. u) proficiscentibus 4[a]. v) Quorum 4. 4[a.b]. w) sacerdotalisque 4. 4[a.b]. x) crucicola 4. 4[a.b]. y) *deest* 4. 4[a.b], *ubi* magnus. z) dirigens 4. 4[a.b]. a) et fer. polite 4. 4[a.b]. b) spissas 4. 4[a.b]. c) protervasque 4. 4[a.b]. d) deside 4. 4[a.b]. e) tepitus tit. 3; tepide titubanti 4. 4[a.b]. f) felici 4. 4[a]. g) telo 4. 4[a.b]. h) sacerdotali quoque prel. infula 4. 4[a.b]. i) *in marg. signis appositis suppl. ead. manu* ID̄ 1. k) abba 1; abbas erat 4. 4[a.b].

1) Saepissime monialis scribit *qui* pro *quia*, in codd. 1. 2 plerumque *q*, haud raro vero etiam litteris expressum. 2) Vivente Willibaldo post a. 761, post quem monialis se in Germaniam advenisse scribit (V. Wynneb. c. 10), dies 23. Iunii incidit in Martium diem a. 767. 772. 778, ex quibus hic praeferendus mihi videtur; cf. praef. p. 81, n. 5. 3) i. e. desidia tepide.

christicolus[a] Wynnebaldus[b]. Ista omnia, per albas camporum planities sulcato tramite nigra perarata pinne[c] vestigia, scripta vestra cara coram scientia presentata contra omnis[d] emulatorum vituperationes Dei gratia vestraque per omnia protectionis parma[e] et nihilominus placita[f] vestrae conmendamus perceptione[g], ut in omnibus laeti laudamus[h] nos liberantem, dona tribuentem Dominum.

INITIUM VITAE VENERANDI VIRI WILLIBALDI[i].

1. Primum igitur venerabilem summique Dei sacerdotis atque pontificis primordium viteque illius venerandi viri Willibaldi sublimitatem, qui sollerter sub sacre legis moderamine alma priorum exempla sanctorum militando, serviendo, mente et moribus sectando inherebat: huius itaque vitae exordium et inante iuventutis medietatem[k] ast[l] illius usque ad senectutem processum et actenus usque decrepitatis etatem intimando, gracilem opusculi huius coniecturam glomerando ordire decrevero ordinandoque texere.

Cum ille primum[m] in prochemio suae infantiae conabulis amabilis atque[n] dilectabilis blandisque nutrientium adolationibus presertimque parentum circa illum magna devotionis affectu diurnaque sollicitudinis providentia curam gerentium[o] confotus atque enutritus ad triennium usque pervenit[1], transactis itaque tunc tribus annorum curriculis, cumque[p] parvus ille seu dilicatus[q] fragili evo infantiali sexui[r] tenera corporis adhuc gerebat artus, subito evenit, ut illum triennium grave corporis opprimebat[s] egritudo, tantaque arreptus est corporis molestia, ut exigua membrorum stringebantur conpagia, et vix in eo permanens flatus vicinum minabat vitae exitum. Cumque istud cernebant pater et mater, editum suum egrotantem iamque[t] usque pene seminecem, timidi et[m] extasi novaque mentis mestitia valde retenti, angere[u] ceperunt, quod sobolem suum sibi genitum recente lue lassatum sitialeque[v] discrimine ex inproviso morte inretitum fore viderunt, et illum, quem prius de primordialis infantiae cunabulis ablactatum atque confotum usque ad triennium nutriebant illisque superstitem et heredem habere optabant, iam quasi[m] exanimem seu extinctum[w] glebaque coopertum dolere timebant. Sed omnipotens Deus, mundi fabricator, caeli terreque limator, servum suum infantem et adhuc inolevitum[x, 2] exilisque membrorum conpagibus tenerum hominibusque incertum[3] illum[m] de corporis ergastulo[y] adhuc edocere[z] nolebat, sed ut multis postea per orbem sua norma neophitis patula panderet vitae premia. Sed ad pristina nunc redeamus iterum prefati viri infantia. Cumque parentes eius magna mentis excessu suspensi et de incerta filii sui evasione ambiguos[a], summentes[b] filium suum, obtulerunt illum coram illam[c] dominicam sanctamque[d] crucem Salvatoris. Qui[e], sicut mos est Saxanice[f] gentis, quod in nonnullis[g] nobilium bonorumque hominum predibus[h] non aecclesia, sed sancte crucis signum Deo[i] dicatum cum magno honore almum in alto erectum ad commoda diurni[k] orationis sedulitate habere solent. Illic ponentes illum coram cruce, dominum Deum, omnium plasmatorem, illis consulare[l] sospemque suum servare natum suis virtutibus obnixe flagitabant. Sicque intentissimis illorum precibus se vicem reddere spopondebant Domino, ut, si pristina illius infanti restituta foret sanitas, extimplo[m] illum sub sacre ordinis primordio tonsuram accipere, sub cenobialis vitae disciplina[n], sub divine legis moderamine militando Christi famulatu subiecisse illum[o] promiserunt. Statimque postquam illi vota voverunt,*verba consummaverunt filiumque suum caeleste commendaverunt Rege militare, confestim gratas[p] postea a Domino petitionum consequebantur[q] effectum, pristinaque puero postea restituta est sanitas.

a) christicola 4. 4[a. b]. b) Wnnebaldus 4; Bunebaldus 4[a]. c) *deest* 4? 4[a. b]. d) oms 3; omnes 4. 4[a. b]. — emulorum 4[a]. e) arma 4[a]. f) placidę 4; placide 4[a. b]. g) perceptioni 4. 4[b]; percepcionis 4[a]. h) laudemus 4. 4[a. b]. i) *ita minio* 1; *rubra deest* 3. 4; Incipit vita eiusdem 4[a]. — *Abhinc formas verborum emendatas codicum* 4. 4[a. b] *aliaque temere correcta vel corrupta iam non annotabimus praeter quae alicuius momenti esse videntur.* k) mee ditatem 3. l) ad i. u. s. 4. 4[a. b]. m) *deest* 4. 4[a. b]. n) *deest* 3. — delect. 3. 4. 4[a. b]. o) gentium 3. p) cum 4. 4[a. b]. q) delicatus 3. 4. 4[a. b]. r) aetate 4. 4[a. b]. s) aggravaret 4. 4[a. b]. t) *post superscr.* 1. u) anxiari 4. 4[a. b]. v) sicialeque 3; *i. e.* exitialique *ut habent codd.* 4. 4[a. b]. w) extinctu 1. x) inoletum 3. 4. 4[a. b]. y) argastulo 3. z) *i. e.* educere, *ut habent codd.* 3. 4. 4[a. b]. a) essent ambigui 4. 4[a. b]. b) sumentes 3. 4. 4[a. b]. c) *deest* 3. d) que *deest* 3. e) quia sic 4. 4[a. b]. f) *sic* 1. 3; Saxon. 4. 4[a. b]. g) nullis 3. h) pedibus 1. 3; predium 4. 4[a. b]. i) domino 3. 4. 4[a. b]. k) diuturni 3; diurnę 4; diurne 4[a. b]. l) consolari 4. 4[a. b]. — sospitemque 3. 4. 4[a. b]. m) extemplo 3. 4. 4[a]. n) disciplino 1. o) *deest* 4. 4[a]. p) p. gr. 3; gratiam et preterea a D. 4. 4[a. b]. q) con *post superscr.* 1.

1) A. 700. Willibaldum natum esse, apparet infra c. 5, in fine. 2) Hoc participium etiam infra c. 3. usurpatum est, derivatum a verbo *inolesco*, positum pro *non adultus*. 3) Intellige: incognitum.

2. De pueritia Willibaldi[a].

Cumque inluster ille puer in[b] infantia ad quinquennium usque perveniens, ast in eo iam tunc spiritalis[c] germinabat sapientie virgultus. Oceo[d. 1] itaque parentes eius[d] votiva desideriorum implere properabant promissa[e] atque illum lustrum[f. 2] quantotius cum consultu amicorum carnaliumque propinquorum consilio ad sacre cenobialis vitae instrumenta preparare atque perficere festinabant. Confestimque illum venerando fidelissimoque viro Theodredo commendabant, sua[g] providentia eum ad cenobia[h] ducere omniaque prudenter de sua causa dispensare disponereque rogabant. Cumque perrexerunt et illum ducebant ad monasterium quae vocatur Waldheim[i. 3] venerandoque abba illius monasterii qui vocatur Egwald[k] offerebant, ast illum sui condicionis iure iuniorem seu oboediendo[l] discipulum suo subdiderunt imperio. Statimque illi abbas[m] monasterii secundum regularis vitae disciplina[n] sua claruerat ista congregatione, sicque, ut cum eorum consilio sive licentia hoc foret, ille flagitabat. Cui protinus omnis illa conventio[o] fratrum simul responsum seu licentiam[p] suaeque voluntatis arbitrio[q] omnia fore fas dicebant acceptumque illum oceo[r] inter cenobiale[s] vitae eorum consortio iungendo sociabant. (705.)

Post haec itaque cumque protinus puer iste pudicus seu perfectus[t] sacris litterarum studiis inbutus atque eruditus, sacras Davitici carminis paginas sollerte mentis intentione peragrans, sed et[e] etiam alios divinae legis agiosgraphiorum armariolas indagando sive legendo procaciter ille[d] sensu sophirus[4], mente moderatus indagabat, et tamen[u] non adhuc plurimorum etate annorum grandevus, sed, sicut divina semper supernae pietatis clementia agere solet, ut[d] secundum poeticam[v] prophetarum vaticinio[w] ex ore infantium ceu lactantium perficere sibi solet[x] laudem. (Ps 8,3) Deinde itaque cumque[d] in eo iam simul annorum aetas mentisque sagacitas[y] divinae dispensationis moderamine pululare ceperat, et multo magis in eo iam tunc[z] divina Spiritus sancti gratia quam corporis magnitudo creverat aut membrorum valitudo, totusque iam ille in Dei amore conversus, magna mentis diuturna[a] meditatione[b] tractando monasteriale moderationis instrumenta monachicalisque vitae monarchiam in abditu mentis quietudine[c] die noctuque sollicite volutabat, quomodo illorum se intercopularet[d] casta monachorum clientello[e], aut qualiter illorum faustis interfore possit familiaris vitae disciplinis. Cumque ista sedule intus[f] intra mentis volubilitate[g] volvans tractare cepit, qualiter ista[h] cogitatio depromeri[i] proferrique poterit in effectum, ut caduca cuncta cosmi istius contemnere sive derelinquere quearet[k] et non solum temporales terrenarum divitias, sed et patriam et parentes atque propinquos deserere peregrinationisque temptare telluram et ignotas externarum requirere[l] ruras. Cumque aliquanto temporum intercapidine transacto ille[m] iam infantiales eius oblectationis ludicras et pueritiales[n] incentivorum lascivias, inlecebrosas lubrice[o] etatis petulantias[p], per indefessam atque ineffabilem divinae dispensationis gratiam ad lanugine et pubertatis adolescentia perventus est, maximaque[q] in contubernio fratrum[r] per oboedientiam affectum, per mansuetudinem munificentiam in illum[s] provocabat, ita ut amore et honore inter omnes habebatur[t] illos, sicque diutius diurne sollicitudinis cura elucubris[u. 5], litterarum studiis inherendo die noctuque, eatenus vigore et rectitudinis rigore[v] mentem[w] edomaret et de die in die[x] ad meliora caelestis militie instrumenta proficeret[y].

a) *ita* 1. 3 (*ubi* Willibot). b) pueri inf. 1. 3. c) temporis 4. $4^{a.b}$. d) *deest* 4. $4^{a.b}$. e) *deest* 3. f) atque illustrem 4. $4^{a.b}$. g) suaque 4. $4^{a.b}$. h) cenubia *corr.* cenobia 1; cenobium 4. $4^{a.b}$. i) Waltheim 4. 4^{a}. *Vita III.* k) Egiwald 3; Egwalt 4. 4^{b}; Egbalt 4^{a}; venerandi abbatis Egiwaldi *Vita II;* sub venerando abbate Egilwaldo (Egilwardo *ed.*) *Vita III.* l) obed. *corr.* oboed. 1; obed. 3. m) abba 3. n) disciplinam declarabat ista suę congregationi 4. $4^{a.b}$. o) contentio 3. p) dabant *add.* 4. $4^{a.b}$. q) hęc *add.* 4. $4^{a.b}$. r) otius 4. $4^{a.b}$. s) *in marg. post corr.* buale 1. t) profectus 3. u) tm̄ 1. v) propheticum 4. 4^{a}. w) vatinio 3; vaticinium 4. $4^{a.b}$. x) dignatus est 4. $4^{a.b}$. y) sagatitas 3. z) tam 3. a) diurnaque 4. $4^{a.b}$. b) meditationis 3. c) quiete 4. $4^{a.b}$. d) copularet 4. $4^{a.b}$. e) clientelo 3; clientelę 4. $4^{a.b}$. f) *deest* 4. $4^{a.b}$. g) lub *e corr.* 1. h) hęc 4. $4^{a.b}$. i) *i. e.* depromi; depromereri 3; promereri potuisset effectum 4. $4^{a.b}$. k) *i. e.* quiret; potuisset 4. $4^{a.b}$. l) require *corr.* requirere 1. m) post illa infantialis 4. $4^{a.b}$. n) purentiales 3; pueriles 4. $4^{a.b}$. o) luxuriosę 4. $4^{a.b}$. p) peculantias 3. q) maxiaque 3; maximam 4. $4^{a.b}$. r) dilectionem *add.* 4. $4^{a.b}$. s) se 4. $4^{a.b}$. t) o. illos haberetur insignis 4. $4^{a.b}$. u) elugubris 3; c. et divinis litt. 4. $4^{a.b}$. v) ri *e corr. in loco raso* 1. w) mente 3. x) diem 3. 4. $4^{a.b}$. y) proficiet 3.

1) Ita persaepe scribit monialis pro *ocius* = *cito*. 2) Scriptum videtur pro *lustralem* = *quinquennem*, ut supra p. 88, l. 18, *triennium* pro *triennem*. 3) Bishop's Waltham, comitatus Hampshire, a Southampton versus orientem, recte coniecisse videtur Wright, Biogr. Britt. litter., 'Anglo-Saxon period' 1, p. 340. 4) Haec vox ter a moniali usurpata certe a σοφία efficta; v. Ducange-Henschel s. v. 5) Vox ducta a verbo *elucubrare* = assiduus, sedule operam dans.

3. De transitu Willibaldi ad Romam[a].

Postquam ille adolescens Christi vernaculus, sicut supra diximus, ignotas peregrinationis[b] vias probare volebat atque externas terminarum telluras adire speculareque[c] optabat atque[d] inmanissimas maris discriminare decreverat aequoras[e], statimque ille ista cordis sui clandestina, cunctis occulta, carnale suo revelavit patre[f,*], ast illum obnixis flagitabat precibus, ut votive suae voluntatis desiderio pergendi consilium[g] seu consensum preberet et[h] illo transire licentiam daret, et ille[i] secum pergeret pater eius, poscebat. Cumque illum ad tanti operis initio tantique vitae conversatione invitando a seculi voluptatibus, a mundi diliciis, a temporalis vitae falsis divitiarum prosperis suggerendo segregare volebat et illos opitulante Domino ad recte constitutionis formam et ad caelestis militiae tirocinio divinum inchoare servitium, propriamque deserere patriam et patulas secum peregrinationis perquirere ruras rogabat, et sic illum[k] primitus blandis oraculorum studiis alloquendo invitabat, ut comitatu filiorum eius[l,1] fungens[m] egregias adiret Petri apostolorum principis presagia[n]. Tunc ille ad primitus illo postulante petitum negaverat transitum excussando[o], ut coniugis et liberorum inolevitarum[p,2] parvitate et fragilitate illos orbare et alienis derelinquere[q] inhonestum et crudele esse respondit. Tunc ille belliger Christi miles iteratis[r] ortationum oraculis[s] magnisque precuum[t] perdurationibus totiens[r] per asperioras rigidioris vitae documenta metu et minis obiurgabat et totiens placidis[u] vitae aeternae sponsionibus amoenitate paradisi et amore Christi mulciendo illum instigabat. Et ita omnibus modis ortando, alloquendo ad suae voluntatis consensu animum provocare conatus est. Et[v] tum tandem omnipotentis Dei auxilio petentis et provocantis invalescebat voluntas, sic[w] ut ille, suus pater et frater Wynnebaldus[x] adoptatam et ortatam se inchoasse metam pollicebant[**].

*) *Vita III, c. 3:* Et ne solus ex suis Christi militiae ascriberetur, patrem nomine Richardum[3], genere et rebus clarum, adiit eique mundi contemptum et peregrinationem pro Christo suadere coepit.
**) *Vita III, c. 3:* Incenderat et idem felix ardor sancti Willebaldi fratrem Wunnebaldum, Heidenhemmensis cenobii constructorem et abbatem futurum, necnon et amborum sororem, virginum decus, Walpurgam multosque eiusdem non solum cognationis, sed et patriae, ut capto crucis vexillo nudi evolarent, secuturi Regem gloriae. *C.* 4. Anno in aestatem vernante, cum ventis patientibus prima fides arrideret pelago, sancti fratres Willebaldus et Wunnebaldus cum patre Richardo et sorore Walpurga[4] aliisque non paucis, in quorum pectoribus idem fervebat amor[y], navi conscensa, iter optatum arripiunt.

a) *ita* 1 *minio; des.* 3. 4. 4a. b. b) suę *add.* 4. 4a. b. c) specularetque obtabat 3; specularique optaret necnon imm. 4. 4a. b. d) necnon 4. 4a. b. e) ęquores 3; ęquora 4. 4a. b. f) patri rev. atque i. 4. 4a. b. g) consilio preb. cons. 4. 4a. b. h) ut et illi transeundi 4. 4a. b. i) ipse s. perg. attentius posc. 4. 4a. b. k) demum *add.* 4. 4a. b. l) *deest* 4. 4a. b. m) fugiens egregius 3; f. egregia 4. 4a. b. n) limina 4. 4a. b. o) excusando 3; excusandoque coni. 4. 4a. b. p) inoletivorum 4. 4a. q) derelinquere 3. 4. 4a. b. r) *deest* 3. s) miraculis 4. 4a. b. t) precum *semper* 3. 4. 4a. b. u) blandis 4. 4a. b. v) Sicque tandem 4. 4a. b. w) ita 4. 4a. b. x) Winnibaldus *h. l. et saepius* 3; sanctus Wuneb. (Buneb. 4a) 4. 4a. b. y) ardor *ed.*

1) scil. Willibaldi et Wynnebaldi. 2) Quorum duo tantum, Waldburgis et frater anonymus, V. Wynneb. c. 3. 4. occurrunt. Plures vero fuisse, apparet V. Wynneb. c. 3. 3) Num hoc nomen, etiam secundo Vitae Willibaldi auctori ignotum, a tertio scriptore vere relatum sit, optimo iure in dubium vocaverunt Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II, p. 352; Hahn, 'Die Reise des h. Willibald nach Palaestina'. Progr. Berol. 1856, p. 4, cum nomen Richardi apud Anglosaxones nusquam, persaepe vero postea apud Normannos inveniatur. Exstat quidem Vita S. Richardi, Acta SS. Febr. II, p. 79 sq., ex codice Bodecensi edita, sed haec certe non ante saec. XII. composita, nulla fide est digna, praeter ea quae ex Vita Willibaldi sumta praebet, ut ex hoc loco satis apparet: *In diebus illis fuit in Anglorum gente ex eiusdem sanctissimi Bonifacii stirpe nobilissima progenitus rex quidam* (Richardus), *dives ac praepotens et omni virtutum gloria pollens atque famosus, ... qui habens uxorem dignae nobilitatis et piissimae voluntatis* etc. Ubi tres tantum liberos habuisse et post mortem demum uxoris ex Anglia profectus esse dicitur; quae falsa esse, ex relatione monialis apparet. Patrem Willibaldi regem fuisse, scribit etiam Medibardus in Rhythmis de S. Walpurga, sorore Willibaldi, ap. Gretser, De divis tutelaribus p. 307, ita: *Quae cum esset regis nata;* qui vero nomen eius non prodidit. Iam vero Adelbertus abbas Heidenheimensis in historia renovationis monasterii sui, ap. Gretser l. l. p. 320: *Scribit enim, quod Richardus rex Anglorum pater eorum fuerit.* Quam fabulam Philippus episc. Eichstet. in Vita S. Willibaldi, ap. Gretser p. 11 sq., ineptioribus fabulis ampliavit. 4) Haec certe nondum a. 721. cum fratribus profecta est, licet idem Wolfhardus in Mirac. S. Waldb. I, 1. affirmare videatur, et Medibardus in Rhythmis de S. Walpurga, ap. Gretser l. l. p. 307, confirmaverit, cum monialis de ea tacuerit; sed eam demum post a. 728. in Germaniam transiisse conicere possis; cf. infra V. Wynneb. c. 3.

721? Post haec itaque cumque temporum intervallo et annorum vergente[a] curriculo estatis iam inmineret tempus[1], pater suus et frater celeps predistinatum et adoptatum inchoaverunt iter et congrua estatis tempore prumpti[b] ac parati, sumpturis secum vitaeque stipendiis, cum collegum cetu comitantes ad loca[c] venerunt destinata[d] que prisco dicitur vocabulo Hamel-ea-mutha[2], iuxta illa mercimonio que dicitur Ham-wih[e, 3]; et non multo[f] transacto temporis intercapidine et navigio parata, nautus ille cum classis suoque nauclerio, naulo inpenso[4], circio flante, ponte pollente, remigiis[g] crepitantis, classis clamantibus, celocem ascenderunt. Cumque, transmeatis maritimis fluctuum formidinibus periculosisque pelagii pressuris, vastum per aequorum[h] citato celocis cursu, prosperis ventis, velata nave, tuti aridam viderunt terram, et statim obantes de nave ascenderunt[i] et illic castraverunt[k] et tentoria fixerunt in ripa fluminis que nuncupatur Sigone[l, 5], iuxta urbe que vocatur Rotum[6]. Ibi[m] fuit mercimonia. Et illic aliquantos dierum curriculis requiescentes, iterum pergere ceperunt et multa sanctorum illic oratoria, que illis in commodu[n] fuerunt, orando petiverunt, et sic inante Gorthonicum[o, 7] gradatim ex parte peragrantes supervenerunt. Cumque pergentes venerunt ad urbe[p] que vocatur Luca*, Willibaldus[q] et Wynnebaldus[r] patrem eorum in comitatu iteneris[s] pariter cum illis ducebant. Statimque sic[t] subitaneo preventus est corporis infirmitate, ut[u] preteritis temporum intercapidinis prope iam instaret exitus sui dies. Et invalescente in eo egritudinis gravitate, fessa[v] ac frigida illius iam tabescebant corporis artus[w], et sic ultimum vitae suae exalabat spiritum. Statimque illi germani filii eius corpus patris eorum exanimem[x] paternae pietatis affectu percipientes, venuste[y] volverunt et terra tumaverunt[z, 8], et in urbe Luca ad Sanctum Pricianum[a, 9] ibi requiescit corpus patris eorum. Confestimque illi pergentes usque dum per vastam Italie telluram perniciter[b], per concava[c] vallium, per abrupta montium, per plana campestrium ad ardua[d] Alpium arces pedestrim[e] scandendo gressum dirigebant in altum. Cumque, lustratis Alpium cacuminis glacialique nivium nebulosa turbidine[10], almi Dei adminiculo sanctorumque[f] sustentaculo cum cunctis contribulum clientello[g] omnique collegum cetu[h] tuti toti tumida[i] militum evaserunt versutias, inlustraque extimplo adierunt limina egregiasque Petri apostolorum principis petiverunt presidia, inmensasque[k] ibidem omnipotenti Deo ac gratas referebant gratias, quod, magnis transmeatis mari discriminis variisque[l] peregrinationis

*) *Vita III, c. 4:* Luccam, Tusciae urbem, devenere.

a) vergen|| 3. b) prompti 3. 4. 4[a. b]. c) loci 3. d) distinata *corr.* dest. 3. e) Hamwich 4; Hambich 4[a]. f) multa post transacta 4. 4[a. b]. g) remigis 3; remis 4. 4[a. b]. h) ęquor 3. 4. 4[a. b]. i) descenderunt 4. 4[a. b]. k) *i. e.* castrametati sunt, *ut habent codd.* 4. 4[a. b]. l) Sigona 4. 4[a. b]. m) etiam *add.* 4. 4[a. b]. n) u *e corr.* 3; incommoda 4; ill. commoda 4[a]. o) Gorthonium 3. p) urbem 3. 4. 4[a]. q) Uuillibald. 1; sanctus W. *ubique ubi nomen sine alio adiectivo occurrit* 4. 4[a. b]. r) beatus Buneb. 4[a]. s) teneris 1; itineris 3. 4[a]. t) ibi 4. 4[a]. u) et 1. 3, *post corr.* ut 3. v) festa 1. 3. w) tabuerunt membra corp. 4. 4[a. b]. x) exanime 3. 4. 4[a]. y) venientes *in loco raso* 3. — involv. 4. 4[a]. z) tumulaverunt in 4. 4[a. b]. a) Priscianum 3; Frigdianum 4. 4[a. b]; in cimiterio sancti Presciani *Vita III.* b) pertinet 3. c) concavam 3. d) *post corr.* arduas 3, *et ita* 4. 4[a]. e) pedestrem 3. 4. 4[a]. f) que *deest* 3. g) clientela 3. 4. 4[a. b]. h) c. *et* toti *des.* 3; c. t. omnes 4. 4[a. b]. i) tumidi 3; timidas 4. 4[a]. k) inmensaque *corr.* inmensasque 1. — ibi 4. 4[a]. l) *incipit* 2, *f.* 107, *praecedente quaternione amisso, ubi manus posterior in sequentibus multa secundam regulas grammatices correxit, quae fere omnia neglexímus.*

1) Anno 721, non a. 720, ut Hahn p. 4, n. 10; Tobler p. 280. statuerunt, iter coeptum esse, mihi persuasum habeo; cf. infra p. 102, n. 10. 11. Inde ab a. 725. computatio nostra cum illis convenit. Eousque illi omnes res gestas uno anno prius quam nos collocant. 2) Id est ostia fluminis Hamelea, nam *mouth* Anglis os ostiumve significat. Nunc fluvius Hamble, portus Hamblehaven ab incolis vocatur. MAB. 3) Hic locus iam non existit. In comitatu Hampshire, haud procul a Southampton situs erat. 4) Similiter Willibaldus in Vita S. Bonif. c. 4, SS. II, p. 338, de Bonifatio: *consentienti nauclerio, adgressus est navem, nauloque inpenso, prospero ventorum flatu pervenit* etc. 5) Seine. 6) Rouen, ut iam intellexit auctor Vitae II, qui scripsit *Rotumacum.* 7) Mabillon coniecit Dertonam (Tortona) sub hoc nomine latere; quod levi sane ex errore aut Willibaldi aut monialis ortum esse (Cortona pro Tortona), probabile est. Alii ut Tobler p. 322. perperam certe de Cortona Tusciae cogitaverunt. 8) Hoc verbum quinquies a moniali usurpatum quasi compositum vel corruptum videtur ex *tumulare* et *humare.* 9) i. e. in ecclesia S. Frigidiani, ut codd. 4. 4[a. b] habent. 10) Errore sane gravissimo monialis scribit, fratres demum Lucca Romam proficiscentes, Alpes transiisse, etiamsi Apenninos intelligere velis. Quem ex eo ortum esse crediderim, quod Willibaldus c. 5. l. l. scribit, Bonifatium Alpes transgressum statim Romam venisse. Quam Vitam monialem hoc loco imitatam esse, simillima eius verba probare videntur: *ut . . . . militum malitiosam superbiae ferocitatem facilius evaderent. Cumque, sanctorum suffragante patrocinio et domino Deo dispensante, omnis quippe cohors contribulum comitatu huius sancti viri inherens limina b. Petri apostoli prospere aggressus est, inmensas statim Christo pro sospitate eorum grates persolvunt.*

externarum ignominiis, per omnia prosperi, scolasticam scandere meruerunt scalam[1] et pre- [721, Nov. 11. –723, Mart. 28.] claram petivere[a] sancti Petri basilicam. Tunc illi duo germanii[b] ibi manentes a nativitate sancti Martini usque ad aliam[c][2] sollemnitatis pascham[d]. Et interim, dum ille gelidus[e] frugalisque[3] hiemps[f] transiendo preteriit[g], hibernaliaque[h][4] iam incumbendo instaret germen, [722, Apr.] et paschalis[i] per totum mundum fulgendo inradiaret tempus, illi[k] duo germanii[l] felicem monasterialis discipline vitam sub sacre legis moderamine ducebant. Tum etiam decrescente dierum calculo, et crescente estatis chaumate, que presaga futuri solet esse febris, magna corporis ilico arrepti sunt molestia, ita ut acriter anhelando, febricitando, totiens algore frigans et totiens calore estuans, atrox per artos diffusa fuit pestis. Et sic inreti[m] et retenti, magna[n] mortis exitio constricti, febri fatigati[o], ut vix iam in illis vitae alitus per lassas luentium[p][5] artos volitando vergebat[q]. Sed tamen indefessa paternae pietatis providentia suis consulere suffragareque dignatus est, ita ut unus de duobus unam ebdomadam et alter unam[r] in subsidium ministrandi illis requiem habebat[s]. Et[t] tamen, prout corporis infirmitas perpetrare poterat, a sacre instituti[u] norma non recedebant, sed propensius sacre [Matth. 10, 22.] lectionis studio perseverantes inherebant iuxta veritatis voce[v] dicentis: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

4. De transitu Willibaldi[w].

Postquam ille inluster clarusque Christi crucicolus[x] magna mentis intentione et cordis contemplatione ad superna internis vitae speculatione provide[y] circumspectione properabat et ad sublimioris rigidioris[z] vitae virtutibus anhelando, iam non planam, sed arctam[a] austerioris vitae viam per monachicalis[b] vite normam inhiando desiderabat et[c] maioram iam tunc peregrinationis ignotitiam[d] adire optabat, quam illa fuit, in qua tunc stare videbatur; tunc ille strenuus, consilio amicorum contribulumque licentia flagitato[e], ut suorum[f] opitulatione orationum illum sequere[g] dignentur, rogabat, ut tutis itineris cursibus dilectabiles[h] atque optabiles civitatis Hierusalem moenias[i] peragrare specularequè[k] per illorum pia [723, Mart. 28.] precuum presidia[l] possibiliter poterit. Cumque[m] *), transactis dominice paschalis sollemnitatibus, agile[n] exercitus[6] levavit se cum duobus suis sociis, et pergere ceperunt[o]. Cumque perrexerunt et venerunt usque ad urbem dà[p] Teratinam[7] in oriente, et ibi manebant[q] duos[r]

*) *Vita III, c. 5:* Dimissis igitur[s] ibi fratre Wunnebaldo sororeque Walpurga, duobus comitatus sociis, ipse tercius victoriosum iter aggreditur. Venientes igitur Beneventum[8], ubi sanctus Bartholomeus requiescit, appulsam navim Aegyptiam invenerunt; quam ingressi, Calabriae portum Regiam, velis pleno sinu turgentibus, attigerunt.

a) petiere 3; adire specularique 4. $4^{a.b}$. b) germani 2 *h. l.* 4. 4^{a}. c) aliud 3. 4. 4^{a}. d) *post corr.* pascha 2, *et ita* 3. 4. 4^{a}. e) illa frigida 4. $4^{a.b}$. f) hiems 2. g) preterit 3. h) *post corr.* hibernaleque 2, *et ita* 3; vernaleque 4. $4^{a.b}$. i) *post corr.* paschale 2, *et ita* 3. 4. 4^{a}. k) ibi 4. $4^{a.b}$; iam *add.* 3. l) germani 3. 4. 4^{a}. m) *i. e.* irretiti, *ut post corr.* 2 *et ut* 4. 4^{a} *habent.* n) magnoque m. prope ex. 4. $4^{a.b}$. o) erant *add.* 4. $4^{a.b}$. p) lucentium *post corr.* liuentium 2. q) versaretur 4. $4^{a.b}$. r) et alternare in subministrandi illi 3. s) habebant 3; haberet 4. 4^{a}. t) ut *add.* 3. u) *post corr.* institutionis 2, *et ita* 3. 4. $4^{a.b}$. v) *post corr.* vocem 2, *et ita* 3. 4. 4^{a}. w) *ita minio* 1 (*ubi* Willibaľd). 2; *erasa* 3; *haec des.* 4. $4^{a.b}$. x) crucicola 3. 4. 4^{a}. y) pr. c. *des.* 3. z) que *post add.* 3, *et ita* 4. 4^{a}. a) artam *corr.* arctam 1; artam 2. 3. 4. 4^{a}. b) monachialis 3. 4. 4^{a}. c) et — optabat *des.* 4^{a}. — maiorem 3. 4. 4^{b}. d) ignorantiam 3. 4. 4^{b}. e) flagitata 3. 4. 4^{a}. f) sua *post corr.* suarum 3; suorum 4. 4^{a}. g) sequi 3. 4. 4^{a}. h) delectabilia a. obtabilia 3; delectabilis a. optabilis 4. 4^{a}. i) moenia 3. 4. 4^{a}. k) specularique 3. 4. 4^{a}. l) precum subsidia 3. m) Iamque 4. n) agilis 3. 4. 4^{a}. o) coeperunt 2. 3. 4. p) dà *puncto super a posito* 1, *et in marg. ead. manu iterum* ·da·, *haud dubie ut indicaretur, hoc esse verbum, non syllabam sequentis nominis; Tobler p. 323. non recte dicit,* da *in cod.* 1 *esse deletum;* u. Daterinam 4. $4^{a.b}$. q) manebat *post corr.* manebant 2; manserunt 4. 4^{a}. r) *sic* 2. 3; II. 1. s) ergo *ed.*

1) Scalam sanctam Lateranensem interpretatur Brückl p. 70. 2) i. e. non usque ad proximum, sed ad alterius anni (723) pascha, ut ex sequentibus apparet, et Sollerius, Acta SS. Iul. II, p. 492; Hahn p. 15. exponunt; quod vero auctor Vitae III. non intellexit, qui scripsit c. 4: *a nativitate sancti Martini usque ad pascha saeva excocti infirmitate sustinuerunt,* omittens quae de sequente aestate a moniali dicta sunt. 3) Forte de vocibus *brumalis* et *frigus* cogitavit monialis, quarum vim certe huic verbo inesse voluit. 4) Intellige: *vernalis . . . . germinatio.* 5) Vox derivata a *lues.* 6) = ascetes, ut Brückl p. 68. rectius explicare videtur quam Hahn p. 17, qui interpretatur 'streiter'; cf. prol. p. 86, l. 25; sed V. Wynneb. c. 2: *agilis heros.* 7) Hunc locum ut explicarent, viri docti frustra antea laboraverunt, cum voces *in oriente* in editionibus lectionem codicum 4. $4^{a.b}$ exhibentibus sensu carerent. Praepositio localis *da* saepissime in chartis Langobardicis usurpata est. Teratina haud dubie est Terracina. Apparet, Willibaldum nomen urbis a Terracina orientem versus sitae, quam attigerat, oblitum esse, sed vix dubium est, eum intellexisse Fundos (Fondi), urbem in via Appia sitam. 8) Beneventum minime adierunt, teste moniali; quam urbem ad mare sitam esse, auctor Vitae III. falso opinatus est.

dies; et inde pergentes, venerunt ad urbem Gaitam[a.1]; illa stat in litore maris. Et ibi tunc ascendentes in navem, transfretaverunt ad Neabulem[b.2]. Et illic relicto[c] nave, in quo pergebant, stabant ibi duos[d] ebdomadas. Istas civitates[e] sunt Romanorum, in Benefentis[f] sunt, sed tamen Romanis sunt subditi[g]. Statimque, sicut[h] divina solet pietas incessanter agere, ut votiva vernaculorum[i] desideria suorum implere properat[k], navem illi[l] de Aegypto[m] invenerunt, et illic intro ascendentes, navigaverunt in terram Galabriae[n], ad urbem que[o] dicitur Reggia[3]. Et ibi manentes 2 dies, levaverunt se et venerunt in[p] insulam Siciliam, quod[q] est in urbe Cathinensia[r.4], ubi requiescit corpus sanctae Agathe virginis. Et ibi est mons Ethna; que et quando evenerit pro aliquis[s] rebus, ut illa ignis dilatare se voluerit super regionem, tunc cito illi cives sumunt corpus[t] sanctae Agathae et contra ignem ponunt, et cessat. Illic fuerunt 3 ebdomadas; et* inde navigantes, venerunt[u] Saracusam urbem in ipsa regione; et inde navigantes, venerunt ultra mare Adria[v] ad urbem Manafasiam[5] in Slawinia terrae; et inde navigantes in insulam nomine Choo[6], et demittebant[w] Chorintheos in sinistra parte. Et inde navigantes in insulam Samao[x], et inde navigaverunt in Asiam ad urbem Effesiam[y] secus mare 1 mil.[z] **. Et inde ambulaverunt in illum locum ubi Septem dormientes requiescent[a]. Et inde ambulaverunt ad Sanctum Iohannem[b] euangeliste in loco specioso secus Effesum; et inde ambulaverunt 2 mil.[c] secus mare ad villam magnam qui vocatur Figila[7]; ibi erant 1 diem; et petito pane ibi, ibant ad fontem unum in medio[d] villa, et sedentes ibi super marginem, tingebant panem in aqua et sic manducabant. Et inde ambulantes secus mare[e] ad urbem Strobrolem[f.8] in montem excelsum. Et inde ibant in locum que dicitur Patera[9], et illic morabant, usque dum hiemis gelidi horrendus preteriret frigus. Et postea tunc inde[g] navigantes, venerunt ad urbem que vocatur Milite[h.10]; illa fuit quondam de aquis peritura. Ibi sedebant duo solitarii in stulice[i.11], id est fabricatum atque firmatum cum mura magna de lapideis valde summa, ut aqua illis[k] nocere non possit.

*) *Vita III, c. 5:* Inde et visitato apud Siracusam, eiusdem insulae civitatem, sanctae Luciae sepulcro, se rursum pelago credunt.

**) *Vita III, c. 5:* tabentes salo artus apud Ephesum Asiae insulam exponunt. Ubi postquam ad sepulcrum sancti Iohannis euangelistae ebulliens inde manna lacrimis perfuderunt, postquam se Septem dormientibus et Mariae Magdalenae ibidem requiescenti commendaverunt, postquam in vertice vicini montis locum in quo[l] sanctus euangelista orare solebat, omni pluvia et tempestate immunem et securum, satis admirari nequeunt[12], duobus inde distantem miliariis villam Sigillam pedites venerunt. Ibi mendicato[13] pane, fonti, qui perspicuis ad fundum aquis in media ebullit villa, intincto refecti, transito urbis Strabolis monte excelso, Pateram perrepserunt.

a) Gaiam 3; Caietam quae st. 4. 4[a. b]. b) Nēbulem 1; Nebulem 2. 4. 4[a]; Nabulam 3; *infra* Neapule 1. c) relicta n. in qua 3. 4. 4[a]. d) d. ebdomade 2; duas e. 3; duabus ebdomadibus 4. 4[a]. e) civitatis *corr.* civitates 1; Iste c. 3. 4. 4[a]. f) Beneventis 2. 3. 4. 4[a]. g) subditę 3. 4. 4[a]. h) sunt 2. i) vernacula *post corr.* vernaculorum 3. k) dignetur 4. 4[a. b]. l) illic 2. 4. 4[a]. m) Egypto 2. n) *post corr.* Cal. 3, *et ita* 4. 4[a]. o) q:, 1 *plerumque;* quae 2; q. d. *des.* 3. p) *ead. manu superscr.* 1. q) que 3; in qua est urbs 4. 4[a. b]. r) Chatiniensia 3. s) aliquibus 3. 4. 4[a]. t) velum 4. 4[a. b]. *Vita III.* u) venerunt — navigantes *des.* 4. 4[a. b]. v) Adrium 4. 4[a]. w) dimitt. 2. 4. 4[a]. x) Samo 4. 4[a]. *Vita III.* y) Ephesum 4. 4[a]. z) miī 1. 2, *ubi* ·I·o (uno); miliarium 4. 4[a]. a) requiescunt 3. 4. 4[a]. b) Iohān 1. — euangelistam 2. 3. 4. 4[a]. c) miī 1. 2; duo milia 3; miliaria 4. 4[a]. d) media 3. 4. 4[a]. e) venerunt *add.* 4. 4[a. b]. f) Strobolem 4[a]. g) illi 4. 4[a]. h) Militena 4. 4[a]. i) silice 4[b]. k) illi 3. l) l. ubi *ed.*

1) Gaeta. 2) Neapolim. 3) Reggio. 4) Catania. 5) Hahn p. 17, n. 57. optime intelligit Monembasia (Napoli di Malvasia) in ora orientali Peloponnesi (Laconiae). De Slawinia terra v. Fallmerayer, 'Gesch. der Halbinsel Morea' p. 202. 205. 263. 6) Hahn p. 17, n. 59. recte Cheos (Zea) interpretatus esse videtur. Minus bene Rettberg II, p. 353. Kos (Stanchio) et Tobler p. 325. nulla sana ratione nisus Chios (Scio) intellexerunt. 7) Est Πύγελα oppidum apud Strab. XIV, 1, 20. et alios antiquos geographos commemoratum; apud Plinium, Nat. hist. V, 29, 31 (114) ed. Sillig, Phygela nominatum. 8) Non constat de hoc loco, cuius nomen certe admodum corruptum est. Anonymus ap. Tobler p. 325. coniecit Hierapolim; Wright, 'Early travels' p. 14, Trogyllium, cuius mentio fit Actus apost. 20, 15. 9) Omnes fere consentiunt, hanc urbem esse Pataram Lyciae ad ostium Xanthi fluvii. Sed cum Miletus inter Ephesum et Pataram sita sit, et non appareat, quomodo fieri potuerit, ut Willibaldus pedes Pataram iverit, deinde navigio Miletum redierit, ipsius aut monialis errorem hoc loco deprehendere mihi videor, ut Tobler p. 326. proponit. Potius Willibaldus Strobrole Miletum ivisse, inde navigio Pataram transvectus esse videtur. 10) Miletus. 11) Vox derivata a voce Graeca στυλίς (= στῦλος, στήλη). Solitarii erant στυλῖται. 12) Haec omnia effinxit auctor ex iis quae apud Gregor. Turon. Mirac. In gloria martyrum I, 29. legit. 13) Sine ulla ratione scripsit *mendicato* pro *petito* monialis; quem Hahn p. 17. secutus, p. 9. Willibaldum mendicantem per terras migrasse coniecit.

724. Et[a] inde transfretabant ad monte Gallianorum[b. 1], illud fuit totum transmigratum[*]. Et ibi acri famis restrincti[c] fuerunt illi[d] asperitate, ita ut inedio[e] intus lacerati letalem iam diem[f] mortis inminere[g] metuebant. Sed omnipotens populorum Pastor pabulum suis prestare dignatus est pauperibus. Et inde navigantes, venerunt in insulam Cyprum, quod[h] est inter Apr. Grecos et Sarracinos[i. 2], ad urbe Pampho[k], et ibi fuerunt 3[l] ebdomadas paschae post annis[m] circulo[3]. Et inde ibant ad urbem Constantiam, ubi requiescit sanctus Epiphanius; et ibi Iun. 24. morabant[n] usque post natale sancti Iohannis[o] baptiste. Et inde navigantes, venerunt [in[p]] regionem Sarracinorum in urbem Tharrathas[4] secus mare. Et[**] inde ambulabant super 9 aut 12 mil.[q] ad castellum que[r] dicitur Arche[s. 5]; et ibi fuit episcopus de gente Grecorum. Et ibi habebant[t] letania secundum consuetudinem eorum. Et inde pergentes illi[d], ambulaverunt ad urbem que vocatur Emessa[u] 12 mil.[v]; ibi est aecclesia magna, quam fecit sancta Helena[w] in honore[x] sancti Iohannis[y] baptiste; et caput illius fuit[z] ibi diu, hoc est in Syrim[a. 6]. Tunc erant cum Willibaldo 7 contribuli[b] illius, et ille[c] ipse fuit octavus. Confestimque illi pagani Sarracini repperientes, quod[d] adveni[e] et ignoti homines illic[f] venti fuerunt, tulerunt eos et captivos habebant; qui[g] nesciebant, de quale[h] fuerant gente[i], sed speculatores esse illos estimabant, et captivos eos ducebant ad quendam senem divitem, ut videret et agnosceret, unde essent. Ast[k] ille senex interrogavit illos, unde essent aut quale[l] fungerentur legatione. Tunc illi respondentes, ab exordio totam intimaverunt ei iteneris[m] sui causam. Et ille senex respondens ait: 'Frequenter hic[n] venientes vidi homines de illis terre partibus istorum contribulos[o]; non querunt mala, sed legem eorum adimplere cupiunt'. Tum illi inde pergentes, venerunt ad palatium, ut rogarent illis viam transire ad Hierusalem. Cumque[p] illic[q] veniebant, statim ille preses dixit, quod speculatores fuissent, et precepit illos in carcerem trudi usque ad illum[r] tempus, quo repperiret a rege, quid fecisset de illorum causa. Cumque illi fuerant[s] in carcere, confestim miro[t] omnipotentis Dei dispensatione, qui pius ubique suos inter tela et tormenta[u], inter barbaros et belligeros, inter carceres et contumacium catervas suo[v] protegere parma tutosque conservare dignatus est[w], unus homo fuit ibi negotiator, qui sibi in elemosinam et animae suae redemptionem volebat illos redemere[x] et de carcere eripere, ut liberi essent pergere in suam voluntatem, et non poterat. Sed econtra cottidię[y] misit illis prandium et cenam, et in quarta feria et in sabbato misit filium suum in carcerem, et eduxit eos ad balneum et iterum introduxit; et dominica die ducebat[z] eos ad aecclesiam per mercimonium, ut de rebus venalibus[a] viderent, quid[b] eorum mente delectaret, et ille tunc suo pretio illis opteneret, quidquid[c] illorum mente[d] aptum foret. Illi cives urbium curiosi iugiter illic[e] venire consueverant illos speculare[f], qui[g] iuvenes et decori et vestium ornatu induti erant bene. Tunc illis in carcere commo-

*) *Vita III, c. 6:* ad montem Galanorum transfretarunt. Quo bellorum tempestate tunc temporis depilato, saevam passi sunt inediam.

**) *Vita III, c. 6:* Inde per Sarracenorum civitatem Tharrathas dictam et castellum Arahe[h] venerunt Edissam[7] Phenitiae[i], reliquiis Thomae apostoli[8] et epistola quam Salvator Abgaro[k] regi scripsit[9] magnificam. Ubi nunc miri operis claret ecclesia, quam Helena regina construxit *etc.*

a) Et — transmigratum *des.* 4. 4a. b. b) Galanorum 2; Gallionorum 3. c) restricti 3; constricti 4. 4a. d) *deest* 4. 4a. b. e) inmedio 3; inedia 4. 4a. f) diem ortis 2. g) met. inm. 2; i. metuerent 4. 4a. h) quae 3. 4. 4a. i) Saracin. *semper* 2; Sarracen. *semper* 3. 4. 4a. k) urbem Pampho *corr.* Papho 3, *et ita* 4. 4a. *Vita III.* l) tres f. ebd. 3; f. ebdomadam post 4. 4a. b. m) anni circulum 3. 4. 4a. n) morabantur 3; ibique morati sunt 4. 4a. b. o) Iohnis bap̃ 1; Ioh̃ bap̃t 2. p) *deest* 1, *loco duarum litterarum raso.* 2. q) mit̃ 1. 3; millia, il *erasa* 2. r) quod 3. 4. 4a. s) Archę 2; Archae 3. t) habebatur 3. u) Smessa 2; Emissa 3. v) mt̃ 1; mit̃ 2; milia 3. w) Elena 2. x) honorem 3. y) Iohañ bap̃ 1; Iohis bapt 2. z) *deest* 2. a) firim *corr.* ferim 3. b) contribules 3. 4. 4a. c) *deest* 4. 4a. b. d) qđ, đ *in loco raso* 1. e) advenae 3. 4. 4a. f) illuc venturi fuissent 3; illuc venissent 4. 4a. b. g) qui — ducebant *ead. manu in marg. inferiore suppl.* 1; que 2; quia 3. 4. 4a. h) quali 3. 4. 4a. i) regione 4. 4a. b. k) At 3. 4. 4a. l) quale *post corr.* quali 2, *et ita* 3. 4. 4a. m) itin. 2. 3. 4. 4a. n) huc 3. 4. 4a. o) contribules 3. 4a. p) Cumque — illorum causa *des.* 4. 4a. b. q) illuc 3. r) illud 3. s) fuissent 3. 4. 4a. t) intro 3; mira 4. 4a. u) cor menta 2. v) sua 3. 4. 4a. w) dignatur 3. x) redimere 2. 4. 4a. y) cotidie 2; cottidie 3. z) ducit 3. a) vinalibus *corr.* venalibus 1. b) quid — opteneret *des.* 3. c) quicquid 2. 3. 4. d) menti ill. 3. — captum 4. 4a. e) illuc 3. 4a. f) speculari 3. 4. 4a. g) que 2; quia 4. 4a. h) *ita ed.;* Arabe *c.* i) Phenotię *corr.* Phenitię *c.* k) Abagaro *corr.* Abgaro *c.*

1) Promontorium Chelidonium suspicatur Tobler p. 327. Quod sane asperrimum et incultum fuit. Hoc ignorans auctor Vitae III, causam famis a peregrinis toleratae adinvenit. 2) Cf. Hahn p. 12. 3) Scil. postquam Roma abierunt. Pascha fuit a. 724. die Apr. 16. 4) Antarados (Tartus). 5) Castrum illud prope Tripolim situm, tempore cruciferorum nominatissimum. 6) Damascum intelligere videtur. Cf. Acta SS. Iun. IV, p. 715 sqq. 7) Falsissime Edessam pro Emesa (Hems) posuit auctor. 8) Hoc ex Gregor. Turon. Mirac. In gloria mart. I, 31. 9) Cf. Rufini versio Eusebii hist. eccl. I, 15.

rantibus[a], unus homo de Ispania venit et loquebat cum illis in carcere et diligenter ab illis inquisivit, quid essent aut unde essent. Et illi dixerunt ei omnia secundum ordinem de sua itinere. Ille[b] Ispanius homo habebat fratrem in palatio regis, qui fuit cubicularius regis Sarracinorum. Cumque ille preses, qui eos in carcere[c] mittebat, ad palatium veniebat, et ille Ispanius, qui cum illis in carcere[d] loquebatur, et ille nautor in cuius nave[e] fuerunt, quando pergebant[f] de Cypro, omnes simul venerunt coram rege Sarracinorum cui[g] nomen Myrmumni[1]. Et cum locutio[h] evenerat de illorum causa, ille Ispanius homo omnia que illi[i] dixerunt ei in carcere suo intimavit fratre[k] et illum rogavit, ut regi indicasset et in subsidia[l] illis foret. Post haec itaque cumque[m] omnes isti[n] tres simul coram rege veniebant et omnia iuxta ordinem intimando illo[o] indicabant de eorum[p] causa, ille rex interrogavit, unde essent; et illi dixerunt: 'De occidentale[q] plaga, ubi sol occasum habet, isti homines veniebant, et[r] nos nescimus ruram[s] citra[t] illis et nihil nisi aquam'. Et ille rex respondit eis dicens: 'Quare nos debemus eos punire? Non habent peccatum contra nos. Da eis viam et sine illos abire!' Alii homines, qui in carcere habebantur, debebant censum reddere unum tremesem[u], illis[v] fuit concessum. Illi[2] Cypri[w] sedebant inter Grecis[x] et Sarracinis et inermes fuerant, qui[y] pax multa[z] fuit et conciliatio inter Sarracinis[a] et Grecis. Magna et lata regio fuit illic, et 12 episcoporum parrochia est ibi. Confestimque illi cum licentia levantes se, perrexerunt in Damascum 100 milia[b]; et[c] sanctus Annanias requiescit ibi; illud est in terra[d] Syrim; ibi erant unam ebdomadam. Et inde sunt[e] duo milia[f], ibi fuit[g] aecclesia; et in illo loco primum conversus est Paulus, et Dominus[h] dixit ad illum: *Saule, Saule, quid me persequeris?* et reliqua. Et illic orantes, ambulabant in Galileam in illum locum, ubi Gabriel primum venit ad sancta[i] Maria et[k] dixit: *Have Maria* et reliqua. Ibi est[l] nunc aecclesia[3]; et[m] ille vicus, in quo est aecclesia, id est Nazareth[n]. Illam aecclesiam christiani homines sepe conparabant ad[o] paganis Sarracinis[p], qui[q] illi volebant eam destruere. Et ibi Domino se commendantes, ambulaverunt inde, et veniebant in villam Chanaan, ubi Dominus aquas[r] in vino[s] convertit. Illic est aecclesia magna, et in illa aecclesia[t] stat in[u] altare unum[v] de 6 hydriis[4], quas Dominus iusserat implere aqua, et in[w] vinum verse sunt; et de illo communicaverunt vinum. Unum diem fuerunt illic. Et inde pergentes[5], venerunt ad montem Thabor, ubi Dominus transfiguratus est; ibi est nunc monasterium monachorum et aecclesia[x] Domino consecrata et Moysi et Helie[y]; et illi[z] cives nominant illum locum Age-mons[6]. Illic[a] orabant et inde pergebant ad urbe[b] que dicitur[c] Tyberiades[d]; illa stat in litore[e] maris, ubi Dominus supra[f] ambulabat siccis pedibus, et Petrus super undas[g] ambulans ad[h] eum, demergatus est. Ibi sunt multe aecclesie et sinagoga[i] Iudeorum, sed et magna[k] honor dominica. Ibi fuerunt aliquantos dies; et ibi Iordanes[l] transit per medium

[Margin: 724. — Act. 22, 7 — Luc. 1, 28.]

a) cum orantibus 2. b) Hispanus *semper* 3. 4. 4a. c) carcerem 2. 4. 4a. d) carcerem, m *expunctum* 2; in carc. cum ill. 3. e) navi 3. 4. 4a. f) de C. perg. 3. g) cuius 3. h) Et collocutio 3. i) *deest* 3. k) fratri 3. 4. 4a. l) subsidio 3. 4. 4b; et presidio 4a. m) cum 3. 4. 4a. b. n) s. i. tr. 3. o) illi 3. 4. 4a. p) illorum 2. q) occidentali 3. 4. 4a. r) nos autem 4. 4a. b. s) terram 4. 4a. b. t) ultra illos 4. 4a. b; c. illos 3, *ubi post corr.* et ultra illos terra amplius non habetur. u) tremessem 2; trimessem 3; unam tremissem 4. 4a. v) i. autem f. dimissum 4. 4a. b. w) Cyprii 3. x) Grecos et Sarracenos 3. 4. 4a. y) *post corr.* quia 2, *et ita* 3. 4. 4a. z) maxima 4. 4a. b. a) Grecos et Sarracenos 3. b) mīta 1; mit̄ 2. c) ibi et s. Anan. 3; s. vero ibi req. Anan. 4. 4a. b. d) est intra 3. e) se 2. f) II mīta 1; mitia 2; II miliaria 3. g) est 3. h) bis 3. i) scā 1; sanctam Mariam 2. 3. 4. 4a. k) et d. *des.* 4. 4a. b, *ubi* Ave gratia plena et rel. l) nunc est 2. m) et — aeccl. *des.* 3. n) Nazaret 2. o) a 3. 4. 4a. p) *deest* 4. 4a. b; et S. 3. q) quia 3; quando 4. 4a. r) aquam 3. s) vinum 3. 4. 4a. t) *incipit* 1a. *f.* 76; aeccl. st. *des.* 3. u) *deest* 1a. 4. 4a. b. v) una 3. w) *superscr.* 1. x) et hęc aeccl. D. est c. 4. 4a. b. y) Elie *corr.* Helie 2. z) illic *(?) rad. corr.* illi 1. a) Illi 2; I. autem orantes i. 4. 4a. b. b) urbem 1a. 3. 4. 4a. c) vocatur 3. d) Tiberiadis 2; Tyberiadis 4. 4a. e) littore 1a. 2. 3. f) super 4. 4a; s. p. amb. supra mare 3. g) undans 1. h) ad e. d. est *des.* 3; ad e. *des.* 4. 4a. b. i) synagoga 2. k) m gnus h. dominicus 3; magno honore d. 4. 4a. l) Iordanis 1a. 3. 4. 4a.

1) Calipha (Emir-al-Mummenin) a. 724. fuit Hischam; a. 723, quo haec gesta esse, alii opinantur, Iezid II; sed hic a. 724, Ian. 27. obiit in provincia Balka (Weil, 'Gesch. d. Chalifen' I, p. 615), non igitur mense Octobri vel Septembri (v. infra p. 97, l. 25) praecedentis anni Emesae moratus esse videtur; qua re annorum computatio nostra confirmari videtur. 2) Haec iam supra p. 94, l. 6. inseri debuissent. Cf. Hahn p. 12. 3) Cf. Adamnan., De locis sanctis ex relatione Arculphi II, 25, ap. Delpit, 'Essai sur les anciens pélerinages à Jérusalem' p. 344 sq. 4) Duas viderat Antoninus Martyr, Itin. c. 4, ed. Tobler p. 6. 5) Multo verisimilius est, Willibaldum Damasco venientem primo Canam (Kharbet Kâna, ab aliis vocata Kâna el Dschelil, quae villa Cana evangelii putabatur), deinde Nazareth, inde in montem Thabor ivisse, cum Kharbet Kâna a Nazareth septentrionem versus situm sit; ni forte Cana tunc habebatur Kefr-Kenna, a Nazareth versus septentrionem et orientem, ut vult Guérin, 'Description de la Palestine, III. partie, Galilée' I, p. 475. 6) i. e. ἅγιος mons. Cf. Adamnan. II, 26.

724. mare[1]. Et inde ibant circa mare et pergebant secus vico[a] Magdalene[2], et veniebant[3] ad illo[b] vico Capharnaum, ubi Dominus principis filiam suscitavit; ubi fuit domus et mura[c] magna; et sic dixerunt illi homines, quod Zebedeus cum filiis suis Iohanne[d], Iacobo ibi fuerint[e] conlocati. Et inde pergebant[f] ad Bethsaidam, inde[g] erant Petrus et Andreas[4]. Ibi est nunc aecclesia, ubi prius erat domus illorum. Et illic manentes unam noctem, mane pergebant ad Corazaim[h], ubi Dominus demoniacos curavit et diabolos[i] mittebat in gregem porcorum[5]; ibi fuit aecclesia christianorum. Et ibi orantes, pergebant inde et veniebant ad locum illum* ubi duos fontes de terra emanant Ior et Dan[k], et tunc venientes de monte deorsum, in unum collecti faciunt Iordanem[6]. Ibi morabant unam noctem inter duabus fontibus, et pastores dabant nobis acrum lac bibere. Et ibi sunt armenta mirabilia longo dorso et brevis cruribus, magnis cornibus creati[7]; omnes sunt unius coloris[l], ostreae. Paludes sunt profundi[m] ibi; et quando estuale tempore magna solis caumatio de caelo terram urire[n] solet, illa armenta tollentes se vadunt ad palude et demergant se toto corpore nisi caput solum. Et inde pergentes, venerunt ad Cesaream**[8], ubi fuit aecclesia et multitudo christianorum. Et[o] ibi requiescentes aliquantum tempus, iterum pergebant ad monasterio[p] Sancti Iohannis[q] baptiste; et ibi erant fere 20 monachorum; unam noctem ibi manebant; et inde ibant super unum mil.[r] ad Iordanne[s], ubi Dominus fuerat baptizatus. Ibi[t] est nunc aecclesia in columnis lapideis sursum elevata, et subtus aecclesia est nunc arida terra, ubi Dominus fuit baptizatus in ipso loco; et ubi nunc baptizant, ibi stat crux lignea in medio[9], et parva dirivatio[u] aque[v] stat illic, et[w] unus funiculus extensus supra Iordannem[s], hinc et inde firmatus:- tunc in sollempnitate[x] ępiphaniae infirmi et egroti venientes et habent[y] se de[z] funiculo et sic demergant[a] in aquam[b], sed et mulieres que sunt stereles[c] venient[d] ibi. Episcopus noster Willibaldus balneavit se ibi in Iordanne[e]; unum diem fuerant ibi, et pergebant inde, tunc[f]

*) *Vita III, c. 9:* venerunt ad ortus duorum fontium in monte Phanio, quorum unus Ior, alter vocatur Dan; quorum unus ex una, alter ex altera parte urbis quae in euangelio Cesarea Philippi, a Phenicibus autem Paneada[10] vel Phaniada dicitur, fluentes, non longe ab ipsa urbe, fatigati lapsu, fluentis et nomine iuncti faciunt Iordanem.

**) *Vita III, c. 9:* Cesaream, ubi Petrus caeli claviger factus est[11]. Intrantes ibi aecclesiam, viderunt statuam Christi, ad cuius sub divo positae pedem herba admirandae virtutis olim oriebatur; de qua sic in aecclesiastica historia legitur: *Mulierum, quam sanguinis profluvio laborantem — — crescendo contigerit, decerpatur.* Hanc Eusebius temporum scriptor ad sua usque tempora perdurasse et se suis perhibet oculis conspexisse[12]. Hanc autem Christi statuam sceleratissimus Iulianus apostata, ut in Tripertita legitur historia[13], deposuit et suam loco illius locavit. Sed Deo tantum scelus ad presens vindicante, eadem Iuliani statua fulminis ictu dividitur, capitis cum cervice pars una terrae infigitur, altera in loco suo herens fulminis incendium testatur. Statuam vero Salvatoris pagani confregerunt, christiani autem colligentes in aecclesia locaverunt.

Rufin. VII, 14.

a) vicum 3. 4. 4a. b) illum vicum 3. 4. 4a. c) murus magnus 3. 4. 4a. d) Ihañ 1; Ioħ 2; Ioh. Iac. *des.* 3; I. et I. 4. 4a. e) fuerunt 1a; fuerant 3. f) pergentes 3. g) unde 3. h) Corozaim 1a. 3. 4. 4a. i) diab̄ 1. 2; diabolum 1a. 3. 4. 4a. k) han 2. l) coloris. Ostreae pal. *distinguunt codd.; unde editores et interpretatores* Ostreae paludes *coniungentes, multa falsa de hoc loco coniecerunt.* m) ibi profundi 2; profundę 3. 4. 4a. n) ad t. venire 4. 4a. b. o) Et — tempus *des.* 4. 4a. b. p) monasterium 1a. 3. 4. 4a. q) Iohañ bapt̃ 1; Iohis bapt̃ 2. r) mt̄ 1; mit̄ 1a. 2. 4; miliarium 3. s) Iordanem 2. 3. 4. 4a. t) Ibi — baptizatus *des.* 3, *in marg. suppl.* 4a. u) deriv. 3. 4. 4a. v) a:que *littera erasa corr.* aque 1; atque 2. 3. w) illic *add.* 3. x) sollemn. 2. 3. y) v. habent 3; v. habebant 4. 4a. z) cum 4. 4a. b. a) dimergunt 3; dimerguntur 4. 4a. b) aq̨ 2. c) steriles 1a. 3. 4. 4a. d) vinient *corr.* venient 1; veniunt 3; venientes ibi gratiam Domini merentur 4. 4a. b. e) Iordane 1a. 2. 3. 4. 4a. f) t. et v. *des.* 3; i. et venerunt 4. 4a. b.

1) Locus, ubi Iordanes fluvius e mari effluit, longius abest a Tiberiade (Tabarieh). 2) Migdol (hodie El Medschdel) in litore lacus Tiberiadis; cf. Ritter, 'Erdkunde von Asien' VIII, 2, 1, p. 324. 3) De situ sequentium trium locorum, quorum ordinem a nostro perversum esse putant, vide Ritter l. l. p. 333 sqq. Credunt, Willibaldum a Migdol profectum primo venisse Bethsaidam (Khan el Minieh), inde Capharnaum (Tell-Hûm), inde Corozain. 4) Ioh. ev. 1, 44. 5) Confundit Gerasa Vulgatae (Gergesa textus Graeci; Matth. 8, 28 sqq.) cum Corozain, quod occurrit Matth. 11, 21; Luc. 10, 13. Illud Guérin, l. l. I, p. 323 sqq., putat esse Kharbet Kersa in orientali littore, hoc p. 242. Kharbet Kerazeh in septentrionali litore lacus Tiberiadis. 6) Idem de duobus fontibus Iordanis narrat Gregorius Turon., Mirac. In gloria martyrum I, 16: *Igitur a monte Phanio duo consurgunt fontes, quorum unus Ior, alter Dan vocitatur; qui ab utraque parte Phaniadae urbis, quae prius Caesarea Philippi vocabatur, descendentes, sub ipsa urbe tam fluentis coniuncti quam nomine uno Iordanem efficiunt,* quem locum auctor Vitae III. (n. *) exscripsit. Idem etiam narrant Antonin. Martyr c. 7; Adamnan. II, 18, l. l. p. 341, et complures posteriores auctores, ut Theodericus, De locis sanctis c. 45, ed. T. Tobler p. 100. 7) Cf. de his bubalis Ritter l. l. p. 228 sq. 8) Caesarea Philippi. 9) Cf. Adamnan. II, 15; Antonin. Mart. c. 11. 10) Hoc ex loco Hist. trip. mox laudato. 11) Matth. 16, 13—19. 12) Haec etiam cum loco Eusebii ex Rufini versione laudato ex Gregorii Turon. Mirac. In gloria martyrum I, 20. sumta sunt. 13) VI, 41 (Sozom. V, 21).

724. et veniebant ad Galgala; ibi sunt inter[a] 5[b] milia[c]; et 12 lapides illic sunt in aecclesia; illa est lignea et non magna. Illic[d] sunt 12 lapides, quos tulerunt filii Israel de Iordanne[e] et portaverunt[f] ad Galgala super 5 milia[c] et ponebant ad testimonium transmigrationis illorum[1]. Et tunc illic[g] orantes, pergebant ad Hiericho[h] super* 7[i] milia[c] a Iordanne[e]. Ibi
5 erumpebat fons, qui[k] erat sterelis[l], in oneo[2] montis et fuit inutilis hominibus, antequam venit Heliseus[m] propheta et sanctificavit illum[3], et postea emanavit; atque omnis civitas illa partiebat[n] illum in agros, in ortos[o] et in omnia ubicumque illis necessarium erat; et omne quod umidat[p] ille fons crescendo proficit[q] ad salutem propter[r] sanctificationem Helisei[s] prophete. Et inde pergebant ad monasterium Sancti Eustochii[t], illud stat in medio
10 campo inter Hiericho[h] et Hierusalem[u]. Et inde venit[v] ad Hierusalem, in illum locum, ubi inventa fuerat sancta crux Domini; ibi est[w] nunc aecclesia in illo loco que[x] dicitur Calvarie locus[4]; et haec fuit prius extra Hierusalem; sed Helena[y], quando invenit crucem, collocavit illam locum[z] intus intra Hierusalem. Et ibi stant nunc[a] tres cruces ligneas[b] foris in orientale[c] plaga aecclesie secus pariete[d] ad memoriam sanctae crucis dominicae et aliorum qui
15 cum[e] eo crucifixi erant; illa[f] non sunt nunc[g] intus in aecclesia, sed foris stant sub tecto extra aecclesia[h]; et ibi secus est ille hortus, in quo erat sepulchrum Salvatoris. Illa[i] sepulchra fuerat in petra excisa, et ille[k] petra stat super terram et est quadrans in imo et in summo subtilis; et stat nunc in summitate illius sepulchri[l] crux, et ibi supra[m] nunc edificata est mirabilis domus, et in orientale[c] plaga in illo[n] petro sepulchri est ostia[o] facta, per
20 quam intrabunt[p] homines in sepulchrum orare; et ibi est intus lectum, ubi corpus Domini iacebat; et ibi stant in lecto 15 crateras[q] aureas cum oleo ardentes die noctuque. Illud lectum, in quo corpus Domini iacebat, stat in latera[r] aquilonis intus in petra sepulchri et homini est in dextera manu, quando intrat[s] in sepulchrum[t] orare; et ibi ante ianua sepulchri iacet ille[u] lapis magnus quadrans in similitudine prioris lapidi[v], quęm angelus revolvit ab
25 ostium[w] monumenti[5]. Et illic veniebat in festivitate sancti Martini episcopus noster, et cito ut illic[x] veniebat, coepit egrotare et iacebat infirmus, usque[y] una ebdomada erat ante natale[z] Domini. Et tunc, quando aliquid vegitatus[a] fuerat et de infirmitate melius habebatur[b], surgit et abiit ad illam aecclesiam que vocatur Sancta Sion**, illa stat in medio Hierusalem. Illic[c] orabat et inde ibat in porticum Salamonis[d]; ibi est piscina, et illic iacent
30 infirmi exspectantes remotionem[e] aque, quando[f] angelus veniret et moveret aquam, et tunc qui primum in illum ascenderet[g], sanaretur[6]; ubi Dominus dixit paralytico: *Surge, tolle grabattum tuum et ambula.* Similiter et ipse dixit, quod ante portam civitatis staret magna columna, et in summitate columne stat crux ad signum et ad memoriam, ubi Iudei volebant tollere corpus sanctae Mariae. Cumque[h] illi 11[i] apostoli tollentes corpus sanctae Mariae

724. Nov. 11.

c Dec. 18.

Ioh. ev 5, 8.

35 *) *Vita III, c.* 10: ubi Iordanis mare Mortuum, nomen cum cursu amissurus, influit[7].
**) *Vita III, c.* 10: Quanto videndi Deum deorum in Syon desiderio aecclesiam montis Syon in medio urbis sitam adiit! Quam devote translatum illuc eiusdem aecclesiae archidiaconum et protomartirem Stephanum imploravit!

a) intus 4. 4a. b. b) ·II· 2. c) mla 1; mil *plerumque* 1a. 3 d) Illi 2. e) Iordane 1a. 2. 3. 4. 4a. f) deport. 3.
40 g) *deest* 3; c *e corr.* 1. h) Iericho 3. i) *sic* 1a. 2. 3. 4. 4a. b; *in* 1 *non satis perspicuum, num scriptum sit* ·VII· (7) *an* ·IIII· (4). k) q. e. *des.* 3. l) *sic* 1. m) Eliseus 2 *h. l.* n) parciebat 2; partiebatur 3; partita est 4. 4a. b. o) hortos 2. 3. 4. 4a. p) irrigat 3. q) *deest* 1a. 3. r) post 3. s) Elisei *h. l.* 1. 1a. t) Eusthochii 2; Eustachii *Vita III.* u) Ier. *semper* 3. v) venerunt 3. w) n. e. 3. x) qui 3. 4. 4a. y) Elena 1a; beata H. 4. 4a. b z) l. intus *des.* 3. a) *deest* 4. 4a. b; n. st. 3. b) ligneae 3. 4. 4a. c) orientali 3. 4. 4a. d) parietem 3. 4. 4a.
45 e) cr. cum eo er. 1a; cr. er. cum eo 3. f) Illę 3. 4. 4a. g) *deest* 4. 4a. b. h) ęcclesiam 3. 4. 4a. i) Illud sepulchrum . . . . excisum 3. 4. 4a. k) illa 3. 4. 4a. l) sepulcri *ead. manu corr.* sepulchri 1. m) n. super 3; desuper 4. 4a. b. n) illa petra 3. 4. 4a. o) ostium factum 3; ianua f. 4. 4a. b. p) intrant 3. 4. 4a. q) crateros aureos 2; craterae aureae (?) 3; craterę aureo 4; crateres aurei 4a. r) lacera 2; latere 4. 4a. s) intrant 3. t) sepulchro 2. u) *sequentia des., folio exciso,* 2. v) lapidis 3. 4. 4a. w) ostio 3. 4; hostio 4a. x) *post* illic
50 *vox erasa* 1; illuc 3; n. moxque ut illuc 4. 4a. b. y) dum *add.* 3; u. ad (h)ebdomadam ante 4. 4a. b. z) nt 1; nat 1a. a) vegetatus 3; recreatus fuit 4. 4a. b. b) habebat 3. 4. 4a. c) I. vero orans inde 4. 4a. b. d) Salom. 1a. 4a; Salem. 4. e) motionem 4. 4a. f) *e corr.*, ndo *superscr.* 1. g) descend. 4. 4a. h) que *deest* 3. 4. 4a. i) XII 3.

1) Ios. 4, 19. 20. Cf. Adamnan. II, 13. 14. 2) Hoc vocabulum bis praeter hunc locum occurrit apud
55 monialem, hoc capite p. 99, l. 4, et V. Wynneb. c. 2; significat cacumen, unde vero derivatum sit, incertum; cf. Ducange-Henschel s. v. 3) Cf. 4. Reg. 2, 19—23; Antonin. Mart. c. 14. 4) Cf. Adamnan. I, 6; Beda Venerab. lib. de locis sanctis c. 2. 5) Cf. Adamnan. I, 2—4; Beda, Expos. in euang. Marci IV, 15. 6) Cf. Ioh. ev. 5, 2—4. 7) Haec ex Gregor. Turon. Mirac. In gloria mart. I, 16, ubi vero rectius: *ab eo loco in quinto miliario.*

portaverunt illum[a] de Hierusalem, et statim cumque[b] ad portam venerunt civitatis, Iudaei voluerunt conprehendere illum[a]. Statimque illi homines qui porrigebant[c] ad feretra[d] et eam tollere conabant[e], retentis brachiis quasi[f] glutinati inherebant[g] in feretro et non poterant se movere, antequam Dei gratia et apostolorum petitione iterum resoluti fuerant, et tunc eos reliquerunt[h, 1]. Sancta Maria[i] in illo loco in medio Hierusalem exivit de[k] seculo, qui nominatur Sancta Sion; et tunc apostoli 11[l] portaverunt illum[m], sicut prius dixi, et tunc angeli venientes tulerunt illum[n] de manibus apostolorum et portaverunt in paradiso[o].

725 Et inde discendens[p] episcopus Willibaldus, venit[1] ad valle[q] Iussabat[r, *], illa stat iuxta Hierusalem civitate[s] in orientale[t] plaga; et in illa valle est aecclesia sancte Mariae, et in aecclesia est sepulchrum eius, non de eo quod corpus eius ibi requiescat, sed ad memoriam eius[2]. Et ibi orans, ascendit in montem Oliveti, que[u] est ibi iuxta valle[q] in orientale[t] plaga; illa vallis est inter Hierusalem et[v] Oliveti. Et in monte Oliveti est[w] nunc aecclesia, ubi Dominus ante passionem[x] orabat et dixit ad discipulos: *Vigilate et orate, ut non intretis in temptationem.* (Matth. 26, 41.) Et inde venit ad aecclesiam in ipso monte, ubi Dominus ascendit in caelum. Et in medio aecclesiae stat de aere factum sculptum ac speciosum et est quadrans, illud stat in medio aecclesie, ubi Dominus ascendit in caelum; et in medio aereo est factum vitreum[y] quadrangulum, et ibi est in vitreo parvum cisindulum[z, 3], et circa cisindulum[z] est illud vitreum undique clausum, et ideo est[a] undique clausum, ut semper ardere possit in pluvia sed[b] et in sole. Illa aecclesia est desuper patula et sine tectu[c, 4]; et ibi stant duas[d] columnas intus in aecclesia contra parietem[e] aquilonis[f] et contra parietem[e] meridialis plage. Illa[g] sunt ibi in memoriam et in signum duorum virorum qui dixerunt: *Viri Galilei, quid aspicitis[h] in caelum;* (Act. 1, 11.) et ille homo, qui ibi potest inter parietem et columnas repsere[i], liber est a peccatis suis. Inde venit[k] in locum, ubi angelus pastoribus apparuit, dicens: *Adnuntio vobis gaudium magnum* (Luc. 2, 10.) et reliqua[l]. Et inde venit[m] in Bethlem[n, **], ubi Dominus natus est, 6[o] milia ab Hierusalem. Illa[p] locus ubi Christus natus est quondam fuit spelunca sub terra, et nunc est quadrangulus[q] domus in petra excisum, et est terra circumquaque exfossa[r] et inde proiecta, et ibi supra[s] nunc est aedificata aecclesia[5], et ibi[t] Dominus natus est. Ibi supra stat nunc altare, et alius[u] altarius minor factus est, adeo[v] quod[w] ut illi, quando volunt ibi intus missam celebrare in spelunca, tollentes illum[y] altarem minorem portant ibi intus illum tempus, quando missam celebrant, et iterum levant illum[x] foras. Illa aecclesia, ubi Dominus natus est, quae ibi supra stat, illa[y] est in similitudine crucis aedificata, gloriosa

*) *Vita III, c.* 11: Iosaphath, ubi sepulcrum sanctae Mariae monstratur. . . . . . Digressos inde recipit eos mons Oliveti, ingressos aecclesiam desuper patulam et in loco dominicae ascensionis opera Helenae reginae constructam. Locus igitur[z] hic, in quo Dominus in ipsa ascensionis suae hora, stipantibus discipulis, steterat, et unde elevatis manibus captivitatem nostram in caelum captivam duxerat, hodie etiam dominicorum vestigia pedum evidentissime demonstrat, et quasi sentiens se ex hac pedum impressione omni artificioso ornatu incomparabiliter preciosiorem, nec pavimento sterni nec tecto patitur operiri. Has pedum Domini notas sanctus Willebaldus cum sociis non cessans lacrimis fluentibus rigare, vere potuit dicere: *Adoravimus in loco ubi steterunt pedes eius.* (Ps. 131, 7.)

**) *Vita III, c.* 12: Inde venit Bethlehem, ubi 'bos cognovit possessorem suum et asinus presepe domini sui' (Es. 1, 3). Accedens igitur[z] ibi ad puteum, quod prius mirabatur auditum, vidit in superficie aquae ire a margine[a] ad marginem figuram stellae[6], quae magis nato Domino apparuit eosque tertio decimo dominicae nativitatis die Bethlehem perduxit.

a) illud 3. 4. 4a. b) que *deest* 3. 4. 4a. c) pergebant 3; brachia *add.* 4. 4a. b. d) feretrum 3. 4. 4a. e) conabantur 3. 4. 4a. f) q̄si 1. g) inferebantur 3. h) abire *add.* 4a. i) *crux super nomen scr.* 1. k) hoc *add.* 4. 4a. b. l) *deest* 3. m) illam 3. 4. 4a. n) illam 3; eam 4. 4a. b. o) paradysum 3. 4. p) desc. 1a. 3. 4. 4a. q) vallem 3. 4. 4a. r) Iosaphat 4. 4a. s) civitatem 3. 4. 4a. t) orientali 3. 4. 4a. u) qui 3. 4. 4a. v) montem *add.* 4. 4a. b. w) n. e. 1a. 3. x) suam *add.* 1a. 3. y) *deest* 4. 4a. b. z) cicindulum 3; asindulum 4. 4a. a) *superscr.* 1; und. *deest* 4. 4a. b; u. cl. est id. 3. b) *deest* 3. 4. 4a. b. c) tecto 3. 4a. d) duae columnae 3. 4. 4a. e) pariete 1a. f) aq. et c. p. *des.* 3. g) Illę 3. 4. 4a. h) statis aspicientes 4. 4a. b. i) repere 3. 4. 4a. k) venerunt 3. l) et rel. *des.* 4. 4a. b. m) Bethleem 3. 4a; Bethlehem 4. o) septem 4a. — mı̄a 1; mı̄t 1a. 3; miliariis 4. 4a. p) Ille 3. 4. 4a. q) quadrangula . . . excisa 3. 4. 4a. r) ex *alio atram. post suppl.* 1; effossa 3. s) *deest* 3. t) ubi 3. 4. 4a. u) aliud minus altare (alt. m. 4. 4a) factum 3. 4. 4a. v) ideo 3. w) *deest* 4. 4a. — ut *deest* 3. x) illud 3. 4. 4a. y) *deest* 4. 4a. b. z) ergo *ed.* a) usque *add. ed.*

1) Eadem fere narrat Nicephorus Callistos, Hist. eccl. II, 22, Migne, Patrol. Graec. CXLV, p. 811 sqq. 2) Cf. Adamnan. I, 13. 3) i. e. candela, lampas. Cf. Ducange-Henschel s. v. *cicindelum.* Dele ibidem articulum *asindulum.* 4) Cf. Adamnan. I, 23. 5) Cf. Adamnan. II, 2. 6) Finxit auctor, a Willibaldo esse visum, quod ipse apud Gregorium Turon. In gloria martyrum I, 1. legit.

725. domus. Et ibi orantes, pergebant inde et venerunt in villam magnam qui vocatur Thechua[a. 1. *], ad illum locum, ubi[b] infantes quondam occisi fuerant ab Herode; et[c] ibi est nunc aecclesia. Ibi requiescit unus de prophetis[2]. Et tunc venit inde in valle Laura[3]; ibi est monasterium magnum, et ibi sedit abbas[d] ad aecclesia[e] et ille ianuarius[f] aecclesiae; alii monachi multi[g], qui ibi sunt in ipso monasterio, et[g. 4] sedent circa vallem in oneo[h] rupis montis et habent illis excisum[i] in saxosa rupe montis parvas[k] receptaculas ubi[l] et ubi. Ille mons est in giro circa vallem et monasterium aedificatum in valle; et ibi requiescit sanctus Saba[5]. Inde venerunt ad locum, ubi Philippus baptizavit eunuchum[6]; et ibi est aecclesia parva in valle magna inter Bethlem et Gazam[m]. Et inde ibant ad Gazam[7]; ibi[n] est sancta[o] locus; et illic orantes, ibant ad Sanctum Mathian[8]; ibi est magna gloria[p] dominica. Cumque sacra missarum sollemnia ibi[c] fuerant celebrata, episcopus noster Willibaldus stans ibi ad missam lumen oculorum amisit et cecus fuit duos menses. Et inde ibant ad Sanctam Zachariam[9] prophetam, non pater[q] Iohannis, sed alius[r] prophete[10]. Et inde tunc ibat[s] ad castellum Aframia[11]; ibi requiescent tres patriarche, Abraham, Isac[t] et Iacob, cum uxoribus suis. Et inde venit iterum in Hierusalem, et introiens in aecclesiam ubi sancta crux Domini inventa fuerat[12], aperti sunt oculi eius, et visionem recipit. Et ibi aliquantulum[u] temporis manens[v], pergebat inde et venit in locum Diospole[w. 13] ad Sanctum Georgium[x. 14], illud est 10 milia[y] ab Hierusalem; et inde venit[z] ad alio[a] villa[15. **]; ibi est aecclesia sancti Petri apostoli, et illic suscitavit viduam sanctus Petrus, qui[b] fuit nominata Dorca[c]. Et ibi orans, pergebat et venit ad mare Adrian[d], longe ab Hierusalem, ad urbes Tyro[e] et Sidone[f]; 6 milia[g] sunt inter illis[h] duabus urbibus, et stant in litore maris. Et[i] inde venit[k] ad urbe[l] Tripole in litore maris; et inde pergit super Libanum montem et venit in

*) *Vita III, c. 12. pergit post p. 98, n. **:* Inde venere Teguam[m], ubi, Christi coaequaevis ab Herode trucidatis, Nathanahel sub ficu a matre absconsus evasit[16], ideoque sibi dictum est a Domino, quia: *Cum esses sub ficu, novi te.* (Ioh. ev. 1, 48.) Inde per lauram[n], ubi sanctus Saba requiescit, venere iuxta vicum Betsuro[o. 17], ad aquam, quae in eodem quo gignitur sorbetur loco; in qua Ethiops, ab ultimis terrae finibus visitato Domini templo, per Philippum baptizatus, vicinum Israel preveniendo, pellem suam mutavit, id est fide dealbatus, peccati nigredinem deposuit.

**) *Vita III, c. 13:* Inde, visitata apud Diaspolim aecclesia sancti Georgii, per Ioppen, oppidum Palestinae maritimum, ubi Petrus viduam Dorcadem suscitavit, per litus maris Adriatici *etc.*

a) the:ua, *littera erasa, alio atram. corr.* Thechua 1; Thequa 4. 4[a]. b) ibi 1[a]. c) *deest* 4. 4[a. b]. d) abb 1. 1[a]. e) aecclesiam 3; monasterium 4. 4[a. b]. f) ianitor 4. 4[a. b]. g) *deest* 3. h) in devexa rupe m. 4. 4[a. b]. i) excisas 3; excisa 4. 4[a]. k) parva receptacula 3. 4. 4[a]. l) ibi et ibi 4. 4[a. b]. m) gā 1[a]. n) ibi — locus *des.* 4. 4[a. b]. o) sanctus 3. p) gl̄ra 1; in *add.* 4. 4[a. b]. q) pat̄ 1. 1[a]; patrem 4. 4[a]. r) a. propheta 3; alterum prophetam 4. 4[a]. s) ibant *radendo corr.* ibat 1; ibant 3. t) Isaac 1[a]. 4. 4[a]. u) aliquantum 3. 4. 4[a]. v) manentes pergebant i. et venerunt 3. w) Diospolim 4. 4[a]. x) Georium 4. 4[a]. y) mıla 1; mıl̄a 1[a]; miliariis 4. 4[a]. z) venerunt 3. a) alia 1[a]; aliam villam 3. 4. 4[a]. b) que 3. 4[a]. c) Dorchas 3; Dorcas 4. 4[a]. d) Adriaticum 4. 4[a]. e) ·ro· 1. 1[a]. 3; *v. infra p.* 101; Tyrum 4. 4[a. b]; Tirum *Vita III.* f) Sidonem 3. 4[a]; Sydonem 4. g) mil̄:, *littera erasa* 1; mil̄ 1[a]. 3; miliaria 4. 4[a]. h) illas duas urbes 3. 4. 4[a]. i) Et — maris *des.* 4. 4[a. b]. k) venerunt 3. l) urbem 3. m) Tegnam *c.*; Tequam *ed.* n) laurum *c.* o) Betzuro *ed.*

1) Oppidum saepius in Sacra Scriptura commemoratum, cuius rudera hucusque exstant in Khirbet Tekua; cf. Guérin, 'Judée' III, p. 141—148. 2) Amos; cf. Hieron. epist. nr. 108; Ritter l. l. VIII, 2, 1 (XV), p. 630. 3) Non vallis vocabatur Laura, sed laurae erant speluncae monachorum, de quibus mox refertur. 4) Abundat *et.* Locum interpretare ita: 'Soli abbas et ianitor commorabantur in ecclesia, reliqui monachi omnes in cellis in petra excisis'. Monasterium vocat monialis totum locum, ubi monachi residebant, cum ecclesia. 5) Apparet, Willibaldum non in monasterio S. Sabae, ad rivum Kidronem sito, ubi eius corpus requiescebat, fuisse, sed in monasterio a Thecua versus meridiem sito a monachis S. Sabae condito; cf. Guérin l. l. III, p. 139; Ritter l. l., p. 625—629. 6) Act. apost. 8, 26—39. Tobler p. 337. affert locum Petri de Cassino, Lib. de locis sanctis ed. Riant p. 17: *In 24. miliario ab Hierusalem iuxta Hebron est fons, in quo baptizavit Philippus.* 7) Vix credendum est, itinerarium hoc loco recte relatum esse. Gaza enim nimis longe abest a locis antea et postea nominatis, cum inter Beth-Zur et Beth-Zakaria spatium tantum 10 km. intersit. 8) De hoc loco non constat. 9) Beth-Zakaria, ut omnes fere consentiunt, situm a Bethlehem versus occidentem et meridiem. 10) Veteris testamenti, filium Barachiae. 11) i. e. Hebron; a Latinis postea S. Abraham dictum. 12) Scil. in basilicam Constantini. 13) Lydda, olim Diospolis et Tygris appellata, hoc loco intelligenda est. MAB. Sita inter Ierosolymam et Ioppen. 14) Cf. Adamnan. III, 4. 15) Ioppen, ut auctor Vitae III. supplevit; cf. Act. apost. 9, 36—43. 16) Hanc fabulam nusquam inveni. 17) Quae addit auctor sumpsit ex Hieronymi libro de situ et nominibus locorum Hebraicorum s. v. *Bethsur* (Migne XXIII, col. 928) et Act. apost. c. 8.

725. Damasco[a]; et inde venit* ad[b] Cesaream[1]; et inde venit tertia vice ad Hierusalem et ibi fuit 726. totum[c] hiemem. Et[d] inde pergit super[e] 300 milia ad urbem Emesam[f] in Syriae[g]; et inde Febr. Mart. venit ad urbe[h] Salamaitha[i, 2], illa est in extremis finibus Syrium[k]; et ibi erat ille[l] totum quadragensimi[m] tempus, quia infirmus fuit et non poterat pergere. Socii eius, qui cum eo erant in comitatu illius[n], pergerunt[o] ad regem Sarracinorum nomine Myrmumni[p, 3] et voluerunt rogare illis[q] epistolam, ut pergerent, et non poterant invenire regem, qui[r] ipse fugerat foras extra regionem illam infirmitatem atque cladem, quae erat super regionem illam[4]. Cumque illi non invenientes[s] regem, veniebant iterum, et illic morantes[t] simul in c. Mart. 17. Salamaitha[u] usque dum una ebdomada[v] ante pascha[5]. Tunc venerunt iterum ad Emesam[w] et rogaverunt illum presem[x] dare illis epistolam, et dedit illis epistolam[l] duobus et duobus. Illic[y] non poterant simul[z] pergere, sed duos[a] et duos, quia[b] facilius sic potuerunt alimenta obtinere illis[c]. Et tunc venerunt in Damasco[a] et inde quarta vice[d] ad Hierusalem, et ibi manentes aliquantum tempus, venerunt ad urbe[e] Sebastia, que prius erat Samaria vocata; sed postquam illa confracta fuerat, construebant iterum unam[f] castellam, ubi prius erat Samaria, et vocabant illam[g] castellam Sebastia; et ibi requiescent[h] nunc sanctus Iohannis[i] baptista et Abdias et Heliseus[k] propheta; et ibi est[e] puteus ille prope castella[l], ubi Dominus postulavit aquam bibere a Samaritana muliere. Et super illum puteum nunc est aecclesia[6], et illa[m] mons est ibi**, in quo adorabunt[n] Samaritani, et illa mulier dixit ad Ioh. ev. 4, 20. Domino[o]: *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et tu dicis, quod in Hierosolimis est[p] locus, ubi adorare oportet.* Tunc illic orantes, pergerunt[q] super Samaritanorum regionem in extremis finibus illorum[r], in villam magnam unam, ibi erant unam noctem. Et inde pergebant super campum magnum, olivarum plenum; et pergit cum illis unus Ethiops cum duobus camellis[s] et uno mulo ducebat unam mulierem per silvam. Cumque perrexerunt, obviavit illis unus[t] leo, qui aperto ore rugiens[u] rancusque eos rapere ac[v] devorare cupiens, valde minavit illis. Tunc ille Ethiops dixit ad illos: 'Nolite timere vos, sed pergamus inante'. Statimque illi pergentes, adpropinquaverunt ad illo, ast ille cito omnipotentis altithroni Dei adminiculo in aliam partem[w] devertit et latabat[7] illis viam[x], ut pergerent. Et sic dixerunt, ut posteaquam inde[y] pergebant, post[z] pusillum audiebant illum leonem magnum mugitum[a] dare, ita ut rancus multos devoraret illorum hominum qui pergebant

*) *Vita III, c. 13:* visitata iterum Damasco, venit Emaus[8], vicum Palestinae, quem Romani post destructionem Hierosolimorum ex eventu victoriae Nicopolim vocaverunt[9]. Ubi postquam in domo cf. Luc. 24, 30. 31. 35. Cleophae in aecclesiam mutata eum qui ex fractione panis in ea cognitus est adoravit[10], viventis aquae fontem desiderans, vidit et fontem, qui est in trivio, quo Christus eodem quo resurrexit die cum discipulis duobus, Luca et Cleopa, quasi ad alium declinaturus vicum, ambulavit. Est enim ibi fons, ad quem Christus olim, in terris conversatus, cum discipulis dicitur venisse pedesque in eo, emenso aliquo itinere, lavisse; et hinc eandem aquam diversorum efficacem medicaminum a Deo factam, ut potata quibuslibet languoribus tam pecudum quam hominum salutis infundat presentiam[9]. *C.* 14. Inde sanctus Willibaldus tercio Hierosolimam venit *etc.*

**) *Vita III, c. 14:* viso monte Garizim, in quo Samaritana patres Samaritanorum orationi indulsisse dixerat.

a) Damascum 3. 4. 4a. b) *e corr.* 1. c) totam 3. 4. 4a. d) Et — Syriae *des.* 4. 4a. b. e) *erasum* 3. f) Emesiam 3. g) Sirię 1a; Syria 3. h) urbem 3. 4. 4a. i) Tolomaidam 4a. k) Sirium 1a. 3; Syriae 4. 4a. l) *deest* 3. m) quadragesimi 1a; quadragesimale 3; temp. quadragesime 4. 4a. n) *post* illius *vox erasa* 1. o) perrexerunt 3. 4. 4a. p) Murmumni 1a. 3; Myrmunni 4; Myrmunin 4a. q) *sic* 3. 4. 4a; illis *radendo corr.* illi 1, *et ita* 1a. — epistola 1a. r) quia 3. 4. 4a. s) invenissent 3; invenirent 4. 4a. t) orantes 3. u) it *in loco raso* 1; Tolomaida 4a. v) erat *add.* 3; esset ebd. 4. 4a. b. w) Mesam 3; Emessam 4. 4a. x) presidem 3. 4. 4a. y) Illi *corr.* Illic 1; quia illi non 4. 4a. b. z) 2 *pergit f.* 112. a) duo et duo 3. 4. 4a. b) q 1a. c) *deest* 4. 4a. b. d) venerunt *add.* 1a. 3; venerunt q. v. 4. 4a. b. e) urbem 1a. 3. 4. 4a. f) unum castellum 3. 4. 4a. g) illud castellum 3. 4. 4a. h) requiescunt 3 (*ubi* n. r.). 4. 4a. i) Iohis bap̃ 1; Iohs bap̃t 2; Iohannes 3. 4. 4a. k) Eliseus 2. l) castellum 3. 4. 4a. m) ille 3. 4. 4a. n) adorabant 2. 4. 4a; adorant 3. o) d. adño 1. 1a. 2; ad dominum 3. 4. 4a. p) *deest* 2. q) perrexerunt 3. 4. 4a. r) eorum 3. 4a. b. s) camelis 1a. 2. 4. 4a. t) *superscr.* 1. u) rugens 1a. v) ad 1a. w) partam 2. — divertit 1a. 2. 4. 4a. x) et dimisit illos 4. 4a. b. y) ille 2. z) p. p. *des.* 4. 4a. b. a) rugitum 4. 4a.

1) Philippi, ubi iam semel fuit; cf. supra p. 96. 2) Salaminias (Salamieh), ut Tobler p. 339. statuit. 3) Hischam calipham. 4) Cf. Theophan. ed. Bonn. I, p. 632: A. m. 6225 (a. 725. p. Chr.) τούτῳ τῷ ἔτει ἐγένετο θανατικὸν ἐν Συρίᾳ, καὶ ἀπέθανον πολλοί. 5) Pascha fuit a. 726. die Mart. 24. 6) Cf. Adamnan. II, 20; Antonin. Mart. c. 8. 7) Idem verbum V. Wynneb. c. 7. legitur. 8) Inepte Emaus vicus, ab Ierosolyma versus occidentem situs, hic interpositus. Quem auctor haud dubie pro Emesa apud monialem mox sequente, quod supra p. 94, n. ** in Edissam corrupit, posuit. 9) Haec ex Hist. tripart. VI, 42. sumta sunt. 10) Cf. Hieron. Epist. nr. 108: *Nicopolim, quae prius Emmaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus Cleophae domum in ecclesiam dedicavit.*

olivarum collegere[a] fructos. Cumque[b] pergentes venerunt ad urbe[c] que vocatur Thalamaitha[d,1] in litore maris; et inde ambulantes, venerunt ad caput Libani, ubi ille mons[e] in mare vadit et est promontorium[f]; ibi[g] est turris Libani. Et qui illic[h] venit non habens cartam[2], non pertransiret[i] locum, qui[k] in custodia est ille locus et est claustrum; sed cito[l], si venerit[m] sine carta, tollent[n] illum cives et mittunt ad urbe[o] Tyro. Illa mons est inter[p] Tyro[q] et Thalamaitha[r]. Et tunc venit iterum episcopus ad Tyro[q]. Episcopus Willibaldus prius, quando erat in Hierusalem, emebat sibi balsamum[s] et replevit unam munerbam[3], tollit[t] unam cannam, que fuit concava et habuit imum[u,4], illam replevit de petre oleo et fecit intus in munerbam et secavit[v] illam cannam parem[w] munerba, ita ut in margine[x] ambo erant similes plane, et sic claudebat os munerbe. Cumque veniebant illi ad urbe[o] Tyro, illi cives urbis tollentes eos constringebant et omnem scirfam[y,5] eorum exquirebant, ut repperirent, si aliquid habuissent absconditum, et si aliquid invenissent, cito illos punientes martyrizarent. Cumque omnia exquirentes nihil invenerunt nisi unam munerbam, quam habuit Willibaldus, illamque[z] aperientes, odorabant[a], quid intus fuisset. Cumque odorabant[b] petre oleam[c], qui intus in canna fuerat supra, et balsamum, qui[d] intus erat in munerba subtus petre olea, non repperierunt[e], et sic eos[f] reliquerunt. Multos dies erant ibi expectantes navem, quando parata fuerat[g]. Et postea tunc navigaverunt totum gemem[h] a natale[i] sancti Andreae[k] apostoli usque una ebdomada[l] ante pascha[m,6]. Tunc venerunt in Constantinopole[n] urbe, ubi requiescent[o] tres sancti, Andreas et Timotheus et Lucas euangelista, in uno altare[p], et Iohannes[q] ille Os-aureus requiescit ibi coram altare, ubi presbiter stat, quando missam facit, ibi est sepulchrum eius. Ibi esset[r] episcopus noster 2 annos et habebat receptacula intus[s] in aecclesia, ut cottidie potuit[t] aspicere ubi sancti requiescebant. Et inde venit ad urbe[u] Nicena, ubi olim habebat[v] cesar Constantinus synodum, et ibi fuerunt ad[w] synodo 318[x] episcopi, illi omnes habebant[y] synodum. Et* illa aecclesia similis est ille[z] aecclesiae in Oliveti monte, ubi Dominus ascendit in caelum; et in illa aecclesia[a] erant imagines episcoporum, qui erant ibi in synodo. Et ille Willibaldus pergebat illic a Constantinopoli[b], ut videret, quomodo esset facta illa aecclesia, et iterum remeavit ad Constantinopoli[c]. Et post duobus[d] annis navigaverunt inde cum nuntiis papae[7] et cesaris[e,8] in insulam[f] Sicilia[g] ad urbe Saracusam[h]; et inde venit ad urbem Catenam, et inde venit ad Regiam civitatem in Galabria[i]. Et inde navigaverunt ad insulam Vulcana[k,9]; ibi est infernus Theodrichi[l,10]. Cumque illic[m] veniebant, ascendebant de nave[n], ut viderent, qualis esset[o] infernus. Statimque Willibaldus curiosius[p] et volens videre, qualis esset intus ille[q] infernus, et[r] volebat ascendere in montis cacumen, ubi infernus subtus erat, et non poterat, qui[s] faville de tetro tartaro[t] usque ad marginem ascendentes glomerati[u] illic iacebant et ad instar nivis, quando de caelo nivans[v] canditas nivalesque cadentes catervas[w] de

726. — Nov. 30. 727, c. Apr. 6. — 727—729. — 729.

*) *Vita III, c.* 14: ibique est aecclesia, in qua ad synodum consederunt, tecto carens, instar illius quae sita est in monte Oliveti[11].

a) *sic* 1. — fructus 3. 4. 4ª. b) Inde 4. 4ª. ᵇ. c) urbem 3. 4. 4ª. d) Thalamaida 2, *et sic postea;* Thalamartha 4. 4ª. e) mos 1; m. in m. *abscisa* 1ª; u. illenos 2. f) promunct. 3. 4. 4ª. g) ubi 1ª; i. e. *des.* 3, *ubi* terris L. h) illuc 1ª. 3. 4ª. i) pertransiet 3; pertransit 4. 4ª. k) quia 3. 4. 4ª. l) *deest* 4. 4ª. ᵇ. m) siuerit *alio atram. corr.* si venerit 1. n) tollunt eum 3. o) urbem Tyrum 3. 4. 4ª. p) in 2. q) Tyrum 3. 4. 4ª. r) Thalamartham 4. 4ª. s) palsamum 2 *h. l. et postea.* t) tulit 2. 4. 4ª. — t. itaque unam munerbam q. 4. 4ª. ᵇ. u) linum 2. 4. 4ª. — illa 3. v) statuit 2; secuit 4. 4ª. w) parvam munerbam 4. 4ª. ᵇ, *corr.* munerbe 4ª. x) marginem 3. y) sarcinam 4. 4ª. ᵇ. z) illam qui 2; que *deest* 4. 4ª. a) ador. *corr.* odor. 1. 2. b) ador. 2. c) oleum quod 3. 4. 4ª, *et ita mox.* d) quod 3. e) repererunt 3; reperiebant 4ª. f) *post* eos *littera erasa* 1; qui *add.* 2; *forte* eosque *in cod. originali scriptum erat.* g) fieret 4. 4ª. ᵇ. h) *sic* 1. 1ª. 2, *i. e.* hiemem, *et sic* 4. 4ª; gemini 3. i) nt̄ 1. 1ª. 3. k) Andre 1ª, *qui hic desinit.* l) ebđ 1. 3; unam ebdomadam 4. 4ª. m) *sequentia des., duobus foliis excisis,* 2. n) Constantinopolim 3. 4. 4ª. — urbem 3; u. *deest* 4. 4ª. ᵇ. o) requiescunt 3. 4. 4ª. p) altari 3. 4. 4ª. q) Iohan 1. 3. r) fuit 3; erat 4. 4ª. ᵇ. s) intra ęcclesiam 3. t) potuisset 3; posset 4. 4ª. ᵇ. u) urbem Nicenam 3. 4. 4ª. v) *deest* 3, *post* syn. *post add.* habuit. w) ad s. *des.* 3. x) trecenti XVII 3; CXVIII *Vita III.* y) illic *add.* 4. 4ª. ᵇ. z) illi 3. 4. 4ª. a) *post* ęcclesia *littera erasa* 1. b) stan *superscr.* 1. c) Constantinopolim 3. 4. 4ª. d) duos annos 3. 4. 4ª. e) cessaris 1. f) insulū, *post corr.* insulā 1. g) Silicia 1; Siciliam 3. 4. 4ª. h) urbem Siracusam 3; urbem Syracusanam 4. 4ª. i) Calabriam 3; Cal. 4. 4ª. k) Vulcanam 3; Vulcaniam 4. 4ª. l) Theoderici 3. 4. 4ª. m) illuc 3. 4. 4ª. n) navi 3. 4. 4ª. o) ille *add.* 4. 4ª. ᵇ. p) curiosus (*corr.* curiosius 3) v. 3. 4. 4ª. q) inf. ille 3. r) *deest* 3. 4. 4ª. s) quia 3. 4. 4ª. t) *deest* 3. u) glomeratae 3. 4. 4ª. v) nivalis 3. — candiditas 3; candidas 4. 4ª. w) catervae 3; *deest* 4ª.

1) Ptolemais. 2) Litteras salvi conductus. MAB. 3) i. e. cucurbitam, concavam scilicet. 4) i. e. fundum. 5) = pera, sacculus? Cf. Ducange s. v. *scrippum.* 6) Pascha a. 727. fuit die Apr. 13. 7) Gregorii II. 8) Leonis II. 9) Volcano. 10) Cf. Gregor. Dial. IV, 31, SS. Lang. p. 540. 11) Cf. supra p. 98, n. *.

729. aereis etherum[a] arcibus arcis coacervareque[b] solet, ita faville coacervati[c] in apice montis iacebant, ut[d] ascensum Willibaldo prohibebant. Sed tamen tetrum atque terribilem horrendumque eructuantem de puteo flammam erumpere videbat, ad instar tonitrui tonantis sic flammam magnum[e] et fumi vaporem valde supblime[f] in alto ascendentem terribiliter intuebat. Ille fomix[g, 1], quem scriptores habere solent, illum videbat de inferno[h] ascendentem et cum flamma proiectum atque in mare arcitum[i] et tunc iterum de mare proiectum in aridam, et homines tollent[k] eum et inde ducent. Statimque post istis horribilis[l] seu terribilis ignis flagrantiae vaporibus flammivomisque fumi fetidis mirabilis[m] visionum spectaculis exploratis, inde levantes se, navigaverunt ad aecclesiam sancti Bartholomei apostoli[2], que stat in litore maris, et venerunt ad illis[n] montibus que sunt nominati Didimi[3]; et[o] ibi orantes, manebant unam noctem illic. Et inde navigantes, venerunt ad urbem que vocatur Neapule[p]; ibi esset[q] multos dies. Ibi est sedis archiepiscopi, et magna dignitas eius illic habetur. Et ibi est[r] prope castella[4], ubi requiescit sanctus Severinus. Et inde venit ad urbe[s] Capua; et ille archiepiscopus[5] misit eum ad alio urbe[s, 6] ad illo[t] episcopo, et ille episcopus misit illum ad urbe[s] Tiana[u, 7] ad illum episcopum[8], et ille episcopo misit illum ad Sanctum Benedictum. Illud[v] erat autumnus, quando venit ad Sanctum Benedictum, et tunc fuerant 7 annos[w, 9], quod de Roma transire coepit, et omnium erant 10 annos[w, 10], quod de patria sua transibat.

5. Cumque venerandus vir Willibaldus et Tidberchtus[x], qui cum eo pergebat omnia[y], perveniebant ad Sanctum Benedictum, non repperiebant ibi[z] nisi paucos monachos et abbate[a] nomine Petronacem. Statimque illi magna[b] mentis moderamine et dogmatum ingenio felicem[c] fratrum contuberniam[d] sedulis disputationum admonitiis[e], non solum verbis, sed morum venustatis[f] visitando docebat[g] et recte constitutionis formam et cenobialis vitae normam in semet ipso ostendendo prebebat, ita ut omnium amorem seu timorem in[h] ipsum provocando arcessivit[i]. Et in primo anno illic[k] veniens, cubicularius fuit aecclesiae, et in secundo erat decanus in monasterio, et postea 8[l] annos fuit portarius in duobus monasteriis, quatuor annos erat portarius in illo monasterio que[m] stat supra in monte valde excelso, et alia[n] quatuor erat in alio monasterio que[m] infra stat iuxta amne[o] Rapitho[p, 11]; et[q] ab illo monasterio sunt 2[r] milia ad alio[s] monasterio quod stat in monte. Transacto itaque tunc[t] 10 annorum intercapidine, venerandus ille vir Willibaldus sacram sancti Benedicti regularis vitae institutionem, quam omnipotentis Dei auxilio illorumque adminiculo, quas[u] super longa locorum stadia et super vastas barginum[v, 12] vias in redemptionem animae et in opem presentis vitae requirebat, omnimodo prout fore[w] possit observare conabat[x], et non solum ipse, sed alios cum illo[y] in veneranda regularis vitae vestigia preibando[z] perducebat. Post haec itaque tunc[a] unus presbiter, qui de Ispania[b] veniens ad Sanctum

729–730. 730–731. 731–735. 735–739.

a) ętherism artibus (*corr.* arcibus) artis (*corr.* in arcis se) 3; arcis *deest* 4. 4a. b, *quod corruptum videtur.* b) que *deest* 3; acervare 4. 4a. b. c) coacervatae 3. 4. 4a. d) et 4. 4a. b. e) magnam 3. 4. 4a. f) supplime *corr.* supblime 1. g) vel pumex *add.* 4 *in marg.* 4a; pumex vel fomex 4b. h) illo *add.* 4a. i) coniectum 4. 4a. b. k) tollunt 3. 4. 4a. l) horribiles 3, *ubi* s. t. *des.* m) mirabilibus 3. n) illos montes qui 3. 4. 4a. o) et — illic *des.* 4. 4a. b. p) Neapolis 3. 4. 4a. q) erant 3; erat 4. 4a. b. r) pr. e. 3. s) ad i. ep. *des.* 3; ad alium episcopum 4. 4a. b. t) urbem 3. 4. 4a. u) Uana 3; Tyanam 4. 4a. v) Tunc 4. 4a. b. w) anni 3. 4. 4a. x) Theodebertus 3; Diapertus 4. 4a. y) onia *post corr.* ōnia 1; per o. venissent ad 4. 4a. b; o. permeabant ad 3. z) *deest* 3. a) abbatem 3. 4. 4a. b) magno 3. 4. 4a. c) felix 3. d) contubernium 3. 4a. e) admonitionibus 3; admonens 4. 4a. b. f) moribus vis. veritatis 3. g) et rectae institutionis f. doc. 3. h) se *add.* 4. 4a. i) accersiret 3. 4. 4a. k) illuc 3. 4. 4a. l) septem 3; per octo 4. 4a. m) quod 3. 4. 4a. n) alios 3. 4. 4a. o) amnem 3. 4. 4b; *deest* 4a. p) Raphitho 4; Raphito 4a. b. q) et — monte *des.* 4. 4a. b. r) quinque 3. s) aliud monasterium 3. t) tamen 3. u) quos 3. 4. 4b; quam 4a. v) marginum 4. 4a. b. w) ferre 3. x) conabatur 3. 4. 4a. y) ipso 3. z) *i. e.* preeundo, *ut codd.* 3. 4. 4a *habent; cf. infra p.* 112, *l.* 33. a) *deest* 3. 4. 4a. b. b) Hisp. 3. 4. 4a.

1) i. e. pumex, ut iam glossator codd. 4. 4a interpretatus est. 2) In insula Lipari sita, ut videtur, cum ibi corpus S. Bartholomaei tunc servaretur; cf. Acta SS. Aug. V, p. 52 sqq. 3) Didyme insula, nunc Salina. BRUECKL. 4) Lucullanum scil. MAB. 5) Nomen non constat; circa a. 726. Autcharius praefuisse ecclesiae Capuanae dicitur. 6) Calvi, ut videtur, quae sedes episcopalis inter Capuam et Teanum sita est. 7) Teano. 8) Nomen eius ignotum est. 9) Monialis annos, quo profecti sunt et quo advenerunt, plenos computasse videtur, si, ut ex relatione itineris apparere nobis videtur, demum a. 723. post pascha Willibaldus Roma abiit. 10) Eodem modo etiam hunc numerum computasse videtur, ita ut nimio numero septem annorum falso tres annos adderet, iterum annos quo ab Anglia et quo Roma profectus est plenos numerans, cum re vera duobus tantum plenis annis in hoc itinere moratus sit, ut ipsa c. 3. narrat. 11) Rapido rivus. 12) Forte idem quod barca, barga = *navium;* cf. Ducange s. v. *barga.* Ibidem affertur *barginus, bargina* = alienigena, peregrinus.

Benedictum ibi manebat, licentia[a] rogabat abbatem[b] Petronacem ad Romam pergere. 739. Statimque ille, licentia postulata, rogabat Willibaldum[c], ut cum eo pergeret et illum duceret ad Sanctum Petrum. Et ille statim[d] petitionibus eius consensum seu[e] effectum promittebat. Cumque illi pergentes, ad Romam venerunt, atque[f] ilico basilicam sancti Petri intrantes, sacra caelestis clavicularii postulaverunt presidia illiusque se commendabant pio[d] precuum patrocinio. Tunc* ille sacer apostolice sedis pontifex Gregorius III[us] venerandum[g] virum Willibaldum illic esse repperiens[h], precepit illum ad se venire. Cumque illic veniebat ad sanctum summae sacerdotalis[i] pontifice, statim prono vultu in terram se vergebat et illum salutabat. Protinusque ille pius populorum speculator[k] piis verborum vicissitudinis iteneris sui ordinem investigare coepit ab illo, quomodo septuplum[l] annorum calculum in externis terminarum[m] telluris probando peragraret, aut quomodo multa[n] temporum spatia perniciosas paganorum pravitates penetrando evaseret, diligenter ab illo sciscitabat. Statim-

*) *Vita III, c.* 16: Claruit et eodem tempore in Teutonicis partibus tam opere quam nomine Bonefacius Moguntinae aecclesiae archiepiscopus, genere itidem Anglus et sancto Willibaldo cognatus[1], conversaque postmodum feroci Fresia, insignis Christi martyr futurus. Hic cum de plantando christianae religionis nutrimento cogitaret et huic operi[o] habiles ac necessarios undecumque aggregare anhelaret, audierat famam sancti Willibaldi, apud castrum Cassinum divinae deditissimum contemplationi. Veniens igitur[p] Romam[2] idem archiepiscopus, post alia cum presule apostolico de catholicae statu aecclesiae collata subiunxit, quod se ferventissime excoquebat, commissum scilicet sibi Mogontinae sedis archiepiscopatum[3], terrae et locorum spacio amplum, gentilitatis autem ritu[q] esse squalidum et incultum, messem ibi multam, operarios autem paucos; et cum necessitas inrecuperabilis cogat pastorem commissorum sibi quorumlibet rationem reddere, subditorumque sanguis requiratur a preposito presule, unum pastorem tam numeroso ovili non posse sufficere. Ideoque, si Deus annuat, et si apostolica auctoritas permittat, se eundem episcopatum statutis in eo duobus episcopis decrevisse partiri, ut minor procuratio et gregem munire et pastorem valeat absolvere; esseque apud Cassinum castrum monachum quendam nomine Willibaldum, qui, postpositis divino amori patria et parentibus, post fractam longo viarum et sancta permeandi loca labore aetatem, Deo ibi mancipatus serviat; cui unum ex statuendis episcopatibus velit committere, si ipse domnus papa eum monasterio subtractum sibi curet transmittere. Prefuit tunc sedi apostolicae Gregorius eiusdem nominis tercius, papa vero nonagesimus primus. Hic, audito tam laudabili archipresulis Bonefacii desiderio, propositam[r] eius intentionem probavit, sancti transmissionem Willibaldi promisit, et longis fotum amplexibus, pleno[s] singultibus ore, dimisit. *C.* 17: Nec longum postea sanctus Willebaldus, decennio iam apud Cassinum montem impleto, Romam cum quodam confratre suo, genere Hispano, ex licentia abbatis sui Petronacis[t] adiit. Cuius audito adventu, beatus papa eum vocavit et post multas inquisitiones et responsa ei[u] sancti peticionem Bonefacii innotuit. Quod[v] durum et propositae contrarium vitae sanctus Willibaldus reputans, intulit se, qui propria dimisit, qui mundum pedibus subegit, non posse rursus mundanis irretiri nec quiete, quam in valle lacrimarum sibi paravit, velle privari; nec esse providi et mente integri, ut, post horrenda naufragia portu occupato, se titubantibus adhuc vestigiis saevam pretendenti mortem credat pelago. Ad quem papa his vel huiusmodi utitur dictis: 'Dilectio Dei per dilectionem probatur proximi. Petro igitur[p], postquam se amatum ter audivit, gregis sui curam et pastionem commisit. Hinc instructi divinitus sancti patres multis ex monasteriali quiete, compluribus ex solitaria contemplatione raptis episcopatus commisere. Predecessor et aequivocus meus Gregorius[4], mente et habitu monachus, sedi apostolicae preficitur. Moyses heremita, innumeris in heremo clarus signis, de solitaria quam duxerat vita, impetrante apud Romanum imperatorem Mavia regina, raptus, Sarracenorum genti episcopus preponitur, nec longum, indutam agnina pelle ferocissimam gentem Christo lucratur[5]. Quicumque igitur virtutibus pollens preesse renuit suamque quietem aliorum[w] utilitati preposuerit, tot damnatorum poenas dignus erit luere, quot peccantium mores ipse prelatus potuit corrigere'. His vel similibus animus sancti Willibaldi flectitur, et pedibus papae advolutus, quodcumque imponatur onus, devoto se subiturum humero profitetur. Multum igitur[p] instructus et apostolica benedictione munitus, dirigitur sanctus sancto Willibaldus Bonefacio. Quem sanctus archipresul quasi angelum caelo demissum[x] recipiens, gratioso affectu amplectitur, dignissime veneratur.

a) licentiam 3. 4. 4[a]. b) abb̄ 1; ab abbate Petronace 3. c) Uuillb̄ 1. d) *deest* 3. e) seu eff. *des*. 3. f) *erasum* 3. g) in venerando viro 3. h) conperiens 4. 4[a. b]. i) sedis *add*. 3. k) speculatorȝ 1. l) septem 4. 4[a. b]. m) terminis 3; terrarum finibus pr. 4. 4[a. b]. n) per m. 3. o) opere *c*. p) ergo *ed*. q) situ *c*. r) proposito *ed*. s) plenum sing. dim. *ed*. t) Petronatis *c*. u) et *c*. v) Id *ed*. w) *deest c*. x) dim. *c*.

1) Cf. infra V. Wynnebaldi c. 4. 2) A. 737—738. Bonifatius Romam venit, quod auctor ex Vita Bonif. auct. Willibaldo c. 27, SS. II, p. 346, didicisse videtur. Cetero quae de colloquiis Bonifatii et Willibaldi cum papa habitis narrat eum effinxisse, vix monendum est. 3) Hunc non ante a. 745. suscepit. 4) I. Magnus. 5) Cf. Rufin. Hist. eccl. II (XI), 6.

739 740. que tunc[a] ille agilis Christi vernaculus glorioso gentium gubernatore[b] sapiente sermonum industria humiliter edisserendo serie[c] sui iteneris ex ordine intimavit, quale[d] modo multas migrando mundi istius meabit[e] mansiones, et quomodo almam[f] altissimi etherium[g] Plasmatoris natalem[a] adventus sui locum in Bethlem adorando, opem postulando lustrandoque perambulabat et nihilominus aliam baptismatis eius terram in Iordane speculando seque balneando visitabat; sed et in Hierusalem sicque in Sancta Sion, ubi sacer seculorum Salvator in cruce suspensus peremptus est atque sepultus et postea in monte Oliveti in caelum ascendit, istic quatuor vicibus veniendo orabat et Domino se commendabat[h]. Ista omnia illo intimando explanabat. Postquam haec omnia dilectabilis verborum sermocinationibus inter illis[i] fabulantes volutabant[k], sacer ille summusque apostolicus pontifex sobriis sermonum indiciis testando intimavit Willibaldo, quod sanctus Bonefatius[1] rogabat illum, ut ipsum Willibaldum a Sancto Benedicto ad illo[l] adducere pervenireque fecisset, et sic illum tunc subsummatim ad[m] illo in gentem Franchorum[n] perficeret. Cumque ista sancti Bonefatii[o] votiva voluntatum desideria domnus apostolicus papa Gregorius tertius Willibaldo indicavit, ast placidis illum exortationum[p] oraculis rogando seu precipiendo arcessivit, ut ad sancto Bonefatio veniret. Tunc ille inclitus Christi anthletus Willibaldus petitionibus pontificis simulque iussionibus se sollerter[q] subsummatim effectum seuque oboedientiam perficere promittebat[r], si secundum regularis vitae disciplinam licentiam illo ad[s] suo postularet abbate. Statimque summus ille sanctae auctoritatis pontifex respondit, illumque sine sollicitudinis ambiguitate securum cum suae iussionis licentia oboedientialiter pergere precepit, dicens: 'Qui[t] si illum ipsum abbatem Petronacem uspiam transmittere me libet, certe contradicere mihi licentiam non habet nec potestatem'. Confestimque tunc Willibaldus sacris sermonum exortationis consensum atque effectum[u] se spontaneę perpetrare[v] respondit; et non solum ibi[w], sed ubique in omni terrarum loco, quocumque illum transmittere dignaretur, devote sine thęside[x] differentia[2] secundum suae voluntatis arbitrio se pergere spondebat. Post haec, tunc finitis oraculorum fabulis, pergebat inde Willibaldus in pascha, qui illic veniebat[3] in natale[y] sancti Andreae. Tidberchtus[z] manebat ibi ad Sanctum Benedictum. Et veniebat ad Lucam, ubi pater eius requiescebat, et inde venit ad Tichine[a. 4] urbe, et inde ad urbe Prixa[b. 5], et inde venit ad locum que dicitur Cartha[c. 6], et tunc venit ad ducem Otilonem[d], et ibi fuit 1 ebdomadam, et inde venit ad Suidgerum[e], et ibi erat cum[f] illo 1 ebdomadam[g]. Et inde pergerunt ad Linthard[h. 7] Suidger[i] et Willibaldus ad sancto Bonefatio; et misit illos sanctus Bonefatius[k] ad Eihstat, ut videret, quomodo sibi placeret. Illum regionem Eihstat Suidger[i] tradebat sancto Bonefatio in redemptionem animae suae, et sanctus Bonefatius tradebat nostro episcopo Willibaldo illum regionem, quod adhuc erat totum vastatum[8], ita ut nulla domus ibi erat nisi illa aecclesia sanctae Mariae, que adhuc stat ibi, minora[l] quam alia aecclesia, quam[m] postea Willibaldus ibi construxerat. Cumque ibi manebant[n] duos simul ad Eihstat aliquantulum temporis indutium Willibaldus atque Suidgarius[o], almamque ibidem habitationis locum explorando elegebant; et postea iterum pergebant ad sanctum Bonefatium ad Frigisingum[p], et ibi erant cum illo, usque dum omnes simul iterum veniebant ad Eihstat; et ibidem tunc illum Willibaldum consecravit sanctus Bonefatius in presbiteratum[q] dignitatis gradum. Ipso die qua episcopus noster Willibaldus consecratus est in presbiteratum, 11. Kal. Augusti fuit ad natale[r] sancti Appollinaris[s] et sancte Mariae Magdalene. Et postquam unius anni transiebat circulus, sanctus Bonefatius precepit illo, ut in Thyringeam[t] ad se veniret. Statimque venerandus ille vir Dei Willi-

(Marginal dates: 740, Apr. 24. — 739, Nov. 30. — 740. — Iul. 22. — 741.)

a) *deest* 3. b) gubernatori sapienti 3. 4. 4a. c) seriem 3. 4. 4a. d) quali 3. 4. 4; qualiter 4a. e) meavit 3; permeavit 4. 4a. b. f) almum 3. g) aetherum 3. 4. 4a. h) *desinit* 3. i) se 4. 4a. b. k) 2 *pergit f.* 113. l) ad i. *des.* 4. 4a. b. m) subs. mitteret ac illi in g. Fr. erudiendam cooperatorem efficeret 4. 4a. b. n) Francorum 2. 4. 4a. o) Bonif. *corr. ead. m.* Bonef. 1; Bonifac. *semper* 4. 4a. p) ex:ort., *littera erasa* 1. q) solerter 2. r) pmittebat 2. s) ad *post superscr.* 1. t) Quia 4. 4a. u) *deest* 4. 4a. b. v) exhibere 4. 4a. b. w) illuc 4. 4a. b. x) theside 2; deside 4. 4a. y) nt 1; nat 2. z) Tidbertus (Tidbtus) 2; Et Diabertus 4; Et Diapertus 4a. a) Tichinę 2; Ticinię 4. 4a. b) Brixiam 4. 4a. c) Chartha 4; Charinta 4a; Charta 4b. d) *ante* otil. *tale signum* ✓ 1; Odilonem 2. 4. 4a. e) Suuithgarum 2; Suitgarium 4. 4a. f) c. i. *des.* 4. 4a. b. g) ebdomada 2. 4a. h) Linthart 2; Lintrath 4. 4a. i) Suithgar 2; Suitgarius 4. 4a. k) Bonefati 2. l) a *erasum* 2. m) q 2. n) manebat 2. o) Suithgarus 2; Suitgarius 4. 4a. p) Frisingam 4. 4a. q) prespiteratum 2, *et ita mox;* presbiteralis 4. 4a. r) nt 1; nat 2. s) Apollonaris 2; s. M. M. et s. Apollonaris (Apollin. 4a) 4. 4a. t) Thuringiam *semper* 4. 4a.

1) Qui c. a. 737—738. Romae fuerat. 2) i. e. deside mora. 3) Intellige: *illuc venerat*, sc. Romam. 4) Pavia. 5) Brescia, non Brixen. 6) Garda, ut etiam Brückl p. 76. statuit, villa ad lacum celeberrimum sita. 7) Ober- et Nieder-Lindhart, in Bawaria inferiore, praef. Mallersdorf. 8) i. e. incultum.

baldus[a] secundum iussionem sancti viri[b] in Thyringeam veniebat et in domo fratris sui sancti Wynnebaldi[1] hospitalitatis mansionem habebat, qui illum iam prius 8[2] annorum spatio et nono dimedio, ab eo quod de Roma pergebat, non vidit. Et iam tunc videndo gaudebant et[c] conventione gratulabantur ambos. Illud fuit autumnale annis tempus, quando Willibaldus veniebat in Thyringeam. Statimque* posteaquam illic veniebat, sanctus Bonefatius archiepiscopus atque Burchhardus[d, 3] et Wizo[4] sacre episcopatus auctoritate illum ordinando consecraverunt. Ast ibidem tunc cumque summa sacerdotalis infule ditatus erat honore, unam erat ebdomadam, et postea iterum ad predistinatam mansionis suae locum remeabat. Ille Willibaldus, quando in episcopatum consecratus erat, habebat 40 annos et 1 annum[e], et tunc erat autumnale tempus, circa illam fere horam tribus ebdomadibus ante natale[f] sancti Martini[5] in episcopatum consecratus est in loco que dicitur Sulzeprucge[g, 6].

741. c Oct 22 c Oct 29

6. De[h] fine Willibaldi ępiscopo.

Transacto atque terminato prolixa iteneris meatu Willibaldi, quam ille sagax in 7 annorum[7] indutia lustrando adiebat, illa nunc reperta et ex ritu rimata explanare intimareque conavimus, et non ab alio reperta nisi ab ipso audita et ex illius ore dictata perscripsimus in monasterio Heidanheim[i], testibus mihi diaconis eius[8] et aliis nonnullis iunioris eius. Ideo dico hoc, ut nullus iterum dicat frivolum fuisse[k].

Postquam ille de Roma in istam veniebat provinciam cum tribus contribulis suis, et[e] tunc 40 et unius annorum aetate, iam gnarus et grandevus, sacri episcopatus gradum accepit, et in loco que dicitur Eihstat monasterium construere incipiebat[9] atque oceo[o] ibidem sacram monasterialis vitae[l] disciplinam in usum prioris vitae, quod videndo ad Sanctum Benedictum, et non solum ibi, sed[m] in aliis[o] multis monachorum mansionibus, quas ipse solers et sophyrus vaste per ruras rimando explorabat, ast[e] illorum cata[10] normam venerandis vitae conversationem in semet ipso ostendendo exercebat et cum paucis adhuc ibidem operariis latam atque spatiosam divini segetis campum sacro superni verbis[n] sato serendo usque ad messem perducebat; et sic[o] apis prudentissima[11], que per purpura violarium virecta et per fulvas frondosorum flosculos et per olida holerum florida loetalem liquantes[12] toxicam et[k] suavissimum sorbentes sucum nectaris, et sic cruribus et toto corpore referta ad alveariis gestando properat: sic et ille beatus barilion[p, 13] Willibaldus in omnibus, que

*) *Vita III, c.* 18: Hinc ad archiepiscopum suum apud urbem Salzpurc venit, ubi confluente antistitum collegio, consentiente cleri plebisque suffragio, episcopalem benedictionem et Eihstetensis aecclesiae cathedram suscepit.

a) *sequentia des., folio exciso,* 2. b) Bonifacii 4. 4[a. b]. c) de sua *add.* 4. 4[a. b]. d) sanctus Burchardus 4. 4[a. b]. e) *deest* 4. 4[a. b]. f) nt̄ 1. g) prucge *ead. manu in loco raso* 1; Sulzpurg 4; Sallpurg 4[a]. h) *ita mimo* 1, *ubi* fiñ Uuillb̄; *haec des.* 4. 4[a. b] i) Heidenheim 4. 4[a]. k) *superscr.* 1. l) *post* vitae *vox erasa* 1. m) et *add.* 4. 4[a. b]. n) verb̄ 1; *cf. p.* 109, *l.* 8. o) sicut 4. 4[a]. p) parilion 4. 4[a].

1) Qui illo tempore in Thuringia septem ecclesias regebat; V. Wynneb. c. 4. 2) Error in numero, haud dubie nonnisi scribae errore ortus. Legendum est *X et VIII annorum*, cum, ut putamus, a. 723, Mart. Willibaldus Romam relinquens postremo fratrem viderit et a. 741, Oct. eum visitarit; interfuit igitur spatium 18½ annorum. 3) Wirziburgensis episcopus. 4) Alibi dictus Witta, episcopus Buraburgensis. 5) Nov. 11. in sabbatum incidit a. 741. Cum vero episcopi diebus dominicis consecrari solerent, probabile est, Willibaldum die Oct. 22. consecratum esse; cf. Rettberg II, p. 353. De anno consecrationis plerique consentiunt, cum Burchardus et Witta ipsi demum a. 741. episcopi ordinati sint, et a. 742, Apr. 21. Willibaldus iam episcopus concilio Germanico interfuerit; Dünzelmann quidem, 'Forschungen' XIII, p. 4 sqq., et Loofs, 'Zur Chronologie der auf die Fränkischen Synoden des h. Bonifatius bezüglichen Briefe' (1881), a. 742. 743. haec gesta esse censent. 6) Haud dubie Sülzenbrücken in ducatu Gothano (praef. Ichtershausen). Ut etiam probat Suttner, 'Eichst. Pastoral-Blatt' 1881, p. 99 sqq., citatus a Brückl p. 78. — De Salburg vel Salzburg ad fluvium Fränkische Saale sito antea plerique, corruptis lectionibus codicis 4[a], quam editiones praebebant, et Vitae III. seducti, cogitaverunt. 7) Cf. p. 102, n. 9. 8) Cf. p. 87, l. 22. 9) Nota in indiculo Attiniacensi c. a. 762, LL. Sect. II, I, p. 221, nr. 106, sic legi: *Willibaldus episcopus de monasterio Achistadi.* Monialis non dicit, iam tunc episcopatum Eichstetensem constitutum esse, quod Riezler, 'Forschungen' XVI, p. 403 sqq., post a. 743. factum esse contendit. Nescio, num illa subscriptio indicare videatur, etiam tunc Willibaldum episcopum regionarium fuisse. 10) Graeca praepositio κατά. 11) Similem parabolen prudentissimae apis affert Willib., V. S. Bonif. c. 6, SS. II, p. 340 sq. 12) i. e. linquens, relinquens, ut Willib. l. l.: *omni penitus mortiferi sucus amaritudine contempta.* 13) Quid sit hoc vocabulum bis praeter hunc locum a moniali, V. Wynneb. c. 4. 7, usurpatum, dubitatur. Mabillon coniecit 'paralion, quae species est tithymali lacteum succum emittens'; Ducange s. v. *parilion* cogitavit de voce Graeca παρήλιος, 'quasi alter sol sanctitatis fuerit'.

741. late lustrando propriis cernebat luminis, optima elegendo arripiebat arripiendoque omnibus sibi subditorum falangis recte conversationis studium bene vivendo in verbo, in vitiorum obstaculis, in pietate[a], in patientia, in abstinentia periter[b] prolata prebebat normam. Ast cito postquam ille strenuus almi Dei anthletus monasterialem mansionis locum inhabitare coepit, statim undique de illis regionum provinciis et nihilominus de[c] aliis longinquum limis[d] ad saluberrimam eius sapientiae dogmam confluere[e] ceperunt. Quos ille quodammodo omnes ut gallina, que sub alis solet tegendo suos enutrire fetos, ita ille pater Willibaldus et mater aecclesia plures[f] per aevum suae pietatis[g] parma protegendo Domino deferebant[h] adoptivos natos, et quemadmodum alumnus suos alere solet infantes, ita et ille enutriendo divinae[i] pietatis[g] lacte leniter lactando pascebat, usque dum illi confoti et de infantia eruditi, eliganter[k] edocti, usque[l] ad iuvenalem pulchre indolis pubertatem perventi sunt, et nunc secundum magistri precedentis exemplum sancta sectantes dogmatum eius[m] dona, multis micant adminicula. En ille Willibaldus, qui cum paucis adprimitus satellitum subsidiis sanctae conversationis inchoaverat exercitium, et tandem cum innumeris aulacium[1] magistratu[n] multiformiter militando Domino dignum adquisibit[o] populum, et late ille per vastam Baguariorum[p] provinciam aratram[q] trudendo, satam[r] serendo, messem metendo cum multis messorum operariis, per vitreos Baguariorum[p] campos[s] cum aecclesiis atque presbiteris[t] sanctorumque reliquiis dignas Domino delibat dona. Inde nunc antephonas[u] crepitant, inde lectiones resultant, inde nunc clara credentium turba sancta strepitant Christi miracula et celeberrima Conditoris gratulabundi garrulant preconia. Quid dicam nunc de Willibaldo, meo[v] magistro et vestro alumno? Quis illo pietate prestantior, humilitate excellentior, patientia punior[w, 2], continentia rigidior, mansuetudine maior? Cui ille umquam hic[1] in tristium solacio posterior, et cui ille in pauperum opitulatione inferior aut in nudium habitu[3] tardior? Ista omnia non ad iactantia dicta, sed sicut vidi et audivi, Dei gratia, non hominis facta, qui secundum apostolum: *Qui glorietur*[x], *in Domino glorietur*. Amen[y]*. (1 Cor. 1, 31.)

*) *Vitae III. hic finis (c. 19):* Postquam igitur episcopatum suum sanae institutis vitae per septem annos[4] dignissime informavit, dissolvi et esse cum Christo cupiens, spiritum Conditori reddidit, sepultus in aecclesia cui prefuit. Quanti nunc apud Deum sit meriti, testatur corona iusticiae, quam miracula apud sepulcrum eius coruscantia testantur eum recepisse.

VITA WYNNEBALDI ABBATIS HEIDENHEIMENSIS.

[INCIPIT[z] VITA SANCTI WYNNEBALDI ABBATIS].

1.[a] Originem vite exordiumque[b] virtutum beati Wynnebaldi[c] Christi confessoris atque abbatis ordinare edissereque[d] me libet; et licet opaca[e] mentis ignaviae prepedita, tamen aliqua de eius vitae conversatione intimando per nigras paginarum tramites pandere explanareque[f] conamus. Et qui nuper aliqua per ordinem glomerando de gestis venerandi viri

a) bonitate 4. 4a. b) perit 1; peritus 4. 4a. c) de a. *des.* 4. 4a. d) *i. e.* limitibus, *ut habet* 4 (*ubi* regionum l.). 4a. e) 2 *pergit f.* 114. f) prures 2. g) piet. 2. h) n *erasum* 2; deferebat 4. 4a. i) divinaeque 4. 4a. k) eleganterque 4. 4a. l) *deest* 4. 4a. m) est (÷) 1. n) magistratibus 4. 4a. o) atquis. 2. p) Baiuuuariorum 2; Baioariorum 4. 4a. q) m *erasum* 2; aratra 4. 4a. r) m *erasum* 2; sata 4. 4a. s) camfor *radendo corr.* camfos 2. t) prespiteris 2. u) antephon̄ 2; antiphonę 4. 4a. v) *deest* 2. w) purior 4. 4a. x) gloriatur 4. 4a. y) *deest* 4, *ubi minio add.* Explicit Vita sancti Willibaldi episcopi; Finit Vita sancti Willibaldi *add.* 4a; *in* 2 *f.* 114'. *manu scribae scriptum:* SKCXT NBXKGBNTKBXS PPTKMXS PPRTXS SKC SCRKTPRK NPXKSSKMXS UFRSXS. (Sicut navigantibus optimus portus, Sic scritori novissimus versus). z) *sic* 4, *ubi* Wnnebaldi; *rubram codd.* 1. 1a. 2 *v. ante V. Willibaldi.* a) *numeri capp. des. codd.* b) que *e corr.* 2. c) Uuinneb. *h. l.* 1a; Wignebaldi *h. l.* 2; Winnibald. *semper* 3; Wnnebald. *semper* 4. d) et disserere 3. *Eorum quae in codd.* 3. 4. 4b *correcta vel mutata sunt, initio plura, non omnia vero, postea pauca, neque ex 2 variam scribendi rationem* (i *pro* y, exp. *pro* exsp., ll *pro* l, l *pro* ll *et quae sunt eiusmodi*) *annotavimus.* e) l. lingua opace m. ignavia sit pr. 3. f) et explanare conamur 3.

1) Cf. de hoc vocabulo Ducange s. v. *aulates*, ex hoc solo loco allato, sed falso pro *aulaces* scripto. 2) Vox hucusque inaudita. 3) Intellige: *in nudis vestiendis.* Cf. Matth. 25, 36. 4) Non septem, sed ad minus 45 annis Willibaldus ecclesiae Eichstetensi praefuit, qui non ante a. 786. obiit. Gundecharus, SS. VII, p. 245, eum a. 781. obiisse et 36 tantum annis praefuisse, falso scribit.

Willibaldi[a] episcopo[b] conposuimus, nunc ad aliis[c] fratris sui gloriosis[d] vitae conloquiis properando pedem inante passivatim[e] protentendo gradiamus; non audacitate[f] proprium confidens virium[g], quod de istis tanti viri virtutum sublimitatibus disputare aliquid inciperem, sed qui[h] Christo cooperante et sermonem[i] confirmante propensius edissere voluimus: qualiter, infantialis seu pueritialis[k] transmeatis annorum curriculis, ad adolescentiae[l] nondecem[m] annorum aetate[n] citatus celeps usque pervenit, et tunc ille strenuus[o], spretis atque dispectis pueritialis[p] incentivorum lasciviis[q] inlecebrosisque vitiorum petulantiis, magna dispensationis[r] clementia arcessioneque episcopi nostri ad celsioris[s] vitae aeternae meritorum profectionibus[t] inhiando properabat, et sic usque ad maturam[u] sexaginta annorum calculo[v] almis atque inlustris bonisque vitae moribus pollendo, proficiendo[w] ad felicem vitae proventus[x] est exitu[y].

720—721 2. Cumque inluster ille celeberrimusque christicolus nondecim[z] annorum aetate iam grandevus[1], facie decorus, fide robustus, almi Dei adminiculo fratrisque exortatione propinquorum[a] amicorumque suorum carnalium affectum postponens, presertimque propria[b] hereditatis patriam cum noverca, fratrum sororumque suorum clientello contempnens, ignotas peregrinationis predas probare penetrareque malluit[c] quam presentis vitae huius falsis divitiarum florere prosperibus[d]; et sic in externis barbarorum finibus vitam ducere monachicalem[e] magna mentis devotione cottidie anhelando desiderabat, quod postea devotus adimplevit. Post haec itaque cum[f] sagax ille votiva voluntatum adimplere optabat desideria, statimque[g], Domino dispensante, adoptatum[h] et diu desideratum inchoaverunt[i] iter. 721. Et sicut in alio fratris eius textura subtilius intimando enarravimus, et nunc iterando rememoramus. Statimque[k] ille suaviter suorum sociatus est comitatu patris[l] et fratris, et sic[m] agiliter cum sumpturis[n] atque stipendiis ad loca venerunt venalia, quod est mercimonium[2]; et statim illi cum consilio et consultu nautorum navilia[o] adepti fuerant loca, et oceo[p] tunc illi marginem[3] scandentes, navem conpetebant ceruleaque lympharum invaderunt[q] liquida, usque dum tumida equorum timida[r], congelida gurgitum, garrula[s] fluctuum, spumosa syrtium superabant salsa. Ast[t] tunc plenis et prosperis ventorum flatibus[u] arida terrarum gradiebant gramina[4]. Et[v] sic obantes et letantes, voti campi[w], perfectas omnipotenti Deo inpendebant gratias, quod prosperi[x] super spumosas undarum equoras et periculosas ponti procellas portum videre meruerunt. Et sic castrametantes[5] ibidem, paulisper lassata de itenere[y] requiescebant[z] membra, usque dum vegitati[a] ac roborati votivam cepti iteneris[b] iterum gradiebant[c] viam. Multisque in itenere[b] sanctorum sacris se commendabant patrociniis et plures per viam cum sociis sanctorum petiverunt basilicas, pia postulantes illorum presidia, ut tuti[d] alienas peragrarent barbarorum villas. Tum illi[e] properantes profecti sunt[f]; timebant enim, ne autumnale sibi defeceret[g] tempus, et prius gelida hiemis[h] aura nibata et nebulata orride[i] inruentes congelescerent, antequam illi[e] almam apostoli[k] adire speculareque[l] meruerunt[m] basilicam Petri[n]. Et tunc illi[e] pergentes per vastam Gallicaniae[o] ruram et per spatiosam Italiae telluram usque ad urbem quae vocatur

a) v. beati W. 4. b) episc̄ō, *recenti manu add.* pi 1; ep̄ō *post corr.* ep̄i 2, *et ita* 1^a. 3. 4. c) alia 2 *(sed a alia manu in loco raso).* 4; alias 3. d) gloriosę 3. e) passim 3. f) audacia 3; audacitati 4. 4^b. g) virum *corr.* virium 2. h) quia 3. 4. 4^b. i) sermone 2. k) vitae *add.* 4; infantiae pueritiaeve evolutis ann. 3. l) aduliscentiae 2. m) nondecim 2. n) aetatem 1^a. 2. 4. o) &renuus 2. p) *post corr.* puerilibus 2, *et ita* 3. 4. 4^b. q) lascivia 2. r) m. divinae disp. 4. s) celsionis 2. t) provectibus 4. 4^a. u) maturitatem 3; aetatem *add.* 4. 4^b. v) *deest* 3. w) *deest* 4, *voce erasa* 4^b. x) provectus 3. 4. 4^b. y) terminum 4. 4^b. z) nondecem 1^a. 4; undecim 3. a) amicorum et pr. 3. b) propriā, *sed linea compend. post superscr. videtur* 2, *et ita* 1^a. 3. 4. c) mallunt 1^a. d) prosperitatibus 3. 4. 4^b. e) monachicam 1^a. 3. 4. 4^b. f) *deest* 3. g) que *post erasum* 2; *deest* 4. 4^b. h) opt. 3. i) inchoaverat 3. k) que *erasum* 2, *deest* 3. 4. 4^b. l) patres et fratres 2. m) sicut 3. n) ag. consumpturis 2; c. sumptibus 3. o) navalia 3; navicularia 4. 4^b. p) *post corr.* oceani 2, *et ita* 3; otius 4; ocius 4^b. q) invaderent 2; invaserunt 3. 4. 4^b. r) *deest* 3; et *superscr.* 2. s) gargula 2; g. fl. *des.* 3. t) Denique 3. u) evecti *add.* 3. v) Atque 3. w) *i. e.* compotes *ut post corr.* 2, *et ut habent* 3. 4. 4^b; *eadem forma* (campi) *etiam infra c.* 13. x) prospere 4, prospero navigio 3. y) itin. 1^a. 2. 3. 4. z) patiebantur requiescere 3. a) vigetati 3; vegetati 4. b) itin. 1^a. 2. 3. 4 c) inchoabant 3. d) tutis liceret a. peragrare 3. e) *deest* 3. f) & 2. g) *post corr.* defic. 1, *et ita* 1^a. 2. 3 (*ubi* t. d.). 4. h) is *e corr.* 1; hiems 1^a; a. horridae hiem. ingruentis congelaverint, ant. 3. i) or:ride *(littera erasa) post corr.* horride 2. k) Petri *add.* 3. l) speculiareque 1; specularique 3. 4. m) meruer̃ 1; meruerent *post corr.* meruerint 2, *et ita* 3. 4. n) *deest h. l.* 3; beati P. 4. 4^b. o) Galliae 3.

1) Wynnebaldum a. 701. natum esse, apparet infra c. 9. Nonus decimus igitur eius annus erat 720—721. 2) Hamwih; V. Willib. c. 3, supra p. 91. 3) Scil. navis, ut Willib., V. Bonif. c. 5, SS. II, p. 340: *celocis celeriter marginem scandens.* 4) Cf. Willib. l. l.: *pleno vento prosperoque cursu . . . . ad aridam sospites terram perveniunt. Sed et castrametati sunt* etc. 5) In portu Sequanae prope Rotomagum; V. Willib. c. 3.

721. Luca[a]. Et sicut alibi in alio scripulis[b] ordine asserimus[1], patrem suum egrotantem et iam seminecem[c] obtulerunt illic, et sicut predistinata[d] illud fore fecerunt fata, vitam finivit illic, et terra tumatus[e] illic requiescit ad Sanctum Pricianum[f]. Cumque illi confestim per campestria campium incerta, per densa saltuum solitaria, per concava vallium, per inormia collium cacumina, contra[g] inmensas Alpium ardua usque ad nivatas atque nebulatas rupium saxaces desudantes scandere conabant, et protinus passebantes[h] super Alpium oneos[i,2], usque dum idonei ampla militum intrarunt terminos. Nec longum postea quod illi cum[k] comitatu contribulum ac collegum coetu clara civium cernentes urbis Romanorum moenias, et statim gratulabundi gloriosam intraverunt basilicam sancti Petri apostolorum principis, remissionem Omnipotentem peccatorum postulantes, ut illius parmati[l] patrocinio perennem vitae obtinerent palmam. Tunc ille herus agilis et adhuc celeps omnipotentis Altithroni magna ditatus erat prerogativa et caeleste instigatus gratia, tonsuram accipere et Dei servitio se subiugare studivit. Et sic sollerter saluberrimam sapientiae exorsus est auctoritatem, ut ille sacre lectionis ingenio adsiduę inherendo subsummatim divino se subdidit exercitio et superni roris humida[m] inrigatus, germen in eo iam tunc frugiferum florere cepit virtutum. Et sicut nos iam prius in aliis voluminum paginis perscripta panderemus[1], sic et nunc 722. iterata recapitulemus. Magna correptus est ille corporis infirmitate, qui sicut[n] illic fore solet congruis aestis temporibus, quod magna febri fatigatio et flagellum purificatio advenas illic venientes visitare seu gravare solet; ast sic ut per centenos et millenos morientium falanges magna clade conprehensos preda rapere et ad carnale perficere properat. Eccli 14,12. Scriptum est, quod mors non tardat. Tunc illi duo germani Willibaldi[o] et Wynnebaldi[p] infirmi inter se alternantes, alter ambulabat, quando alter iacebat, ut adiubaret ambobus. Et tamen ille vir Dei, sensu sophyrus[q], agone argutus, almi Dei adminiculo psalterium in egritudine tam inbecillis et tam infirmus indagando discebat, et statim iterum, quando vegetata illius fovere ceperunt membra, et virtus in eo valescebat, alias scripturarum paginas perlegendo scrutabat. Ast ita de die in diem meliorando, Deo militando, alios monendo proficiebat, ut magis iam dedasculus[r] quam discipulus esse poterat. Sed et ille magna mentis amore et honoris dignitate inter omnes habebatur contribulum collegos, et ambo pariter pandebant in prudente illius pectore amoris suavitas mansueta et zelus rectitudinis robusta.

c. 728. 3. Cumque[s], transactis temporum intervallis et 7 annorum curriculis, mens illius heri[3] agilis[t] Saxonicam iterum propriae[u] nativitatis terram visitare volebat, et ob hoc precipuę, ut si ullum[v] de sua genealogia ad sacro divini servitutis militio exortare atque secum ducere poterat. Et cito tunc secundum suae voluntatis arbitrio propriam hereditatis patriam visitando intravit; et statim cum magno gaudio susceptus ab amicis, diligenter incipiebat illos alloquendo et docendo, fratres et sorores et alios de suo genere propinquos exortare et persuadere, ut in recta iteneris tramite ambulando, de solido veritatis via pedem retrahendo non deviarent, sed de labentis mundi huius liminis ad angustam paradisi portam per arctam[w] et asperam agonithetum[4] viam ire scandereque temptarent. Et sic ammonendo atque instigando propinquorum atque cognatum vicos et domos perviabit eorumque mentes multorum de secularis negotiationum curis ad divinae institutionis forma regendo provexit. Et tunc iterum, licentia postulata[x], cum consilio amicorum et cum iuniorum subsidiis, fratre suo comite[5], sacras iterum sancti Petri perquirere properabat presidia.

4. Post[y] haec itaque cumque[z] electus ille Christi anthletus[a] secundo vice ad Romam[b] sancti Petrique[c] basilicam veniebat et illic aliquanto temporum intercapidine manens, provide circumspectionis gravitate sollicitus, pudicam continentiae vitam divinaliter ducendo, cottidię ad meliora spiritalis vitae disciplina et secularis vitae sapientia proficiebat. Cum- 737—738. que fidelis ille atque felix Christi famulus sanctus Bonefatius[d] preclaram atque inlustram

a) Luca *post alia manu corr.* Lucca 1; *sequentia des., folio exciso,* 2. b) in aliis scriptis asseruimus 3; a. scriptum o. asseruimus 4. 4b. c) semivivum 3. d) predistinavit Dei providentia v. 3. e) tumulatur ibique 3; humatus 4. 4b. f) Pricianum *multo post corr.* Prisc. 1, *et ita* 1a. 3; Frigdianum 4. g) per immensa 4. 4b. h) passivantes 4. i) iuga 3. k) *superscr.* 1. l) patr. armati 3. m) humido 4. 4b; gratia 3. n) sic 4. 4b. o) Willebald 1a; Willibald 3; Willibaldus 4. 4b. p) Uuynneƀ 1; Uunneƀ 1a; beatus Wnnebaldus 4. q) sapiens 3. r) didascalus 1a. 3. 4. 4b. s) *nulla capitis distinctio* 1. 1a. 3. t) inardesceret *add.* 3. u) 2 *pergit f.* 95. v) illum *post corr.* ullum 2. w) c *eraso corr.* artam 1, *et ita* 1a. 2. 3. 4. x) *alio atram., sed ead. manu superscr.* 1. y) *nulla capitis distinctio* 1. 1a. 2. 3. z) *deest* 4. 4b; cum 3. a) anth:letus, *littera erasa et* n *adraso* 1; athletus 1a; *post corr.* anthleta 2; athleta 3. 4. 4b. b) ad *post superscr.* 2; v. Rome ad 3. c) que *post erasum* 2; *deest* 3. d) Bonifacius 3. 4 *semper.*

1) V. Willib. c. 3. 2) Cf. p. 91, n. 10; 97, n. 2. 3) i. e. *herois*; cf. l. 11. 4) i. e. *agonithetarum*; cf. Ducange s. v. *agonitheta.* 5) Cuius nomen ignoratur.

sancti Petri aecclesiam conquirebat sacrisque illic orationum[a] munimentis Domino sanctoque[b] Petro se commendabat[1], et subsummatim investigare[c] cepit, quales[d] repperire possit, ut illis euangelici sermonis consortium commendasset; statimque multos contribulum suorum et nihilominus alios inbutos atque eruditos sacerdotalis infulae presbiteros secum pergere invitabat et ad sacre verbis obsequium, ut illo[e] fuissent cooperatores, rogabat. Protinusque tunc[f] dum sciscitasset venerandum virum Wynnebaldum[g] illic manere, statimque alloquendo invitabat illum, ut adminiculum tanti laboris et solacium episcopatus in divini verbis amministratione illo foret[h], qui carnale propinquitatis et sanguini copulatione illo fuerat sociatus atque glutinatus. Statimque agilis ille Christi vernaculus sancto Bonefatio responsum reddidit almisque exortationum[i] eius[k] oraculis[l] consensum seu effectum se[k] perficere promisit. Post haec itaque non multo transacto temporis supputatione, sanctus vir[m] ille Wynnebaldus[n] petitum[o] atque instigatum a sancto Bonefatio transitum incipere properabat[2]. *c. 738.* Confestimque fratrem suum proprium[3], sed et alios eius cognatos[p] atque amicos sobriis salutationum verbis conpellabit[q] atque licentiam postulavit. Et tunc[r] ille cum aliquanto collegum comitatu inchoaverat iter. Cumque perrexerunt[s] illi[k] per ardua Alpium alta, per prerupta[t] montium, per plana camporum, per lata Longobardorum[u] limia, per varios Baioariorum[v] villas, per Germaniae terminarum telluras usque in Thyringeam[w]. Et illic venientes, paulisper lassata de itenere[x] requiescebant membra; et sic paulatim, quando tempus evenerat congrua, sanctum episcopum alloquendo, venerabiliter salutando compellabat. Statimque ille cum magna dignitatis honore ab eo susceptus, salubris verborum alternationibus illi inter se sermocinabant[y] et de divinis voluminum scripturis sacra subter[z] illis indagabant mysteria. Cumque transacto aliquanto[a] temporis spatio, sacer ille atque perfectus barilion[b, 4] regulariam monachicalis[c] vitae normam sequendo, mente et moribus adimplevit, et secundum canonicam recte constitutionis[d] formam ad sacerdotalis ordinatione primatu, divinis ditatus donorum muneribus, a sancto Bonefatio in presbiteratum[e] consecratus est gradum. Et adprimitus quidem septem aecclesiarum commendatus erat illo[f] sacre moderationis regimen[5], ut illis preesset et saluberrimam vitae panderet viam. Et sic diuturna meditationis speculatione et adsiduę[g] scripturarum recitatione primordiales prophetarum vaticinios aliosque sanctorum expositiones manu aptos habere solet, ut de illorum imitatione scripturarum aliquid exsequendo[h] conservaret, ac precipue euangelicam dominice traditionis istoriam[i] cottidiana semper habuit memoria, et[k] illa quae mente meditabat Dei gratia in ore[l] predicando et in opere faciendo conpleverat.

5. Cum[m] enim aliquantis evolutis annorum spatiis incertas Baioariorum[v] probare volebat incolas, ut latior et spatiosior euangelici sermonis sata pulularent, et[n] non[o] invitus,

a) num *alio atram. superscr.* 1. b) que *deest, post superscr.* et *ante* sancto 2. c) investigiare 2. — coepit 2. 4. d) quares 1a; quę res 3. e) ille 1. 1a. 3; illi fierent 4. 4b. f) *expunctum* 2; *deest* 4. 4b. g) Wnnebald. *saepius* 1a; Uuçanebaldum *h. l.* 2. h) et *e corr.* 2. i) exortationem, *post corr.* exortationibus 2. k) *deest* 4. 4b. l) *deest* 2. m) ille vir 2. 4. n) Uuçnnebald 2. o) um *e corr.* 2. p) cognatus *post corr.* cognatos 2. q) conpellavit 2. 4. r) Et tecum (*post corr.* secum) cum aliquando 2. s) perrexer̄ 1; perrexerint *post corr.* perrexerunt 2; perrexissent 3. 4. 4b. t) alta: *(littera erasa)* ꝑpi rupta 2; et per pr. 4. 4b. u) Lang. 3. v) Baiuuariorum 2. w) Tyringeam 1a; Thuringeam *post corr.* Duringiam 2; Turingam 3; Thuringiam 4. 4a. x) itinere 1a. 2. 4. y) sermoncinabant *corr.* sermoc. 2. z) inter se 3. 4. 4b. a) aliquando 2; aliquanti 3. 4. 4b. b) pater 3. c) monachialis 2, *ubi vero a alia manu in loco raso.* 4. 4b. d) constituonis 1. e) prespiteratum 1a. 2; tum *e corr.* 1. f) illi *ead. manu corr* illo 1. g) adsidue 2; assidua 3. 4. 4b. h) *sic* 1. i) historiam et (?) cotid. *post corr.* historiamque cotid. 2; hyst. et cott. 4. 4b. k) et — conpleverat *des.* 4. 4b. l) gr. more 1a. m) *nulla capitis distinctio* 1. 1a. 2. 3; Ev. itaque a. sp. cum B. i. 4. 4b. n) *deest* 4. o) *deest* 1. 1a; Tunc namque inv. 3.

1) In tertio itinere Romano a. 737—738, non in secundo a. 723, ut Rettberg II, p. 358, n. 5. statuit, Bonefatium cum Wynnebaldo collocutum esse, certissime e praecedentibus constat, ubi diserte dictum est, Bonefatium post Wynnebaldi reditum ex Anglia (a. 728. vel aliquo tempore postea) hunc vidisse. Fuit Wynnebaldus inter Anglosaxones, de quibus Willibaldus in V. Bonif. c. 9, SS. II, p. 346: *Francorum enim et Baioariorum necnon ex Brittania advenientium Saxonum aliarumque provinciarum ingens sedulo eius admonitione adherebat multitudo.* 2) Ante a. 739, Nov. 30, quo die Willibaldus in Urbem advenit (V. Willib. c. 5, supra p. 104), Wynnebaldus Roma abiit, cum ib. p. 105. appareat, fratres tunc Romae non convenisse. 3) De quo supra c. 3. dictum est, qui igitur Romae remansit, licet Mabillon, Acta III, 2, p. 180, n. a, ex hoc loco, nescio quomodo, concluserit, eum cum Wynnebaldo in Germaniam profectum esse. *Conpellare* apud monialem idem est quod *appellare*; cf. paulo infra l. 20. et c. 12. — Falso Rettberg II, p. 358, n. 5. hoc loco intelligit Willibaldum et falsa plane inde concludit. 4) Cf. supra p. 105, n. 13. 5) Quas cum regeret, a. 741. Willibaldus frater eum visitavit; V. Willib. c. 5, p. 105.

sed sponte Ôtilonem[a] ducem inquisivit, protinusque ab illo magno susceptus fuerat honore, magnisque ab illo ditatus erat donorum dignitate in regione, in possessionibus atque in aliis pecuniarum opulentia. Nec longum postea quod ille almi Dei cultor canonice institutionis sacramenta renovans, multosque potentium ac divitum, sed et alios inferiori gradus mediocres[b] iniuste copulationis coniugio nuptos et nihilominus fornicarie pullutos[c] variosque paganorum prestigia quantum potuit a pravitate prohibuit morum. Similiter et aliis superiori gradus divitis[d] ac seculare dignitate prelatis potentibus numquam adolando cedebat, ne uspiam oleum peccatoris inpingueret caput eius[e]. (cf Ps 140, 5) Sed tanto quis divitior elatus, magnanimitate[f] tumidus, plaude[g, 1] pomposus, tanto austerior et rigidior, non parcendo, sed severius[h] zelando, iura rectitudinis exercere non formidavit, qui scriptum est: *Qui potentis gradum accipit et veritatem loqui pavescit, grave multatur culpae sententiae*[2]. Omnibus aequaliter potentis et pauperibus, divitis atque egenis sanctae exortationis dogma exhibuit, id est[i] ut per humilitatem omnibus pari modo divina partiebat, potentes non formidando et pauperibus conpatiendo, qui omnes homines natura equales genuit, sed varietate meritorum disiungebantur[3]. Tunc ille sacer Dei famulus sub Ôtilone[k] duce in illa regione que vocatur Nordfiluse[l] proprium habitationis habebat locum. Et ab illo tempore quo illic veniebat magna mentis conamine diurnaliter desudans, ut[l] illos quos sub sua habebat potestate et sermonem eius audire voluerunt et capere poterant ad meliora provexit. Sed secundum euangelii vocem, ubi dictum est: (Matth. 10, 12. 13) *Intrantes in*[m] *domum, salutate eum; et si quidem domus digna est, pax vestra super eum*[n]*, si autem non fuerit, pax vestra ad vos revertatur:* sic[o] et ille in nonnullis terrarum locis predicando introibit[p], ut, si quis in ea[q] dignus fuisset accipere sementem sermonis euangelici, de fructibus meteret et centuplum acciperet vitae premium.

6. Post[r] haec itaque transacto trium[s] annorum calculo[4], reciprocis vestigium gressibus prioram Germanium[t] intravit telluram, et venerabiliter a sancto Bonefatio susceptus, ad urbe[u] quae vocatur Magoncia[v] veniebat; et ibi manens, magna praelatus erat secularis[w] vitae dignitate et multo maiore preditus fuerat perennis vitae prerogativa, rumore recte conversationis inter omnes habebatur[x] illos, qui multos Franchorum[y] nobiles et ignobiles, viros ac feminas, quas[z] ille per saluberrimam et per divinam aeterni annonis[a] dispensationem, aliis diversa[b] dapium dogma et euangelici nectaris melliflua pandebat mysteria, aliis, qui arcana[c] Dei ista per ingenium percipere non poterant, sicut fragilis et carnalibus lac et leniora ciborum, id est plana et communia conpositionum verba dicebat, quia[d] scriptum est[5]: *Pro qualitate morum diversa exortatio debet*[e] *doctorum.* Quosdam increpatio dura, quosdam exortatio corrigit blanda. Et tam magna discretionis moderatio in illo exstat[f] contra delinquentes, ut rigorem correptionis ore proferebat peccanti, sed pietatem conpassionis clementer custodivit in corde[g]. (cf 1. Cor 9, 22.) Omnia omnibus factus est, ut omnes lucrifaceret Deo. Tum ille vir Dei venerandus atque perfectus magnam abstinentiae tolerantiam clam in occulta[h] cordis cogitatione absconsam[i] tenebat. Qui illius sic utebatur, ut latebat, et illam sic in operatione conplevit coopertam, ut nullo, prout fore possit, nisi solo superni Iudicis contemplatione, cuius oculis omnia nuda et aperta sunt, nota claruerat. Sed mens humilis et Deo devotus numquam[k] de bonorum dignitate elatus, nec iactantia extollatur

a) Odilonem 2. 4. b) in *alio atram. superscr.* 1. c) pullotos 1; pollutos 1a. 2. 3. 4. 4b. d) diviti *corr.* divitis 1. e) *deest* 2. f) magna nimietate 1a. 3. g) p *expunctum* 2; tumidusque laude 4. 4b; pl. p. *des.* 3. h) ueriuerius *corr.* severius 1; severus 1a. 3. i) id *e corr.* 1; idē 2; i. e. *des.* 4. 4b. — ut *deest* 1a. 3. k) Otilone 1a; Odilone 2. 4. l) Nordfiluse *radendo corr.* Nordfilise 2; Nortfilise 4. 4b. m) *deest* 4. 4b. n) erit *add.* 4. 4b. o) Sit *post corr.* Sed 2. p) introivit 2. 3. 4. q) eam 1a; in ea *des.* 4. 4b. r) *nulla capitis distinctio* 1. 1a. 2. 3. s) transactorium (*corr.* transactorum) ann. 2. t) Germani 1a; Germanum *post corr.* Germanię 2, *et ita* 4. 4b. u) urbē 1a. 2 (*sed linea compend. forte post superscr.*). 3. 4. 4b. v) Mogontia 2. 4. w) seculis *post corr.* secularis 2. x) habebat 1a. 2. y) Francorum 2. 4. z) q. i. *des.* 4. 4b. a) amoris 3. 4. 4b. b) er *e corr.* 2. c) archana 1a. 2. 3. 4. d) q̧ (qui) 2. e) esse *add.* 3. 4. 4b. f) erat 4. 4b; existebat 3. g) ē *add.* 2; et *add.* 4. 4b. h) oculto *corr.* oculta 1a, *et ita* 3. i) absconsa 2. k) numquam — labendo *des.* 4. 4b.

1) Vox ignota superbiam significare videtur. 2) Hic versus in Sacra Scriptura non reperitur, similia vero Eccli. 7, 6, alibi leguntur. 3) Haec sunt verba Gregorii M., Pastor. II, 6: *liquet, quod omnes homines natura aequales genuit, sed variante meritorum ordine, alios aliis culpa postposuit.* 4) Cum monialis supra c. 5. dixerit, Wynnebaldum in Bavaria sub Odilone duce, qui a. 748 in. defunctus esse videtur, moratum esse, et post a. 738. aliquot annis in Thuringia mansisse, antequam in Bavariam transiret, non multo a vero aberrabimus, cum coniecerimus, eum circiter a. 744—747. in Bavaria habitasse. 5) Intelligere videtur Gregorii M. lib. regulae pastor. III, prol., ubi: *non una eademque exhortatio cunctis congruit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit.*

humana, nec laude laetabatur[a] labendo, nec reprehensione pravorum inpulsus agitatur in iram, nisi quando perniciosa protervarum opera execrando emendare non poterat. Tunc zelando, irascendo contra perversas peccatorum pravitates, et sicut dignus dedasculus[b] zelum rectitudinis gerebat in corde et semper in facie peccatoribus ostendebat per[c] timorem, et semper in uno soliditatus[d] secta, mentem edomando efficaciter perduravit. De vino et escarum dapibus multa fare non est opus, quia[e], nisi[f] sicut infirmitate cogebatur corporis, parvum vini potum utere solebat, ut iam pene non bibendo, sed probando[1], maiorem patiebat gustando continentiam, quam aliter non recipiendo.

7. Tandem[g] quippe tunc mens eius magna sollicitudinis cura in corde cogitando volutare coepit, án uspiam quidem locum menti suae aptum investigare possit, ubi satam euangelici sermonis segetem per laboris sui exercitium usque ad messem proferre manipulosque portare et in horreum congregare potuisset. Tum ille de urbe Magonzia[h] prumptus ac paratus proficiscere[i] coepit, et ideo potissimum, qui vini uberitas[k] illic fieri solet, timebat, ne secundum scripturam[l] vini opulentia monachicalem frangeret vitae disciplinam. Cumque inde perrexit et venit ad monasterium quae dicitur Eihstat, ad fratre suo episcopo Willibaldo. Et illi inter se disputantes et sollerter volutantes consiliabant[m], qualiter suae voluntatis arbitrio effectum perficere atque implere potuissent[2]. Tunc illi[n] strenue pergentes, venerunt ad illum locum que vocatur Heidanheim[o], atque ilico requirentes, locum aptum illic repperierunt, quam Dominus predistinavit sancto suo confessore Wynnebaldo[p] monasterium[q] construxisse, sanctumque suum corpus ibi requiescere volebat. Nec mora fuit post haec, quod Dominus virtutem suae pįetatis meritaque Christi confessoris claruere volebat, quas usque tunc celata coram hominibus, clara[r] coram Deo pandebantur patula. Statimque tunc egregius ille almi Dei agonithetus[s] cum consultu atque consilio episcopi emebat agrum illud quod nominatur Heidanheim in proprium possessionem sibi, et aliam partem postea regionis alii[t] homines dabant illo in redemptionem animae suae, optantes et desiderantes communionem temporalium cum illo partire, ut ille in futuro perpetua illis prestare postularet. Illud regio, quod ille percipiebat, agrestum[u] erat et silva totum; sed confestim ille Dei famulus agresta silvarum loca suo labore latans, arbores cedebat, vepres truncabat, tribulos secabat, urtices ac cardos erutando ruram renovabat, paucasque adprimitus[v] ibi habitationis casulas instruendo collocavit. Ast tunc ille subsummatim, ut fore possit, aecclesiam fabricavit et monasterium construxit et extimplo, sicut supra diximus, cum suis iunioribus sibi subditis monachicalem regularis vitae disciplinam, quam iam olim in ipsa iuventutis pubertate devota mentis instantia adoptando, ceu[w] desiderans superne pietatis suffragio cohortatus, inchoaverat, et tunc perferre ac perducere usque ac felicem vitae suae exitum Christo cooperante decrevisset, et sic patrando perficiebat. Denique dum belligerosus[x] atque beatus barilion terram Sualaveldorum[y] inhabitare coepit, plurima paganice pravitatis prestigia, multos diabolice fraude deceptos idolatria colentes[z], alii[a] aruspicia observantes, alii divinationes demonium dicentes[b], alii incantationum fribola[c] facientes[3], alii negromanticas[d], sed et alios multas, quas nunc longum est enumerare, quas popularie[e] et publice perniciosa perficiebant, pro nefas[f]! et nihilominus alios, qui iniuste copulationis coniugio coniuncti contra legem Domini vitialiter victitabant, fornicatiale pulluti[g] spurcitia, sed et ętiam nonnulli, qui cum suis propriis propinquis et adfinis et cum propria fratris sui uxore in coniugio nupti fuerant, et quod hiis[h] adhuc peius erat, quod multi, qui sacerdotalis ordinatione presbiteros et sacre altare deservire debuerant, inmunditia et fornicatione magis quam divina[i] servitutis sollertia subditi et refrenati fuerant[4], aliosque laico-

c. 751.

a) letabitur 1^a. b) didasculus 1^a; didascalus 3. 4. 4^b. c) *deest* 4. 4^b; o. in opere et 3. d) solidatus 1^a. 3. — tententia 3. e) q̧ (qui; *etiam in aliis huius temporis codicibus pro* quia; *v. infra p.* 119) *h. l. et saepius* 2. f) si quando inf. 4. 4^b. g) *nulla capitis distinctio* 1. 1^a. 2. 3. 4. h) Mogontia 2. 4; Magoncia 3. i) proficere 1^a. k) ubertas 1^a. 3. 4. l) scripturarum 2. m) c. q. s. v. *des.* 1^a. 3. n) ille *corr.* illi 2. o) Heidenheim *semper* 1^a. 3. 4. p) Uunnebalde 2. q) m. c. *des.* 4. 4^b. r) et cl. 1^a; sed cl. 3. s) agonitheus *corr.* agonitheta 2, *et ita* 3; agonista 4. 4^b. t) alii — illo *ead. manu in marg. super. suppl.* 1. u) agreste 3; inculta 4. 4^b. v) adfrimitus 2. w) seu 3. 4. 4^b. x) belligerus 1^a; belliger 3. y) Sualafeld. 2. z) ibidem invenit *add.* 4. 4^b. a) namque *add.* 4. 4^b. — auspicia 3. b) docentes 4. 4^b. c) fribula 2; frivola 3. 4. d) negrom. *corr.* nigrom. 2, *et ita* 1^a; nicromantici 4. 4^b. e) populariae 2. f) perf. profani 4. 4^b. g) polluti 1^a. 3. 4. h) his 2. 3. 4. i) divinae, e *forte post add.* 2. 3. 4.

1) Intelligendum *gustatu explorando* ('prüfen', 'schmecken'). 2) Infra c. 9. Wynnebaldus, qui a. 761. obiit, decem annis monasterio Heidenheimensi praefuisse dicitur, quod igitur a. 751. circiter constructum esse videtur. A. 750. indicatur in epigrammate ap. Gretser l. l. p. 172. 3) Similiter Willibaldus in V. S. Bonif. c. 8, SS. II, p. 343, ritus paganicos Hessonum describit. 4) Cf. Bonif. epist. nr. 42,

rum et clericorum concubinas iniuste copulationis societate contaminatos: istis omnibus ipse[a] contradicendo eosque increpando disiungebat et cum magno laboris instantia die noctuque certando contra indefessas diaboli cooperatores conflictum habebat, et licet lugubrem, tamen discidiam et dissensionem inter illis faciebat qui iniuste sociebantur. Tunc alii, qui ista sectabantur sacrilegia, magna dementionis[b] causa contra illum fremebando insidias illo tendebant et sepe ad occidendum seu ad conburendum[c] totiens per maleficia perdere illum volebant; sed vir Dei nec minis[d] malignantium nec falsis adolantium fribolis mente agitatur[e] nec mutatur, sed semper constans et fide robustus in Domino non[f] desierat[g] docendo plebem ab erratica paganorum pravitate persuadendo educere. Et sic longe lateque per populos sacra[h] seminando non parvum Domino populum adquesivit[i], et iuxta (Matth. 10, 16.) suavissimam Domini vocem prudentiam adprehendit serpentis, qui per zelum rectitudinis et vigorem correptionis perpeta[k] pravorum perniciosa corripiendo[l] corrigebat[m], arguendo erudiebat, suadendo sedavit. Astutiam arripuit serpentis, qui contra atroces Satane insidias scuto fidęi[n] et lurica iustitiae, lanceo lectionis, gladio ieiunii, clippeo continentiae variisque virtutum telis contra mille nocentes diaboli artes die noctuque certando dimicabat. Simplicitate columbe sic fruebatur, ut ille qui prius zelo rigoris ardebat postea clemens laeniter[o] laxando mitialiter demulcebat et secundum scripturam[1]: *Secundum qualitate audientium formari debet sermo doctorum* sic faciebat ille et multis conpassione fuit proximus et in necessitate frater et per blandam suae pietatis[p] affectum docibiles ad recta veritatis via dirigendo ducebat, quia scriptum est[2]: *Non diligenter auditur qui non dilegitur*, et iterum[q]: *Diligenter auditur qui dilegitur*. Cumque venerandus ille Christi vernaculus sic de anno in annum perficiendo[r] virtutibus, properando pedem inante ad superiora graduum celsius et celsius[s] conscendebat, statimque inluster ille et prudens populi pedagogus monachicalem apium[t] examen, quam Dominus sub sua tribuit potestate, sine paupertate et nuditate, sine murmuratione, cum divinis seuque[u] secularis vitae alimentis ubertim alendo pascebat et sub magna doctrinarum industria alloquendo, exortando catervatim ad albeariis[v] congregavit vitae aeterne, et non sicut mercennarius[w], sed sicut pastor perfectus acriis luporum mursibus[x] circumeando obstabat et intus intra oviles et Christi gregis caulas convocando atque erudiendo introducebat. Ó ineffabile opificis pietas Conditoris, qui super longa locorum stadia, super gelidas aquarum latices de occidentale occasui plaga ad orientale ortu solis suo grege gubernatorem, suo populo pastorem prebere predistinabit[y], qui populum sibi commissum sub cure pastoralis peritia paulatim ut previus procerum pater ad nemorosis aeternae vitae arvis preibando[z] perducebat. Denique post haec cumque sacer ille atque perfectus prudensque Dei famulus magisteriale dignitatis indole subditis, et non solum subditis, sed et ętiam aliis, quas in evicino cognatos aut domesticos habebat[a], preesset, et omnibus, sicut supra diximus, sacra paginarum patula[b] pandens, ita ut raro aut numquam divine laudis in ipso cessavit modulatio, aut in psalmis aut in lectionibus aut in doctrinarum studio, disserendo sive manducando sive bibendo sive aliud agendo, semper sacra in suo pectore permanentes[c] claruerunt oracula. Et sic clara caelorum regna per arctam et celeberrimam caelestis vitae callem omnibus apparuendo[d] patefecit.

8. Post[e] haec itaque tunc[f] transactis temporibus et annorum curriculis, cumque venerandus ille atque beatus vir Wynnebaldus[g] magna arreptus est corporis infirmitate, et egritudo iam tunc magis quam membra invalescebat. Et non solum tunc, sed etiam ollim[h] a primo iuventutis flore per multa annorum spatia valde constrictos atque retentos habebantur corporis artos; (758—761.) etiam tunc tribus annorum intervallis, antequam de mundo pergeret[i], tam infirmus, tam inbecillus habebatur, ut pergere non poterat, nisi vix ad villos que iuxta

a) iste 2. b) deintentionis 2; dementationis 3; dementię 4. 4b. c) conterendum multotiens 4. 4b. d) miris 2. e) agitat nec mutat 2. f) nec 2. g) desi:erat *littera erasa* 1. h) dogmata *add.* 3. 4. 4b. i) atquesivit *post corr.* atquis. 2. k) perpera 4. 4b; perp. — corrigebat *des.* 3. l) corrigendo 1a. m) g *e corr. in loco raso* 1. n) fidei 2. 3. 4. — lorica 1a. 3. 4. o) leniter 2. 3. 4. p) pietates *post corr.* pietatis 2. q) *hoc loco in marg. notatum* 2: usque h̄ r̄ t̄. r) ꝑfic. *corr.* ꝑfic. 1; profic. 3. 4. 4b. s) et c. *des.* 4. 4b. — descendisset 4. t) monachicale apud 1a. u) seu 4. 4b; sive 3. — seculariis 1a. v) albearis 2. w) mercenarius 2. x) morsibus 1a. 2. 3. 4. 4b. y) predistinabat *corr.* predistinabit 1a; predistinavit 2. 3. 4. 4b. z) ꝓhibendo 2; preeundo 3. 4. 4a. a) habeat *corr.* habebat 2. b) pabula 3. c) permanenentes 1. d) *i. e.* aperiendo, *ut habent* 3. 4. 4b; apar. 3. e) *nulla capitis distinctio* 1. 1a. 2. 3. f) *deest* 1a. 3. 4. 4b. g) Uunnebaldus 2. h) *ita* 1. i) migraret 4. 4b.

Jaffé, Bibl. III, p. 113; V. Bonif. auct. Willibaldo 9, 28, SS. II, p. 346; Capit. Karlm., LL. Sect. II, I, p. 25, nr. 10, §. 1. 6; Capit. Lipt., ib. p. 28, nr. 11, §. 1.

1) Gregorii M. Pastoral. III, prol. 2) Cf. ibid. II, 8: *Difficile quippe est, ut praedicator . . . qui non diligitur audiatur.*

ibi erant siti. Et una vice pergebat in Francios[a] ad Megingozo[1], et cum veniebat ad Fulda, ubi requiescit sanctus Bonefatius, statim movebat illum valde[b] infirmitas eius; et ibi iacebat tres ebdomadas[c], ita ut[d] iam tunc[e] obitus sui diem inminere estimabat. Et tunc post tribus ebdomadibus melius habebat[f]; et inde pergebant et venerunt[g] ad villum unum, et ibi manebat unam ebdomadam, qui[h] non poterat adhuc pergere inde, qui[h] egritudo eius iterum valde adfligebat illum. Et ibi erat unam ebdomadam. Et tunc prout poterat pergebat inde et venit ad urbe[i] quae vocatur Wirzaburch[k] et ibi alloquebat episcopum Megingozum, et ibi manebat tres dies, et iterum tunc ad propria remeavit. Cumque mens iam in eo devotus et multo agilior quam corpus proferre poterat, magna mente[l] devotione cupiebat, ut ad Sanctum Benedictum pergeret et[m] ibi vitam finiret[n]. Et cito postea misit nuntium suum ad Sancto Benedicto et rogabat abbatem[o][2] et omnem congregationem, ut cum illis consortium vitaeque[p] communionem illo habere licitum foret; et illi statim cum magno dignitatis reverentia illum accipere et secum habere promittebant, et nihilominus diligenter rogabant, ut veniret. Et tunc ille interim[q] venerandus vir prumpta mente paravit se, ut illic transiret. Cumque ista cogitaverat ipse et in sua mente volutabat, fratrem suum proprium et alios sapientes atque prudentes viros, quas illo in familiaritate et in divino amicitio consocii fuerunt, illos rogabat ipse, ut ad illum[r] venirent et consilium darent. Cumque congregaverunt se et loquebantur ad invicem, et ille indicavit occultas[s] cordis sui cogitationes, ut secundum Scripturam in ore duorum vel trium firma staret consilium; tunc illi oceo causam infirmitatis[t] obponentes, sic dixerunt: quod illis melius videtur fuisse propter infirmitate et inbecillitate corporis, quá retentus constringebatur, ut ceptam mansionis habitaculum, quam incipiebat et per laboris lassitudinem sponte in agresta adquęsierat silva, non relinqueret[u], sed inhabitaret et adoptivos natos[v], quas ille per matrem aecclesiam et suam industriam Domino[w] adquisivit, non orbaret, sed sicut inchoavit ad felicem vitae formam sua proveheret norma[x], et tandem ille coronatus virtutibus, beatificatus ad vitae aeternae pervenisset brabio[y]. Sicque illum conpescentes, ad propria remeabant.

Matth. 18, 16.

9.[z] Et ecce[a] post hoc non fuit longum, quod ille venerandus vir tam valde infirmus fuit, quod iam aecclesiam adire non poterat, sed in una latera caminate eius iussit altare conponere et ibi, quando pro infirmitate poterat, sacra missarum sollempnia celebrabit[a*]. Qui prius, quando egritudo illo non fuerat impedimentum, aut raro[b] aut numquam dies transiit, quando[c] missam non faceret. Tunc itaque cumque[d] lassata iam corporis membra, quas ille ipse[d] per secretam morum mortificationem sepe ad instar martyrio adfligere solebat in ieiunio, in oratione, in vigilia pernoctans, presertimque in voluptatum reluctatione et in aliis plerisque occasionibus, quarum omnium solus Deus est cognitor, iam adfecta ac constricta prope mortem manifestabant. Tum tandem, cum Dominus servum suum de seculi huius sollicitudinibus et de temporalis vitae huius laboribus ad aeterne retributionis mercede perducere sublevareque volebat, fratrem suum venire rogabat ad eum. Cumque ille episcopus noster Willibaldus[e] in sexta feria primo mane diei veniebat et introibit, et sic illum diem novissimum pariter in hoc seculo perducentes commorabant. Tunc quippe, dum ille prope mortem instare viderat, dixit: 'Filioli mei et fratres, omnia vestra providentes cum prudentia periter[f] agite, vitam vestram et mores vestros ad Dei voluntatem[g] conponite; caritatem vestram inter vos et fidem rectam atque catholicam in omnibus servate; monasterialis vitae disciplinam[h], quem ostendimus et docuimus vos[i] et[k] Deo promisistis, in omnibus servare properate; regularis vitae constitutionem et oboedientiae vinculum, quem mihi promisistis et[l] ego vos ligatos habebam, illo vos absolvo; et recte institutionis formam, qua vos Deo subdidistis, illo vos non absolvo, nec meum est vobis laxare; sed omnimodo, prout

761. Dec. 18.

a) Frantios 1a; Francos 4. 4b; Franciam 3. b) *superscr.* 1. c) ebdomas 2. d) ita etiam t. 1. 1a; i. ut etiam 3. e) tam 2. f) habere cepit 4. 4b. g) *verbum erasum* 2. h) quia 1a. 3. 4. 4b. i) urbem 1a. 2. 3; u. q. v. *des.* 4. 4b. k) uuirzoburch *corr.* uuirzaburch 1; Wirzeburch 1a; uuizzanburg *corr.* uuifzanburg 2; Wirceburch 3; Wirceburg 4. l) mentis 2. 4. 4b. m) et *alio atram. superscr.* 1. n) finire 2. o) abb̄ 1. 1a. 2. p) utęque 1a. q) interni 1a. r) se 4. 4b. s) occulta 1a. t) infirmatis 2. u) reliqueret 2. v) *alio atram. superscr.* 1. w) *deest* 4. 4b. — adques. 2. x) *ead. manu in marg. suppl.* 2. y) bravio 1a. z) *nulla capitis distinctio* 1. 1a. 2. 3. *Abhinc* 3, *hucusque plane alteratus, omnino cum* 1. 1a. 2 *convenit.* a) Et ec̄ 1. 2; Et tunc 1a. 3; Et e. *des.* 4. 4b. a*) celebravit 1a. 3. b) rora 2. c) quin *(et non deest)* 4. 4b. d) *deest* 4. 4b. e) sanctus W. 4. 4b *semper.* f) pariter 2. 4. g) voluntate 2. h) disciplinę 3. i) nos 2. k) et D. pr. *des.* 4. 4b. l) et *alio atram. superscr.* 1; quo *add.* 4. 4b.

1) Episcopum Wirzburgensem. 2) Aut Optatum, qui a. 751—760. sedit, aut Hermerisium, qui a. 760. praefuit, aut eius successorem Gratianum a. 760—764.

761. vobis vires sufficiant, Deo reddate[a]. Omnium verborum et factum, quas in mea oboedientia aut neglexistis aut oblivione tradidistis, indulgentiam a me accipite, et quicquid vobis per me contrarium accidisset[b] in verbo aut in facto aut in aliqua causa, remissionem nobis[c] omnium tribuate[d], et Deo commendatos in pace redimini[e] et mihi predistinatum iter ad pergendum de hoc seculo cum licentia et conciliatione concedite, qui[f] nunc est[g] prope, etiam[g] inminet dies exitus mei, quod anima mea de ergastulo[h] corporis ad remunerationem militiae et ad[i] laborum requiem per pia Patris presidia, sicut ipse mihi concedere dignetur, debeo pervenire'. Et sic salubris et sobriis verborum salutationibus tristem et luctuantem fratrum multitudinem in pace conpellabit[k, 1], et sursum elevatis in caelum oculis ad superiora intuens, dixit: *'In manus tuas*[l] *commendo spiritum meum'*. Et sic sedens coram lectulo, sanctum exalabat spiritum. Tunc illi tollentes eum levaverunt et portaverunt ad aecclesiam, et illic totam noctem cum psalmis et ymnis[m] et canticis Dominum laudabant et divinis munerum oblationibus illum de mundo transiturum comitabant et Domino commendabant. Et mane facto, ponebant illum in sarcofago novo et sepelierunt eum in aecclesia. Illa sarcofago, in qua posuerunt illum, multos annos antequam de[n] mundo migraverat fuerat excisa, et sic stetit intus et exspectaverat diem exitus sui. Ille vir venerandus Christi confessor diem obitus sui, antequam de mundo pergeret[o], ille ipse prescivit et predixit iunioribus, et quomodo illum[p] sacerdotale indumento deberent vestire, omnia predixit. Et sic requiescebat una ebdomada ante natale Domini, et tunc fuit sabbatum post vespere 14. Kal. Ianuar. Et tunc erat ille sexaginta annorum aetate et fuit abbas fere 10 annos[q].

(Luc. 23, 46. — Dec. 20. — Dec. 19.)

10. Conpertum atque conscriptum et ex brevitate transcursum vitam beati Wynnebaldi, Christi confessoris, quod[g] a sorore eius[2] et ab aliis venerandis viris, quas illo per familiaritatem et amicitiam coniuncti fuerant, presertimque ab eis qui illo in discipulatu[r] et ministerio subditi fuerant, relatione dediceram[s]: istas quas nunc capitulemus atque disputaremus oculis nostris vidimus et alia in nostris temporibus facta reperimus mirabilia, quae magna Dei dispensatione facta Dominus per suam gratiam et merita Christi[t] confessoris conparuere hominibusque preparare[u] dignatus est.

Postquam ille[g] sanctum[c] corpus eius 7 diebus in terra tumatus[v] habebatur, cottidię[w] discipulus eius presbiter[x], quem ipse erudiendo docebat atque inbutum in presbiteratum[y] consecrare fecit gradum, ille et alius[z] presbiter cum eo totam septimanam[a] illam cottidie[b], prout illis vires sufficiebant, missarum sollempnia celebrando cantare non desinebant. Cumque una die valde diluculo unus intrabit in aecclesiam missam facere, ianuam aperuit, et cito ut[b] intravit, tam magna et tam miranda suavissimi odoris nectar obviam illo, quando ianuam[c] aperuit, veniebat, et per totam aecclesiam quasi fumi[d] vapor calidus conspargebatur. Quod cum ille repperiebat[e], statim exibit foras videre aliquem hominem, qui cum eo testis[f] [et[g]] adsertor fuisset fidelis de illa causa. Tunc ille progrediens foras, vidit ibi[h] homines stantes et indicavit illis, et illi intrantes non potuerant cognoscere neque flagrare[3], nec ullus nisi ipse solus. Sed et sepe accedebat in ipsa aecclesia, ubi corpus iacebat sancti[h] confessoris Christi, quod lumen quod intus erat[i] sine manibus hominis ardere cepit[k].

Similiter et alio tempore evenerat, quod una de sua parentella, sui avunculi filia, quae plus quam duos annos magna dolore constricta tenebatur in dextera manu et in brachio illo, et sic ut[l] iam paralitica et pene arida fiebat; tunc illa[m] properans venit ad illum locum sepulture eius; nec longum fuit postea quam illic veniebat, quod pristina ille restituta erat sanitas. Et sic in istis primum appareat, quod postea Dominus[n] maiora per ipsum ostendere volebat. Multaque alia signorum prodigia, quas nunc longum est[o] omnia per ordinem intimare, ibi ostensa claruerunt, quas constat quod Dominus suae piętatis solacio affectuque sui confessoris perficere dignatus est.

a) reddite 2. 4. 4b, a *ead. m. in marg. posito corr.* reddate 2. b) accedisset 2. c) *superscr.* 1. d) tribuite *corr.* tribuate 2. e) perseverate 4. 4b. f) quia 3. 4. 4a. g) *deest* 4. 4b. h) argastulo 1a. 2. i) a (ad *corr.* a 1a) l. requie 1a. 3. k) a *e corr.* 2. l) Domine *add.* 1a. 3. 4. 4b. m) hymnis 2. n) *e corr.* 1. o) transiret 4. 4b. p) illo 2. q) Per ipsum Dominum nostrum qui vivit *alia manu post add.* 2. r) disciplinatu 2; in d. illo 3. s) *sic* 1. 2. t) sui 4. 4b. u) prepare 1. 2; conparere 4; comparare 4b. v) tui natus 2. w) cotidie discipulos 2. x) prespiter 2. y) prespit. 1a. 2. z) alii presbiteri 4. 4b. a) septimadam *in marg. corr.* septimanam 2. b) *deest* 4. 4b. c) ap. ian. 1a. 3; q. i. a. v. et *des.* 4. 4b. d) rumi 2. e) sentiret 4. 4b. f) testes 1a. 3, *corr.* testis 1a. g) *deest* 1. 1a. 3. h) *superscr.* 1. i) *deest* 3. k) hom. incenderetur 4. 4b. l) iam ut 3. m) ille 1a. 3. n) per i. D. m. 3. o) *deest* 1a.

1) Cf. p. 109, n. 3. 2) Waldburgis, abbatissa monasterii Heidenheimensis. 3) i. e. *fragrare* (*fraglare* ut cod. 4 habet et 3 post corr.) = *odorari*.

11. Cumque[a] episcopus noster Willibaldus cum cuncta populariae multitudinis copie, cum iuniorum subditorum agminibus aecclesiam fabricare conponereque disposuit, ubi sanctus Christi confessor in corpore requiescebat, maioram[b] quam priora, ut, sicut ille vir virtutibus veneratus, mirabilibus magnificatus, faustus[c] fulgebat, ita[d] iam tunc in augusto almoque Tonantis templo celeberrima creverint divine laudis modulationes. Tum illi congregati celeriter cum clero civiumque coetu definitam domui locum libraverunt. Et tunc confestim adprimitus illi fodentes[e] fundaverunt, lapides locaverunt, fundamenta cum finitimis firmando fabricaverunt. Confestim, Christo cooperante, domino Deo dispensante sanctique confessoris suffragante patrocinio, illa glocka[f] in aecclesia[g] sine manibus hominum, sine omnium adminiculo se ipsam commovere cepit. Et sic illi adtonantes sonitum audientes, nullum viderunt. Sed omnes, ut viderunt et audierunt, dabant gloriam Deo. Similiterque illi fabricantes proficiebant, usque dum fere trium annorum spatio almum (776—778.) Altissimo oratorium construendo constituerunt. Postquam illud sublimatum in alto[h] erectum sacro seculorum[i] Satore seu omnium Salvatore sacratum, ipso die post annis curriculo, quo prius sanctum Christi confessoris corpus levatum integritate honoratum repperiebant[1], (778, Sept. 24.) ipso[k] die post anno uno Willibaldus aecclesiam illam sancto consecravit seculorum omnium Salvatore.

12. Post[l] haec itaque fertur, quod alio eveniret[m] tempore ad ipso monasterio sancti Wynnebaldi[n], quod de illo vico prefecti illius, qui ibi prope monasterio situm est, venit una ancilla sua molare granum domini sui. Cumque illa veniebat ad monasterio, alius homo fuit adhuc[d] molans farinam monachorum illic prope habitantium, et illa moram faciens exspectabat, quando[o] locum haberet. Cumque ille abiret, illa[p] ambulabat et molabit[q]. Postquam illa molaret, esuriebat, tulit de farina domini sui et fecit sibi panem et manducavit. Quod cum fecerit, timens tremere cepit, qui modium domini sui dempsum[r] plenum non erat. Et furavit de farina monachorum et replevit modium, quod prius dempsit. Postquam illa molavit[s] duorum modiumque intus faciebat[t] intra molam, nihil exivit foras nisi parvum aliquid. Cumque illa sic[d] molans magnum temporis indutium[u], usque dum omne granum quod habuit molatum fuit[v], et nihil venit foras. Tunc illa[w] timida et tremefacta gemere cepit, qui nescit quid evenerat, et statim indicavit molario[x] quid accederat[y]. Tunc illi consiliantes inter se, quid fecissent, prono vultu in terram prostraverunt se et orabant Dominum sanctumque Christi confessorem Wynnebaldum[z], ut suae bonitatis clementia illis adiuvare dignetur. Et confitens[a] postea peccatum, quam gesserat, orationis effectum petitionumque patrantiam optenere[b] meruerunt. Et postea statim exivit farina secundum consuetudinem. Ideo non est dubium, quod ille vir venerandus pietate Conditoris suique sanctitatis potentia facinora, quae prius vivendo abhominaverat[c] in perversis, tunc coronatus in caelestibus vetaverat[d] in vivis prave[e] agentibus.

13. En[f] igitur transacto temporum indutio et annorum curriculo, cumque iam Dominus virtutem suae pietatis meritaque sui confessoris claruere[g] pandereque precurabat[h], cum autem[i] geminata et triplicata Spiritus sancti gratia preclarus atque perspicuus aurora lucis[i] (777, Sept. 24.) ortu cum sole[k] prorumperet dies conceptione Iohannis[l] baptistae[m], et nihilominus aequiperante[n] dierum seu noctium mensura, quod equinoctium[o] vocatur, quod denuo in anno, primum[p] crescente[q] die et secundo decrescente die[i], solet fieri, sed et sancti Wynnebaldi[r] Christi confessoris atque abbatis integritatis ostensio, quae[s] per piam et venerandam Omnipotentis predistinationem[t] clara et[u] conperta cunctis patula pandebat. Cum autem[i] pre-

a) *nulla capitis distinctio* 1. 2. 3; Post aliquot annos 4 *(in loco raso)*. 4^b. b) maiora 3. c) suffultus 3. d) *deest* 4. 4^b. e) *alio atram. superscr.* con *corr.* confodentes 1, *et ita* 1^a. 3; fodientes 4. 4^b. f) clocca 2. 4; glocca 1^a. 3. g) in ae. *des.* 3. h) est *add.* 4. 4^b. i) seclorum 1. k) inquam *add.* 4. 4^b. l) *nulla capitis distinctio* 1. 1^a. 2. 3. m) evenire 1. 1^a. 3. n) Uunnebaldi 2. o) quado 2. p) ille 1. 1^a. 3. q) molere cępit 4. 4^b. r) diminutus 4. 4^b. s) molere cepit 4. 4^b. t) misit 4. 4^b. u) consumeret *add.* 4. 4^b. v) molę immisit 4. 4^b. w) ille 1. x) molinario 2. y) accederet *corr.* accederat 2. z) Uuinnebaldum 2. 3, *post corr.* Uuvnnebaldum 2. a) confitiens 1^a. 3, *corr.* confitens 3. b) *sic* 1. c) abhominaverā 2. d) vitaverat *in marg. corr.* vet. 2. e) bene 4. 4^b. f) Een 2; *deest* 4. 4^b. g) clarificare 4. 4^b. h) *sic* 1. 2; procurabat 1^a. 3; procuraret 4. 4^b. i) *deest* 4. 4^b. k) *hoc fere loco in marg.* I. *scr.* 1. 2. l) Iohāñ baptis̃ 1. 1^a; Ioh̄ baptista 2; Iohanne baptismatis 3; sancti I. b. 4. 4^b. m) illuxisset *add.* 4. 4^b. n) *hoc fere loco in marg.* II. *scr.* 1. 2. o) autumnale *add.* 4. 4^b. p) *hoc loco in marg.* III. *scr.* 1. q) cres *in marg. suppl.* 1. r) Uunnebaldi 2. s) quem 3. t) *sic* 1. 1^a. 3. u) *deest* 2.

1) Corpus Wynnebaldi, ut infra c. 13. apparet, a. 777, Sept. 24. levatum est, ecclesia ergo, ut hoc loco relatum est, a. 778, Sept. 24. dedicata est.

777. Sept. 24. dictus ille[a] inlustrandus atque inclitus aequinoctii[b] dies per vitreos camporum planities[c] oriendo inluxisset, intravit episcopus in aecclesiam suis[d] cum diaconibus unoque presbitero, statimque illi tegmen[e] tegurii[f] sancti venerandique viri, quod ollim[g] per 16 annorum spatia exceptis 13 ebdomadibus[1] in tellura tectus tenebatur, movere fodereque ceperunt. Cumque illi foderunt, statim properantes velamine teguere nares suas cooperire temptaverunt. En frustra faciebant, quod nares velabant, nectarem nesciebant, quae intus celata latebatur in limo. Confestim[h] cumque illi fodere ceperunt, episcopus exhibit[i] foras, et illi[k] duo intus manebant, quorum alter sacerdotale dignitate presbiter[l] et alter clericus. Illi sacrum Christi confessoris corpus inquirere investigareque[m] ceperunt. Cumque illi fodentes ad anthro[n] venerunt, statimque illam repperientes integram atque inlesam, aperiebant, et nihil ibi nisi omnia prospera omniaque tuta in terra tumata conparuerunt. Tunc illi extimplo illum moventes de sepulchro suis manibus, laetantes et gaudentes, voti campi[o], leviter de terra levaverunt, toto corpore integrum, omnibus membris munitum[p], ita ut nec capillus de capite eius minuetur. Ille episcopus omnia haec sustenendo[g] foras manebat, quia multum ambiguitate timidus[i], incerta futurorum fata nesciens, sollicitudine suspectus de sui fratris corpore tam longe[q] in terra tumato, quales ipse post tam longis temporum intervallis hominibus apparere concederetur. Sed tu[r], episcopo, mentis mestitiam tristitiamque depones[s], qui ille Dominus, qui quondam Lazarum quadriduanum funere[t] fetidum resurgere revixereque[u] fecit, ille nunc solidatum atque sanctificatum Wynnebaldum[v] in sepulchro servabat. En tuus germanus, quem tu putridum[w] putasti, ille tutus in terra tenebatur in tumba et sine fine coronatus in caelo. Tunc illo elevato, episcopus[x] intravit cum[y] suo clero in aecclesiam. Cumque illius diei hora completa fuerat tertia, episcopus noster Willibaldus sacerdotale vestiebatur indumento, ut sacra missarum sollempnia fidelis finitimum falangis canendo cęlebraret. Nec longum fuit quod, cęlebratis missarum sollempnitatibus, illum[z] porticum[a] qui fabricatus atque paratus in orientale tenebatur plaga[*], illum dedicando, almis orationum exercitationibus[b] Christo commendando, sanctum[c] Domino consecravit templum. Non omnis illa aecclesia adhuc edita subtiliter in sublime erigebatur, sed unus porticus in orientale plaga preproperо ponebatur[d], ut illic almus Altissimi anthletus[e] condiretur in cripto[f]. Postea episcopus[g] et cuncta cum illo satrapium[h] senatus et nihilominus alii civium cuneos intrantes tumultuabant et visione laetabant, quod sanctum Christi confessorem visibiliter coram populo publice prolatum perspicere meruerunt; intraverunt[i] suppliciter et sanctum subsidia rogabant suoque sanctitatis suffragio suos[k] commendaverunt animas[l]. Ecce[m] omnibus patens et nullo erat latitus, sed omnibus ad videndum seu ad palpandum[n] paratus, corpore integro, crine firmato. Eum nunc orate intercessorem atque patronum, quem ollim[o] habuistis doctorem atque dispensatorem, intellegite et almum honorate Wynnebaldum[p] sanctum et[q] cum Deo veneratum! Tunc ille venerandus atque pius[r] populi speculator intravit et sanctum salutavit, signum atque pacis proprio porrigebat fratre[s] osculando et gratulando, Deum glorificando. Osculabat[t] fratrem ipse episcopus[g] et soror eius[2], quae post obitum beati viri monasterium servando habebat[u], sed et alie amice eius atque iuniores, quos ille erudiendo docebat, omnes illum osculabant obantesque conpellabant. Tunc illi extollentes levaverunt illum corpus et posuerunt eum in tumba[v] nova et portabant ad monumento novo. Cumque sursum levatus fuerat in excelso, presbiteri atque diaconi seu monachi tumultuantes circa tumbam[w], et qui non poterat ad eum continguere[x], conabant[y],

*) hoc est sanctuarium *add.* 4. 4[b], *ubi* i. ded. *des.*

a) inquam 4. 4[b]. b) ęquinocti *corr.* ęquinoctii 1. c) planitiis 3. d) c. d. s. 3. e) tegim̃ 2. f) *corr.* tugurii 1[a], *et ita* 3. 4. 4[b]. g) *sic* 1. h) *deest* 4. 4[b]; *in* 2 *non post* limo, *sed post* Conf. *signum distinctionis positum est; in* 1 *et ante et post* Conf. *punctum positum.* i) *i. e.* exivit, *ut habent* 4. 4[b]. k) alii 4. 4[b]. l) erat *add.* 4. 4[b]. m) que *deest* 2. n) anthor 1; antro 3; antrum 4. 4[b]. o) *sic* 1. 1[a]. 2. 3; *cf. supra p.* 107, *n.* w. p) minitum 2. q) diu 4. 4[b]. r) *ead. m. superscr.* tunc 1[a]. — episc̃o 1; episcop 1[a]; ep̃o 2; o episcope 4. 4[b]. s) deponens 1[a]. 2; depone 4. 4[b]. — quia 3. 4. 4[b]. t) funire 2. u) ꝗ *superscr.* 2. v) Uunnebaldum 2. w) putrido *corr.* putridū 2. x) epĩs *corr.* ep̃s 1. y) c. s. cl. *des.* 4. 4[b]. z) statim illam 4. 4[b]. a) *alio atram. superscr.* 1. b) benedictionibus 4. 4[b]. c) *post ead. manu suppl.* 1. d) opere *add.* 4. 4[b]. e) antletus *corr.* anthletus 1. — condirectus 3. f) ṡcripto, s *expunctum* 2. g) ep̃o 2. h) sacrapium 1. 1[a]. 2. 3; satrapum 4. 4[b]. i) itaque *add.* 4. 4[b]. k) suas 2. 4. l) animos 2. m) Ec̃ 1. 1[a]. n) palpanddum 2. o) l *eraso corr.* olim 1, *et ita* 1[a]. 2. 3. 4. p) Uunnebaldum 2. q) et — venerandus *des.* 4. 4[b]. r) prius 2; pop. pius 3. s) patre 2. t) ergo *add.* 4. 4[b]. u) hab. — erudiendo *des.* 4. 4[b]. v) in t. *erasa* 3. w) condensabantur *add.* 4. 4[b]. x) contingere 2. 3. 4. y) conabat 2.

1) Cum Wynnebaldus (supra c. 9) a. 761, Dec. 19. sepultus, a. 777, Sept. 24. levatus sit, 16 annis exceptis 12 hebdomadibus, 3 diebus requievit. 2) Waldburgis. Cf. Mirac. S. Waldb. auct. Wolfhardo I, c. 2.

777. Sept. 24. — Sept. 25.

ut saltim una manu ad[a] eum porrigendo perveniret. Cumque illi psallentes, caelestia modulantes portabant eum ad sepulchrum, omnis plebs comitantes cyrieleizabant[b], qui consonantis[c] canentium vocibus, qui iocundis iuvenum iubilationibus[d], qui suavis sanctorum sempiternis[e] modulationibus garrule concinnantes[f] crepitabant, eliganter[g] clangentes clamabant, multis vocibus quasi uno ore psallentes glorificabant Deum[h]. Tunc omnis plebs cum magno honore ambulantes[i] portabant sanctum Wynnebaldum et posuerunt eum in monumento novo, in illo portico, de quo supra diximus. Et statim postea missam cantavit episcopus ad suum caput. Cumque missa acta erat et sancta sollempnia celebrantur omniaque venerabiliter completa finiuntur[i], gratias agebant Deo sanctoque Wynnebaldo[k]; et[l] posteaquam omnia bene erant acta, illi remeantes, pergebant iterum macarii[1] ad suis macellis. Crastina die, eadem fere hora qua pridie portabatur sanctus ad sepulchro, una femina veniebat illic, cuius altera latus tota arida torpebat. Cumque illa veniebat et sedebat ad sepulchro sancti confessoris[m] Christi[l], subito statim[l] saucia eius membra crepitare ceperunt et revixere, et sic paulatim gelida atque seminaca[n] eius artos calebant, atque morbo funditus exclusa, statim pristina restituta erat[o] illa sanitas. Et[p] sic illa salva facta, in illo loco revixis artibus[q] et sano corpore sacrum velamen adsumpsit. Alio quoque tempore evenit, quod unus homo vinctus ducebatur, qui pro suis sceleribus erat puniendus; a duobus ducebatur vinctus atque astrictus, et ambulabant iuxta monasterio illo. Tum[r] ille miser, mente mestus, corpore ligatus, pia suffragia sancti illius petivere desiderabat licentiamque suos deprecabat ductores aecclesiam intrare. Tum[s] ille ingrediens, flebilis et supplex Dominum deprecabat sanctumque confessorem opem ferre fesso suosque solvere nexos. Confestim Christi confessor eum orantem atque flentem erigere iubebat; et statim[t] vinculi, cum quibus erat ligatus, sine manibus hominis, Dei gratia et sancti Wynnebaldi de manibus eius cadebant; et sic ille solutus, geminis manibus sancto crucis signo suum signabat faciem, et tum[u] ille letus et hilarus Dominum laudabat et gaudens pergebat, qui tristis veniebat[v]. Sed et alii multi, qui ex primo aeve[w] primordio contracti atque curbati[x] morboque lassati illic portabantur, statim[y] erecti ad statuque firmati, suis plantis pregradiebantur foras, qui intus portabantur. Sed et alii multi, qui variis corporum infirmitatibus conprimati sanctum quesiverunt[z] corpus, et oceo[a] tunc pristina restituti fuerant salute, et deinceps divinis redundabant donorum remediis et laetantes laudabant late Tonantem, qui sanctum Wynnebaldum sibi confessorem consecravit, miraculis monstravit, virtutibus beavit. Ideo gaudet nunc sancta aecclesia, mater miranda, talem adeptans adoptivum natum, que nova constructa novo honorata est patrono. Laetare nunc[b], tu episcopus, omnisque tua populatio tecum, qui talem meruerunt promittere[2] intercessorem! En nunc vos divini verbis[c] interpretes[d] sacrique ductores sanctum sectate mente et moribus, exempla imitate! Qui sacerdotale ditatus[e] infule, prudens ac pius, simplex ac sobrius, versatilis Christi anthletus[f], magno Rege militans, nunc donativum accepturus est. En vos anthletas[f] Christi certantes dimicate[g], anhelantes properate, tropeum[h] sudate, ut donativum cum Wynnebaldo accipere mereatis! Iste dudum erat externus atque ignotus, et nunc est cives in caelestibus; iste iam pridem peregrinus, et nunc est cum sanctis celicolus. Cuius membra in terra tenet tumba, spiritus ethereas in arvas evectus abiit, aurea premia aeternae vitae sine fine perfruans, laetus ille nunc longa per aeva sine fine gaudet in gloria. Ista qui legat, intellegat et non ambiguet, consideret et credet, qui sarcofago solida et integra stat in aecclesia, que iam olim, antequam de seculo migraret, facta fuerat. Et nunc Deo gratas gero[i], cuius nempe imperio nutata fundantur tota etheria, terrestrea[k], aequorea, infernalia, ambulantes, volantes, natantes, reptantes; rite quem laudant late falanges; clara cuius miracula cottidie cunctis choruscant in cosmo; cui[l] est honor et imperium et potestas in secula seculorum. Amen.

FINIT[m].

a) ad e. *des.* 4. 4b. b) kyrieleizabant 2. 4. 4b. c) consonan|bantis, ban *expunctum* 1. d) iuuilationibus 2; modulationibus 4. 4b. e) sempiternis 2, *qui hic desinit, fol.* 106. *et quaternione desinentibus; sequens quaternio perditus est.* f) concinnendo 1a. 3. g) eligantes 3. h) *in marg. alio atram. suppl.* 1. i) *deest* 4. 4b. k) Wynnib. 3. l) et — acta *des.* 4. 4b, *ubi* remeabant unusquisque ad propria. Cr. vero die. m) confessores 3. n) *sic* 1. 1a. 3; semineces 4. 4b. o) e. i. *des.* 4. 4b. p) Et — facta *des.* 4. 4b. q) artubus 1a. 3. — revixis — corpore *des.* 4. 4b. r) Tu 1. s) Tunc 3. t) stī 1a. u) dum 3. v) *hic desinunt* 4. 4b. w) eve 1a. 3. x) curvati 1a. 3. y) *littera erasa* 1. z) quesierunt (quęs. 3) 1a. 3. a) oce 1a; c. edoce 3. b) nuntii ep. omnesque (*corr.* omnisque) 3. c) uerƀ 1. 1a. d) interptes 1; interpres 1a. e) *deest* 1a. 3. f) antl. *corr.* anthl. 1. g) di||dimicate 1. h) tropheum 1a. 3. i) geo 1; gratias ago 1a. 3; *sequentia perdita sunt* 1a. k) terrestria 3. l) cuius 3. m) *deest* 3.

1) i. e. μακάριοι, ut videtur. 2) i. e. praemittere.

VITA LEOBAE ABBATISSAE BISCOFESHEIMENSIS AUCTORE RUDOLFO FULDENSI.

Rudolfus, celeberrimus ille rerum suo tempore gestarum scriptor, etiam vitam Leobae, quae cum Bonifatio ex Anglia in Germaniam venit et, postquam monasterio ab illo constructo Biscofesheim praefuit, iuxta illius corpus Fuldae sepulta est, composuit, eamque Hadamut ancillae Dei dedicavit. Quam ne Liudulfi ducis Saxonici filiam, monasterio Herivordensi traditam, postea coenobio Gandersheimensi a patre a. 852. *fundato praepositam, habeamus, temporum rationes vetant; quippe quae non ante a.* 840. *nata sit. Rudolfus vero iam antea hunc librum absolvit. Ipse eius materiam magnam partem a Magone presbytero se accepisse profitetur, 'qui ante quinquennium defunctus' erat. Mago presbyter in Annalibus necrologicis Fuldensibus a.* 831. *obiisse notatur*[1], *ita ut Rudolfum, qui Annales Fuldenses inde ab a.* 838. *continuavit, iam a.* 836. *hoc opus suscepisse statuamus oporteat. Id quod aliis argumentis confirmatur. Certe, cum iussu Hrabani abbatis se scripsisse testetur, hoc ante a.* 842, *quo ille monasterium reliquerit, factum esse constat. Immo cum de translatione corporis a.* 837. *vel* 838. *in monasterium Petrimontanum facta taceat*[2], *iam antea librum esse compositum, recte est monitum*[3]. *Neque cum anno illo pugnat, quod c.* 16. *'Hludowici regis Francorum' tempora memorantur, cum Ludovicus, quem dicunt Germanicum, iam multis annis ante patris mortem regis Francorum orientalium nomine gloriaretur*[4]. *Magonem vero, qui discipulis Leobae 'admodum familiaris' dicitur, fine saec. VIII, initio IX. vixisse, consentaneum est. Quae hic 'breviter adnotare curavit, sed', ut Rudolfi verbis utar, 'nimis obscura et confusa omnia et sparsim in scedulis adnotata reliquerat', et quae alii illius coaequales vel litteris mandaverant vel 'vivo sermone, sicut a maioribus audierant, referebant', Rudolfus collegit et posteris tradidit, ita tamen, ut 'non tam incepta aliorum ordinanda et complenda, quam propria quodammodo scripta condidisse' sibi videretur. Quae si recte interpretamur, Rudolfus quidem narrationem ut nunc legitur conscripsisse, res vero ab aliis accepisse censendus est. Pauca tantum de miraculis suo tempore ad sepulchrum Leobae factis adiecit. Talia etiam magnam huius vitae partem esse, multi mirati sunt, cum in Annalibus nihil fere eiusmodi reperiatur; quin hos revera ipsi tribuendos esse, nimis temere in dubium vocaverunt. Sed etiam summos eius*

1) SS. XIII, p. 173. Neque lectionem unius codicis 'Magno' praeferrem et de Mannone presbytero cogitarem, qui a. 838, alter eiusdem nominis a. 853. obiisse notantur. 2) Rudolfi liber de reliquiis a Hrabano collectis c. 13. 3) Ita iam Mabillon, Acta III, 2, p. 258, et Pierer, Acta SS. Sept. VII, p. 749; nuper Ebert, 'G. der Litteratur d. MA'. II, p. 334, n. 4) Cf. etiam Rudolfi Ann. Fuld. a. 838.

temporis auctores — dico Einhardum[1] *— miraculis fidem adhibuisse, certo certius constat; aliud vero narrandi genus in Annalibus componendis, aliud in vitis sanctorum scribendis placuit*[2]. *Sermonem tamen eundem fere deprehendes, eumque grammaticae regulis consonum, quamvis non nimis elegantem vel ad auctorum veterum exemplum compositum. Certe cum hunc libellum componeret, Rudolfus nondum eā auctoritate et fama viguit, quam postea tam in monasterio suo quam in aula regis assecutus est*[3]. *Neque Leobae vita altiori narrationi materiam praebuit, quippe quae modeste in monasterio vixerit et piis praesertim operibus vacaverit. Quare etiam non magnum ex hoc libro fructum historia capiet; sed cum ad res a Bonifatio gestas plenius cognoscendas conferat et temporis eius mores satis fideliter depingat, hoc antiquitatis monumentum huic collectioni esse inserendum, omnes concessuros fore confido.*

Editionis subsidia haec fuerunt:

1) *Codex Monacensis nr.* 18897 *(Tegerns.* 897*), membr. s. X, in forma minore, de quo cf. catalogum codd. Lat. bibl. Monac. II,* 3, *p.* 216. 5 *fasciculi priores et quatuor folia, quorum duo vacua sunt, (f.* 3—84*) hanc continent Vitam, duabus manibus (f.* 3—32, *f.* 33 *sqq.) exaratam, quarum specimen in tabula I. dedimus. Quamvis librarii non pauca mendose legerint vel expresserint, huic tamen codici primum locum tribuamus oportet, quippe qui ex libro optimae notae descriptus sit; id quod iam eo probatur quod Anglosaxonicam nominis formam 'Leoba' servaverit. Etiam scribendi rationem retinui, paucis tantum librario peculiaribus formis (e. gr.* Cunque; nanque) *exceptis. Nonnulla ipsi scribae emendasse videntur; alia quae secundae saec. XI. vel XII. manui debentur nullius esse auctoritatis, ceteris codicibus collatis patet; alia etiam recentiore tempore mutata; quaedam vero super lineam scripta nonnisi ad abbreviationes minus usitatas* (q = quia) *explicandas vel ad lectionem faciliorem reddendam posita sunt. Capitum numeri interdum in margine leguntur; ceteri a bibliopega abscisi videntur esse.*

1ᵃ) *Codex Monacensis nr.* 4608 *(Benedictobur.* 108*), membr. saec. XII. in* 4°, *inter alias sanctorum Vitas etiam hanc continet fol.* 195—209', *ex* 1 *descriptam, ut lectiones apertissime probant; quare eas nonnisi in primo exscripsi capitulo, postea ea tantum enotans, quae emendationes postea codici* 1 *illatas recentioris esse aetatis docent.*

1ᵇ) *Codex Monacensis nr.* 22245 *(Windberg.* 45*), membr. saec. XII, fol. max., duabus columnis scriptus, volumen sextum magnae Vitarum collectionis, fol.* 60—68. *Vitam hanc continet ('N. Arch.' IX, p.* 643*). Prima pars etiam ad codicem* 1 *recedit; postea vero (inde a c.* 11, *ut videtur) alium secutus est librarius, utriusque vero lectionem saepe temerarie mutavit vel incuria deformavit; quare nonnullas tantum lectiones attuli, eas praesertim quae cum aliis libris conveniunt.*

2) *Codex Monacensis nr.* 11321 *(Polling.* 21*), membr. saec. XI, fol. min., nitide scriptus, post alias sanctarum virginum passiones f.* 101'—120. *Vitam praebet sanctae 'Liebae', ut hic nomen scribitur. Codex eo maxime conspicuus,*

1) Quae nuper Bernays, 'Karolingische Annalen' p. 148. monuit, ut etiam hanc ob causam ipsi Annales abiudicet, nihil sane probare possunt. 2) In Annalibus auctores neque nomina produnt neque de se ipso vel de rebus tamquam ab ipsis visis referunt. Quare praefatione quotquot exstant carent. Annales, ut ita dicam, commune erant opus, sive publica auctoritate id compositum credas, sive eo consilio conceptum aut continuatum, ut rerum gestarum narratio ad posteros veniat. Aliter qui chronica universalia scripserunt, Ado, Regino, alii. 3) Cf. quae Pertz monuit, SS. I, p. 338; Dümmler, 'Ostfr. R.' I, p. 877; Wattenbach, 'GQ.' I, p. 185; Ebert l. l. II, p. 332.

quod solus Rudolfi epistolam ad Hadamutam datam exhibeat, plerumque etiam 1 *lectionem firmat, nonnullis vero locis ab eo ita recedit, ut alteram libri recensionem hic deprehendi statuere paene possis. Sed neque menda aperta desunt, praesertim vocabula omissa. Manus paulo recentior quaedam emendavit, pleraque intacta reliquit.*

3) Codex Bruxellensis nr. 206, *membr. saec. XIII, fol.* 183'. *post alias sanctorum Vitas (cf. 'Arch.' VII, p.* 387; *'N. Arch.' II, p.* 243; *Acta Bolland. III, p.* 108 *sqq.) etiam hanc praebet, epistola et capitum indice destitutam, neque lectione commendabilem.*

4) Codex bibliothecae cathedralis Treverensis nr. 102, *membr. saec. XI. vel XII. inc., olim 'Liber S. Petri et Pauli in Patherbrune', f.* 143. *Leobae Vitam eodem modo quo* 3 *exhibet, accuratius quidem exaratam, sed maioribus lacunis foedatam, quare hunc tantum ei tribuere licuit locum.*

5) Codex Vindobonensis nr. 339, *membr. saec. XIII. in folio maximo, duabus columnis exaratus, Vitas sanctarum feminarum continens, inter quas* 25. *locus fol.* 198'—211. *Leobae est tributus. Contextus saepe arbitrarie mutatus.*

6) Codex Wirzeburgensis Th. Q. 13, *membr. fol., in fine ita inscriptus:* Anno Domini 1417. finitus est liber iste feria secunda ante Symonis et Iude *(i. e. Octob.* 25*).*

7) Codex Erlangensis olim 268, *nunc* 321, *saec. XII. vel XIII. inc., olim:* Liber sanctae Mariae Halisbrunnen, *post Vitas Bonifatii auctore Othlono, Sturmi, Burchardi, Lulli, Wiperti, Gregorii, ultimo loco f.* 103'—113. *Vitam quoque Leobae continet, initio decurtatam, cum tam prologus quam capita* 2—5. *sint omissa. Contextus saepe cum* 6 *convenit; uterque enim liber nonnumquam verba inseruit, ut orationem planiorem redderet.*

Id quod etiam saepius factum est ab Andrea Bambergensi, qui magno operi de viris et feminis sanctis ordinis S. Benedicti (v. 'Arch.' XI, p. 421 *sqq.; supra p.* 18. 64*) etiam Vitam Leobae inseruit f.* 224—228', *codice usus* 6 *et* 7 *simili.*

Codices 1. 1ª. 1ᵇ. 2. 7 *et Bambergensem Andreae ipse diligenter excussi,* 4 *V. Cl. W. Arndt a.* 1862. *descripsit et praecipuas codicum* 3 *et* 6 *lectiones addidit,* 5 *nuper socius noster O. Holder-Egger inspexit, sed cuius lectiones afferantur minime dignum iudicavit. Etiam quae ex* 6 *enotata erant maximam partem reieci et ex* 7 *et Andrea ea tantum exscripsi quae eorum affinitatem ostendunt. Alii sunt: Lilienfeldensis ('Arch.' VI, p.* 185*); Sanctae Crucis nr.* 11. *et Mellicensis M.* 7 *('Arch.' X, p.* 645 *sq.* 654*); Coloniensis saec. XIV ('Arch.' VII, p.* 264*)*[1]*; Guelferbytanus Helmstad. nr.* 322 *(*357*), chart. saec. XV (ib. VII, p.* 221. *sub nr.* 93. *allatus; Heinemann, 'Handschriften' I, p.* 267*); Londoniensis Musei Britannici, Harl.* 280—282, *a.* 1464 *('Arch.' VII, p.* 80*). Ex quibus lectionum molem augere nolui.*

Vita edita est a Surio (ed. a. 1574*) V, p.* 396; *Mabillonio, Acta III,* 2, *p.* 246; *et Periero, Acta SS. Sept. VII, p.* 760, *qui codicibus S. Maximini, Blauburano et Coloniensi usus est, ex hoc primus epistolam Hadamutae datam publici iuris fecit. Varias codicum* 3. 6 *et* 4 *lectiones edidit Mone, 'Quellensammlung zur Badischen Landesgeschichte' I, p.* 51 *sq.* 529. *Excerpta in Germanicam linguam una cum Vita Bonifatii transtulit W. Arndt ('Geschichtschreiber der D. Vorzeit').*

Breves notitiae in martyrologiis Hrabani et Fuldensi (Acta SS. l. l. p. 748. 749*) ex Rudolfi libro sumtae videntur esse.* *G. W.*

1) De quo V. Cl. Höhlbaum mihi retulit, epistolam in Actis SS. ex cod. Coloniensi editam in hoc minime legi.

[INCIPIUNT[a] CAPITULA].

Scripturus vitam Leobae[b] virginis Christum adiutorem scriptor[c] invocat et unde ea didicerit quae dicturus est manifestat.

De disciplina monasterii in quo[d] sancta virgo studiis vitae regularis est instituta.

De Tetta[e] eiusdem monasterii abbatissa eiusque virtutibus.

De sorore defuncta, in cuius sepulchro congesta humus propter peccata sepultae defecit[f].

Quod per orationes sanctae matris Tettae[g] et ipsa a peccatis absolvi meruit et fossa sepulchri terra crescente repleta est.

De clavibus aecclesiae subito non conparentibus et post[h] orationes matris monasterii ceterarumque sororum[i] in ore[k] vulpicolae[l] ante fores oratorii mortuae repertis[m].

De sancta virgine Leoba, quod de sterili[n] matre[o] per revelationem[p] nata sit et ad servitium Dei in monasterio predictae abbatissae a[q] parentibus tradita.

De moribus eius quibus adulescentula[r] in[s] monasterio floruerat[t].

De visione[u] quae ei ostensa est et de interpretatione[v] illius, qua[w] significatum est ei[x], quod in longinquis terrarum regionibus[y] esset peregrinatura.

De sancto Bonifatio[z] a sede apostolica in Germaniam ad praedicandum misso, quod de gente Anglorum diversi[a] ordinis clericos[b] ad auxilium suum accersivit.

Quod[c] crescente religione monasteria monachorum ac virginum construere volens, Sturmi[d] discipulum suum ad discendum regularis vitae ordinem ad monasterium Sancti Benedicti in Casinum[e] montem misit et legatis[f] in[g] patriam directis Leobam virginem adduxit.

Quod[h] Sturmi monachis praeposuit abbatem, Leobam virginem feminis praetulit magistram quodque ei[i] statuit monasterium in Biscofesheim[k], ubi magis[l] virtutum meritis floruit.

De[m] fornicaria quae ad preces Dei[n] virginis maligno hosti tradita, crimen quod commiserat[o] publica[p] confessione evomuit.

De[m] incendio quod virtute fidei et aqua benedicta cum sale extinxit.

De[q] tempestate quam praemissa oratione verbo[i] conpescuit.

De[q] sanctimoniali[r] moriente, quam lacte benedicto[i] sanavit.

Quod exemplo sanctitatis eius provocati multi nobiles viri virgines suas Deo consecraverunt, multaeque matronae, relicta seculari conversatione, monasticam vitam elegerunt.

Quod sanctus Bonifatius[s] Fresiam profecturus illam exortatus est, ne terram peregrinationis[t] suae desereret[u], et Lul[v] episcopo ac senioribus monachorum Fuldensis monasterii eam commendans, de corpore eius iuxta ossa sua sepeliendo mandavit[w].

Quod beata virgo post passionem sancti[i] martyris in opere Dei permanens, a regibus et principibus atque[i] episcopis[i] et ab omni populo diligebatur, quodque monasteria puellarum circuiens, propositum earum sanctis exortationibus confortavit.

Quod interdum ad[x] monasterium Fuldam causa orationis venit, atque ordinatis in senectute sua[y] ceteris feminarum monasteriis, ipsa in Scoranesheim cum[z] discipulabus suis mansit.

Quod invitata ad reginam Hiltigardam[a], obitus sui diem adpropinquare cernens, ultra se eam in hac vita visuram[b] non esse praedixit.

Quod reversa ad monasterium post paucos dies obiit, corpusque eius Fuldam translatum est ibique sepultum.

Quod quidam vir ferreis circulis per lacertos constrictus[c] ad sepulchrum eius[d] fideliter orans meruit absolvi.

Quod Hispanus quidam, qui horribiliter quatiebatur[e] omnium tremore membrorum, per orationes ac merita sanctissimae virginis, postquam ad memoriam eius oravit, sanatus est.

De[f] prolocutione Rŏdolfi ad Hadamŏtam de vita sanctae Leobae[g] virginis.

Libellum quem de vita et virtutibus sanctae et venerandae virginis Leobae[g] conscripsi nomini tuo, religiosa virgo Christi Hadamout[h], dedicare curavi, ut et habeas quod et libenter legere et religiose possis imitari, quatenus, opitulante gracia Christi, cuius consors effecta propositi paritate, coheres merearis[i] fieri beatitudinis et premii. Tuam quoque sanctitatem,

a) *haec des.* 1^{b}; *alia manu add.* 2; *index et prologus des.* 7. b) Liebae 2 *semper.* c) *deest* 2. d) qua 1^{b}. e) Tatta *corr.* Tetta 1; Tecca 2 *semper*; Tecta 1^{b}. f) defefecit 1^{b}. g) Tetę 1^{b}. h) pos *al. m. corr.* post 1. i) sorarum 2. k) *deest* 1^{a}; *post add.* 1. l) *corr.* vulpecolae 1; vulpeculę $1^{a.b}$. m) reperte sunt 2. n) sterele 1. o) matri 2. p) level. 1. q) appar. 1. 1^{a}. r) *corr.* adol. 1. s) in m. fl. *des., vocabulo eraso et spatio vacuo relicto,* 2. t) floruerit *ead. m. corr.* floruerat 1. u) visu 2. v) in pret 2. w) quasi 1; qua ei 2. x) *reliqua pars indicis deest* 1^{b}. y) religionibus 1. z) Bonifacio 1^{a}; Bonefacio 2. a) adiversi 1. 1^{a}, *post corr.* ad diversi 1. b) ad a. s. cl. ac. 2. c) De eo quod 1^{a}. d) tu *e corr.* 1; volensit St. 2. e) Cassinum 1^{a}. f) laeg. 1. g) in p. *des.* 2. h) De eo quod 1^{a}. i) *deest* 2. k) Biscofheim 2. l) in manis 2. m) *haec inverso ordine habet* 2. n) sanctae 2. o) commisit 2. p) pubblica 1. q) *haec iterum inverso ordine habet* 2. r) sanctimoniani 1 *(corr.)*; sancta moniali 2. s) Bonefacius 1; Bonifacius 1^{a}. t) noperogr. 1^{a}. u) deseret 2. v) Lullo 1. 1^{a}. w) commendavit 2. x) F. ad m. 2. y) ordinatis *iterum add.* 2. z) m. c. d. s. 2. a) Hildigardam 2. b) n. e. v. 2. c) constructus 1^{a}. 2. d) *deest* 2. e) *post add.* 1; quatiebatu 1^{a}. f) *hanc epistolam solus 2 et editio Act. SS. ex cod. Coloniensi exhibent.* g) Liebae 2, *ut semper.* h) *ita* 2. i) mearis *post corr.* mereris 2.

virgo religiosa, summis votis exposco, ut pro me indigno et peccatore Rhoudolfo, Fuldensis cenobii nomine, non merito presbitero et monacho, cum omnibus virginibus quae tecum assidue nomen Domini invocant in veritate, orare digneris, ut, qui cum electis Dei vitiis obstantibus non sum dignus habere consortium, per merita et orationes Deo placentium adeptus veniam peccatorum, merear evadere suplicium sempiternum.

PROLOGUS[a].

1. Scripturus vitam beatae et venerabilissimae[b] Leobae[c] virginis, sponsum illius[d] Christum dominum Deum[e] et salvatorem nostrum[f] invoco, ut, qui ei contra adversarias[g] potestates[h] virtutem et[i] victoriam tribuit, mihi quoque ad narranda[k] meritorum eius praeconia sermonem largiatur. Ego enim gesta illius omnia non didici, sed pauca quae[l] refero a viris venerabilibus ad meam notitiam pervenerunt, qui ea[m] quattuor discipularum eius, Agathae[n] videlicet et Teclae, Nanae et Eoleobae[o], fideli relatione[p] comperta, singuli[q] pro captu ingenii sui sicut[r] sibi tradita sunt litteris mandare et ad exemplum posteris relinquere studuerunt. Ex quibus vir religiosus Mâgo[s] presbiter et monachus, qui ante quinquennium defunctus est[1], praedictis feminis admodum familiaris extitit, et crebro ad eas veniens, sermonem de utilitate animae cum illis habere consuerat[t]. Hic itaque nonnulla gestorum illius memorabilium ab eis agnoscens, breviter quidem adnotare curavit, sed nimis obscura reliquit, quia, dum succinctae brevitati studuit, in nonnullis locis ita dubia reddidit, ut, quamvis cognoscendi praeferrent[u] imaginem, non referrent tamen intellegendi vigorem. Quod nimirum ideo contigisse opinor, quia rerum cognoscendarum avidus, ne audita memoriam fugerent[v], primum ea[w] strictim litteris mandavit, ut postmodum[x] ordinata per otium libelli[y] serie planiorem in eis legentibus viam[z] intellegentiae efficeret; et inde factum esse, quod confusa omnia et sparsim in scedulis adnotata reliquerat[a], quia, insperata morte praeventus, ad ordinanda illa prolixioris vitae spacium non habuerat. Quapropter ego non mea praesumptione, sed imperio venerandi patris ac praeceptoris mei[b] Hrabani[c] abbatis provocatus, cuncta quae ab illis breviter scripta et in scedulis sparsim relicta supra[d] memoraveram, in unum colligere studui; et tam ex eis[e] quae ibi[f] adnotata reperi, quam quae ex[g] aliorum relatione didici, ordinato[h] breviter libelli textu[i], rerum gestarum seriem scire volentibus pandere curavi. Sunt enim plerique adhuc in corpore manentes viri[k] religiosi, qui non solum eadem ipsa quae ab aliis scripta[l] commemoraveram[m] vivo sermone sicut a maioribus audierant referunt, verum etiam nonnulla alia memoratu digna adicere[n] solent, quae supradictis adnotationibus copulare et huic opusculo inserere congruum iudicavi[o]; ut non tam incepta[p] aliorum ordinanda atque complenda suscepisse[q] quam propria quodammodo scripta condidisse videar. Nam de[r] fide dictorum nemini fidelium arbitror esse ambigendum, quando ea et[s] probitas[t] referentium commendat personarum, et virtutes miraculorum, quae divinitus ad ossa eius mortua frequenter fieri solent, vera esse liquido manifestant[u]. Sed priusquam ad narranda vitae morumque eius[v] insignia veniam, non absurdum videtur, si de magistra illius et spiritali matre, quae eam in Christo genuerat et caelestis vitae studiis inbuerat, ex multis referam[w] pauca[x] quae didici; quatinus lector, agnitis tantae feminae virtutibus, eo facilius discipulae gestis fidem accommodet[y], quo eam a tam nobili magisterio[z] disciplinae spiritalis primordia sumpsisse cognoverit[a].

a) *ita 2 aliis erasis; deest* 1. 1^{a}; Incipit vita s. Lieobae virginis 1^{b}; Incipit prologus in vitam sanctae Liobae virginis 4; Incipit p. in vitam et miracula s. L. v. 3; Libellus Rudolfi presbyteri de vita sanctae et venerabilis virginis Lyobae 6; Vita Liobe virginis 5. b) venerabilę 1^{b}; venerabilis 2. 3. 4; et vener. *des.* 5. c) *ita* 1, *post corr.* Liobae 1^{a}; Lieobe 1^{b}; Liebe 2; Liobae 3. 4. d) eius 2. 4; *post add.* 1^{b}. e) *deest* 3. 4; et *deest* 5. f) *deest* 1^{b}. 6. g) adversarios 4. h) potestatem *corr.* potestates 1. i) *deest* 4; ac 5. k) narrandum 2. l) quaedam 3. m) *deest* 3. n) Agapitę 1^{b}. o) Leoleobae *corr.* Leoliobae 1; N. Edeoleobae 1^{a}; Liobę 1^{b}; Eolibe 2. 3. 5; Eoliobae 4. p) narratione 3. q) singulę 1^{b}. r) s. s. t. s. *des.* 1^{b}; sibi *deest* 4. s) Magno 4. t) consueverat 1^{b}. 2. 3. 5; consuevit 4. u) praeferent 1 *(corr.)*. $1^{a.b}$. v) aufug. 1^{b}. w) eā 4; autem 1^{b}. x) post 1^{b}. y) *deest* 1. $1^{a.b}$. z) vitam 1. $1^{a.b}$. — intellentiae 1^{a}. a) reliquerit 1^{a}. b) *deest* 3. 4. c) Abraham 1^{a}; Raban 1^{b}; Rhabani 3; Rabani 5. d) s. m. in u. c. *des.* 1, *ubi in marg. suppl.:* sunt in unum congregare, *et ita* $1^{a.b}$; rel. sup. *des.* 3. — memoravimus 5. e) his 1^{b}. f) *deest* 2. g) et $1^{a.b}$. h) adordinato 1^{b}. i) texto 1^{b}. k) r. v. 1^{b}. l) *deest* 1. $1^{a.b}$. m) commemoraverim 1. $1^{a.b}$. n) dicere 2. o) ind. 1. p) cepta tam a. 1^{b}. q) suscepisset 1^{b}. r) et de f. doctorum 1^{b}. s) *deest* 1^{a}. 2. 4. 5. t) proditas *superscr.* probitas 1. u) manifestat 1. $1^{a.b}$; manifestavit 5. v) *deest* 2; *supra lin. ead. manu add.* 3; *in margine ead. m.* 4. w) p. r. 2. x) paucā 1^{a}. y) accomodare posset 1^{b}. z) magisteriu $1^{a.b}$, *corr.* magisterio 1; magisterii *post corr.* magistra 4; magistra 6. a) Explicit (Finit 3) prologus. Incipit Vita sanctae Liobae virginis 3. 4; Incipit vita sancte Liobe virginis Christi 7, *ubi c.* 2—5. *omittuntur.*

1) V. praefationem p. 118.

2.[a] In Brittannia[b] insula, quam natio Anglorum[c] inhabitat, locus quidam antiquo gentis illius[d] vocabulo Winbrunno[e] vocatur, quod Latine interpretatum[d] 'vini fons' dici potest. Qui propter[f] nimiam claritatem et saporem eximium, quo ceteris terrae illius aquis[d] praestare videbatur, hoc nomen accepit. In quo duo monasteria[g] antiquitus a regibus gentis illius constructa sunt[d], muris altis et firmis circumdata et omni sufficientia sumptuum rationabili dispositione procurata, unum scilicet clericorum et alterum feminarum. Quorum[h] ab initio fundationis suae utrumque ea lege disciplinae ordinatum est, ut neutrum illorum dispar sexus ingrederetur[i]. Numquam enim virorum congregationem femina aut[k] virginum contubernia virorum quisquam[l] intrare[m] permittebatur, exceptis solummodo presbiteris qui in aecclesias[n] earum ad agenda missarum officia tantum ingredi solebant et consummata solemniter oratione statim ad sua redire. Feminarum vero quaecumque saeculo renuntians earum collegio sociari voluerat[o], numquam exitura intrabat, nisi causa[p] rationabilis vel magnae cuiuslibet utilitatis existens eam[q] cum consilio emitteret. Porro[r] ipsa congregationis mater, quando aliquid exteriorum pro utilitate monasterii ordinare vel mandare necesse erat[s], per fenestram loquebatur et inde decernebat[t] quaecumque ordinanda aut mandanda utilitas rationis exigebat[u].

3. Huic ergo loco[v] post nonnullas abbatissas et spiritales matres praelata est virgo[w] religiosa nomine Tetta[x], genere quidem secundum saeculi dignitatem nobilis — soror quippe regis erat —, morum autem probitate et sanctarum spectamine virtutum multo nobilior. Quae utrumque monasterium magna[y] discretionis arte regebat. Omnia enim bona[z] et sancta exemplis magis quam verbis ostendit[a], et quaecumque saluti animarum docuerat esse contraria, in suis actibus non agenda monstravit. Rigorem etiam disciplinae, qua locus ille prae[b] ceteris semper[b] viguit, tanta sollicitudine tenuit, ut numquam feminarum[c] ad clericos pateretur accessum. Virgines vero, cum quibus ipsa indesinenter manebat, adeo immunes a[d] virorum voluit esse consortio, ut non tantum laicis aut[e] clericis, verum etiam ipsis[f] quoque episcopis in[g] congregationem earum negaret ingressum. Cuius[h] plurima feruntur[i] virtutum insignia, quae veneranda virgo Leoba[k], discipula eius, memoriter et iocunde referre solebat. De quibus duo tantum, ut ex his cetera conici valeant, commemorare curavi.

4. Erat in illo virginum monasterio sanctimonialis quaedam propter disciplinae studium et artioris vitae observantiam, qua ceteras praeire videbatur, sepe praeposita ordinata, frequenter autem decana ex more constituta. Quae[l] dum nimis incaute atque indiscrete disciplinam exerceret in subditis, omnium fere et maxime iuvenum[m] in se odia excitavit. Quarum illa tristitiam et concinnata adversum se maledicta, quae sua[n] mansuetudine interdum lenire potuit, contumaci corde despexit et usque adeo contra eas rigida perseveravit, ut nec in ultimo vitae suae tempore commotionem cordis earum ulla satisfactione amovere curaret. Defuncta est igitur in hac pertinacia et sepulturae[o] tradita, tumulusque super[p] sepulchrum eius congesto terrae aggere ex more compositus est. Nec tamen conquievit[q] animus iuvenum odientium eam, quin, statim ut aspicerent locum quo[r] sepulta est, maledicerent crudelitati eius, immo ascendentes tumulum et quasi funestum cadaver conculcantes, in solatium doloris sui amarissimis insultationibus mortuae exprobrarent. Quod[s] cum mater congregationis venerabilis[t] Tetta[u] comperisset, temerariam iuvencularum praesumptionem correptionis vigore compescens, perrexit ad tumulum et mirum in modum conspexit terram quae desuper congesta erat subsedisse et usque ad semipedis spacium infra summitatem sepulchri descendisse. Quo viso, vehementer expavit. Intellexit enim ex defectu terrae poenam sepultae et severitatem iusti iudicii Dei perpendit ex detrimento sepulchri. Convocatis igitur omnibus in unum sororibus, coepit eas increpare propter crudelitatem[v] illarum et duritiam cordis, quod ob factam sibi iniuriam essent inplacabiles[w] et propter momentaneam disciplinae amaritudinem perpetes haberent discordias, et cum sit christianae perfectionis pacificum esse etiam cum pacis inimicis, illae e contrario non solum inimicos non diligerent, sed etiam sororem, quam viventem contra praeceptum Domini odissent, studio impietatis mortuam execrarent. Admonuit autem eas de cetero ab inimicitiis[x] abstinere, iniurias amplecti, faciles esse ad indulgentiam, et sicut[y] sibi vellent a Domino debita dimitti, ita[z] invicem offensiones ex corde relaxarent[a]. Pro[b] defuncta vero sorore eas obsecravit[c], ut, quicquid ante mortem suam in quamlibet earum[d] peccasse videbatur, ex animo remittentes, secum pariter orationi[e] incumberent[f] et pro absolutione illius divinam clementiam invocarent. Cumque omnes unanimiter exortationibus[g] eius annuissent, indixit eis triduanum ieiunium, monens[h] unamquamque[i] psalmodiis et vigiliis ac precibus sanctis pro ea studiosius insistere. Die autem tertia, expleto ieiunio, cum omni congregatione

a) *numeri initio desunt, neque novae lineae post a singulis capitibus incipiuntur* 1. b) Britania 2; Printannia 5. c) angelorum *corr.* 1. d) *deest* 2. e) Winbrunnio 5. f) *post add.* 2. g) monasterio 2. h) quarum 2. i) ingredetur 1; ingreditur 1b, *corr.* ingredetur 1a. k) *bis scr., sed primum del.* 4. l) quisque 4; q. v. 1a. 6. m) perm. intr. 3. 4. n) ecclesiis *corr.* ecclesias 1; qui ad ag. m. sollemnia t. 2. o) voluerit 2; ren. intrare voluerit collegium earum nunq. 5. p) rat. c. 2. q) abbatissa *add.* 6. r) *novum cap. inc.* 1a. s) *e corr.* 1; ord. debuerat 2. t) cernebat 3; d. omnia 2. u) exiebat *post corr.* exigebat 1. v) *ead. m. in marg. suppl.* 1. w) r. v. 2. x) Tecta 1b. 3; Tecca 2; Tetta *corr.* Titta 4. y) magnae 4. z) s. et b. 2; et sancta *des.* 5. a) ostendebat 3. b) *deest* 3. 4; s. pr. c. 2. c) *deest* 4. d) v. e. a v. 2. e) ut *post corr.* et 1, *et ita* 1a. b; vel 6. f) i. q. *des.* 2; q. *deest* 5. g) *deest* 1; ep. ingressum negaret 2. h) huic 3. i) v. i. f. 2. k) *ita h. l. etiam* 1a. b. 3. l) haec 3; *deest* 5. m) iuvencularum 6. n) int. s. m. 2. o) tr. s. 2. p) *deest* 2. q) quievit 2. r) in quo 3. s) *novum cap. inc.* 1a. t) venerandus (?), *post corr.* 1. u) Tecta 1b. 3; Tecca 2. v) credulitatem 1; incredulitatem 1b. w) cabiles *e corr.* 1. x) inimiticiis 1; inimiciis 2. y) si *rec. m. corr.* sibi 1. z) sibi *add.* 2. a) laxarent 2—6. b) Post haec verba pro 3. c) cons. *rec. m. corr.* obs. 1. d) *deest* 2, *ubi* p. in q. v.; illarum 5. e) oratio (*post corr.* orationi) imc. 1. f) incumbere 2. g) exort. — unamquamque *des.* 4. h) monen *mox corr.* monens 1. i) earum *add.* 2.

virginum basilicam intravit, et illis letanias facientibus et nomen Salvatoris sanctorumque[a] eius[b] suffragia invocantibus, ipsa cum lacrimis ante altare pro anima[c] defunctae sororis rogatura prosternitur. Cumque in oratione persisteret, fossa sepulchri, quae prius pene[d] vacua videbatur, humo excrescente paulatim coepit repleri, ita ut uno eodemque momento et ipsa ab oratione resurgeret, et terra sepulchrum[e] complanaret. Qua ex re manifeste ostenditur, quod, cum monumentum visibiliter ad priorem statum rediit, per orationes[f] sanctae virginis defunctae animam virtus divina invisibiliter absolvit.

5. Alio quoque tempore contigit, ut soror cui oratorii cura commissa erat, cum post completorium cubitum[g] itura fores aecclesiae obseraret, claves universas ipsa nocte nesciens perderet. Erant enim pro diversitate rerum in thesauris aecclesiae repositarum perplures, et aliae quidem argenteae, aliae autem[h] aereae vel ferreae, ligatura fabręfacta sibimet conexae. Cum autem ad nocturnas[i] vigilias signum pulsatura surrexisset et claves ad[k] pandendas aecclesiae ianuas non reperisset, accenso lumine loca omnia quae spem inveniendi pollicebantur diligenti investigatione lustravit, et quasi non[l] semel quesisse sufficeret, rursus eadem geminata[m] inquisitione repetivit. Cumque hoc sepius faceret et nihil in[n] querendo proficeret, ad abbatissam, quae sororibus adhuc quiescentibus more solito vigiliis insistens, nocturnae orationis tempora praeveniebat, perrexit et tremens ac pavore perculsa ad pedes eius provoluta est eique culpam neglegentiae suae humili satisfactione patefecit. Quod cum illa audisset[o], statim intellexit, diaboli insidiantis[p] hanc esse machinationem, et[q] convocatis sororibus, nocturnas vigilias ac matutinorum sollemnia in alia aede complevit. Quibus peractis, protinus se unà cum eis in orationem dedit et antiqui hostis malitiam virtute sanctarum precum sine mora detexit. Orantibus enim[r] illis, ante fores oratorii vulpicula[s] ex inproviso mortua apparuit, in cuius ore claves, quas perditas dolebant, universae[t] repertae sunt. Tunc venerabilis mater sumptis[u] clavibus iussit aperire[v] ianuas, et cum universis sanctimonialibus[w], quae tum[x] fere quingentae[y] aderant, aecclesiam intrans, omnipotenti Deo in ymnis et laudibus gratias reddidit[z], qui famulas suas in se confidentes misericorditer exaudivit et malignum hostem digna confusione deiecit. Ille enim qui dixit: *Ponam sedem meam ad aquilonem, ero*[a] *similis Altissimo*[b], (Es. 14,13.14.) per tumorem superbiae suae bestiis assimilatus est, et qui subici Deo per humilitatem noluit, per humiles ancillarum Dei orationes in vulpicula[c] detectus et confusus apparuit. Haec[d] de venerabili matre Tetta[e] eiusque virtutibus dicta sufficiant, nunc ad explicanda spiritalis filiae eius[f] Leobae virginis[g] gesta secundum propositum stilus vertatur.

6. Igitur parentes eius[h], natione Angli, genere quidem nobiles[i] erant et studiosi ambo in religione[k] et observantia mandatorum Dei. Pater enim Dynno[l. 1], mater vero Aebba[m] vocabatur. Sed cum essent steriles et infecundi, absque liberis diu permanserunt[n]. Cum autem pertransissent[o] dies plurimi, et eis iam senibus atque aetate provectis spes generandae prolis abesset, mater eius per somnium vidit, se quasi signum aecclesiae quod vulgo[p] cloccum[q] vocant in sinu suo habere idque inmissa manu tinniens[r] extrahere. Experrecta[s] itaque nutricem suam iam vetulam vocavit et ei somnium quod viderat revelavit. Cui illa prophetico spiritu: 'Adhuc', inquit, 'ex utero tuo videbimus filiam, quam ut Domino iam nunc voveas, oportet. Et sicut Anna Samuel omnibus diebus suis in templo Dei serviturum obtulit, ita hanc ab infantia sacris litteris eruditam in sancta virginitate quamdiu vixerit illi servire concedas'. Quod cum vovisset mulier, post non multos dies concepit et genuit filiam, quam vocavit Thrûtgeba[t], cognomento Leoba[u. 2], eo quod esset dilecta; hoc enim Latine cognominis huius interpretatio sonat. Adultamque[v] Deo consecravit et supradictae matri Tettae[w] divinis studiis inbuendam tradidit; nutricem vero suam, pro eo quod tanta ibi gaudia futura praedixerat, libertatis praemio remuneravit.

7. Crevit igitur puella et tanta abbatissae cunctarumque sororum cura erudiebatur, ut nihil aliud praeter monasterium et caelestis disciplinae studia cognosceret. Non[x] iocis delectabatur ineptis, nec iungi passa est inanibus[y] iuvencularum fabulis; sed Christi desiderio flagrans, ad legendum vel audiendum verbum Dei animum semper habebat intentum. Et audita vel lecta memoriae commendans, utilitatem praeceptorum[z] vita et institutione servabat. Cibi autem et potus ita temperavit usum, ut, contemptis

a) sanctarum *(e corr.)* que 1. b) *deest* 2. 5; sanct. ei. suff. *des.* 3. c) animę *mox corr.* anima 1. d) vid. p. vac. *corr.* p. vid. vac. 2. e) eius *add.* 2. f) orationem 2. g) *in loco raso* completum 1, *et ita* 1[a.b]. h) *deest* 2. i) noctunas *mox corr.* 1. k) ad p. ae. i. *des.* 2. l) s. q. n. s. 2. m) gemina 2. n) inquer. 1; inquir. 2. 5. o) audiens 1 *(ubi* cum *post del.)*. 1[a.b]. p) insidientis *mox corr.* insidiantis 1; i. d. 2. q) *in marg. suppl.* 1; *deest* 1[a.b]. r) *post corr.* autem, *et ita* 1[a.b]. 5. s) vulpecula 1[a.b]. 3. 5. 6; vulpis 4. t) universas 2. u) cl. s. 2. v) apperire 1. w) sanctism. 1. x) dum 2. 5. y) quinquagintę *post corr.* quinquaginta 1, *et ita* 1[a.b]. z) redidit 1; reddit 5.
a) s. e. 2; et ero s. 5. b) Altissimi *post corr.* Altissimo 1. c) vulpecula 3. 5. 6. d) *novum cap. inc.* 1[a]. 2. e) Teca *h. l.* 1[b]; Tecca 2; Tecta 3. 5. 6. f) *deest* 3. g) virg. L. 3; eius spirit. fil. Lyobae 6; eius f. hec gesta L. virg. sec. 5. h) sanctae Leobae *post superscr.* 1; sanctae Lyobae virginis Angli 6; sancte Liobe virginis n. A. 7. *Andr.* i) nobili 1. k) releg. 1. l) Dymno 1[a]; Dymo 3; Dionno 4; Dig̃no 5; divino 6; eius *rec. m. add.* 1, *ante* D. *add.* 3. m) Ebba 1. 3. 6. 7; Ebbda 5; Aebla 4; Eppa *A.* n) manserunt 3. o) *post corr.* p. sic d. plurimos 1. p) fulgo 2. q) *corr.* cloccam 1, *et ita* 1[a.b]. 5. 7; gloccam 6. *A.* r) timens 7. s) Expergefacta igitur n. *e corr. in loco raso* 1 (1[a] *ut editum*); Experfacta 2; Expergefacta 1[b] *(deest* it.). 5. 7. *A.* t) Trutgeb 1 (1[a] *ut ed.*); Trutgeba 1[b]. 6; Tringeba 5; Trhutgeba 7; Trutgebam *A.* u) Lieoba 1[b], *et ita post;* Lioba *cett.;* Lyebam *A.* v) Adultam igitur virginem mater Deo 6. 7 *(corr.)*. *A.* w) Tect(a)e 1[b]. 3. 5; Teccae 2; Tęttę 7; Dette *A.* x) non enim 3; non iocis ergo del. 6. 7. *A.* y) inanis 2. z) Dei *rec. m. add.* 1.

1) Dynne (Tinne) et Aebbe in epistola ad Bonifatium data, 23, p. 83. 2) Leobgytha in epistolis eius (23), Bonifatii (91. 93) et Lulli (97); Leobgid vel Liobgit in Ann. necrol. Fuld. a. 780, SS. XIII, p. 167; Liobgid in Candidi Vita Eigilis.

deliciis[a] et escae lautioris inlecebris, his tantum quae dabantur contenta, nihil amplius requireret. Orabat assidue, sciens scriptum in apostolo, sine intermissione fidelibus orandum esse[b]. Quando non legebat, operabatur manibus ea quae sibi iniuncta erant; didiceral enim[c], quod qui non operatur[d] nec manducet. Lectioni tamen atque auditioni Sanctarum Scripturarum magis quam labori manuum operam impendit, summopere studens, ne[e] lecta vel audita ex eius animo laberentur, sed praecepta Domini custodiens, memoriam eorum in executione operum[f] semper habere consuevit. Sicque[g] vitam suam instituens, ab universis sororibus[h] puro diligebatur affectu, et ab omnibus discens omnibusque oboediens, proprias singularum gratias imitando captabat, huius continentiam, illius iocunditatem sectabatur, istius lenitatem, illius patientiam, alterius autem mansuetudinem mirabatur[i]; hanc vigilantem, illam vero legentem studuit aemulari. Caritati praecipue operam dabat, sine qua reliquas virtutes nihil esse sciebat.

1. Thess 5, 17. 2. Thess 3, 10.

8.[k] His[l] igitur et aliis huiusmodi virtutum studiis cum per dies singulos animum ad caelestia roboraret, quadam nocte per somnium vidit quasi purpureum filum de ore suo descendere. Quod apprehensum manu cum extrahere conaretur, prolixius coepit extendi, et velut ex interioribus viscerum procederet, paulatim crescebat in maius et augmenta sui capiebat. Cum autem exuberante materia colligendo manum impleret et filum nihilominus ex ore dependeret[m], globum ex eo rotundo scemate volvendo formavit. In cuius confectione cum nimis laboriose desudaret, prae angustia somno soluta est; coepitque intra se tacita[n] cogitare, cupiens somnii cognoscere discretionem. Intellexit enim, sibi non sine causa visionem apparuisse, sed aliquid ei latentis inesse mysterii. Erat igitur in eodem monasterio soror[o] quaedam maturae aetatis, quae ex eventu rerum quas saepe praedixerat prophetiae spiritum habere noscebatur. Cui illa quidem somnium de sua persona referre noluit, sed uni ex discipulabus suis totum per ordinem sicut viderat revelavit, praecipiens, ut iret ad eam, et exposito quasi sibi apparuisset[p] somnio[q], precaretur, ut quicquid in eo intellegeret suo manifestaret eloquio. Perrexit itaque puella et fecit sicut a magistra fuerat instructa. Cumque omnem somnii tenorem quasi ex propria persona exposuisset, soror illa futurorum praescia cum indignatione respondit: 'Vera quidem visio est et bona futura portendens. Tu autem cur talia tibi apparuisse mentiris? Haec enim non tibi conveniunt, sed electae Dei dilectae[r]', Leobam scilicet virginem cognominis suavitate significans[s]. 'Illi', inquit, 'haec ostensa sunt, cui merito sanctitatis et sapientiae talia congruunt, quoniam[t] multis profutura est tam verbo praedicationis quam bonae operationis exemplo. Filum enim quod per os eius ex visceribus prodiit doctrina sapientiae est vocis ministerio[u] ex illius corde procedens. Quod autem manum implevit, hoc significat, quod omnia quae ore docuerit operibus exaequabit. Porro globus, qui volvendo conficitur[v] et rotunditate sui volubilis est, mysterium exprimit verbi divini, quod per os actusque praedicantium volvitur et nunc per activam vitam[w] in imis versatur, nunc per contemplativam in sublimia erigitur, nunc se per conpassionem proximi humiliat, nunc per dilectionem Dei exaltat. His quidem indiciis Deus magistram tuam verbo et exemplo multis profuturam ostendit[x], effectus autem eorum procul ab hoc loco in aliis nationibus erit, quo eam proficisci oportet'. Hanc itaque interpretationem somnii veram fuisse, rerum postea[y] probavit eventus.

9. Igitur eo tempore quo caelestis vitae studiis beata virgo Leoba in monasterio floruerat[z] sanctus martyr[a] Bonifatius[b] a Gregorio Romanae sedis antistite, qui Constantino in pontificatu successit, episcopus ordinatur et ad praedicandum verbum Dei Germaniae populis mittitur. Ubi cum messem quidem multam et pronos[c] ad fidem populos repperisset, operarios autem qui sibi conlaborarent[d] in agro dominico paucos haberet, in terram Anglorum, unde ipse ex parentibus erat, legatos et epistolas misit atque ex diverso clericorum ordine nonnullos accersivit doctos lege divina et ad praedicationem verbi vitae merito[e] morumque probitate idoneos, quorum adminiculo iniunctam sibi legationem non segniter administravit. Magnam enim Germaniae[f] partem doctrina salutari virtutumque miraculis Christo adquisivit. Nam, cum cotidie[g] populorum frequentia fidei sacramentis imbueretur, divinus sermo non solum in aecclesiis, verum etiam per pagos et castella diffundebatur in tantum, ut [et[h]] fideles catholici assiduis exhortationibus firmarentur et depravati viam correctionis agnoscerent et pagani fide instructi certatim ad gratiam baptismatis convolarent.

10.[i] Videns itaque vir beatissimus aecclesiam Dei crescere et certantibus studiis ad vota perfectionis accendi, duplicem viam ad profectum religionis instituens, monasteria construere coepit, ut ad fidem catholicam populi non tam aecclesiastica[k] gratia quam monachorum ac virginum congregationibus raperentur[l]. Volens ergo utriusque professionis ordinem regulariter observari, idoneum utrique[m] magisterium studuit adipisci; misitque in Casinum[n] montem Sturmi[o], discipulum suum, virum genere et moribus nobilem, ut in monasterio quod beatus pater Benedictus instituit disciplinam regularem et vitam moresque monasticos agnosceret pastorque futurus discipulus fieret atque in sua subiectione disceret, quomodo aliis praeesse debuisset. Similiter et in patriam cum epistolis legatos direxit ad Tettam[p] abbatissam, cuius in praecedentibus mentio facta est, deprecans, ut ad solatium suae peregrinationis atque ad auxilium legationis sibi iniunctae transmitteret ei Leobam virginem, quam fama sanctitatis et doctrina

a) dil. *post corr.* del. 1. b) est 3? 4. c) scriptum *add.* 3. d) operabatur 1 *(post corr.)*. e) nec 1 *(post corr.)*. f) *alia manu f.* 33. *pergit* 1. g) Sic quoque 6. 7. *A*. h) prioribus 3. i) marab. 1 *(post corr.)*. k) *ita iam etiam* 1. l) Cum his et al. 3. m) de *erasum* 2. n) tacite 3. o) q. s. 2. p) apparuisse 3. q) *corr.* somnium 1, *et ita* 1a. r) et dilectae 3. s) significabat 6. 7. *A*. t) quo 1. u) ministerium 2. v) itur *e corr.* 1. w) in i. vit. 7. x) ostendet 3. y) *deest* 3. z) floruit 7. *A*. a) vir *A*. b) Bonifacius 1a. 2; Bonefacius 3. c) *e corr.* 1. d) coll. *mox corr.* conl. 1. e) *deest* 2. f) Germanicae 6. g) *post corr.* coltidie 1. h) *ita* 1. 1a; *deest rell.* i) *nulla capitis distinctio* 1. k) aecl. 1, *deinceps.* l) reparentur 2. m) utriusque 2; utrimque 7. n) Cassinum 2. 3. 4. 7. *A*. o) *corr.* Sturm 2; Sturmen 6; Sturmem 7. *A*. p) Tectam 3. 6, *corr.* Teccam 2; Dettam *A*.

virtutum tunc per longinqua divulgaverat[a] et laude celebri multorum ora repleverat. Cuius[b] abscessum mater quidem[c] congregationis molestissime ferebat, sed tamen, quia[d] divinae dispensationi resistere non potuit, beato eam[e] viro sicut rogaverat cum honore direxit, ut somnii quod olim viderat interpretatio vera fuisse probaretur. Quam, cum[f] venisset, vir Deo plenus cum summa veneratione suscepit, diligens eam non tantum[g] propter affinitatem, qua sibi ex materno sanguine[h] iungebatur, quantum propter sanctitatem vitae et sapientiae doctrinam, qua plurimis et verbo profuturam noverat et exemplo.

11.[i] Igitur sicut desideraverat monasteriis custodiam et regularis disciplinae normam instituit; et monachis quidem Sturmi[k] abbatem praetulit, Leobam vero virginem spiritalem virginum matrem esse decrevit, statuitque ei monasterium in loco qui vocatur Biscofesheim[l. 1], ubi non parvus ancillarum Dei numerus collectus est, quae ad exemplum beatae magistrae caelestis disciplinae studiis instituebantur et in tantum doctrina eius proficiebant, ut plures ex illis postmodum magistrae fierent aliarum, ita ut aut nulla aut etiam rara in illis[m] regionibus essent monasteria[n] feminarum, quae non discipularum eius magisteria desiderarent. Erat enim magnarum femina[o] virtutum et ita in arrepti propositi vigore roborata, ut nec patriae nec suorum meminisset affinium, sed omne studium erga id quod coeperat exercebat, ut videlicet semet ipsam Deo inreprehensibilem exhiberet et omnibus[p] sibi obtemperantibus[q] in verbo[r] et conversatione forma salutis existeret. Cavebat semper, ne alias doceret, quod ipsa non fecisset. Nihil[s] quippe arrogantia, nihil[s] superbia de eius sibi[t] moribus usurpavit, sed sine personarum acceptione[u] omnibus se affabilem ac benivolam[v] exhibuit. Erat enim aspectu angelica, sermone iocunda, ingenio clara, consilio magna, fide catholica, spe patientissima, karitate diffusa; et cum laetam semper faciem praeferret, numquam hilaritate nimia resoluta est in risum. Maledictionem ex eius ore nullus umquam audivit, (cf. Eph. 4, 26.) iracundiae illius sol numquam testis occubuit. Cibi autem et potus usum cum aliis summa humanitate[w] exhiberet, ipsa sibi parcissime sumpsit. Unde et caliculus eius in quo bibere solebat[x] pro quantitate sui 'dilectae parvus' a sororibus vocabatur. Lectionis studio tanta diligentia incubuit, ut, nisi orationi vacaret aut alimento vel somno corpusculum reficeret, numquam divina pagina de manibus eius abscederet. Nam, cum ab ipsis infantiae rudimentis grammatica et reliquis liberalium[y] litterarum[z] studiis esset instituta, tanta meditationis[a] instantia spiritalis scientiae perfectionem conabatur assequi, ut, consentiente[b] cum ingenio lectione, duplicato naturae et industriae bono eruditissima redderetur[c]. Veteris enim ac Novi Testamenti codices sagaci mente perlustrans, divina praecepta memoriae commendabat. Sed et dicta sanctorum patrum et decreta canonum totiusque aecclesiastici ordinis iura plenitudini[d] perfectionis[e] adiecit. Discretionem[f] in[g] omni actu ac dispositione sua magnopere servavit et rerum faciendarum finem semper adtendit, ne forte inconsulte coepta postmodum inperfectione sua paenitentiam sibi generarent. Et quia ad orationis studium et lectionis industriam mentis intentionem sciebat esse necessariam, in vigilando sicut et in ceteris virtutum studiis modum tenere consuevit. Nam semper[h], licet modicum, tota tamen aestate[i] post prandium tam ipsa quam cunctae sibi subiectae sorores pausabant[2], nec ulli earum indiscrete vigilare volenti consensit; dixit enim, adempto somno sensum adimi, maxime legendi. Sed et illi sive in nocte seu meridie dormienti Sancta Scriptura iuxta lectum eius semper legi mos erat. Quod officium puellae iuniores sine molestia per vices implebant. Et mirum[k] dictu, nullum sermonem aut etiam sillabam in legendo transire poterant, quin statim ab illa quamvis dormiente corriperentur. Nam, sicut eaedem[l] ipsae quibus id officii[m] deputatum erat postea fatebantur, sepe, cum eam graviter soporari conspicerent, ex industria temptando in lectione fallebant, sed numquam indeprehensae[n] evadere poterant. (cf. Ps. 120, 3. 4.) Nec tamen mirum, quod[o] dormiens falli non valuit, cuius cor possidebat qui non dormitat neque obdormiet Israel custodiens; (Cant. 5, 2.) et quae cum sponsa in Canticis canticorum dicere potuit[p]: *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Virtutem vero humilitatis tanto studio[q] custodivit, ut, cum merito sanctitatis et ordine magisterii ceteris esset praelata, omnium se ultimam fore[r] corde crederet, voce proferret et habitu demonstraret. Hospitalitatem autem peculiari observatione tenuit; omnibus enim[s] sine ulla[t] exceptione personae domum praebuit et convivium ieiuna mater exhibuit, pedes omnibus[u] manibus[v] suis lavit, dominicae institutionis custos et ministra[w].

12.[x] Dum[y] haec gereret virgo Christi, quibus omnium[z] in se provocabat affectum, inimicus omnium christianorum diabolus, inpatienter[a] ferens tantas in ea virtutum glorias et tam praeclara discipularum

a) divulgarat 3; divulgerat, *in inferiore margine eadem manu add.* vel divulgaverat 4. b) Eius itaque 3; eius 6. c) *deest* 3. d) *rec. m. corr.* quoniam 1. e) autem 2. f) ad se *post add.* 1, *des.* 1[a.b]. g) n. pr. a. t. 7. h) sanguinis, *quare post in marg. add.* propinquitate *et corr.* maternae, *post* materna 1; maternae sanguinis propinquitate 1[a]; mani *corr.* humani sanguinis propinquitate 1[b]. i) *hoc solo loco maiorem habet litteram initialem* 1[b], *deinceps alium, ut videtur, exemplar secutus.* k) Sturmen 6; Sturmē 7; Sturmem *A.* l) *post corr.* Biscoffesh. 1 (Biscofesh. 1[a.b]); Biscoves-heim 3; Bisschofesheim *A.* m) *deest* 1[b]. n) femin. mon. 3? 4. o) v. f. 2. 3. 4. 6. 7. *A.* p) ab o. 1[b]. q) *post corr.* obtemperantium 1. r) omni v. 3? 4. s) nil 1[b]. t) *deest* 3? 4. u) actione 1 *(post corr.)*. 1[a.b]. v) benignam 1[b]. w) humilitate 1[b]. 7. x) *deest* 2. y) *deest* 6. z) artium *cod. S. Max.; deest Sur.* a) meditacioni 3; moderationis 1[b]. b) sen *eras.* 2. c) reddita esset 1; redditurus 1[a]. d) plenitudine 1 *(post corr.)*. e) perlustrans 2. f) ergo *add.* 6. 7. *A.* g) *deest* 6. h) lic. s. 3. i) aetate 2. k) est *add.* 7. l) eadem 4, *corr.* 7. m) officium 7. n) irreprehensae 3. o) quia 3. 6. p) poterat 3? 4. q) *om., sed, vocabulo* tanto *eraso, post suppl.* 2. r) *deest* 1[b]. s) *deest* 6. 7 (*ubi* et o.). *A.* t) ullius *e corr.* 1, *et ita* 1[a.b]. u) omnium 6. v) cum m. 6. 7. *A*; m. s. *des.* 2. w) magistra 3. x) De fornicaria *rubram add.* 1[a]. y) Cum 2. 5. 6. z) um *e corr.* 1. a) inpat. — et tam *des.* 4.

1) Tauberbischofsheim. 2) Ex regulae S. P. Benedicti praecepto, qui c. 48. somnum meridianum a paschate ad Kal. Octobr. suis concedit. MAB.

eius augmenta profectuum, sordidis eas cogitationibus et carnalis concupiscentiae inlecebris incessabiliter inpugnabat, temptans, si quamlibet earum ab arrepti[a] vigore propositi potuisset avertere. Sed cum conatus suos orationibus atque ieiuniis caste viventium frangi conspiceret, ad alia se callidus insidiator argumenta convertit, ut saltem vel bonam earum famam vitiando corrumperet, qui integritatem perversa suggerendo violare non poterat. Erat igitur[b] ibi[c] quaedam paupercula debilitate contracta, quae ad portam monasterii iacebat elemosinam[d] accipiens; cui cotidie a mensa abbatissae statutus dabatur victus et a singulis sanctimonialium vestes et alia quaelibet necessaria pro divini amoris intuitu praebebantur. Contigit autem post dies aliquot, ut decepta suggestionibus diabolicis turpitudinem fornicationis incurreret. Cumque intumescente utero conceptum foetum celare non posset, crimen admissi sceleris simulata[e] infirmitate contexit. Instante autem partus tempore progenitum infantulum panniculis involvit et in stagnum fluminis, quod[f] per medium loci illius influebat[g], nocturno tempore exposuit, malis videlicet mala adiciens; nam stupro homicidium et aquae contaminationem coniunxit homicidio. Die autem facto, cum ad hauriendam aquam mulier quaedam venisset, conspecto infantuli cadavere, factum[h] exhorruit, femineoque accensa furore, villam omnem clamore inordinato complevit et sanctis virginibus cum indignatione improperans[i] ait: 'O quam casta congregatio, quam gloriosa conversatio virginum, quae sub velo positae filios pariunt, et matrum pariter ac presbiterorum fungentes[k] officio, eosdem quos genuerint[l] ipsae baptizant! Non enim, o cives, molendi tantum[m] usibus hanc stagnastis[n] aquam, sed novo huic et inaudito baptismati nescientes praeparastis. Nunc ergo rogate eas, quas virginum appellatione sublimare soletis, ut tollentes cadaver de flumine nobis aquam reddant usibilem. Videte, videte, quae ex eis monasterio desit, et eam scelus hoc perpetrasse cognoscite!' Ad hanc vocem plebs tota commota est, omnis aetas omnisque sexus quasi ad spectaculum uno agmine cucurrit[o]. Vident[p] nefas, facinus exhorrent, virgines sacras detestantur. Cum autem abbatissa, audito tumultu, rem gestam comperisset, convocatis sororibus causam[q] exposuit, nullamque ex eis praeter Agatham[r] deesse cognovit, quae ante[s] paucos dies a parentibus suis vocata pro qualibet[t] necessitate ad domum eorum cum licentia perrexit[u]. Hanc itaque misso nuntio sine mora revocavit, tantae infamiae notam diutius ferre non valens. Quae cum venisset causamque sceleris sibi imputari cognosceret, respiciens in caelum, ingemuit et ait: 'Deus omnipotens, qui omnia nosti antequam fiant, et quem nullum latet secretum, quique Susannam[v] in te confidentem de falso crimine liberasti, ostende misericordiam tuam super hanc congregationem in tuo nomine collectam, et ne patiaris eam propter peccata mea foedo rumore maculari, sed illam quaecumque hoc[w] nefas commisit ad laudem et gloriam magni[x] nominis tui dignare detegere et publicare'. Quo audito, mater venerabilis de eius puritate iam secura, praecepit omnibus oratorium ingredi, et extensis in crucis modum brachiis stare, quoadusque singulae psalterium totum ex ordine psallendo complerent; et deinde per tres vices in die, hoc est hora tertia, sexta[y] et nona, vexillo[z] crucis elato, cum laetaniis monasterium circuire et pro purgatione sua divinam misericordiam[a] invocare. Quod cum fecissent et hoc[b] ordine iam bis expleto hora nona omnes[c] aecclesiam intrarent, cunctusque populus pariter congregatus adesset, beata virgo Leoba perrexit ad altare, et stans ante crucem, quae tunc[d] tertio portanda parabatur, extendit manus in caelum et cum genitu ac[e] lacrimis precabatur, dicens: 'Domine Ihesu Christe, rex virginum, integritatis amator, invictissime Deus, ostende virtutem tuam et libera nos ab hac infamia, quia inproperia inproperantium tibi[f] ceciderunt super nos'. Hoc cum dixisset, mox miserrima paupercula illa, antiqui hostis et captiva pariter et ministra, doemonio[g] repletur, et quasi flammis circumdata, nomen[h] invocat abbatissae, crimen quod commiserat confitetur. Tum[i] vero in caelum clamore sublato[k], plebs omnis obstupuit[l] miraculo, ancillae Dei flevere[m] prae gaudio, et in commune ab omnibus uno ore meritum Leobae virginis[n] et Christi salvatoris[o] potentia praedicatur[p]. Factumque[q] est, ut nomen virginale, quod diabolus sinistra fama obruere conatus est, magis claresceret et celebrius ubique laudaretur. Misera tamen[r] illa purgari non meruit, sed usque ad finem vitae suae ius in ea potestatis inimicus[s] obtinuit. Plura quidem signa per famulam suam Deus[t] ante iam fecerat, sed eorum notitiam secreti obumbratio suppressit, hoc autem in Germania primum et[u] ideo celebre[v], quia publicum[w] fuit.

13.[x] Alio autem tempore, cum ad tradendam[y] discipulabus suis lectionem divinam more solito consedisset, ex una parte villae fortuitum exarsit incendium; quod, consumptis domibus, quae vel paleis vel palustri tegebantur[z] harundine, ad monasterium, in quo virgo sancta cum famulabus Dei manebat, flabris stimulantibus ferebatur et, grassante[a] igne, non aedificiis solum, verum etiam iumentis atque hominibus ipsis interitum[b] minabatur. Tum[c] vero trepidantis populi confusus clamor attollitur; concursus omnium ad abbatissam convolat; rogant, ut periculo quod instabat precibus[d] sanctis occurreret. Illa autem, ut erat[e] mentis patientissimae, turbatis omnibus, fidei praesumptione nihil movebatur, sed iussit, ut ex superiore[f] parte fluminis quod per medium monasterium currebat haustam sibi aquam in conca celeriter

a) repti 2. b) ergo 3. c) *deest* 2, *ubi* p. q. d) elym. 2. e) similata 1 *(rec. m. corr.)*. f) qui 3. g) fluebat 7. h) *deest* 2. i) improbans 1[a]. k) fungientes officium 3. l) generaverint 3. m) us. tant. 1[b]. 3. n) stagnatis 3? 4. o) concurrunt 1[a]. p) Vidensque nefas, facinus exhorret ac virg. sac. detestatur 3. q) *deest* 1[b]. r) Agatam 1[b]. 7. s) *e corr.* 1. t) quadam 3. u) perrexerat 3. v) in te c. S. 7. w) hunc 4; *deest* 7. x) *deest* 1[b]. 3. 4. y) s. et *des.* 1[b]; et *deest* 7. z) v. enim 1[b]. a) studerent *post add.* 1 *(deest* 1[a.b]*)*. b) et in hoc 3. 6. c) *deest* 1. 1[a.b]. d) iam *add.* 3. e) et 4. f) *deest* 7. g) *ita* 1. 2. h) *deest* 2. i) Dum 1[b]. 2. k) sublevato 1[b]. l) obstipuit 4. m) ceperunt flere 7. n) vig. 1 *(corr.)*. o) *deest* 1[b]. p) predicabatur 7. q) Factum itaque est 3. r) autem 7. s) suae inim. 3; in. *post suppl.* 7. t) Dominus 4. u) primum factum est et 3; ideo *deest* 5. v) celeberrimum 1[b]. w) icum *e corr.* 1; f. p. 7. x) De incendio *add. rubr.* 1[a]. y) tradendum 1. 1[a]. — s. d. 7. z) tegebatur 2. a) crassante 1. b) min. int. 4. c) Dum 1[b]. 2. d) s. p. 7; pr. suis *A*. e) *deest* 1[b]. f) superiori 1[b]. 2. 3. 4. 7. *A*.

afferrent. Quam sine mora allatam sale, quod a sancto Bonifatio[a] benedictum indesinenter secum habebat, aspersit, dicens: 'Ite et hanc aquam in flumen refundite, omnisque populus ab eo loco deorsum hauriat et contra impetum saevientis incendii certatim mittat'. Quod cum fecissent, omnis illa ignium violentia quasi caelitus inmisso imbre ita restincta est, ut nihil aedificiorum postea prorsus attingeret. Quo miraculo plebs omnis adtonita, ad laudem Dei convertitur, qui per fidem et orationes famulae suae tam sublimiter eos a tanto discrimine liberavit.

14.[b] Illud etiam virtutibus eius annumerandum fore non dubito, quod die[c] quadam, cum tempestas saeva[d] et aerum nimia[e] perturbatio fuisset exorta[f], fulgura facta, ventique vehementes undique ferebantur, et tenebrarum caligo caelum diemque nubium nocte subduxit, coruscationes quoque valde terribiles et fulmina crebro dimissa[g] horrorem nimium mortalibus inferebant, populus omnis pavore concutitur; ac primum pecora, ne pereant, intra tuta[h] domorum cogunt, deinde, ingravescente discrimine mortisque praesentiam[i] minitante, cuncti cum[k] coniugibus[l] et liberis[e] disperatione[m] vivendi in aecclesiam confugiunt, et obseratis undique foribus, terribile iudicium Dei, quod inminere putabant, pavidi praestolantur[n]. Quibus turbatis et voce confusa concrepantibus, sancta virgo occurrens indicit patientiam, pollicetur securitatem secumque eos orationi incumbere adhortatur et sine mora toto corpore ante altare ipsa[o] prosternitur. Interea saevit tempestas, et ventorum furorem[p] domorum tecta non[q] sustinent, crebrisque fulminum ictibus terra tremescit, tenebrarum quoque densitas et continua coruscationum per fenestras irruptio maximum timidis horrorem ingeminant[r]. Tum populus omnis, tanti terroris inmanitatem non ferens, ad altare cucurrit et beatam virginem ab oratione excitat periculis opponendam. Primaque eam Tecla, consanguinea eius, his vocibus adorsa est: 'O dilecte[s] dilecta[t], in te opes populi huius, in te votorum summa consistit. Surge ergo[u] et pro nobis dominam tuam[v] sanctam[u] Dei genitricem invoca, ut eius intercessione ab huius tempestatis discrimine liberemur'. Ad hanc vocem illa ab oratione surrexit, et quasi ad colluctationem vocaretur, cappam qua erat induta abiciens, fores aecclesiae confidenter aperuit, atque in limine consistens, signo sanctae crucis edito, furenti tempestati nomen Summae Maiestatis opposuit, extensisque manibus in caelum, terno clamore Christi clementiam invocavit et per intercessionem ac merita sanctae Mariae virginis propitium eum[u] populo suo[u] velociter[u] adesse precabatur. Confestim igitur adest[w] Divinitas, tonitrua conquiescunt, venti contrarii ad dissipandam nubium densitatem ministeria convertunt, omnisque illa[x] aerum tenebrositas mox in duas partes divisa et in semet ipsam relapsa, tranquillam[y] serenitatem, apparente sole, reduxit. Ita virtus divina et ancillae suae sibi fideliter servientis merita declaravit et populis inopinatam securitatem, depulso timore, concessit.

15.[z] Hoc etiam quod inter gesta eius clarum fuisse ac memorabile constat praeterire silentio[a] impium puto. Quaedam namque ex sororibus monasterii eius nomine Williswind[b], vitae merito et morum probitate laudabilis, magna corporis infirmitate vexabatur; morbo enim laborabat quem medici emoroidas[c] vocant et profluente sanguine per secreta naturae gravissimo intestinorum dolore cruciabatur. Crescente igitur languore et per dies augmenta capiente, vires corporis deficiunt, adeo ut se nec[d] in latus aliud vertere nec de lectulo surgere nec pedibus incedere sine alterius sustentatione potuisset. Cumque iam prae foetoris[e] magnitudine in communi cella monasterii manere non posset, parentes eius, qui in vicino habitabant, petita et accepta licentia, feretro eam inposuerunt[f] et trans flumen quod vocatur Tuberaha[g, 1] in domum suam portaverunt. Nec multo post, invalescente morbo, ad[h] extrema pervenit. Et cum iam ultima corporis parte praemortua, solo[i] vitalis flatus palpitaret in pectore[k], invitatur[l] a parentibus abbatissa, non[m] ut visitaret infirmam, sed ut[n] precibus suis Deo transitum eius commendaret. Quae cum venisset, accedens ad lectum, quod[o] multitudo vicinorum plangens vallaverat, iussit auferri velamen; erat enim ex[n] more cadaverum iam[p] lintheo[q] cooperta. Quo ablato, pectus eius manu contrectans[r]: 'Nolite', ait, 'flere, quia anima[s] illius adhuc in ipsa est'. Mittensque ad monasterium, iussit coclear suum[t] parvum, quo ipsa ad mensam uti solebat, cum festinatione afferri, et allatum sibi lac[u] benedixit atque in os iacentis guttatim cum cocleare[v] stillavit[w]. Cuius tactu intrinsecus guttur et vitalia ita convaluerunt, ut statim et linguam ad loquendum et oculos ad videndum moveret; tantaque celeritate remedium caeleste[x] succurrit, ut sequenti die cibo confortata vires reciperet[y] atque ante[z] diem septimum pedibus propriis ad monasterium ambularet, de quo prius in lectica[a] portabatur; pluresque[b] postea vixit annos atque in regione Thuringorum[c] post obitum venerandae[d] virginis usque ad tempora Hludowici[e] regis Francorum sana et incolomis in Dei servitio permansit[f].

a) Bonifacio $1^{a.b}$. 2. b) De tempestate *rubr. add.* 1^{a}. c) cum die quad. 3. d) saevaque aerum 3. e) *deest* 2. f) ac *post add* 1 *(deest* $1^{a.b}$*)*. g) dem. 3? 4. h) septa 7. i) saevitiam 3. k) cum — lib. *des.* 3. l) congugibus 1 *(post corr.)*; iugibus *corr.* coniug. 2. m) *ita* 1. 2, *corr.* desp. 1. n) praestolabantur 3. o) *deest* 3? 4. p) fumore 4. q) non — terra *des.* 4, *ubi corr.* tremiscunt. r) ingeminat 1^{b}. 3. 7. s) dilecta 1; *deest* 1^{b}. t) *post hoc verbum fol. unum in 4 excisum est.* u) *deest* 1^{b}. v) nostram 7. w) ei *post add.* 1 *(deest* $1^{a.b}$*)*. x) *deest* 7. y) tranquillitatem et 3. 5. z) De femina quam lactae sanavit *rubr. add.* 1^{a}. a) solentio 1 *(corr.)*. b) Willisuind 1^{b}; Willeswind 3; Wyllisuint 6; Willeswint *A*. c) ermoidas 1^{b}; emorroidas 7; emorroydas *A*. d) *deest* 1^{b}; nec se 3. e) tam diri f. 1^{b}. f) super imp. 1^{b}. g) Tuberacha *corr.* Tuberaha 2. h) venit ad extr. 3. i) solus 3. k) corpore 1^{b}. 3; pectore — visitaret *des.* 1, *ubi* infirma se ut *(et ita* 1^{a}*)*, *et post add.* vocavit. l) in vita 2. m) *deest* 2. n) *deest* 1^{b}. o) quem 3. p) *deest* 1^{b}. 2. q) h *post del.* 1. r) e *corr.* 1; contractans 1^{a}. s) *post suppl.* 2, *ubi* illius *deest.* t) *deest* 3. u) b. l. 7. v) cleare 1 *(corr.)*. w) *post corr.* instill. 1; cum c. st. *eadem, ut videtur, m. post add.* 2, *ubi* C. t. i. g. *des.* x) ei *post add.* 1 *(deest* $1^{a.b}$*)*. y) *eadem, ut videtur, m. post add.* 1. z) a. die secundo pr. p. 1^{b}. a) lecto 1^{b}. b) Plures vero 1^{b}. c) Thyring. 2; Turing. 6. d) sanctae 1^{b}. e) Ludowici 1^{b}. 2. 5. *A*.; Luodewici 3; Ludewici 6. 7. f) mansit 3; in D. s. *des.* 1^{b}.

1) Tauber.

16. Talibus igitur[a] virtutum signis fides in populis succensa fervebat, et crescente religione crevit simul et mundi contemptus. Multi enim nobiles et potentes viri filias suas Deo in monasterio[b] sub perpetua virginitate servituras tradiderunt, multaeque matronae, relicta saeculari conversatione, castitatem profitebantur[c], et suscepto velamine sacro, monasticam vitam elegerunt; quibus virgo sancta ad summa virtutum veniendi et verbo[d] viam praebuit et exemplo.

17. Interea beatus Bonifatius archiepiscopus Fresiam ire parans gentemque paganicis ritibus[e] deditam atque infidelitatis morbo decubantem caelesti medicina visitare decernens, vocavit Lul[f] discipulum suum, qui sibi postmodum in episcopatu successit, et ei singula prout voluit commendavit et specialiter quidem curam[g] illi credentium[h] populorum ac praedicationis instantiam structuramque aecclesiarum a[i] se per diversa loca inchoatarum iniunxit. Specialiter autem de monasterio Fuldensi, quod cum auctoritate Zachariae papae et cum favore Karlmanni[k] regis Austriae in vastissima solitudine saltus Boconiae[l] ipse construxerat, praecepit, ut, quia monachi locum illum inhabitantes pauperes erant et necdum alia servitia[m] habebant, sed solo manuum suarum[n] labore victitabant, aedificium fundatae iam[n] ibi aecclesiae ad perfectionis terminum deduceret atque post mortem suam[o] corpus eius illic[p] sepeliendum transferret. Cumque haec et alia huiusmodi[q] ei mandata dedisset, accersitam ad se Leobam[r] virginem exhortatus est terram peregrinationis suae non deserere nec in[s] assumpti propositi vigore lassescere, sed cotidie bonum quod coeperat omni studio ampliare, dicens ei, corporis[t] fragilitatem non esse considerandam, nec prolixa[u] aetatis spatia conputanda[v], nec arduum virtutis finem nec gravem existimandum[w] perveniendi laborem, praesertim cum huius temporis spatia ad aeternitatem comparata brevia sint et non condignae[x] passiones praesentis saeculi ad futuram gloriam quae revelabitur in sanctis[y]. Commendavit autem eam[z] Lul[a] episcopo et senioribus monachorum supradicti monasterii qui aderant, monens eos, ut cum honore et reverentia curam eius agerent, suaeque voluntatis esse affirmans, ut post obitum eius corpus illius ad ossa sua[b] in eodem sepulchro poneretur, quatenus pariter diem resurrectionis exspectarent, qui pari voto ac studio in vita sua[c] Christo servierant. Quibus dictis, dedit ei cucullam suam, rursus eam admonens atque contestans de non relinquendo peregrinationis suae loco. Et sic, praeparatis omnibus quae in itinere erant necessaria, Fresiam perrexit; ubi cum non parvam gentis illius portionem Christo adquireret[d], labores suos glorioso consummavit martyrio. Corpusque[e] eius translatum est Fuldam et ibi, sicut ante praeceperat, digno honore sepultum.

18. Beata autem virgo inmobilis in opere Dei permansit; non terram hereditare cupiens, sed caelum, ad[f] finem propositi omni[g] labore tendebat. Seminabatur de ea fama laudabilis, et odor sanctitatis ac sapientiae[h] eius cunctorum in se traxit amorem. Erat enim omnibus qui eam noverant et ipsis quoque regibus honorabilis. Nam Pippinus[i] rex Francorum et[k] filii eius Karlus et Karlmannus[l] omni[m] eam veneratione coluerunt, et prae ceteris maxime Karlus[n], qui[o] post mortem patris, defuncto fratre, cum quo pariter et ipse paucis annis regnaverat, imperii gubernacula solus obtinuit, vir sane christianissimus et vere imperio dignissimus atque omnibus retro gentis illius regibus fortitudine et sapientia merito praeferendus. Qui ita fidem catholicam diligebat, ut, cum omnibus imperaret, Dei famulos et ancillas[p] sublimi humilitate veneraretur. Hic itaque religiosam Dei[q] virginem ad se frequenter invitatam cum magna reverentia suscepit et dignis muneribus honoravit. Sed et regina Hiltigardis[r] puro eam venerabatur affectu atque ita[q] ut animam suam diligebat; voluitque[s], ut assidue secum maneret, quatenus ad viam vitae verbis eius proficeret et exemplis. Sed[t] illa ut veneni[u] poculum ita palatinum[v] detestabatur tumultum. Amabant eam principes, suscipiebant[w] proceres, episcopi cum exultatione[x] amplectabantur[y]. Et quia erat in scripturis eruditissima atque in consilio provida, verbum vitae cum ea conferebant et institutа aecclesiastica sepe tractabant. Illa vero omnem sollicitudinem erga id quod coeperat exercebat et monasteria puellarum quasi ductrix spiritalium tyronum visitans, certantibus studiis aemulantes ad perfectionis gloriam provocabat.

19. Interdum etiam ad monasterium Fuldensium monachorum causa orationis venire solebat, quod nec prius[z] nec postea ulli umquam feminarum concedi[a] potuit, quia loco illi, ex quo a monachis habitari[b] coeptus est, femineus[c] negabatur ingressus. Tantum[d] autem huic soli concessus est propter hoc quod sanctus martyr[e] Bonifatius[f] eam senioribus eorum commendavit corpusque illius ibi sepeliendum decrevit. Cuius tamen adventus hoc ordine moderabatur. Relictis enim[g] in vicina cella discipulabus ac pedissequis suis, ipsa cum una ceteris maturiore monasterium diurno[h] tantum tempore intravit, et post

a) ergo 3. b) monasterium 1. c) proutebantur 1 *(rec. m. corr.* 1^a*)*. d) viam verbo 7. e) retibus 3; iti *e corr.* 1. f) Lullum 7, *in marg. eadem, ut videtur, manu* 1; Lud 1^b; Lul *corr.* Lullum *A*. g) i. c. 3. h) p. cr. 7. i) a se *des.* 7. k) *post corr.* Karolom. 1; Charlmanni 1^b. 2; Carlmanni 3; Karlomanni 7; Karolomanni *A*. l) Bochoniae 1^b. m) h. s. 1^b. 2. 3. 7. *A*. n) *deest* 1^b. o) suum 2. p) illuc 1^b. 2. 6. 7. *A*. q) ei h. 7. r) beatam L. 7. s) *deest* 1. 1^a. — assumptu 2. t) *litteris* poris *pergit* 4. u) *deest* 2. v) sp. ad aeternitatem c. 1^b. w) ad *post add.* 1 *(deest* 1^a*)*. x) et non sint cond. 3; et n. c. sint 4; sunt *post* pass. *post suppl.* 1 *(deest* 1^a*)*, non *post suppl.* 1^b. y) nobis 1^b. 3; in s. r. 7. z) illam 6; *deest* 2. a) Lullo 1. 7. *A*. (Lul $1^{a.b}$). b) eius 1. c) sua — venire solebat, *uno folio exciso, des.* 2. d) adquisisset 3. e) et corpus 1^b. f) unde ad 3. g) cum omni 3. h) sapientia 1. i) Pypinus 6. k) et f. e. *des.* 1^b. l) Charolus et Charlmannus 1^b; Karolus et Karlmannus 3; Carlus et Carlmannus 4; Karlomannus 7. m) omni — Karlus *des.* 4; Karlus et K. — Karlus *des. A*. n) Karolus 1^b; Carolus 3. o) *deest* 6. p) famulas 1^b. q) *deest* 1^b. r) Hildig. 1^b. 4. 7; Hildeg. *A*. s) que *deest* 1^b. 3? 4. t) Sed et 3. u) venenum 4. v) palacii 1^b; palatinorum 6. 7. w) eam *add.* 1^b. x) eam *post add.* 1 *(deest* $1^{a.b}$*)*. y) *corr.* amplectebantur 1. z) *pergit* 2, *fol.* 117. a) concessum fuit 2. b) habitare cepit 2. c) fim. 1 *(post corr.)*. d) T. ob hoc a. h. s. c. e. quod 1^b. e) *deest* 1^b. f) Bonifacius $1^{a.b}$; Boneficius 2. g) *deest* 1. h) diuturno t. tampore 2.

orationem completa[a] cum fratribus collatione, noctibus[b] semper ad discipulas [suas[c]], quas in cella dimiserat, revertebatur. Cum[d] autem senuisset et provectioris iam[e] esset aetatis, ordinatis omnibus quae sub cura sua habuit monasteriis, cum consilio Lul[f] episcopi venit in locum qui vocatur[g] Scoranesheim[h, 1], quatuor milibus a civitate Magontia[i] ad africum distans; ibique cum famulabus Dei secum commorantibus mansitavit, ieiuniis[k] et orationibus Deo serviens nocte ac die.

20. Interea, morante[l] rege Karlo[m] in Aquense palatio, misit ad eam regina Hiltigardis[n], deprecans, ut ad se venire[o] non gravaretur; desideravit enim videre eam, antequam de corpore migraret[p]. Quod illa quamvis moleste ferret, propter antiquam tamen familiaritatem consensit. Perrexit ergo et cum ea qua[q] solita est a regina gratulatione suscepta[r], mox ut audivit causas pro quibus invitata est, redeundi licentiam postulavit. Cumque propensius rogaretur, ut aliquot[s] diebus ibi maneret[t], abnuit ac solito affectuosius in amicam irruit, os[u], frontem, oculos deosculans et[v] inherens amplexibus, huiusmodi verbis salutatam reliquit: 'Vale in aeternum, domina et soror dilectissima! vale, animae meae portio pretiosa! Christus creator et redemptor noster[w] tribuat, ut nos in die iudicii sine confusione videamus! Ceterum in hac luce mutuo numquam ab hac die fruemur aspectu[x]'.

21.[y] Reversa est igitur ad monasterium, et post paucos dies corporis[z] incommodo correpta, decidit in lectum. Cumque[a] ingravescente languore instare[b] cerneret tempus dormitionis suae, vocavit Torahtbrahtum[c, 2] venerabilem presbiterum, natione Anglum, qui ei indesinenter adherens cum reverentia semper et amore serviebat, et accepto corporis ac[d] sanguinis Christi viatico, hominem exuit ac Creatori suo animam quam dederat mundam et inmaculatam cum gaudio restituit. Obiit autem mense Septembre[e], quarto Kalendarum Octobrium[3]; corpusque eius[f] Fuldenses monachi susceptum cum persecutione nobilium personarum ad[g] monasterium suum venerabiliter transtulerunt. Recordati sunt itaque seniores eorum, dixisse sanctum Bonifatium[h], quod suae esset voluntatis, ut corpus illius ad ossa sua poneretur. Sed quia metuebant sanctum[i] sepulchrum beati martyris aperire, consilio inito, sepelierunt illud ad plagam septentrionalem altaris, quod ipse sanctus martyr Bonifatius[k] aedificatum in honorem domini Salvatoris nostri[l] et sanctorum duodecim apostolorum eius[m] dedicaverat[n]. Post[o] autem[p] annos non paucos a rectoribus loci illius aecclesia augustius[q] aedificata cum futurae consecrationi praepararetur[r], Eigil[s] abbas cum licentia Haistulfi[t] archiepiscopi ossa eius transtulit et in australi porticu iuxta memoriam sancti Ignatii[u] martyris posuit, ubi sepulchro[v] condita miraculis vivit[w] et gloria. Multi enim fide pleni ad tumulum eius divina beneficia sepe[x] experti sunt; ex quibus quaedam, quae ad praesens animo occurrunt, sobrie et[y] fideliter legentibus pandere curavi.

Sept. 28.

22. Quidam namque[z] vir ferreis circulis per lacertos ad nudum corpus[a] tam anguste constrictus erat, ut ex utraque parte caro supercrescens ferrum prope obtegeret. Ex quibus unus de[b] altero brachio ante[c] iam deciderat, cuius vestigium cicatrix obducta manifesto praetulit[d] indicio. Hic ergo in aecclesiam veniens, memorias sanctorum per singula altaria orando[e] circuivit[f]. Cumque venisset[g] ad sepulchrum sanctae[h] virginis et ibi orationi incumberet, occulta quaedam vis circulum ferreum expulsis clavis extendit ac de brachio cum non modico sanguine eiecit. Ille autem gaudens et exultans gratias referebat Deo, quod eum per merita beatae[i] virginis absolvere dignatus sit, quem propter peccata usque in[k] illum[h] diem nexus ferrei ligaverunt.

23. Alter vero de Hispania[l] erat, qui peccatis exigentibus tali poena[m] addictus est, ut horribiliter quateretur omnium[n] tremore membrorum. Cuius passionis incommodum, sicut ipse retulit, in Hibero[o] flumine[p] contraxit. In qua deformitate oculos civium suorum non sustinens, ubicumque ei[q] ire visum

a) completam 1. 1a.b, *corr.* completa 7; *post* fratribus *postea add.* habita 1 *(deest* 1a.b*)*. b) nocte 2. c) *deest* 1b. 2. 3. 4. 7. *A.*; q. in c. r. *des.* 1b. d) *novum cap. inc.* 1a. e) *deest* 2; *post suppl.* 1b. f) *post corr.* Lulli 1, *et ita* 7. *A.* g) dicitur 2. h) Scornesheim 1b. 3; Scorneshiem 2; Schoneresheim *A.* i) Mogontia 2. 7; Mogoncia 3; Maguncia *A.* k) iei. — die *des.* 4. l) orante 2. m) Karolo 1b; Carlo 2. 4; Carolo 3; Carulo 5. n) Hildig. 1b. 2. 3. 4. 7; Hildeg. *A.* o) veniret Desid. 1b. p) migraverit 2; migrasset 3. q) *corr.* quae 1. r) esset suscepta 3. s) aliquos 3; aliquod 7. t) moraretur 1b. u) of 4. v) *deest* 3. w) *deest* 1b. x) *deest* 2. 3. y) *nulla cap. dist.* 1. 2. z) i. c. 2, *ubi* corr. *deest;* corp. inc. corr. *des.* 5. a) que *deest* 1. b) t. d. s. c. i. 1b; t. d. s. i. c. 2. c) Torahtberahtum, *erasa littera e* 1, *et ita* 1a; Thoraberthum 1b; Torahtbertum 2. 6; Thorahtberctum 3; Torahtberctum 4. 7; Torbertum *A.* d) et 3. e) *post corr.* Septembri 1; Septembrio 1b. 7; Septenbrio *A.* f) *post add.* 1; *deest* 1a; illius 2. g) v. ad m. s. *(deest* 1b*)* 1b. 2. 3. 4. 7. *A.* h) Bonifacium 1a; Bonefacium 2. i) *deest* 2. k) Bonifacius 1b, *et ita post*; Bonefacius 2. l) Ihesu Christi *add.* 3. 4. m) *deest* 7. n) dedicavit 1b; aedificaverat 3. o) *novum cap. inc.* 1a. p) ann. aut. 1b. 3. 7. *A.*; annos *deest* 4. q) angustius 3, *corr.* aug. 1 *(et ita* 1a*)*. r) preparetur 2. s) Egil 1b; Egil episcopus 2; Eygil *A.* t) Hystolfi 6; Haustulfi 7; Haustulphi *A.* u) Ignati 2. v) sepulchru 2; in s. 4 7. *A.* w) vivunt 4. 7. x) *deest* 1b. 2; s. b. 7. y) l. et f. 2. z) *deest* 1. 1a. a) *deest* 1. 1a; c. n. 2. b) de a. *des.* 1b. c) i. a. 3? 4; i. a. br. 1b. d) retulit 3. e) *deest* 3? 4. f) circuire, *quare post superscr.* coepit 1 *(deest* 1a*)*. g) quedam 2. h) *deest* 2. i) sanctae 2. k) ad 1b. l) Ysp. 1b. m) p(o)en(a)e 5. 6. n) trem. omn. 3. 6. o) Hybero 1b. 6. *A.* p) flamine 2. q) *deest* 1b.

1) Hodie Schornsheim; cf. diploma Karoli M. monasterio Hersveldensi datum, Wenck III, p. 14: *ecclesia illa infra fisco nostro Scoronishaim, quam Lioba per nostrum beneficium visa est tenuisse . . . et dum ipsa Lioba advixerit, per nostrum vestrumque beneficium ipsam ecclesiam debeat habere.* 2) Idem, ut videtur, qui in Bonifatii epistola ad Leobgytham data (93, p. 241) Torhtbat vel Torhtahat dicitur. 3) 9. Kal. Oct. a. 780. in Ann. necrol. Fuldensibus obiisse notatur (SS. XIII, p. 167); neque numerum illum, in duobus codicibus traditum, mutandum esse, ut Wattenbach, 'GQ.' I, p. 193 n. voluit, puto; sed etiam in anno illi errasse censendi sunt, cum charta n. 1. allata data sit d. 28. Iul. a. 782 (Mühlbacher, Reg. 246).

est, per diversa sanctorum loca vagabatur. Peragrata itaque omni Gallia atque Italia, Germaniam ingressus est. Ubi cum nonnulla monasteria causa orationis adisset, Fuldam venit, mansitque ibi tribus diebus in hospitali peregrinorum susceptus, aecclesiam frequentans et orans, ut iam sibi placaretur Deus ac pristinam[a] restitueret salutem[b]. Cumque[c] die tercia oratorium intrasset, altaria cuncta orando[d] circuiens, ad memoriam sanctae virginis ex more pervenit, et oratione ibi completa, criptam occidentalem, super[e] quam corpus sancti[f] martyris[g] Bonifatii quiescit[h], ingressus est, ac prostratus in oratione, dormienti simillimus iacuit, non tamen tremens, sicut etiam[i] per somnum solebat. Quod cernens vir venerandus[k] Firmadus presbiter et monachus, qui propter infirmitatem suam ibi sedebat et stare non poterat, obstupuit[l] et quibusdam eum erigere volentibus[m] prohibuit potiusque eventum rei exspectandum esse iudicavit. Interea subito surrexit homo, et non tremebat, quia sanatus erat. Interrogatus[n] ergo a presbitero — quoniam linguae eius, eo quod esset[o] Italus, notitiam habebat —, retulit, se per[p] excessum mentis vidisse virum veneranda canitie, stola pontificali indutum, quem comitabatur puella quaedam in habitu nonnaico[q], quae se apprehensum erigeret et pontifici ad benedicendum offerret. Cuius pectori cum[r] pontifex signum crucis Christi[s] imprimeret, nigerrima avis instar merulae de sinu illius[t] per capitium tunicae[u] egressa, mox ut terram contingeret, in gallinam conversa sit, ac deinceps in speciem deformis et teterrimi[v] homunculi transformata[w], per gradus aquilonalis[x] introitus criptam[y] egressa sit. Hanc autem sanitatem quin sanctae virginis[z] orationes et merita beati martyris[a] a Domino obtinuerint, nulli christiano dubitare fas est. Qui[b], licet non in uno sepulchro, uno tamen loco quiescentes, eadem pietate, qua dum pariter in carne vixerunt[c] miseris[d] subvenire solebant, nunc in caelesti claritate cum Christo manentes, eorum intercessionem quaerentibus patrocinari non cessant.

Multa quidem et alia signa Deus per sanctae virginis orationes sepe operatus est, quae, ne fastidium prolixitate narrationis lectori faciam, persequi[e] omitto. Haec autem duo[f] quia plerique fratrum adhuc viventes se vidisse celebri sermone testantur, et ego ipse eo tempore quo fiebant aderam[g], propter certitudinem[h] conscripsi ad laudem et gloriam nominis domini nostri Ihesu Christi, qui glorificantes se glorificat et servientibus sibi non tantum regna caelorum, sed etiam in hoc saeculo honoris tribuit nobilitatem[i]. Cui est gloria cum Patre et Spiritu sancto per infinita saecula saeculorum. Amen[k].

a) ei *post add.* 1 *(deest* 1a*)*. b) sanitatem 1b. c) iam *add.* 2. d) *deest* 1. 1a. e) sce 2. f) beati 1b. g) *deest* 2. h) *deest* 4. i) s. ante sol. 2. k) *deest* 1b. 2. l) obstipuit 2. 4. m) val. 2. n) intergatus 2. o) Ital. esset 1b. 2. 3. 6. 7. *A*. p) in excessu 1b. q) monachico 1b. 2. 4. r) *deest* 1. 1a. s) *deest* 1b. t) eius 2. u) tonicae 1 *(corr.)*. v) deter. 1. 1a. 7; t. et d. 1b. w) formata 6. 7. x) aquilonis 1. 1a. b. 3. 7; aquilonaris *A*. — intraitus 2. y) cripta 2. 3; cripte 7; criptae sanctae Lyobae virginis egressa sit 6. z) Liobe v. 7; Lyebe v. *A*. a) Bonifatii *add.* 6. 7. *A*. b) Qui — quiescentes *des.* 4. c) vixerint 2. d) miseriisque 3. e) prosequi 3. f) quae dixi *post add.* 1 *(des.* 1a*)*. g) illis aderam 3. h) certitudinem certitudin 2, *ubi* conscr. *deest;* cert. *post suppl.* 1b. i) no *e corr.* 1. k) Finit *add.* 1; Finit vita sanctae Liobae virginis 3; Explicit vita beatae virginis Leobae *rubris litteris maiusculis* 4; Expl. v. sancte L. virginis Christi 7; *A. add.:* Dictata est hec legenda vite et obitus sancte ac Deo dilecte virginis Lyebe a Rudolpho Fuldensis cenobii presbitero ac monacho et transmissa venerabili virgini Hademute.

VITA LULLI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI AUCT. LAMBERTO HERSFELDENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Vitam Lulli[1] *archiepiscopi Moguntini, discipuli S. Bonifatii, fundatoris coenobii Hersfeldensis, monachus quidam huius abbatiae*[2] *inter annos circiter* 1063. *et* 1074. *composuit*[3], *eo igitur tempore quo Lambertus celeberrimus historiographus, postquam a.* 1059. *ab itinere Hierosolymitano rediit, in monasterio Hersfeldensi floruit litterisque incubuit. Auctor quidem in codice autographo, quem habemus, Vitam non ad propositum finem perduxit, media in ipsa sententia imperfecta calamo retracto, attamen Lambertus, cum in historia Hersfeldensi paullo post a.* 1074. *composita non pauca ex Vita exscripsisset, ad libellum hunc* editum *lectores relegavit, non indicans, quo is auctore conscriptus sit, neque in prologo historiae Hersfeldensis*[4], *ubi de opusculo poetico ab ipso composito retulit, iam plura se edidisse professus est. Licet haec ita se habeant, cum tamen in Vitae auctore indolem plane Lambertianam deprehendissem, cum sermonem Vitae non dicam simillimum, sed eundem esse ac Annalium et historiae Hersfeldensis Lamberti perspexissem, cum complures sententias et antiquorum*

1) Retinuimus hanc formam ab auctore Vitae usurpatam et iam usitatissimam, cum in epistolis et aliis monumentis variae formae occurrant: *Lul, Lulla, Lullo, Lullan, Lullus, Lulus.*

2) Mabillon codicem Gemblacensem nactus, in quo Vita S. Lulli detruncata et abbreviata continebatur, eam in Gemblacensi monasterio scriptam opinatus, Sigebertum historiographum eius auctorem esse, suspicatus est, Acta SS. Bened. III, 2, p. 392. 400; quod P. J. van Hecke, Acta SS. Oct. VII, p. 1051, refellens, recte coniecit, auctorem fuisse monachum Hersfeldensem; quod, si Vitam integram habuisset, iam certissime probare potuisset. Nam in integra Vita auctor cum aliis tum in c. 19. apertissime Hersfeldensis conventus membrum se prodit his verbis: *Huius privilegii* (a Karolo M. monasterio Hersfeldensi dati) *nos modo cassos tantum apices tenemus* etc. — Codicis Gemblacensis apographum nunc exstat Parisiis inter schedas Mabillonianas nr. 226 (Résidu St. Germain); cf. 'Arch.' VIII, p. 321.

3) Auctor enim iam legerat Vitam S. Bonifatii, quam Othlonus in monasterio Fuldensi inter a. 1062—1066. composuit (Jaffé, Bibl. III, p. 427), et Vitam Lulli iam exscripsit et laudavit Lambertus in historia monasterii Hersfeldensis a. 1074. vel paullo post composita, cuius fragmenta SS. V, p. 136—141. edita sunt, ubi p. 139: *Haec de exordio Herveldensis ecclesiae strictim dicta libellus de vita sancti Lulli editus latius explicat, si quis ea nosse desiderat,* omnibus quae praecedunt ex Vita Lulli sumtis. Porro huic tempori a. 1063—1074. optime conveniunt verba Vitae c. 19: *caeterum abbatem quem principes regni iusserint habemus,* nam a principibus regni nonnisi Heinrico IV. rege nondum adulto, antea et postea ab ipsis regibus abbates instituebantur. Inter a. 1056—1074. nempe bis abbates Hersfeldenses creati sunt, a. 1059. Ruthardus, a. 1072. Hartwigus (cf. Lamb. Ann., SS. V, p. 161; hist. Hersf. fragm., ibi p. 141). Denique conveniunt huic tempori etiam characteres codicis autographi, de quo mox dicetur. J. van Hecke, l. l. p. 1052, quidem statuit, Vitam ante a. 1040. conscriptam esse, cum auctor primae quidem translationis corporis S. Lulli a. 852, non vero alterius a. 1040 (Lamb. Ann. p. 152) mentionem fecerit. At Vita ab auctore non perfecta est, qui plura addere voluit quae non scripsit.

4) SS. V, p. 137.

scriptorum et Sacrae scripturae et in Vita et a Lamberto allatas advertissem, cum plerasque et omnes fere locutiones Vitae a Lamberto quoque usurpatas esse didicissem, cum cognovissem et Lambertum et Vitae auctorem stilo quasi Sallustiano usos esse, cum denique reputassem, qua singulari ratione Lambertus capita Vitae 13—19. in historia Hersfeldensi excerpserit seu transscripserit, iam apud me constitit, Vitam Lulli ab ipso Lamberto compositam esse, quod dissertatione prolixiore 'N. Archiv' IX, p. 285 sqq., certissime probasse mihi videor. Ubi etiam p. 314 sqq. demonstrare conatus sum, vere Lamberti tempore Vitam editam esse, ex codice autographo quidem descriptam, sed additamentis auctam, fine destitutam.

Lambertus igitur, qui de Lullo iam aut nihil aut pauca incerta traditione comperta habuit, ex Willibaldi et Othloni[1] Vitis S. Bonifatii[2], Eigilis Vita Sturmi abbatis Fuldensis[3], Rudolfi Vita S. Leobae[4], Lupi Vita Wigberti Fritislariensis[5] collegit quae de S. Lullo tradita erant. Quae cum paucissima et nimis abrupta essent, modo piis laudibus in sanctorum vitis ubique repetitis, modo orationibus effictis, modo etiam rebus causisque rerum coniectatis amplificavit, coniunxit, exornavit; numquam verba auctorum retinuit, sed ea et multo auxit et elegantiora posuit. Quae Eigil in Vita Sturmi in invidiam Lulli regimen Fuldensis coenobii appetentis scripserat, ipse in eius favorem et laudem convertit ac nonnisi feroci Sturmi abbatis animo Fuldensium cum Lullo lites exortas esse contendit. De fundatione Hersfeldensis monasterii ex diplomatibus archivii domestici retulit[6], de obitu Lulli quae Hersfeldiae tradebantur reddidisse videtur.

Lamberti litteras autographas, haud dubie ab ipso libellum componente exaratas, continet

1) Codex Maihingensis bibliothecae principis illustrissimi de Oettingen-Wallerstein signatus I. 2 (Lat.). 4°. 29, cui recenti tempore compaginato insunt f. 1—20. Gunzonis epistola ad Augienses fratres manu saec. X. scripta, f. 28—42. Decreta concilii Lateranensis a. 1215. saec. XIII. exarata aliaque saec. XIV. post addita[7]. Haec vero scripta recenti demum aetate cum Vita Lulli, quae f. 21—27. comprehendit, coniuncta sunt, cum membranae qualitate et forma, scriptura, ornatu longe ab ea et inter se differant. Folia Vitam

1) Licet eum non citaverit, tamen nonnulla scripsit, quae nonnisi ex Othloni Vita S. Bonifatii sumere potuit, ut c. 2. quae de Cunihilt, matertera Lulli, dicit. Facile crediderim Fuldensis fundatoris Vita nuper conscripta monachos Hersfeldenses, aemulos Fuldensis gloriae, incitatos esse, ut et sui fundatoris Vita componeretur, praesertim cum Fuldenses de Lullo nonnisi mala loquerentur. Ita etiam Lambertum ad conscibendam historiam Hersfeldensem *perpulit lecta cuiusdam Fuldensis abbatis historia* (*lecta* pro *laeta* emendavit W. Wattenbach, 'GQ.' ed. 4. II, p. 82, n. 2).

2) Eum etiam Passionem S. Bonifatii auctore canonico S. Victoris Moguntino, SS. II, p. 353 sqq., legisse, non certe apud me constat, licet sint quae hoc suadeant. Pleraque vero quae ibi leguntur ex Othloni libello discere potuit.

3) SS. II, p. 366 sq.

4) Supra p. 37 sqq.

5) Supra p. 121 sqq.

6) Unum saltem diploma Karoli affert. Etiam registrum praediorum quod vocatur Breviarium S. Lulli legit. Epistolas Lulli et ad eum datas non legit, ne quidem exstare novit. Neque etiam Meginhardi Fuldensis libellum de S. Ferrutio nec Wandalberti Miracula S. Goaris, quibus pauca de Lulli rebus gestis relata erant, adhibuit. — Refellendus est Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, p. 289. 291, qui Lambertum obiurgat, quod de initiis Hersfeldensis coenobii male compertum habuerit neque inquisivisset, cum fundationem eius a. 736. ex annalibus antiquis asscripserit. Hunc enim annum fundationis Hersfeldenses consulto ac scite ex Vita Sturmi posuerunt, ubi c. 13. 11. relatum est, Sturmum a. 744. et nono post cellam Hersfeldiae constructam anno Fuldam migrasse. Cellam Hersfeldensem igitur a. 736. circiter aedificavit, quam rem initium coenobii sui accipientes, Hersfeldenses — sane ex sententia clericorum medii aevi —, ut sua ecclesia Fuldensi antiquior haberetur, effecerunt.

7) Codex antequam recenter compaginatus est, plura continuisse videtur; quae nunc continet alio ordine connexa erant; cf. 'N. Archiv' VII, p. 173, nr. 10, ubi minus recte de aetate scripturae notatum est.

Lulli continentia longius descripsi 'N. Archiv' IX, p. 286 *sqq. Sunt formae fere quadratae, sed inaequalis*[1], *membranarum diversae qualitatis inter se non cohaerentium, aut spissarum, asperarum, male levigatarum, aut subtilium et sulcatarum. In quibus una manu quidem, longis lineis usque ad laceros margines perductis*[2], *arcte et concinne*[3], *sed characteribus inaequalibus, modo maioribus, modo minoribus, libellum paulatim, non uno ductu exaratum esse*[4] *apparet. Permulta aut inter scribendum aut paullo postea, atramento pallidiore, sed manu scribae emendata sunt, alia vel supra lineas vel in margine addita, alia in lineis, aliis erasis, correcta, quibus omnibus certo certius cognoscitur, scribae et emendatoris manum esse auctoris, ita ut eius adversaria his foliis nobis sint servata*[5]. *Codex infeliciter manum rudis lectoris saec. XV. passus est, qui multa dilucide pulchreque ac correcte scripta, quae vero ipsi minus legibilia videbantur, delevit ac suas lectiones saepe ineptissimas superlevit vel in margine vel supra lineas foede illevit, saepe litteras vetustate pallescentes suo atramento renovavit, menda bene scriptis inferens*[6], *quae silentio praetermisi. Ita evenit, ut paucis locis veras lectiones, cum codicem huc benivole transmissum exscriberem, nonnisi ope apographi Altahensis, de quo mox dicetur, cognoscere potuerim. F.* 27'. *novem tantum lineis scriptis, reliquo spatio paginae vacuo relicto, media in sententia imperfecta scriba pennam deposuit.*

Ex apographo huius codicis, dempta extrema sententia imperfecta, integro descripti sunt codices:

1[a]) **Monacensis** *Lat. nr.* 9506 *(Altah. sup.* 6*), membr., fol. max., fol.* 23, *col.* 2 — *fol.* 28, *col.* 1, *qui est quartum volumen magni legendarii Altahensis, Vitas sanctorum mensium Octobris, Novembris, Decembris continens, manu saec. XII. pulchre et splendide magnis litteris exaratum*[7].

1[b]) **Monacensis** *Lat. nr.* 22244 *(Windb.* 44*), membr., fol. max., saec. XII, quintum volumen magni legendarii Windbergensis, Vitas Oct.* 1 — *Nov.* 17. *continens, inter quas fol.* 60'—68. *Vitam Lulli*[7].

In horum duorum codicum archetypo iam omnia additamenta et emendationes codicis 1, *vix duabus tribusve exceptis, recepta erant. Quorum varias lectiones alicuius momenti annotavi, ut demonstrarem, qua ratione codex* 1 *hic exceptus sit. Etiam capitum divisionem hic institutam recepi, cum animadverterem recte iis locis capita incipi, qui in codice* 1 *nota marginali* cap̄ *indicati erant.*

Cum his codicibus in omnibus haud dubie conveniunt codices magni legendarii Austriaci, qui Vitam Lulli continent, 1[c]) **Zwetlensis** *nr.* 14, *membr. saec. XIII, et* 1[d]) **Mellicensis** *M* 7, *membr. saec. XV, quippe qui in iisdem verbis atque* 1[a]. 1[b] *desinant (cf. 'Arch.' X, p.* 646. 655; *VIII, p.* 724*). Vix ab eis discrepare videntur* 1[e]) **Trevirensis** *civitatis nr.* 1151, *vol. IV* (= 965),

1) Longitudinis sunt 17—18 cm., latitudinis 12—$13\frac{1}{2}$ cm. 2) Sed folia 21. et 23. sola lineis distincta sunt, reliqua non, et in illis sunt lineae fol. 21: 23, fol. 21'. et 23: 24, fol. 23': 30. Reliqua folia continent lineas 28, 29, 33, 34, 39, 40. Scripturae specimen vide in tabula 'N. Archiv' IX. data. 3) Permultis compendiis usus est scriba. Ubique ę, nunquam *ae* scriptum est. Nonnulli accentus dicti acuti et circumflexi inveniuntur, quos retinui. Sermonis articuli optime ubique signis distincti sunt, quae semper fere retinere licuit. 4) Etiam nonnullae sententiae paucorum verborum ab aliis praecedentibus et sequentibus ita litterarum formis differunt, ut cognoscere mihi videar, auctorem, praecedentibus scriptis, diutius aliquantulo meditatum esse, antequam iterum calamum adposuerit. 5) Quod etiam apparet ex eo, quod capitum divisio nondum instituta est, sed aliquoties in margine *cap̄* scriptum est, ubi novum caput incipi debuit. Aliis locis forte eadem nota margine rescisso periit. 6) Etiam litteras superpositas verborum ordinem mutandum indicantes complures, ipsi non intellectas, impie erasit. 7) Cf. 'N. Arch.' IX, p. 546. 642 sq.; supra p. 18. 44.

saec. XIII (cf. 'Arch.' VIII, p. 600*).* 1[f]*) Monacensis Lat. nr.* 18171 *(Teg.* 171*), saec. XV, qui, referente V. I. G. Waitz, paucis verbis superius quam* 1[a–d] *desinit.*

Vitam vero, ut opinor et probare conatus sum[1]*, ab ipso Lamberto nonnullis additamentis auctam, quibus de depositione Merowingorum et initiis stirpis Karolingicae ex Einhardi Vita Karoli Magni et Reginonis, ut videtur, chronico*[2] *agitur, praebet*

2*) Codex Erlangensis nr.* 321 *(antea* 268*), olim 'liber S. Marie in monasterio Fontis-salutis' vel 'Halesbrunnen', membr., fol. min., saec. XIII, qui Vitas S. Bonifatii et discipulorum eius, Fuldensium inprimis et Hersfeldensium continet*[3]*. Vita S. Lulli fol.* 78'—89'*, exceptis illis additamentis, ex codicis Maihingensis apographo descripta est, cum iam omnes emendationes eius exhibeat*[4]*. Sed iam in extremis verbis cap.* 18*. desinit, quatuor sequentibus capitibus* 19—22*, nescio qua de causa omissis. Hanc libelli formam auctam, sed non fine, saltem non capite* 19*. destitutam, Lambertus in componenda historia Hersfeldensi adhibuisse videtur. Partem codicis Erlangensis V. I. G. Waitz iam ante plus quadraginta annos describendam curavit, integro eius apographo a b. m. G. H. Pertz transmisso usi sunt Bollandistae ad suam editionem parandam. Huius quoque lectiones varias nonnullas annotavi, cum ex exemplari a Lamberto recensito hunc codicem derivatum esse mihi constet.*

Integra Vita Lulli in lucem nondum data est. In Legenda sanctorum Lovanii a. 1485*. per Ioannem de Westphalia edita, mihi non visa, prodiit multo in brevius contracta, ad usum sacri officii vel ad recitandum inter coenam fratrum, ut videtur, in ipso monasterio Hersfeldensi abbreviata, cum certissime constet, hanc quoque Vitae formam ex codice autographo Maihingensi fluxisse, quippe quae multis locis quae primo in eodem scriptae erant lectiones, neglectis emendationibus, exhibeat*[5]*. Hersfeldensis abbreviator eo etiam indicari videtur, quod in hac forma Vitae finis miraculi illius, in quo describendo scriptor codicis Maihingensis, sententia non ad finem perducta, calamum deposuerat, suppletus est. P. J. van Hecke igitur in Actis SS., Oct. VII, p.* 1083—1090*, recensionem Vitae codicis Erlangensis imprimi fecit eique finem*[6] *legendae Lovaniensis subiunxit. Integra Vita nunc primo prodit, additis auctariis codicis Erlangensis et legendae Lovaniensis.*

O. Holder-Egger.

VITA[a] SANCTI LULLI EPISCOPI.

1.[b] Lullus aput Anglos Saxones haut obscuro, ut fertur, loco[c] editus est[7], genere nobilis, fide tamen longe futurus nobilior. Operante siquidem in eo Spiritus sancti gratia, cum lacte carnis lac sugebat divinê caritatis iamque in tenero lactentis infantiae trunco pulcherrimos quosdam bonae indolis flores

a) *ita minio* 1. 1[a. b]*, minio manu saec. XIV. scripta* 1 *(ubi* sancti *deest)*; archiep. 1[a]; Incipit v. s. L. archiepiscopi sancte Mogontiacensis ecclesie 2. b) *numeri capitum des. in omnibus codd.* c) ed. est loco 1[a. b].

1) 'N. Arch.' IX, p. 314 sqq. Maximi momenti est, quod omnibus locis quibus 2 additamenta praebet, in cod. 1 signa quaedam posita sunt, quae ad schedulas codici Maihingensi olim appositas vel insotas spectare videntur. 2) Hoc in usum vocatum esse, ex iis quae de pugna Pictavensi afferuntur, praesertim ex numero interfectorum Sarracenorum notato (add. c. 2) elucere videtur. Eodem modo atque in Vita verba libellorum ab auctore lectorum hic dicta Einhardi et amplificata et exornata sunt. 3) Cf. SS. II, p. 365; supra p. 37. 44. 65. 120. 4) Nonnulla saltem menda calami cod. 1 emendata sunt. Capitum divisio prorsus negligitur. Ubique, exceptis duobus locis, iam *e* pro *ae* scriptum est, saepius *ss* pro *s* et vice versa *s* pro *ss*, *subpositis*, *iusionem*, *procesu*, quae etiam in aliis Vitis huius codicis occurrunt. Codex absolutus mox cum archetypo collatus est et multis locis emendatus. 5) Cf. 'N. Arch.' IX, p. 291. 6) Qui nimis decurtatus est, capite 19. prorsus omisso. 7) Quod quidem auctorem nescivisse, ipse profitetur; satis tamen probabile est cum ex ipsa vita Lulli, tum quia Cineheardus episcopus Wintoniensis se eius cognatum dixerit, Bonif. epist. nr. 110, ap. Jaffé,

preferebat[a]. Nequaquam enim pro consuetudine huius aetatis nugis ac lasciviae animum induxit[b], sed[c] statim ab tenero, ut aiunt[1], ungue totum se festivae spei tyro miliciae Christi devovit. Denique cum septimum aetatis annum attigisset[d], in monasterium se contulit[2] ibique multos annos cunctis ornatus virtutibus exegit. Erat ei affluens Sanctarum Scripturarum scientia, qua nequaquam abutebatur in superbiam, sed verba vertens in opera, scientiam quae inflat caritate quae aedificat temperabat[3], (cf. 1. Cor. 8, 1.) et quo litteris instructior, eó in bonis operibus erat frequentior. Corpus suum quottidianis pene ieiuniis in servitutem redigebat[4] atque, ut naturalem carnis fervorem restringeret[e], nihil[f] pensi habebat, quibus erumnis exteriorem hominem afficeret. Sermo eius sapientiae[g] sale conditus erat, semperque in dicendo miram mansuetudinem atque humilitatem reddebat[h]. Loquens enim ex abundantia cordis sui, vas Spiritus sancti aliud non poterat eructare quam quo plenum erat mel caritatis et oleum laeticiae spiritualis. Sola haec ei esse inter[i] fratres solebat sermonis materia, quam incerta et brevis aevi[5] sit vita mortalium, quam cito emarcescant flores secularis gloriae; felicem fore et omni laude predicandam antiquorum patrum memoriam, qui vitae carnalis spurcicias immaculato calle transissent, qui, triumphato hoste antiquo, tranquilla iam[k] pace et Dei fruerentur contubernio; hos imitandos fore, ad horum consortia animo suspirandum, conversatione currendum, summis viribus enitendum esse. Huiusmodi verbis quottidie et se, ne circa propositum languesceret, incitabat et fratribus suis non modicum divini amoris fomitem ministrabat.

2. Eodem tempore in Gallia Mogontiacensem archiepiscopatum administrabat vir[l] probatae per omnia fidei et magnarum in Christo virtutum *Bonifacius[m], (*f. 21'.) qui ex hisdem Brittanniae[n] partibus propter Deum peregre profectus fuerat[o] et predictum virum consanguinitatis linea proxime attingebat[6]. Hic[7] regimen pontificale ingressus[d], repperit per totam pene Galliam[8] in aliis quidem locis plurimas pristinae gentilitatis feces resedisse, in aliis vero fidei calorem superabundante iniquitate ad purum refrixisse. In inmensum ergo cernens messem excrevisse dominicam, tempora vero illa magnam pati operariorum penuriam, remisit in Brittanniam[p] et[q] multos, quorum spectatam habebat fidem, et exuperans[r] tam facundiae quam scientiae spiritualis flumen exinde in opus euangelii evocavit. Nonnullas etiam feminas ascivit ad instituendam in Galliis castitatis ac pudicitiae scolam. Quarum pleraeque ab utero matris se propter regna caelorum castraverant sub professione virginitatis[s], pleraeque thorum coniugalem expertae, secundam post virginitatis naufragium tabulam, viduitatem amplectebantur. Inter has érat et[g] matertera beati Lulli, virilis admodum animi et masculae virtutis femina, nomine Cunihilt[t] cum filia sua[9], quae, excepto virginitatis privilegio, scientia quoque et morum gravitate matrem equabat. Quae in Turingia in[g] monasteriis feminarum prelatae, vitam magnis virtutibus claram exegerunt multosque adprime in seculo florentes tam viros quam feminas ad emulationem instituti sui excitaverunt.

3. Igitur postquam celebris per Brittanniam[p] rumor percrebuit[10] de feliciter rebus[u] gestis beati Bonifacii, sancto Lullo adhuc in monasterio constituto, cum[v] iam diaconus esset ordinatus[11], nobilis

a) *cod.* 1 *ubique fere* p̄, *bis vero* pre *habet.* b) addixit 2. c) *cod.* 1 *ubique* ꝥ. d) *superscr.* 1. e) restingueret 1[b]; restingeret *corr.* restingueret 2. f) l *abscisum* 1. g) *deest* 2. h) *ita* 1. 1[a. b]; redolebat 2. i) sol. i. fr. 1[a. b]. 2; *litterae ordinem mutandum esse indicantes in* 1 *non apparent.* k) i. p. et D. *in loco raso* 1. l) prout 2. m) Bonifatius 2 *semper.* n) Hiberniȩ, *superscr.* Brittanniȩ 1 (*et ita* 1[a. b]), *quod manus saec. XV. superlinens mutavit in* Brittannicis; Britannie 2; *ed. Lovan. h. l. et infra n.* p *priorem lectionem* Hiberniae, Hiberniam *exhibet.* o) erat 1[a. b]. p) Hiberniam, *superscr.* Brittanniam 1, *et ita* 1[a. b]. 2 (Britann. 1[a]. 2; *infra* Brittan. 1[b]. 2). q) *deest* 1[a. b]. r) exuberans 1[b]. 2. s) castitatis, *del. et superscr.* virginitatis 1, *et sic* 1[a. b]. 2. t) Chunihilt 1[a. b]. u) g. r. 2. v) cum — ordin. *superscr.* 1; *des. ed. Lovan.*

Bibl. III, p. 269. Ex Anglis Saxonibus ortum esse Lullum, auctor apud Othlonum, Vit. S. Bonif. I, c. 25 (Jaffé p. 490), legit. Reliqua capitis 1. omnia commenta sunt. 1) Scil. Horatius, Od. III, 6, 24; cf. Lamb. Ann. a. 1076, p. 252: *ab tenero, ut aiunt, ungue,* et item loco hist. Hersfeld. citato a P. Langio in Chron. Citiz., Pistorius-Struve, SS. I, p. 1129 (SS. V, p. 135, n. 4). 2) Quod auctor non scivisse, sed coniecisse videtur. Verum autem est, Lullum puerum in monasterio educatum esse, teste epistola, quam ignotus monachus ad eum dedit, Epist. Bonif. nr. 133, ap. Jaffé, Bibl. III, p. 300: *ad memoriam reducas antiquam amicitiam nostram, qui inter nos habuimus in Maldubia civitate* (Malmesbury), *quando Eaba abbas in amabile caritate nutrivit te. Et hoc signum recordor, quod pro nomine vocavit te Lytel* (Parvum). 3) Eundem versum affert Lamb. in prologo Hersfeldensis historiae p. 137. 4) Lamb. Ann. p. 238. de Annone: *Crebris ieiuniis corpus suum macerabat et in servitutem redigebat;* et ibid. p. 179: *nihil pensi habens* et similiter saepius ex Sallust. Cat. c. 5. 12. 5) Cf. Sallust. Iug. c. 1: *queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque aevi brevis.* 6) Huius consanguinitatis nullum antiquius testimonium habemus. Et huic nulla fides. 7) Sequentia usque ad finem cap. 2. ex Othloni V. S. Bonif. I, c. 22. 23. 25. et Rudolfi Vita S. Leobae c. 9. sumta sunt, sed aucta exornataque. 8) Eadem vis atque in Lamberti Annalibus huic voci etiam in hoc opere inest. 9) Berthgit ab Othlono c. 25. dicta (Jaffé p. 490). 10) Cf. Lamb. Ann. p. 250: *Igitur ubi per Saxoniam rumor percrebuit;* et p. 235: *celebris rumor.* 11) Verba post suppleta unde auctor hauserit et num vera sint, haud constat. In epistola quidem, quam Lullus cum duobus fratribus ad Cuneburgem abbatissam dedit, paulo postquam in Germaniam transiit (inter Bonif. nr. 41, l. l. p. 109), nullum sibi nomen dignitatis clericalis asscribit, in aliis nr. 75—78. iam diaconus dicitur. Reliqua capitum 3. et 4. fere omnia ex mera coniectura scripsit auctor, cum apud Othlonum I, c. 25. nihil legerit nisi Lullum a S. Bonifatio in Germaniam ascitum esse.

quedam flamma exarsit in pectore, ut viro Dei tam necessaria occupatione perfuncto opem ferret nec in tanto necessitatis articulo castris Dei se subtraheret. Indignum scilicet nec racionibus suis satis honestum fore arbitrabatur, ut peregrinationem hanc difficilem et arduam duceret[a], quam totiens infirmior[a*] sexus femina usurpasset. Paucis itaque diebus deliberatione secum habita, patrem monasterii adiit eique quid animo agitaret apperuit. A quo multis modis temptatus, cum nulla arte, nullis verborum blandiciis deduci posset a sententia, valefaciens fratribus, iter adgressus est, cunctis eum flendo prosequentibus et tam audaci cepto felicem exitum imprecantibus. Profectus est *itaque festinanter, Deum habens itineris socium et omnium quae proficiscenti obstitissent propulsorem, et post multos terra[b] marique labores tandem intravit Germaniam. Tum temporis summam rerum in Galliis tenebat[c] Carolus*[,1], vir incertum est fide an armis prestantior.** (* f 22.)

4. Itaque[d] cum sanctus[e] Lullus se beato Bonifacio presentasset, gratissimum eius habuit adventum, non tantum in[f] eo veneratus iura propinquitatis, qua ei, sicut est predictum[2], familiariter accedebat, quantum fidei fervorem[g], ingenii acumen, affluentissimam Sanctarum Scripturarum scientiam, de quibus rebus iam pridem ad eum fama detulérat. Cumque aliquantis diebus eum apud se retinuisset et ex convictu domestico certiora iam cepisset experimenta conversationis eius et flagrantis in Deum animi, vir acris ingenii et verum caeli animal plenum oculis ante et retro intellexit (cf Apoc 4,6.) hunc divinitus in Gallias destinatum, ut sibi iam in decrepitam aetatem vergenti onus pastoralis curae allevaret.*** Alios tamen[h], quos habere poterat, industrios verbi ministros circumquaque ad euangelizandum gentibus rêgnum Dei transmisit. Hunc assiduo secum habuit et per omnia familiare sibi contubernium prestare voluit, quatenus suo specialius institueretur exemplo et iam nunc usu addisceret, quam strénnue domui[i] Dei preesse deberet[3].

5. Multis diêbus post haec evolutis, cum vir[k] Dei Bonifacius iam[l] supremam aetatem ageret et debilitate corporis fractus non posset diucius sinodos frequentare et caetera pontificalis officii munia explere, incidit ei in animum, ut in Fresiam iret et gentilis populi barbariem gladio spiritus, quod est verbum Dei, debellaret[4]. Ante quidem idem opus attemptaverat, sed effera natio et parum a bestiali sêvicia distans non leviter ferebat extorqueri sibi diu inolitam consuetudinem idolatriae nec leve Christi iugum sustinere[m] poterat, quae pro impetu animae petulantis passim in omnes se libidines transfundere consueverat. Unde vir Dei necéssitati cedendum ratus, recesserat et vitam suam adhuc per multa aecclesiae profuturam furentibus et manum sibi iamiam[n] inferre volentibus subtraxerat[5]. Nunc autem, cum vite cursum consummasset et in ipso, ut ita dicam, vitae caelestis portu navigaret, ceptum, a quo[o] eum difficultas reiecerat, mente promptissima repetivit, edoctus a Spiritu sancto, quod humanis rebus eximendus esset per martirium[6], quod solum perfectionis eius cumulo aberat, et ad quod ab ineunte aetatê votis omnibus suspiraverat.† [Quapropter[p,7] adito rege Pipino], cum frequens adesset multitudo

*) 2 *add.:* maior domus regni Francorum.

**) 2 *add.:* Hic est enim Karolus senior, qui inter cetera, que egregie ac[q] fortiter fecit, cum Sarracenis, qui in Gallias irruptionem fecerant, bis conflixit et eorum copias duobus preliis ita attrivit, ut, alias 375 milibus, aliâs pene totidem milibus cesis, pauci[r] qui superfuerant vix et egre in Hispaniam, unde eruperant, se reciperent[8]. *In 1 post* prestantior *hoc signum* đ *exstat, haud dubie ad ea quae in 2 addita sunt spectans, ut in omnibus sequentibus additamentis notatur.*

***) 2 *add.:* invitum igitur eum ad gradum prespiterii promovit[9]. *In 1 post* allevaret *hoc signum* ħ *positum indicare videtur, aliqua addenda fuisse.*

†) 2 *add. haec:* Eo iam tempore Karolus maior domus regni Francorum vita excesserat, et Pippinus regni curam solus agebat. Duos siquidem filios suos Pippinum et Karlomannum Karolus heredes

a) *sic* 1[a. b]. 2; *in* 1 *deletum manu saec. XV, quae superscr.* abnueret. a*) *ita codd.* b) terrę marisque laboresque 1[a. b]. c) ten. Car. vir inc. *in loco raso* 1; Kar. *semper* 1[a. b]. 2. d) Dein *del. et superscr.* vel Itaque 1, *et ita* 1[a. b]; Igitur 2. e) s. Lullus *superscr.* 1. f) in eo *superscr.* 1. g) ardorem *del. et superscr.* fervorem 1, *et ita* 1[a. b]. 2. h) Unde alios, Unde *del. et* tam̃ *superscr.* 1; *ut editum* 1[a. b]. 2. i) *sic* 1[a. b]; domo *post* (?) *superscr.* ui 1; domo 2. k) D. v. 2. l) supr. iam, *litteris* b. a, *ut videtur, superscr. corr.* i. s., *sed litterae* a. b *erasae;* i. s. 1[a. b]. 2. m) ñ *add. sed expunctum* 1. n) *alterum* iam *superscr.* 1. o) quo eum diffi *in loco raso, ubi antea alia scripta erant* 1. p) Quapr. — Pipino *deleta* 1, *des.* 1[a. b]; *de* 2 *vide n.* ***; *ante* Quapropter *hoc signum* ħ *scriptum* 1, *quod ad additamentum illud spectare videtur.* q) a *post corr.* ac 2. r) paucis 2.

1) Lullum tempore Karoli Martelli in Germaniam venisse, probabile est, certius dici nequit. 2) C. 2. 3) Haec effecta sunt ex verbis Willibaldi, V. S. Bonif. 10, 32, SS. II, p. 348: *Lul, suum ingeniosae indolis discipulum, ... qui et fidelis in Domino comes peregrinationis eius erat et testis utrobique passionis et consolationis.* 4) Haec ex Willibaldi V. Bonif. 10, 32 (*infirmitate corporis gravatus, synodalia conciliorum conventicula per omnia adire non poterat*, quae apud Othlonum non leguntur). 11, 33. 5) Haec ex Willibaldi verbis 11, 33: *Fresiam olim corpore, non quidem mente omissam* auctor effinxisse videtur et minus attente legit, quae ille c. 4. 5. et Othlonus I, 5. 10. 11. de duobus in Fresiam itineribus retulerunt. 6) Haec ex Willib. 11, 33. 7) Sequens narratio huius capitis ex brevi relatione Othloni l. II (Jaffé p. 502 sq.) ampliata et coniecturis aucta composita est. 8) Haec ex Einhardi V. Karoli c. 2. et Reginonis chron., SS. I, p. 553, composita sunt. 9) Haec ut verba c. 3: *cum — ordinatus esset* ab auctore ipso esse suppleta, sane probabile est. — Lullum re vera a Bonifatio presbyterum consecratum esse, ex epistolis Bonifatianis nr. 75—80, Jaffé III, p. 214 sqq., cognosci potest.

c. 754. principum tocius regni[1], quid mente instituisset, exposuit, omnes in commune consulere rogavit, ne quid detrimenti caperet[2] aecclesia Dei; se[a] quidem quo Dominus vocaret pergere, Deum vero pro se nitentibus* nusquam abfuturum[b]; idcirco confisi de eius adiutorio operam darent, ne denuo repullularent[c] spuria[d] vitulamina gentilitatis, quae ipse succiderat, neu bono semini, quod ipse seminaverat in agro dominico, zizania superseminaret inimicus homo[3]. Post haec verba beatum Lullum manu apprehensum in medium deduxit, et respiciens ad multitudinem quae circumstabat: 'En', inquit, 'habetis virum mea sententia dignum[4], cui meorum studiorum et meorum pro Christo certaminum hereditatem delegare possim. Hic mihi affinitate carnis iunctus, sed vinculo[e] spiritus multo est coniunctior, pro eo quod mecum conversatus multo tempore[f], certum et evidens mihi dederit spectaculum sanctitatis suae et optime secundum[g] euvangelicam institutionem conversationis. Unde ego haut dubius[h] de vestro assensu, ecce coram Deo et christo eius piissimo rege[i] et sanctissimo vestro conventu iniungo ei pontificatum Mogonciacensem[k], quem hactenus per me ipsum administrabam[l]. Ipse in his quae Dei sunt fungatur vobis vice patris, ipse me recessurum corpore, spiritu autem vobiscum semper[m] mansurum, tam dignitate referat quam morum similitudine, ut carne[n] mortuus in eius quodammodo vivam[m] virtutibus'. Tum[o] vero in faciem[p] regis intendebat[q], quem Dominus unxit[r] regem super funiculum hereditatis suae: 'Dilige[s] hunc virum[t] ut patrem, venerare ut Dei angelum et Regi regum, cuius favorem et pronissimam in te voluntatem tot iam victoriis expertus es, hanc vicissitudinem redde, ut servo eius ex animo conlabores in salutem et regimen sanctae aecclesiae[u]. Vos etiam, quicumque[v] animas vestras Deo vovistis, quicumque[v] in sacramenta christianae[w] miliciae iurastis, communi omnes studio capessite rem publicam Dei[5]! Nitimini pro fide catholica et huic viro pro vobis ad mortem decertare parato per omnia prestate operam vestram'! Ingens ilico[x] clamor attollitur. Tota in sententiam eius turba conspirat. Una omnium efficitur vox, digno patri dignissimum obvenisse successorem. Plerique illorum nomen eius et vitae institucionem iam ante compererant, eo quod[y] palacium bêati Bonifacii comes individuus[6] frequentasset et, plerumque illo in aliis occupato, ipse quaedam episcopii negocia vice illius administrasset et per hoc in noticiam omnium fere principum incidisset. Porro aliis morum eius integritatem facile astruxerat testimonium beati Bonifacii, cuius verbis non minor fides habebatur, quam si quis[z] Dei[a] oraculum consuluisset. Ita cunctis in commune suffragium ferentibus, sanctus Lullus in pontificatum prothrahitur[b], acerrime

*f 22'.

cf. Sap. 4, 3. cf. Matth. 13, 25.

cf Ps. 104, 11

instituerat; sed cum per aliquod annos pari iure et conmunicato principatu publica negotia curassent, Karlomannus seculo renuntians, reliquam sibi etatem procul a re publica habendam decrevit[7], et sancte conversationis habitu suscepto, primum Rome in monte Soracte[8], deinde[c] in Samnio provincia, in castro Cassino a cunctis seculi ocupationibus[d] feriabatur. Porro Hildericus rex usque ad id tempus regium nomen et regie dignitatis[9] inane quoddam simulacrum preferebat, quod ei a patribus per cunctam familie sue seriem hereditario iure obvenerat[10]. Ceterum administratio tocius regni et omnium rerum que bello vel paci usui forent dispositio penes maiorem domus erat. Sed Hildericus iussu Zacharie Romani pontificis regni solio deturbatus atque in monasterium retrusus est, et Pippinus, qui more omnium retro maiorum suorum maior domus vel prefectus palatii ante vocabatur, eiusdem pontificis auctoritate rex declaratus et totius populi pronissimo favore rex appellatus est; sicque et nomen regium et cuncta regie dignitatis[9] insignia ab Hilderico ad Pippinum eiusque posteros concessere[11]. Beatus ergo Bonifatius, adito Pippino rege, qui, ut dictum est, iam solus rerum potiebatur, cum frequens *etc.*

a) siquid. 2. b) affut. *corr.* abfut. 1, *et sic* 1[a.b]. 2. c) repullarent *corr.* repullularent 1; repullurarent 1[b]. d) spurcicia, *ead. manu superscr.* vel spuria 2. e) sp. v. *corr. litteris* b. a *superscr.* v. sp., *sed litterae* b. a *erasae* 1; v. sp. 1[a.b]. 2. f) tēpre 1. g) secundam *corr.* secundum 1. h) dubiu[9] 1, *et eodem modo saepius* us *scriptum.* i) *superscr.* 1. 2. k) Mogontiensem 2. l) ministr. 2. m) *superscr.* 1. n) carnē *corr. radendo* carne 1. o) Tu 2. p) anī *add. sed del.* 1; autem *add.* 2; in f. *des.* 1[a]. q) intendens 1[a.b]. r) *littera* (ī?) *add., sed erasa* 1. s) inquit *superscr.* 1[b], *add.* 1[a]. t) *bis scr., alterum del.* 1. u) ęctę 1. v) cumque *superscr.* 1. w) mil. chr. *corr.* chr. mil. *litteris* b. a *superscr., sed erasis* 1; chr. mil. 1[a.b]. 2. x) cl. il. *corr.* il. cl. *litteris* b. a *superscr., sed erasis* 1; il. cl. 1[a.b]. 2. y) in *add., sed del.* 1. z) *in marg. suppl.* 1. a) or. D. *corr.* D. or. *litteris* b. a *superscr., sed erasis* 1; D. or. 1[a.b]. 2. b) *ita h. l. et mox, sed primum* h *post del.* 1; protrah. 2. c) *post superscr.* 2. d) *ita* 2.

1) Num Lullus in synodo quadam institutus sit, ubive haec celebrata sit, non constat. Sola verba Passionis S. Bonif. c. 7, SS. II, p. 355 sq.: *Synodali auctoritate et consensu principis Pippini Lullum Mogontie ordinavit* hoc indicant, quae Othlonus mutavit in: *cum consensu . . . Pippini necnon episcoporum et abbatum atque canonicorum omniumque procerum ad suam diocesim pertinentium.* Cf. Bonif. epist. nr. 85, l. l. p. 232. 2) Cf. Sallust. Cat. c. 29; Lamb. Ann. p. 163. 3) Huius quoque versus Sacrae Scripturae meminit Lamb. Ann. p. 189. 4) Cf. Sallust. Iug. c. 9: *En habes virum dignum te.* 5) Cf. Sallust. Iug. c. 85: *adnitimini mecum et capessite rem publicam;* cf. etiam Cat. c. 52. 6) Cf. Lamb. Ann. p. 257: *pontificis lateri comes individua adhaerebat;* et similiter p. 196. 262. 7) Cf. Sall. Cat. c. 4: *et mihi reliquam aetatem a re publica procul habendam decrevi.* Cf. 'N. Archiv' IX, p. 315. 8) Falso conclusit ex Einhardi verbis c. 2, Soractem in ipsa urbe Roma situm esse. 9) Cf. Lamb. Ann. p. 255: *regiam dignitatem regiumque nomen.* 10) Cf. ib. p. 158 et 195: *iure hereditario.* 11) Haec ex Einhardi V. Karoli c. 1—3. et Reginonis, ut videtur, chronica composuit Lambertus, suo more verbis mutatis. Ex Reginonis chron. a. 749. 750, SS. I, p. 556, didicit, Hildericum iussu Zachariae papae depositum esse.

repugnans et oneri tanto se imparem cum lacrimarum effusione protestans[1]. Sed beati Bonifacii auctoritate oppressus, *communi sententiae diu obluctari non potuit[2]. *f. 23

6. Deinde beatus Bonifacius, assumpto secum archiepiscopo Lullo, Thuringiam et Hassiam[a], item cetera quae inter Rhenum[b] et Wiseram[c] incoluntur loca peragravit, predia omnia, quae ipse Mogontiacensi aecclesiae[d] industria sua adquisierat, ei demonstravit[e]. Ipsum etiam cunctis qui in his regionibus fama et opibus eminentiores habebantur exquisitissimis[f] verbis commendavit, obtestans eos sub invocatione nominis divini, ut ei in ecclesiastico[g] regimine fautores adessent[3]. Demum compositis rebus ex sententia[4], secretius[h], remotis, ut fertur, omnibus arbitris[5], eum conveniens[6]: 'Semper', inquit, 'etiamsi privatus ageres, oportebat te circa religionem attento ac sollicito animo[i] esse, inconcusso[i] pectore pro castris Domini stare, nunquam commodum tuum cultui divino antehabere, postremo summa ope niti, ne quit tibi in divinis rebus subriperet[k] desidia vel ex lassitudine oborta sacietas. Quanta[l], putas, harum rerum tibi nunc[m] incumbit necessitas, cum positus sis columna in templo Dei, et toto cubito[n] totum pene sanctae aecclesiae aedificium tibi videatur inniti? Vide, ne baculum arundineum te inveniat manus innitentium, quem[o] in partem quamlibet pro libidine sua inflectat aura favorum popularium. Convictu meo familiarius caeteris iam diu perfruitus certissime nosti[7], quod nunquam blandiciis aut terrore principum infractus loco cesserim nec in causa Dei aliquando personam acceperim. Unde tibi relinquo aecclesiam Deo propicio et mêo post Deum studio florentissimam. Tu ecce coram Deo et sanctis angelis eius iureiurando a me obstrictus operam da, ne tantus labor meus incassum effluat, ne tua segnicies corrumpat meas felices pro Christo victorias, ne vinea dominica incultu viciata[p] post uvas degeneret in labruscas. Proclivis est vita mortalium a virtutibus ad vicia, et idcirco, nisi attentius agas, nisi contra fluminis ictum pressius oblucteris, brevi post excusso freno a sobrietate[q] christiana preceps referetur ad pristine gentilitatis spurcicias. Ego iam vitae presentis stadium percurri. Quicquid virium in corpore habui bella dominica preliando detrivi. Nunc licet senectute confectus militare nequeam diucius, absit tamen, ut ab armis Domini missionem petam et tenuem quae superest spiritus scintillam inerti ocio tradam. Mortem pocius ipsam, ad quam communis me propellit condicio, opto mihi fieri virtutis materiam, ut de salsugine mortalitatis huius, completis stipendiis, *emigrans, imperatori meo, cuius signa ad mortem sum secutus, occurram securius. Te autem ecce sub oculis omnia videntis Dei obtestor per eam qua[r] mortalibus caeteris familiarius es usus benivolentiam meam, ut, ubicumque[s] locorum victima Christi procubuero, corpus meum requiras atque in monasterium, quod in saltu Buchoniae secus Fuldam fluvium mihi statui, delato iusta persolvas. Aecclesiae in eodem loco, cuius ego iam fundamenta ieci, tu extremam manum impone, tuis vel aecclesiae, immo tuis[t] quia aecclesiae, opibus. Fratres ibi propter penuriam rerum communium vitam adhuc apostolicis institutis transigunt, opere manuum victum queritantes. His per omnia opem tuam et favorem ex animo impende atque in grege superstite vivam defuncti pastoris memoriam amplectere, habiturus apud Deum et apud homines gratiam, si orbatis patre filiis strennuum te exhibueris tutorem. Nosti preterea egregium virginitatis decus et nostra memoria unicum in orbe terrarum sanctitatis exemplar, Leobam[u] virginem Christi, quae non est contenta intra natalis soli angustias expectare caelestis sponsi nuptias, sed meo instinctu Gallias intravit atque in loco cui nomen est Biscofesheim[v] prelata monasterio feminarum ad thalamum Christi magnos post se thrahit greges nobilium feminarum. Non etiam te fugit, quod hanc propter morum eius predicandam puritatem unicę semper dilexerim, et cum plerumque aliarum feminarum verecunde soleam oculos declinare, huic apud me primum familiaritatis locum concesserim. Quapropter gratum mihi feceris, cum, decurso vitae spacio, nature concesserit, si eam in eodem mecum sepulchro sepelias[w, 8], ut dulcissima inter se nomina nec[x] mortis dividat[y] violentia[z]'. Postquam igitur dicendi finem fecit et miles veteranus multorumque[a] stipendiorum rudem Christi tyronem de singulis ad unguem[b] instruxit, sicut instituerat, ad Fresiam contendit, assumptis secum quos ad tale iter idoneos arbitrabatur. *f. 23'.

a) Turingam et Asiam 1[b]. b) Renum *corr.* Rhenum 1; Renum 2. c) Wisaram 2. d) ęcřię 1. e) ei demontsravit *e corr. in loco raso, minus perspicuum* 1, *ubi corrector s. XV.* eidem ministravit *superscr.* f) *ita* 1[a. b]. 2; ssimis *a correctore s. XV. (qui superscr.* exquisitis*) deleta iam legi nequeunt* 1. g) ecřesiastico 1. h) secreius, *superscr.* t 1. i) *e corr. et iterum superscr., quia corrigendo minus perspicuum factum* 1. k) subripere, *et in marg. ead. m. suppl.* valeat 1[a]. l) ergo *add.* 1[a]. m) *superscr.* 1; i. nunc 2. n) cubitu 1[a. b]. 2. o) cum 2. p) iniciata 2. q) sobrieate *corr.* sobrietate 1. r) quā 1. 1[a. b]. s) que *alio atram. add.* 1. t) *deest* 1[a. b]. u) Liebam 2. v) Biscof:esheim, *litera erasa* 1; Biscoph. 2. w) sepelies 2. x) n̄ (non) *del. et superscr.* nec 1, *et ita* 1[a. b]. 2. y) *in marg. suppl.* 1. z) sententia *del. et ead. manu superscr.* violentia 1, *et ita* 1[a. b]. 2. a) que *superscr.* 1. b) ad un *e corr. in loco raso,* uem *superscr.* 1.

1) Haec quoque ex mera coniectura auctor scripsit. Cf. Lamb. Ann. p. 168. 2) Cf. Lamb. Ann. p. 191: *communi omnium sententiae obluctari non poterat.* 3) Haec ex verbis Othloni l. II (Jaffé p. 503): (Bonifacius Lullum) *cunctis . . . commendavit . . . ut ipsi tamquam patri obedirent et adiutores ei in omnibus necessitatibus existerent. Deinde profectus ad eos qui in Turingia et qui circa Renum habitabant, eadem faciebat*, quae ex Passione s. Bonif. c. 8. sumsit. Verba *predia — demonstravit* auctor ex coniectura addidit. 4) Cf. Sallust. Iug. c. 43: *Itaque ex sententia omnibus rebus paratis compositisque;* Lamb. Ann. p. 209: *Ita compositis omnibus ex sententia.* 5) Cf. Sall. Cat. 20: *omnibus arbitris procul amotis.* 6) Reliqua huius capitis ex Othloni l. II. et Vita Leobae c. 17. 11. composita et efficta sunt. 7) Cf. Lamb. Ann. a. 1073, p. 203: *contubernio suo, quo me hactenus ceteris familiarius perfruitum optime nostis.* 8) Apud Rudolfum V. S. Leobae c. 17. Bonifatius hoc Lullo et monachis Fuldensibus praecipit.

7. At[a. 1] beatus Lullus videns totas rerum habenas suo iuri cessisse, nequaquam more humano efferri cepit per insolentiam, sed reputans secum, quam arduo ac difficili negocio manum iniecisset, toto animi[b] conatu operi ecclesiastico se accinxit[c]. Omnes intra suam diocesim sitas aecclesias ac monasteria visitavit, qualiter in singulis locis divinarum rerum studium vigeret, attendit, ne quid in gregem dominicum inimici sevientis astucia se inscio presumeret, observavit, quos equitatis tramitem invenerat excessisse revocavit. Obstinatis in faciem restitit[2] et impudentem superborum principum frontem pontificali auctoritate refregit. Quos vero cultui divino deditos[d] et circa religionem ferventes repperisset, tota circa hos paterni affectus[e] viscera explicabat. His propter pontificalis cathedrae[f] fasces et nomen regibus etiam venerandum nequaquam se preferebat, sed horum se servum gloriabatur, his ad solvendam corrigiam calciamenti eorum imparem se fatebatur. (cf Ioh. ev. 1, 27.) Verbis tamen blandis et paternae dilectionis melle conditis exhortabatur eos, ut regiam viam, quam[g] ingressi fuissent, infatigabili studio tererent nec aliquando sacietate capti pedem ab incepto suspenderent. Cuius infirmitas ad languorem illum non impulit? Cuius scandalum non ussit? (cf 2 Cor. 11, 29.) *Cuius prosperitas illi leticiam non indixit? (*f 24) Cuius calamitas non in eius redundavit miseriam? Omnibus postremo[h] omnia factus, (cf 1 Cor. 9, 22.) ita mirum in modum singulis morem gerebat, ut omnium, licet aetate, sexu, vita dissidentium, pari concordia in eum studia flagrarent. Sicque liberalis eius sêdulitas tam Deo quam sibi animos popularium brevi conciliaverat, ut omnes in religionem devoti et in eius favorem quam maxime proni efficerentur, atque vulnus mêroris, quod[i] ob decessum beati Bonifacii plerosque invaserat, cito propter tam egregium successorem in cicatricem occalluisset[k. 3]. Neque vero tam felicibus eventis[l] suis ipse lascivius applaudebat aut propter ambiciosam pompam aurae popularis ipse sibi ullius delicti vel ignaviae gratiam faciebat, metuens cum apostolo, ne forte, cum aliis[m] predicasset, ipse reprobus efficeretur. (1. Cor. 9, 27.) Idcirco nihil sibi de priorum[n] parcitate cibi ac potus, nihil de laborê vigiliarum, nihil de contemptu rei familiaris, nihil de pristina morum ac vitae tocius temperantia remittebat. Oblitus magis posteriora[b], toto annisu extendebat se in anteriora, anxię inhians[4] bravio supernae remunerationis. Cum caeteros iam pridem fide ac pietate superasset, atrox cum animo suo certamen gerebat, ut se ipsum quoque superaret atque in dies se ipso religiosior atque in studio morum[o] provectior haberetur.

755. 8.[p] Aliquantum[5] iam[q] temporis post abscessum beati Bonifacii fluxerat. Et ipsê in curte regia Inghilenheim[r. 6] morabatur, constituto ibidem rege Pippino, apud quem frequens adesse solebat. Nam gratissime consiliis eius utebatur et precipua quaeque regni[s] negotia illius nutu administrabat[t] — tanta viro vis ingenii et latitudo cordis inerat —, ac propterea aegre patiebatur eum lateri suo usquam[u] locorum[v] abesse.

9.[r] Quadam ergo[w] nocte in lecto decubans, cum inter vigiliam et adultam quietem prima[x], ut aiunt, somni nebula oculos eius pressisset, vidit assistere sibi beatum Bonifacium stola pontificali ac vestimentis solito cultioribus[y. 7] amictum, vultu[z] quoque ipso ac veneranda canicie[8] quiddam divini splendoris preferentem. Obstupuit protinus[a] terrore inopinato perculsus atque in eodem lumina defixus optutu, tacitus, quantum incumbentis formidinis articulus paciebatur, secum tractabat, ne forte sopor dormiênti more suo vana somniorum spectacula preberet. At ille faciem quam recognosceret familiarius retegens, cum urbana quadam ac festiva hilaritate frontem contra intuentis[b] oculos explicasset: 'En', inquid, 'frater dilecte, tempus exigit, ut promissis tuis fidem facias. Hodie Christo testimonium dicens cervicem percussori prebui, hodie triumphali pompa laureatum me caeli recepit palacium. Nunc ergo memor sponsionis, qua te presente Deo obligasti, moras omnes abrumpe, resides animae iam triumphantis[c] exuvias require easque peregrinis regionibus ereptas, sicut pollicitus es, defer in monasterium Fuldense! Non frangat te arduum negotium, non moveat te iter asperum[d], non terreat te barbarae nationis atrox et crudele ingenium; Deo auxilium ferente, omnia tibi cedent prospere'. In haec verba visio pariter cum somno disparuit[9].

a) *in marg.* cap̄ 1, *et ideo novum caput incipit* $1^{a.b}$, *ubi* Et *cum magna rubra littera initiali.* b) annisu *del. et superscr.* animi 1, *et ita* $1^{a.b}$. 2. c) *superscr., eadem voce minus perspicue scripta in linea del.* 1. d) dit *e corr.* 1. e) affct9 1. f) catherę *corr.* cathedrę 1; kathedrę $1^{a.b}$. g) q. i. *iterum alia manu, ut videtur, superscr., cum in linea minus perspicue scripta* 1. h) p9st. *saepius* 1. i) q̇ (qui) *corr.* q̊ (quod) 1, *et ita* $1^{a.b}$; qui 2. k) occaluisset *corr.* occall. 1. l) eventibus $1^{a.b}$. m) illis 2. n) *sic* 1. $1^{a.b}$; priori 2. o) *in loco raso* 1. p) *in marg.* cap̄ 1; *novum cap. incipit* $1^{a.b}$. q) interea *del. et superscr.* iam 1, *et ita* $1^{a.b}$. 2. r) Ingelheim, *superscr.* hilenheim 1; in Hilenheim 1^{a}; in Hilenhen 1^{b}; Hilenheim 2. s) r. neg. *in loco raso* 1. t) administbat *corr.* administrabat 1. u) usq, *del.* q, *superscr.* quam 1. v) *deest* 2. w) vero 2. x) primā $1^{a.b}$. y) cultor. *corr.* cultior. 1. z) vultū 1. $1^{a.b}$, *signo compendii eraso corr.* vultu 1^{a}, *et ita* 2. a) t. pr. 1^{b}. b) oc. int. *corr.* int. oc. *superscr. litteris* b. a, *sed erasis* 1; int. oc. $1^{a.b}$. 2. c) triumphatis *corr.* triumphantis 1. d) arduum *del. et superscr.* asperum 1, *et ita* 2; asp. iter $1^{a.b}$.

1) Hoc toto capite excurrens in communes locos et pias cantilenas nulla certa rerum cognitione auctor nititur. 2) Cf. Lamb. Ann. p. 184: *nisi . . . in faciem regi . . . obstitissent.* 3) Cf. ib. p. 211: *dolorem, qui necdum in cicatricem cutem obduxisset;* similiter p. 232. 165. 4) Cf. ib. p. 184: *cui diu anxie inhiasset honorem.* 5) C. 8—10. traditione Hersfeldensi inniti videntur, cum nemo antea similia retulerit, nisi prorsus commenticia sunt. 6) Recentiorem formam nominis Ingelheim Lambertus superscribens *hilenheim* in antiquiorem formam mutare voluisse videtur, ut V. Cl. H. Bresslau mihi persuasit. Hilenheim, quod reliquorum codicum scribae exinde receperunt, non exstat. 7) *cultioribus indumentis* Lamb. Ann. p. 224. 8) *canicie veneranda* ib. p. 230. 9) Haud dubie Willibaldus in Vita S. Bonifatii Lullo dedicata hoc somnium tetigisset, si Lullo accidisset.

10. Tunc archiepiscopus gravi merore confectus — haud enim in ambiguo erat, beatum Bonifacium humanis rebus excessisse —, ubi primum lux[a] crastina terris est reddita, ad regem Pippinum rem detulit. Ei valefacto, in sua se recepit[b], ibique[1] vocata in colloquium multitudine, immane facinus Fresonum exposuit, quod illustris viri et toto orbe nominati sanguine manus suas conmaculassent. *Dein quid illi (f. 24'.) adhuc in carne posito ipse promisisset aperuit, omnes postremo pro se operam dare rogavit, ne in tantum virum voti reus fieret ac per hoc Omnipotentis[c] iram adversum se provocaret. Ubi cunctorum animos alacres atque ad instans negocium fervidos accepit[1], nihil moratus ad Fresiam iter instituit[2], habens secum armatorum copias non modicas, cum[d] propter barbaros, ne forte solemnê funeris officium facta vi perturbarent, tum propter ipsos fideles, ne qua inter[e] eos sedicio oriretur, dum singuli religioso studio in sacras reliquias impetum facere et de[f] preciosissimo thesauro[g] certatim predam agere vellent.

11. Interea[3] cum fama interfecti pontificis iam convaluisset, populus Traiectensis[h] oppidi, quod a loco martirii eius intervallo mêdiocri abest, globo facto irruperat[i] in Fresiam et ex illa clarissimorum martirum aciȩ precipuos quosque cum ipso principe miliciae caelestis beato Bonifacio ad se transtulerant et rapto iam in securitate pociebantur[3]. Postquam eô venit sanctus Lullus, tametsi ad vim faciendam par esset viribus, tamen ne temerariae plebi non tam oblata quam pressius ingesta videretur occasio seditionis, blande ac sine tumultu agere coepit. Totam confusae multitudinis frequentiam vocat in contionem. Omnibus in commune ambiciosius gratias facit[k], quod sanctis martiribus exequias solemniter exhibuissent; plurimum tamen meritis eorum apud sanctum Bonifacium accrescere, si corpus eius equo animo paterentur in monasterium Fuldense deferri, quod negocium ille sibi sub attestacione nominis divini iniunxisset. Benê cum eis ac supra spem humanam feliciter gestum esse, quibus pene tota castra miliciae Dei in predam cessissent. Sanctum Bonifacium, si contra decretum animi eius tenere vellent eum, hoc[l] non in gratiam referre, sed in contumeliam, gravari magis violenta devocione quam oblectari. His verbis cecidere popularium animi. Ira in favorem est conversa. Ita cunctis annuentibus et singulis pro virili[m, 4] parte officium funeris adiuvantibus, magnifico apparatu celebrata est sacri corporis translatio[5]. Nec tamen hoc modo omnis rebus difficultas adempta[6], tota negocii asperitas complanata est[7]. Nam ubi ventum est Mogontiam, tum vero totus cum populo clerus obviam effusus, iure gentium agebat apud episcopum, suum[n], inquiens, hunc[o] fuisse pontificem, sibi potissimum hêreditatem defuncti patris tam iure caeli quam iure fori deberi[8], nec equi nec boni memorem eum essȩ[9], si contra sentiret, presertim cum ad eum utpote antistitem specialiter et gloria[p] et calamitas[q] Mogontiacensis aecclesiae spectaret. Ad ultimum, si non in hanc sêntentiam ultro concederet, malle se viribus uti et extrema omnia experiri[10], quam tanto bono fraudarentur[r]. Tum[11] archiepiscopus diu multumque conatus tumultuantem populum in gratiam reducere, ubi rem[s] vidit tardius procedere, confusus animique[t] incertus, quid consilii caperet, quo se verteret, ambigebat. Voluntati enim multitudinis refragari nec factu facile nec satis tutum[u] sibi putabat[11]. Verum copiis ita in artum coactis[12], cito laetos exitus[v] repperit secundum promissionem suam beatus Bonifacius.

12. Denique postero[w] die cum episcopus ad puplicum[x] processurus foret, mollibus iterum verbis efferos populi[y] animos attemptare volens, quidam êx ordine clericorum Otpraht[z] nomine, diaconus officio,

a) cr. lux *superscr. literis* b. a *corr.* lux cr., *sed* b *erasum* 1; l. cr. 1a. b. 2. b) c *e corr.* 1. c) Dei *add.*, [*sed del.* 1. d) *post corr.* tum 1, *et ita* 1a. b. e) sed. i. e. 2. f) *deest* 2. g) theusauro, *demum manu s. XV. corr.* thes. 1. h) Traict. *corr.* Traiect. 1. i) irruperunt in Fris. 2. k) fecit 1a. b. *ed. Lov.* l) non hoc 2, *ubi* hoc *superscr.* m) parte virili *corr.* v. p. *litteris* a. b *superscr.*, *sed erasis* 1; v. p. 1a. b. 2. n) *deest* 1a. b. o) f. h. 2. p) *in loco raso* 1. q) camitas *corr.* calamitas 1. — Mogontiensis 2. r) frad. *h. l. et semel infra* 1, *manu s. XV. demum corr.* fraud., *et ita* 1a. b. 2. s) v. r. 2. t) incertusque animi 2. u) sibi tutum, *litteris* a. b *superscr. corr.* tutum sibi 1, *et sic* 1a. b. 2. v) repp. ex., *litteris* a. b *superscr. corr.* ex. repp., *sed litterae* a. b *erasae* 1; ex. rep. 1a. b. 2. w) postremo 1a. x) *ita* 1. y) an. pop. *corr.* pop. an. *superscr.* b. a *litteris*, *sed erasis* 1; pop. an. 1a. b. 2. z) Othbraht 2.

1) *ibique vocata — accepit* ex Othloni relatione sumsit auctor. 2) Willibaldus c. 12, 38. et Othlonus referunt, Lullum non ipsum in Fresiam profectum esse, sed misisse qui sacrum corpus deportarent. Sola verba Passionis S. Bonif. c. 3, 10: *Quod cum Lul compertum habuisset, congregata multitudine . . . virorum . . ., perrexerunt et cum vi sanctum corpus abstulerunt* indicare videntur, Lullum ipsum Traiectum adiisse, quod vero certe falsum est. 3) *Interea — pociebantur* ex Willib. 12, 38. 4) *pro virili portione* saepissime et plus quater legitur apud Lambertum, ut SS. V, p. 144, n. 41. notatum est. 5) Haec omnia quae Traiecti acta esse narrat, effinxit auctor, ut Lulli gloriam augeret. Willib. et Othlon. scribunt, campana subito sonante, Eigil in Vita Sturmi c. 15, SS. II. p. 372, alio miraculo populum Traiectensem commotum esse, ut sacrum deportari corpus concederet. 6) Cf. Lamb. Ann. p. 263: *adempta itineris difficultate.* 7) Sequentia huius capitis et cap. 12. ex Othlono, qui eo loco praesertim Passionem S. Bonif. c. 12. secutus est, et Vita Sturmi c. 15. composuit, suo more modo amplificans, modo mutans quae legerat. 8) Cf. Lamb. Ann. p. 177: *quod tam iure caeli quam iure fori . . . semper reis . . . licuisset.* 9) Cf. ib. p. 157: *nec aequi nec boni eum memorem esse.* 10) Sallust. Cat. c. 26: *constituit . . . extrema omnia experiri;* cf. Lamb. Ann. a. 1073, p. 195: *malle se mori atque extrema omnia prius experiri*, et similiter saepius p. 157 etc. Cf. quae ad hoc caput 'N. Arch.' IX, p. 307 sq. allata sunt. 11) *Tum — putabat* auctor scripsit, quia Othlon. (Jaffé p. 504) refert: *In tantum autem quorundam illud affirmantium praevaluit certamen, ut pene eorum consilio sanctus Lullus consentiret;* Eigil vero tradit, Lullum prohibere voluisse, quominus corpus Fuldam transferretur. 12) Cf. Lamb. Ann. p. 254: *Rex, cuius omnis spes omnesque copiae in artum coactae fuerant.*

ei se obvium tulit, atque impetrata secrecius dicendi copia[1]: 'Nocte', inquit, 'hac ipsa divino oraculo admonitus sum per soporem, ut[a] tibi, o pontifex, haec in mandatis deferrem a sancto Bonifacio, *ut constanter agas nec sediciosae[b] plebis simultatibus inflectaris a proposito, populo quoque testificarer[c], non impune laturos esse, quod contra dispositionem Dei obstinato animo venire temptaverint, nisi[d] maturius a pertinacia conquieverint'. Episcopus, ut in tanta rerum angustia et consiliorum inopia necesse fuit, gratissime hoc accipit[e], hominem iniecta manu in medium protrahit, capto ediciori loco, caeleste oraculum in auribus populi recitari[f] iubet. Verum propter immoderatum retinendi sacri corporis desiderium verbis eius non satis fidei erat apud multitudinem. Animos etiam quorundam suspicio tangebat, ne forte consilio episcopi sibi dolus necteretur. Tum episcopus, ut verbis fidem conciliaret[2], circumstantium magis quam suae consulens credulitati[3], ad comprobandam rei[g] veritatem iusiurandum exegit ab homine. Ille nihil cunctatus dedit. Res credita est. Atque ita deinceps relegato omni difficultatis scrupulo, corpus ablatum, et Rheni amne traiecto, in monasterium Fuldense delatum atque[h], quod satis esset flagrantissimis[i] in eum monachorum ibi commorantium studiis, solemni ac magnifico ritu traditum est sepulturae.

13. His[4] rebus bene et ex sententia gestis, archiepiscopus omnem operam suam in locum ipsum intendit. Egregiam scilicet estimabat sibi hanc fore materiam, in quam[k] debitum beato Bonifacio amorem totum transfunderet[l] et amantissimi patris desiderium tanti pignoris hereditaria possessione solaretur. Itaque[m] locum ipsum frequentius invisere, fratres[n] super decessu beati Bonifacii anxios verbis ad consolandum exquisitissimis[o] refovere[5], ubicumque res posceret presto adesse, inopiae familiarius supplementum affatim prebere, periculum, si quod forte immineret, propulsare[p], omnia postremo liberalis atque indulgentissimi patris officia impensius administrare. Verum ea longe aliter quam ipse spe concepisset[q] cessere[6]. Non solum enim his rebus nullum favorem, nullam[r] eorum benivolentiam sibi[s] conciliabat, verum etiam cunctorum ibi degentium gravissima in se odia suscitavit. Nam Sturmio quidam nomine tum[t] preerat monasterio, vir excellentis ingenii et predicandae sanctitatis, sed vehementis nimium et ferocis naturae[7], unus scilicet ex illo clarissimo grege discipulorum beati Wigberti[u], qui in Fritislarensi[v] monasterio ad exemplum eius instituebantur. Is privatim et publice animos fratrum sollicitabat, commonens[w], hanc pontificis circa se indulgentiam aliorsum spectare, quam ipsi[x] opinarentur; aliud eum vultu pretendere, aliud animo machinari et magnae cuiusdam iniuriae consilium palliare titulo pietatis, qui scilicet ad hoc quibusdam verborum lenociniis homines inescaret, ut[y] eis fraudulenter[z] suae dominationis frena iniceret[a] et libertatis bonum eriperet, quo vitae humanae nihil sit[b] iocundius, nomini christiano nihil decentius, professioni monachorum nihil commodius. Proinde ipsos non bene rebus suis prospicere, si immemores nobilissimae conversationis, qua fuerant a beato Bonifacio liberaliter educati, ultro in servitutem concederent. His atque huiusmodi sermonibus a beato Lullo cunctorum fratrum animos quam maxime alienavit et nihil tale suspicanti non mediocrem invidiam brevi conflaverat[c, 8]. Ex hoc omnes eum infestis mentibus, adversis[d] obtutibus respicere, familiaritatem abnuere, verborum blandicias velud instructas[e] ad perniciem suam decipulas[f] refugere, omnem eius *congressum et colloquium suspectum habere, denique cum dilectione, cum beneficiis, cum munificentia odio, detractione et conviciis decertare.

14. Huc accessit, quod sub idem fere tempus quidam factiosi homines[9] faciem regis Pippini adversus abbatem Sturmionem interpellaverunt, accusantes eum, quod in regiam maiestatem verbis nimium petulantibus excessisset[10]. (763?) Unde rex ira succensus exilio eum relegavit, Fuldensis vero monasterii providentiam beato Lullo decrevit. Ea res suspicioni iam pridem ortae non minimum[g] roboris addidit. Tota protinus congregacio pari adversus[h] episcopum studio conspiravit multaque in eum gravia et memo-

a) *ita* 1a.b. 2; ut tibi *evanuerunt vel erasa sunt*, o pont. *superscr.* 1; ô *ead. m. superscr.* 1a. b) sedicione 2. c) testificeris 2. d) nsi *del., superscr.* nisi 1. e) accepit 2. f) recitare *radendo corr.* recitari 1, *et ita* 1a.b. 2. g) gestę *add., sed del.* 1, *deest* 1a.b. 2. h) *in marg. suppl.* 1. i) flagrantissimas 2. k) qua 2. l) tranf. *post corr.* transf. 1. m) cepit *add.* 1a.b. n) *deest* 1a. o) accuratissimis *del. et superscr.* exquisitissimis, *et ita* 1a.b. 2. p) propulsaret 2. q) conciperet 2. r) *sic Hist. Hersfeld. et* 2; nullum 1. 1a.b. s) si *corr.* sibi 1. t) *superscr.* 1. u) Wicb. 2. v) Fritesl. 1a.b; Fridesl. 2. w) commanes *corr.* commonens 1. x) sibi 2. y) *ita* 2; ut eis *manu s. XV. del., quae superscr.* quatenus, *iam certe legi nequeunt* 1; ut et 1a.b. z) frad. 1, *demum manu s. XV. corr.* fraud., *et ita* 1a.b. 2. a) iniec., e *erasum* 1; in:ic 2, *littera erasa.* b) *superscr.* 1. c) at *e corr.* 1. d) aversis 2. e) *ita* 1a.b. 2; structas ad perniciem suam *legi nequeunt* 1, *manus s. XV. superlevit inepte* instrumentorum *et* ad pern. suam *delevit.* f) de *superscr., alia syllaba* (trans?) *deleta* 1. — fugere 1b. g) nimium 1a.b. h) *superscr.*, archi *in linea del.* 1; p. st. adv. ep. 2.

1) Cf. Lamb. Ann. p. 157: *vix impetrata dicendi copia;* p. 202: *Accepta deinde dicendi copia.* 2) Cf. ib. a. 1073, p. 203: *ea res . . . dictis fidem conciliabat.* 3) Eigil econtra scribit, Lullum demum iureiurando dato diacono credidisse. 4) C. 13. 14. auctor ex Eigilis V. Sturmi c. 16—19. 2. composuit, ita vero, ut omnia quae ibi in invidiam Lulli dicta sunt, in eius favorem verterit aliaque multa addiderit, scriptorem sane insignem et historicum sagacem in his se ostendens, cum aliis, tum quod bene perspexerit, de qua re lis inter Lullum et Sturmum, videlicet de regimine monasterii Fuldensis, agitata sit. Cf. de his rebus Rettberg, 'Deutschlands KG.' I, p. 609 sqq.; Oelsner, 'K. Pippin' p. 386 sqq.; Hahn, 'Bonifaz und Lul' p. 265 sqq. 5) Cf. Lamb. Ann. p. 186: *Verbis tamen exquisitissimis moestitiam eius consolabatur.* 6) Cf. Sallust. Iug. c. 7: *Sed ea res longe aliter ac ratus erat evenit.* 7) Cf. infra p. 143, n. 16. 8) Cf. Lamb. Ann. p. 261: *ingens regi odium brevi conflaverant;* Sall. Cat. c. 49: *magnam illi invidiam conflaverant.* 9) Tres monachi Fuldenses, ut Eigil c. 16. scribit. 10) Eigil c. 16: *crimen, nescio quod, de inimicitia regis obicientes ei.*

ratu incredibilia maledicta congessit, dictitans, eum malorum talium incentorem fuisse, eius largicione accusatores fuisse correptos[a], eius artibus instructos, eius studio in audientiam regis[b] admissos, posttremo totam huius accusationis fabulam ab eo fuisse confictam, quatenus, deturbato pastore, ipse in desolatum ovile sine periculo impetum faceret[1]. Ad sedandam ergo hanc[c] turbam archiepiscopus modis omnibus intentus, Marcum quendam nomine prefecit eis abbatem, virum mitis ingenii et, ut eius ferebat opinio[2], tantis rerum tempestatibus comprimendis peroportunum. Sed hunc illi[d] protinus reppulerunt[e], tamquam partibus episcopi impensius faventem et sedicionibus suis minus spei afferentem. Rursum archiepiscopus, utpote qui animo fixum haberet[3] per omnia eis morem gerere, quamdiu id posset salva ęquitate, ipsis eligendi abbatis auctoritatem permisit. Laeto illi hoc animo suscipiunt eumque protinus[b] creant abbatem[4], qui archiepiscopi conatibus ex equo auderet obviam ire eiusque tumidos spiritus — ita scilicet illi suspicabantur — opposita, ut dici solet, fronte refringeret. Is itaque creatus cum magna omnium expectatione, principio statuit sibi cum archiepiscopo rem atrociter gerendam. Nisi enim id faceret, male se usurum hac prelatione satis certo sciebat. Hoc modo cum per biennium grave utrimque bellum gessissent, hic[f] beneficiis, illi odio et detractione certantes[g. 5], et egregium pontificem, illius aetatis clarissimum lumen, sine intermissione verbis petulantissimis insectarentur, sicut heu! frequentius fieri solet[b], postremo vicere studia partium. Nam rex Pippinus, postquam diuturnitate temporis iracundiae fervorem digesserat, in gratiam rediens, ut verissime confido, annitente in hoc ipsum beato Lullo, ut videlicet hac ratione obiecti sibi criminis suspicionem purgaret[6], Sturmionem abbatem ab exilio revocavit, receptoque[b] in pristinum statum gratiae suae licentiam indulsit in monasterium Fuldense redeundi curamque eius sicut consueverat administrandi. Ea res fratrum animos in spem maximam arrexerat[7], episcopo vero non minorem sedicionis comprimende et rerum prospere gerendarum desperationem incusserat. Preterea non mediocri tedio iam afficiebatur animus eius, cum videret tot tantosque labores suos incassum effluere, beneficiis invidiam non extingui, sed tamquam suppositis[i] facibus magis magisque in dies incandescere[k. 8], extremae vero dêmentiae esse huic loco tantas rerum impensas sine fructu insumere[9], quibus alio in loco perenne nullaque vetustate abolendum fidei et devocionis suae monimentum[10] posset extruere. Diu eum haec cunctacio suspensum tenuit. Propositum, quod carissimi patris instinctu in animum induxerat, nonnisi anxia et egritudine confecta mente relinquere poterat. Vincitur tamen rerum asperitate et post diuturnam deliberationem, post multos sudores irrita spe exhaustos totam ab incepto intentionem revocavit, contestatus caelum et terram et viventem in Christo spiritum beati Bonifacii, voluisse quidem se preceptis eius parere[11] eiusque institucionis alumnos amplis honoribus illustrare, sed vi ac iniuria infractum[b] loco cedere, Deum a[l] se poenas exacturum, si ambicionis spiritu, quod criminatores eius iactitabant, pocius quam intimae caritatis affectu circa eos hactenus conflagrasset. Enimvero nisi periculosum ducerem[m] de iudiciis divinis sententiam ferre, ego haud temere vel sine nutu Dei actum crediderim, ut[n] sancti pontificis et sanctorum, ut mea fert[o] opinio[2], fratrum animi tam *difficulter coalescerent. Si enim benivolentiam episcopi haec rerum procella non excepisset, nimirum in alieno[p] fundamento nimium occupatus, privatae gloriae studium omisisset, atque Herveldense nomen, toto nunc[q] orbe clarissimum, abisset in vacuum, nec tanta copia sanctissimorum hominum auxisset numerum caelestium spirituum[r. 12. *].

765? — *f. 20.

*) *Cod. 2 add.:* Interea[13] Pippinus, cum per 15 annos functus regiis honoribus fuisset, diem clausit extremum, duos filios relinquens superstites, utrumque adultum etate et regno gubernando maturum, videlicet Karlomannum et Karolum, cui postea ex virtute et magnitudine rerum gestarum cognomen accessit[14], ut Karolus Magnus diceretur[15]. Hii duo, ut paci et concordie prospicerent, paternum inter se divisere regnum. Karlomannus, vir ferocis nature[16], totus

a) *ita* 1. 1[a. b], *post corr.* corruptos 1[a], *et ita* 2, *quod auctor certe scribere voluit.* b) *superscr.* 1. c) *deest* 1[a. b], *ubi* turbationem. d) pr. illi 2. e) expul. *corr.* reppul. 1, *et ita* 1[a. b]. 2 (repul.). f) hic benef. illi *in loco raso, aliis deletis* 1. g) decertantes, *sed* de *linea subterscripta del.* 1, *ne scilicet duo verba alterum post alterum eadem praepositione inciperent; ut corr.* 1[a. b]. 2. h) que *superscr.* 1. i) subpositis 1[a. b] (s. t. *corr.* t. s. 1[b]); subpossitis 2. k) in *superscr.* 1. l) a *corr.* ab 2. m) *ita* 1[a. b]. 2; *in* 1 *manus s. XV. superlevit* duxerim, *quid antea scriptum fuerit, cognosci non potest.* n) *ita* 1[a. b]. 2; *in* 1 ut s. pont. *evanuere, manu s. XV. superlita, quae* ut *omisit.* o) est *del. et superscr.* fert 1, *et ita* 1[a. b]. 2. p) alio *corr.* alieno 1. q) o. n. 2. r) *post* spir. *signum quoddam erasum videtur, quod forsan ad additamentum spectavit.*

1) Etiam maioris criminis Lullum arguit Eigil c. 17, eum *munera iniusta tribuendo* a Pippino rege Fuldensis coenobii regimen adeptum esse. 2) Cf. Lamb. Ann. p. 250: *ut multorum ferebat opinio.* 3) Cf. ib. p. 182: *id se animo fixum habere;* p. 253: *immobiliter animo fixum tenemus.* 4) Prezzoldum. 5) Cf. Lamb. Ann. p. 217: *malle se cum eo beneficiis certare quam maleficiis,* et p. 166. 6) Cf. ib. p. 154: *ut obiectum crimen . . . purgaret,* et p. 196. 260. 7) Cf. Sallust. Cat. c. 39: *animos eorum arrexit.* 8) Cf. Lamb. Ann. p. 249: *tamquam subposita face inflammabant.* 9) Cf. Sallust. Iug. c. 3: *frustra autem niti . . . extremae dementiae est;* Lamb. p. 229. 246: *extremae dementiae esse.* 10) Cf. Horat. Od. III, 30, 1. 4. 5. 11) Cf. supra c. 6. 12) Certe verisimile est, quod auctor suspicatur, Lullum propter potestatem suam a monachis Fuldensibus repulsam animum induxisse, ut suum monasterium ipse construeret. 13) Haec ex Einhardi Vita Karoli c. 3. 28. 30. composita, multis tamen verbis aucta et amplificata, praesertim plura in favorem Karoli, in invidiam Karolomanni addita sunt. 14) Cf. Sallust. Iug. c. 5: *Cui cognomen postea Africano ex virtute fuit.* 15) Eadem verba leguntur in Lamberti Hersfeldensis historiae fragmento, SS. V, p. 139, l. 28. 29. 16) Cf. Sallust. Iug. c. 11: *Hiempsal . . . natura ferox;* Lamb. Ann. p. 173: *adolescens tam natura ferox quam aetate;* et ibid.

15. Archiepiscopus Lullus[a], qui semper animo agitaverat flagrantis in Deum spiritus aliquod documentum transmittere in posteros, cum res hoc modo temptata minus prospere cessisset[b], aliud aggreditur melioribus profecto[a] auspiciis et quod[c] Deo aspirante laetiores habiturum esset[c] exitus. Locus erat in saltu Buchoniae, cui Herollosvelt[d] nomen indidit antiquitas[e], habitacioni monachorum peroportunus. In[1] hoc abbas Sturmio[f] tempore quo primum ad solitariam silvestremque vitam eum fervor spiritus precipitem agebat, consederat, ac erutis quae faciem loci occupaverant[g] arbustis, parvas sibi fratribusque cellulas operê impolito construxerat, novemque ibi annos iam evolverat. Sed beatum[h] Bonifacium, licet amenus loci situs et aquae oportunitas alliceret, offendit tamen latus contiguum Saxonibus. Nam paganis ritibus adhuc tenebantur, et plerumque [in[i] Thuringiam et Hassiam] et[k] in[c] proxima quaeque[k] loca impetum facientes, cedes hominum et depopulationes agrorum non modicas dabant. Horum suspecta semper eruptio, etiamsi minus periculi, multum tamen terroris et formidinis[l] incussura fratribus videbatur. Ut hanc incommoditatem evaderent, opere precium visum est beato Bonifacio, ut altius in Buchoniam[m] sedes promoverent[n] locisque ab accessu tucioribus insiderent. Illi solum, quo nunc Fuldense[o] monasterium conspicitur[c], occupaverunt; locus[2] Herveldensis, tradente beato Bonifacio, in proprium cessit[p] sancto Lullo, qui iam tum forsitan construendi illic monasterii desiderium animo conceperat.

16. Igitur, postquam modo[q] quem dixi[r] a Fuldensibus defecerat, in hunc locum omnes copias suas dedita opera coegit. Succisis profusius arbustis, amplioris numeri[s] fratribus spacium laxavit et[c] ipsum cultioribus aedificiis extruere aggressus est, atque ob id acriore vi ceptis incubuit, ut fractum priori adversitate animum sequenti rerum successu restitueret. Nec spem fefellit eventus. Nam brevi temporis processu Hervêldense nomen in inmensum gloriae et magnitudinis culmen evaserat. Iam denique satis clarum satisque pollens cum frequentia tum eximia conversatione servorum Dei habebatur. Opibus etiam,

ambitione preceps rapiebatur, neque irae aut cupiditati suae aliquatenus moderabatur, dummodo, fratre eiecto, solus regno potiretur; sed Karolus lenis ingenii et provectae admodum gravitatis erat. Is fratrem iuveniliter tumultuantem paciendo magis quam iniuriis obviam eundo mitigare conabatur. Erat quidem, tum gratia et favore totius populi, tum propriis viribus, tum usu et peritia rei militaris, tum copia omnium que bellis oportuna esse solent, multum fratre instructior. Mitius tamen cum fratre agendum iudicabat, scilicet maiori sibi glorie apud Deum et apud homines fore existimans, si potius fratri ad tempus cederet, quam acceptas a fratre iniurias pessimo exemplo ultum iret. Nec tamen idcirco Karlomannus de ferocitate animi quicquam remittebat, sed tumultuosius in dies agere, rumpendi federis occasiones querere, totum denique robur regni sui in odium atque ad perniciem fratris sollicitare[3]. Iamque eo processerant inimiciciae, ut ex ocultis[t] detractionibus ad apertam vim et publicum bellum res spectare videretur; nec erat in ambiguo, dissensionem hanc luctuoso exitu esse terminandam. Verum, periclitante hoc modo statu rei publice, commode affuit misericordia Dei. Nam Karlomannus, dum fratri iamiam arma inferre[4] et regnum per vim totum in se transferre[u] moliretur, egritudine preventus interiit, et optimo viro fratri suo nefarie concertationis necessitatem exemit, biennio fere posteaquam pater eius Pippinus nature concesserat. Ita Karolus principatum solus obtinuit, vir in bellicis[v] rebus valde strennuus et ad omnia quibus animum adiecisset efficacissimus. Et revera, si vel Titum Livium vel Crispum Salustium suarum rerum gestarum scriptorem nactus fuisset, salva fide dixerim, quod vel Iulii vel Augusti Cesaris vel cuiuslibet illustrissimi Romani imperatoris gloriam tam belli quam pacis artibus exequasset. Extant quidem eius gesta, sed pro rerum dignitate breviter nimis et strictim descripta[5]. Que tamen quisquis legerit, inveniet, quod is primus ex regibus Francorum apellatus est Romanorum imperator augustus, idque nomen etiam in successores suos transfuderit, si qui tamen virtutem eius et industriam emulari potuerint; quod rem publicam 47 annis strennue rexerit, magnifice auxerit, pacatissimam atque fama, opibus, edificiis, moribus, legibus ornatissimam decedens reliquerit[6]. Sed nos ad propositum, unde digressi sumus, revertamur.

a) *superscr.* 1. b) *in loco raso* 1. c) *deest* 2. d) Herollosfelt $1^{a.b}$; Hersvelt 2. e) posteritas *del. et superscr.* antiquitas 1, *et ita* $1^{a.b}$. 2; posteritas *ed. Lov.* f) Sturmis 2. g) occuparant 2. h) b *e corr.* 1. i) *sic* 2 (assiam *corr.* hassiam); in Th. et H. *des.* 1. $1^{a.b}$. *ed. Lov., sed in 1 hoc loco superscr.* ō, *cum vero in margine nimis rescisso nihil inveniatur, ad quod hoc signum spectet; certe vero olim illa verba suppleta erant, ut apparet etiam ex nota sequente.* k) et *et* quęque *superscr.* 1. l) formidins 1. m) Boch. *corr.* Buch. 1, *et ita* $1^{a.b}$; Boch. 2. n) prouov. *corr.* promov. 1. o) Fuldendense, *del.* den 1. p) discessit, *del.* dis 1; cessit in pr. $1^{a.b}$; in properium cessit 2. q) eo m. $1^{a.b}$. r) predixi, pre *deleto corr.* dixi 1, *et ita* $1^{a.b}$. 2 s) nueri *corr.* numeri 1. t) *ita c.* u) tranferre 2. v) in becillis 2.

p. 175: *nisi ambitionis spiritu . . . praeceps raperetur;* p. 184: *ambitionis impetum quo praeceps rapiebatur;* et similiter p. 258, saepius. 1) Haec — *quo nunc Fuldense monasterium conspicitur occupaverunt* ex Vita Sturmi c. 4—11. sumsit. 2) *locus — cessit sancto Lullo* ex coniectura scripsit, quia Karolus M. in diplomate dato a. 775, Ian. 5. (Reg. Imp. I, nr. 172) ap. Wenck, 'Hessische Landesgesch.' III, 2, p. 6, nr. 4, dicit: *Lullo Mogontiae episcopus nobis innotuit, eo quod cenubium aliquo infra regna nostra vasto in loco qui dicitur Hairulvisfelt super fluvium Fulda monasterium aedificasset in sua proprietate.* 3) Cf. Lamb. Ann. p. 239: *et ad extinguendum nomen eius totum regni robur concitabatur.* 4) Similiter supra c. 5: *manum sibi iamiam inferre volentibus.* 5) Einhardi Vitam Karoli intelligit. 6) Cf. Lamb. Ann. a. 1076, p. 252: *regnum, quod a parentibus suis pacatissimum et bonis omnibus florentissimum accepit.*

agris ac familiis[a] magis magisque in dies augebatur, partim studio beati Lulli[1], sapientis[b] admodum viri[2], partim liberalitate principum tocius regni, qui pio eius desiderio summa ope omnes annitebantur. Preterea frequentes eo confluebant homines celebris in seculo et famae et familiae, qui, vênditis rebus familiaribus, precia earum afferebant et secundum instituta[c] primitivae aecclesiae simulacra gentium, argentum et aurum, substernebant pedibus apostolorum Simonis et Thathei[d]. His[e] enim aecclesia loci attitulata erat. Ea causa opes monasterii non minimum auxerat. Unde gloria loci eius eo[f] brevi adoleverat, ut, quae ante aliquot[g] annos arbustis consita[3] feris agrestibus gratum prebere[h] latibulum conspiciebantur[i], nunc cultoribus frequentata[k] atque augustissimis edificiis[4] nobilitata[k] cerneres, comprobato etiam ad litterae superficiem vaticinio Ęsaiae[l] promittentis, quod deserta in ubertatem versa advenae comedent. [Es. 5, 17] Ad hanc loci claritatem humana virtute partam accessit etiam pietas Domini, et pro magnitudine sua dignis eum muneribus honestavit, insigne dans documentum spectantis eô animi et benivolentiae suae.

17. Episcopus, ut supra expressimus[m], cum ab exordio iacti fundamenti aecclesiam monasterii beatis apostolis Simoni et Thatheo attitulasset, atque iam ingentem loco reverentiam tanti patrocinii maiestas comparasset, angelica in somnis voce est admonitus[5], ut corpus beati Wigberti eo transferret. Is[n], sicut editus de vita eius libellus indicat, paulo[6] superioribus[o] annis accitu sancti Bonifacii de Brittannia[p] venerat. Cumque diu in Galliis vitam morum gloria ornatissimam exegisset, vir illa profecto aetate clarissimus et monasterialis disciplinae exercicio nulli antiquorum patrum secundus, tandem felici in Christo dormitione sopitus, in oppido Friteslar[q] sepulturam acceperat. Ossa eius iam de loco in locum sepenumero fuerant translata, idque propter timorem Saxonum, qui plerumque in Turingiam et[r] Hassiam irruptione facta, agros ac villas armata manu populabantur, ne quid videlicet nefarii facinoris barbaricus furor in sanctas reliquias presumeret. Tum temporis quo haec gerebantur *in castello quodam cui [*f. 26'] nomen est Burinburg[s] ob munitionêm loci servabantur, pro maiestate tam insignis personae non satis honesto loco reposita. Tamen propter miraculum et novitatem signorum, quibus etiam circa aridos cineres confessoris sui viva Dei gratia efflorebat[t], quottidie magno populi concursu frequentabantur. Archiepiscopus igitur ad exequendum negotium se[u] haud satis impigrê movebat. Verebatur forsitan levitatis argui, si ad implendam rem tam eximiam post primam statim iussionem preceps abiret[7]. Verum dum cunctando ac deliberando tempus tereret[8], angelica você secundo[v] ac tercio similem in modum est commonitus[9], ut precipitaret moras nec caelestibus mandatis suam diucius operam denegarêt. Ita deinceps nichil ambigendum ratus, ut facto maior auctoritas inesset, Carolum, penes quem eo tempore ius regium erat, super hoc consuluit[w]. Cum ille libens annuisset, adhibitis sibi[u] tam clericalis quam monastici ordinis viris illustribus[10], locum adiit. Sacra ossa exinde sublata cum magna aecclesiastici apparatus ambicione, sicut iussus fuerat, in monasterium Herveldense transtulit[11]. Quantus honor, profectus et reverentia ex hoc loco illi accreverit, cunctis ibi degentibus hodieque est in propatulo.

18. Post haec beatus Lullus cum monasterium illud[x] opibus affatim exornasset, edificiis insigniter excoluisset, cunctum domus Domini decorem ad unguem elaborasset, multitudinem quoque fratrum temperatissimis institutis instruxisset, induxit in[v] animum utilitatibus rerum etiam in posterum consulere. Siquidem experimento didicerat[12], divina inter homines parum tuta esse, seculares alieni[y] semper appetentes, dum sibi censum augeant, nihil pensi habere, quam minimo[z] discrimine divina et humana permisceant[a.13].

a) famulis *corr.* familiis 1, *et ita* 1a.b, 2. b) adm. sap. *litteris* b. a *superscr. corr.* sap. adm., *sed litterae* b. a *erasae* 1; b. viri L. s. adm. 1a; b. viri L. a. s. 1b; *ut editum* 2. c) institututa (*vel* institutiva?) 1, *manu demum s. XV. corr.* instituta, *et ita* 1a.b, 2. d) Sym. et Tathei 1a.b, 2, *et ita c.* 17. e) His — attit. erat *alio atram., sed eadem manu in loco prius vacuo relicto* 1; His etiam 2. f) br. eo *litteris* b. a *superscr. corr.* eo br. 1, *et ita* 1a.b, 2. g) t *e corr.* 1; aliquod 1b, 2. h) pre *superscr.* 1. i) ntur *post deleta videntur* 1; conspiciebat 1a; conspiciebatur 1b. k) *post corr.* frequentatam — nobilitatam 1, *et ita* 1a.b. l) Esaię 1a; Eusaie 2. m) diximus 1b. n) *hoc loco in* 1 *scriptura aliquatenus mutata indicatur, scriptorem depositum calamum resumsisse.* o) suporibus 1; superius 1b. p) Hibernia *del. et superscr.* Brittan[nia], *extrema syllaba abscissa,* 1, *et ita* 1a.b (Britann. 1b). 2; Hibernia *ed. Lov.* q) Frideslar 2. r) et H. *superscr.* 1. s) Buriburc 2. t) quott. (qtt. *post corr.* cott., *et manu s. XV. superscr.* quotidie) effl. *corr. signis superscr.* effl. cott., *sed signa erasa et manu s. XV. superlita;* effl. cott. 1a.b, 2. u) *superscr.* 1. v) *deest* 2. w) consulut *corr.* consuluit 1. x) *deest* 1a. y) alieni *corr.* aliena 1, *et ita* 1a.b; alieni 2. z) minimodis crimine *scripto* 1a, *scriba post falso corr.* magnis modis et quo crim. a) *hic desinit* 2.

1) Cf. chartas ab eo impetratas, notatas ap. Böhmer-Will, Regesta archiep. Magunt. I, p. 39—44, et Breviarium S. Lulli, id est registrum bonorum eius tempore monasterio Hersfeldensi adquisitorum, ap. Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, p. 15—17, nr. 12. 2) Cf. Lamb. Ann. p. 180: *sapientis admodum viri.* 3) Cf. Sall. Iug. c. 48: *consita arbustis* et c. 53. 4) Cf. Lamb. p. 238: *augustissimis edificiis excoluit.* 5) Lupus in Vita S. Wigberti c. 24, supra p. 42, scribit, non ipsi Lullo, sed Albuino episcopo Buraburgensi hoc praeceptum esse. 6) Sequentia ex Vita S. Wigberti c. 4. 5. 10—13. 24. 7) Cf. Sallust. Cat. c. 25: *praeceps abierat;* Lamb. Ann. p. 163. 168: *praeceps abisset,* et similiter saepius. 8) Cf. ib. p. 206: *dum deliberando . . . tempus tererent.* 9) Nihil de his commonitionibus in Lupi Vita Wigberti legitur. Quare coniicere possis, eum legisse Vitam Wigberti metricam, nunc, ut videtur, perditam, de qua cf. Wattenbach 'GQ.' I, p. 195. 10) Albuino episcopo et tribus monachis Hersfeldensibus, quos Lupus c. 24. nominat. 11) Errat auctor, cum hanc translationem ante res a. 775. infra narratas actam esse putaverit, cum secundum Lupum c. 24. aliquot annis post a. 774, quo Saxones Buraburg oppugnarunt, facta sit. 12) Cf. Sallust. Iug. c. 46: *Metello iam antea experimentis cognitum erat.* 13) Cf. Sallust. Cat. c. 12: *aliena cupere . . . . . divina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere;* c. 5: *alieni appetens;* cf. Lamb. Ann. p. 239: *divina atque humana omnia absque discrimine permiscentem.*

19. Itaque[a] piae memoriae Carolum eo[b] vocavit[1], opes monasterii, quae profecto erant florentissime[2], illi[c] demonstravit, numerum servorum Dei, centum videlicet quinquaginta[3], et vitae eorum institutionem exposuit. Dein locum ipsum cum omnibus quae[d] iuris eius essent in tutelam[e] illius tradidit[4], obsecrans, ut rebus invalidis et cupiditati humanae per se expositis patrocinium ferret easque a violentia maiestate nominis sui vindicarêt. Hanc traditionem et patrocinandi[f] ius cunctis deinceps in solium regni succedentibus ratum manere statuit. Nec tamen hoc modo satis firmamenti[c] se rebus contulisse arbitrabatur. Mens provida et immoderato amore loci omnia, etiam tuta formidans, nihil satis firmum satisque[a] munitum estimabat. Multis[5] diebus exactis sinodus indicta est in locum cui nomen est Carisiacus. Eô frequentes convenere principes tocius Galliae. Ipse quoque Karolus ad cognitionem[g] aecclesiasticarum[h] causarum assedit. Ibi archiepiscopus post alia, quorum causa haec[i] indicio fuit celebrata, sermonem de monasterio suo orditur. Id exquisitis precibus cum omnium qui presto erant tum potissimum regis fidei commendat. Ad impetrandam quoque rebus pacem regale postulat edictum. Tum rex, cunctis principibus in sententiam eius e vestigio abeuntibus, legem tulit ratamque fore in perpetuum iussit, ne quis deinceps privato nomine, ne quis publicae dignitatis optentu vim aliquam loco illi faceret; non rex, non episcopus, non aliqua eminens in regno persona ibi quidquam iuris sibi usurparet; creandi abbatis arbitrium penes monachos esset, suggererent tantum super eius ordinatione regi, quemcumque illis diebus contigisset preesse[c] rei puplice[6]. Huius privilegii nos modo cassos tantum apices tenemus vanamque pristinae auctoritatis umbram veneramur, caeterum abbatem quem principes regni iusserint habemus[7]. Ita cuncta in deterius ruunt[k], cum nec divina nec humana lex valeat apud modernos.

20. Inter haec viro Dei animum pulsavit memoria verbi quod ei beatus Bonifacius, cum in Fresiam profectionem moliretur, supremo mestus digressu iniunxerat[l, 8], videlicet ut virginem Christi Leobam, cum nature debitum exsolvisset, in Fuldensi[m] monasterio tumularet. Hoc[*, 9] eô impensius sollicitabat eum, quod illa in decrepitam aetatem vergebat, et ipsum de suae quoque mortis vicinio suspicio iam habebat. Et re vera, si ipse prior excessisset, superstites gravem ac intolerandum hunc habituri erant laborem, ut corpus hominis, licet clarissimi, per tanta terrarum spacia transveherent. Consulens itaque rerum difficultati, familiariter commonuit eam, ut in loca Mogontiae proxima concederet[n], hoc modo sui *quandoque[a] funeris curatoribus multum laboris remissura[10]. Haud mora, annuit illa monenti atque in locum cui nomen est Scoranesheim[11] se contulit ibique paucarum religiosarum[o] admodum mulierum contubernio utens, reliquam aetatem anterioribus annis haud imparem exegit. Caeterum uter utro prior miliciae suae stipendia expleverit maturiusque ad Christum emigraverit, haud satis compertum habemus[12]. Nihil enim super his certi litteris inditum reperimus. Illud integra fide affirmaverim[13], quod in monasterium Fuldensê delata sit, nec tamen unum[p] cum ossibus beati Bonifacii[q] sepulchrum, sicut ipse edixerat, occupaverit.

21. Sentiêbat[r, 14] iam per spiritum instare diem dormitionis suae. Rem tamen[s] silentio premendam censuit, tum nê tam[t] e vicino imminens[15] mortis articulus necessariis suis merorem iniceret, tum ne iactando prescientiam[u] incideret in ambitionem popularis aurae, quam cunctarum virtutum perniciosam[v] ac mortiferam labem semper duxerat, tum ut êa quae de funere suo apud se disposuerat rectius ac

*) *Reliquis huius capitis omissis, ed. Lov. habet:* quod et diligenter secundum eius dispositionem adimpletum est.

a) que *superscr.* 1. b) *quoddam signum* Q *superscr.* 1, *quod indicare videtur, aliqua mutanda fuisse.* c) *superscr.* 1. d) quę 1. e) ill. tut. *corr.* tut. ill. *litteris* b. a *superscr., sed erasis* 1; tut. ill. 1a.b. f) patronandi *corr.* patrocinandi 1. g) c̄gnit. 1. h) ęcłast. 1. i) synodi *add.* 1a. k) runt *corr.* ruunt 1. l) iunxerat vid. ut virg. *des.* 1a. m) mon. Fuld. *literis* b. a *superscr. corr.* Fuld. mon. 1, *et ita* 1a.b. n) con *non satis perspicuum* 1, *post. manus certe* ĩ *corr.* o) feminarum *add., sed del.* 1. p) *h. l. superscr.* 1. q) unum *h. l. add., sed del.* 1. r) *nulla capitis distinctio* 1a.b. s) *ita* 1a.b; tā, *ut videtur, primo scr., deinde correctum, quod vero manu s. XV. superlitum, quae corr.* tu *vel* tn 1. t) iam *aut* tam, *non satis perspicuum* 1; tam 1a.b. *ed. Lov.* u) presc. — virtutum *des.* 1a. v) pernec. *post corr.* pernic. 1.

1) Demum a. 782, Iul. 28. Karolus M. in monasterio Hersfeld fuit, septem annis post synodum Carisiacensem, de qua infra in hoc capite refertur; Reg. Imp. I, nr. 246, quod auctor forte legit, et nr. 247. 2) Lamb. Ann. p. 255: *cuius . . . florentissimae opes erant.* 3) Hoc ex Breviario S. Lulli, Wenck l. l. II, 2, p. 17, ubi: *Numerus fratrum est* 150. 4) Hoc ex diplomate iam laudato, Reg. Imp. I, nr. 172, ubi: *illo monasterio una cum rebus suis ad se pertinentibus in manibus nostris tradidit.* 5) Sequentia ex diplomate modo laudato nr. 172, dato a. 775, Ian. 5. in synodo Carisiacensi, sumsisse videtur, quamquam verba cum illo minus concordant. 6) Nihil legitur in diplomate, quod verbis *suggererent — rei puplice* conveniat. 7) Cf. praef. p. 132, n. 3. 8) Supra c. 6. 9) Sequentia — *haud imparem exegit* ex Vita S. Leobae c. 17. 10) Haec inepte dicta sunt, cum Schornsheim longius distet a Fulda quam Tauberbischofsheim, ubi Leoba eo usque morata est. Neque ob causam ab auctore suppositam Lullus ei hoc suasit. 11) Schornsheim, a Maguntiaco versus meridiem et occidentem. 12) Nos quoque ignoramus; cf. supra p. 130, n. 3. 13) In ipsa Vita Leobae c. 21. Rudolfus narrat, monachos Fuldenses eam Fuldam transtulisse, et exponit, cur extra sepulcrum S. Bonifacii sepulta sit. 14) Quae hoc capite narrata sunt nullo libro adhuc servato nituntur, sed ex traditione Hersfeldensi manasse videntur. 15) Cf. Lamb. Ann. p. 233: *e vicino iam imminente die* et p. 256; p. 231: *tam e vicino imminentis exitii.*

maturius curarentur. Habebat[a] secum eximiae, ut[b] creditur, sanctitatis virum nomine Albuinum, episcopalis officii negocia post episcopum obire solitum, quem appellatione vulgata corepiscopum[1] vocant, eoque in divinis rebus et privatim et puplice adiutore ac[c] sufraganeo utebatur. Huic ad se accersito: 'Causam', inquit, 'incidi, quae ad Herveldense monasterium profectionem maturare me exigat. Tui sit officii, celebratis[d] prius missarum solemniis, me protinus insecuturum antecedere et quae mihi mecumque venientibus sint receptui providere'. Ille morarum impaciens iussa ocius capessit et que proficiscentibus usui forent disponit, missam celebrat, quid tali commento strueretur, penitus ignorans. Cumque incolumi[e] adhuc, ut a medicis dici solet, temperie[f] tocius corporis sacramentis dominicis participasset, repentę spiritum exhalavit[2]. Et ne quis fortuitum id fore suspicaretur, mirum in modum eodem momento et vitam finivit et missam. Archiepiscopus tantae rei miraculo nihil permotus, sed industrium mortis suae precursorem pronissimo favore amplexatus, navi iussit imponi et per Rhenum amne secundo devectum, in loco qui dicitur Hohstedi[g. 3] exponi[h]. Ubi cum ad funeris officium frequens de toto episcopatu populus occurrisset, magnifice susceptus, per terram in Herveldense monasterium est translatus; nec ulla funebrium honorum ambitione caruit, si quis honor tumuli, si quod solamen humandi est, transmissa in omnes fide solida, quod[i] magni momenti sint apud Deum eius merita. At beatus Lullus eodem quo instituerat ordine in monasterium Herveldense contendit. Ubi protinus morbo attactus, cum ordinationis suae annum ageret trigesimum secundum[4], 17. Kal. Novemb. honestissima morte perfunctus naturae concessit, suumque precursorem[k] insecutus, ut optamus, ut speramus, ut certissime confidimus, caelestis curiae senatoribus est annumeratus, sessurus quandoque cum choro apostolorum in subselliis iudicialibus et iudicaturus 12 tribus Israel. Nam quantis apud Deum emineat meritis, etiamsi vitae clarissimae et insigniter actae memoria obsolevisset[l], indicio tamen essent tot ac[c] tanta miracula[5], quibus, licet carne mortuus, vivit tamen apud superstites carne quondam vivente multo[m], ut ita dicam, invivacius[n]. Vivens enim paucorum, mortuus cunctorum pène aures ac mentes occupavit. Ex his animo sedet[o] pauca revolvere, ut procul facessat invidia[6], a qua ne nunc quidem vindicat eum sinus Abrahae et nomen[p] celeberrimum iam in aecclesia. Nos ei iam vota facimus, iam divinos propter Deum honores deferimus, iam solemnes ferias instituimus, et adhuc contra eum saevit[q] invidiae pestis infestissima et petulanti lingua, sicut solêbat viventem et cum corruptis moribus comminus conflictantem, ita etiam modo insectatur cum Christo regnantem. Sed nos tempus iam dudum terimus, propositum pocius aggrediamur, hoc breviter commonito[r] lectore, quod raro virtuti cum viciis conveniat.

786. Oct. 16.

22.[s] Post traditum sepulture corpus beati Lulli sexagesimus iam fluxerat annus[7], et fratribus, qui tum temporis in monasterio Herveldensi divinas agebant[t] excubias, incidit in animum, ut sacra *ossa levarent[u] et loco cęlebriori componerent. Cumque saxum quo sarcophacus[v] tegebatur adhibita ingens religiosorum hominum vis amovisset, erat videre grande atque ab hominum memoria inusitatum miraculum. Corpus tanti temporis processu terra obrutum nullam senserat corruptionis iniuriam; eam vultus honestatem, eam membrorum omnium dignitatem, eum[w] vestimentorum quoque nitorem preferebat, ut ipsa eum die expirasse aut sopore pocius quam morte sepultum crederes[x]. Sinistri tantum pedis caliculam vetustas absumpserat. Id fortuitum fuèrit an aliquid secrecioris intelligentiae sensibus intuentium innuerit, divini sit examinis; ego[y] ita existimo[z] eos non sobrię, non mediocriter sapere, qui de rebus tam archanis adeoque ab humana[a] scientia remotis temere sententiam dictitaverint[b]. Igitur cum illud

852. *c. 27.

a) r *hoc loco in marg. scriptum* 1 *forte rubricam faciendam indicat; in* 1^a. b *vero hic novum caput non incipit.* b) ut cred. *superscr.* 1. c) *superscr.* 1, *alia voce* (et?) *deleta.* d) pr. cel., *literis* a. b *superscr. corr.* cel. pr. 1; pr. cel. 1^a. b (cęl.). e) incolomi 1^a; incolomis 1^b. f) temperiē 1. 1^a, *signo compendii eraso corr.* temperie 1^a, *et ita* 1^b, *quod auctor certe scribere voluit.* g) Hostedi 1^b. h) deponi *corr.* exponi 1, *et ita* 1^a. b. *ed. Lov.* i) q̄d 1. k) dextro tramite *add. ed. Lov.* l) obsolvisset 1^a. m) ulto *corr.* multo 1. n) vivacius 1^a. b. *ed. Lov.* (vivatius 1^a). o) *deest* 1^a. b. p) iam *hic add., sed del., post* celeb. *superscr.* 1, *et ibi* 1^a. b. q) sęut *corr.* sęuit 1; sevit 1^a. b. r) lect. comm. 1. 1^b, *literis* a. b *superscr. corr.* comm. lect. 1, *et ita* 1^a. s) *novum caput non incipit* 1^a. b. t) agebat *corr.* agebant 1. u) levare *corr.* levarent 1. v) sarcophagus 1^a. b, g *e corr.* 1^a. w) aspectus *add.* 1^a. b. x) *hic desinit* 1^f, *ubi add.:* Hec sunt opera omnipotentis Dei, qui novit sanctos suos varie *(e corr.)* mirificare. Cui est honor et gratia in secula seculorum. Amen. y) *ita* 1^a. b; is ego i. *iam evanuere, liquore deleta* 1. z) eos ex. *literis* a. b *superscr. corr.* ex. eos 1; eos ex. 1^a. b. a) huma, na *superscr.* 1. b) *hic desinunt codd.* 1^a. b. c. d.

1) Albuinus non fuit chorepiscopus, sed episcopus Buraburgensis. Hoc scripsisse videtur auctor, quia in V. Wigberti c. 24. eum fuisse legit suffraganeum Lulli et praesulem oppidi Buraburgensis, ubi sedem episcopalem quondam fuisse ignoravit. 2) Quando Witta vel Albuinus obierit, alibi non traditum est; si nostro fides, a. 786. 3) Hoechst ad Moenum fluvium. Auctor illarum regionum parum gnarus fuisse videtur. Moguntiaco enim Hersfeldiam profecturus, traiecto Rheno, Moenum adverso flumine, non Rhenum secundo flumine sequitur, ut J. v. Hecke, Acta SS. Oct. VII, p. 1091, n. 5, notat; emendationem vero, quam proponit, reiiciendam esse, iam codice autographo probatur. Nescio, num, ut haec scriberet, auctori ansam dederunt quae Eigil in V. Sturmi c. 16. dixit: (corpus S. Bonifatii) *usque ad Hohheim villam, quae in ripa Moyn consistit, navigio transvectum est.* 4) Annos 32 episcopatus tribuunt Lullo Ann. Lauriss. min., Fuld., SS. I, p. 116. 143; cf. Böhmer-Will, Reg. arch. Magunt. I, p. 44. 5) Nota similia verba Lamberti de obitu Stephani papae a. 1058, p. 159. 6) Fuldensium monachorum. Cf. Lamb. Ann. p. 204: *procul facessant verborum pugnae.* 7) Cf. Lamberti Ann., SS. III, p. 47: 852. *Translatio S. Lulli in coena Domini,* 66. igitur anno post obitum Lulli haec facta sunt.

immani pondere saxum, quod operiendo corpori comparatum diximus[1], huc atque illuc volutaretur, forte manus fugit volutantium et fratri cuidam propter astanti Gerhel[mo][a. 2.*]

*) *Legenda sanctorum ed. Lovanii* 1485. *haec addit, nomine* Gerhelmo *omisso, in editione Bollandistarum, Acta SS., Oct. VII, p.* 1090, *repetita, quae postea suppleta sunt*[3]: ita pedem contrivit, ut, ossibus cum carne pariter comminutis, forma etiam pedis amissa, foedum ac miserabile spectaculum praeberet circumstantibus. Sed cito beatus Lullus moerentia fratrum pectora expedivit: nocte enim proxima, cum languidum sopor oppressisset, ita repente suus membris omnibus vigor rediit, ut hymnis quoque matutinalibus interesset, nulla tantae calamitatis ne cicatrice quidem superstite[4].

a) *extrema syllaba nominis iam evanuit* 1; *desinit* 1, *reliqua parte paginae* 27'. *vacua relicta.*

EX MEGENHARTI FULDENSIS SERMONE DE SANCTO FERRUCIO.

Petentibus Adalgero abbate et fratribus Blidenstatensis monasterii, quod Lullus episcopus Moguntinus fundaverat, translatis eo ex Castello Moguntino Ferrucii ignoti cuiusdam, qui sanctus colebatur, ossibus, conscripsit post medium saeculum IX.[5] *Megenhartus monachus Fuldensis, discipulus Rudolfi celeberrimi et auctor Translationis S. Alexandri a Rudolfo non perfectae, libellulum de illo sancto. Cum vero de eo nihil compertum haberet praeter ea quae titulus ad sepulchrum eius inventus, ut dicebatur, praebebat, nolens commenticia effingere, sermonem, 'quo mentes audientium ad spirituale gaudium provocentur', componere maluit; in cuius fine pauca illa de vita sancta, perpauca de translatione eius, de Blidenstatensis coenobii fundatione et incremento ab archiepiscopis Moguntinis promoto protulit.*

Librum integrum edidit Surius, Vitae SS. prob. (ed. Colon.) V, p. 967—972, *'ex antiquis mss. codicibus'*[6] *(ed. Gastaldi Aug. Taurin. X, p.* 732—741*); maximam partem repetivit Ioannis, SS. R. Mogunt. I, p.* 184—186. 373 *sq.; denuo recensuit libellum V. de Buck, Acta SS. Oct. XII, p.* 538—542, *collatum cum codice Bodecensi (B), ubi pars quaedam eiusdem excerpta, alterata et mendis non paucis vitiata, exstabat. Brevia excerpta nostra, quae appendicis loco Vitae Lulli subiungimus, V. Cl. E. Ouverleaux ex unico qui superstes est codice Bruxellensi nr.* 206, *membr., fol. max., saec. XII. ex. — XIII. in.*[7], *ubi hic libellus f.* 127'—130. *exstat, benigne emendavit.* *O. H-E.*

1) Quod non dixit, sed saxum olim sepulchro superpositum amotum esse. 2) Nota, de monacho huius nominis capitulo primo Miraculorum S. Wigberti, SS. IV, p. 224, relatum esse. 3) Notandum vero, hoc quoque additamentum a sermone Lamberti non alienum esse. Cf. miraculum S. Remacli in eius annalibus a. 1071, p. 183. narratum, ubi: *crura pedesque contrivit . . . . . ita pristinae restitutus est sanitati, ut ne cicatrix quidem in argumentum laesionis abolitae relinqueretur.* 4) Surius V, p. 840. breve Vitae excerptum edidit, ubi idem finis habetur. 5) Nullum indicium habemus, quo certius definiri possit, quo tempore liber compositus sit. Post obitum quidem Rabani (a. 856) hoc factum esse, verisimile est, cum Megenhartus dixerit: *Haistolfus et Rabanus . . . . locum sanctum coluerunt.* Complures monachi eiusdem nominis eodem tempore in monasterio Fuldensi vixerunt, cum a. 882. 883. 884. 888. Meginhart presb. et monachus in Ann. necrol. Fuld. obiisse dicatur. Monendum saltem est, probatum non esse, licet hoc verisimillimum sit, hunc Megenhartum eundem esse ac Translationis S. Alexandri auctorem. 6) Contra morem solitum suum stilum perpaucis tantum locis mutavit. 7) Cf. 'Arch.' VII, p. 387; supra p. 21. 120; Analecta Boll. III, p. 116.

INCIPIT PROLOGUS IN PASSIONEM SANCTI FERRUCII MARTYRIS.

Domno Adelgero[1] cum grege sibi credito[a] Megenhartus[b] exiguus omne datum optimum descendens a Patre luminum. Iuxta laudem Sapientiae veridicam, qui propriam novit occultare stulticiam, suam prestat abscondenti scientiam. Unde saepe rogati in laudem sancti Ferrucii scriptis aliquid edere[c], maluimus silendo latere quam palam subsannationi nugas promendo patere[d]. Neque enim minimum nos illa Tulliana declamatio[2] terruit, quae tepidos sic carpens scriptores intonuit: *Litteris quemquam cogitaciones suas mandare, qui nec eas disponere queat vel illustrare nec aliquo lectorem intentum facere delectamento, intemperanter est abuti litteris et ocio.* Diutina siquidem deliberacione fluctuantes, vacaremus an scriberemus, effectiva tandem illa karitas vincit, quae nonnisi operando ardoris sui flammas exerere[e] novit. Qui vero nos tantilli, qui per subarescentis stillam rivuli[3] quicquam nos prestare putemus fluctibus Rheni, qui[f] quicquid natura preciosum, quicquid moralitate decorum, quicquid ratione splendidum mundus quadrangulariter teres usquam mortalibus effert, divae tumidus totum Mogonciae confert? Ambrosios enim gremio confovet, qui divinum[g] vertice melliflui nectaris odorem asspirent, Augustinos, qui Divinitatem inter Cherubin speculando miris armaria tractatibus adaugeant, Gregorios, qui verbi divini pabula vigilantissime ruminantes, in promptuariis ex hoc in illud eructuantibus opportune promendo recondant. Ibi fons philosophicus prata virentia rivis septenis inundat gratisque potantes dulcedine terni[h] saporis inebriat. Unde suppliciter imploramus culminis celsitudinem vestri, quatinus inter aurea gemmeaque, quibus abundatis, poculorum genera craterae vilis vel gustum non dedignemini fraternaeque mentis munusculum humilitatis saltim gratia non aspernemini. Sed ecce, dum supra vires conamur, sub onere labimur, et ad gressum liberum non valentes erigi, per terram trahimur depressi, ut in nobis impleatur quod beatus Gregorius humiliter de se profitetur[i], quia vires, quas impericia denegat, karitas ministrat. Ipsius ergo meritis intervenientibus, cuius in laudem ex informi materia sermo cudetur, oculus noster interior Spiritu sancto mundante purgetur, aridumque cordis nostri desertum fonte in vitam aeternam saliente rigetur, quatinus quicquid dicetur Deo gratum, egregio Ferrucio dignum prudentiaeque vestrae placabile reperiatur.

(Iac. 1, 17. Eccli. 41, 18.)

FINIT PROLOGUS.

INCIPIT VITA.

Cum per organum Spiritus sancti familiare mirabilem et gloriosum Dominum in sanctis suis admoneamur laudare. . . . .

Quod autem sancti Ferrucii latent actus, sive scriptorum penuria contigisse conicimus, quos priscis temporibus in Germanorum partibus non adeo floruisse cognovimus, seu certe, si quibuscunque studiis exarati fuerant, bellorum deperisse turbinibus. Sic quippe Iherosolimis lex divina flammis legitur Chaldaicis incensa, sic urbium plurimarum et nobilissimarum credibile indicatur perisse monimenta. Neque enim facile persuaderi potest, Mogonciam, excellentissimis Galliarum civitatibus conferendam, litteralis immunem studii tunc temporis torpuisse, gentiumque cunctarum mercibus uberrime refertam, liberalibus disciplinis, quibus prestantissimus omnium divitiarum honor debetur, caruisse. Sed ex innumerabilibus forte bellorum cladibus, quae Galliam Germaniamque vastaverunt, cum[k] Mogonciae, tum plurimarum urbium, quae non exstant, monimenta perierunt. In chronicis itaque curiosius requisitis invenimus, Archadii, Honorii Theodosiique iunioris temporibus, sub Faramundo, Clodio[l] Meroveoque Francorum regibus, Romanis adhuc imperantibus, Gallias a diversis attritas gentibus, urbes solotenus dirutas, incolis captivatis, villas exustas; ubi cum supellectili reliqua liberalis etiam, si qua fuerat, poterat aboleri disciplina. Unde, ne pro certis incerta probasse videamur, quod habemus in promptu sequamur magnaliumque Dei laudatores quam iudiciorum eius incomprehensibilium scrutatores inveniamur. Proposuimus autem hoc sermone ad gaudium spirituale mentes audiencium provocare. . . . . . . Dicemus secundum quod percepimus, non quidem narracione plena martyris huius sanctissimi certamina, sed summatim perstringentes novissima.

(1. Macc. 1, 59.)

Ex litteris itaque mausolei, quo sacratissima medelaeque scia reconduntur ossa, vir iste beatus Mogonciae cognoscitur demoratus amoreque divino cingulum militare solvisse altaribusque sacris, Christo deinceps victurus, arma devovisse. Hinc urbis prefectus ira commotus, incertum christianus an ethnicus[m], ultra Rhenum Castello[4] sanctum transmigravit exilio[n] ferroque vinctum carceri mancipavit tenebroso. Diutina[o] siquidem maceratus inedia, per sex menses beneficia non experiebatur humana, sed carnali destitutus iuvamine, spirituali divinitus fulciebatur solamine. Hinc itaque poculum passionis amarum non exhorruit. . . . . . . Huius ergo[p] viri beatissimi corpus presbyter[q] Eugenius, adnitente[r] Berengario[5], summa cum diligentia collectum Castello tumulavit titulumque causam summatim perstringentem composuit,

a) concredito *B.* b) Meginhardus *B. Sur.* c) dicere *B.* d) parere *B.* e) exercere *B.* f) quia *B.* g) divini *B.* h) cerni *c.*; aeterni *B.* i) de se h. fatetur *B.* k) tum *B.* l) Clodovaeo *B.* m) *post haec quaedam interpolata B.* n) exilioque *B.* o) Diuturna *B*; D. vero *Sur.* p) igitur *B.* q) nomine *add. B.* r) annuente *B.*

1) Abbati Blidenstatensi. De quo nihil constat praeter diem emortualem; Corn. Will, Monum. Blidenst. p. 42: 4. *Idus. Nov. Ob. Adelgerus pr[esbyter] et abbas n[ostrae] c[ongregationis].* 2) Tuscul. disp. I, 3, 6. Verba laudata paululum recedunt ab editis. 3) Fuldae. 4) Kastel in dextra ripa Rheni, exadversum Moguntiam. 5) In titulo, Ioannis, SS. R. Mogunt. I, p. 146, legitur versus: *Eugenius, Barger conderunt ossa sepulcro.*

sperans in resurrectione se cum eo partem habiturum, quem humanitatis obsequiis prosequtus est vel defunctum.

Ibi denique membra sacratissima, beneficiis divinitus comitata, a civibus frequentata, usque ad Lulli venerabilis pacifice quieverunt pontificatus tempora; qui post sanctissimum martyrem atque pontificem Bonefacium sedis Mogonciacensis strenue rexit populum. Hic itaque predecessoris atque magistri sui 5 sequax egregius, cum per sedis suae diocesim aecclesias construeret, monasteria fundaret regnumque Francorum christianae religionis cultu longe lateque nobilitaret, reliquias sancti Ferrucii in Letancium locum[1] transtulit Deoque[a] sub cenobialis normae disciplina militantes adunare curavit, spiritu ferventes, (cf. Rom. 12, 11. 12. 16.) spe gaudentes, id ipsum invicem sencientes, animas suas castificantes in obediencia karitatis, in amore fraternitatis. Boni vero pastoris[b] usus providentia, fratribus ipsis, ne deficerent in mandatorum Domini 10 via, victus atque[c] vestitus sufficientes reditus contradidit ipsumque[d] locum, donec in corpore vixit, summa devotione pro sancti reverentia coluit. Postquam autem domus eius terrestris habitacionis huius[e] luteae (cf. 2. Cor. 5, 1.) soluta est, ut non manufactam, sed aeternam in caelis inhabitaret, pontificatus illius pariter et religionis[f] successores Richolfus[2], Haistolfus et Rabanus[3] eadem devotione locum sanctum coluerunt, ecclesiam amplificaverunt, tumbam sanctarum exuviarum decenter composuerunt, pauperes Christi sacris ossibus 15 excubantes humanitatis summae consolacione foverunt. . . . .

a) ideoque *B.* b) u. p. *corr. p. u. c.* c) et *B.* d) imprimisque *B.* e) eius *B.* f) suae *add. B.*

1) Bleidenstadt in saltu qui dicitur Taunus, ad fluviolum Aar. Ahd. *blîdi* = laetus. 2) Qui a. 812. Ian. 6. ecclesiam Blidenstatensem consecrasse dicitur ex inscriptione, qui ibi olim habebatur; Poetae Carol. I, p. 431; cf. Brower, Antiq. Fuld. p. 151; Dahl, in 'Annalen d. Ver. f. Nassauische Alterthumsk.' II, 2, p. 81; Will l. l. p. IX. 3) Cf. Rabani carmen, 20 Poetae Carol. II, p. 225.

ERMANRICI SERMO DE VITA S. SUALONIS DICTI SOLI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

De vita et scriptis Ermanrici, discipuli Rudolfi Fuldensis et Gozbaldi episcopi Wirzburgensis, monachi Elwangensis, postea a. 865—874. *episcopi Pataviensis, luculenter egit V. I. E. Dümmler in 'Forschungen' XIII, p.* 475—485. *Vita Hariolfi fundatoris coenobii Elwangensis iam edita est SS. X, p.* 11 *sqq., eiusdem epistolam ad Grimoldum abbatem edidit Dümmler, partim in 'Mittheilungen der Züricher antiq. Gesellschaft' XII,* 6 *(*1859*), p.* 205—216, *integram in Progr. Hallensi* 1873. *Tertiam Ermanrici lucubrationem, sed ante has duas iam dictas compositam*[2], *hoc loco proponimus.*

Sualo vel Suolo, ab aliis forma Anglosaxonica, ut videtur, usis Sola dictus, quod nomen Ermanricus in Solum, ut eum solitarium indicaret, mutavit[3], *saeculo octavo cellam in dioecesi Eichstetensi ad Altmonam fluvium sitam excoluerat, e suo nomine Cellam Solae vel Suolenhus (Solnhofen) dictam, quae postea in possessionem Fuldensis coenobii transiit et ab Hrabano abbate, compluribus praediis ei attributis*[4], *praepositura instituta, plerumque a monacho Fuldensi administrabatur. Ei aliquo tempore praepositus erat Gundhrammus, nepos ex fratre Hrabani abbatis, in monasterio Fuldensi educatus*[5], *diaconus et capellanus Ludovici Germanici regis*[6]. *Qui, elevato sollemniter corpore S. Sualonis, cum quadam die ab Ermanrico amico suo*[7] *visitaretur, rogavit eum, ut vitam huius sancti conscriberet*[8]. *Cui hic, impetrata a Hrabano abbate licentia, annuens, Vitam Rudolfo magistro suo dedicatam cum epistolis et carmine ad ipsum et Gundhrammum praepositum datis et huius rescripto praemissis edidit.*

Ubi Ermanricus Vitam conscripserit, non constat; certe iam non Fuldae tunc morabatur[9]. *Eum hunc libellum inter a.* 833—842. *composuisse, statuit*

1) Cf. etiam 'N. Arch.' IV, p. 321 sq.; 'Bursians Jahresbericht über die Fortschritte der Alterthumswissenschaft' I, p. 10—14; Ebert, 'Allg. Geschichte der Litteratur des Mittelalters' II, p. 179—184. 2) Vitam Sualonis diaconus ante a. 842, Vitam Hariolfi presbyter post a. 842. edidit (SS. X, p. 11), epistolam ad Grimoldum inter a. 850—855. scriptam esse constat (Dümmler in 'Forsch.' XIII. l. l.). De Vita S. Magni v. SS. IV, p. 382. 426; Wattenbach, 'GQ.' ed. 4. I, p. 231 sqq. 3) Vita c. 3. 4) Dronke, Trad. Fuld. p. 61, nr. 29. 5) Vita c. 10; cf. epist., 'Forsch.' V, p. 386. 6) C. 9; ubi aedituus — i. e. custos — cellae appellatur. Rudolfus in libro de Miraculis Fuldensibus c. 4. de praeposito cellae dicit. Haud dubie idem munus utroque loco indicatur. 7) Familiaritatem contraxerunt aut Fuldae, ubi uterque litteras edoctus est, aut in curia regis, si recte Wattenbach l. l. p. 230. coniecit, Ermanricum quoque quondam capellae regiae adscriptum fuisse, qui Gozbaldum quondam archicapellanum magistrum suum dicat. 8) Vita c. 10. et epist. praemissae. 9) Quod patet ex epist. ad Rudolfum data et ex eo quod a Gundhrammo petierit, ut Hrabanum abbatem adeat pro licentia Vitae scribendae impetranda; epist. I.

Dümmler[1], *sed tempus forsan strictius determinari possit. Ex Rudolfi enim libro de Miraculis Hrabani abbatis tempore Fuldae actis (infra edendis c.* 4) *patet, a.* 836—838. *non Gundhrammum, sed Santharatum quendam monachum Fuldensem Cellae Solae praepositum fuisse. Iam vero a.* 833—835. *Vitam compositam esse, minus probabile videtur*[2]; *unde consentaneum est, eam inter a.*839—842. *esse editam.*

Gesta Sualonis Ermanrico, qui antea nihil de eo scivit, a Gundhrammo et a quibusdam natu grandioribus, qui sanctum vivum vidisse dicuntur, narrata sunt[3], *sed haec admodum levia et tenuia, partim dubia, partim inepta. Nonnisi quae de auctore et Gundhrammo ex hoc opusculo discimus alicuius momenti sunt*[4]. *Et haec omnia sermone tam rudi ac mendoso*[5] *quam turgido ac calamistris vocabulisque inauditis, praesertim Graecis misere corruptis*[6], *quasi ornato narrata sunt. Unde factum est, ut in plerisque codicibus multa a scribis vel lectoribus, qui ea non intelligebant vel mendosa videbant, emendata vel mutata sint, quare multos codices evolvere oportuit, ut textum autenticum restitueremus. Sunt autem hi quos adhibuimus:*

1) *Sangallensis nr.* 571 *(S. n.* 436*), membr.* 4°, *ubi p.* 235—263. *Vita Soli manu saec. IX. pulchre et ex optimo exemplari, sed minus accurate, non paucis mendis a scriba illatis, descripta exstat*[7].

2) *Monacensis nr.* 18897 *(Teg.* 97*), membr.* 4° *min., olim Tegernseensis monasterii, saec. X, p.* 177—229, *pulchre et satis accurate scriptus, sed pristinae lectiones multae a lectore quodam saec. XI, ut videtur, mutatae sunt*[8]. *Ex apographo huius codicis, quod iam omnes lectiones recentiore manu mutatas receperat, descripta est Vita Soli duorum sequentium legendariorum, quae ex eodem exemplari derivata esse iam saepius diximus*[9].

2[a]) *Monacensis nr.* 22245 *(Windb.* 45*), membr., fol. max., saec. XII. ex., sextum volumen magni legendarii Windbergensis, Vitas Nov.* 23 — *Dec.* 31. *continens, ubi Vita Soli f.* 54—60. *exstat. Hunc codicem nactus Canisius post editionem suam absolutam, epistolas et carmen et variam lectionem ex eo dedit Ant. lect. IV,* 2, *p.* 732—741[10].

2[b]) *Monacensis nr.* 9506 *(Alt. sup.* 6*), membr., fol. max., saec. XII. ex., quartum volumen, sed unicum quod superest, magni legendarii Altahensis f.* 137 —140. *Vitam Soli continet, omissis vero epistolis et carmine et indice capitum in reliquis codicibus praecedentibus*[11].

1) 'Forsch.' XIII, p. 478 sq. Ante a. 842, quia hoc anno Hrabanus abbatiam abdicavit (Dümmler, 'Ostfränk. Reich' I, p. 171. 301), qui c. 6. monasterium Fuldense regere dicitur; post a. 833, quia hoc demum anno Ludovicus Germanicus, antea rex solius Bawariae, orientalis Franciae regno potitus est; post hoc igitur tempus demum Gundhrammum ex monasterio Fuldensi in curiam suam advocasse videtur. 2) Nimis breve videtur hoc tempus, quo omnes res ab ea die qua Gundhrammus in curiam vocatus est usque ad editionem Vitae gestae fieri potuissent. 3) Epist. Gundhr.; Vita c. 9. 7, ubi quidam senex, servitor olim sancti, testis affertur. 4) Dümmler, 'Forsch.' XIII, p. 479. 5) Iam certissime ex optimis codicibus constat, eum saepissime contra praecepta artis grammaticae peccasse. Scripsit: *illo, uno, solo, rege, illaque familia* pro casu dativo, *finis* tamquam vocem femininam usurpat; *ut* coniunctionem cum indicativo ponit, *tacere* et *appetere* et *incipere* cum genitivo, *auxiliare* (pro *auxiliari*) cum accusativo ut *adiuvare* coniungit etc. 6) Cf. Dümmler, 'Forsch.' XIII, p. 479, n. 5; XIV, p. 403, n. 7) Cf. supra p. 44; Dümmler, 'Forsch.' XIV, p. 403 sq. de hoc codice retulit. Ubi in epistolis vel lemmatibus nomen Ermenrici occurrit, excepta subscriptione, scriba ASḠ pro eo posuit, quod quid significet, ignoro, nec Dümmler explicavit. Ubicumque Hrabani abbatis mentio facta est, scriba pro abbate titulum archiepiscopi posuit, quia Hrabanus a. 847—856. sedem Moguntinam tenuit. 8) Cf. supra p. 119; 'N. Arch.' IX, p. 580. Ex hoc codice epistolam I. ad Gundhrammum et versus 50 adoniacos ed. Pez, Thes. anecd. IV, p. xxvii. 9) Supra p. 18. 44. 134. 10) Praeterea opus integrum exstat in codice Lipsiensis civitatis nr. 196, membr., saec. XIII, olim monasterii Altahensis inferioris; Naumann, Catal. bibl. Lips. p. 63. 11) Cum hoc codice convenire coniicere possis codices magni legendarii Austriaci, quibus eadem desunt, Sanctae Crucis nr. 11, Zwetlensis nr. 15, Mellicensis C 12 ('Arch.' VI, p. 148; VIII, p. 724; X, p. 645 sq. 656).

3) *Monacensis nr.* 4608 *(Bened.* 108*), membr., fol. min., olim monasterii Benedictoburani, saec. X—XI, f.* 221—231′. *Omnibus fere lectionibus cum codice* 2 *convenit, etiam easdem glossas, eandem scribendi rationem, eosdem accentus praebet, nec tamen ex eo, sed ex eius archetypo descriptus est, cum aliquoties codicis* 1 *lectiones autenticas habeat, ubi* 2 *differt.*

In sequentibus codicibus, qui eiusdem recensionis sunt, epistolae tres praemissae, versus 50 *adoniaci, index capitum omissi sunt*[1]*:*

4) *Cheltenhamensis bibl. Phillipsianae nr.* 16375 *(Libri* 1103*), membr.,* 4° *min., saec. XI*[2].

4^a) *Codicem* 4 *simillimum adhibuit Andreas Bambergensis, cum Vitam Soli integram, solo prologo omisso, libro suo de viris illustribus S. Benedicti insereret. Quae in eius codice Bambergensi E. III.* 9, *membr., fol. max., saec. XV. ex.*[3], *f.* 196′—199′. *legitur.*

5) *Parisiensis Lat. nr.* 9744 *(Suppl. Lat. nr.* 165[11]*) chart., saec. XV, olim monasterii Rebdorfensis*[4], *f.* 10—13′, *ubi non pauca temerarie mutata sunt. Ex hoc codice Vitam edidit Canisius, Ant. lect. IV,* 2, *p.* 541—558[5].

Omnes quos adhibuimus codices ex eo exemplari derivati videntur, quod Ermanricus Gundhrammo transmisit[6], *et tria eius apographa repraesentant. Primum, optimum, sed mendis minime vacuum, est codex* 1, *ex altero, ubi non pauca obscurius scripta iam mutata erant, descripti sunt* 2. 3, *ex tertio particulis Vitae praemissis carente, ubi etiam aliae lectiones vel eaedem aliter alteratae erant, manaverunt* 4. 4^a. 5. *Quorum nr.* 4. *b. m. R. Pauli, nr.* 5. *V. I. G. Waitz, reliquos ipse exscripsimus.*

Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. III, 2, *p.* 429—438. *partes editionis, quas Canisius ex codd.* 2^a. 5. *dedit, coniunxit*[7], *lectiones alterius ex altero emendare conatus est, quod parum feliciter ei cessit. Basnage repetivit Canisii editionem, annotata varia lectione codicis* 2^a, *Ant. lect. II,* 2, *p.* 166—175.

O. Holder-Egger.

IN[a] MANU DEI[b] OMNITENENTIS ORDITUR EPISTOLA ERMINRICHI[c] DIACONI AD GUNDRAMMUM[d] DIACONUM[e].

Dilectissimo in Christo Gundhrammo[f] eximii ministerii diacono[g] Ermanricus[h], conlevita tuus, indignus[i] licet, devotus tamen in Domino. Dum ubique urbanitate ac munimento[k] divinorum eloquiorum comptus necnon et in coturno sublimis habearis, et dum late

a) *epistolae, carmen, capitum index exstant in codd.* 1. 2. 2^a. 3; *desunt* 2^b. 4. 4^a. 5. — Prologus in vitam sancti Soli monachi *rubra* 2^a. b) *deest* 1. — OMIPIS (omnipotentis) 3. c) ASḠ 1. d) GRM 1; Gumdr. 3. e) de vita sancti Soli confessoris atque abbatis *add.* 2; de vita sancti Soli confessoris Christi *add.* 3. f) Gundrammo 2. 2^a; Gumdrammo 3. g) *deest* 2. 2^a. 3. h) ASḠ 1; Erminr. 2^a. 3. i) l. i. 2^a. k) monumento 1.

1) Nescio num codex Monacensis nr. 4653 (Bened. 153) membr. saec. XII, f. 76′—94′, ubi eadem desunt (Dümmler, 'Forsch.' XIII, p. 476), huius recensionis, an ex 3 descriptus sit. 2) Cf. 'Catal. of the collection of mss. formed by Libri' 1859. p. 244, ubi pagina quaedam huius codicis tab. XX. aeri incisa est. 3) Cf. de eo 'Arch.' XI, p. 421 sqq. 4) Cf. supra p. 84; 'Arch.' XI, p. 282. 5) Nomen auctoris quod in subscriptione huius codicis corruptum legitur *Ermenoldi* ex eo ortum est, quod in eius archetypo *ERMI* ut in 1 vel *Eremi* ut in 4 scriptum erat. 6) In indice capitum c. 10. in omnibus codd. legitur, qui eum continent: *Tumba eius ab indigno (diacono) Gundhrammo renovata etc.*, quod Erminricum non scripsisse apparet, sed illum *a domno Gundhrammo* scripsisse, hunc in suo exemplari modo dicto mutasse coniicio. Quod probatur alio loco c. 9, ubi codd. 2—5 habent: *quid . . . . mihi narraverit domnus Gundrammus*, 1 vero: *narrav. indignus Gundhr.* Patet ergo sane, in archetypo omnium codicum utroque loco pristinam lectionem fuisse mutatam superscripta voce *indignus*, sed altero vocem principalem non fuisse deletam, quare 2—5 eam retinuerunt. 7) Sed omisit primam epistolam Ermanrici ad Gundhrammum et carmen 50 versuum, qua sola de causa Basnage l. l. p. 164. epistolam illam spuriam iudicasse videtur; v. Dümmler, 'Forsch.' XIII, p. 475, n. 3.

seges doctorum pene ad maturitatem perducta[a] sit, ita ut ubicumque grammatici ac[b] philosophi ecclesia in sancta ymnidicos resonent modos, miror multum, cur hos omnes, qui[c] bene scioli ac tibi sunt in his notuli, praeteriens[d], metenus perveneras[e], petens et sacramentis obtestans[f], ceu minimam ac infimam paleam, granum quoddam ad boni odoris pastum eliminare[g]. Quod ita arduum sensui meo videtur, quantum ad tale opus minus peritus[a] a cernentibus iudicor. Sed ad haec ne obsisterem, intulisti illud Socraticum: 'Apis', inquiens, 'quod nequit viribus, conatur ingenio'. Et cernis, quod fert formica folliculum sibimet permaximum, ac per id statura non despicitur, cum magnitudo oneris deportetur, licet leve sit quod velle constat[h]. Haec ita fore, res devulgent[i]. Sed tamen, ut catholica fides tenet, nostrum est velle, et Dei omne bonum coeptum perficere; dum nec concipi quid boni potest, eo non incipiente, neque perfici, ni[k] ille assit perficiens qui et ordiens. Quapropter summis precibus ad auxilium nostrum est ille[l] petendus, qui propter nos dignatus est cadere[m] in terram ut summum granum, ut[n] aeternum, ut[o] fructiferum, ita ut, peracta resurrectione sua, seges innumerabilis credentium orthodoxorum increverit, amenque[p] ac 'Deo gratias' ubique dicatur. Inde et descendit illud purum granum, odorem bonorum operum Deo et hominibus undique spargens[q], Solus, vulgariter Sualo cognominatus, ex discipulatu sancti Bonifacii[r] monachus factus, cuius tu[s] modo et tugurium possides et vitam describere me[t] non solum poscis, sed et obnixius[u] angis[v]. Quod me tunc facere velle cum Dei amminiculo profiteor, si venerabilem abbatem[w, 1] domnum Rabanum, tuum patruum, licentiam scribendi petieris, vel potius, si permagni laboris non esset, ipse dignaretur tanti viri signa annotare; vel si hoc ob nimiam eius occupationem fieri nequeat, Ruadolfo[x, 2] in omni arte ex eius doctrina peritissimo, salvo domni abbatis[y] privilegio[z], identidem iubeat. Ad ultimum, si saltim tuae mentis sit id agere, et hoc facias me praenoscere. Opto me tecum in Christo ubique[a] bene valere. Amen[b].

ITEM[c] RESCRIPTUM GUNDRAMMI DIACONI AD ERMINRICHUM[d] DIACONUM.

Caritate quae Deus est amato Ermanricho[e] diacono et monacho Gundhrammus[f], conlevita tuus, aeternam salutem[g] in Domino. Sane cum non[h] ignorem me hactenus[h] in activa et[i] periculosa vita et te, ceu remotiorem a saeculari militia, positum in theorica, non dubitem, quin recorderis mei[k] sedulo, ut me Deus omnipotens conservet a mundi retiaculo. Et ut lectum habes, ob deletionem[l] criminum et augmenta praemiorum praesens hoc tempus a Deo indultum habemus. Quapropter, frater mi, licet diverso habitu[3], uno[m] tamen serviamus Domino, cuius onus leve est, cuius iugum ferre suave est[n], volentibus[o] tamen. Dein honoremus et sanctos Dei devota mente, servitio quo possimus[p], quia bonam voluntatem Deus in nobis quaerit, nec penset[q], quantum, sed ex quanto serviamus ei. Idcirco et te quasi caeteris familiariorem[r] poposci, quatenus Soli[s] beati monachi vitam et gesta conscribas, ut meritis ipsius tui laboris mercedem apud omnipotentem Retributorem accipias ac mihi in eo satisfacias[t], et uterque cumulum sudoris recipiat in futuro, ego petitionis, et tu[u] scriptionis. Nam et multos actus eius agnovimus tam[v] insignes, et in vita huius lucis agentem et post hanc vix comparabilia facientem, ita ut aliquem ex prioribus heremicolis, vel Antonium vel Paulum in eo mirares[w]. Quae non solum ex ore meo didicisti, sed et a superstitibus quibusdam, qui eius[x] verba et opera hausere, indubius exaudisti[y]. Qua-

a) *deest* 2. 2ª. 3. b) a 1. c) q. b. *des.* 1. d) pretereundo 2. 2ª. 3. e) perveneris 2ª. f) obstans 2. 3, *corr.* obtestans 3. g) elimare 2ª. h) costat 2. i) divulg. 2ª. k) *superscr., alia voce deleta* 2. l) *in loco raso* 1. m) *del. et superscr.* descendere 2, *et ita* 2ª. 3. n) et 2. 2ª. 3. o) faciat 2ª. p) que *deest* 2ª. q) sparges 2. 3. r) Bonef. *hoc solo loco* 1. s) *e corr.* 2; tantum, *alio atram. superscr.* tu 2ª. t) *deest* 2ª. u) obnoxius 2. 3. v) agnis 1. w) archiepiscopum 1. x) Ruadofo *corr.* Ruadolfo 2; Ruodolfo 2ª. y) archiepiscopi 1. z) prilegio 2; vi *in loco raso* 3. a) b. u. 2ª. b) *deest* 2. 2ª. 3. c) *rubra deest* 2ª. d) ASG̅ 1; Erminr̄ 2; Erminricum 3. e) *ita h. l.* 2. 2ª. 3; ASG̅ 1. f) Gundrhammo 1; Gundrammus 2. 2ª. 3. g) *deest* 2. 3; in D. sal. 2ª. h) act. *saepius* 1. i) vita et per. *corr.* et per. vita 3. k) me 2ª. l) delectionem 2. 3, *corr.* delet. 2. m) *ita codd., corr.* uni 2. 3. n) *deest* 2 (*ubi* suavę). 2ª. 3. o) volenti 2ª. p) possumus 2. 2ª. q) *post corr.* pensat 3, *et ita* 2ª. r) familiorem 2. 2ª. 3, *post superscr.* ari 3. s) Suali 1, *quod a Gundhrammo hoc loco scriptum esse, credi possit; sed Ermanricus, se semper* Solum *scripsisse, infra c. 3. diserte indicat, quod tamen a scriba Sangallensi aut iam in eius archetypo in* Sualum *saepius mutatum est.* t) satis ‖ *extremae syllabae paginae* 1. u) tui 1. v) Tam̄ 2. 3. w) *ita* 1. 2. 3; mirareris, *alio atram. superscr.* vel mireris 2ª. x) v. eius *corr.* e. v. 2ª. y) audisti 2ª.

1) Fuldensem a. 822—842. 2) Celeberrimo auctori Annalium Fuldensium, Vitae Leobae et Miraculorum Fuldae actorum in hoc tomo editorum. 3) Ermanricus scilicet monachi, Gundhrammus clerici secularis.

propter non pigeat te hanc viam[a] aggredi, scilicet ut gesta eius brevi et veraci periodo conscribas, quia et maiora otia te habere censui ob beatam consuetudinem coenobii, et ideo neminem alium laborantium ad hoc opus quaero; nolis, velis, te[b] acclamito, ut huius materiae[c] cum Dei oppitulatione incipias, exposco, domnique[d] abbatis[e], patrui mei, licentiam defero et Ruadolfi[f], oratoris tui, preces annuntio, teque ipse afflagito[g], quin et ex amicali[h] familiaritate firmiter mando, ut et vera et manifesta Dei opera luculento sermone depingas[i] et in corrigendis et augendis Ruadolfum[k] adesse deposcas, ad eius personam prologum scarpsinans[l]. Opto itaque fraternitatem tuam ubique bene valere mecum in Christo. Amen.

ORATIO[m] ET METRUM BIPEDALE[n] ERMINRICHI[o] AD RUADOLFUM[p] INCIPIT.

Versus ab imo
Ordiar ergo
Corde, supernis
Iungere sanctis
Concupiendo,
Quatenus istic
Facta beatum
Laetificent[q] me et
Semper in aevo
Gaudia longa.
Curre ideoque,
Musa celebris!
Nolo pigrescas,
Nolo desistas,
Quin bene cantes.
O bone Christe,
Mitis et alme
Rector et auctor,
Quicquid in orbe
Est bene cretum
Te tenus vernat;
Omnia recta
Incipiuntque
Te ex finiuntque
Omnia tecum.

Tu mihi labrum
Rore superno
Tangas ab alto,
Carmina caelo
Ut pia pangam.
En Ruadolfe[r],
Doctor amande,
Te peto scribens,
Corrigas unca
Verba benignus,
Et plana firma
Nec deme vera,
Quatenus ista
Littera fusca
Reddat habenda.
Nam neque Solus
Cessat orando,
Quin foveat nos
Hic et in aevo[s]
Remunerando,
Cuius erunt[t] hîc[u]
Gesta notata.
Prima problema[v]
Adtenus acta
Suscipe, nauta!

BIPEDALIS[w] METRI VERSUS L FINIUNT ERMINRICHI[x] DIACONI.

INCIPIT[y] EPISTOLA EIUSDEM AD EUNDEM DOMNUM RUADOLFUM MAGISTRUM.

Omni in arte celeberrimo domno Ruadolfo[z], meo didasculo[a], Ermanricus[b], ultimus omnium ac indignus levita, plurimam aeternamque in Domino salutem. Ex quo, pater sanctissime[c], bonitatem ac doctrinam tuam merui[d] aliquantulum praelibare iuveniori tempore, licet ut infans, qui magis optat ludere quam mores et sophiam discere, ex hoc tamen assensi, non quantus és, sed, ut quantula tunc virtus affuit, quia[e] magni ac multiplici[f] ingenii vir sapiens habearis. Nec tale lumen in te fore quivisset, ni ex luce luminum scopos[g, 1] tua illustrata fuisset, quia omnis sapientia a domino Deo est, et spiritus ubi vult spirat, cf. Ioh. ev. 3, 8.

a) non *iterum add* 2a. b) *deest* 2a. c) materiem 2a. d) que *deest* 2a. e) archiepiscopi 1. f) Růd. *h. l.* 2. 3; Ruod. 2a. g) effl. 2a *solus.* h) amicabili 2a *solus.* i) depinguas 1. k) Rŏd. *h. l.* 3; Ruod. 2a. l) scrapsinans 1. m) *rubra deest* 2a. n) BIPELA 1. o) *ita* 3; ASḠ 1; Ermanr̄ 2; diač *add.* 3. p) Ruod. *h. l.* 2. 3; magistrum *add.* 3. q) Letificet *corr.* Letificent 2. r) Ruod. 2a. s) (a)evum 2. 2a. 3. t) esset 2a. u) *deest* 1. v) proplema 2. 2a. 3. w) Explicit bip. m. v. L 2. 3; *rubra deest* 2a. x) ASG DIAC̄ 1; Ermanr̄ diacon̄ 2. y) *rubra deest* 2a. z) Rŏd. 2a. 3. a) *ita* 1. *et Ermanr. in Vita Hariolfi, SS. X, p.* 11; didascalo 2. 3; didascolo 2a. b) ASḠ 1; Erminricus 2a. c) sc̄issimime 1. d) *deest* 2a. e) *ita* 1; qui 2. 3; quam 2a. f) multiplicis 2a *solus.* g) *ita omnes codd. (2 in loco raso).*

1) Mabillon emendavit scotos (σκότος). Sed cum omnes codices consentiant, auctor scopos scripsisse censendus est, forte cogitans de σκοπεῖν, σκοπός et intelligens visum, facultatem videndi.

requiescens[a] super humilem et trementem verba Dei. Qua de re, venerande magister, in multis desidero profectum habere tui, dum et omnibus iuxta apostolum omnia factus és, (1 Cor 9, 22.) mihi infirmo factus és ceu infirmus, quatenus, ut aliger semiplumatus, firmior ex doctrina tua fiam et quandoque, Deo gubernante, in campum oloagiographae[b] volare ac quiescere queam. Quod et te scio magis rebus quam verbis ostendere malle, si tempus secundum adesse potest. Interim paternitati tuae volui[c] intimare, quid super petitione[d] carissimi mei[e] Gundrammi et[f] tuae mentis esset, utrum incipiam, an — ut insipientum[g] moris est — penitus denegem. Nam huiusmodi non solum petebat, sed et obsecrabat: 'Adiuro te, amande[h], per vitam meam, uti[i] in amore Domini vitam sancti Soli[k] monachi conscribas gestaque[l] eius propales, in quantum a fidelibus referentibus conperta sint tibi, nec abneges deprecanti'. Cuius[m] tam honeste[n] petitioni, licet laboriose[n], negare non potui. Idcirco et paternitatem tuam deposco, ut, ubicumque in sensu vel ratione tibi videar titubare, paterno stilo emendes, quia et huius beati viri progressus vel vita tibi est notior et ad corrigendam seriem orationis ideo aptior. Nam ego tantum ea quae auditu percepi scribere malui[o], etsi non omnia, tamen ipsa[e] quae a religiosis viris audieram praeterire dignum non censui[p], quia in multis evidentioribus signis apparet, quam magni meriti sit apud Deum omnipotentem iste vir. Quapropter et[f], dimissa acediosa[1] excusatione, ad narrationem, quamvis brevem, Deo[q] annuente iam veniam, uti simul in Christo bene semper tecum valeam. Amen.

EXPLICIT EPISTOLA AD SUPRADICTUM MAGISTRUM[r].

INCIPIUNT CAPITULA SUBIECTI[s] SERMUNCULI.

1.[t] Quibus temporibus et quo magistro sit astructus[u] et de qua gente progenitus beatissimus Solus[v].
2. Quod solitudinem amaverit, et ob hoc censetur ita vocatum locum[w] et ipsum.
3. De estimatione nominis eius[f] et ipsius loci vocabulo.
4. In quo pago locus ipse sit situs et qualiter[x].
5. Qualiter ad aures domni imperatoris[e] augusti Karoli[y] eius studium delatum sit, et de confirmatione[z] dominica circa ora loci supradicti.
6. Quod habuit sui silvatici sudoris amminiculatores domnum Willibaldum[a] episcopum et germanum eius Winnibaldum[b] presbiterum.
7. De eo quod a nativitate caecum curavit et claudicantem erexit.
8. Quod surdum ac mutum invocato Christi nomine sanavit.
9. De miraculo aselli eius, cui in Christi nomine praecepit, lupum[c] ad morsum bidentium festinantem necare, et sine mora accurrens momordit eum[d].
10. Tumba eius ab indigno[2] [diacono[e]] Gundhrammo renovata, qualiter odore suavissimo tota regia domus delectabiliter repleta sit; et[f] quod in decem capitulis sermonem[g] meum super[h] eo succingere malui[i].

FINIUNT[k] CAPITULA.

INCIPIT[l] DE VITA BEATI SOLI PRESBITERI ET MONACHI SERMO.

In paganorum itaque multorum panagericis[m] dum multos scenico more viventes ita poeticis[n] figmentis conperimus, perlectis eorum actibus, laudatos, ut stolida mente et penitus a lumine fidei[o] caeca eos in deos transtulissent, quos aliquid sibimet inusitatum[p] commentante diabolo invenisse fabulose iactabant: cur nos, qui christiani sumus signaculoque muniti stigmatis Christi, quo[q] levato, omnia Aegypti delubra, cadentibus idolis, diruta sunt[r], taceamus[s] gloriosorum[t] belligeratorum pro fide Christi in omni vita sua decertantium[u]? Quin actus vitamque eorum[v], tamquam verissimo Rege[w] militantium, liberiori religione describamus, quos signa per virtutem[x] Domini, non ficta, sed veraciter facta et praesentia ac

a) requiens 1. b) *gl.* 2. 3: totae Sanctae Scripturae. c) i. v. 2ª. d) peticioni 2ª, *ubi* tue *add., sed expunctum.* e) *deest* 1. f) *deest* 2ª. g) insipientem 1. h) per v. m. am. 2. 2ª. 3. i) ut 1. 2ª. k) Suali 1. l) g. e. *des.* 2. 2ª. 3. m) Cui 2. 2ª. 3. n) *ita* 1. 2. 3. o) mallui 1. p) sensui 1. q) ađo 3. r) ad Rŏdolfum 3; *rubra deest* 2. 2ª. s) sequentis libri 2ª. t) *numeri des.* 1. 2ª. u) asstr. *saepius* 2. 3. v) Sualus 1. w) vocabulum 3. x) et q. *des.* 2. 2ª. 3. y) Car. *h. l.* 1. z) et firmatione 2. 2ª. 3. a) Wullib. 2. b) Winnib., *manu s. XV. corr.* Hunibald. 2; Wnnebald. 2ª. c) *deest* 2ª. d) erunt, *post superscr.* vel eum 2ª. e) *deest* 2. 2ª. 3. — Gundr. 2. 2ª. 3. f) *deest* 3. g) sermone mecum 2ª. h) s. eo *des.* 1. i) malli 1. k) Expliciunt 2. 3; *rubra deest* 2ª. l) *ita* 1; Inc. sermo de v. sancti pr. et m. S. 2; Inc. vita sancti S. monachi 2ª; Inc. v. sancti S. sacerdotis 2ᵇ; Vita sancti S. confessoris Christi *alia manu s. XI.* 3; Inc. v. sancti Solę confessoris Christi 4; Prologus Ermenoldi diaconi et monachi in vitam b. Sole pr. ac m. 5. m) *post corr.* paganericis 2, *et ita* 2ª·ᵇ. n) poaet. 1. o) c. f. 4. p) inusitate *ead. manu corr.* inusitatum 1. q) quę 2ª·ᵇ. r) *in loco raso* 1. s) vitam *post superscr.* 2, *add.* 2ª·ᵇ. t) gloriosum bell. triumphum 4. 5. u) decertatum 2ª. v) ipsorum 5. w) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* regi 2, *et ita* 2ª·ᵇ. 4. 4ª. 5. x) virtutum 1.

1) i. e. taediosa, molesta; cf. Ducange-Henschel, Gloss. s. v. *acedia.* 2) Cf. praef. p. 153, n. 6.

post[a] huius vitae discessum subsequentia clarissimos reddunt[b], in tantum ut nil dubitemus eos, quin cum[c] Christo sint in paradyso gaudentes, qui tot ac tanta nomine Domini invocato in terra fecere praesentes. Et dum usque hodie Maronis ac Homeri inutiles fabulae a christianis viris lectitantur, cur non magis libet perscrutari dicta ac facta maiorum, ad quorum tumbas sedulo procumbimus, divinam clementiam implorantes, quatenus[d] per intercessionem eorum qui iam sunt in caelo cum eo[e] coronati nos[f], qui adhuc in dubio scammate[g] assistimus, auxiliare[h] ad gloriam sui triumphi dignetur[i]? Sed ne nimis in longum sermo proteletur[k], adbrevientur huius rationis ambages. Et quia[l] magnorum heroum omnium acta pensare dignum me fore haud censeo, mei[m] honorabillimi[n] beati Soli[o] sacerdotis Christi vitam ex parte tangendo, licet super meas[p] vires sit, propalare[q] tamen aggrediar.

1.[r] Igitur beatissimus caelicola[s] apostolis in omni actione sua pene consimilis Solus[t], regnante domno Pippino imperatore[1] super Franciam et Germaniam eodem tempore, quo ipse de gente Anglorum magistrum suum, sanctum scilicet Bonifacium[u] archiepiscopum, prosecutus[v], hanc in patriam ceu iubar solis clarissimum delatus est. A quo presbiter monachusque[w] ordinatus[2], sanctae conversationis initia sumpsit. Cum enim piissimus imperator, comperta sancti Bonifacii sanctimonia ac sotiorum[x] eius, coeperit[y] familiaritate eorumque colloquio amicaliter[z] potiri, annuente Dei gratia, coepit beatum episcopum Bonifacium prae omnibus his qui sub eo fuere episcopis habere eumque sui[a] ac totius populi fidei doctorem fieri iussit. Qui[b] tum[c] ab imperatore mandatum sumens, totam Franciam ac Alamanniam[d] luce[e] fidei, ceu pater filios non solum lacte, sed et pane firmiores[f], educavit atque, ut erat vir[g] per omnia plenissime doctus, ne per imperiale praeceptum contempneretur[h] sedis apostolicae privilegium, Romam adiit; ibique a viro[i] apostolico domno Leone[3] accepta[k] archiepiscopatus auctoritate, mactus[l] benedictionibus Domini, inde[m] rediit, qui illuc devotus properavit[n]. Dein[o], ut maior lux fidei in hac[p] patria luceret, coepit de sua sanctissima cohorte[q] [et[r]] emeritos praeficere[s] episcopos ac presbiteros ubicumque constituendos[t]. Qui simul cum suo magistro, veluti cum summo apostolo[u], gentem nostram in tantum correxere, ut apostolos praesentes cerneres; sicuti et fides ac morum institutio[v], quibus in partibus praedicabant, hactenus seminis[w] huius germen optime pululare declarant[x]. Quorum quoque pium initium elegantissima[y] finis[z] sylogismavit[a]; dum et nullus ex his manipulis[b] relictus est, quin[c] vel glorioso martyrio coronatus vel in[d] pia confessione honoratus sit.

2.[e] Hic denique mitissimus vir, cuius in praesenti sermonem[f] tenemus[g], inter caeteros compares suos ceu gratissima florum gemma[h], licet latitans, enituit; illisque[i], ut superius diximus, ad colligendos Deo populos ubique dispersis, iste multo ardentius praeceptorem suum domnum[k] Bonifacium in omnibus coepit prosequi, illam, puto, Domini[l] sententiam memorans, qua dicit perfectum[m] omnem qui est ut magister eius[n] (Luc. 6, 40); nec[o] alias quam ut beatus Iohannes euangelista ex pectore domini nostri Ihesu Christi plus caeteris divinam sapientiam ebibit amplexatus: sic et iste suo magistro[p] adherendo omnis aedificationis documentum percepit astructus, plusque heremum cupiit[q] quam ullos iam[r] aridi[s] saeculi rumusculos aut honores deciduos, gestans in mente vaticinium[t] prophetae: *En*, inquiens, *elongavi fugiens a saeculo et quievi in heremo* (Ps. 54, 8). Elevatisque virtutum[u] pennis veluti simplicior columba volavit ac requiescit, corpore scilicet, in ea solitudine, quam sibi ipse elegerat, mente[v] et anima[w] ut[x] semper[4] in Domino. Sed[y] ne quid discipulis[z] sancti Bonifacii archimandritae deesset, Christo omnipotenti in omnibus cooperante[a], illi in saeculo tritici Domini dispensatores constituti[b] semina ubique centiflua mittentes, reteque[c] euangelii expanso, undique de profunditate saeculi huius fluctivagas animas ad caelestis patriae litus traxere. At

a) obitum *add., sed del.* 3. b) *deest* 1. c) cum — qui *des.* 5. d) *post corr.* quatinus 2, *et ita* 2^{a} (*corr.* quatenus). 2^{b}. 4. 5. e) Deo 5. f) nobis *soli* 4. 5. g) scemate 4. 5. h) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* auxiliari 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4. 5. i) dignentur 5. k) protiletur 1. l) qui 2. $2^{a.b}$. 3. m) *deest* 4. 5. n) honorabilissimi *soli* 4. 5 (*2 e corr. manus s. XV*). o) Suali 1; Sole *semper* 5. p) v. m. 5; m. sit v. 4. q) propalares 1. r) Vita eiusdem sancti patris *rubra* 5, *ubi capita non distinguuntur; numeri capitum des.* $2^{a.b}$. 3; *incipit* 4^{a}: Sanctus Sola apostolis *etc.* s) Sola *h. l. add.* 5. t) Solus *post corr.* Sola 4; *deest* 4^{a}. 5. u) Bonafac. *h. l.* 1; Bonifat. 2^{a}. v) est *add.* 5. w) ac monachusque 3; ac monachus 2. $2^{a.b}$. x) socq; 3. y) cęperat 4. 4^{a}; cepisset $2^{a.b}$. 5. z) amicabiliter $2^{a.b}$. 4. 4^{a}. 5. a) suę 4. b) *cap.* 2. *incipit* 4. c) dum 1; cum 4. 5. d) Alem. 2. $2^{a.b}$. 3. 4^{a}. 5. e) l. f. *des.* 4. 4^{a}. 5. f) firmiore *soli* 4. 4^{a}. 5. g) *deest* 2. $2^{a.b}$. 3. h) contemnaretur sędes (*post corr.* sędis) 1. i) ab apost. 4. 4^{a}. 5. k) *post corr.* acceptam . . . auctoritatem 2, *et ita* $2^{a.b}$. — archiepiscapatus 1. l) nactus 2—4^{a}; nactis 5. m) *post add.* lętus 4; letus *add.* 4^{a}. n) properabat 4. o) *cap.* 3. *inc.* 4; Deinde 5. p) sua 4. 4^{a}. 5. q) coorte *corr.* choorte 3; cohortae 2^{a}. r) *deest* 1. 4. 4^{a}. 5. s) pfic. *post corr.* p̄fic. 1. t) u. c. *erasa* 1; constituens 3. u) apostolico 2. $2^{a.b}$; apłoco *corr.* apłico 3. v) instructio 4. w) huius sem. 2. $2^{a.b}$. 3. x) declarent *corr.* declarant 1. y) *post corr.* elegantissimus 2, *et ita* $2^{a.b}$. z) finit 1. a) sylogysm. *h. l.* 1; silogism. *h. l.* 2. 2^{b}. 3, *post corr.* sillogism. 2^{b}, *et ita* 2^{a}; syllogism. 4. 4^{a}. 5; *gl. superscr.* 2. 3: argumento (argumenta 3) conclusit. b) maniplis 4. 4^{a}. c) q. v. *in loco raso* 1. d) *erasum* 1; *deest* 4^{a}. 5. e) IIII. 4. f) sermone $2^{a.b}$, *post add.* memoriam 2^{b}. g) teneamus $2^{a.b}$, *corr.* tenemus 2^{b}; sanctus Sola *add.* 5. h) *deest* $2^{a.b}$, *post superscr.* rosa 2^{b}. i) que *deest* 1. k) sanctum *add.* 5. l) s. D. 5. m) esse *h. l. post superscr.* 2, *add.* $2^{a.b}$, *post* omnem *alia manu superscr.* 4, *add.* 4^{a}. 5. n) suus $2^{a.b}$. o) ut *add.* 1. p) adh. mag. 1. q) cupit 4; cupivit 4^{a}; concupivit 2. $2^{a.b}$. 3. r) *deest* 2^{a}. 3. s) s. a. 2. $2^{a.b}$. 3. t) vacinium 3. u) virtutumque 2^{a}. v) enim *add.* 5. w) animo 5. x) fuit 4. 5; manens 4^{a}. y) *cap.* 5. *inc.* 4. z) discipuli 1. a) cooperavit 4. b) constitui 3. c) recteque 1; ręt. 4.

1) In Vita Hariolfi c. 16, SS. X, p. 12 sq., Ermanricus Pippinum recte regem appellat, ut Dümmler monet.
2) Hoc in dubium vocat Rettberg II, p. 361, cum Sualo demum a. 794. obierit.
3) Error gravis. — A Gregorio II. papa.
4) Similiter *ut semper* usurpatum est c. 8.

vero iste soli[a] Domino ymnis ac orationibus vacare desiderans[b] — et[c] ob hoc puto eum Solum[d] ex divina providentia[e] nuncupatum — heremum petiit et[f] solitudinem amavit.

3.[g] Nempe et ipse locus, quem incoluit, ex eius nomine solitudo dici potest, quem tamen quidam vulgarice[h] Cellam[i] Solonis[k] vocant[1]. Ast[l] ego, salva caeterorum[m] estimatione, dico eum melius[n] monachum, id est Solum[o], quam Solonem[p], et cellam ipsam[q] beati Soli[r] quam cellam Solonis[s] posse nuncupari, dum et ipse solus[t] a mundi actibus sequestratus, Deo solo[u] sit coniunctus, solitudo[v] ipsa eo cultore nomen superstite habeat[w]. O quam felix collegio[x] beatissimi Bonifacii! dum et[y] lucernae episcoporum presbiterorumque[z] ac caeterorum[a] graduum copiose[b] de suis per totum mundum lucerent, nec solitarios divina bonitas ex his abesse passa est. Quorum[c] omnium gesta scribere non solum super meas vires est, sed et omnium pene[d] linguarum doctorum fortium series cessat[e]. Plus enim in secreto pectoris sui cubiculo[f] conati sunt Deo placere, quam superficietenus actus suos propalare mallent; licet apertum sit ex fructu tali[g], rami de quali radice processerint.

4.[h] Antequam[i] vero ad exponenda eius miracula veniam, ratus sum aliquid succinctim[k] edicere de ipsius loci situ, in quo beatus Christi confessor sibi[l] tugurium nobile statuit. Quod licet exiguum ac vile[m] visui haberetur, pro pario[n] tamen stratis palatiis[o] hoc delectabiliter potitus est. In pago namque Sualafeldonio[p] ipse[q] locus situs est, habens orientali ex parte flumen quod Altmona[r] nuncupatur, piscibus copiosum et maxime bimanes cancros ebulliens navalique mercimonio aptum. At[s] ex[t] occidentali et semimeridiali[u] plaga ita undique alpibus celsis circumseptus est, ut vix unius difficillimi ascensus praebeat euntibus facultatem. Ex septemtrionali vero parte amnis supradictus veniens, decurrit[v] orientem ac austrum versus*. Terra autem ibidem adiacens sterilis est[w] nihilque pinguius[x] quam[y] sigale** gignit, tedisque arborum ac pice aliis arvis famosior. Hunc nempe in omnibus tam iocundabilem ac delectabilem locum elegit sibi incola sanctus, sciens scriptum, quod arta via est[z], verae[a] quae ducit ad atria vitae, nec inmemor prophetiae dicentis: *In cubilibus, in quibus prius dracones*[b] *habitabant, orietur viror calami et iunci****; *et erit ibi via*[c], *et via sancta vocabitur*. Quae quamvis typica sint, huic tamen caelicolae loco non inconvenienter aptari possunt, quia, ut ex referentibus[d] agnovi, saevis serpentibus ac beluis dirissimis[e] locus ipse antea refertus[f] est. Sed vox in deserto clamantis direxit viam asperiorem in planiorem, ita ut undique christicolae ad venerabilem Christi sacerdotem[g] confluxissent monita salutis percipere. Tantumque[h] piae[i] virtutis optinere meruit, ut plures a malis bestiolis obsessos ore[k] extraxisset[l] ac Christo ad animas[m] eorum viam parasset.

(Matth. 7, 14. — Es. 35, 7 s. — cf Es 40, 3. 4.)

5. Cum enim fama prodigiorum ac virtus Domini evidens de eo longe lateque percrebuerint[n], Deo eum in omnibus gubernante, seque sub sincerissimo humilitatis pallio occultante, pervenerat tamen[o] sermo[p] de eo usque ad aures ipsius domini ac serenissimi imperatoris Karoli augusti, quia non potuit abscondi[q] civitas super montem posita, neque[r] lucerna lucens occultata est, sed potius elevata. Caesar autem augustus supradictus, uti sapientissimi fuit ingenii, perscrutans omnia gesta eius, tradidit ei[s] cum firmissimo munimento[t] ipsum locum, quem incoluit, eumque sui[u] oratorem perpetuum fecit.

(cf Matth. 5, 14. 15.)

754. 6.[v] Habuit itaque beatus Solus[w] post gloriosum triumphum martyrii sancti Bonifacii archiepiscopi domnum Willibaldum episcopum et Winnibaldum[x], [2], germanum eius, presbiterum adiutores lapidici[y] laboris sui, qui ei ut propriae gentis viro omnibus[z] his in locis amminiculum ac solatium praebe-

*) *Gl.* 4: osterword endi sundarword. **) *Gl.* 4: id est roggon. ***) *Gl.* 4: id est scirpiseundun.

a) Sola 5. b) desyd. 1. c) her. pet. et ob hoc, ut putamus, div. prov. Sola nuncupatus 5. d) *post corr.* Solam 4, *et ita* 4^{a}. e) *post superscr.* sic 2, *add.* $2^{a.b}$. — numcup. 1. f) ac 2. $2^{a.b}$. 3; quia 5. g) VI. 4. h) vulgarice 3. 4. i) vel curiam *add.* 5. k) Sŏlonis 1. — dicunt, *post superscr.* vel vocant 2^{a}. l) At $2^{a.b}$. — ergo 2. 3. m) aliorum 4^{a}. 5. n) *deest* 4. 4^{a}. 5. o) potius *add.* 5. p) Sualonem 1. q) cellam *iterum add.* 5. r) Suoli 1; Soli *post corr.* Sole 4, *et ita* (Sola) *semper* 4^{a}. 5. s) Sualonis 1. t) locus 4^{a}. 5. u) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* soli 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4 *(ubi (et* 4^{a}*)* s. D., *et* sit *deest)*. 4^{a}; D. s. *et* coni. *des.* 5. v) et s. 4^{a}; et ideo sol. i. a cult. scilicet Sola n. h. 5. w) habuit 2. 3, *corr. in marg.* 2 *et superscr. ead. manu* 3: habeat. x) *ita* 1. 2. $2^{a.b}$. 3. 4, *post corr.* collegium 4, *et ita* 4^{a}. 5. y) enim 5. z) que *deest* 1. $2^{a.b}$. 4^{a}. 5. a) clericorum 2. $2^{a.b}$. 3. b) copiose 1. 3. c) *cap.* 7. *inc.* 4. d) *deest* $2^{a.b}$. e) estat, *prima littera erasa* 1. f) cubilo 1. — coronati *corr.* conati 4. g) *post corr.* tales 2, *et ita* $2^{a.b}$. h) *ita etiam* 4 *h. l., ubi duplex numeratio capitum.* i) Anteq. — arvis famosior *des.* 5; Ante vero quam $2^{a.b}$. k) succincti. me dicere 1; succinctum $2^{a.b}$. 4^{a}. l) tibi 1. m) vili 3. n) h. proprio $2^{a.b}$. 5; pro palliolis 4 *(in loco raso)*. 4^{a}. o) paliciis *corr.* palaciis 4. p) Suualafeld. 1; Sualaveld. $2^{a.b}$. q) *deest* 4. r) *post corr.* Alcm. 2, *et ita* 2^{a}. — nuncupat *corr.* nuncupata 4. s) vero *add.* 4. t) *deest* 3, *ubi* occidænt. u) semimeridionali 4^{a}. v) ad *post superscr.* 2, *add.* $2^{a.b}$. 4^{a}. w) sterilisque n. 1. — nilque 4. x) pinguis 1. y) *deest* 2. $2^{a.b}$. z) viae v. 4. a) vera 1; vere $2^{a.b}$. b) trac. 3. c) semita 2. $2^{a.b}$. 3. 5. d) reuer. 1. e) duriss. 5. f) est ref. 4. 5. g) confessorem 2. $2^{a.b}$. 3. h) que *deest* 1. i) mer. p. v. obt. 5. k) eorum *post superscr.* 2, *add.* 2^{a} (*ubi* obsessis). 2^{b}. l) extraxisse 1. m) animam 3. n) percrepuerint 2. 3; percrebruerit $2^{a.b}$; percrebuerunt 4. 4^{a}. o) *post corr.* tandem 2, *et ita* $2^{a.b}$. p) de eo s. 4. 4^{a}. 5. q) civ. absc. supra 4. 4^{a}. 5. r) nec 3. s) *deest* 1. t) monim. 1. u) sibi 3; or. sui 4. 4^{a}. v) *nulla capitis dist.* 2^{b}. 4. w) Sualus 1; Sola 4^{a}. 5. x) Uinnib. 2; Wnnib. $2^{a.b}$; Vuunnib. 4; Wunneb. 4^{a}; Wuneb. 5. y) *deest* 4. 4^{a}. 5 (*ubi* sui lab.). z) in o. h. in 1.

1) Cf. Dronke, Trad. Fuld. p. 61, nr. 29: *Preposituram in Solenhoven primum fundavit sanctus Sola, cuius et nomine appellata est Cella Solonis.* Rudolfus in Libro miraculorum c. 4. nominat locum *Suolenhus.*

2) Si Sualo cellam a Karolo M. accepit, ut c. 5. dictum est, non tempore Wynnebaldi ibi moratus est, qui iam a. 761. obiit.

bant[1]; quin et accolae[a] regionum harum quocumque adventantes ei in Christi amore frequentius ministrabant, aliquanti et praedii sui partem illi tradebant. Quas[b] ille cum timore Domini accipiens, cum his quae domnus Karolus augustus ei donare dignatus est ad egregium[c] Fultanensium[d] coenobium[e], ubi Deo providente[f] modo sanctissimus ac in omni arte[g] peritissimus domnus abba[h] Rabanus perspicabiliter fulget, potestativa[i] manu contradidit[2], videlicet nemini in[k] hac terra devotior quam illo[l] magistro, quem sequi ab exordio coeperat, illaque[m] familia, quae magistri sui institutis[n] imitatrix ubique nobilis habetur[o]. Coeperunt[p] autem et multa miracula Domini gratia tribuente per eum[q] fieri; ex quibus pauca, quae ex quodam sene[r], ipsius sane servitore, in decrepita iam aetate superstite agnovi, annectam narratione subbrevi.

7.[s] Enimvero priscis[t] in gestis dum lectum sit ante Christi incarnationem caecum[u] a nativitate neminem sanctorum inluminasse, licet mortuos suscitarent, leprosos mundarent, et dum in hoc tempore moderno illud rarissimum sit, iste, salvo Omnipotentis privilegio et apostolis ac successoribus eorum post[t] dato, natum a primis cunabulis caecum signaculo crucis apposito irradiavit ocellisque eius incognitum lumen ostendit. Per idem vero tempus et claudum quendam, in gestatoriis reptantem[v] potius quam ambulantem, ad cursus sui statum divina virtute erexit[w]. Cuius hactenus gestatoria in loco datae salutis pendentia ad[x] signum sunt. Sed cur hoc de eo clanculum[y] videtur, cum ipse salutiferae[z] medicus salutis[a] est[b] dignatus promittere membris suis, dicens: *Qui credit in me,* sicut dicit Scriptura, *opera, quae ego*[c] *facio, et ipse faciet et maiora his faciet?* (Ioh. 14, 12.) Quamvis nemo signis Dei aequiperari[d] possit, quia omnis homo creatura Dei, et omne bonum ex Deo et per Deum fit, et omne corporale malum ex homine et per diabolum fit et quicquid mali[e] invisibiliter constat. Sed ille humani generis inimicus per humilitatem domini nostri Ihesu Christi perpetualiter victus ac damnatus est, cottidieque per membra sua eum[f] devincit, cum per sanctos suos, qui hactenus mole carnis aggravantur, sed[g] meritis eorum intercedentibus, triumphet[h] ipse, qui per eos pugnat, necnon et potius per eos, qui iam sunt cum eo coronati, ad quorum busta nostra peccata deflendo concurrimus sedulo, gloriosissime contrarium nostrum pellendo eliminat, contrariique deiciuntur, ac sanitates saluberrimae omnes[i] donantur. Horum omnium martirian[k.3] plures ex frequentibus visibus[l] liberiori ore[m] testificentur[n], quia Deo propitiante ubique iam mundus in gloriosorum actionibus invitus[o] refulget, ex quorum meritis reliquiae salvae fient[p]. Et dum iam prope generalis interitus ipsius[q] immineat, crebrioribus necesse est[r] urgueatur[s] angoribus, sed intercessionibus piorum paulo[t] differtur, cito casurus, donec numerus beatorum implebitur; et sic plenius omnes electi cum Domino sunt[u] semper gavisuri.

8.[v] Necnon et[w] hoc praetereundum[x] censeo, quod piissimus Christi sacerdos[y] plus se ad exercitium[z] sanctae conversationis[a] cottidie extendens, pluris virtutis cumulum a Deo meruit roborata possidere mente. Nam et quendam in his misellis gregibus, qui saepius orationis ac elemosinae[b] causa ad ipsam cellam confluxerant[c] et benedici se ab eo petierant, conspexit horribili labore[d] detentum, sic ut nec[e] loqui nec audire quid[f] poterat[g], aliisque[h] ante eum ad benedictionem festinantibus, ipse stetit ut mutus. Sed dum diu beatus Solus in praecordiis suis orationem cum lacrimis ad Deum funderet, prospiciens in[i] eum iterum ac tertio et suspirans, dixit: 'Surde et mute[k], exi a plasma[l] Dei[m]!' Et continuo[n] cecidit

a) acolę 1. b) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* Quam 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4. 5; Quod 4^a. c) egrium *e corr.* 3. d) *post corr.* Fuldan. 2, *et ita* $2^{a.b}$. 3; Fuldense 4. 4^a. 5. e) pot. manu contr. *hic ponunt* 4. 4^a. 5. f) *deest* $2^{a.b}$. g) parte 2. 2^a (p *erasum*). 2^b. 4. 5. h) d. Rab. archiepiscopus 1; *post corr.* abbas 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4. 4^a. i) p. m. c. *iam supra posita* (*n.* e) 4. 4^a. 5. k) in h. t. *des.* 4. 4^a. 5. l) *ita* 1. 2. 3. 4^a, *post corr.* illi 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4. 5. m) *ita* 1. 2. 3. 4, *post corr.* illique familię 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4^a. 5. n) institutionis 5. o) habebatur 2. $2^{a.b}$. 3. p) *cap.* 6. *h. l. inc.* 4, *ubi* Coeperat *corr.* Coeperunt. q) p. beatum Solam 5. r) sine 1. s) *nulla capitis distinctio* 4. t) *deest* 4. 4^a. 5. u) *post corr.* cęco 1. v) ræpt. 1. w) rexit 2. 3, *post corr.* erexit 2. x) sunt ad signum 4. 4^a. y) cancalum 1; calculosum 4. 4^a. 5. z) ae *erasum* 2; salutifer $2^{a.b}$. a) *deest* 2. $2^{a.b}$. b) d. est 4. 4^a. 5. c) *deest* 3. d) *ita* 1. 2. 2^b. 3. 4, *post corr.* aequipar. 2; equipperari 2^a. 5. e) fit *add.* 2^a. f) *deest* 2^a. g) *deest* 4. 4^a. h) *post corr.* triumphat 2, *et ita* 4. 4^a. 5; *deest* $2^{a.b}$. i) omnibus 4. 4^a; hominibus 5. k) martyrum 2. $2^{a.b}$. 3; martyria 4. 4^a; omnia martyria 5. l) testimonium *add.* 2. $2^{a.b}$. 3. m) liberiore 5. n) testificantur $2^{a.b}$. 4. 4^a. 5. o) adiutus 2 (*ubi* ad *alia manu in loco raso scr.*). $2^{a.b}$; munitus 5. p) fiant 5. q) *post add.* diaboli 2, *et ita* 2^a. r) ut *add.* 5. s) *ita* 2. 3; *deest* 1; urgeatur *rell.* t) paululum 4. 4^a. 5. u) sint 2. $2^{a.b}$. 3; semper sunt 5. v) VII. 4. w) Nec hoc 4. 4^a. 5. x) non *post add.* 2, *et ita* $2^{a.b}$; *quod sensus loci quidem postulat, in originali vero non exstitisse apparet; cum auctor fortasse* Necnon *pro* Nec *acceperit.* y) Sola *add.* 5. z) exercitum 1. 3; citium *in loco raso* 2; exerctuum 2^a. a) convers. — pluris *des.* 1. b) ęlem. 1; c. ac ęl. 4. 5. c) confluxerat 2. 3, *post corr.* confluxerant 2. d) dolore 4. 4^a. 5. e) neque $2^{a.b}$. f) *e corr. post. manus* 1. g) *ita* 1. 2. $2^{a.b}$; poterant 3; posset 4. 4^a. 5. h) aliique 1; que *deest* 5. i) in e. *des.* 4. 4^a. 5. k) spiritus *add.* 4^a. 5. l) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* plasmate 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4. 4^a. 5. m) Domini 4. n) o *e corr.* 1.

1) Adelbertus Heidenheimensis abbas in Relatione historica de restitutione coenobii sui (ap. Gretser, Philippi Eystettensis episc. de eiusdem ecclesiae divis tutelaribus p. 326) *villam quae Altheim vocatur,* inquit, *Solae confessori . . . contradidit* s. Wynnebaldus. MAB. Rabanus Altheim et Mulenheim (cf. n. 2) Cellae Solonis tribuit; v. Dronke, Trad. Fuld. p. 61, nr. 29. — Philippus episc. Eistet. ap. Gretser l. l. p. 10. fabulatur, Solam cognatum fuisse Willibaldi et Wynnebaldi. 2) Cf. Dronke, Trad. Fuld. c. 40, p. 94, nr. 45: *Ego Solo humilis presbyter trado sancto Bonifatio bona omnia que acquisivi precio et labore meo in partibus Alamannie et Bawarie, praecipue tamen Husen* (i. e. Solnhofen) *et Muleheim.* 3) i. e. testimonium.

coram populo et sanatus est homo. Quod[a] quidem tabulae pictatoriae[b] ibidem pendentes testantur, id fore quod dictum est. Pensare itaque mens humana difficillime potest, quanto amore iste vir diligeretur a Christo omnipotenti[c], qui eum non solum in caelo sui regni participem, sed et in terra in his duobus signis egregiis facere dignatus est aequalem; excepto quod ipse[d] ut semper cum potestate, hoc iste[e] ex eius dono et virtute egit lacrimosa cum impetratione. Etenim haec vulgus et qui minus[f] intellegunt nosque[g] cum eis pro maximis laudibus tenent, quod sancti Domini[h] in hoc saeculo a diversis[i] languoribus corpora caecorum, claudorum, aridorum et[k] paraliticorum in Christi nomine curant; sed tamen et[l] in hoc, quin potius et in eo opere[m] est[n] laudandus ac glorificandus omnipotens[o] Deus, quod ipse interius caecos, claudos et dissolutos nos cottidie curare non cessat. Nam etsi altius intellegitur, in his debilibus[p] non antea salus corporis foris[q] tribuitur, quam mentis egritudo intus sanetur, quia nec corpus sine peccamine exterius affligitur, nec mens sine remissione delicti interius sanatur[r]; licet omnigene sit nobis incognitum, quid[s] unusquisque mereatur apud omnipotentem Deum[t]. Sed sive hoc sive illud[u], iustus et aequus est[m] Dominus in omnibus operibus et iudiciis suis ac gloriosus in electis suis.

9.[v] Sane et hoc miraculum huic opusculo inserendum censui[w], quod multi vetustiores accolae se meminisse ferunt supradicti pagi. Nam quodam in die dum iter suum nobile unà cum asello suo ageret[x], contigit se devenisse[y] in quendam locum pascualem, quo oves absque pastoribus pascebantur, nescio quo abeuntibus[z]. Interim propius[a] accedendo coepit asinus[b] aures vicissim erigere, dein offensis[c] pedibus caput in[d] altum extendere, ad extremum elevata cauda declivis per avia currere coepit. Tum assessor[e] suus hoc inusitatissime[f] cernens, tremebundus[g] uti senex desiliit[h] seque crucis signo obfirmavit. Coepit tamen artius tractare, quid asino esset, vel quid super eo[i] divina[k] bonitas facere voluisset. Sed dum hoc secum deprehenderat[l], quod in via Balaam non fuerat, neque illum[m] asellum fugientem angelum, elevans[n] oculos, crevit[o] lupum. Intellexit itaque vir Deo plenus naturalem asini sui formidinem, fixo[p] in terram[q] capite, paulo[r] divinam oravit virtutem[s] et tunc demum ad fugibundum aiebat[t]: 'In nomine domini mei Ihesu Christi, ó asine, praecipio tibi, uti[u] concito cursu irruas in eam bestiam[v], quae sub[w] frutice latet insidiando insciis bidentibus'. At ille ex praecepto magistri sui intrepidus aggreditur lupum. Interim et mandritis e diverso venientibus et ad utrumque conclamantibus, insolitum et inauditum initum est duellum[x]. Sed praevaluit asinus, et necatus est lupus, non a pastoribus[y] cursitantibus, sed asellinis calcibus[z] ac dentibus. Tum[a] omnipotentis Dei famulus pastores illos nimiis coepit precibus rogitare[b], ne hoc alicui hominum usque[c] animae suae exitum dixissent[d]. Hacque sponsione ab eis recepta[e], levatus in gerulum suum, propria[f] repedavit ad loca. Unde nec mirandum est, cur omnes virtutes, quas per eum Christus omnipotens[g] est dignatus operari, ad hoc usque tempus se[h] pene omnes[i] latitassent[k], ita ut a nemine scribentium ante me propalatae sint. Sed quare hoc? nisi quod sicut istic sic per omnia signa sua spectatores suos clusuris[l] sui praecepti[m] obfirmavit firmissimis[n], quatenus in omnibus Creatorem[o] suum, in quantum virtus data est, imitaretur, qui cernentibus quatuor[p] discipulis transfigurationis suae oroma[q] mandatum dederat nemini hoc ante gloriosissimam resurrectionis suae palmam dicendum. Non aliter et beatissimus vir Deum omnium creatorem imitando, qui non iam solus, sed gratia Dei plenus, sciens omnes pias[r] virtutes, quas per suas preces ad honorem dantis obtinuit, non ab alio nisi ab eo fieri, qui semper magnifice operatur in sanctis suis; et ob id inanes vulgi rumusculos sibi vendicare[s] noluit, sed omnia in laudem Dei convertit, memorans, puto, illud apostoli dicentis: *Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus**. Obsecro autem[t] per eius amorem, quem[u] felix Solus feliciter sequebatur, qui[v] haec forte legere dignamini[w], ne rusticitatis meae verba ore scyllatico attendatis neve virtutes, quas per eum Dominus dignatus est ostentare[x], ceu inauditas rugosa fronte respuatis[y], dum et

Gal 2, 20.

*) 5 *add.*: Ducta igitur in terris angelica vita, tertio Nonas Decembris[1], vocante Domino, assumptus est ad celestia regna.

a) Quod — dictum est *post del.* 2, *des.* $2^{a.b}$; Quodē (*post corr.* quedam) tab. 1. b) petitoriae ib. pendentiae 1. 2. 3, *quod in exemplari Gundhrammi fuisse apparet.* c) *ita* 1. 3; omnipotente 2. $2^{a.b}$. 4. 4^{a}. 5. d) i. ut *des.* 4; q. Dominus semper facit 4^{a}. 5. e) est 4; Solus *add.* 4^{a}. 5. f) secreta Dei *post add.* 2, *et ita* $2^{a.b}$. g) n. c. e. *post del.* 2, *des.* $2^{a.b}$. h) Dei 5. i) sec. advertis 4. — lang. *corr.* lang. 1. k) *deest* 1. l) t. non solum 4. 4^{a}. 5. m) *deest* $2^{a.b}$. n) l. ac gl. est 5; est l. et gl. 2^{a}. o) D. o. 2. $2^{a.b}$. 3. p) debilius 2. 3, *corr.* debilibus 2. q) *deest* 5. r) sanetur 2. 3, *post corr.* sanatur 2. s) quod (*saepe pro* quid?) 4. t) Dominum 2. 2^{b}. 3. u) sit *add.* 5. v) VIII. 4. w) censeo 2^{a}. x) *deest* 2^{a}. y) in q. l. dev. 4. 4^{a}. 5. z) hab. 1. a) proprius *corr.* propius 1; acc. pr. $2^{a.b}$. b) *post superscr.* asellus 4, *et ita* 4^{a}. 5. c) offensibus 1; fensis 2. 3, *post corr.* offensis 2. d) in a. *des.* 1. e) asessor 1. f) inusitatissimum 2^{b}; fieri *add.* 5. g) tr. u. s. *des.* 4. h) dissil. 2^{a}. i) eum 4. 4^{a}. 5. k) *deest* 4. l) deprehenderet q. ipse B. n. fuerit 2^{b}. m) ullum 1. n) levans 2. $2^{a.b}$. 3; el. oc *des.* 4. 4^{a}; tandem *post add.* 2, *et ita* $2^{a.b}$. o) reuit 1; cernit 3. 5; *post superscr.* vidit 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4^{a}. p) que *post add.* 2, *et ita* (fixoque) $2^{a.b}$. 5. q) terra 4. r) diutius *add.* 2^{b}. s) clementiam 2. $2^{a.b}$. 3 (*ubi* orativit). t) dicebat $2^{a.b}$. u) ut 5. v) feram 2. $2^{a.b}$. 3. w) *deest* $2^{a.b}$. x) duellium 4; bellum 4^{a}. y) post. 1. z) calceis 4. 4^{a}. a) *cap.* 9. *inc.* 4. b) recogitare 1; rog. pr. 4. 4^{a} (rogare). c) ad *post add.* 2. 4, *et ita* $2^{a.b}$. 4^{a}. 5. d) indicassent 2. $2^{a.b}$. 3. e) accepta 2. $2^{a.b}$. 3. f) rep. pr. *corr.* pr. rep. 1. g) est o. 4; o. d. e. 4^{a}. h) *post del.* 2, *deest* $2^{a.b}$. 4. 4^{a}. 5. i) *deest* 4. 4^{a}. 5. k) latuissent 2. $2^{a.b}$. 3. l) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* claus. 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4. 4^{a}. 5. m) prece $2^{a.b}$. n) firmissimus 1. 3. o) creaturem *corr.* creatorem 2; cræat. 3. p) *manu s. XV. superscr.* tribus 2, *et ita* 5; *deest* 4^{a}. q) *ita* 4. 4^{a}. 5; oromā 1; gloriam 2. $2^{a.b}$. 3. r) *deest* 4. 4^{a}. — virtutus *corr.* virtutes 1. s) vindicare 1; vendicari 4. t) vos *post add.* 2, *et ita* $2^{a.b}$. u) q. 3. v) quilibet 4. w) dignem. 2^{a}. x) ostendere $2^{a.b}$. 4^{a}. y) resp. — eius *des.* 4.

1) A. D. 794, 2. Non. Dec. obiit *Suolo presbyter* secundum Ann. necrolog. Fuld., SS. XIII, p. 169.

plurimi hactenus sint operum eius assertores, me[a] qui non plura neque[b] ficta, sed perpauca et veridica de eo scriptitasse testantur. Idcirco[c] et ego ceu in calce huius oratiunculi[d], quid super eo nuperrime[e] mihi narraverit domnus[f] Gundhrammus[g] diaconus carissimus[h] meus, qui[i] modo cellulae ipsius[k] edituus est positus, licet[l] regis sit capellanus, annectere[m] ociori pennula[n] curavi[o], sicque decimum capitulum cum tota sermonis[p] serie finiri.

10. Orationis itaque ac familiaritatis gratia cum visitarem locum[q] ipsum et[r] amicum, loci[r*], quamvis[s] difficillime, heremicolam[t] tamen indagavi. Ast[u] ille, ut est per omnia caritate plenus, benigne nos susceptos duxit ad hospitium, ibique omni humanitate ostentata[v], lassabundi quievimus nocte praesenti. Nam, ut[w] in quarto huius sermunculi capitulo dixi[x], nimis difficilis ascensus et descensus[y] ibidem[z] manet pergentibus, in tantum ut non[a] sit pene latior, quam[b] ad unius sonipedis[c] iter sufficere potest. Quam ob rem et multum in[d] peditando laboravimus et, nisi Dei omnipotentis auxilio atque intercessione beati Soli suffulciremur, vel in articulis pedum vel naribus[e] cruentaremur. Deo tamen protegente, inlaesi pervenimus. Peracta autem nocte cum corporum[f] refectione, diluculo[g] primo ymnis ex debito peractis[h], licentiam petimus redeundi. Sed supradictus amicus meus animalia me[i] ac sequestres[k] meos vehentia[l] obducere[m] iussit meque[n] ceu invitum precibus insistentibus secum et hunc diem[o] detinuit[p]; sed nec antea dimisit, quam ei aliquid de gestis beati Soli sacerdotis Christi scriptitare[q] promisi; sic tamen, ut secundum id quod cognitae rei veritas approbaret, meque[r] iuxta vires a Deo datas devotissimum existere velle. Tum[s] ille mellifluis verbis coepit mihi narrare: 'Ego namque, frater karissime[t], impetrante[u] domino meo rege[1], ex oboedientia patrui ac domini mei[v] karissimi[2] et fratrum eius[w], qui cum eo coenobialiter vivunt, hic sum, ut cernis, in artissimum et sterilem locum deputatus minister[w]. Sed ut scias me in eodem nullo modo persistere nec[x] posse nec malle, nisi me[y] quaedam causae invitum tamen coegissent, dicam tibi breviter, quibus meroribus sedulo provocer in animo. Primum est, quod ab ipsa[z] infantia mea dominus meus beatissimus abba[a], qui mihi, licet sim indignus, genitus est patruus, ex disciplina vero pater et dominus, me sinuosis nutrimentis cum sanctissimo fratrum gremio educare coeperat et ad virilem usque[b] aetatem cum fomentis fratrum[c] perduxerat. Sed pro dolor! nil servitii hactenus videor rependere[d] ei, quin et gemisco[e] me tam cito ab ipsius disciplina, non sponte[f] mea, Deus scit! sed vi ablatum et in palatinorum numero, sicut noscis, nuncupatum[g]. Ad haec et hoc mentem saepiuscule[h] movet, quid in me boni domnus rex potuisset nancisci, quod servitii[i] mei est dignatus appetere, vel cur voluisset me a quietissima coenobii vita, quamvis hactenus non ligato[k] in ea, educere et in haec asperrima montium iuga statuere. Licet dignior mihi[l] praesens locus fore videatur, grave tamen est mihi, simillimis[m] nil aliud cottidianis obtutibus quam saxea scopula et tedas aspicere[n]. Indurata tamen fronte contentus sum huius loci tugurio, nec[o] hac in patria affector[p] plus commendari, salvo commendato. Simul et hoc scito, quod hanc[q] querimoniam nulli hominum antea planxi, sed[r] neque tibi[s], nisi quod obtrusa[t] angustia familiariter dissoluta solet deinceps frequenter levius[u] portari. Nam, ne nimis[v] longius sermonem protraham, hic manendi, Deo semper[w] in omnibus opitulante, haec materies maxima constat, quia, sicut tibi[x] iam narravi, supra-

a) *post corr.* qui me 2, *et ita* 2a.b. 5. b) nec 2a.b. c) *cap.* 10. *h. l. inc.* 3. d) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* oratiuncule 2, *et ita* 4a. 5; oratiunculę 2a.b. 4. e) nuper 4. 4a. 5. f) i n d i g n u s 1. g) *ita* 1; Gundr. *reliqui;* Guntr. 4a. h) meus car. (*vel* kar. 2a.b. 3) 2. 2a.b. 3. i) quo 2 (o *in loco raso*). 2a.b. 3. k) eius 2. 2a.b. 3. l) l. r. *des.* 3; q u i r. e r a t cap. 2. 2a.b. m) studeo *post add.* 2, *et ita* 2a.b. — ocior 3. n) penna 4. 4a. 5. o) c. s. d. *des., spatio vacuo rel.* 2. 3, *alia manus suppl.* 2: et sic volo sequens, *et ita* 2a.b. p) serie serm. 4. 4a; seriæ 3. q) *deest* 4. 4a. 5. r) ut 5. r*) *deest* 5. s) locum *h. l. add.* 4. 4a. 5. — difficillimum 5. t) heremicola 4. 4a. u) Adest 1. v) ostentate 1; ostedata *corr.* ostentata 2. w) et 2. 2a.b. 3. x) quod *post add.* 2; d. quod montium diff. 2a.b. y) disc. 1. z) m. ib. 4. 4a. 5. a) p(o)ene non sit 4. 4a. 5. b) quod *add.* 2a.b. c) sonipedes *post corr.* sonipedis 1. d) m. imped. 2a.b. e) *ita* 1. 2. 3—5; manibus 2a.b; natibus *Mab.* f) ref. corp. 4. 4a. g) diliculo 1. — pr. *deest* 2a. h) pactis 1. i) mea 2. 2a.b. 3. 4a. k) sequestros 1. 4a, *corr.* sequestres 1; equestres 5. l) vehementiā 2a; vehementia 2b. m) abduc. 4a. 5 *soli.* n) me c. mutum 2a.b. o) manere *add.* 5. p) obtin. 4. 4a. 5. q) scriptitasse 4. 4a. r) me 1; neque 2. 2a.b. 3; mox 4a. s) *cap.* 11. *inc.* 4; Tunc 5. t) karissimę 1; car. 2 *plerumque.* u) imperante 4. 4a. 5. v) m. k. *bis scr.* 1. w) *deest* 2a.b. x) ne *corr.* nec 2. y) *deest* 4. 4a. 5. z) *deest* 2a.b. 4a; inf. ipsa me d. 4. a) *post corr.* abbas 2, *et ita* 2a.b. 5; *post hanc vocem spatium nomini inserendo vacuum rel.* 1. b) aet. u. *corr.* u. aet. 1. c) patrum 4. 4a. 5. d) reprehendere 1. e) ingemesco 1; ingemisco 4a. f) m. sp. 2. 2a.b. 3. g) vel mancipatum *in marg. add.* 2; mancipatum 2a.b. 3. h) sepius 2. 2a.b (s. ment.). 3. i) servitium meum d. est. 4. 4a. 5. k) *ita* 1. 2. 2a.b. 3. 4. 4a; *demum manu s. XV. corr.* ligatum 2, *et ita* 5. l) me 4. 4a; l. m. pr. 2a.b. m) *post del.* 2, *deest* 2a.b. 5. n) assp. *saepius* 2. 3. o) ne 1. p) affectio 4; affecto 4a. 5. q) *deest* 1; hac 5. r) si 4. s) propalassem *add.* 5. t) obstrusa 2a.b. 4a. 5. u) *deest* 4. — poetari 1. v) minis 1. — longe 4. 4a. 5. w) *deest* 4. 4a. x) i. t. 5

1) Ludovico Germanico. 2) Rabanus; cf. epist. Ermanr., supra p. 154.

dictae anxietates me hinc pepulissent, ni carissimus Deo Solus, cuius tu hic[a] ex aquilonali[b] oratorii latere monumentum aspicis, me[c] detinuisset. Cum itaque ego a[d] viro venerabili domno Altino episcopo[1], ad cuius diocesim[e] locus ipse pertinet, rogarem, uti sepulchrum beati viri effodiendi et in eodem pavimento aliquanto melius humandi licentiam daret, concessit ut rogavi. Factoque ieiunio, cum his qui tunc mecum adesse poterant, coepimus fodere[f]. Quod dum peractum est, levavimus sarcofagi operculum ex multis iam annis subtus[g] terram positum et tamen[h] integrum. Et dum libentissime quid[i] intus incorrupti haberet contemplaremur, tantus et tam ineffabilis mirifici odoris fumus subito inde egressus est, ut tota basilica suavissimę ex eo redoleret impleta. At nos nimis attoniti, in parte qua steteramus[k] domus regiae ut[l] fragiles procumbimus[m]. Refocilati[n] vero ex odore[o] fraglanti[p], divinam clementiam orantes, resumpsimus spiritum[q]. Et tunc demum propius accedentes, perspeximus non solum sancti viri ossa integra, sed et ipsius beatae glebae[r] pulverem ita sibimet[s] coherentem nimiaeque viriditatis speciem tenens[t], ut quasi non olim[u] mortuus, sed semper vivus putaretur[v]. Hoc igitur, amande frater, dubio[w] absque scias nobis cernentibus et pavorem nimium ac inmensum tripudium inculcasse. Sed quia[x] possibilia omnia[y] sunt omnia possidenti[z], laudavimus ymnis quibus potuimus[a] Creatorem nostrum, qui, dum nihil eramus, plasmavit nos, et dum[b] culpis exigentibus ad nihilum demum reverteremur[c], iterum, diaboli seductione oblita, restauravit nos; cuius laus[d] est in aeternum et in saecula[e] saeculorum. Amen. Post haec vero cum ingenti gaudio statuimus beati viri memoriam[f] aliquantulum altius quam pridem fuisset, non tamen in alio quam pene in eodem loco. Et licet alii de eius virtutibus[g] taceant, nos, qui sub alis eius sedulo degemus[h], ipsius miracula praedicamus, narrantes laudes Domini et virtutes eius et mirabilia eius quae fecit, et qui dominatur in aeternum est benedictus in saecula saeculorum'.

Hanc itaque[i] ego rationabiliter editam rationem intentus audiens, cum respondissem 'Amen', aio ad eum: 'O nimiae prudentiae sagacissime[k] frater, quam aequanimiter querelam mentis tuae disserueras[l] laetitiamque spiritalis[m] operis adiungendo, credo, quod nil iam sit, quod te contristet[n], huius beatissimi[o] viri precibus adiutus[p]. Sed quaeso, cur mihi [tam[q]] indigno atque[r] imperitissimo, non dico angorem cordis tui, sed et signa ac[s] virtutes huius sanctissimi viri voluisses sic incognite noviterve coram exponere, cum ex multis iam temporibus audierim eum multa fecisse, et te[t], licet laborando, in eius tugurio affectibus quos dixisti scierim perstitisse? Si quid tamen adhuc in animo volvas, ut carissimo[u] edicas amico'. Tum ille: 'Frater amande', inquit[v], 'haec idcirco tibi sic exposui, ut certior sis de almitate huius emeriti viri, quamvis antea[w] multa de eo praelibasses[x], aliquanto[y] tamen nunc de eius beatitudine, ut reor, laetior manes[z]. Quapropter mihi[a] non deneges, quin aliqua ex miraculis eius[b] scriptis tuis[c] tangas, lumenque, quod in te divina gratia accendit, in hoc opusculo ne obducas, efflagito; sed vera ac bene cognita aperias, quatenus mihi satisfacias[d] et eum in[e] perpetuo intercessorem habeas'. His nempe edictis[f] rationibus, ó Ruadolfe[g] in omnibus sagacissime, sicuti amore concatenatus[h], supradicti viri precibus libentissime parui; sed[i] tuae sanctitati obuncam verborum congeriem commendo, quatenus rectis locum et mendosis[k] licentiam dones[l]. Plura enim de supradicto sanctissimo viro

a) hinc $2^{a.b}$. b) *ita* 1. 3; aquilonari *reliqui*. c) *deest* $2^{a.b}$. d) ac 3. e) *ead. manu in marg. suppl.* 3. f) foedere 3. g) sub 2. $2^{a.b}$. 3. — terra $2^{a.b}$. h) tam 4; et t. *des.* 1. i) i. q. (quod 2^{b}) incorruptum $2^{a.b}$. k) steterimus 4. l) uti $2^{a.b}$. m) procubuimus 4^{a}. 5. n) Refociliati 1. o) ore 5. p) flagranti 1; fragranti *(utrumque r e corr.)* 2; flaganti *corr.* flagranti 3; fraglante 4. 4^{a}. q) spem 4. r) gloebe 1. s) pulv. sibi $2^{a.b}$. t) *ita* 1. 2. 3, *post corr.* tenentem 2, *et ita* $2^{a.b}$. 4. 4^{a}. 5. u) solum 2. $2^{a.b}$. 3. v) pateret . ., *duabus litteris erasis, et in marg. post add.* vel putaretur 2. w) dubias 1; *post corr.* a. d. 2, *et ita* $2^{a.b}$. 5. x) que 4. y) omnia *semel deest* 1—4^{a}; *sed utrumque in archetypo fuisse apparet ex varietate positionis in codd.:* poss. s. o. poss. 1. 4. 4^{a}; poss. s. o. poss. *corr.* poss. o. s. poss. 3, *et ita* 2. $2^{a.b}$; omnia poss. s. o. poss. 5, *ubi primum* omnia *recte, sed falso loco restitutum est.* z) *in marg. add.* vel credenti 2; credenti $2^{a.b}$. 3. a) *deest* 3. b) *deest* 4. 4^{a}. c) revertemur 4. d) est l. 4. e) sęc. sec. (!) *et hoc loco et paulo infra* 1. f) misericordiam 1. g) virt. — alis eius *des.* 1. h) *ita* 1. 2. 3—5, *post corr.* degimus 2, *et ita* $2^{a.b}$. i) ergo *add., sed erasum* 1. k) saga ‖ *in extrema linea* 1; sagacissimæ 3. l) dissær. 3; deser. 4^{a}. m) spiritualis 2. $2^{a.b}$. 3. n) tristet 4. o) beati 2. $2^{a.b}$. 3. p) *ita* 1. 2. $2^{a.b}$. 3. 4. 4^{a}; adiutum 5. q) *deest* 2—5. r) ac 2. $2^{a.b}$. 3. s) et 2^{a}. 4. 5. t) *deest* 2. $2^{a.b}$. 3. u) *post add.* rogo 2, *et ita* $2^{a.b}$. v) inquit *corr.* inquid 1. w) ante 3; quam a. 2^{a}; quam a. et cum m. 2^{b}. x) prelibassem 5. y) aliquanta 2. 2^{b}. 3; aliquantum 2^{a}. z) audies 2^{b}; manens 4^{a}. a) mi $2^{a.b}$. b) *deest* 1. c) *deest* 5. d) satis *post suppl.* 2, *deest* 3. e) int. in p. *corr.* in p. int. 2. f) edicti 3. g) *post corr.* Rŏd. 2, *et ita* 2^{b}; Ruod. 2^{a}; Rud. 5. h) concatenati sunt 4; concatenati sumus 4^{a}. 5. i) *post corr.* sic 2, *et ita* 2^{a}; scilicet 4. k) miraculosis 5. l) condones 4. 4^{a}. 5.

1) Eichstetensi.

scribere mentis erat, si non ubique notae[a] angustiae tempus cohiberent[b]. Attamen haec pauca quae scripta sunt magnum martyrian[c] fidemque multiplicibus praebent, in tantum ut nil fideles ac benivoli[d] dubitare velint vel possint, quin credant eum semper cum sancto sanctum et cum electo electum. Unde et ego in decimo[e] sermonis mei capitulo[f] finem de 5 eo fieri malui, quia, licet minus[g] prudenter, perfecti[h] viri tamen actus vitamque descripsi; quod denarius et quaternarius numerus figurat[i], scilicet ut, qui in concordia decalogi[k] et euangelii totam vitam suam duxerat, tali sylogismo[l] subiaceat.

FINIT[m] SERMO ERMINRICHI[n] DIACONI ET MONACHI DE[o] VITA BEATISSIMI[p] SOLI PRESBITERI AC MONACHI.

10 INCIPIT[q] YMNUS EIUSDEM EX IPSIUS NOMINIS[r] TITULO EXORDIUM CAPIENS.

Sfodra[s] mirabilem promite carmine,
Cluit qui meritis undique stantibus,
Solum quem vocitat nomine typico[1]
Plebs sacra sic Germanica.

15 Oris qui famine undique colligit
Fide corroborans Christoque[t] populos,
Dans clodis itiner. Expulit et tetros
Instanti ore spiritus.

Linguulas iusserat[u] statum in pristinum
20 Restitui prece mutis et condolens
Caecis fert[v] salubrem visum, qui caelitus
Est semper mitis omnibus.

Vita consimilis vixit apostolis,
Martyrium[w] ferens iuge qui in animo,
25 Christique virginum [sanctarum[x]] coheres
Gaudet [semper[y] in] uranis.

Sancta[z] una Trinitas equalisque Deitas,
Dispone famulis tibi quod placet tuis,
Ut nunc te canere possimus perenniter,
30 Qui regnas in perpetuo. Amen[a].

a) noctis 4. 4a. 5. b) cohiberet 5. c) martyrium 2a. 3; martirium 2. 2b. – fideique 3. d) benivolunt 1 e) XX. 1. f) capitula 1. — finem *deest* 1. g) nimis 3; m. l. *corr.* l. m. 2. h) perfecte 4. — t. v. 4. 4a. i) *deest* 2a.b. k) a dec. 4. l) syllog. 4. 5; sillog. 2a.b. 4a. m) *rubra deest* 2a. 4a; Explicit *solum* 2b. n) ERMĪ 1; Eremi 4; Ermenoldi 5; E. d. et m. *des.* 2. 3. o) DĘ 1. p) sancti S. confessoris Christi 2. 3; 35 b. Sole pr. ac m. 5. q) *carmen in solo cod. 1 exstat.* r) hominis *c.* s) FODRA *in extrema linea paginae,* S *ab illuminatore falso ad primam lineam sequentis paginae picta c.* t) ꝑ populos *in loco raso c.* u) iussurat *c.* v) fest *c.* w) Martyrum *c.* x) *supplevi, deest c.* y) *supplevi, des. c.* z) *haec tota stropha litteris maiusculis scripta est in c.* a) *eadem manu add. in c.:* MARCO. P. ADEST. ET· I· C· I· M'.

1) Cf. c. 3.

FUNDATIO MONASTERII WERTHINENSIS.

De monasterio a Liudgero episcopo fundato, Wiridine[1] *vel Werthina*[2] *nominato, Vita ab Altfrido scripta quam brevissime retulit, paullo accuratius Vita altera narravit. Huius ope postea in ipso monasterio libellus*[3] *conscriptus est,* 5 *qui praeter ipsam fundationem praesertim iura monasterii in possessiones ab illo et cognatis eius donatas exponeret et liberam abbatis electionem, qualem Ludovicus iunior a.* 877. *concessit, vindicaret. Qui perperam annum* 815. *et nomina Othelgrimi et Thietbaldi, discipulorum Liudgeri, prae se fert, cum res usque ad finem saec. IX. gestas tradat. Sed non multo post haec scripta* 10 *esse, recte qui hac de re accuratius disputarunt, J. Ficker, W. Diekamp, statuisse videntur*[4]*, neque fide carent quae de origine et primis monasterii fatis referuntur*[5]*. Quare Vitis Liudgeri tomo II. insertis (nuper a V. Cl. Diekamp ex codicibus plenius editis) hanc narrationem addendam censuimus. Exstat in libro maiore privilegiorum, qui nunc in archivo regio* Düsseldorfensi *asser-* 15 *vatur, f.* 17, *ex quo apographum saec. XV. in libro privilegiorum minore (nunc etiam Düsseldorfensi)*[6]*, alia recentiore tempore facta sunt. Ex tali primus Ficker ('Münst. GQ.' I, p.* 352*) integrum libellum edidit*[7]*, quem nuper, codice illo a V. Cl. Harless diligenter collato, Diekamp (l. l. IV, p.* 286*) repetendum curavit, ita tamen quod alteram narrationis formam cum illo coniunxit et non-* 20 *nisi variam lectionem illius annotavit. Haec in codice olim Werthinensi, nunc* Berolinensi *theol. fol. nr.* 323, *saec. XI/XII, eleganter exarato et picturis ornato, post Vitam alteram f.* 30'. *similem exhibet fundationis narrationem, sed interpolatam et illa parte destitutam qua res minus felices post Liudgeri mortem exponuntur. Hanc ne antiquiorem habeamus, tota narrationis indoles* 25 *vetat; auctor, quisquis fuit, de Liudgeri discipulis quidem tacuit, Liudgeri vero tempori et Karolo imperatori privilegium tribuit, quod saeculo IX. ex. demum monasterio datum esse constat. Neque est, cur eam ex antiquiore nunc perdita libri forma sumtam esse credamus*[8] *et de communi utriusque narrationis fonte cogitemus*[8]*, immo quin ille libellus materiam praebuerit ad haec* 30

1) Ita charta Ludovici iun., Lacomblet I, p. 36. 2) Ita Altfridi Vita I, 18, SS. II, p. 410; II, 8, p. 414. 3) Minus apte documentum vel privilegium in codicibus dictum. 4) Vitae s. Liudgeri ('Münster. Geschichtsquellen' IV) p. CXII. Ficker, ibid. I, p. 352, n. et XLIX, a. 890. legendum esse censuit; sed hunc annum cum Liudgeri discipulis non convenire, ipse intellexit, et parum probabiles proposuit coniecturas. Saec. IX. vel X. vero praeter ea quae de Hildegrimo II. narrantur etiam vocabuli *comitatus* usus indicare videtur, quod hoc sensu post saec. X. non inveni; cf. 'VG.' III, p. 497, n.; V, p. 73, n. Legitur vero etiam in Vita altera c. 26. 5) Ficker p. XLIX. Sine causa vero duas partes, alteram de fundatione, alteram de rebus postea gestis agentem discerni posse, censent Ficker et Diekamp p. CIX. 35 6) Vita metrica saec. XIV/XV. et Vita a Iohanne Cincinnio saec. XVI. inc. scripta ex hac narratione hauserunt; Diekamp p. CX. 7) Primam tantum partem Schaten, Hist. Westph. p. 341, exhibet. 8) Ita Diekamp p. CIX. 40

fingenda quae privilegium *dicuntur* quod vivente sancto Liudgero datum est Werthinensibus monachis, *ut possessiones monasterii tamquam* 'continuum *sustentationis nutrimentum*' *haberent, dubitari nequit. Quare, variis lectionibus neglectis, quae ubique interpolatoris manum ostendunt, maiora tantum additamenta (B signata) addidimus, codice Berolinensi iterum collato. Düsseldorfensem vero nobis flagitantibus V. Cl. Harless denuo perlegit.*

Ex eodem libro privilegiorum maiore subiecimus miraculi narrationem, de re in possessione quadam monasterii saec. IX. gesta referentem. Humfridus, qui Gerfridi episcopi († 839*) tempore vixit,* modo presbyter et frater noster *dicitur. Quod nisi fictum putemus, auctorem eius tempori supparem statuamus oportet. Posteriorem tamen aetatem falsum nomen Liudgeri iunioris et quae de origine nominis Kugulendae dicuntur arguere videntur, nisi haec librario tribuas*[1]. *Edidit Diekamp p.* 232. *G. W.*

[DOCUMENTUM[a] DISCIPULORUM SANCTI LIUDGERI DE FUNDATIONE HUIUS MONASTERII WERTHINENSIS.]

Anno* dominicae incarnationis 815[b], indictione 8, ego Othelgrimus et Thietbaldus[c, 2], discipuli sancti Liudgeri episcopi, secundum eius precepta scribimus sui ordinationem monasterii. Liudgerus etenim episcopus, clarissimis ortus natalibus, ante episcopatus sui tempora, dum quereret in hereditate paterna coenobium[d] construere monachorum, hoc est ad ostia [Vit. alt. I, 13] Rheni fluminis, et in alio loco qui vocatur Withmundi[e, 3], et ob futura tunc temporis Nordmannorum[f] mala [ib. I, 28.] revelatum ei fuerat, inibi non posse fieri, novissime divino oraculo insinuatus est locus in silva quae dicitur Wenaswalt, super ripam fluminis quod vocatur Rura, in inculto adhuc et saltuoso loco. Nec mora, mane facto laetus properat ad locum caelesti sibi indicio designatum et ab incolis et [799.] heredibus patriae illius aliquam partem hereditatis data terra alia[g] comparavit[4], perrexitque Romam, tractaturus de hoc ipso cum beatissimo papa Leone. Quique, sancti viri studio diligenter perspecto [ib. I, 13.] ac laudato proposito, donavit illi Salvatoris nostri reliquias et sanctae Dei genitricis Mariae necnon et 12 apostolorum[5], ut in eorum honore monasterium quod dixerat construeretur**. Deinde domum reversus, dum ecclesiam in loco eodem ex consilio et licentia beati archiepiscopi Hildibaldi erigeret ipsamque postmodum ipse consecraret, eo quod provisor noster factus fuit episcopus[6], tradidit omnem hereditatem suam ad memoriam ipsius cruoris Domini et reliquiarum predictarum***. Sed quia[h] monachos ibidem congregandi facultas non dabatur, et eum rex Karolus doctorem novellae plebi [cf. V. I, 16. 17.] Saxonum et Fresonum prefecerat, et illi rudes in fide fuerunt, et non potuit aliquos persuadere secularem vitam relinquere ac monasticam ducere, idcirco opus idem, Deo cooperante,

*) Omnibus Christi fidelibus inicium atque originem constitutionis sancti patris ac patroni nostri Liudgeri episcopi et confessoris de loco et coenobio monasterii sui, quod est in silva quae dicitur Weneswald super fluvium qui vocatur Rura in loco qui vocatur Wideberg sive Werdina, prius veritatis rationem preponimus, quatinus postea iustum iudicium per singula queque notata convenientius subsequatur. *B.*

**) *B ex Vita c. 14. addit, Liudgerum S. Benedicti monasterium visitasse:* scripsitque ibi sanctam regulam beati Benedicti et secum detulit.

***) *B addit:* dotavitque eandem aecclesiam cum prefata hereditate propria, insuper adiecto patrimonio, salva perpetualiter ratione presenti, ut paterna sancti viri et comparata hereditas ad predictas sanctorum reliquias tradita cum suis omnibus et aecclesiae incrementis in elemosinam ipsius et precedentium propinquorum illius ac subsequentium sepe nominatae aecclesiae cultoribus victum et vestitum ministraret, quatinus in eodem loco pro illis Domino iugiter supplicantes de illorum hereditate continuum haberent sustentationis nutrimentum. Cuius sancti viri exemplum secuti sunt omnes tam divites quam pauperes, qui postea de suis hereditatibus vel etiam pecuniis eidem aecclesiae aliquid tradere voluerunt, ut semper Deo ibidem servientes haberent, unde pro ipsis Dominum deprecantes vivere potuissent.

a) *ita F;* Priwilegium prime fundationis huius monasterii S. Ludgeri episcopi in Werthina *manu s. XV. ex. add.* 1; Privilegium quod vivente sancto Liudgero datum est Werdinensibus monachis *B.* b) *pro* DCCCXV. *coniecit Ficker* DCCCXC; *et etiam h. a. ind. fuit* 8. c) Thiedb. *F.* d) coenobiolum *F.* e) Widm. *F.* f) Nortm. *F.* g) *deest c., legitur in Vita, ap. Schaten et B.* h) ipsi *add. F.*

1) Cf. Diekamp p. XCII. 2) Nominantur in Vita altera I, c. 29. 30. 3) Wichmund ad Yssel fluvium. 4) Cf. chartas ap. Lacomblet I, nr. 12. 13. a. 799. datas; eodem anno partem hereditatis in Werethinum Hludwinus ei tradidit; ibid. 11. 5) *sanctorumque Petri et Pauli* Vita. 6) Monasteriensis.

perficiendum germano suo episcopo Hildigrimo[1] et nepoti suo Gerfrido, nondum episcopo, sed successori suo, iniunxit et eis discipulos suos, quos ad hoc ipsum enutrierat probatissimos, commendavit. Quos prefati blandis alloquutionibus aggredientes, his verbis exorsi sunt: 'Disciplinam et sapientiam, fratres karissimi, diligit Deus, corripit autem insipientes. Et in alio loco Scriptura dicit: *Induite vos lorica Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli;* idcirco regularem et monasticam suscipite vitam'. Quibus ipsi continuo dixerunt: 'Nos minime vitam monachicam ingredi audemus, quia, vobis remote predicantibus, in deteriorando cottidie istud presens seculum senescit, et insurgent alii rectores, et fit in ipsis quod scriptum est: *Alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis,* et cogent nos vel posteriores nostros plus quam fragilitas nostra possit sustinere[a], cum scriptum sit, sacrificia voluntaria velle Deum, et dicunt, ad illos pertinere hunc locum, cum nequaquam fundatus aut omnino ab illis protectus sit'. Episcopus vero Hildigrimus et Gerfridus, nepos eius, satis prudenter responderunt: 'Ad id sanctae conversationis habitum et vitae meritum vos suscipere suademus, ne frater noster Liudgerus hunc locum alicui in proprietatem det vel commendet, sed liberam facultatem perpetuo habeatis in eo manendi illumque possidendi, intus et foris regendi et vitam exercendi, quantum divina vos prevalere faciat facultas, quia scriptum est[2]: *Si plus greges meos elaboravero inambulando, pereunt cuncti una die.* Hanc misericordem institutionem audientes quidam de vasellis nobilibus Hildigrimi episcopi et Gerfridi, nepotis sui, divino tacti amore, filios suos ad prefatas [reliquias[b]] ea dumtaxat ratione dederunt, ut, si illa misericordia et libertate uti meruerint, in habitu monachico ibi Deo servientes permanerent. Et sic omnes qui postea filios suos iugo Christi mancipaverunt eodem modo et eodem proposito fecerunt. Missis itaque concite nunciis, sanctum Liudgerum hortati sunt adventare. Qui cum magna celeritate adesset, his eum verbis aggressi sunt: 'Discipuli tui regulam suscipere rennuunt dicentes, se timere, post vitam nostram aliquam obpositam insurgere personam et velle eos in sua vendicare plus dominia, quam eorum possit deportare essentia'. Tunc ipse dixit: 'Qui hoc faciet[c], anathemate sit involutus[d], in die iudicii contra me racionem redditurus, cur ausus sit locum istum, quem mihi divina providentia non solum monstravit, sed etiam[e] aperte nominavit, invadere vel aliter mutare, quam mihi provisum sit pro loci ac facultatum qualitate competere'. Iterum omnes pariter terribilibus maledictionibus condempnaverunt, dicentes: 'Si[3] quis umquam, quod absit, de heredibus nostris seu quaelibet opposita persona hanc institutionem nostram vel traditionem infringere vel mutare temptaverit, primitus iram Dei caelestis incurrat et a sanctorum angelorum societate separetur et in perpetuum ab omnibus sanctis condempnetur'. Et congregantes omnem cognationem suam ad istud monasterium, die dominica tradiderunt omnem hereditatem suam in ius et dominium fratrum ibidem Deo famulantium, et ita demum ipsa die dominica coram omnibus qui adfuerunt[f] prefati discipuli sanctae conversationis habitum eodem modo quo prediximus susceperunt.* Nullusque ab

Sap. 1, 3. — 1 Thess. 5, 8. — Ioan. 4, 38. — cf. Ps. 53, 8.

*) *B, reliquis omissis, pergit, tribus lineis in cod. erasis, [quae ita legi:* hac etiam (?) die . . . . omnibus attribuit (?), ut nullus umquam in illud monasterium recipiatur nisi . . . . .] cum sua hereditate paterna, nec alicui procurandum commendari sine consilio vel voluntate monachorum ibidem Deo servientium, quippe cum nichil aliud esset eiusdem aecclesiae possessio nisi hereditas sancti Liudgeri et parentum eius ac monachorum in ea degentium. Precepit etiam, ne alicui ex illis successorem sui generis sibi umquam sine electione aut voluntate congregationis subrogare liceret, sed, quando oportunum videretur aliquem eis cum consilio et electione fratrum atque oratione applicare, nequaquam illi tunc predictam aecclesiam cum sua possessione ac congregatione quasi per aliquam legalem traditionem dare aut accipere permitteretur, sed tantum in ipso monasterio cum regula sancti Benedicti sub testificatione talis sententiae simpliciter firmiterque commendare: *Sicut ego N. a meo precessore cum ista regula sancti patris Benedicti istos fratres cum possessione istius aecclesiae accepi, sic illos tibi per eorum electionem cum eadem regula et possessione coram Deo et sanctis eius servandos committo, ut de eorum conservatione tale studium exerceas, quatinus secure in die iudicii exinde valeas reddere rationem.* Et sic unusquisque ab altero curam prefatae suscepit aecclesiae. Si vero Dei miseratione quandoque actum fieret, ut consanguineis illius regale solarium vel spirituale studium defieret[g], ac Deo miserante congregatio ipsa cum profectu succresceret, quatinus infra aecclesiam congregationis dignum caput eligeretur, gloriosissimus imperator Karolus, sancto Liudgero interpellante, licentiam devotissime tradidit[4]. Super

a) retinere *c.* b) *deest c.*; ad praefata *F.* c) faciat *F.* d) et *add. F.* e) et *F.* f) adfuerant *F.* g) *sic c.*

1) Catalaunensi. 2) In Sacra Scriptura haec ita non leguntur. 3) Verba similia in Werthinensibus chartis leguntur, Lacomblet I, nr. 8. 11. 12. 13. 4) Haec ne in Karoli M. charta ficta (Lacomblet I, nr. 26, p. 14) quidem leguntur.

ipso die patrum precedentium nisi cum consensu et electione fratrum aliquam ibi habere potestatem visus est, usque dum Bertoldus quidam eorum consanguineus, amicorum suorum depravatus consilio, monasterium illud iniuste invaderet sibique vendicaret. Quod fratres nostri non ferentes, dum comitatum[1] adirent et coram sancta synodo dicerent, iudicante beatae memoriae archiepiscopo[2] Liudberto et caeteris quam plurimis, decretum est, monachos monasterii illius heredes esse oportere et electionem inter se habere, sed nec quidem alicui procurandum commendare sine consilio et voluntate monachorum ibidem Deo servientium, quippe cum nichil sit nisi hereditas sancti Liudgeri et successorum eius et monachorum in ea degentium; Bertoldum vero ut iniustum invasorem iuste illud omittere: non post longum ergo tempus Bertoldus miserabili morte et anathemate trium episcoporum, sancti Liudgeri et Hildigrimi, germani eius, et[a] Gerfridi, nepotis eorum[b], vallatus, impuram, ut timemus, reddidit animam. Sed quia Hildigrimus illo tempore iunior iam tunc episcopus fuit[3], qui erat nepos sancti Liudgeri, elegerunt eum fratres ibi Deo servientes abbatem, et ut ipse eos in manus regias pro sola tuitione, sicut promiserat, cum consensu omnium fratrum commendaret, ne alius aliquis illud invadere aut alteri commendare ullo umquam tempore presumeret. Quod per omnia, ut verbis promiserat, factis adimplevit[4]. Nam quod illum malivoli egisse calumpniantur, ut regi illud in proprium donasset, hoc facere nequivit, quia numquam proprium tenuit. Sed semper liber et incontaminatus locus iste a Deo est observandus. Ceterum, si quis post hoc, quod non optamus, hanc institutionem spiritu inflatus maligno ausus fuerit disperdere vel omnino in aliquo mutare, exorandus est nobis ille qui dixit: *Michi vindictam, ego retribuam*, ut intercessione sanctae Dei genitricis Mariae et 12 apostolorum necnon et patroni nostri Liudgeri omnium sanctorum suorum supplicatione exoratus, ipse exurgat et iudicet causam suam. Amen. (Rom. 12, 19.)

haec etiam omnia terribilibus interminationibus illum condempnavit, si aliquis umquam hanc constitutionis traditionem infringere vel disperdere ausus fuerit, ut sanctae Dei genitricis Mariae et duodecim apostolorum intercessione exoratus qui dixit: *Michi vindictam, ego retribuam*, ipse exurgat et iudicet causam suam. FIN.

APPENDIX.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Nos famuli sancti Liudgeri notum fieri cupimus omnibus Christi fidelibus miserabilem crudelitatem, quam fecerunt homines domnae Richildae[5] consilio et precepto eius et Theoderici, filii ipsius, in hereditate sancti patris nostri Liudgeri, quem circa duo flumina, Thithelam[6] videlicet et Navegisam, propriam habebat. Perfecerunt itaque viri iniqui maliciam suam illo in loco specialiter, ubi Humfridus, modo presbyter et frater noster, iussus a domno Gerfrido episcopo domum edifficavit et Dei servitium prout potuit exercuit et sine alicuius reclamatione possedit excolendo, edifficando, fructificando ad utilitatem nostrae ecclesiae quamdiu vixit. Quo defuncto, domus illa quam edifficavit tamdiu stetit, quoadusque nimia vetustate defecit. Deinde vero, defuncto domno Gerfrido[7] et defuncto Aldfrido episcopo[8], qui post eum regimen aecclesiae nostrae tenuit, iubente iterum Liudgero iuniori[9], qui post domnum Gerfridum quartus nostram rexit aecclesiam, missus est servus Dei Brunricus presbyter et monachus, ut eandem supradictam hereditatem Deo adiuvante restauraret. Qui Brunricus in ipsa hereditate domum similiter edifficavit et sacrum altare quod secum detulerat erexit et ipsam hereditatem secundum morem legalium hereditatum excoluit. Cumque idem servus Dei missarum sollempnia ibi celebraret, venerunt carnifices homines Richildae per iussionem filii eius Theodorici, ut eum perderent. Qui statim acceptis securibus ceperunt incidere arborem magnam, ut eum obruerent. Ipse vero stetit inperterritus in celebratione missarum. Carnifices vero, mutato consilio, ne res quas diripere cupiebant simul cum illo obruerent, ceperunt sudibus et quibuscumque poterant percutere illum sacris vestibus indutum coram altari stantem, ita ut sanguis eius flueret super altare. Cumque corruisset coram altari, expoliaverunt eum sacris vestibus, id est planeta, stola, alba, mappula, cingulo, et diripiebant sibi. Diripuerunt etiam et reliquias sancti Salvatoris et sanctae Dei genitricis, sancti Petri et sancti Liudgeri cum

a) necnon et *F.* b) eius *F.*

1) i. e. aulam regiam. 2) Moguntino a. 863—889. De synodo Wormatiensi a. 868. cogitavit Ficker p. XLIX. 3) A. 853—888. 4) V. chartam Ludovici iunioris a. 877. datam, Lacomblet I, nr. 70, p. 36. 5) De qua nihil compertum habemus. 6) Deilbach et Neviges. DIEK. 7) Obiit a. 839. 8) Obiit a. 849. 9) De hoc nihil constat; Hildegrimum iuniorem intelligi, censet Diekamp.

capsa, crismale, crucem consecratam, calicem cum patena et tabulam altaris consecratam cum corporale, et ipsum altare subvertebant. Quo facto, estimantes eum mortuum, spoliaverunt eum vestimentis suis, id est tunica, cingulo, cultello, pectine, novaculo, gravio, tabulis, caligis, fasciolis, calciariis, pedulis. Deinde eum portaverunt pronum super sudem longum sicut saccum, indutum tantum cuculla quasi ad sepeliendum, et proiecerunt eum in densum spinetum in ipsa ripa Navegisae, ita ut per spinetum caderet in ipsum flumen, et proiecerunt super eum ramos arborum et fustes et sudes[a] et quicquid invenire potuerunt et cooperuerunt eum. Sed Deus omnipotens, qui non derelinquid sperantes in se, illis ignorantibus, quem sic cruciaverunt misericorditer per merita, ut credimus, beati Liudgeri confessoris sui oculo misericordiae iacentem in flumine respexit, et receptis viribus surgens de flumine, continuo ad ecclesiam, unde missus fuerat, rediit et omnipotenti Deo et meritis beati Liudgeri una cum ceteris fratribus gratias egit. Deinde vero carnifices perrexerunt ad domum eius et fregerunt ostium et percusserunt ministrum eius Suafhardum, nobilem Saxonem, pene usque ad mortem, et diripuerunt in domo eius duos rokkos maiores, duos sagos, feltum[b] et capitale, caligas, pedules, subtalares, manicas, mappas, manutergia, sternaturam[1], hosos, calcaria, camisiam, bragas, secures, dolatorias, caldaria, cramala[2], sartagines, cultros, vomeres bis acutas, terebella et duo retia, et sic discesserunt. Post non multum vero temporis ipsa Richildis et filius eius Theodericus, cuius consilio et precepto hec omnia facta sunt, mala, ut timemus, morte de hac vita decesserunt, et sic postea ipsa prefata hereditas nostrae aecclesiae permansit. Locus[3] autem ille in quo hoc malum accidit a cuculla Brunrici, quae ei cruciato sola de omni facultate remansit, a circumvicinis Kugulendal[4] nomen accepit.

a) sudos *ed.* b) feltrum?

1) Fortasse quod sternitur, stratum. 2) Idem fortasse quod in Capit. de villis c. 42. dicitur cramaculus, alibi crammale, quod interpretantur: cremaster focarius; Ducange II, p. 645. 3) Haec post addita esse credere possis. 4) Kuhlendahl, quam villam primum in charta medii saec. XI. nominari, annotavit Diekamp.

EX MIRACULIS S. GENESII.

De S. Genesii reliquiis a. 800. *Hierosolimis in Italiam indeque in Alamanniam translatis et in praedio comitis Scrot Skinam (Schienen) dicto conditis, ubi mox monasterium ortum est, postea Augiae diviti subiectum, retulit iussu abbatis* 5 *Erlebaldi (a.* 822—838*) monachus Augiensis, ita ut miraculis eorum ope factis translationis praemitteret historiam. Quae quamvis cum iis pugnent quae saec. XI. Herimannus Augiensis tradidit*[1], *fidem mereri videntur. Nam satis accurate auctor tempus indicavit et rem ipsam exposuit, sermone usus non prorsus culto.*

10 *Exstat in codice Carolsruhano, olim Augiensi, nr. CCII, f.* 110—122, *qui iussu Reginberti ante a.* 844. *exaratus est. Ex quo ab A. Holder accuratissime descriptam edidit Wattenbach, 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' XXIV, p.* 8—21, *praemissis quae tam de libri auctore et fide quam de monasterio Schinensi*[2] *enucleari poterant. Nunc codice iterum diligentissime a V. Cl. Holder* 15 *collato, primas lectiones, secunda manu emendatas, quamvis contra grammaticae regulas peccantes, recepi, aperta vero librarii menda mox emendata adnotare praetermisi. Miracula, quae nihil ad historiam illustrandam conferunt, repetere nolui.* *G. W.*

COMMEMORATIO BREVIS DE MIRACULIS SANCTI GENESII MARTYRIS CHRISTI.

20 Tempore quo Carolus rex inclitus miro sub regimine Galliam rexit, cum iamiamque (f. 110) Deo propitio hostes per gyrum innumeros bellis[a] triumphalibus subiugatos habuisset, cum Italiam Pippino, Equitaniam[b] Hludoico regibus iure regio gubernandum regnum utrumque commendaret; cum etiam pater Leo apostolicus, omni ferocia rabięque Romanorum Dei iam suffragante misericordia superata, sub pace tranquilla iure pastorali Romanae 25 praefuisset ecclesiae, iamque etiam Karolus imperiale diadéma, Leone papa inponente, Romani gestaret imperii, nullusque foret Satan vel malus occursus, qui statum catholicae perturbaret ecclaesiae: hisdem, ut praefati sumus, temporibus reliquiae sancti Genesii martyris Christi partibus Germaniae ducatus Alamanniae, cuidam[c] fideli viro Scrot nomine, ex nobili orto progenię[d], evehente, allatae sunt. Quae in brevi postquam in praedio praefati 30 viri in secessu cuiusdam montis, quem Skinam aetas prior appellavit, haud longe a Rheno[e] fluvio habitaculum sibi a Deo, ut credimus, susceperunt praeparatum, tantis ad laudem

a) *in marg. prima m. suppl. c.* b) *ita, corr.* Aquitaniam Hludowico *c.* c) *sec. m. superscr.* vel a quodam *c.* d) progeniae *corr.* progenie *c.* e) Reno *pr. m. corr.* Rheno *c.*

1) 830. *Corpus sancti Marci — Ratoltus Veronensis* 35 *episcopus — cum corpore Genesii martyris in Augiam insulam attulit.* Sed tam Ann. Aug., SS. I, p. 67, quam Transl. S. Marci, SS. IV, p. 451, de Senesio martyre tunc translato referunt. Etiamsi Genesium et Senesium eundem habeas, ut Wattenbach voluit, 40 p. 7, haec non ante saec. X. conscripta non magnae sunt auctoritatis. 2) Idem codex has praebet notas, alteram saec. XII—XIII, alteram saec. XI—XII. scriptas:

f. 122. *Octingentesimo Christi natalis ab anno*
Ecclesie primo Shinensis cepit origo.

f. 118'. *In Shynensi ecclesia, que olim abbatis pollebat regimine et prediorum multorum florebat dotata reditibus, pre dilapidatione prediorum defecit ordo monachorum.*

Ex quo deposita cadit inde monastica vita,
Et duodenorum datur ordo canonicorum,
Sex successorum numerus vix mansit eorum.

Christi ceperunt fulgêre miraculis tantisque clarescere signis, ut ad magnam aedificationem *f. 110'. ecclesiae fideles circumquaque Christo laudem concinentes, permoti miraculis, *adcurrere[a] festinarent. De quibus cum aliquanta, cum cuncta nullus[b] sufficiat, memoriae commendare fratrum illic Deo famulantium caritas cohortetur, et maxime abbatis mei venerabilis viri Erlaboldi[c] cogat oboedientia, hoc exordium narrationis nostrae ad conprobanda caetera 5 ratum fore conicio, uti primitus, quo eventu qualique occasione reliquiae tam praeclarae thesaurusque[d] tam desiderabilis fines nostros attigisset, sicut fidelium relatu omni absque ambiguitate conperimus, dilucidare, Christo favente, quantum tenuitas ingenii sinit, inchoemus.

2. Comes quidam fuit partibus Italiae in civitate Darvisia[e] Gebahardus nomine, rele- 10 giosus in fide. Qui cum dives opum foret terrestrium, non tamen terris thesaurizari[f] studuit, sed, ut fertur, fideliter dispensando cuncta in caelestibus collocare festinavit. Qui in vicinis Venetiarum partibus reliquias sanctorum martyrum Genesii et Eugenii de Hierosolimis a negotiatoribus adportatas audivit mira et inaudita ad laudem Dei monstrasse miracula. At ille animo perculsus rerum tantarum praeconio, negotiatoribus ad se accersitis, 15 *f. 111. diligenter inquisivit, *si sibi potuissent indicare, ubinam corpora illorum sanctorum requiescerent, quorum reliquiae apud illos tantis signis claruissent. At illi Hierosolimis condita referebant. At praefatus comes ad illos: 'Potuerunt', inquit, 'aliquo pretio rédemi?' Qui dixerunt, potius illa a patriarcha sedis ipsius legatione cum benedictione transmissa pacifica potuisse impetrari quam pretio redemi. At ille, sumpto consilio, primitus per nego- 20 tiatores illos patriarchae munera delegavit magnifica, impetraturus ab illo praedictorum corpora sanctorum, ásserens, sé monasterium permagnificum ad servitium sanctorum, si dignus foret tali impetratione, praeparatum habuisse. Qui, coepto navigio, cursu prosperrimo Hierosolimam, urbem quondam regiam, advolarunt petitionemque comitis, muneribus prolatis, patriarchae retulerunt. At ille legationem illorum munifica liberalitate suscipiens, 25 promisit, se, si comis[g] ille, cuius mandata detulerant, digna servitia aptaque habitacula sanctis Christi martyribus praeparata habuisset, post reditum illorum ad patriam, si praefatus *f. 111'. comes inter caeteros legatos praesbiterum unum et *alium delegasset diaconem, qui cum Christi laudibus tam pretiosum thesaurum[h] per inmensi pelagi pericula evéhere potuissent, se ilico dona quae poposcerat magnifica largiturum. Et, ut paucis verbis pelagi itinera lata 30 perstringam, postquam institores[i] supra memorati nuntium tale de visione pacis[1] in Italiam Gebahardo comiti detulissent, ille ut potuit Deo gratias largitori omnium retulit, missosque tales, quales sacer patriarcha de arce speculationis[2] praedixit, absque mora magno cum tripudio, largis onustos muneribus, partibus transmarinis delegare instituit. Contigit etiam eodem in tempore, missos domni imperatoris Karoli id ipsum in íter directos fore, qui ab 35 Aaron rege Saracenorum elefantem expetebant atque cum aliis muneribus quae Karolo transmiserat, quamvis longa mora interveniente, in Franciam detulerunt; nam quartum dimidium annum in via feruntur demorasse[3]. Sed missi praefati cómitis praesbiter et diaconus uná cum illis Hierosolimam adventantes, reditum illorum, quia diu demorati sunt, *f. 112. praestolare[k] non poterant; nam praesbiter ille sacris in locis terram terrae, animam *astris[l] 40 reddidit. Diaconus vero, corporibus sanctorum martyrum a patriarcha susceptis, membratim cesa propter insidias gentilium, in duobus cóphinis ad hoc ipsum praeparatis ossa sanctorum condidit martyrum, mercibusque cuidam nauclero datis, atque in navi sé illius cum suis compónens, ad patriam rediit. Qui dum cum thesauro pretioso adiutorio Christi precibusque sanctorum e longinquis partibus evecto tandem portum attigisset Romanum, 45 carmen lugûbre de morte domini sui in litore continuo audivit. Qui dum nimio merore anxius, quo se verteret quidve de corporibus sanctorum quae secum evexerat ágeret, omnino incertus existeret, continuo solacium sibi sensit adfuisse divinum. Nam Scrôt, vir ille religiosus, cuius superius fecimus mencionem, qui eodem tempore comes Florentînae civitatis existerat[m], oracionis causa unâ cum coniuge sua hisdem diebus Romam advenerat. 50 Qui dum naves transmarinis partibus adventantes in portu applicuisse fama divulgante audisset, mox puerum suum, qui et ipse diaconi ipsius germanus frater existerat[f], ad litus

a) *corr.* accurrere, *et ita saepius c.* b) *sec. m. add. c.* c) Erlebol::di *c.* d) tesaur. *corr.* teshaur. *c.* e) visi *e corr. m. sec. c.* f) teshaurizari *m. sec. corr.* teshaurizare *c.* g) *sec. m. corr.* comes *c.* h, teshaur. *corr.* thesaur. *c., et ita postea.* i) institutores *c.* k) *corr.* praestolari *c.* l) animam reddit *corr.* astris reddidit *c.* m) *corr.* extiterat *c.* 55

1) i. e. Ierusalem. W. 2) i. e. Zion. W. 3) Cf. Ann. Einh. a. 801: *quem imperator ante quadriennium . . . miserat.*

transmittere procuravit. Qui dum advenisset, stantem germanum suum diaconum cum praeda preciosa quam adtulerat in litore repperit, factaque salutacione mutua, properabant ad Urbem; cumque in praesenciam praefati comitis diaconus ille adveniret, interrogatus ab illo, omnem eventum itineris sui recitavit; *[f. 112'] asserens, se inmensa praeventum sollicitudine, quidnam de corporibus sanctorum agere debuisset, consilium ab eo solaciumque suppliciter flagitavit. At ille, Deo annuente, ilico reperit salubre consilium. Nam Leoni papae, quia valde ei familiaris erat, cuncta per ordinem quae supra memoravimus comes ille replicavit. At ille suis optutibus cum thesauro quem attulit iussit diaconem praesentari, cophinisque reseratis, laudem Christo papa Leo rétulit; quin etiam reliquias e sanctis corporibus pater ipse apostolicus propriis sumpsit cum manibus, largaque benedictione ínsuper data, comiti diaconem cum sanctis Dei martyribus commendavit iussitque, ut ad loca destinata, ubi illis habitacula fuerant praeparata, cum maxima veherentur cautela. At illi, sumpto commeatu a domno apostolico, magno cum gaudio moventes ab Urbe, ad Florentînam civitatem usque pervenerant. Ubi dum domi forent, familiariter cuncta licuit pertractari. Sumpto consilio, sanctisque corporibus ibidem relictis, diaconus causa explorandi, *[f. 113] an praeparatas illis mansiones repperisset, Darvisium profectus est. Interim comes praedictus coepit cum coniuge sua et necessariis amicis felici consilio[a] adhibêre tractatum, quatenus revertente diacono aliquam partem ex ossibus sanctorum ob amorem Christi sibi concedere poposcissent. Veniente igitur illo, humiliter, sicut de talibus decuit rebus, quas praediximus, inpetrabant. At ille: 'Libentissime', inquit, 'propter caritatem vestram erga me et devotionem in sanctos martyres ostensam solatiumque plenissimum inpensum petitioni vestrae consensum praebêrem, si permissum Leonis summi pontificis habuissem'. Haud mora, legatus celer[b], qui talia summi sacerdotis referret in aures, Romam mittitur. At praesul apostolicus, quia de rebus visis atque optime cognitis consultus erat, tale responsum ilico reddidit: 'Si', inquit ad legatum[c], 'dominus tuus habitaculum tanto mansore condignum aptumque servicium reliquiis tam praeclaris praeparatum habuerit, cum voluntate Dei firmetur eciam cum nostro consensu petitio eius'. Cum tali mandato a summo praesule Romano legatus ille ad dominum suum reversus est. At diaconus ille, facta oracione cum lętaniis, cophinos reseravit partemque aliquam corporis sancti Genesii Christi martyris, id est dextrum fęmur a iunctura superiore[d] usque ad geniculi iuncturam inferiorem, Scrôt comiti tradidit, *[f. 113'] caeterisque membris sanctorum item diligenter recónditis, ad praeparatas illis mansiones cum laudibus Christi Darvisiam civitatem advexit. Comes vero praefatus partem corporis, quae sibi Dei, ut credimus, providentia fuerat condonata, diligentissima cautela iussit involvi scrinioque ad hoc ipsum moderata arte conposito a sacris ordinibus sacerdotum fecit recondi, petitoque commeatu a rege Pippino, per iuga Alpium thesaurum ádmodum preciosum nostram provexit ad patriam. Nam loci situm montisque secessum, ubi reconditum est tam praeclarum commercium, quia superius parúmper attigimus, recitare amplius necesse non putamus. Sed cum in exordio ambiguitatem nonnullis, non solum in populo, sed etiam in sacerdotali gradu consistentibus, res ipsa conferret, Pippinus rex Langabardorum[e] Ratoldum, tunc principem palatii sui sacerdotem, veritatem rei diligenter perquirendae Darvisiam misit. Qui, perspectis sanctorum corporibus, ossaque illorum ossibus coniúngens, hoc solummodo defuisse cognoverat, quod praefato comiti Leone papa concedente diaconus tradidit. Quod etiam postmodum, [cum[f]] cum rege Pippino ad eundem locum, ubi reliquiae sancti Genesii allatae sunt, hisdem[g] sacerdos venisset, experimento consimili conprobavit. Nam *[f. 114] iubente rege scriníolum aperuit partemque corporis sancti Genesii Christi martyris, quam apud Darvisiam civitatem non repperit, hic nanctus est collocatam. Sed iam nunc, quomodo etiam quibusdam manifestis signis dubietas illa a quorundam cordibus pelleretur, Christo propicio conabimur explicare.

3. Dum itaque iuxta villam quandam in vicino sitam rustici, ut moris est, ruris colendi gratia infatigabili ,per campos labori insisterent, ternique pariter quadam in parte opere eodem occupati existerent, interque multa alia quae solent inter laborantes oboriri conloquia subito in talia verba prorumpunt: 'Ubinam', ait unus ex ipsis, 'die crastina, quae dominica habetur, conventum ecclesiae frequentemus[h]?' 'Curne[i]', inquit alius, 'in monte vicino, ubi catervatim cunctos undique cernimus confluere, nos etiam devotione consimili nuper allatas reliquias visitamus?' Sed quia in prumptu vicinior habebatur

a) consilium *corr.* consilio *c.* b) *pr. m. postea add. c.* c) *ita W.;* adleg. *falso corr.* alleg. *c.* d) superiorae *sec. m. corr.* superiori *c.* e) *sec. m. corr.* Longob. *c.* f) *deest c.* g) *corr.* iadem *c.* h) *corr.* frequentamus *c.* i) Cur *corr.* Curne *c.*

ecclesia, tertius ex ipsis vulgare quoddam intulit proverbium: 'Quis', inquid, 'super fluvium pergens aquam quaerit?' Quod quam perversa mente protulisset, ultio mox subsequens innotuit. Nam subito in módum paralitici, resolutis cunctis membrorum conpagibus, iacuit. Qui dum a sociis die eádem ad tecta portaretur, *languorque minime quiesceret, mane facto plaustro super inpositus, ad ipsam quam pridie adire recusabat portabatur ecclesiam, ibique ad magnam Christi laudem per suffragia sanctorum pristinam recoepit sanitatem. Hoc ad exemplum caeteris factum quis dubitet, ut nullus deinceps temere audeat contra locum sanctum proferre conloquium?

4. Per idem etiam[a] tempus quidam vir ex plebeio conventu non recta devotione, ut post in eventu paruit, nec pura fide loca sacra visitavit. Nam, ut multi solent agere[a] in populo, quod valde dolendum est, vix expectata aliqua parte sollemnitatis peractae, quasi quodam stimulo retrahente, instinctu diaboli agitatus, ad propria remeare festinabat. Qui[b] cum in via a quadam fidelium caterva ad missarum sollemnia festinante interrogatus esset, si aliquod signum ibidem sacris in locis meritis sancti martyris, unde perrexerat, noviter perpetratum audisset: at ille, ut fallacia plenum pectus gerebat, inpudicum quoddam percunctantibus responsum protulit, dicens: 'Non aliud signum', inquit, 'illic modo diffamatum audivi, nisi quod mulier quaedam per secretam alvi naturam sonitum protulit inpudenter'. Nec mora, dum paulolum preteriret, iudicio ad eum ob plasfemiam caelitus perlato, ex equo corruit, brachio confracto, cunctisque membris tam inmensa valitudine resolutis, ut disperacio salutis ipsius cunctis cernentibus existeret. Qui dum a parentibus item ad eandem ecclesiam *veheretur, adiuvamine sanctorum partim sanitati est redditus, partim ob castigationem suam hactenus valitudine eádem marcescit enerviter dissolutus.

5. Eodem tempore Egino vir ádmodum clarus inter suos Constantinae ecclesiae praesul extiterat, ad cuius diocesim locus ipse pertinebat. Qui ut plenius rei caperet veritatem, cum clericis suis monachisque quibusdam ob testimonium secum sumptis ad eundem locum veniebat. Utque omnem ambiguitatem suo e corde depelleret, scriniolo reserato, cunctis clericis qui secum aderant cernentibus, sacrum membrum Christi martyris superius memoratum manibus suis episcopus ipse contrectare curavit, manifestumque a Deo munus allatum professus est atque cum laudibus Christo magnifice prolatis mansioni pristinae membrum Christi martyris iterum restituit.

6. Nam non multum post etiam Waldo, vir magni ingenii, Insulenensis[c] coenobii pater, tam causa orationis quam etiam, ut ita dicam, explorationis, quibusdam fratribus secum assumptis, sacrum locum visitavit, ibique a fratribus cum summa alacritate susceptus est. Qui dum post vespertinam synaxim ad mensam cum suis cenaturus residéret, signum quoddam mirificum in ecclesia est ostensum. Nam moris in ecclesia illa erat, iugiter die noctuque teneri lumen accensum; *sed aliqua interveniente incuria, post celebrationem vespertinam die illa custos ecclesiae, obclusis foribus, oblitus est lumen ibídem more solito accendere, fragorque subitaneus post egressum illius, terribili quodam sonitu pavimentum concutiens, in ecclesia est auditus. Nam candelabrum quoddam ádmodum mobile, extincta super inposita candela, in loco eminentiore iuxta aram fuerat conlocatum. Quod saltu quodam mirifico divinitus elevatum, in planitie pavimenti claro ardens lumine a fratribus qui sonitum audíerant inventum est. Quod dum praefato venerabili patre[d] ad mensam residente[e] nuntiatum esset, Christo gratias agit, omnemque dubietatem ulterius de hac re e pectore suo fatebatur extinctam. Id ipsum quidem signum luminis accensi, quod tunc clericis et monachis ob exemplum incredulitatis, ut credimus, fuerat revelatum, alio quidem modo, eádem tamen virtute, etiam laicis ibidem postmodum est ostensum.

7. Quidam namque vir ex stirpe ortus nobilium in proximo cómmanens Cozbertus nomine magnam partem montis ipsius cum suis fratribus iure paterno possidebat. Hic colónum quendam, perversae mentis virum, ipso in monte commanentem habuit. Hic inter servos Dei et dominum suum litem de terminis *locorum serere iugiter solitus erat; sed quia dominus illius prudens erat et modestus, ante cognitionem rei male suadenti non cessit colono. Nam die quadam ipsum secum assumens cum duobus aliis vassallis, familiariter oratorium sancti martyris adiit, orationeque peracta, pueros in eclesia reliquit, ipse solus in secretario secretum servorum Dei conloquium petiit. At illis qui in oratorio relicti sunt mutuo quiddam sermocinantibus, subito ante altare quod in honore sancti Viti Christi martyris ibidem est erectum prae oculis ipsis cernentibus candela divina potentia accensa est. At illi nimio terrore perculsi, fores secretarii pulsare coeperunt, signum sibi divinitus revelatum referebant. Qui cum egressi fuissent, experimento verissimo conprobarunt quod auditu perceperunt. Factum est, ut ad inmane Christi praeconium in promptu revelatum miraculum non solum rixae a perverso fautore accensae terminum inponeret, verum etiam mitiores placabilioresque circumquaque manentes efficeret . . . .[1].

a) *pr. m. postea add. c.* b) Qui — audisset *sec. m. in marg. add. c.* c) *sec. m. corr.* Insulanensis *c.* d) *corr.* patri . . . . residenti *c.*

1) Sequuntur miracula c. 8—21, ne nominibus quidem eorum, qui sanitatem receperunt, indicatis. Ideo quae iam Wattenbach notavit exscripsisse sufficiat: 18. *Quae dum postmodum a domino suo libertati foret donata, ibidem elegit toto tempore vitae suae in servitio servorum Dei perdurare.* 19. *quoadusque mulier amplius se non exinde migraturam promitteret.* 21. *Nam mulier quaedam servitio cuiusdam temporalis domini mancipata. . . . Hoc demum horrore dominus illius commotus advenit, eamque iure dominio potestati ecclesiae illius ibidem iugiter tradidit permanendam.*

ANGILBERTI ABBATIS DE ECCLESIA CENTULENSI LIBELLUS.

Angilbertus[1] *ille celeberrimus Karoli Magni amicus et gener, a.* 790. *abbatia S. Richarii Centulensi donatus, ecclesiae restaurandae, dotandae et ornandae operam sollertem navavit et hac de re brevem narrationem confecit, quae non pauca continet ad saeculi morem, praesertim ad curam rebus ecclesiasticis adhibitam plenius cognoscenda.*

Exstat in codice nunc Vaticano *reg. Christinae nr.* 235, *membr. saec. XI, in quo fol.* 74 *sqq. collecta sunt quae ad vitam Angilberti illustrandam facere possint, praeter hunc libellum fol.* 78—82. Institutio *eius* de diversitate officiorum, *nisi fallor, inedita*[2], *carmina minora ab ipso confecta, epitaphia eiusdem, notae ex Einhardi Vita Karoli, Nithardi libro et 'aliis Francorum historiis' petitae. Idem videtur esse, qui a Gervino abbate saec XI. Gorziae est inventus et diei obitus fratribus hucusque incognitae notitiam dedit*[3].

Hoc ipso codice Hariulfus usus est[4], *qui saec. XI. exeunte in historia monasterii Centulensis (Dachery, Spicil. IV, p.* 419; *ed. 2. II, p.* 291) *fusius de Angilberto egit (quae repetivit Mabillon, Acta SS. ord. Bened. IV,* 1, *p.* 108 *sq.) et etiam libellum istum exscripsit*[5], *nonnullis locis paullo mutatum. Apographum codicis autographi, quo Dachery et Mabillon usi sunt, saec. XVII, in bibliotheca* Ambianensi *nr.* 531. *f.* 13—127. *asservatum socius Dr. Holder-Egger adhibuit, quod nonnumquam veram lectionem confirmavit, sed non paucis scatet mendis.*

Non multo post a. 1110. *Vita Angilberti composita est, ut Mabillon censet, ab Anschero abbate et Paschali papae missa, ut* anniversaria dies eius in numero sanctorum sollemniter celebretur. *Quam* de gestis Francorum et diversis opusculis chronicarum *se collegisse, auctor profitetur, fortasse codice illo usus*[6], *praesertim vero Hariulfi libro adiutus, ex quo etiam primam libelli*

1) De quo v. quae socius noster E. Dümmler, Poet. aevi Carol. I, p. 355 sqq., monuit. 2) Certe neque Mabillon neque Dümmler eius faciunt mentionem. Sed Hariulfus partem quandam eius recepisse videtur; cf. infra p. 178, n. 2. 3) Hariulfus IV, 32: *Quodam tempore ivit coenobium Gorziam, quod est situm in confinio Mettensis civitatis, ubi inventum codicem, qui de eiusdem sancti viri aliorumque nostratum abbatum gestis aliqua retinebat, ab illis fratribus mutuavit, Centulam detulit; in quo scilicet repertum est, quomodo sanctus abbas Angilbertus terreni corporis molem relinquens* 12. *Kal. Martii transivit ad gloriam. Et quia ab eo tempore quo sub Guaramundo pagano combustum fuit monasterium usque ad hanc cognitionem Centulenses monachos dies transitus eius latuerat, magno iidem fratres exhilarati sunt gaudio.* 4) Ita III, 5. scribit: *Nam cum aliquando quidam libellus in manus nostrorum devenisset, post quaedam alia de sancto Angilberto haec inibi scripta notaverunt.* Sequuntur loci ex Nithardo sumti. 5) Maiore parte exscripta: *Hucusque,* inquit, *sanctissimi viri Angilberti scriptura de constructione et dedicatione sive ornatu ecclesiae Centulensis digesta est, quae ab ipso venerabili viro usque ad haec nostra tempora per trecentos annos et amplius valde inveterata, non sine labore ad futurorum eruditionem a nobis huic operi inserta est.* Ex Mabillione Migne, Patrol. XCIX, p. 841, Angilberti libellum recepit. 6) Locum Nithardi exhibet ita inscriptum: *Item de chronica quadam.*

partem recepit. Cum paullo uberius de Angilberti vita saeculari, inprimis de nuptiis cum Bertha filia regis initis agat, haec, quamvis certa fide destituta et maximam partem ex brevi Hariulfi notitia confecta, in Appendice exhibere iuvat. Codices 1) Ambianensem nr. 531. fol. 1—10, chart. saec. XVII, et 2) S. Audomari nr. 746, chart. saec. XVI, cum editis contulit Holder-Egger.

Ultimo loco data occasione catalogum abbatum Centulensium, ab Angilrammo abbate, ut Hariulfus IV, 17. refert, metrice confectum, certe eius tempore scriptum, repetimus. G. W.

Cap. 1. De constructione aecclesiae sancti Salvatoris sanctique Richarii necnon de totius sancti huius loci ac monasterii perfectione.

Ego igitur prescriptus Angilbertus considerans ac diligentissima intentione[a] et mentis affectu pertractans, qualiter una cum consensu fratrum meorum et omnium fidelium sanctae aecclesiae ceterorumque bonorum hominum hunc sanctum locum, michi licet indigno ab omnipotente Deo et excellentissimo domino meo Carolo serenissimo augusto ad gubernandum commissum, auxiliante Domino in melius reaedificare valuissemus, ut monachi et ceteri famuli ibidem consistentes vel etiam successores nostri, qui per diversa temporum spatia in[b] hoc coenobium successuri erunt, Deo militare et pro me et pro eodem[c] domino meo eiusdem Dei clementiam attentius valeant implorare, quatinus illis facta nostra ad perpetuam consolationem nobisque, qui pro Dei amore laboravimus, illis orantibus, ad mercedem proficiat[d] sempiternam, secundum quod ratio permisit et possibilitas nostra administravit, non tamen quantum voluimus, sed quantum occurrimus, sicut in sequentibus declarabitur, laborare curavimus. Quia igitur omnis plebs fidelium sanctissimam atque inseparabilem TRINITATEM confiteri, venerari et mente colere firmiterque credere debet, secundum huius fidei rationem in omnipotentis Dei nomine tres aecclesias principales cum menbris ad se pertinentibus in hoc sancto loco, Domino cooperante, et predicto domino meo[e] augusto iuvante, fundare studuimus. Quarum prima[f] est in honore sancti SALVATORIS et omnium[g] sanctorum eius. Alia in honore sanctae Dei genitricis semperque virginis MARIAE et sanctorum apostolorum. Tertia vero in claustro fratrum in honore sancti Benedicti abbatis et reliquorum sanctorum regularium abbatum. Quae etiam mirifico ordine dedicatae sunt a venerabilibus patribus[e], duodecim scilicet[e] sanctissimis episcopis, quorum nomina ob venerationem et memoriam illorum huic opusculo annectenda esse iudicavimus. Hi sunt: Meginhardus Rothomagensis aecclesiae venerabilis *archiepiscopus, Georgius[1], Absalon, Gerfridus, Pleon, Hildiwardus, Teodoinus, Idelmarus, Benedictus et Kellanus, preclarissimi episcopi, Iohannes vero et Passivus sancte Dei Romanae aecclesiae legati, presules nobilissimi. Nam[h] altare sancti Salvatoris, in quo positae sunt reliquiae ipsius et sanctorum innocentum qui pro eo passi sunt; et altare sancti Richarii, in quo sunt reliquiae sanctae Dei genitricis MARIAE et eiusdem sancti Richarii; altare sancti Petri, in quo reliquiae eius et Pauli[i] et Clementis; altare sancti Iohannis baptistae, in quo reliquie eius et Zachariae patris ipsius; altare sancti Stephani, in quo reliquie eius et Symeonis qui Dominum in ulnas suscepit; altare sancti Quintini, in quo reliquie eius et sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum[e]; altare sanctae Crucis, in quo reliquiae ligni ipsius; altare sancti Dyonisii, in quo reliquie eius, Rustici et Eleutherii; altare sancti Mauricii, in quo reliquie eius, Exuperii et Candidi; altare sancti Laurentii, in quo reliquie eius, Sebastiani et Valeriani; altare sancti Martini, in quo reliquie eius et sanctorum[e] Remigii[k], Vedasti, Medardi, Gualarici, Lupi, Servatii, Germani atque Eligii. In aecclesia vero sancti BENEDICTI altare ipsius, in quo sunt reliquiae eius et Antonii et Columbani; altare sancti Hieronimi, in quo

a) investigatione *H. A.* b) in h. c. *des. H. A.* c) praedicto *H. A.* d) *ita* 1; proficiant *H. A.* e) *deest H. A.* f) maior et prima *H. A.* g) et sancti Richarii *H. A.* h) In ecclesia quidem maiori *A.* i) sancti P. sanctique Cl. *H. A.* k) Remedii *H. A.*

1) Ex his episcopis praeter Meginhardum mihi tantum certo noti sunt Pleon Noviomagensis, Theodoinus Taruennensis, Hildiguardus seu Hildoardus Atrabatensis et Cameracensis. Ex aliis nescio an Georgius fuerit Ambianensis [ita SS. XIII, p. 752], et Benedictus Andegavensis [cf. Gams p. 489]. Gerfridus is mihi videtur quem laudat Alcuinus in carmine 50 [Poet. Carol. I, p. 285] forsan Laudunensis [ita Gall. chr. IX, col. 518]. MAB.

reliquie eius, Effrem et Equitii; altare sancti Gregorii, in quo reliquie eius, Eusebii et Ysidori, ab eisdem iam dictis electissimis viris condigne ac diligentissime cum ingenti gaudio sub die Kalendarum Ianuarii fuerunt Domino consecrata.

In aecclesia etenim beatae MARIAE virginis altare ipsius, in quo reconditae sunt reliquie eius et sanctarum Felicitatis, Perpetuae, Agathae, Agnetis, Luciae, Ceciliae, Anastasiae, Geretrudis et Petronillae; altare sancti Pauli, in quo reliquie eius et Barnabae et Timothei; altare sancti Thomae, in quo reliquie eius, Ambrosii et Sulpicii; altare sancti Philippi, in quo reliquie eius, Silvestri et Leonis; altare sancti Andreae, in quo reliquie eius, Georgii et Alexandri; altare sancti Iacobi, in quo reliquie eius, Xisti et Apollinaris; altare beati Iohannis euangelistae, in quo reliquie eius, Lini et Cleti; altare sancti Bartholomei, in quo reliquie eius, Ignatii et Policarpi; altare sancti Symonis, in quo reliquie eius, Cosmae et Damiani; altare sancti Mathei, in quo reliquie eius, Marchi et Lucae; *altare sancti Taddei, in quo reliquie eius, Nazarii et Vitalis; altare sancti Iacobi fratris Domini, in quo reliquie eius, Gervasii et Protasii; altare sancti Mathiae, in quo reliquie eius, Hilarii et Augustini[a], 6. Idus Septembris in eius sacratissima nativitate a venerabilibus episcopis, Georgio videlicet, Absalone, Pleone et Gerfrido, honore dignissimo sunt dedicata.

Sed et altare beati archangeli GABRIHELIS, quod est situm in porta meridiana, 8. Kal. Aprilis in annuntiatione sanctae MARIAE; MICHAELIS vero, quod est in porta occidentali, 3. Kal. Octobr. a Hildiwardo venerabili episcopo optime[b] sunt consecrata. Raphaelis autem altare[c], quod est in porta septentrionali, 2. Nonas Septembris in honore ipsorum archangelorum omniumque virtutum caelorum a Iesse religioso episcopo[1] optime est consecratum.

Reliqua vero moenia ipsius monasterii, eodem domino cooperante, quae actenus conspiciuntur constructa, sicuti cernuntur omnia a fundamentis studuimus cum[d] turribus et cappellis reformare, et ut habitatores illius in eo missarum sollemnia frequentare et omnipotenti Deo delectentur deservire, ipso adiuvante, muro curavimus firmiter undique[e] ambire.

Cap. 2. De reliquiis quas de diversis provintiis Domino auxiliante in hoc[e] sancto loco congregavimus, necnon et de capsis in quibus habentur reconditae.

Dum enim praescriptas aecclesias prudenti consilio in honore domini nostri Ihesu Christi suaeque gloriosae genitricis et omnium sanctorum eius, sicut supra scriptum est, fundatas perspiceremus, magno desiderio nimioque amoris ardore sumus accensi, ut secundum possibilitatem nostram, eodem Domino miserante, partem reliquiarum illorum sanctorum ad ornandas easdem sanctas Dei aecclesias adipisci mereremur. Quapropter totis visceribus totaque mentis intentione laborare contendimus, qualiter per auxilium omnipotentis Dei et adiutorium gloriosi domini mei magni imperatoris de diversis partibus totius christianitatis quantas et quales vel unde allatas recondere in hoc sancto[f] loco valuissemus, prout *in consequentibus patet. Id est inprimis de sancta Romana aecclesia, largiente bonae memoriae Adriano summo pontifice et post eum venerabili Leone papa Romano; de Constantinopoli vel Hierosolimis per legatos illuc a domino meo directos ad nos usque delatas; deinde de Italia, Germania, Aquitania, Burgondia atque Gallia a sanctissimis patribus, patriarchis videlicet, archiepiscopis necnon episcopis atque abbatibus nobis directas, seu etiam de sacro palatio, quae per tempora ab anterioribus regibus et postea a iam dicto domino meo[g] maxime sunt congregatae, et[c] per eius elemosinam de omnibus partem habere atque in hoc sancto loco condigne recondere meruimus. Sed de his de quibus certi sumus[h] et a predictis sanctissimis viris breves recepimus, omnium illarum nomina in hoc opusculo inserere non neglegimus, quatinus et[c] a nobis et a cunctis successoribus nostris, qui per tempora in hunc sanctum locum successuri erunt et hoc nosse voluerint, magis nomen domini nostri Ihesu Christi, per quem nobis, licet indignis, haec et cetera bona largiti sunt, per omnia et in omnibus semper glorificetur, qui est benedictus in secula. De ceteris vero reliquiis, de quibus nobis incerta sunt nomina, ab eisdem sanctis patribus receptis, minime scripsimus. Ceterarum autem sicut decrevimus nomina isto ordine notare curavimus.

a) *hucusque A.* b) o. s. c. *des. H., ubi infra* sunt consecrata. c) *deest H.* d) st. reedificare, *ceteris omissis H.* e) hunc sanctum locum congregavit *H.* f) l s. *corr. s. l. c.* g) nostro *H.* h) fuimus *H.*

1) Is erat Ambianensis episcopus, qui Karoli Magni coronationi Romae factae interfuit in natali Domini a. 800; ideo non eodem anno hoc potest esse consecratum altare quo 6. Idus Septembr. Georgius ecclesiae beatae Mariae dedicationi praesens fuerat.

Primum reliquias domini et Salvatoris nostri et eius gloriosae genitricis et sanctorum apostolorum et ceterorum martyrum, postea confessorum, necnon autem sanctarum virginum atque continentium subsecuti sumus.

Reliquiae domini Salvatoris.

De ligno Domini.
De veste eius.
De sandaliis eius.
De praesepe eius.
De sponga eius.
De Iordane ubi baptizatus est.
De petra ubi sedit quando 5000 hominum pavit.
De pane illo unde distribuit discipulis[a].
De templo Domini.
De candela quae in nativitate eius accensa est.
De monte Oliveti ubi oravit.
De mensa eius.
De monte ubi transfiguratus est.
De columna ubi flagellatus est.
De ligaminibus unde ligatus fuit.
De petra unde crucem ascendit.
De clavis unde crucifixus est.
De loco Calvariae.
De buccella ubi fel et acetum mixtum fuit.
De petra super quam sanguis de latere eius stillavit.
*f. 76. *De sepulchro Domini.
De lapide revoluto ab ostio monumenti.
De reliquiis[b] innocentum qui pro eo passi sunt.
De monte Horeb.
De lignis trium tabernaculorum.
De[c] lacte sanctae Mariae.
De capillis eius.
De veste eius.
De pallio eius.
De[d] barba sancti Petri apostoli[e].
f. 76'. De sandaliis eius.
De casula eius.
De mensa eius.
De mensa sancti Pauli apostoli[e].
De orario eius.
De cippo in quo missus fuit.
De cruce sancti Andreae.
De manna sancti Iohannis euang.
De reliquiis apostolorum Iacobi, Phylippi, Thomae, Bartholomei, Mathei, Symonis, Taddei et Matthiae, Barnabae et Tymothei.
De ossibus Zacharie, patris Iohannis[f] baptistae.
Et reliquie beati Symeonis qui Dominum in ulnas suscepit.
De capillis Iohannis[g] baptistae.
De sanguine eius et de veste eius.
De costis sancti Stephani.
De lapide unde lapidatus est.
De craticula sancti Laurentii.
Digitus sancti Apollonaris.
De spongia sancti Symphoriani[h].

Reliquiae martyrum.

Sancti Pancratii, Vigilii, Sisimnii, Martyrii, Pamfili, sanctorum geminorum, Fabiani, Valerii, Licinii[e], Pergentini, Cosme, Damiani, Anastasii, Georgii, Alexandri, Cassiani, Magni, Vitalis, Nazarii, Naboris, Celsi, Gervasii, Protasii, Innocentis, Laurentii, Tiburtii, Valeriani, Lini[i], Cleti, Clementis, Yppoliti, Christofori, Felicis, Mauricii, Candidi, Exuperii, Victoris, Innocentii, Benigni, Sebastiani[e], Dionisii, Rustici, Eleutherii, Cornelii, Leodegarii, Firmini, Xisti, Saturnini, Quintini, Valentini, Marcelli, Luciani, Crispini, Crispiniani. Et de ossibus quadraginta martyrum, necnon et de sanguine aliorum multorum.

Reliquiae confessorum. Sancti Hilarii, Martini, Germani, Lupi[k], Audoeni, Eligii, Amandi, Aventini, Sulpicii, Remigii[l], Maurilionis, Albini, Servatii, Ieronimi, Equitii, Effrem, Gregorii, Augustini, Silvestri, Leonis, Felicis, Isidori, Donati, Benedicti, Columbani, Antonii, Isaac, Vincentii[m], Paulini, Fortunati, Simpliciani, Gualarici, Vedasti.

Hucusque de certis sanctorum reliquiis, de quibus a sanctis patribus qui eas nobis largiti sunt nomina certa recepimus, separatim martyres vel confessores descripsimus. Deinceps autem distincte aliorum sanctorum nomina sive martyrum vel confessorum, *quia non invenimus, minime scripsimus. Reliquie[n] ex corporibus sanctorum quae condidit Paulinus papa[†]. Sancti Meginboldi, Prasci, Eugenii, Fronti, Fidelis, Asterii, Simpliciani, Faxidi, Astogii, Gislarii, Sperati, Roberti, Galemeri, Osgualdi.

Reliquiae virginum.

Sanctae[e] Felicitatis, Agathe, Perpetuae, Eugeniae, Teclae, Cecilie, Petronillae, Eufemiae, Faustae, Eufrasiae, Aldegundis, Columbe, Felicule atque Scolasticae.

His ita sicut paulo superius scriptum est honorifice decenterque reconditis in nomine sanctae Trinitatis, cum multa diligentia preparavimus capsam maiorem auro et gemmis ornatam, in qua posuimus partem supra scriptarum reliquiarum, quam cum ipsis ob venerationem illorum sanctorum quorum reliquie in ea recondi videbantur subtus criptam sancti Salvatoris ponere studuimus. Nam ceterorum sanctorum reliquias que supra leguntur conscriptae per alias 13 capsas minores auro argentoque vel gemmis preciosis honestissime paratas, quas a sepe dictis venerabilibus patribus cum eisdem reliquiis, donante Domino, adipisci meruimus, dividere atque super trabem, quam[o] in arcu coram altare beati Richarii statuimus, ponere curavimus, qualiter in omnibus locis[e] sicut dignum est laus Dei et veneratio omnium sanctorum eius in hoc sancto loco semper adoretur, colatur atque veneretur.

a) d. suis *H.* b) [necnon *add. ed.*] et de sepulchro inn. *H.* c) Reliquiae beatae virginis Mariae *praem. H.* d) Reliquiae apostolorum et euangelistarum *praem. H.* e) *deest H.* f) sancti I. *H.* g) beati I. *H.* h) et de veste matris eius *add. H.* i) L. Cl. Clem. *des. H.* k) Medardi *H.*, *ubi* Lupi *post* Amandi *inseritur.* l) Remedii *H.* m) Vicentii *c.* n) Reliquie — Scolasticae *ante* Hucusque — scripsimus *H.* o) quę *corr.* quā *c.*

†) i. e. episcopus seu patriarcha Aquileiensis. MAB.

Cap. 3. De[a] ornatu eiusdem aecclesiae, et de multiplicitate thesauri seu sacrarum vestium cultu.

Cunque prescriptorum sanctorum venerationi altaria ordinata atque de eorum reliquiis venerabiliter, ut supra legitur, a nostra parvitate essent ornata, diligenti cura tractare cepimus, qualiter ea ad laudem et gloriam domini nostri Ihesu Christi, ob venerationem sanctorum omnium in quorum honore sunt consecrata, de donis Dei et largitate magni domini mei Caroli[b] eiusque nobilissimae prolis vel reliquorum bonorum hominum liberorum michi ab illis collatis opere fabrili in auro, argento et gemmis ornare etiam, et ubi loca convenientia existerent, desuper ciboria ponere potuissemus, sicut, prout eodem Domino cooperante valuimus, facere studuimus.

Id sunt: in aecclesia sancti Salvatoris et sancti Richarii altaria fabricata 11 et ciboria duo, lectoria auro, argento et marmoribus parata duo. In ecclesia sanctae Dei genitricis Mariae et sanctorum apostolorum altaria fabricata 13, ciborium 1 et lectorium optime paratum 1. In aecclesia sancti Benedicti altaria parata 3. In aecclesiis vero sanctorum angelorum Gabrielis, Mychaelis et Raphaelis altaria 3. Quae fiunt simul altaria 30, ciboria 3 et lectoria 3. Nam de aliis vasis et suppellectilibus habentur cruces[b] auro argentoque paratae 17; coronae aureae 2; lampades argentee 6, cuprinae auro argentoque decoratae 12; poma aurea 3; calices aurei magni cum patenis 2. Item[b] calix unus magnus aureus cum imaginibus *simul cum[c] patena sua[b]. Alii calices argentei 12 cum suis patenis. Offertoria argentea 10. Ad caput sancti Richarii tabula auro et argento parata 1, ostia maiora auro et argento parata 2, alia minora 2, alia ostiola similiter parata 2. Balteus aureus 1. Atramentarium optimum argenteum auro paratum 1; cultellus auro et margaritis paratus 1. Codex eburneus auro, argento et gemmis optime paratus 1. Ponga[1] auro parata 1. Incensaria argentea auro parata 4. Hanappi argentei superaurati 13. Conca argentea maior cum imaginibus argenteis 1. Bocularis[2] argenteus 1. Urcei argentei cum aquamanilibus suis 2. Canna argentea 1, eburnea 1. Situle argenteae 2. Suiones[d] argentei duo. Clavis aurea 1. Schilla argentea 1. Corone argenteae[b] cum luminibus 13. Columnae coram[e] altare sancti Richarii auro et argento paratae 6. Trabes minores cum arcubus suis argento paratae 3. Cloccaria auro parata 3. Cloccae optimae 15, cum earum circulis 15. Schillae 3. Imagines aeneae 6, eburnea 1. Candelabra auro parata 2. Ostia auro parata 7. Insuper donavimus ibi pallia optima 78; cappas 200[f]; dalmaticas sericas 24; albas Romanas cum amictis suis auro paratas 6; albas lineas 260; stolas auro paratas 5; fanones de pallio aureo paratos 10; cussinos de pallio 5; saga de pallio 5; [casulas[g] de pallio 30, de purpura 10, de storace 6, de pisce 1, de platta 15, de cendato 5].

De libris.

Euangelium auro scriptum cum tabulis argenteis, auro et lapidibus preciosis mirifice paratum 1. Aliud euangelium plenarium 1. De aliis libris volumina 200.

Insuper etiam plurima ornamenta in fabricaturis et in diversis utilitatibus, in plumbo, vitro, marmore, seu cetera instrumenta, quae longum fuit numerare prolixiusque scribere, que tamen tunc temporis appreciata sunt a fidelibus Dei et sancti Richarii, qui nobiscum in Dei servitio laborantes extiterant, haec omnia valere potuisse libras quindecim milia vel eo amplius.

Omnipotens[3] Dominus, qui celsa vel ima gubernas,
Maiestate potens, semper ubique Deus,
Respice de solio, sanctorum gloria, summo
Auxiliumque tuis, rex bone, da famulis!
Principibus pacem, subiectis adde salutem,
Hostis pelle minas et fera bella preme!
Hec quoque que statui fulgentia culmina templi
Angilbertus ego, sint tibi grata Deo!
Augusto et Karolo, cuius virtute peregi,
Concede imperii gaudia magna tui!
Quisquis et hic summas precibus pulsaverit aures,
Effectum tribuas semper habere, Deus!

In pavimento altaris beati Richarii[4].

Hoc pavimentum humilis abbas *componere feci
Angilbertus ego, ductus amore Dei,

a) De altariis et altariorum sanctique Richarii ornatu *H.* b) *deest H.* c) et *H.* d) S. a. duo *des. H.* e) ante *H* f) VIII. *H. cod.* g) *haec* — cendato 5 *in marg. manu scribae suppl., nullo vero signo ascripto quod indicaret, ubi haec inserenda sint; H. post* albas l. 260 *inserit.*

1) id est pera, sacculus. MAB. 2) Vulgo bocar, lagenae genus. MAB. 3) Hoc et sequens carmen apud Hariulfum c. 7. leguntur; v. Poet. Carol. I, p. 365. Ille addit: *Turris ergo orientalis cum cancello et butico sancto Richario dicata est, et turris occidentalis in honore sancti Salvatoris specialiter est dicata; ubi etiam in gyro deintus hos versiculos scribere fecit memorabilis Angilbertus.* De butico Mabillon ita: 'Coniicio buticum idem esse ac ciborium, quod columnis quatuor octove constans, super altaria sanctorumque tumulos erigi mos erat'; cf. Ducange I, p. 824. 4) Hariulfus ita: *Videtur usque hodie in pavimento chori tam pulchra et tam distincta marmoris operatio, ut quicumque illud inspicit incomparabile opus asseveret. Sane coram altare beati Richarii fecit pingere in ipso pavimento quosdam versiculos, quos nos hic quoque necessario* (deest c.) *mittere curamus.*

Ut michi post obitum sanctam donare quietem
Dignetur Christus, vita salusque mea

His et aliis, [quae[a]], prout donante Domino valuimus, eleganter dispositis atque ex diversis predictis reliquiis supradictorum sanctorum ornatis aecclesiis, diligenti mentis affectu tractare cepimus, qualiter Domino donante pervenire valuissemus, ut, sicut in aedificiis marmoreis et in ceteris ornamentis oculis honeste clarescunt humanis, ita etiam in laudibus Dei, in doctrinis diversis et canticis spiritualibus* honestius, in augmento fidei roborante, nostris et futuris temporibus, Deo auxiliante, cotidie ad salutem proficiendo crescerent sempiternam. Quapropter ob venerationem sanctae Trinitatis centum pueros in hoc sancto loco in scolam congregare studuimus, optantes, ut nostris nostrorumque successorum temporibus idem numerus, si non amplius, quousque voluntas Dei fuerit, in hoc sancto cenobio ob eandem devotionem qua eos ibidem congregavimus maneant, ut eiusdem omnipotentis Dei servitium, ad quod eos qui tunc temporis fuerant coniunxi, ipso miserante secundum eius voluntatem perficere valeam, quatinus illis ad perpetuam salutem nobisque ad mercedem proficiat sempiternam.

Epitaphium sancti Richarii.

In fronte sepulchri.

Aurea celestem thesaurum contegit urna,
Cultorem Domini nomine RICHARIUM,
Stemmate precelso quem Centula protulit ista,
Quique loci pastor floruit egregius.

In latere dextro.

Posthabito mundi quo grandi fulsit[b] honore,
Amplas divitias sprevit amore Dei.
Hic corpus proprium frangens certamine diro,
Vir pius et magnus semper in orbe cluit.

*) *H. pergit:* Christo omnipotenti placere valeamus. Quapropter[1] trecentos monachos in hoc sancto loco regulariter victuros auxiliante Deo constituimus, optantes et ordinantes, ut, si non plus, istius numeri congregatio in perpetuum habeatur. Centum etiam pueros scolis erudiendos sub eodem habitu et victu statuimus, qui fratribus per tres choros divisis in auxilium psallendi et canendi intersint, ita ut chorus sancti Salvatoris centenos monachos cum[c] quatuor et triginta pueris habeat, chorus sancti Richarii centenos monachos tresque et triginta[d] pueros iugiter habeat, chorus psallens ante sanctam Passionem centenos monachos, triginta tribus adiunctis pueris, similiter habeat. Ea autem ratione ipsi chori[e] tres in divinis laudibus personabunt, ut omnes horas canonicas in commune simul omnes decantent. Quibus decenter expletis, uniuscuiusque chori pars tertia ecclesiam exeat et corporeis necessitatibus vel aliis utilitatibus ad tempus inserviat, certo temporis spatio interveniente ad divinae laudis munia celebranda denuo redeuntes. In unoquoque etiam choro id iugiter observetur, ut sacerdotum ac levitarum reliquorumque sacrorum ordinum aequalis numerus teneatur. Cantorum nihilominus et lectorum aequali mensura divisio ordinetur, qualiter chorus a choro invicem non gravetur. Quin immo omnes unanimes sacrificium laudis Domino omnipotenti pro salute gloriosi domini mei augusti Karoli proque regni eius stabilitate continua devotione iugiter exhibeant. Matutinali etenim seu vespertinali officio consummato, mox omnes chori ordinabiliter se ante sanctam Passionem congregent, decem tantum psalmistis unicuique choro remanentibus; et sic per portam sancti Gabrielis ac per salam[f] domni abbatis ambulando, per occidentalem claustri regionem cantando, veniant ad sanctam Mariam; ubi oratione pro temporis ratione deposita, remeando veniant ad sanctum Benedictum in orientali parte claustri situm; inde per gradus arcuum intrent ad sanctum Mauricium; sicque intrantes sancti Richarii basilicam, restituantur suis choris.

Illud etiam observari praecipua devotione mandamus, ut nulla dies praetereat absque sacrarum missarum decantatione, videlicet ut, si non plus, vel triginta a fratribus diversorum chororum per diversa altaria missae cotidie agantur, exceptis illis[g] duabus de conventu, quae mane et meridie solemnissime celebrantur, in quibus cotidie memoria sanctissimi papae Adriani et gloriosi domini mei augusti Karoli, coniugis et prolis eius teneatur; qualiter iuxta verbum apostoli pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt constituti salvatori Deo nostro obsecrationum[h] vel orationum gratias iugiter persolvamus. (1. Tim 2, 2.)

a) *deest H.* b) fulit *corr.* fulsit *c.* c) cum — monachos *des c.* d) mon. et XXXIII pueros *c.* e) tres chori *c.* f) solam *c.* g) de conv. ill. duabus *c.* h) observationum *c.*

1) Haec etiam Hariulfus recepit; Dümmler l. l. p. 364. in notam reiecit. 2) Haec ex Angilberti institutione sumta esse videntur. Nam haec praemittit Hariulfus: *Sunt certe et alia multa quae ad decorem divini officii cum superioribus inveniuntur ab eo honeste statuta; sed quia post tanta tempora apud nos tam pro loci immutatione quam pro abbatum voluntate non servantur, ob hoc istic referre omnia vitamus.* Sed sane digna sunt quae edantur.

In culmine archae desuper.

Hic vitam functis reparavit, lumina cecis,
Leprosisque salus hoc refovente redit.
Plenus apostolicis virtutibus atque loquelis,
5 Celestes tenuit semper in ore dapes.

In latere sinistro.

Huic Karolus princeps condignum mente benigna
Perficiens templum, condidit et tumulum
Post sexagenos et centum circiter annos,
10 Cum Domini[a] servus integer extat adhuc.

In fronte pedum.

*Ipsius ut meritis capiat caelestia regna *f. 78.
Regnaque Francorum pace quietus agat! Amen.

Alibi.

15 Semper, sancte, tuos, RICHARI, protege servos,
Abstractos terra capiat celestis ut aula.[1]

APPENDIX.

I. DE OBITU ANGILBERTI.

Ex cod. Christ.

20 Quod sequitur ex aliis Francorum historiis[2]. *f. 83.

Eodem anno vir memorabilis Angilbertus abbas in omni pietate perfectus 12. Kal. Martii obiit et in porticu aecclesiae sancti Salvatoris sanctique Richarii tumulatus est coram sancta Nativitate.

Aepytaphium eius[3].

REX requiem Angilberto da pater atque pius REX!
25 LEX legum vitam aeternam illi da, quia tu es LEX!
LVX lucem semper concede illi, bona qui es LVX!
PAX pacem illi perpetuam dona, es quoniam PAX![4]

Aepitaphyum eius post translationem[5]. *f. 83'.

Hoc recubat busto semper memorabilis abba
30 Angilbertus, ovans spiritus astra colit.
Mensis Martii obiit bissenis ipse Kalendis.
Construxit templum quo retinet tumulum.
Et cluit augusti Karoli sub tempore Magni,
Dogmatibus clarus, principibus sotius.
35 Ante fores templi iussit qui se tumulari,
Ribbodo huc abba transtulit ac posuit
Post annos obitus bis denos eius et octo,
Corpore cum nactus integer insolito est.[6]

a. D. s. *in loco raso c.*; D. famulus *H.*

40 1) Sequitur *Aepythaphium sancti Chaydoci Remis inventum*, Hariulf l. l. et Poet. Carol. I, p. 365. ex cod. Petropolitano editum, ubi *Rem. inv.* desunt; tum *Institutio sancti Angilberti abbatis de diversitate officiorum. Dominica palmarum . . .* 45 *veniant ad sanctam crucem pueri* (— *f.* 82). *Interruptio. Ex libro vitae domni Karoli Magni augusti* (*f.* 82—83). 2) Ex hoc loco Centulenses diem obitus cognoverunt. Neque tamen satis mihi constare videtur, utrum verba *Eodem anno*, ut Hariulfus 50 intellexit, re vera ad Karoli M. obitum, de quo ex Einhardi libro relatum est, sint referenda, an ex Annalibus quibusdam descripta, ubi de aliis rebus agebatur. 3) De hoc Hariulfus ita: *In giro autem sepulturae isti versiculi in lapideis tabulatis, primus ad caput, secundus ad levam, tertius ad pedes, quartus ad dextram expoliti sunt.* . 4) Sequitur *Item ex Gestis Francorum*, ex Nithardi historia. 5) Hariulfus ita: *In loco igitur ubi a domno Ribbodone sanctus positus est Angilbertus, epitaphium appositum est.* 6) Denique f. 83'—84'. legitur: *Exemplar privilegii a domno Leone papa tertio Centulensi cenobio traditi. 'Apostolicae dignitatis discretioni competit* etc. *Data* 8. *Kal. Ianuar. indictione* 9'. (Jaffé, Reg. pont. ed. 2. nr. 2504).

II. EX VITA ANGILBERTI AUCTORE, UT VIDETUR, ANSCHERO.

754. 1. Anno dominicae incarnationis 754, cum Pippinus[a], filius Karoli cognomento Martelli, cum duobus filiis Karolo et Karolomanno[b] Francorum populis sceptro regio presideret, vir inclitus Angilbertus, generis nobilitate illustris animique industria ac probitate nulli secundus, palatinis atque regalibus negotiis implicitus[c] degebat, et splendore suae indolis eorundem regum animos in tantum sui amorem accenderat, ut tanquam filium vel fratrem carissimum vehementissime eum diligerent. Erat enim totius affabilitatis et cautissimae iocunditatis efficacia cumulatus et ultra aetatem tot studiis honestatis[d] decoratus, statura quoque elegantior et vultu venustissimus, ut mirum in modum omnibus qui eum videre vel audire poterant veniret[e] in amorem, et Dei gratia, quae sibi in illo gratum cubile collocaverat, omnibus illum commendabilem exhiberet. Liberalibus quoque studiis ad unguem informatus et donis gratiarum abundanter fecundatus, consilio parentum amicorumque instinctu, etiam principum, a quibus quam maxime diligebatur, tonsuram clericatus accepit; et titulo sacrae religionis insignitus, magnum lumen piae conversationis ministrabat palatinis.

Pippinus interea annis 12 regni fastigio sublimatus, diem clausit extremum et regni heredes post se reliquit Karolum et Karolomannum[f] fratres; ex quibus Karolomannus paucis post obitum patris supervixit annis. Sicque totius regni monarchiam Karolus Magnus recepit; qui ideo Magnus vocatus est, quia sapientia et viribus ac alacritate magnanimis, bellorum quoque diuturna[g] tolerantia ac triumphorum experientia super omnes magnificus repertus est. Hic igitur rex[h] gloriosus domno Angilberto amicissimus per omnia mansit, tam pro insigni nobilitate, quam etiam pro morum honestissima probitate. Nam omnes de eius prosapia viri clarissimi et Francorum regibus familiares semper habiti sunt et cari[i]. Avi eius et proavi aut in dignitatibus primi aut dignitatum magnatibus affines fuerunt et propinqui.

2. Praefatus[1] ergo rex Karolus in tantam amicitiam eum tenuit, ut, quocumque iret vel rediret, domnum[k] Angilbertum semper secum haberet, ob expertam scilicet in eo prudentiam et tutam ad omnia fidelitatem; et haec tanta dilectio ad hoc processit, ut eum secretorum conscium et primatem capellanorum faceret, sibi quoque eundem silentiarium statueret[2]; ut, in quo compererat prudentiae[l] altitudinem, eius consilio componeret totius regni utilitatem. Dehinc, supernis[m] donis cum aetate crescentibus, sacerdotii gradum superni instinctu amoris et regali consilio suscepit, ut videlicet caelestibus officiis decoratus, magis ac magis propinquaret suscipiendis pontificalibus infulis. Tractabat nempe rex praefatus illum sublimare in arcem alicuius metropolitanae civitatis, utpote quem ubertim commendabat et generis claritas et[n] magnae scientiae diffusa peritia. Sed aliter accidit, quam rex mortalis in sua cogitatione taxavit. Nam rex memoratus de regina Hildigarda tres dudum filias genuerat, quarum sunt nomina Ruodtrudis[o], Berta atque Gisla. Ex his una, videlicet Berta, avidissimo amore in clarissimum virum Angilbertum oculos iniecit; et quem in paterno amore super omnes mortales convaluisse noverat, eundem sibi in sponsi titulum et amoris remedium totis affectibus pervenire[p] preoptabat. Sed quia genitoris sensibus haec per se intimare puellaris animus trepidabat, egit tandem oportune importune, ut haec suae mentis passio patri Karolo veniret in notitiam. Qui quidem moleste tulit huiusmodi votum in cara prole exortum; sed veritus, ne res in peius procederet, considerans etiam domni Angilberti ingenuam a proavis nobilitatem, detulit filiae[n] suam[q] voluntatem; et inito consilio cum primoribus, die statuto filiam accurate ac regaliter exornatam domno Angilberto coniugem sociavit, cunctis faventibus qui adesse poterant. Sic domnus Angilbertus a sacerdotii sanctimonio disciscens[r], regis gener effectus est; et ex toto sociatus copulae nuptiali, duos filios Nithardum et Harnidum[s] procreavit. Data est etiam illi maritimae Franciae magna pars in ducatum, ut scilicet regis gener honoris fastigio non careret.

a) Pipinus f. Karli 2. b) Karlom. 2. c) implicatus 2. *ed.* d) honestis 1. e) in am. veniret 2. f) Karlomagnum 2. g) diuturna — repertus est *des., nota adiecta:* Hic desunt quattuor lineae 2. h) generosus rex donno 2. i) clari 2. k) donnum 2. *ed. saepius.* l) providentiae 1. m) superius 1. n) *deest* 2. o) Ruttrudis 2; Ruodthrudis *ed.* p) provenire 2. *ed.* q) suae 1. r) *ita* 1. 2. s) Arnidum 1.

1) In Hariulfi codice, teste Mabillonio, litura facta et duobus foliis avulsis, alia manu scripta sunt haec: *Cui* (Karolo) *clarissimus vir Angilbertus nobilitatis et sapientiae merito extitit carissimus, adeo ut prae omnibus ei familiarissimus haberetur; quae amicitia in tantum convaluit, ut regis filiam nomine Bertam in coniugium acciperet, de qua duos filios Harnidum et Nithardum genuit. Cui etiam ad augmentum palatini honoris totius maritimae terrae ducatus commissus est.* 2) Cf. hoc de loco 'D. VG.' III, p. 519, n.

III. CATALOGUS ABBATUM CENTULENSIUM[1].

Quae occurrunt memoriae, licet non sint in ordine,
Centulensis coenobii abbatum scribo nomina.
Prae omnibus egregius pastor noster Richarius,
5 In hac villa progenitus, primus in albo ponitur.
Ocioaldus sequitur. Angelbertus magnificus.
Guitmarus vir sanctissimus. Helisachar et Aldricus.
Quibus Hericus additur, Hludoguicus et regius,
Herbertus, Symphorianus, Ruodulfus, Karlomannus.
10 Cum Guelfone et Hedenoldo Gerbertus et Fulchericus.
Post Ingelardum igitur Angelramnus adscribitur,
Sancti imitator ordinis et studiosus litteris.

1) De quo Hariulfus ita: *Is ipse honorabilis vir* (Angilramnus abbas) *posteritati consulens, catalogum* 15 *rythmicum de patribus sancti huius loci, non quidem omnes designans, sed tantummodo illos memorans, quorum nomina vel chartae vel quaelibet pittaciola insinuare videbantur, vel etiam Vita sancti Richarii, specialiter notificabat; scripsit autem in hunc modum.* Sed nescio an Angilramni laus ipsi tribui possit.

VITA ALCUINI.

ED. WILHELMUS ARNDT.

Vitam Alcuini aliquanto post mortem eius esse scriptam, arguunt verba c. 15, *ubi Ludovicum Pium iam imperantem commemorat auctor. Cum autem c.* 16. *Aldricus, qui paullo post septimum Decembris diem anni* 829. *ad dignitatem* 5 *Senonensis episcopi promotus est, abbas nominetur, elucet, ante hunc diem auctorem munere functum esse suo. Eum vero demum post mortem Benedicti abbatis Anianensis et Indensis, quem defunctum anno* 821, *Febr.* 11. *scimus*[1], *ad Alcuini vitam scribendam se accinxisse, ex prologi loco concluserim, quo Benedictum et Alcuinum monachis imitatione dignos talibus* 10 *verbis proponit, quibus nonnisi de defunctis usus esse videtur. In praefatione, se iubente abbate quodam opus adgressum esse, profitetur auctor, quem abbatem iam Mabillon Aldricum esse recte est suspicatus. Cum enim ibi legantur haec:* scribam . . . quae ab eius fidelissimo tantum didici discipulo, Sigulfo scilicet institutore meo, dilectissimum quem tu quoque 15 habuisti patrem, *elucet, auctorem atque abbatem illum in eodem monasterio vixisse. Atque Aldricus sub Sigulfo abbate degebat in coenobio Ferrariensi (Praef. et c.* 16*), et, postquam Sigulfus, ut videtur senectute pressus, munus abdicavit, eiusdemque successor Adalbertus mortuus est, ad abbatiam regendam a fratribus est electus. Nec repugnare videntur quae c.* 16. *leguntur:* testatur 20 vir Deo dignus adhuc superstes Aldricus abbas. *Licet enim his verbis non aperte is abbas designatus sit, cui libellus dedicatus est, et idem modo quodam adulatorio celebretur, tamen, cum non indicatum sit, cui monasterio iste praefuerit, in eiusdem abbatia auctorem vixisse apparere videtur. Hic saepe professus est, se omnia quae de vita beati Alcuini narravit, didicisse* 25 *a Sigulfo. Re vera ubivis fere (exempli gratia c.* 16. 17. 19. 28*) Sigulfum cognomento Vetulum quasi fontem ex quo omnia redundant demonstrare possumus*[2]. *Praeter haec quae ex vivo excepit ore auctor novit Alcuini opera ac certe in monasterio Ferrariensi de Alcuino invenit quaedam adnotata, veluti qua die olim comam capitis deposuerit, qua die diaconus* 30 *consecratus sit (c.* 8*). Memorandum autem, auctorem scripsisse in usum confratrum suorum monachorum, qui ea omnia ut litteris mandarentur, quae de Alcuini vita monastica narrabantur inter fratres aetate iam provectiores, optabant, id praesertim nisi, ut miraculis quae vivus adhuc patrasse credebatur narratis sanctitatem eius probarent, parum curantes ea omnia quae* 35 *nostri saeculi viris historiae indagandae deditis maximi momenti et scitu dignissima videntur, videlicet quomodo magister ille per Karoli Magni imperium*

1) Cf. Simson, 'Jahrb. des fränk. Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, p. 163. 2) Praeter locum c. 16. iam allatum, ubi Aldrici abbatis testimonium laudatur.

semen sparserit liberalium doctrinarum coenobiumque Turonense sedem artium litterarumque effecerit. Haec omnia frustra hac in vita quaeres; attamen restant in ea digna notatu quae faciunt ad historiam aevi Alcuiniani melius perspiciendam. Auctor quidem ipse in prologo dicit, se usum sermone inculto et parvo, *quem vero nos tumidum dicere mallemus, more Alcuiniano nimis affectatum, multis Sacrae Scripturae locutionibus dictisque exornatum atque efflatum.*

Ad editionem parandam praesto erant subsidia haec:

1) *Codex Trecensis nr.* 1712, *olim oratorii Trecensis ('ancien fond Pithou' IO* 8), *nunc duo volumina continet, de quibus velim ut adeas catalogum, quem composuit Harmand v. d. in 'Catalogue général des manuscrits des Bibliothèques publiques des départements' vol. II, p.* 723 *sq. Ea quae vitam Alcuini continet pars versus finem saeculi XIII. vel circa initium saeculi XIV. exarata est. Singula quidem verba more saeculi XIII. potius quam saeculi IX. scripta sunt — exempli gratia ubivis pro* ae *et* oe *simplex* e, *saepius* c *pro* t —, *etiam defectus graviores hoc in libro offendunt, sed tamen ad textum libelli hucusque traditum emendandum quaedam affert. Certe non idem est codex, quo usus est Quercetanus, immo aut huius apographum esse aut ex eodem fonte atque ille fluxisse videtur. Est mutilus in fine. Capita non numerata sunt. Contuli ipse, sed neglexi caput* 3. *Rationem verborum scribendorum ad saeculi IX. normam reducere conatus sum, quae in hoc codice remanebant vestigia sectatus.*

2) *Extabat olim codex vetustus S. Mariae Remensis, ex quo fluxit editio Quercetana, quem Mabillon, qui eum aliquando viderat, auctoris aetate exaratum esse professus est, sed frustra eum postea perquisivit, cum suam praepararet editionem. Hodie quoque latet vel omnino periit; quare editione Quercetana pro codice uti oportuit. Monendum autem, Quercetanum ex sui more saeculi verba expressisse, codicis ubivis ratione neglecta, ideoque et in iis capitulis, quae editio illius sola servavit, verba secundum morem saeculi IX. scribere ausus sum.*

Primus edidit Vitam Alcuini Andreas Quercetanus, ut V. Cl. Du Chesne se nominari voluit, in sua operum Alcuinianorum editione Parisina anni 1617, *foliis corpori praemissis et non numeratis. Quae editio ab omnibus sequentibus repetita est, videlicet a Surio, Vitae SS. prob. III, p.* 257 *sqq.; a Mabillonio inter Acta SS. Ord. S. Ben. IV,* 1, *p.* 145 *sqq.; ab Henschenio in Actis Sanctorum, Maii vol. IV, p.* 335 *sqq.; tum a Frobenio, in sua Alcuini operum editione vol. I, p.* LIX *sqq. Editionem Frobenianam repetivit Migne in Patrologiae Lat. Cursu completo t. C, col.* 86 *sqq. Philippus Jaffé, v. b. m., cum se accinxisset ad epistolas Alcuini edendas, frustra codice Vitae quaesito, et ipse ad Quercetani editionem refugere coactus est, qua cum Frobeniana collata, editorum posteriorum et ipsius coniecturis emendata, mortuus, reliquit opus viro doctissimo sibique amicissimo Wilhelmo Wattenbach absolvendum, qui illud edidit in Bibliothecae Rerum Germanicarum tomo VI, p.* 3 *sqq. Me hac editione multum adiutum esse, lubenti profiteor animo.* *W. Arndt.*

INCIPIT PROLOGUS DE VITA BEATI ALCHUINI ABBATIS ECCLESIAE BEATI MARTINI TURONENSIS COGNOMENTO ALBINI[a].

Superna Christi rorante dextera ac iuvante gratia, reverentissime pater aeque et amantissime, iubes, ut tibi de ammirandae[b] vitae initio fineque patris Alchuini, quae eius nosse potui narrante fidelissimo Sigulfo[c, 1] discipulo, sermone licet inculto et parvo[d], tamen veritate referto, scribam[e] aedificationi nonnullorum profutura; asserens, te diu super hac re non modicam ferre sitim, non quia calore ignita superno tua viscera sanctorum innumerabilium vita, gestis piis et studiis nequeant refici, quos sanguine proprio vel saeculi suarumque[f] abrenuntiatione voluptatum agni caelestiumque constat virtutum consortia[g] mercari, quibus una hymnis[h] suavi cum canore felicibus fruentes iubilo insatiabili, vestimentis sive palmarum frondibus, mons[i] quibus luminis ornatur ferax, viam quae[k] arta extat et angusta[2] Hebraeorum pueris, asinaeque terga Christo sessore premente[l] humili, planam et meabilem reddidere. Sed quoniam, mundo fluide[m] cum suis senescente, vix admodum pauci repperiri queant, priscorum in omnibus ardua sequi vestigia qui possint, qui capiti summo quanto viciniores, tanto[n] actuum immensitate fuisse probantur inlustres, Domini tabernaculum instar columnarum firmissime sustinentes, aquarum inundatione atque ventorum impulsione ne umquam[o] labi neque moveri possint[p]: ac ideo necesse valde esse asseris, ut, si[q] aliquem nostris temporibus imitatione pia sequendum Christi nobis gratia contulerit, (cf. Luc. 8, 16.) huiusmodi lucerna non sub modio neque sub lecti quiete, sed supra candelabrum ponatur, ut ingredientes ecclesiam lumine illustrentur claro. Ipse siquidem familiae pater, qui prima (cf. Matth. 20.) hora, isdem et undecima vineae operarios conduxit, quibus et unam mercedem dare iussit. Neque enim, si manus aut circa Christi os barba pendens niveive dentes, qui queant panis crustam[r] parvuli masticare, vel oculi pulcriores vino, quo nutriuntur virgines, esse nequimus, ob hoc a corporis Domini compagine separabimur obtabili, in eadem tantum fide, spe (Ephes. 3, 17.) et karitate iuxta apostolum radicati et fundati, ut multi unum efficiamur corpus Domini, manente claritatis differentia stellarum.

Nempe oculi fuerunt apostoli, solis aeterni splendorem mentis puritate utcumque contemplantes, sicut apostolorum princeps Petrus virgoque Iohannes; quorum alter heresium plurimarum devitans opiniones, ex duabus consistentem substantiis Filii Dei unam (Matth. 12, 16.) viventis[s] confessus est personam, dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi;* alter in se ipso animam effundens suam et cuncta creata transcendens, ad eum per quem sunt omnia facta (Ioh. 1, 1.) conscendit, ac eius potatus uberibus, inauditum saeculis eructavit archanum dicendo: *In principio erat verbum* et cet. Fuere pectus aereum clare praedicando martires beati ferreumque grassantium ignes persecutorum ferendo, ut Cyprianus, Laurentius, Dyonisius[t], Mauricius. Extiterunt sancti confessores atque doctores, doctrinarum quo cibi conderentur, venter, Martinus, Hylarius[t], Benedictus monachorum pater eximius, Ambrosius, Gregorius, Hiero- (cf. Luc. 10, 35.) nimus[t], Augustinus. Hi ergo omnes duobus Samaritae munerati denariis, quicquid proprio valuere sudore, intra[u] stabulum vulnerato impenderunt, nunc expectata gloriose[v] ditati mercede. At modo abundante iniquitate apostoli iuxta prophetiam, et refrigescente kari- (cf. Matth. 24, 12.) tate multorum, quasi pupilli absque patre facti, matris residentes in genibus, quae amarissimis hinc inde quatitur fluctibus stans in medio mari, priorum nos patrum muniri egemus suffragiis eorumque nutriri vitalibus stipendiis, fame ne periclitemur in via cursus nostri laboriosa; quin potius relinquamus navem saeculi onustam mercibus, vero haerea- (Cant. 1, 3.) mus ut capiti dicamusque: *Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Qui (cf. Ps. 103, 18.) enim mons cervis amoenus[w] celsa petentibus, dignatus est et herinatiis[x] humilibus refugium patefieri, salvans homines simul et iumenta, noverunt qui se esse apud eum[y].

a) Prologus 2. b) admirandae 2. c) figulfo 1. d) parco *emendare voluit Jaffé.* e) scripbam edifficationi 1. f) suorumque 1. g) consortio 2. h) *deest* 2. i) mens 2. k) quae *deest* 1; viaque arta 2. l) prebente 1. 2, *corr. Henschen.* m) fluuide 2. n) tanta 2. o) impulsione nunquam 2. p) possit 2. q) *deest* 1. 2. r) crustan 1. s) vicientis 1. t) *ita* 1. u) in terra 1. 2. v) glorio 1. w) amemus 1. x) herinaceis 2. y) Deum 1.

1 Duo fuere eius nominis eodem tempore: unus scilicet Alcuini passim hic laudatus; alter Benedicti Anianae abbatis discipulus, infra c. 17. Primus fuit abbas Ferrariensis, habitu primum usus canonico, dein monastico indutus, ut scribit Lupus eiusdem loci abbas in epistola 29 (Bouquet VII, p. 493). Fuit et alius Sigulfus presbyter, Alcuino valde familiaris, de quo infra c. 8. MAB. 2) Cf. Matth. 7, 14: *Quam angusta porta et arcta via est, quae ducit ad vitam.*

Ergo quos[a] et aevi nimium et propria gravat valitudo, antiquorum ad plenum quia nequeunt sequi, saltem illorum vestigia sequantur quos secum convixisse suo in tempore et evidentibus indiciis Christo placuisse certissime probarunt, Benedicti[1] scilicet monachis et Alchuini per omnia canonicis imitatione digna. Cuius, tuis devote parens, sanctissime 5 pater, iussis, adgrediar calamo, non saecularis eloquentiae redolente stemmate, sed sicut corporis ita sensus balbuto scriptitare vitam; testans Deum Iesum non elationis me fastu hoc arripere temptasse, sed multorum animabus prodesse cupisse. Scribam igitur fideliter, quae ab eius fidelissimo tantum didici discipulo, Sigulfo scilicet, institutore meo, dilectissimum quem tu quoque habuisti patrem, qui prae cunctis mortalibus post sancti 10 Edilberti[b] discessum solus ipsius meruit nosse secreta eximia. Te ergo, domine, te deprecor, pater venerande, tua ut[c] sim hoc in sudore pia fultus intercessione, qui me hactenus ista silentem aperto imperas iam sonare ore.

INCIPIT VITA BEATI ALCHUINI[d] ABBATIS ECCLESIAE BEATI MARTINI TURONENSIS COGNOMENTO ALBINI[e].

15 1. Vir Domini Albinus nobili gentis Anglorum exortus prosapia, nobilior Christi Iesu (1) regeneratus undis extitit vitalibus; qui cum matris ablactaretur carnalibus, ecclesiae traditur misticis imbuendus uberibus. Cuius iam tunc Iesus sua possidens dignatione corpusculum, non hoc foetidis ab antiquo permisit hoste pollui lusibus obscoenisve actibus, quippe qui suam, antequam nasceretur, in eo praedestinaverat consecrare sedem.

20 2. Dumque adhuc esset parvulus, diurna sub luce per canonicas cum aliis saepe frequentabat ecclesiam horas, nocturnis autem perraro temporibus. Cumque alter eum a decimo annus teneret, contigit nocte quadam eum cum uno simplici et tonsorato rustico separatim una iacere in domo. Postulaverat siquidem rusticus ille simplex magistrum inlustris pueri ob suae solitudinis nocturnae solamen, ut una nocte quemlibet ex scola puerum secum sua 25 iuberet in cella dormire, eo quod quempiam suorum non haberet ad praesens. Cui nutu Dei Virgilii amplius quam psalmorum amator conceditur puer Albinus. Ecce vero circa galli cantum solito more pulsatur a custode signum nocturnarum vigiliarum, debitum a fratribus persolvitur officium. Sed rusticus ille simplex latus se vertens in alterum, quippe nimium qui circa huiusmodi negligens, dormiendo stertebat; cumque iam invitatorius 30 fuisset ex more cantatus cum antiphona psalmus, subito domus illa vere[f] rustici spiritibus repletur tetris, qui eius cingentes stratum dicunt: 'Bene quiescis, frater'. Quo repente expergefacto, inculcant eadem: 'Cur', inquiunt, 'fratribus in ecclesia vigilantibus, tu hic solus stertis?' Quid multa? Verberatur utiliter in tantum, ut sua cunctis ex mutatione salubri praestaret cautelam et canticum: *Haec mutatio dexterae Excelsi*. Dum anticiparent Ps. 76, 11. 35 oculi eius nocturnas vigilias, dumque is verberaretur, puer nobilis tremescens[g], ne sibi eadem fierent, haec, ut ipse post testatus est, corde dicebat imo: 'O domine Iesu, si me nunc istorum eruis manibus cruentis, et post hoc sollicitus erga ecclesiae tuae vigilias ministeriaque laudum non fuero, plusque ultra Virgilium quam psalmorum modulationem amavero, tunc tale sortiar castigationis flagellum. Tantum obnixe precor, nunc, Domine, 40 libera me!' Denique artius[h] menti ut hoc imprimeretur ipsius, posteaquam a verberatione rustici cessatum iubente Deo[i] est, spiritus nequam oculos[k] huc illuc vertentes, vident diligentissime corpus pannis et capud pueri involutum omne, penitus inscium anhelitus. Princeps autem illorum interrogat suos: 'Quis hac alter quiescit in domo?' 'Est', inquiunt, 'Albinus hic absconsus puer in lecto'. Puer vero, ubi se latere non posse persensit, lacri- 45 marum nimio perfusus imbre, quanto prius pavore suppressus, tanto magnis ut puer redditur perstrepens clamoribus. Illi vero inmisericorditer hunc volentes et non praevalentes afficere, pertractant, quid super eo agere debeant. Sed sententia Domini constricti, ne voto satisfacerent suo, aiunt imprudentes, tamen[l] prudenter: 'Non istum verberibus, quia rudis adhuc est, acris[m], pedum tantum, in quibus duritia inest calli, tonsione cultelli castigemus, 50 et emendationem sponsionis nunc suae confirmabimus'. Iamque nudatis vestimento pedibus

a) quae 2. b) *sic* 1; Edberti 2; Elcberti *constituit Wattenbach.* c) tu aut 1. d) Alhcuini 1. e) Vita B. Alchuini abbatis 2. f) *fort.* viri? — rusticis 1. g) tremiscens 2. h) atiuus 2. i) Domino 2. k) huc illuc oc. 2. l) prud. tamen 2. m) aeris 1.

1) Anianensis abbatis.

malorum manibus, crucis se muniens Albinus velociter signo psalmumque decantans duodecimum affectu omni, malorum subito disparuit turba, et rusticus semivivus una cum puero agili se praecedente gressu sanctorum in basilicam confugit ad praesidia.

(cf. Es. 65, 25. Gen. 3, 14. 15.) 3. O insidiator calcanei, cuius est panis pulvis, non frumentum Domini, qui capite contereris; o inimice piis, num tu demens, qui quondam caeli quaerebas indebite fieri sessor celsissimi? Si Altissimo, ut iactabaris, similis incomprehensibili claritatis luce in monte Dei fueris, quid obscura sub nocte actus niteris diligenter mala tua cum accensione scrutari humanos? Nempe fatebor, tuorum ut docent consequentia, tenebrarum te iuste factum iudicas principem propria praesentia. Nam etsi in angelo appares lucis, lucem nobis conaris auferre intimam pulvere tuo foetido. At si, ut es Aethiops[a], pavorem incutiendo nimium hoc in Albino agere temptasti puero, vinceris[b] humili ab homine, altum qui viceras hominem. Vere si cognovisses, Christum gloriae non crucifixisses, neque christicolae Albini, quoniam[c] sibi nolens arte mirifica fructus actuum praeparabas, callosas tondere plantas quaesisses. Abscondisti pedibus eius rete captionis, et ipse, quasi avis, pennis sustentatus columbae pedibusque cervi instar firmatis ac in excelsa constitutis, cum David a facie Saulis fugit, in solitudine commorari gaudens. Lacum aperuisti et effodisti, inque illum confusus cecidisti optata sine praeda. Sagittae in te retorquent tuae acumen, inaestimabili dolore afficiunt. Cecidisti in terram vulnerator gentium sanctorum, conculcaris cum Albini pedibus, amato proiceris e tumulo, quia fortis a fortiore victus. Grave sceptrum tuum, o exactor, et iugum humeris nostris impositum superatum a puero patrem adhuc (cf. Ps. 44, 11.) ignorante vocare suum et matrem. Spoliis tuis, obliviscens te et populum suum, mater ornatur ecclesia, spiritalium fecunda karismatum, insignia caelorum cum virtutibus Domino concelebrans laudum cantica. Gratias semper tibi, Domine, referimus, bone Iesu, una cum Patre, sancto et Spiritu per saecula, cuius est boni quicquid agimus, inchoamus et (Phil. 1, 13.) perficimus, iuxta eum tuam docens nos gratiam qui ait: *Deus est autem qui operatur in vobis* (Ps. 58, 11.) *et velle et perficere.* Et psalmista: *Deus meus, misericordia eius praeveniet me.* Et item alibi: (Ps. 22, 6. Ioh. 15, 5.) *Et misericordia tua subsequatur me omnibus diebus vitae meae.* Et tu ipse dixisti: *Sine me nihil potestis facere.*

(II.) 4. Haec ita se de initio pueri incipientis supradicti habentibus, coepit hinc sui quan- (Luc. 2, 52.) dam ad similitudinem Domini aetate [et[d]] sapientia cum vera et viva proficere phylosofia, artius eius obsecundans iussis. Postque memoriter lectionem recitatam psalmorum beati gentis Anglorum Bedae doctissimi discipulo Hechberto[1] praesuli, meritis magistro simili, traditur, quasi lactis inscius, fortibus iam alendus panibus; qui praecelsam in puero gnaviter, utpote oppido perspicuus[e], fulgere Christi conspiciens gratiam, coepit paulatim ei secretius secreta demonstrare sua, quippe quem imitatorem compertissime[f] gaudebat fore sui. Erat siquidem ei grex ex[g] nobilium filiis scolasticorum, quorum quidam artis grammaticae rudimentis, alii disciplinis erudiebantur artium ceterarum[h] liberalium, nonnulli divinarum scripturarum post aristas[i] manibus confricatas patris pectus in suum ordeaceas[k] quinas triticiasque septenas traiciebant una gemino cum pisce spicas[2]. Omnes vero fide, spe, karitate, humilitate, ieiuniis, castitate, obedientia et circa ecclesiae officia devotissima aeque et honestissima cura omni cum circumspectione imbuebantur, verbis non tantum, quantum sancti patris Hechberti exemplis, digni per omnia Christi[l] praesulis, in quo ea, suis quae in praeceptoribus fulserat, doctrina non mediocriter enituit, in sancto videlicet Anglorum apostolo Gregorio[3], Augustino[4] eius discipulo, Benedicto[5] sancto Cuhtbertoque[m.6] simul et Theodoro[7], primi patris et apostoli vestigia[n] per omnia sequentibus, et in viro Deo[o] nimium amabili Beda presbytero, proprio[p] praeceptore suo, qui ab ineunte aetate quasi Samuhel

a) claritatem spei *add.* 2. b) vincerisque 2. c) quos 2; quo *Jaffé emendavit.* d) *deest* 1. 2. e) perspicuis 2. f) comptissime 1. g) *deest* 1. 2, *Henschenius proposuit:* ei ex nobilium filiis grex scol. h) caeteri iam 1. 2. i) istas 1. 2. k) hordeacias 2. l) christiana 2. m) *sic* 1; Cutbertoque 2. n) *deest* 1. 2; *supplendam esse hanc vocem, docent verba, quae paulo infra leguntur, p.* 187, *l.* 15. o) Domino 2. p) proprii praeceptoris sui 1. 2; *emendavit Henschenius.*

1) Archiepiscopo Eboracensi (a. 732—766), de quo ipse Alcuinus cecinit in Versibus de sanctis Euboricensis ecclesiae, Poet. aevi Carol. I, p. 197. 2) Cf. Luc. 6, 1; Ioh. 6, 13; Genes. 41, 5. 22. 26. 27. et Matth. 14, 17. 19. 3) Est ille Gregorius I. papa. 4) Primo episcopo Cantuariensi. 5) Benedictus, cognomine Biscop, primus erat abbas Weremuthensis. 6) Episcopo Lindisfarnensi. 7) Episcopo Cantuariensi.

Domino consecratus, inscius coinquinationis ullius vestimenti, monasticis traditus a parentibus regulis, quicquid verbo docuit exemplo roboravit; qui postquam[a] bonum certamen certavit, cursum consumavit, fidem servavit talentumque sui Domini cum usuris duplicavit, die quo voluit et petiit, eo scilicet quo rex gloriae Christus triumphator super omnes ascendit caelos, ab incarnatione Domini 731[1], 7. Kal. Iunii, a sancti obitu vero Gregorii 127. anno consumatus, ad Dominum migravit nonagenarius[2], sicut quorundam affirmatio est. Nam nonodecimo aetatis suae anno levita, trigesimo vero sacerdos efficitur; a quo tempore quae[b] ante per triginta annos didicerat ecclesiae profutura usque in[c] quinquagesimo nono cum sudore non inerti dignis memoria libris inserere proprio stilo studuit. Per alios autem triginta annos ferunt ea quae scripserat correxisse, discipulos quoque non mediocriter omnium liberalium artium studiis erudiisse, hanc, antequam aegrotaret, antiphonam ipsi valde festivitati convenientem dictans componensque sua[d] cum melodia: *O Rex gloriae, domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes caelos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos spiritum veritatis. Alleluia*[3]. Cuius iam, ut dictum est, sequens Hechbertus vestigia, totum thesaurum suum Domini deputavit eloquia, scripturarum rimando penetralia. Nam a luce diei surgente, si inevitabilis non obstitit praepeditio vel ulla sollempnitas praecellens aut festivitas magna sanctorum, usque horam quasi ad sextam, saepissime et nonam, suo residens in lecto, discipulis, cuique convenientia, scripturae pandebat arcana. Inde vero surgens secretissimamque ad orationem confugiens, holocausta medullata cum incensu arietum offerens prius Domino[4], ac post iuxta exemplum beati Iob[5], ne forte filii eius in benedictionis[e, 6] laberentur foveam, sanctificabat eos, offerens corpus Christi et sanguinem pro omnibus. Et sic[f] tandem vespertina propinquante hora, praeter quadragesimam maxime, omni tempore tam aestatis quam hiemis parcum cum suis, digne tamen praeparatum, sumebat cybum, linguae non parcens lectoris, utroque ut reficeretur pane. Videres ergo tunc ante patrem pueros praeparatis se conterebrare telis, discutientes in secreto, quid[g] post ordinabiliter protelarent in publico. Nonne videtur tibi de hoc etiam posse dici: 'Sicut aquila provocat ad volandum pullos suos et super eos volitat expandens alas assumensque eos et portans in humeris?'

(cf. 2. Timoth. 4, 7.) (Deuter. 32, 11.)

5. Hos autem omnes florida decoratus adolescentia Alchuinus humilitatis sub lectione praeibat. Isdemque[h] pater pauperum, Christi multus amator atque adiutor, bis in die secretissimam orationem erat solitus fundere purissimi cum irrigatione fontis, genu utroque in terram flexo, manibusque diutius instar crucis in caelum erectis, ante scilicet quam cybum sumeret, et priusquam completorium cum suis omnibus celebraret. Quo celebrato, nullus discipulorum ipsius sine eius benedictione capiti suo data ullo umquam tempore menbra audebat committere stratui. Qui omnes quidem diligebat, maxime tamen Albinum fidelissimum suorum actuum sequacem propter meritorum distantiam. Cui virtutes inter alias hoc erat datum specialius, ut nichil per se eligeret agere, quod magistri auctoritas probans non conderet[i], nullasque umquam hostis machinas insidiasve pertulit interius, quas absque ulla verecundia magistro celaret exterius. Qua de re actum est, ut stimulum, quem aliquando senserat, libidinis indomabilem arte hac mirifica vinceret gloriosissime, dum parvulos ad petram Babilonicos elisit, conterens capud serpentis insidiantis calcaneo. Cavebat enim, ne super illo verba diceret Christi, quia: *Omnis, qui mala agit, odit lucem et non venit ad lucem, ut non arguantur eius opera,* sed potius illorum in sortem veniret, de quibus subnectitur: *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in Deo sunt facta.* O vere monachum monachi sine voto, cuius exempli sequax perraro repperitur monachus ex debito[7]! Imitemur ergo Albinum, pium adolescentem Domini, fugiendo tenebras Pharao-

(III) (Ev. Ioh. 3, 20)

a) qui post quia 1. b) qui 1. 2. c) *deest* 2. d) suo 1. e) benedicionis 1. f) sicut 1. g) qui 1. h) Is denique 2. i) concederet *prop Mab.*; condiret *Hensch.*

1) Venerabilis Beda demum a. 735. obiit. 2) Falsa haec traditio facile corrigi poterat lectione Bedae historiae, in cuius fine Beda testatur, se undesexagenarium operi supremam imponere manum anno 731, quo eius obitum auctor iste perperam reponit. MAB. 3) Neque Beda hanc antiphonam composuit, sed eam, haud dubie iam ab ecclesia receptam, morti proximus frequentasse memoratur in epistola Cuthberti discipuli sui, *secundum nostram,* inquit Cuthbertus, *consuetudinem et sui.* MAB. 4) Cf. Psalm. 65, 15: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum.* 5) Cf. Iob 1, 5. 6) ἀντιφραστικῶς maledictionis. MAB. 7) Nempe in regula monachorum Benedictinorum praescribitur, cap. 8, ut monachi malas cogitationes cordi suo advenientes abbati non celent suo. MAB.

nicas palpabiles, vertamusque noctem in diem et post tenebras speremus lucem, carcere principis tenebrarum evaso. Recordemur squamarum Vehemoth[a] sedulo, quibus corpus eius se[b] invicem prementibus compactum redditur. Una enim uni coniungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adhaeret, et tenentes se nequaquam separantur[c]. Cuius fortitudo in lumbis, cuius sunt nervi testiculorum perplexi; qui dormit sub umbra et secreto calami et locis humentibus. Gaudemus tuam, Albine, correctam pueritiam ex hostis antiqui crudelitate, dum in tuum[d] bonum malitia[e] illius utitur Deus. Veneramur mentis in adolescente puritatem atque constantissimam firmitatem magno in certamine, in quo duellionis spiritu saepius agitata caro, ossa in multis, quae nequeunt[f] pace frui quieta, Domino custodiente in te manent illaesa. Meruisti dominum Christum mentis tuae habere hospitem, quo te protegente aiebas: *In te eripiar, Domine, a temptatione, et in te transgrediar murum, qui posuisti inmaculatam viam meam brachiaque mea ut arcum aereum.* Miles igitur iste, videamus, quibus ex adverso rursum laniari quaeritur spiculis, in modumque exercitus Iudae Machabaei antiquis patrum de victoriis armemur armis invictissimis.

6. 13. Kal. Decembris igitur amissione orbatus patris Hechberti[g], Albinus munere divino Helbertum[h, 1], virum beatum et clarum, loco amissi excepit, magistro per omnia similem. Cum ergo non modo sapientiae venustate, verum aliis etiam pollens virtutibus socios praecederet, nulli secundus apparens, sentit multis in rebus suo de profectu invidiae spiritu eorum corda turbari, in tantum ut eum claro nequaquam oculo aspicere neque dulcibus verbis alloqui quirent. Sciscitans[i] vero magistri super hac re consilium, hortatur beneficiis[k] carbones ignis congerere super capita eorum. Audiens denique patris saluberrimum consilium, non ante ab intentione rationis cessavit, considerans, ne aliquod sibi contrarium ex ore eius verbum audirent, eorum saepius substernens se vestigiis, iniuste licet, cum ab eis argueretur, quam evidenter[l] a Domino mentis sanitatem illis impetraret, adeo ut repente mutati secundum eum a magistro omnimodis habere gauderent; trahiturque regulus manu ablactati[m] pueri de sua, qua cubabat, caverna, et blandi columbarum illic statuuntur amplexus. Magnae sunt certe sanctorum virtutes, per quas corpora sanantur; at[n] non minoris ammirationis ac venerationis aestimari debent, quibus medentur animae. Hac autem insignitum virtute Albinum mira cum pietate veneremur, qui noluit absintium saecularis litteraturae nosse, Domini[o] quatenus intraret in potentiam. Enimvero sprevit mundum in maligno positum, altior ut mundo factus iungeretur illi, excelsior qui est caelis factus. Legerat in apostolo, quia prudentia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subiecta. Quam sequi si vellet illorum omnium generosissimus Albinus, pro talibus ausis non diu procrastinata vindicta eos percelleret. Iam autem lubricos adolescentiae calles digno cum praeconio transiliens, quasi sol in caeli arce media magno iuventutis calore figitur[p]. Iam quoque cum Moyse Aegyptiaca doctus sapientia, cuius amputaverat crines et ungulas, montem, quo Deus videri posset, conscenderat; videratque virgam in colubrum, rursumque colubrum cauda tactum in virgam versum, abyssumque noverat invocantem abyssum. Haerens illius vestigiis stat, qui supra montes euangelizat[q], adnuncians bona, quatenus speculatorum levatam posset audire vocem.

7. Legens igitur Iohannis euangelium ante magistrum una suis cum condiscipulis[r], pervenit ad eam partem, quam soli norunt mente comprehendere mundicordes, quae est ab eo loco, quo ipse supra pectus Domini recubuisse se dicit, usque quo cum discipulis suis trans torrentem Cedron Iesum egressum fuisse recolit[2]. Hac ergo euangelica cum debriaretur lectione Albinus mistica, sedens ante magistri lectulum, subito eius spiritus in extasi ducitur; ac isdem, qui quondam sub solis radio ante sanctissimi patris Benedicti[3], nunc ante huius oculos curte sive equarum sub uno parco omnis[s] mundus collectus ostenditur. Qui dum in hoc quod cernebat adtentam oculorum figeret aciem, vidit totam per girum hanc clausuram quasi sanguine circumseptam. Cumque hac teneretur visione mirabili, sui in eum oculos vertentes nimia cum admiratione condiscipuli[t], nempe qui nichil

a) Behemoth 2. b) sed 2. c) superantur 1. 2. d) bonum tuum 2. e) malicie 1. f) in *add.* 2. g) Alchuinus 2. h) Elcbertum 2. i) suscitans 2. k) beneficus 2. l) evidentem Domino 2. m) ablati 1. n) et 1. 2. o) Deum 2. p) fugitur 1. q) euangelizas 1. r) discipulis 1. s) ominis 1. t) cumdiscipuli 1.

1) Archiepiscopum Eboracensem, de quo v. Alcuinum in Versibus de sanctis Euboricensis ecclesiae, Poetae aevi Carol. I, p. 200 sqq. 2) Ev. Ioh. 13, 23—18, 1. 3) Cf. Gregor. Dialog. II, 35.

videbatur habere sanguinis, conantur[a] quasi dormientem excitare. Ad quorum sonitum oculos in Albinum beatus Helbertus[b] dirigens, eum diutius tacite conspicit, dicens: 'Legite filii, et istum excitare[c] nolite, paululum ut sompno indulgens efficacius me post audire queat tradentem'. Iam vero ad se ipsum Albino reverso, lectione accepta, iubente patre, omnes egrediuntur foras, Albinum solum retinens secum. Cui pater isdem ait: 'Quid vidisti, rogo, me[d] ne celes'. Volens autem omnino secretum habere quod viderat, timens, ne forte elationis foveam incideret, respondit: 'Quid, mi domine pater?' Ad quem rursus vir beatus: 'Noli, fili, noli occultare michi, neque enim curiositate illud a te requiro vana, sed utilitate tua'. Videns autem Albinus se celare non posse, humiliter, quemadmodum mundum omnem viderat, indicavit. Tunc pater isdem dixit sibi: 'Vide, fili mi, vide, ne praeter uni, quem post meum discessum fidelissimum habebis super tua persona, hoc indices vidisse; ipsi etiam et[e] interdicito, ut usque post[f] tuum obitum secretum de te[g] habeat'. Cuius[h] obtemperans consiliis, Sigulfo tantum super se sua indicavit in vita. Qui igitur scire desiderat, quomodo una sub clausura totum mundum conspicere quiverit, ad Dialogorum sancti Gregorii recurrat librum[1]. Interim tamen noverit, in visione mundi non caelum et terram fuisse contractum, sed videntis animum dilatatum, qui in Deo[i] raptus videre sine difficultate potuit omne quod infra Deum fuit. Fortassis etiam quaerit[k] aliquis studiosius, cur hac sub figura curve circumdatum sanguine viderit. Noverit ille Christi sanguine totum sanctae ecclesiae ovile circumdatum, ita ut a solis ortu usque ad occasum redempti de manu inimici eius passione, quae tunc sine dubio ardentius Albini supersidebat animum, cum hanc ante magistrum legeret, dicere possint: *Confitemini Domino, quoniam bonus* etc. [Ps. 105, 1.] Omnis ergo mundus sanguine Christi circumdatus una sub clausura cernitur, quando omnia, quaecumque a sanctis patribus significative sunt gesta et ab initio mundi scripta, sola Christi passione reserantur, qui est leo de tribu Iuda, radix David. [cf. Apoc. 5, 5.] Si[l] autem per clausuram giratam vitam carnalium suorum[m] criminum circumdatam sanguine velit intelligi, quae[n] ob hoc sit ei ostensa, ut ab eo calcata contempneretur, proprio relinquatur iudicio.

8. Post haec de virtute in virtutem succrescens, die purificationis sanctae Mariae [(?) Febr. 2.] levita sacratur. Nam dudum eadem die comam capitis amiserat. Cumque iam beatum Helbertum[o] patrem suum infirmitate praenuntiata celerius ad Christum transire nosset, qui cuncta, sicut supra dictum est, cum eius faciebat consilio, studuit illum diligenter sciscitari, quid, postquam sola separarentur morte, ipsum vellet iuberetque agere. Cui, ut iam claret, Domini dedit responsum: 'Romam, volo, venias, indeque revertens visites Franciam[2]. Novi enim multum te ibi facere fructum; eritque Christus dux tui itineris, perducens ac gubernans te illuc advenam, sis ut expugnator nefandissimae heresis[3], hominem Christum quae conabitur adoptivum astruere, et fidei sanctae Trinitatis firmissimus defensor clarissimusque praedicator. Perseverabis ergo in terra peregrinationis, multorum illuminans animas'. Benedicens autem illum patrum suorum superius memoratorum benedictionibus ac Christo Iesu commendans, servaret ut ipse eum, laetus sanctus pater Helbertus[p] episcopus migravit ad Deum 6. Idus Novembris. [780. Nov. 8.] Quem pius Albinus ut matrem deplorans lacrimis, nolebat tamen consolationem recipere. Levita vero sanctis[q] benedictionibus patrum hereditario ditatus iure, dedit curam magnopere talentum sui Domini multiplicare egregie. Docuit multos in Britannia et non paucos post in Francia. Quo in tempore sociatur illi vir Deo amabilis, animi carnisque nobilitate insignis, Sigulfus presbiter, custos Eboricae[r] civitatis ecclesiae, perpetuo ut illi iam haereret, qui suo cum avunculo Autberto[s] presbitero puer partes has petierat, Romamque ecclesiasticum ordinem discendum ab eo ductus fuerat, necnon Mettis[t] civitatem causa cantus directus. In quo cum nimia panis penuria aliquo desudavit tempore ac multo cum fructu, postquam suum transmisit avunculum, sanctum virum, ad Dominum, patriam repedaverat propriam. Hi ergo tantum se dilexere mutuo, ut cerneres Rebeccam Ysaac et Annam Tobiae copulatam. Cumque iam omnipotens Deus Fran-

a) conatur 1. b) Elcbertus 2. c) nolite excitare 2. d) ne me 2. e) *deest* 2. f) ad 2. g) de te *des.* 2. h) ille *add.* 2. i) Domino 2. k) quaeret 2. l) Sin 2. m) sanctorum cirminum 1. n) qui 1, 2. o) Elcbertum 2. p) Herbertus 1; Elcbertus 2. q) sanctus 1. r) Heboricae 2. s) Auberto 1. t) Metas 2.

1) II, 35. 2) Vide Alcuinum ipsum scribentem (Ep. 140, Jaffé, Bibl. VI, p. 541): *ad . . . Carolum vocatus adveni; sicut mihi quidam sanctissimus vir prophetiaeque spiritu praeditus, Dei esse voluntatem, in mea praedixerat patria.* 3) Nempe Adoptianorum in Hispania.

ciam spiritualibus[a] divitiis, ut pridem terrenis, glorificare vellet, dans ei regem secundum cor suum, fide, fortitudine ac amore sapientiae et corporis ineffabili pulchritudine in his praeclarissimum[b] Karolum, monuit mentem Albini, consilium et iussionem[c] sui patris ut impleret.

9. Iussus igitur ab Eanbaldo archiepiscopo[1], successore Helberti[d], ut sibi pallium impetraret ab apostolico[e], venit Romam. Cumque reverteretur accepto pallio, habuit regem Karolum Parma[2] civitate obvium. Quem magnis rex alloquens suasionibus et precibus postulavit, ut ad se post expletionem missatici in Franciam reverteretur. Noverat enim eum, quia olim a magistro suo ad ipsum directus fuerat[3]. Fecit autem Alchuinus, aliorum deservire cupiens profectui, ut sibi rogarat[f], cum auctoritate regis sui proprii et archiepiscopi, eo tantum iure, ut iterum ad eos reverteretur; pervenitque[g], Christo ducatum praebente, ad regem Karolum. Quem tenens rex loco patris amplectitur, a quo artes introductus in liberales, refrigerari paululum noverat, sed exsaturari ob fervorem satis nimium nequibat. Tempore vero aliquanto cum eo peracto, dedit illi duo monasteria, Bethleem[h] scilicet, quod altero nomine Ferrarias vocatur, et Sancti Lupi apud Trecas. At deinde[i] Albinus nolens sine auctoritate regis sui et episcopi proprium deserere locum, quo educatus quoque capitis comam amiserat ac in levitam consecratus fuerat, postulavit magnum[k] regem, ut daret ei licentiam remeandi in patriam. Quem Karolus voce blandientis alloquitur: 'Sunt nobis, magister eximie, terrenae divitiae sufficienter, quibus te ut patrem honorare gaudemus. Divinis[l] nos oramus diu desideratis et vix aliquando inventis, tua cum pietatis auctoritate canonum firmata cum fuerit. Libenter etiam, paterna in regione mea non modica merce, inlustrari'. Cui Albinus: 'Domine mi rex, tuae non dispono voluntati rennuere, hereditate ditatus, hac spreta, tibi ut prodesse possim, hic pauper stare delector; tuum est tantum hoc a meo rege et episcopo impetrare'. Tandem igitur ratione victus, consentit, ut iret, requiem non dans animis, quorsus[m] iam secundo[n] ad eum reverso firmiter impetraret, secum perpetuo ut duraret. Evoluto vero non parvo tempore, postquam Albinus secundo ad Karolum reversus est, Sancti Martini apud Turones[o] praeficitur pastor monasterii isdem. Qui digne Deo istud cum aliis regens monasteriis[4], vitam subiectorum quantum valuit corrigere studuit, ac quos indomitos accepit, rationabiles honestisque moribus ut essent et sapientiae inquisitores, sategit.

10. Interea heresis inimica Deo, partibus quae pullulabat Ispaniae[p], adserens adoptivum filium Dei esse secundum carnem, ad aures perducitur Karoli. Quod ut experimento novit[q] rex magnus et per omnia catholicus, totis nisibus decertavit, ut destrueretur semen diaboli, zizaniaque de frumento Dei funditus eradicarentur. Advocans namque Albinum, institutorem suum, Turonis et miserum Felicem, heresis huius astructorem, de Ispaniae partibus, congregavit synodum magnam episcoporum in Aquisgrani imperiali palatio[5]; in quorum ipse sedens medio, Felicem, licet valde repugnantem, de natura Filii Dei secundum carnem cum Albino doctissimo disputando rationabiliter confligere iussit. En[r] quantum episcoporum tunc extitit silentium! O quam clara et inexpugnabilis Karoli cum auctoritate magistri sui fidei confessio atque defensio! Per plura autem Felix fugiens latibula, pluribus ab Albino confossus est spiculis, in tantum ut paene omnes civitates Israel consumaret, quousque Filius hominis veniret. Nam a secunda usque ad septimam sabbati parum aliud gestum est. Omnibus denique eius patefacta socordia, atque ab universis apostolica auctoritate heresis confutata, soli sibi latuit deformiter, usque dum dicta Cyrilli[s] martiris ab Albino sibi directa legit lamentabiliter: *Ea natura, quae per diabolum vitiata est, super angelos exaltata est propter triumphum Christi atque ad dexteram patris collocata*[t, 6]. Hanc ergo legens sententiam, tandem se recognovisse et impie egisse, voce et

a) spiritalibus 2. b) Oclarissimum 1. c) iusionem 1. d) Elcberti 2. e) apostolo 1. f) rogaret 1. 2. g) prevenitque 1. h) Bedeē 1. i) denique 2. k) magum 1. l) Tuis 1. 2; *sed. fort. quaedam desunt.* m) *deest* 2. n) seculo 1. o) Turonis 2. p) Hispaniae 2, *ita et infra.* q) vovit 1. r) Tum 2. s) Cyrillis 1. t) collecta 1. 2.

1) Eboracensi, qui successit Aelberhto. 2) Karolus a. 781, Mart. 15. Parmae erat; cf. Mühlbacher, Reg. Imp. I, nr. 226. 3) Quo tempore incertum est; cf. Dümmleri v. cl. notam in Poetae aevi Carol. I, p. 160, n. 9. 4) Et in Chronico Hugonis Flaviniacensis (SS. VIII, p. 352, ubi abbatum catalogus descriptus est) et in Serie abbatum Flaviniacensium (ib. p. 502) Alcuinus inter abbates Flaviniacenses numeratur. 5) Cf. Mühlbacher, Reg. Imp. I, nr. 349[a], p. 144. 6) Dicuntur esse verba ex epistola Cyrilli episcopi Alexandrini ad monachos Aegypti directa ap. Mansi, Concil. coll. IV, p. 387 sqq.

nimio fletu testatus est. Sed quia[a] ad aliud tendens pauca super hac re praelibavi, qui perfectius hanc scire sitit, legat eius epistolas ad Felicem et Elipantum[1] et ipsorum ad illum, et nosse incunctanter poterit quod desiderat. Largiente Christo hactenus paululum de vitae Albini initio, quae cunctis non esse cognita putavi, non ut volui, sed fideliter, quemadmodum 5 potui, scripsi. Hinc iam calamum labris quassatum — neque enim iudicavi noverunt quae[b] super eo cuncti parvo isti inserere operi — ad finem eius, despicate crepitando licet, pertrahere conabor.

11. Cum igitur senectute unaque infirmitate plus solito se sentiret affectatum[c], diu (VIII) ut secum tractaverat, velle se significavit regi Karolo saeculum relinquere, postulans licen- 10 tiam apud sanctum Bonifacium[2] monasticam vitam secundum regulam sancti Benedicti ducere, monasteriaque sibi commissa suos ut inter discipulos divideret, si fieri posset. Sed rex terribilis et pius unum cum omni postulationis affectu denegavit, alterum libenter audivit, flagitans, quietissimus Turonis aeque honorificentissime ut resideret sibique et omni sanctae ecclesiae commissae prodesse[d] non detrectaret[e]. Onera vero saeculi, quae ipse 15 habuerat, discipulis, ut petierat, libentissime dispertiit. Fecit ergo et ipse Albinus ut rex sapientissimus rogaverat, non quaerens, quod sibi foret utile, sed quod multis, ac Turonis diem novissimum praestolatus fuit. Vita denique eius non monasticae in- 801. ferior fuit; nam qualis in patribus superius nominatis[3] praecesserat, talis et in illo durabat, in ieiuniis scilicet, in orationibus, in carnis mortificatione, in elemosinis, in psalmorum 20 et missarum multa celebratione et in aliis virtutibus, quibus possibile est humanam ornari naturam. Praeter enim dies resurrectionis ac festivitatis ieiunium protelabat in vesperum, parcens cybo, quo amplius delectabatur. Quocirca tantam saepissime ori suo caelitus datam gaudebat habere dulcedinem, quantam nequid[f] humanus sermo fari. Tunc vero quidquid volebat sine[g] labore ullo velocissime dictare quibat, ita ut dicere 25 posset: *Dilexi, Domine, mandata tua super aurum et topazion*[h]. *Quam dulcia sunt faucibus* Ps. 118, 127. 103. *meis eloquia tua! super mel et favum ori meo.* Iuvenis, qui psalmorum modulationem secretam non tantum quantum aliam lectionem amaverat, modo iam senex nullatenus eorum decantatione saturari poterat. Secretissimam orationem semper in die, sicut supra de magistro eius taxatum est, cum manuum diutina crucis extensione, eodem modo 30 multis cum gemitibus — nam lacrimas perraro habere poterat — fundebat. Discipulis similiter tradebat; quorum nobilissimus Sigulfus erat Vetulus, magnanimusque Withso[4]. Post hos Fredegisus[5] et eius socii. At tempore iam ultimo haerebant ei assiduo Raganardus, Waldramnus[6], qui[i] adhuc supersunt, Adelbertus[7] quoque beatae memoriae, quantum poterat, Sigulfi tunc filius, post autem venerandus pater, et multi alii, quorum omnium 35 utinam noverit Christus nomina! Hi vero omni se circumspectione praevidentes, studebant sollicite, ne quid coram eo reprehensionis agerent; multociens etiam et absque eo. Noverant enim, eum vinctum esse Deo spirituque eius inlustratum, licet corporalibus oculis, senectute atque infirmitate resistente, iam clare videre nequiret; ac ideo timebant actus suos eum latere non posse.

40 12. Spiritu siquidem repletus prophetiae, quibusdam quae eis essent ventura praedixit, sicuti fecit Raganardo de Osulfo[8]. Nam isdem Raganardus quandam horribilem sopori deditus videns visionem, quam bonum est silere, eidem patri sequenti die cum pavore retulit, timens, ne de se ageretur. At ipse pater magno cum dolore respondit: 'O Osulfe, eu[k] miser, quotiens te monui, quotiens corripui! Multum denique laborem in avunculum

45 a) quod 2. b) qui 1. 2. c) affectum 2. d) *deest* 2. e) detractaret 1. f) *sic* 1. g) labore sine 2. h) topazium 2. i) *deest* 1. k) tu 2.

1) Cf. inter epistolas Alcuini nr. 30. et 115. (ed. Jaffé p. 211 sqq. 466 sqq.) et Alcuini contra Felicem episcopum Urgelitanum libr. VII (Migne, Patrol. 101, 50 p. 127 sqq.) et Alcuini contra epistolam sibi ab Elipando directam libr. IV (Migne, l. c. p. 243 sqq.). 2) Id est in Fuldensi monasterio. 3) C. 4. 4) Sine dubio est iste qui in epistolis Alcuinianis Witto semel, pluries autem Candidus vocatur. Carmen ad eum 55 ab Alcuino directum edidit Dümmler v. cl. Poetae aevi Carol. I, p. 255, nr. XLIV; ubi notam editoris velim ut conferas. 5) Saepius et in epistolis et in carminibus ab Alcuino nominatus. Erat post mortem Alcuini abbas S. Martini Turonensis, et inde ab anno 819. inter Ludovici Pii cancellarios invenitur; cf. Sickel, 'Lehre von den Urkunden der ersten Karolinger' p. 89—91. Obiit a. 834. 6) Idem, qui infra § 23. nominatur. 7) Abbas Ferrariensis post Sigulfum. 8) Sine dubio idem qui ab Alcuino (ep. 245, l. c. p. 789) famulus Caroli, filii Caroli Magni, nominatur. Celebratur Osulfus inter aulicos a Theodulfo (Poetae aevi Carol. I, p. 487) iam a. 796.

tuum habui, ut se corrigeret et viam mandatorum Dei operari coepisset; praedixique ei, quia, nisi fecisset, priusquam de saeculo migraret, plaga leprae percuteretur; sicque factum est. Praedico ergo et tibi, fili mi, de Osulfo, super quo est haec visio, quoniam neque in hac regione neque in qua natus est morietur'. Quod postea probavit eventus. Mortuus est enim in Langobardia[a]. Isdem quoque Raganardus temptavit se nimiis vigiliis et abstinentiae nimia superfluitate, ignorantibus omnibus, affligere, ita ut pro[b] hac intemperantia gravissimae[c] succumberet febri. Ad quem visitandum pater veniens Albinus, iubet omnes praeter Sigulfum exire de domo eius; quem increpans ait: 'Cur sine cuiusquam consilio tam intemperanter agere temptasti? Nam ego considerans te velle hoc agere, in domo in qua dormio te quoque dormire iussi; tu vero statim, ut omnes dormire noveras, candelam latenter accendens in laterna celabas, ac ad[d] locum illum pergens, tota nocte vigilabas'. Et quidquid occulte ibi faciebat[e], noverat quod Deus solus, et ipse ei indicavit, addens: 'Quando mecum quoque ad mandatum pergebas, et te vinum bibere iubebam, arte callidissima dicebas: "Bibi, domine pater, meo cum avunculo sufficienter". Cum autem ad tuum venires avunculum, et ipse quoque hoc te iuberet, aiebas, mecum te bibisse. Voluisti nos deludere, et deceptus es. Cave ergo, ista postquam surrexeris de febre, ne tale aliquid indiscrete umquam coneris agere'.

(IX.) 13. Audiens igitur ista Raganardus ab ipso qui vocabatur Vetulus[f], erubuit multumque expavit, sciens se deprehensum; suaque occulta latere Albinum non posse, ammirans, dicebat: 'Quomodo palam istud factum est?' Testatur hodieque ipse coram Deo, nullum cognovisse hominem hoc antea homine revelante praeter solum Deum. Poenitens denique quod egerat stulte, per omne post tempus vitae Albini nichil tale sine illius egit consilio atque imperio.

14. Saepissime etiam ad eum missi venientes regis aliorumque amicorum, cum adhuc ab eo longe essent, eorum praedicebat adventum causamque adventus, quid quoque adferrent, quidve secum vehere quaererent. Audientes autem ista discipuli quidam, usque dum probarent, senectutem eius quasi desipientem culpabant. Vir quoque Domini Benedictus[1] ei prae[g] omnibus monachis familiaritate iunctus, ad eum gratia consilii salutis suae et suorum accipiendi saepius Gothiae de partibus properabat. Quadam vero vice voluit taliter[h] venire, nemo ut hoc agnosceret, Turonis, quousque ad ostium adsisteret domus Albini. Cumque adhuc haud prope esset, vocans Albinus unum suorum, ait: 'Festina occurrere Benedicto abbati in loco tali, et dic ei, [ut[i]] velociter ad me perveniat'. Fecit missus patris Albini ut sibi praeceptum fuerat, pervenitque post triduum ubi ei dixerat, et Benedictum repperit eique quod sibi iussum fuerat nuntiavit. Stupens autem suum deprehensum conatum, cum velocitate pervenit Turonus[k] ad eum. Cumque se alterutrum tripudiantes deoscularentur, infit Benedictus pater reverendus suppliciter: 'Domine pater, quis meum vobis praedixit adventum?' Respondit ei: 'Nullus homo verbis michi innotuit'. Cui isdem: 'Quis tunc, domine? Forsitan litteris cuiusquam audistis?' At ille: 'Vere', inquit, 'nullis'. Ad quem vir isdem rursum: 'Si neque ab homine ullo dicente neque litteris cuiusquam praescistis[l], precor, mi pater, quonam modo illud noveritis, edicite'. Cui Albinus: 'Noli amplius hoc me interrogare'. Cum vero venerabilis vir Benedictus iam reverti vellet, petiit eum, ut, quemadmodum speciali oratione pro se orabat, ei panderet. At ipse ait: 'Hoc namque Christum rogo: "Domine, da michi intelligere peccata mea et veram confessionem facere et dignam poenitentiam agere, et michi[m] da remissionem peccatorum meorum'. Cui vir Deo dignus Benedictus ait: 'Addamus, mi pater, huic orationi unum sermonem: "Et post remissionem salva me'. At Albinus gaudens dixit: 'Fiat, reverentissime fili, fiat!' Iterum autem vir isdem[n] flagitabat, ut sibi diceret, quando crucem videns se contra eam inclinabat, quae verba labris silenter depromeret. Ille vero hoc inquit: 'Tuam crucem adoramus, Domine, tuam gloriosam recolimus passionem. Miserere nostri, qui passus es pro nobis!' Post haec deducens eum aliquantulum, remisit gaudentem Albinus ad sua suosque.

(X.) 15. Rex siquidem magnus imperatorque iam Karolus potens orationis gratia unaque desideratae conlocutionis[o] mutuae cum Albino sepulchrum sancti Martini suis cum filiis

a) Longobardia 1. b) per 1. c) gravissimè 2. d) hoc *add.* 1. e) faciebas noveras 1. 2. f) Vitulus 1. g) pro 1. h) aliter 2. i) *deest* 2. k) Turonis 2. l) prescisti 1. m) da mihi 2. n) idem 2. o) cumlocucionis 1.

1) Is est Benedictus Anianae abbas, cui Alcuinus dedicavit libros septem contra Elipandum. MAB. Eius vitam v. infra.

[800.] Karolo, Pipino ac Hludowico[a] visitare studuit[1]; quo in loco tenens manum Albini, ait secrete: 'Domine magister, quem de his filiis meis videtur tibi in isto honore, quem indigno quamquam dedit michi Deus, habere me successorem?' At ille vultum in Hludowicum dirigens, novissimum illorum, sed humilitate clarissimum, ob quam a multis despicabilis notabatur, ait: 'Habebis[b] Hludowicum humilem successorem eximium'. Hoc tunc solus audivit Karolus. Sed cum eosdem reges erecta cervice et Hludowicum humili post orationis gratia in ecclesiam sancti Stephani incedere cerneret, sedens in loco quo sepeliri volebat, infit sibi adsistentibus: 'Cernitis Hludowicum fratribus suis humiliorem? Certe videbitis hunc patris celsissimum successorem!' Necnon cum post communionem corporis Christi et sanguinis manu propria eis misceret, isdem Hludowicus humilitate clarissimus prae omnibus patri sancto[c] se inclinans, eius osculatus est manum. Tunc vir Domini adsistenti sibi ait Sigulfo: 'Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. [cf. Matth. 23, 12.] Certe istum post patrem Francia gaudebit habere imperatorem'[2]. Hoc nos iam factum et videmus et gaudemus. Depositi sunt qui videbantur cedri, et exaltata est oliva fructificans [cf. Ps. 51, 10.] in domo Domini. Ipse denique pater Karolum multa erudiens cura artibus liberalibus scripturisque divinis, adeo ut sapientissimus omnium Francorum efficeretur regum, qui fuerunt ab adventu Christi, docuit etiam eum per omne vitae suae tempus, quos psalmos poenitentiae cum letania et orationibus precibusque, quos ad orationem specialem faciendam, quos in laude Dei, quos quoque pro quacumque tribulatione, quemque etiam, ut se in divinis exerceret laudibus, decantaret. Quod nosse qui vult, legat libellum eius ad eundem de ratione orationis[3].

16. Legerat isdem vir Domini libros iuvenis antiquorum philosophorum Virgiliique mendatia, quae nolebat iam ipse nec audire neque discipulos suos legere: 'Sufficiunt', inquiens, 'divini poetae vobis, nec egetis luxuriosa sermonis Virgilii vos pollui facundia'. Contra quod praeceptum temptavit Sigulfus Vetulus secrete agere, unde post erubuit publice. Advocans namque suos, quos tunc filios nutriebat, Adalbertum et Aldricum, iussit coram se secretissime Virgilium legere, interdicens eis, ne quis ullo modo sciret, ne forte ad patris Albini notitiam perveniret[d]. Albinus autem solito eum[e] more ad se vocans, ait: 'Unde te habemus, Virgiliane? Cur coepisti ac voluisti contra meam voluntatem et consilium me ignorante agere, ut Virgilium legeres?' Sigulfus vero se ad pedes eius proiciens, stultissimè se egisse confessus, humiliter poenituit. Cuius satisfactionem benigne pius pater post increpationem recepit, monens eum, ne ultra tale aliquid ageret. Testatur vir Deo dignus adhuc superstes Aldricus[4] abbas, nec se nec Adalbertum cuiquam hoc innotuisse, sed usque tunc, sicut eis praeceptum fuerat, omnimodis siluisse.

17. [XI] Fratribus Cormaricensibus[5], quos valde diligebat, iusserat ipse pater centum modia vini dari. Cumque ad monasterium ducerentur, mandavit per Sigulfum, Benedicti abbatis[6] monachum, praevisoribus monasterii, ut tenerent interim ductores vini, quousque coram eis de vasculis, in quibus ipsum vinum adduxerant, in alia mutaretur, quia aliqui ex eis inde furtive sumentes, in vascula, quatenus plena essent, cum ad monasterium pervenirent, sabulum aquae miscuerant. Quod ita factum fratres certissime probarunt.

18. Aigulfus praeterea presbiter, Engelsaxo et ipse, ad eundem patrem visitandum Turonis venit. Cumque ante ianuam eius domus coepisset adsistere, ecce quidam Turonensium fratrum, simul videlicet quattuor iuncti, hunc respicientes putantesque, nichil eum illorum de locutione scire, conloquebantur ad invicem: 'Venit iste Britto vel Scoto[f] ad illum alterum Brittonem, qui intus iacet. O Deus, libera istud monasterium de istis Brittonibus; nam, sicut apes undique ad matrem revertuntur, ita hi omnes ad istum veniunt'. Ingressus est [autem[g]] isdem presbiter domum Albini; post nonnulla alia retulit ei quae audierat. Cui Albinus: 'Nosti', inquid, 'qui sunt?' At ille: 'Vere neque novi neque eos respicere prae verecundia quivi, quando ista dicebant'. Pater vero Albinus ait: 'Certe ego novi qui sunt'. Vocans [ergo[g]] eos ipse propriis nominibus, ad se venire iubet, dicens:

a) Ludovico 2 *constanter*. b) Habetis 1. c) suo 1. d) perveniretur 1. 2. e) *deest* 2. f) Scotto 2. g) *deest* 1.

1) A. 800. c. mensis Iunii initium. 2) Ermoldus Nigellus, simile vaticinium protulisse Paulinum patriarcham Aquilegiensem, refert Lib. I, v. 565—598 (SS. II, p. 477; Poetae aevi Carol. II, p. 22 sq.). 3) Opp. Alcuini ed. Froben. II, p. 52—126. 4) Nimirum Ferrariensis, postea Senonensis antistes, successorem sortitus Adalbertum hic laudatum. Hinc patet, Vitam hanc scriptam esse ante annum 829, quo Aldricus ex abbate factus est episcopus Senonensis. MAB. Antecessor eius Ieremias obiit a. 829, Dec. 9. 5) Cormery. 6) Anianensis. Diversus igitur hic Sigulfus fuit a Vetulo, ut recte Henschenius animadvertit. WATT.

'Isti sunt'. Condolens itaque eorum stultitiae, pepercit eis, dicens: 'Parcat illis Christus filius Dei'! Dans autem eis singulos vini calices bibere, iterum foras leniter exire iubet. Aigulfus vero postea id diligentissime per alios sciscitans, eosdem fuisse probavit.

19. Neque illud silentio praetereundum ratus sum, quod multi noverunt. Custos denique sepulchri sancti Martini, providebat[a] qui ceram et vestimenta omnia, quae ad ipsam basilicam pertinebant, intrans cum candela accensa secretarium, quo ista servabantur, infixit eandem stipiti; quam, cum egrederetur, oblitus est accipere. Firmans itaque ostium sera, abiit; candela vero ardens[b] cecidit super ceram. Cera quoque magnas dans flammas, ad vestimenta, quae perticis haerebant, multa[c] vi ignem emisit, vestimenta porro usque ad tectum. Quod custos sentiens, cum clavi statim ad aliud monasterium fugit. Fit undique concursus, pulsatur ostium, nec ullo aperitur sudore. Clerici, preciosum quicumque aliquid in domo sua habebant, foras mittebant. Ecclesia sancti Martini vestimentis quibusdam nudabatur; nec aliud quisquam sperare poterat quam totius monasterii concremationem. Nudabatur plumbo tectum. Aderat Albinus oculis iam non videns. Interrogat ergo, quid agatur. Cui unus discipulorum suorum Vetulus[d]: 'Perge', inquid, 'hinc, mi domine pater, ne forte aut plumbo superius proiecto usque ad mortem percutiaris, aut igne cremeris; certum[e] enim interitum manet'. Cumque Albinus voluisset ire, iterum ad eum Vetulus: 'Mi', inquid, 'domine pater, vade ad sepulchrum domini Martini et pro nobis intercede'. Fecit itaque ita Albinus. Cumque illuc pervenisset, extendit se super terram in cruce, gemitum emittens ad caelum. Miro igitur modo ac incredibili, statim ut Albinus proiecit[f] se in terram, totus ille ignis ita extinctus est, acsi immenso necaretur fluvio. Hoc cernentes clerici, magno cum stupore exultantes ad locum illum festinato perveniunt, ubi Albinus ante sepulchrum sancti Martini prostratus in cruce pro eis iacens Dominum[g] precabatur. Elevantes autem eum humo, benedicunt Dominum[g], qui per Albini preces totam fabricam monasterii Sancti Martini, igne ne consumeretur, salvavit. Haec tua sunt, sancte Martine, digna exempla, qui ignes quondam cum quaereres fugere, non poteras; ad Deum conversus oratione, ignes illos extinxisti minaces[1]. Vere celsa fides, quae suo calore igneos potuit extinguere[h] globos. Nec mirum, si elementa precibus ac iussis Albini propriam vim linquant, cum ipse in corde requiescat eius, qui diligentem se diligit ambulantesque in igne flamma non permittit fuscari. Te in his adoramus, te glorificamus teque laudamus, qui, dignatus es sicut polliceri servis tuis tua servantibus mandata, operibus etiam in Albino tuo ostendisti evidentissime. Tu equidem[i] dixisti, Christe Iesu: *Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam, videlicet ut glorificetur Pater in Filio.* (Ioh. 14, 14. 13.)

(XII) 20. Illud quoque ad laudem Domini commemorandum est, quod multi saepius ad Albinum venientes infirmi, benedictione eius cum fide accepta, sospitatem recepere corpoream. Quodam etiam tempore, fertur ut a nonnullis praecipuis, quidam pauper oculorum lumen gravi habens obductum caligine, ad ianuam exterioris domus veniens Albini, flagitabat dari sibi aquam, eius qua loti forent oculi. Aiebat enim revelatum illi fuisse, quia, si[k] ex ea oculos suos ablueret, visum reciperet. Ignorante ergo Albino colligitur aqua, qua faciem et oculos laverat, daturque occulte poscenti pauperi. Lavans igitur pauper ille aqua illa oculos cum plena fide, caliginem fugavit ac clarum lumen recepit. Inlustramur et nos tuo, pater, sudore, lavanturque tua pia doctrina animarum nostrarum crimina. Nesciente te ultra iam fatigari labore oculorum, tu quoque corporali visu minime cernebas, et aliorum semper inluminare satagebas; quosque praesentialiter non poteras, litteris absentaliter erudiebas, scribens[l] multa omni ecclesiae utilia.

21. Postulante namque imperatore Karolo, scripsit librum de sancta Trinitate[2] utilissimum, necnon de rethorica[3], dialectica[m. 4] et musica[5]. Scripsit ad Gundradam[6] de animae

a) providebatque ceram 1; praevidebat 2. b) *recentiore manu expunctum in* 1. c) cum *add.* 2. d) Vitulus 1. e) certus enim interitus *corr. Henschenius.* f) se proiecit 2. g) Deum 2. h) extingere 1. i) quidem 2. k) quasi ex 2. l) scripbens 1. m) dialetica 1.

1) Cf. Sulpicii Severi Epist. I. (p. 140. ed. Halm). W. 2) De fide sanctae et individuae Trinitatis ad gloriosum imperatorem Karolum Magnum Deo devotum libri tres, in Opp. Alcuini ed. Frobenius I, p. 705 sqq. Epistolam ad Karolum directam nuncupatoriam ibi invenies col. 703 sq.; et in editione Jafféana p. 671, nr. 191. 3) Dialogus (sive disputatio Karoli imperatoris et Alcuini) de rhetorica et virtutibus, inter Opp. Alcuini ed. Froben. II, p. 313 sqq. Emendatius edidit C. Halm b. m., Rhetores latini p. 523 sqq. 4) Dialogum inter Karolum et Alcuinum 'De Dialectica' invenies ap. Froben. II, p. 335. 5) Periit, ut videtur. 6) Dictam Eulaliam, Adalhardi sororem, consobrinam Karoli Magni.

ratione[1]. Postulantibus feminis Gisla[2] et Richtrude[3], honestissime super euangelium Iohannis partim de suo, partim de sancto Augustino mirabile opus composuit[4]. Scripsit et in quattuor epistolis[a] Pauli, ad Hephesios[b] scilicet, ad Titum, ad Philemonem et ad Hebraeos[5]; ad[c] Fredegisum in Psalmis[6]; ad Widonem[d] comitem[7] omelias de principalibus vitiis et virtutibus[8]; ad Sigulfum suum quaestiones in Genesi[9] perutiles, in Proverbiis Salomonis et Ecclesiasten[e, 10], in Canticisque Canticorum[11] luculenta sub brevitate ineffabiliter; sub nominibus Franci et Saxonis de grammatica cum interrogatione et responsione facundissimum libellum[12] composuit. Collegit multis de patrum operibus omeliarum duo volumina[13]. Scripsit de ortographia[14]. In centesimo quoque octavo decimo psalmo stilo usus est aureo[15]. Sunt et alia multa, quae quisquis legerit et diligenter scrutatus fuerit, non modicam sui aedificationem reperiet, sicut in epistolis[f] ad multos directis[16]. In his ergo et huiusmodi reliquum vitae suae ducens tempus, caelestem in terris duxit vitam. Praestolans in novissima positus vigilia Filii[g] et[h] hominis adventum, intraret ut cum eo ad nuptias, lavabat singulas per noctes lectum suum lacrimis, sanctorum semper se muniens intercessionibus, quorum omni die celebrabat sollempnia, hostis ne ullis antiqui confoderetur iaculis, qui nequaquam eius inrumpere domum tam occulte poterat, ut ab ipso repente non deprehenderetur crucisque signo pelleretur.

22. [(XIII)] Quadam igitur nocte solito orationem cum psalmorum decantatione volens secretim fundere, adgravatur immenso sompno. Surgens vero e lectulo, tulit cappam desuper se. Cumque iterum adgravaretur sompno[i], expoliavit se vestimentis[k] omnibus praeter sola camisa[l] et femoralibus. Nichilominus vero perseverante sompno, accepit turibulum, et pergens ad locum quo erat ignis tutatus, implevit prunis illud ac desuper timiama[m] posuit totamque cameram odore suavi perfudit. Qua in hora corporali se specie diabolus praebuit ei visibilem, homo quasi magnus, nigerrimus ac deformis barbatusque, blasphemiae in eum aggerans[n] iacula. 'Quid', inquid, 'hypocrita agis, Alchuine? Cur coram hominibus iustum te videri conaris, cum deceptor sis magnusque simulator? An[o] putas, his tuis fictionibus acceptabilem posse te habere Christum?' Sed miles Christi ineluctabilis stans cum David in turre, quae est ordinata omni armatura fortium et mille pendentibus clipeis, [cf. Cant. 4, 4] caelesti dicebat voce: 'Dominus lux mea et salutare meum, quem timebo? Ipse fortitudo vitae meae, quem formidabo? Intellege, Domine, murmur meum, adverte vocem clamoris mei, rex meus et Deus meus, quia te deprecor, Domine. Mane audies vocem meam, mane praeparabor ad te et contemplabor[p], surgens medio noctis ad confitendum tibi. Applicant mihi mendacium superbi; ego autem in toto corde scrutabor praecepta tua. Fiat cor meum perfectum in praeceptis tuis, et confundantur qui inique conterunt me, dum non confundar ego, [cf. ib. 4, 6.] quando aspiraverit dies, et fuerint inclinatae umbrae'. Fugatus denique hostis, et ipse, completa oratione, quiescit. Hac in hora unus solummodo discipulorum eius Waltdramnus nomine, adhuc vivens, vigilabat, occulte cernens haec omnia, testis scilicet huius rei qui[q] fieret.

23. Utebatur isdem pater apostoli iuxta consilium, non propter gulae desiderium, [1. Tim. 5, 23.] sed propter carnis infirmitatem, vino modico. Fugiebat modis omnibus otiositatem; nam aut legebat, aut scribebat[r], aut discipulos erudiebat, aut orationi vacabat et psalmorum

a) epistolas 2. b) Ephesios 2. c) a 1. d) Unidonem 1. e) Eccleasten 1; Ecclesiaste 2. f) expistolis 1. g) fili 1. h) *deest* 2. i) sumpno 1. k) omnibus vestimentis 2. l) camisia 2. m) timiam apposuit 1. n) aggerens 2. o) Tu 2. p) cumtemplabor 1. q) quae 2. r) scripbebat 1.

1) Opp. ed. Froben. II, p. 146 sqq., et Jaffé, Bibl. VI, p. 780 sqq., nr. 243. 2) Sorore Karoli imp., abbatissa Calensi, quam Alcuinus (Ep. 159, l. c. p. 594) Luciam appellat. 3) Sive Rodtruda (in Ep. 159. Columba nominata), filia Karoli imp. Ceterum monendum, codicem Monacensem, a Jaffé littera E. signatum habere: *Richtruda*. 4) Opp. ed. Froben. I, p. 467 sqq.; cf. Epp. nr. 136. 137. 158. 159. 5) Opp. ed. Froben. I, p. 650 sqq. 6) Est sine dubio 'Enchiridion seu Expositio pia ac brevis in psalmos poenitentiales, et in psalmum 118. et Graduales', ap. Froben. I, p. 342 sqq. Dedicatum fuisse opusculum Arnoni archiepiscopo Salzburgensi, constat, libellum autem per Fredegisum ad Arnonem esse portatum, docet Ep. nr. 234 (l. c. p. 748). 7) Limitis Brittanici. 8) Ed. Froben. II, p. 128 sqq.; cf. Alcuini Ep. nr. 237 (l. c. p. 753). 9) Interrogationes et Responsiones in Genesim, ap. Froben. I, p. 305 sqq.; cf. Epist. nr. 49 (l. c. p. 272). 10) Ed. Froben. I, p. 410 sqq.; cf. Epist. nr. 187 (l. c. p. 659). Commentarii de Proverbiis Salomonis aut perierunt, aut ab Alcuino non sunt perfecti. 11) Ed. Froben. I, p. 392 sqq. 12) Ed. Froben. II, p. 265 sqq. 13) Haec adhuc latent, sed cf. de codice earum Pragensi 'Archiv' IX, p. 469. WATT. 14) Ed. Froben. II, p. 301. 15) Ed. Froben. I, p. 361. 16) Editionem invenies optimam ap. Jaffé, Bibl. VI.

decantationi, inevitabilibus tantummodo corporis indulgens necessitatibus. Erat pauperum pater, humilibus humilior, divitum ad pietatem invitator, superbis superior, discretor quoque omnium egregiusque liberator. Celebrabat omni die missarum solempnia multa cum honestatis diligentia, habens singulis ebdomadae diebus missas deputatas proprias. Dominica porro die nullo umquam tempore, postquam lux inchoasset apparere[a] aurorae, se tradebat sopori; sed velociter levitice se praeparans, suo cum Sigulfo presbitero missarum colebat solempnia specialium usque horam tertiam; et tunc nimia cum reverentia publicam intrabat ad missam. Discipuli vero eius aliis solliciti cum in locis essent, maxime ad opus Dei cum adsisterent, studebant, ne quid reprehensionis in eis ab illo cerneretur.

(XIV.) cf. Phil. 1, 23. 24. Iam ergo Albinus corpore dissolvi cupiens et cum Christo esse desiderans, exorabat eum votis omnibus, ut die, quo in linguis igneis Spiritus sanctus super apostolos venisse visus est et eorum corda replevit, si fieri posset, migraret e mundo. Vespertinum siquidem pro se agens officium, in loco quo elegerat post obitum quiescere, iuxta videlicet ecclesiam sancti Martini, hymnum sanctae Mariae euangelicum cum hac antiphona decantabat: *O clavis David et sceptrum domus Israel, qui aperis, et nemo claudit, claudis, et nemo aperit; veni et educ vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris et umbra mortis!* Dicens post orationem dominicam hos versus: *Quemadmodum cervus desiderat ad fontes aquarum* etc. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Beati qui habitant in domo tua* etc. *Ad te levavi oculos meos. Unam petii a Domino. Ad te, Domine, levavi animam meam* et reliqua huiusmodi.

(Ps. 41, 2. 83, 2. 5. 122, 1. 26, 4. 24, 1.)

804. 25. Quadragesimae igitur tempus, sicut semper consueverat, dignissime omni cum contritione carnis et spiritus mundationeque habitus celebrans, sanctorum basilicas, quae sunt intra Sancti Martini monasterium, cunctis noctibus frequentabat, lavans se a [culpis[b]] suis multis gemitibus. Cum vero resurrectionis Domini perageretur[c] solempnitas, (Mart. 31.) nocte eius ascensionis[1] (Mai. 9.) decidit in lectum, gravi fatigatus languore[d] usque ad mortem, nec poterat loqui. Tertia tandem antequam migraret die solitam exultationis voce decantavit antiphonam: *O clavis David* versusque superius memoratos recitavit. (Mai. 19.) Die autem pentecostes, peracto matutinali officio, eadem hora qua ingredi consueverat ad missas, aurora patente[e], sancta Albini anima carne solvitur ministerioque levitarum caelestium beatum habentium secum protomartirem Stephanum et Laurentium archidiaconum angelorum cum exercitu ad Christum, quem amavit, quem quaesivit, perducitur, et fruitur eius gloria in caelo per omnia saecula feliciter, cui servivit in mundo fideliter.

26. Decessit igitur dierum plenus numero 14. Kal. Iunii, anno ab incarnatione Domini 804. Eadem vero nocte super ecclesiam sancti Martini inaestimabilis visa est splendoris claritas, in tantum ut putaretur a longe positis tota igne cremari. Quibusdam denique per totam illam noctem ipse splendor visus est, nonnullis tribus apparuit vicibus. Aurora autem surgente, globus ille iam amplissimus super eum venisse locum visus est quo Albinus iacebat, animaque eius egrediente, caelum penetrasse. Testatus est siquidem Ioseph archiepiscopus[2], per totam noctem ab eo et a suis visum fuisse. Testantur multi et nunc corpore valentes. (Mai. 12.) Plurioribus siquidem non ea nocte, sed praeterita dominica, prima scilicet post ascensionem Domini, ipsa claritas eodem, ut dictum est, modo apparuit.

27. Eadem quoque hora cuidam solitario in Italia posito caelestium levitarum ostensus est exercitus, laudes Christo ineffabiles in aere resonans; in quorum medio Alchuinus splendidissima indutus dalmatica adstans, caelum cum eis ingressus, pontifici aeterno ut ministraret cum perenni gaudio. Quod isdem solitarius fratri cuidam Turonensi, apostolorum solito frequentare limina, ad se venienti eodem pentecostes die indicavit. Interrogans namque eum ait: 'Quis est ille abbas, qui apud Turonis in monasterio Sancti Martini conversatus est? Quo vocatur nomine? Vel si valebat, quando inde existi, corpore?' Ad quem frater ille: 'Vocatur Alchuinus estque magister optimus in tota Francia. Quando huc iter arripui, sanum eum reliqui'. Respondens vero solitarius ille, ait cum lacrimis: 'Vere felicissima fruitur sanitate'. Indicavitque ei, quid eodem die viderat aurora clarescente. Ipse autem frater reversus Turonis, quae audierat retulit.

a) *in litteris* appare *desinit* 1. b) *deest* 1. 2; *suppl. Hensch.* c) *i. e.* peracta esset. d) langore 1. e) *fort.* parente *H–E.*

1) Cf. Notas Masciacenses ad Ann. Petav. adscriptas, SS. III, p. 170; v. quoque quae Wattenbach v. cl. ap. Jaffé VI, p. 31. notavit; qui summa cum diligentia etiam de morte Alcuini testimonia varia congessit ibidem. 2) Turonensis.

28. Pater denique Sigulfus corpus patris cum quibusdam aqua honorifice lavans, posuit super feretrum. Habebat nempe et ipse tunc magnum dolorem capitis; sed fide animo sanus, citam reperit sanitatem capitis. Oculos namque super magistri lectulum elevans, cernit pecten[1], quo ipse suum solebat pectinare caput. Istum ergo manibus 5 sumens, ait: 'Credo, domine Iesu, quia, si isto magistri mei pectine meum pectinavero caput, meritis illius statim sanabitur'. Ubi igitur prima vice pecten duxit per caput, quantum de eo tetigit, totum sanum habuit; sicque totum pectinando girans, omnem dolorem amisit. Alter discipulorum eius Eangist nomine dentium immenso graviter afflictus dolore, hortatu patris Sigulfi eodem pectine dentes tetigit, et continuo, quoniam cum fide fecit, sanitatem 10 meritis Alchuini recepit. Audiens vero civitatis Turonis Ioseph episcopus, vir bonus et Deo amabilis, beatum obiisse Alchuinum, advenit celerius illuc suo cum clero, oculosque eius propriis rigans lacrimis deosculabatur diutius. Praecepit autem, sapienti usus consilio, ne in eo sepeliretur loco, quo isdem pater foris voluerat, sed intra sancti Martini basilicam honorificentissime, ut, quorum in caelis iunctae sunt animae, una sint corpora domo in 15 terris posita. Sicque factum est. Super cuius tumulum positus est, sicut ipse iusserat, titulus, quem ipse vivens dictaverat, lamina scriptus in aerea parietique insertus.

Epitaphium Alchwini[2].

Hic, rogo, pauxillum veniens subsiste viator
  Et mea scrutare pectore dicta tuo,
20 Ut tua deque meis agnoscas fata figuris:
  Vertitur[a] o species, ut mea, sicque tua.
Quod nunc es fueram, famosus in orbe, viator,
  Et quod nunc ego sum, tuque futurus eris.
Delicias mundi casso sectabar amore,
25 Nunc cinis et pulvis, vermibus atque cibus.
Quapropter potius animam curare memento
  Quam carnem, quoniam haec manet, illa perit.
Cur tibi rura paras? Quam parvo cernis in antro
  Me tenet hic requies, sic tua parva fiet.
30 Cur Tyrio corpus inhias vestirier ostro,
  Quod mox esuriens pulvere vermis edet?
Ut flores pereunt vento veniente minaci,
  Sic tua namque, caro, gloria tota perit.
Tu mihi redde vicem, lector, rogo, carminis huius
35 Et dic: 'Da veniam, Christe, tuo famulo'!
Obsecro, nulla manus violet pia iura sepulcri,
  Personet angelica donec ab arce tuba:
'Qui iaces in tumulo, terrae de pulvere surge!
  Magnus adest Iudex milibus innumeris'.
40 Alchuine[b] nomen erat sophiam mihi semper amanti,
  Pro quo funde preces mente, legens titulum.

Hic requiescit beatae memoriae domnus Alchuinus[c] abba, qui obiit in pace 14. Kal. Iunias. Quando legeritis, o vos omnes, orate pro eo et dicite: 'Requiem aeternam donet ei Dominus!' Amen[d].

45 a) Vertatur species 2. b) Alchvvin 2. c) Alchvvinus 2. d) *deest* 2.

1) Cf. Epist. nr. 9 (l. c. p. 153), et Alcuini Carm. V. (Poetae aevi Carol. I, 223). 2) Editum a Dümmlero inter Poetas aevi Carolini I, p. 350; unde quasdam recepi lectiones.

VITA BENEDICTI ABBATIS ANIANENSIS ET INDENSIS AUCTORE ARDONE.

Benedictus, ut monasterium ingressus Vitiza est nominatus, fundator et abbas Anianensis coenobii aliisque monasteriis, inter quae Indense (Cornelimünster) a Ludovico Pio eius consilio conditum eminet, praefectus, saeculo IX, Karoli Magni et Ludovici Pii temporibus, summa auctoritate vigebat, inter huius imperatoris consiliarios per aliquot annos primum fere occupabat locum[1]. *Quare magni faciendum est, quod discipulus eius Ardo, qui et Smaragdus dicitur, flagitantibus monachis Indensibus, qui ipsi breve vitae curriculum miserunt, longiorem rerum ab ipso gestarum narrationem confecit. Quae quamvis praesertim in rebus pie gestis immoretur, non pauca tamen continet, quae historiam huius temporis illustrant, ita ut aegre ea in hac collectione careremus. De Ardone ex breviario Anianensi haec retulit Mabillon (Acta IV, 1, p. 589), quae etsi posteriore tempore scripta, certis notitiis videntur niti:*

Nonas Martii in monasterio Aniano transitus beati Ardonis presbyteri atque monachi, qui alio nomine Smaragdus vocatus est, praeclari in sanctitate et doctrina viri. Hic claruit temporibus Caroli gloriosi ac piissimi imperatoris, obiit autem sexagenarius anno ab incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo tertio, indictione sexta, anno quarto post obitum Ludovici imperatoris migravit ad Christum. Recte igitur carissimi huius sancti confessoris Christi Ardonis diem celebramus natalem, quo hanc vitam laboriosam relinquens, in vitam renatus est perpetuam, quo finivit laborem certaminis et percepit praemium confessionis.

In epitaphii fragmento quod exstat[2] *dicitur magister, 'qui dramate plures' (libros conscripsit)*[3]. *Immo postea sanctus venerabatur, cum inter reliquias sanctorum confessorum in Anianensi monasterio recenseatur* caput sancti Ardonis, alias Maragdae[a], monachi Anianae, confratris et magistri in sacra pagina,

a) *l.:* Smaragdi. MAB.

1) Cf. Simson, 'Jahrbücher' I, p. 24 sqq. 2) Aliud epitaphium Ardonis monachi a Stephanotio e codice Aniciensi descriptum Mabillon, IV, 1, Index, ad hunc referendum esse censet, id quod auctores Hist. liter. V, p. 32. approbant, immo ipsum Ardonem auctorem habent, quod mihi valde dubium videtur. Est vero istud:

Hic, licet indignus, monachus tamen Ardo quiescit,
Inferior cunctis meritis et moribus exstans,
Multa quidem novit, docuit quam denique plures;
At nunc quod iuste, caste quod vixit, habebit.
Hic etenim laetus carpebat tempora grata,
Qui iacet abiectus, viridi de cespite tectus.
Haec quicumque legis, modicum subsiste, viator!
Es quod ego fueram, sum quodque eris ipse futurus.
Dic, quaeso: 'Miserere tuum iam plasma, Creator'!

3) Praeter Vitam Benedicti nullus exstare videtur. Mabillon monuit: *Sermo de ecclesiae Anianensis dedicatione post vitam sancti Benedicti* (Acta IV, 1, p. 225) *editus, qui Ardoni tribuitur, posterioris videtur esse auctoris. Cetera quae Smaragdi nomine circumferuntur non sunt Ardonis nostri, sed alterius Smaragdi abbatis S. Michaelis in pago Virdunensi, uti demonstravi in Analectorum tomo 2.*

incastratum in argento superdeaurato, et ab alia parte corpus sanctum positum in caxa lignea mirabiliter ornata.

Ardo sane de historia sui temporis bene meruit, cum ea retulerit quae praesens viderat[1] *vel alias bene comperta habebat. 'Imperitis verbis' quidem se rem attigisse neque 'soloecismorum foetorem' vitare potuisse, profitetur; et sane sermone minus culto usus, nihil fere linguae Latinae studiis Karoli M. tempore florentibus percepisse videtur, sed, ut auctores saec. VII. et VIII, non raro contra grammaticae regulas peccat vel certe verborum formas et coniunctiones eo tempore usitatas retinet*[2]. *Neque haec ab Helisachar abbate, cui librum, antequam ederetur, praesentari voluit, sunt emendata, nec, quod magis mirandum, etiam in codice unico, qui aetatem tulit, quamvis post plura saecula exarato, deleta*[3].

1) *Est liber archivi publici* ***Montispessulani****, chartularium Anianense continens, quem equidem saec. XII*[4], *alii minus recte*[5] *non ante saec. XIII. vel XIV. exaratum putant. Quem cum editis diligentissime contulit V. Cl. M. Bonnet, Gregorii Turonensis libro quodam nuper edito nobiscum coniunctus. Non pauca postea sunt mutata, neque semper certo certius distingui potest, quae primae quaeve alteri manui debeantur. Attamen semper fere primam scripturam praeferendam duxi. Librario vero saec. XII. tribuenda puto, quae scribendi rationem tunc praecipue in Gallia usitatam prae se ferunt*[6]. *Dubius haereo, num* h *semper fere omissum, nonnumquam vero superadditum*[7], *huc pertineat; ideoque in hoc codicem secutus sum*[8]. *Minime tamen mendis hic caret; nomina propria deformavit, nonnullos locos ita reddidit, ut vix sensum sanum elicias*[9].

His tollendis alia quae exstant exemplaria vix sufficiunt.

2) *Codex* ***Ambianensis*** *nr.* 467, *chart. saec. XVII, fol.* 73—91. *hanc Vitam continet, sed quam pluribus capitibus omissis decurtatam et erroribus foedissimis scatentem, ita ut Holder-Egger noster librum indignum haberet, cuius lectiones exscriberentur. Ubi cum manu correctoris in* 1 *convenit, fortasse eodem emendandi studio id factum est. Alibi propius ad*

3) *Menardi editionem accedit, qui primus Benedicti libro Concordiae regularum Vitam praemisit ex duobus codicibus, qui cum* 2 *in eo conveniunt, quod magnam libri partem (c.* 18—29*) omiserunt. Eum secutus est Henschenius, Acta SS. Febr. II, p.* 610. — *Mabillon vero, Acta IV,* 1, *p.* 192, *primus codicem Anianensem adhibuit, sed non satis accurate expressit. Eius editionem repeti fecit Migne, Patrol. CIII, p.* 352. *Excerpta receperunt Duchesne III, p.* 388; *Bouquet V, p.* 456. *VI, p.* 273.

In capitibus distinguendis quantum potui 1 *secutus sum, sed, cum sibi parum constet, alia ex editionibus prioribus addenda erant; quare etiam Ma-*

1) Cum Benedicto synodo Francofurtensi a. 794. affuisse narratur in cod. Anianensi Chron. Moiss., SS. I, p. 301. Ibidem narratur, p. 310: (Karolus) *Ardoni quoque, qui et Smaragdo, religioso monacho, dedit tabulam lapideam tinnientem sicut aes.* 2) Qui aequius de ipsius sermone iudicarunt, Rivet, 'Hist. litter.' V, p. 34; Ebert, 'Gesch. d. Litt. d. MA.' II, p. 346, non genuinam libri formam viderunt. 3) Accusativa absoluta vel accusativa et ablativa coniuncta abundant; neque praepositiones cum rectis casibus auctor coniungit; barbaras vel corruptas verborum formas (*exspers* pro *expertus; equites* pro *equi; existeria, decernerit, gloriosimus* etc.) usurpasse videtur. Etiam infinitivi terminatio — *et* nonnunquam occurrit, quam recipere non ausus sum. 4) Cf. 'Archiv' VII, p. 842. 5) Hoc non tam litterarum ductus quam verborum scribendi ratio vetare videntur. Nam quamvis plerumque *e* pro *ae* ponatur, non raro etiam *ę* occurrit, etiam in verbis quae rectius simplicem *e* haberent (*ęcclesia, ętiam* constanter fere, *ęssę* et quae sunt eiusmodi). 6) Dico litteras duplicatas: *deffere, refferre, deffendere; deppellere; peccora; commitis, commitatus; cannonicus; seppe; nouuum;* alibi simplices pro duabus (*ocupare, quamaxime*); *c* pro *s* vel *sc* (*cirtes; decendere, concendere*); *u* post *q* et *g* omissum (*equs, sqalor, antiqus* necnon *set*). 7) *his* pro *is; hedificium; hobitus.* 8) Etiam *b* pro *p* (*abte; obtare*); *linga, langor* retinui. Dubito de *pulquerrima.* 9) V. locum c. 23: *equos misit qui equos ferrent*, ubi de monachis missis sermo est.

billonii numeros in margine addidi. Etiam annotationes eius ex parte retinui. Alias suppeditavit liber ante aliquot annos de Benedicto satis diligenter et docte scriptus[1]. *G. W.*

f. 1. (1) Dominis[a] merito venerabilibus patribus fratribusque Inda[b] monasterio Deo[c] Iesu famulantibus Ardo servorum Christi famulus salutem dicit. Iam pridem, dilectissimi fratres, vestrae ad me delatae sunt litterae, amore piae recordationis patris nostri Benedicti abbatis stipatae exitumque ac migrationem eius ad Christum breviter, set amabiliter continentes. In quibus exiguitatem meam ammonere[d] estis dignati, ut latius initium conversationis eius audire cupientibus scriberem; set actenus, virium mearum cernens pondus excedere, distuli. Siquidem sagaci industria scribentibus precedentium[e] vitam meritis venerabilem, virtutibus celebrem, curandum est, ne aut neglegentia torpentes omittant utilia aut inducti gratia adiciant[f] supervacua; set diligentissime exquisita necnon evidentium relatione testium roborata currente calamo scribant, non rusticitatis vicio redolentes peritorum adgravent[g] aures, set urbanitatis salefacentiae[h] condita proferant verba politisque sermonibus, ut ita dixerim, derogantium demulceant aures. Meae vero ipse imperitiae exspers[i], vestris quandoque pariturus preceptis, longo silui tempore[k] et, [ut[l]] ab eruditioribus explicaretur, sustinui; periniquum[m] nempe decernens, si tanti patroni vitam imperitis attingerem verbis peritioribusque debitum auferrem laborem, qui queunt[n], copia verborum affluentes, pompatice quaeque volunt enucleare et inter syrtes[o] nil paventes regere cimbam solecismorumque vitare fetorem, facundiaque eloquentiae prediti[p], ex abundanti eis est[q] copia fandi derogantium comprimere linguas[r]. Pavebam, ne hi, dum vitiose conposita corrigere vellent, a male contextis exacerbati[s], adiudicarent neglegenda; presertim cum noverim, vos sacrae aulae palacii adsistere foribus, nec turbulentis rivulis sitire potum, quin pocius ab indeficienti vena purissimi fontis sedulo sapientiae aurire fluenta. Haec me ratio annali continuit (2) spatio. Interea coeperunt me mordacissimis verbis ab inherti studio expergescere fratres, quos ipse pio conamine genuerat Christo, et ut eis illum gestis vitae religiosae resuscitarem[t], compellere, a quo absentes esse solo constat consortio corporis, non plenitudine caritatis. Sic[u] tandem adgredior explicare opus. Dedit ausum ac consilium veniale etiam locus, qui ab eo primitus constat esse constructus, fratresque, qui eius noverant conversationis *f. 1'. initia. Nam quod[v] aliis contigit vix non *audiri, ab his potuit vix non videri. Igitur pro captu rebus ex parte collectis, inpensas operi accuratius explicaturi[w] paramus[x] et quasi quoddam[y] seminarium lacius promulgaturi[z] nimium artamus; hoc umili prece poscentes, ut, si quis hoc despexerit opus, linquat aut corrigat, sin alias[a], legere scireque[b] volentibus sinat seque[c] ad precedentium patrum vitam legendum convertat. Et si hunc[d] ab eorum tramite iuxta vires non oberrasse repererit, gratuletur; sin autem, non temere iudicando refutet, set lacrimabiliter interveniendo[e] ei aequissimum Iudicem pacatissimum reddat. (3) Vestris quia parui iussis, o sanctissimi fratres, precor, ut me orando adiuvetis ad Deum, quatinus, orantibus vobis, et meorum mihi detur venia delictorum, et posteris proficiat in augmentum. Rursumque obnixe postulo, ut hanc pervigili studio relegatis, et quaeque vitiose contexta fore probaveritis, elimando[f] corrigite, si qua vero utilia, in archana[g] pectoris vestri excolenda servate. Siquidem imperio vestro, silentii vim subtractam, affectum prebuimus, non effectum; loqui nostrum vobis inputabitis, qui non tacere nos imperasse recolitis. Et quoniam ei unicae dilectionis affectu migranti de seculo Helysacar hesit abbas, sicut ipsius auro preciosior nobis directa testatur epistola, post vestram examinationem illi singulariter censeo presentari. Esto, occulendam esse decernerit[h], veniam de meo posco

a) *litterae* D *maioris spatium vacat* 1, *et ita litterae initiales modo des., modo sec. m. adduntur.* b) in I. 2. c) domino 2. d) commovere 2. e) praecedentum 2. f) addant 2. g) aggravant 2. h) selefacientis 2. i) *ita, corr.* exspertus 1; expers 2. k) *post* tempore *vacat reliqua linea fere dimidia sine liturae vestigiis* 1. l) *deest* 1. m) iniquum 2. n) querunt 2. o) cyrtes 1. p) possunt 2. q) *deest* 2. r) lingas 1, *et ita saepius;* nugas 2. s) et *add.* 2. t) ressusc. 1. u) *novum cap. inc.* 2. v) Namq; 1. w) explicaturas *pr. manu, ut vid.*, 1. x) paruimus 2. y) quodam 1. z) promulgaturus numerum 2. a) alios 2. b) sequi 1. c) sicque 2. d) hanc . . . aberrasse 2. 3. e) in tremendo die aeq. 2. f) eliminando 2. g) arcana 2. h) decreverit 2. 3.

1) 'Der heil. Benedict, Gründer von Aniane und Cornelimünster (Inde), Reformator des Benedictinerordens. Von P. J. Nicolai. Köln. 1865. 8'. Brevius de Benedicto nuper egit R. Foss, Berol. 1884 (Progr.).

errore; sin vero, utilem, qui libenter paruerunt[a] viventi, imitare[b] satagant vitam absentis. Perantiquam siquidem[c] fore consuetudinem actenus regibus usitatam, quaeque geruntur acciduntve annalibus tradi posteris cognoscenda, nemo, ut reor, ambigit doctus. Et quoniam mens diversis rebus partita oblivione caecatur, divinitus credimus esse consultum, ut[d] quae oblivio prolixa procurrente[e] tempore poterat[f] aboleri, litteris mandarentur servanda, quarum lectione iocundantur, hylarescunt totosque se ad gratiam inflectunt hi[g] qui talia concupiscunt legere; nec ab his[h] temerarius iudicatur auctor scripturae, etiamsi contingat minus politis perstrepere verbis, ad quam avide cognoscendam desudant. Concedant ergo nobis et precedentium legere vitam et posteris mandare quae ipsi[i] nostris temporibus vidimus vel audivimus ad augmentum animarum profutura; nec condemnemur de imperitis sermonibus et rusticitatis vitio[k] redolentes, quoniam ratum ducimus[l] normam salutiferam licet vilibus[m] depromere verbis et in abiectis virgulis pulcherrimum pandere favum. Suo quisque sumat arbitrio, quae animo conperit placitura.

1. Igitur vir venerabilis nomine et merito Benedictus abbas ex Getarum genere partibus Gotiae oriundus fuit, nobilibus natalibus[n] ortus; set eum superna pietas potiori virtutum claritate nobilitavit. Pater siquidem eius comitatum[o] Magdalonensem quoadusque vixit[p] tenuit et Francorum genti fidelissimus totis viribus extitit, fortis et ingeniosus; hostibus enim valde erat infestus. *Hic nempe[q] magna prostravit strage Wascones, qui vastandi gratia fines regni Francorum fuerant ingressi; e quibus nullus evasit, nisi quem pernix fuga salvavit. Hic[r] pueriles gerentem annos prefatum filium suum in aula gloriosi Pipini regis reginae tradidit inter scolares nutriendum; qui mentis indole gerens aetatem[s], diligebatur a commilitonibus; erat quippe velox et ad omnia utilis. Post haec vero pincernae sortitur offitium. Militavit autem temporibus prefati regis. Post cuius excessum cum regni gubernacula Karolus gloriosissimus rex potiretur, ei adaesit serviturus. Interea, illustrante divina gratia, superno[t] coepit flagrare amore et ut seculum linqueret totis aestuare[u] nisibus periturumque fastidire honorem, ad quem cum laborem[v] adtingere posse[w] cernebat, set adeptum cito amittere. Per triennium autem hoc corde tegens, soli Deo secretum tenuit, corpore, non mente [se[x]] seculi actibus inserens. Temptabat igitur infra hoc spatium, si continentiae culmen arripere posset, subtraere corpori somnum[y], reprimere linguam, abstinere a cibo, parcius sumere vinum et veluti peritus athleta ad futurum se conponere bellum. Premeditabat siquidem in seculari adhuc abitu sistens, quae postea devotus implevit; set quamquam a seculi se[z] actibus exuere[a] vellet, esitabat tamen, quibus hoc modis faciendum esset, utrum peregrini adsumeret abitum, an forte se alicui coniungeret et omnium oves aut[b] armenta gratis pasceret, an etiam in civitate sutoris exerceret artem et quae habere[c] posset pauperibus erogaret. Sub tali quippe certamine fluctuantem animum, ad amorem se vitae regularis convertit.

2. Eo namque[d] anno, quo Italia gloriosi Karoli regis ditione subiecta est, cum frater eius incaute fluvium quemdam transfretare vellet et[e] a tumentibus raperetur undis, hic equo sedens periculum conspiciens fratris, sese inter undas precipitem dedit, ut pereuntem a periculo redderet extorrem, atque natante equo, fratris attigit manum; quem cum tenuit, tentus est, vixque qui eripere morientem voluit mortis evasit periculum. Tunc se voto Deo constrinxit seculo deincebs non militaturum; patriam petit, set hoc patri non patefecit. Quidam autem erat religiosus Widmarus[f] nomine, corporea luce carens, set cordis[g] luce resplendens, cui[h] velle suum ostendit, hisque secretum tenuit et consilium salubre prebuit. Preparatis itaque omnibus, iter quasi Aquis[i] iturus arripuit; set ubi sancti Sequani ingressus est domum[1], redire suos ad patriam iubet, seque in eodem coenobio Christo Deo servire velle indicavit[k]. Postulat ingrediendi licentiam; qua adepta, mox capitis comam deposuit et veri[l] monachi abitum sumpsit. Factus vero monachus, incredibili inedia per biennium et sex men-

a) paruerint intenti 2. b) immit. 1. c) deest 2. d) et 2. e) perc. 2. 3. f) poterant 2. g) ii 2. h) iis 2. i) ipsis corr. ipsi 1; et ita 2. k) vitium redolentibus 2. l) duximus 2. m) rudibus 2. 3. n) parentibus 2. o) commit. 1. p) uiā corr. uix̄ 1. q) namque 2. r) His puerilem 1. s) ita 1; indolem g. supra aet. 2. 3. t) super nos 2. u) estuar& corr. estuare 1. v) corr. labore 1. w) se p. 2. x) deest 1. y) somnium 2. z) scli a se 1. a) exerere 2. b) et 2. c) haberet corr. habere 1. d) namque corr. itamque 1; itaque 2. e) deest 2. f) Vindinarus 2. g) cordis corr. corde 1. h) qui 2. i) equis 2. k) indicant corr. indicavit 1. l) vero 2.

1) S. Seine prope Divionem.

sium spatia[a] corpus suum affligere coepit. Sic quippe carni suae acsi cruentae bestiae erat infestus, cybum permodicum sumens, pane videlicet et aqua corpus sustentans pocius[b] quam famem arcens, vinum siquidem ceu[c] pestiferum virus devitans. Somnum si quando *f. 2'. devictus animus *sumere vellet, vili se strato paululum quieturus collocans, aliquando nuda umo prostratus, nimium defessus[d] quievit, ipsa sua se plus requie lassaturus. Sepe etiam pervigil in oratione pernoctans, nudis plantis in pavimento glaciali[e] rigore perfusus[f] persistens, in divinis nempe meditationibus ita se[g] totum contulit, ut quam plures continuaret dies sacris psalmodiis deditus, silentii legem non interrumpens. Quiescentibus cunctis, hic eorum calciamenta aquis mundans unguebat[h] eaque locis congruis lota restituebat. Heu pro dolor! quidam veluti illudentes insani[i] prorsus procul posito caligas iactabant, quorum vesanam insipitudinem[k] hic altiori consilio bene tranquillus ferebat. In vestitu namque suo tanta se vilitate deiecit, ut vix persuaderi nescientibus veri simile fore possit. Erat itaque vilis[l] ei et pervetusta tunica, quam nonnisi plures[m] exactos mutabat dies. Quapropter copia pediculorum in squalenti[n] surgebat cute, a quibus ieiuniis adtenuata depascebantur membra. Cocullae illi nimia erant vetustate consumptae; et si quando veterescentia rumperentur fila, ex dissimili colore foramen patens pannum repertum sarciebat; quae res eum satis reddebat deformem. Quam ob rem a compluribus deridebatur, inpellebatur conspuebaturque; set caelo animus fixus viliora appetens, cum in festis diebus cultioribus se reliqui componerent vestibus, ic[o] sine reverentia coram obtutibus omnium utebatur. Balnearum usus per idem tempus suo corpori numquam indulsit, munditias autem (8) monasterii, quoties oportunitas expetiit[p], exercuit. Conpunctionis gratia, ope divina concedente, tanta ei largita est, ut quoties vellet fleret. Cotidie lacrimis, cotidie gemitu ob geennae metum alebatur, illud Daviticum amabiliter canens: (Ps. 101,10.) *Cinerem sicut panem mandui*[q] *et poculum*[r] *meum cum fletu miscebam*. Pallebant[s] ora ieiuniis, et macie exausta carne, pellis ossibus inherebat hac in modum pallearia[t] bovum rugata pendebat. Hoc modo tenerum quasi indomitum animal non tam mansuefaciens quam, ut ita dicam, mortificans corpus, cum cogeretur ab abbate parcius erga semet[u] exercere rigorem, adsensum minime prebuit. Regulam quoque beati Benedicti tironibus seu infirmis positam fore contestans, ad beati Basilii dicta necnon et[v] beati Pacomii regulam scandere nitens, quamvis exiguis[w] possibilia gereret, iugiter inpossibiliora rimabat. His se poenitentiae lamentis prelibans, quoniam inimitabilis erat vel nullis vel paucis, coopitulante gratia divina, ut multorum fieret documentum salutis, in amore prefati viri Benedicti regulae accenditur, et veluti de singulari certamine novus atleta ad campum publice pugnaturus accessit. Interea coepit aliorum corrigere mores, neglegentes arguere, exortare tyrones, ut proficerent ammonere (9) probos, ut corrigerentur increpare inprobos. Iniungitur ei post haec custodiendum cella- *f. 3. rium; quo[x] memoriae regulam prefati patris commendavit, *et iuxta preceptum illius totis viribus sese[y] conponere ac licita petentibus sine mora studebat largire, male petentibus denegare, inpossibilia exquirentibus blande excusare. Et quoniam pro libita voluntate eis pocula non prebebat[z], aequis obtutibus a conpluribus non intuebatur. Hospitum, infantum pauperumque omni sagacitate curam gerebat. Abbas quoque eum summo colebat affectu, eo quod esset in omnibus utilis et suae vitae cautus, aliorum[a] salute sollicitus et circa ministerium frequens, in loquendo rarus, ad obediendum promptissimus, in monendo affabilis. Contulerat siquidem illi divina pietas inter alias quam plures virtutes etiam intelligentiae donum, eloquentiae spiritalis copiam.

(10) 3.[b] Decursa quinquennii et octo mensium[1] in salutiferis rebus spatia, abbas prefati monasterii migravit e seculo. Tunc omnes uno animo parique consensu Benedictum sibi preferri obtant. At ille suis illorumque non convenire moribus cernens, ad patrium concitus solum contulit pedem, ibique in patris suamque possessionem super rivulum cui

a) spacium 2. b) mortem p. 2. 3. c) seu 2. d) defectus 1. e) gladiali 1. f) perfusus *corr.* perfuso 1. g) t. se 2. h) purgabat *superscr. m. saec. XVI.* 1; tergebat 2. 3. i) insano 2. 3. k) insipidinem 2. l) illi v. 2. m) post pl. 2. 3. n) sqal. 1. o) ac 1; hic 2. 3. p) expetit *corr.* expetiit 1. q) manducabam 2. 3. r) potum 2. s) Psallebant 1; Pellebant omnia i. 2. t) peleariae 2. 3. u) s. ipsum 2. 3. v) ad sancti Pachonici 2. w) exigue 2. x) quemadmodum regula 2. y) se 2. z) petebat 2. a) et de a. 2; de a. 3. b) *nulla cap. dist.* 1.

1) Aliter monachi Indenses, infra, qui duobus et dimidio tantum annis Benedictum in monasterio S. Sequani fuisse dicunt.

nomen est Anianus[a] necnon prope fluvium Arauris[b] cum prefato viro Witmaro[c] paucisve aliis iuxta beati Saturnini permodicam aecclesiam cellam exiguam ob[d] abitandum construxit. Quo in loco nonnullos annos magna cum penuria vixit, noctibus diebusque cum gemitu et lacrimis clementiam implorans divinam, ut velle suum effectum proveheret efficacissimum. Erant autem per idem tempus in provincia illa quidam summae sanctitatis strenui viri, Atilio videlicet[e] et Nibridius necnon et Anianus, religiose degentes, set regularem ignorantes custodiam. A quibus compertus non modice diligebatur. Siquidem dum eum aliqua adversa inpulsio paululum superare temptaret, mox strato asello, ad Atilionem, qui ei vicinior erat, propere festinabat. Primo siquidem tempore ardenti animo perplures, seculum[f] relictum, cum eo religiose vivere temptabant; sed fracti animo, novum[g] formidantes genus vitae, dum inauditam cogebantur arripere abstinentiae viam, ut panem in pondere vinumque in mensura perciperent, mox ut sues[h] ad coenum canisque ad vomitum in calle salutis positum retraebant pedem. Quorum instabilem vir Dei intuens fidem, turbatus ad proprium voluit redire coenobium. Qua de causa consulendum[i] prefatum adiit[k] virum. Cui cum velle suum narrasset, increpavit eum ille, dicens, sibi esse ostensum caelitus, lucernam illum datum hominibus. Quapropter coeptum constanter oporteret implere bonum; fraude hoc antiqui fieri hostis, qui semper invidens bonis infestus est actibus; cui adsensum prebendum est numquam; sicque eius consilio amminiculatus[l], intrepide adgressus est quod ardenti perficere obtabat animo; non super alienum fundamentum aedificans, sed novo opere construere domos coepit ignotamque salutis pandere curabat viam.

4.[m] Igitur venerabilis vir Benedictus cum paucis sibi adgregatis fratribus, qui, eius compertam[n] opinionem, ad eum confluxerant, in[o] iam memoratum locum coepit florere in religione pia et caeleste iter volentibus pandere gratis, propriis[p] laborare manibus; et ne aliis predicans ipse *reprobus inveniretur quae sequenda monebat prior[q] implere curabat. Non enim perterritus inopia coeptum deseruit opus; set, ut ait apostolus, in fame et siti, in frigore et nuditate positus, ortabatur inconcusso subiectos persistere corde, docens artam et angustam viam esse quae ducit ad vitam[r], et non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelanda est sanctis. Quo documento roborati, maioribus se atteri obtabant laboribus. Nulla eis tunc erat possessio, non vineae, non pecora[s], non equites; unus tantum[t] erat asellus, cuius[u] solamine, cum alicubi pergendum esset, vicissim fratrum arcebatur defectio[v]. Vinum tantum diebus dominicis solemnibusque percipiebant. Pellebatur aliquoties eorum esuries lacte delatum a[w] vicinis mulieribus, quoniam ariditate tabuerant corpora eorum, solo viventes pane et aqua. Quapropter, [ut[x]] inpigrum depellerent[y] frigus, lectaria[z, 1] utebantur, cum in vigiliis divinis adsisterent. Erant quippe pauperes rebus, predivites meritis; et quo eorum adterebantur inopia corpora, eo magis saginabantur virtutibus animae. Aestuabant siquidem amore caelesti, solaeque lacrimae illis in angustia[a] ferebant solamen. Quorum invictam fraternam unitatem hostis cernens anticus, ac eam scindere arte molitur. Unum eis erat circa molinum[b], in quo quae habere poterant molebant cybaria. Instigatus autem malignis cogitationibus quadam eis nocte ospes advenit[c], quem iuxta posse refectum[d] in strato aselli collocant. At ille male vigil, quiescentibus illis, surrexit, et secum in quo iacuerat perferens situlamque de qua auserat aquam, set et ferramenta molini non oblitus, abscessit[e], pro bonis mala rependens. In crastinum vero damnum compertum magistro discipuli narrant; quos benivole ferre inlatas contumelias docuit damnaque lucra putare, illique[f] pocius dolendum adseverans, qui, dum nisus est[g] adquirere lucrum, perdidit fidem.

5. Coepit interea paulatim turba discipulorum crescere, et fama piae religionis sensim per circa habitantium ora volitare seseque extendens ad longe posita decurrere loca. Et quoniam vallis, in qua primum insederat, perangusta erat, paululum extra confinia eius monasterium novo[h] opere construere coepit, laborantibusque[i] fratribus ipse aliquando conlaborare, aliquando autem eorum ad vescendum[k] dequoquere victum librumque etiam pariter circa[l] coquina occupatus scribere satagebat. Lignamina[m] vero sepe[n] propter penuriam

a) Ariana 2. b) Araoaris 2. c) Witmare 1; Widmaro 2. d) ad 2. 3. e) scilicet 2. f) *corr.* seculo relicto 1, *et ita* 2. 3. g) novo, *ut videtur, corr.* novum 1. h) sus 2. i) ad c. 2. k) adit 2. 3. l) amin. 1. m) *nulla cap. dist.* 1. n) *corr.* comperta opinione 1, *et ita* 2. 3. o) ut i. memoratus locus 2. p) properat 2. q) perimpl. 2. r) coelum 2. s) peccora 1. t) tam̄ 1. u) cui solam̄ 1. v) deffectio 1 *et similiter saepius* ff *pro* f; defectus 2. w) ab aliquibus m. 2. x) *deest* 1. y) deppell. 1. z) lectariis 2. a) aug. 1. b) molenum *h. l.* 1. c) venit *corr.* advenit 1. d) reffectum 1. e) absessit *corr.* abcessit 1. f) illumque 2. g) *deest* 2. h) nouuo 1. i) que *deest* 2. k) verendum *corr.* vescendum 1. l) quaq; *add., sed del.* 1. m) Ligna 2. n) seppe 1 *saepius.*

1) Menardus interpretatur 'culcitra', at quid culcitrae cum officio divino? Consentit tamen Henschenius, qui legit 'lectariis.' Forsan lectaria dicuntur saga nocturna, quibus lecti insternuntur. MAB.

bovum humeris propriis cum discipulis deferebat. Domus enim in eo erat loco quo fundare moliebantur[a] monasterium, quam auctam in honore[b] sanctae Dei genitricis consecrarunt Mariae. Concurrentibus undique et illius se certatim subicere magisterio postulantibus, et fabrica monasterii cito perficitur, et in rebus locus ditatus augmentatur, dantibus singulis quae habere poterant. Non enim ornatis parietibus tegulisque rubentibus vel pictis laquearibus, set stramine vilique maceria cooperire vel facere domos decreverat. Licet enim multiplex numerus fratrum augeretur, ille semper viliora et umiliora appetebat[c]. Quapropter, si quis possessionibus[d] suis aliquid conferre monasterio vellet, suscipiebat; sin[e] vero servos ancillasque copulari niteretur, refugiebat, nec passus est quemquam *per idem tempus per cartam monasterio tradi, set, ut fierent liberi, imperabat. Vasa autem ad Christi conficiendum corpus nolebat sibi esse argentea; siquidem primum ei fuerunt lignea, deinceps vitrea; sic tandem[f] conscendit[g] ad stagnea. Planetam vero refutabat habere seritiam; et si aliquis illi dedisset, mox aliis ad utendum prestabat[h].

*f. 4.

(15) 6. Preterea surrexerunt in regione eadem vel circumquaque nonnulli viri religiosi hedificantes monasteria adgregantesque monachos[i] seseque ad exemplum beati viri exercitantes, et[k] ex eius magisterio imbuti, vitam pristinam priscosque amputantes errores; quibus ipse ut pater erat subsidium opemque ferens non spiritalium solummodo rerum, verum et corporalium. Quos sepe visitans ortabatur, coeptum non deserere opus, ne[l] egestate perculsus terroribusque adtritus retro respiceret animus. Sicque documento salubri fulta numerosa adsunt coenobia, et maxima monachorum extat multitudo.

(16) 7. Orta autem fame gravissima per idem tempus[1], coepit multitudo pauperum, viduarum, pupillorum[m] ad eum confluere ac portas monasterii viasque stipare. Quos ille intuens inedia tabidos, immo ipsa iam pene morte glutitos, angebatur, quoniam, unde tantam pasceret multitudinem, ignorabat. Set quia nichil deest timentibus Deum, quousque fruges adtingerent novas, quae fratribus sufficere possint[n] seorsum iussit reponi, cetera per constitutos fratres per singulos dies precepit largire. Carnes etiam armentorum oviumque dabantur per singulos dies, lac etiam berbicum prebebat auxilium. Siquidem fecerant sibi tuguria congruis locis, in quibus usque ad novas habitarunt fruges. Deficiente cibaria, rursus ea quae in fratrum reponi iusserat usus mensurare precepit; quod factum est ter. In fratribus[o] vero animis tantus inerat affectus misericordiae, ut libenter etiam inpenderent, si fas esset, cuncta. Nam quae sibi subtrahere poterat quisque clam deferebat inedia consumptis; sicque vix erepti a famis fuere periculum[p]. Aliquoties enim in ore panem habens mortuus reperiebatur.

(17) 8. Nec illum[q] silendum puto, quia, cum pene provintiam illam eodem tempore[2] perversum Feliciani invaserit[r] dogma, ic ab[s] omni pestifero perfidiae errore inlaesus ope divina intus evasit multosque, non solum infimos[t], verum etiam presules aecclesiae, suo eripuit studio et adversus nefandum dogma veris disputationum iaculis armatus sepe congressus (18) est[3]. Erat enim eo tempore[u] et numerosa iam turba fratrum et in fervore perpetuae vitae succensa. Certabant siquidem, quis eorum[v] esset umilior quisve in obedientia promptior, in abstinentia ardentior, in vigiliis anterior, in loquendo posterior, in vestitu vilior, in karitate ferventior; quibusdam etiam revelationes fiebant.

9. Quidam namque erat frater, qui iuxta umanam honestatem minus erat compositus, quem neglegenter incedentem dum pater perspiceret, in animo eandem rusticitatem iudicare coepit. Hic autem in hestasy[w] ductus, gregem columbarum adgregatum cernens, quaedam mirae[x] candoris fulgentes, quaedam vero erant mira varietate distinctae, quaedam autem[y] solo capite tetro[z] colorem gestabant. Qui cum sciscitasset, quid hoc esset, dicta sunt nomina singulorum, quorum aut[k] neglegentia fecerat nigros aut studium splendore nitentes. His rediens ad se, patri quae viderat retulit eumque, ne se despiceret, ammonuit. At ille singulorum acta discutiens, mentes[a] fratrum, *de quibus a fratre didicerat, turbatas repperiens, et benignum malagma castigationis inpositum, ad congruam formam instituit.

*f. 4'.

a) *bis scr.* 1. b) honorem 2. c) petebat 2. d) de p. 2. 3. e) si 2. f) tam̄ 1. g) concendit 1. h) prābat 1. i) monasteria *corr.* monacos 1. k) *deest* 2. l) nec eg. perculsos t. deiectos r. respicere eminus 2. m) et p. 2. 3. n) possent seorsim 2. o) fratrum 2. 3. p) *corr.* periculo 1, *et ita* 2. 3. q) illud 2. 3. r) pervas. 2, *ubi* dogma *deest.* s) ab o. *bis scr.* 1; hic vero ab 2. t) inferiorum 2. u) tempora 1. v) eo *add.*, *sed del.* 1. w) *ita* 1; extasi 2. 3. x) miri 2. y) vero 2. z) tetro *corr.* tetrum 1, *et ita* 2. 3. a) mentes — benignum *des.* 2.

1) Ad a. 793. famem (Chron. Moiss. SS. I, p. 300) retulit Henschenius, ad a. 779. (Ann. Lauresh., ib. p. 31) Mabillon ex c. 17, ubi conf. not. 2) Inde ab a. c. 792. 3) A Baluzio, Misc. II, p. 92 (Migne CIII, col. 1399), edita est Disputatio Benedicti levitae adversus Felicianam impietatem, quae nostro est tribuenda; cf. Nicolai p. 49.

10.[a] Set antiquus hostis aegre ferens unitatem [et[b]] augmentum boni gregis, nisus est (19) quorundam concutere corda, ut bonum institutorem a proprio ovile redderet[c] extorrem. Plures quidem sua arte a monasterio pepulit pluresque turbavit, set[d] paratam tribulationibus non valuit concutere mentem[e], confractas rursum recuperat perituras vires. Sibi subiectos instigat, inferre damna imperat, equos bovesque furtim patenterque auferri iubet. Set qui Deum cunctis preposuerat rebus sine dolore amittit quae sine amore possidebat. Certe pro nulla amissa re umquam eum quisquam vidit commotum, perditam numquam repetiit, furatam numquam quaesivit, furanti, si captus[f] est, beneficium prestitit, latenter, ne caperetur, dimisit.

11. Quidam vero[g], cum equites monasterii furtim auferret, a vicinis non sine vulnere captus et patri est presentatus. Cui ille inpensas prebuit, medicum instituit, sanatum incolumem direxit.

Contigit[h] autem vice alia, cum venerabilis pater iter conficeret, alio secum comitante[i] fratre, quemdam equum a monasterio sublatum sedentem obviare. Frater vero curiosis luminibus intuens[k] eum qui furatus fuerat esse cognovit, mox voce prorupit, monasterii esse equum. At ille silere eum iubet. 'Sepe similare[l] equus equum solet', ait. Seorsum autem increpavit in[m] fratrem, dicens: 'Et ego agnovi; set melius silendum censeo, quam verecundiam inferamus'.

12.[n] Et quoniam omnipotens Deus, qui cuncta creavit, mira etiam congruis temporibus (20) per servos agit suos, quae per hunc gesserit, pauca relatione perstringam.

Ignis quodam tempore domum iuxta beatae Mariae virginis baselicam sitam invasit; set cum vorax flamma stipulam lamberet siccam, concurrerunt dolentes fratres, domum, quam non sine magno labore construxerant, a rapidis flammis videntes consumi; summoque studio satagunt, ne ygnis vicinam succenderet aecclesiam; illo enim omnis impetus flammae[o] ferebatur. Ad quod spectaculum etiam Benedictus pater[p] accessit; cui protinus fratres, ut orationibus eos adiuvaret, imperant; at ille festinus[q] obtemperans iussa[r] fratrum, sese cum lacrimis ante beatae virginis et Dei genitricis Mariae altare prostravit. Illo autem orante, mox divina opitulante misericordia in contrarium impetum[s] ygnis convertit.

13. Locustarum etiam[t] tanta eodem tempore adfuit multitudo, ut sua densitate radios absconderent solis. Quae conglobato impetu in vineam quae monasterio vicina est vastaturae resident, ex qua quam maxime pocula fratres percipere soliti erant. Vir vero venerabilis beatae Dei genitricis adiit baselicam et flebili voce perfusus lacrimis divinum implorat auxilium. Set post paululum male quiescentes abscedunt locustae. (21)

14. Rursus vice alia montem vicinum ignis invasit et arentem[u] stipulam frondesque ac solis ardore perhustam coepit lambere terram suoque[v] impetu ruinam vineae ac monasterio minitans ibat. Ad quem extinguendum omnis turba fratrum cucurrit, cum quibus et venerabilis Benedictus pater adiit; set ignis coeptum mox deseruit iter, dextera laevaque extinguendus properans. Non enim nisi oratione eius credendum puto, tantum incendium superatum fore. (22)

15. Cuidam etiam fratri custodia bovum erat iniuncta. His *cum a monasterio ad suum vellet ire offitium, patri benedictionem peciit. Cui protinus ille signum crucis dedit, dicens: 'Dominus te custodiat!' At cum frater in diversorium venisset, duobus latronibus occurrit. A quibus, dum incaute accessisset, tentus est per abenam equi, quem sedebat; se vero diutius aspicientes, nil loquentes, dimiserunt eum. At ille cito discessit. At postquam patri retulit, ait: 'Benedictio te Dei servavit inlaesum'. (23) *f. 5.

16. Nec illud[w] silentio pretereundum est, quod ipse aspexi. Frater enim quidam prepositus est constitutus, set in superbia lapsus, ab ordine prepositurae[x] deponitur. Ad tantam demum malitiam ruit, ut a monasterio egressus latrocinia exerceret, ita ut ab ipso monasterio clam educeret equum. Quem temptum[y] vinctis pedibus subter equum ad monasterium deduci iubet vociferantem et iurantem, numquam se illo abiturum. Ob cuius insipitudinem virgis eum levigare iussit. Sicque deinceps iuste pieque vivens in coenobio quievit, acsi ipse in eo hostis malignus caesus fuisset. (24)

17.[z] Actenus de vita tanti patris, qualiter divina illustrante clementia seculum reliquerit qualiterque in Gotiae partibus transmigraverit ac de novo opere monasterium construxerit, dicta sufficiant. Nunc opitulante Christo, ex precepto Karoli quibus modis aliud[a] in eodem loco coenobium hedificaverit, evidenti ratione pandamus. (25)

Anno igitur 782[b], Karoli vero Magni regis 14, adiuvantibus eum ducibus, comitibus[c], (26) aliam rursus in honore domini et Salvatoris nostri aecclesiam pregrandem construere coepit[1]; set et claustra novo opere alia[d] cum columnis marmoreis quam plurimis, quae sitae sunt in porticibus; non iam stramine domos, set tegulis cooperuit. Tanta autem sanctitate[e] hisdem locus est preditus, ut, quisquis fideliter petiturus advenerit[f] et non esitaverit in

a) *nulla cap. dist.* 1. b) *deest* 1. c) rediret 2. d) et 2. e) mortem 2. f) captum 2. g) enim 2. 3. h) *novum inc. cap.* 1. i) commit. 1. k) intueret 2. l) similaret 1. m) *novum cap. mox a verbis* Ignis *etc. inc.* 1. n) *post del.* 1. o) ignis 2. 3. p) p. a. c. pr. *bis scr.* 1. q) festivis 2. r) iussis 2. 3. s) impetus 2. 3. t) vero 2. u) ardentem 2. v) coecoque 2. w) sil. *(e corr.)* illud *corr.* i. s. 1. x) preposituro 1. y) tentum iunctis 2. 3. z) *novum cap. a verbis* Anno *etc. inc.* 1. a) illud 2. b) 772. 1. c) et c. 2. 3. d) aliam *corr.* alia 1. e) sanitate 2. f) advenit 2.

1) Hoc posteriore tempore factum esse, ad a. 782. pertinere quae c. 5 (14) narrantur, censet Nicolai p. 91. Certe temporum ordinem non satis servasse videtur auctor; cf. c. 7. 8.

corde suo, set crediderit, statim quod poposcerit[a] impetrare licebit. Quia ergo mira religiositate prefulget, ratum ducimus[b], si de positione[c] eiusdem loci aliquid post futuris pandamus. Siquidem venerabilis pater Benedictus pia consideratione preventus, non in alicuius sanctorum pretitulatione, set in deificae Trinitatis, uti iam diximus, nomine prefatam aecclesiam consecrare disposuit. Quod ut, dico, luce clarius agnoscatur, in altare, quod potissimum ceteris[d] videtur, tres aras censuit subponi, ut in his personalitas Trinitatis typice videatur significari. Et mira dispositio, ut in tribus aris individua Trinitas et in uno altare essentialiter firma demonstretur Deitas. Altare vero illud forinsecus est solidum, ab intus autem cavum; illud videlicet prefigurans, quod Moyses condidit in heremum, retrorsum habens hostiolum[e], quo privatis diebus inclusae tenentur capsae cum diversis reliquiis patrum[1]. Haec de altario dicta sufficiant. Ad instrumentum domus, quo ordine vel numero sit[f] compositum, succincte pergamus. Cuncta siquidem utensilia, quae in eadem domo habentur, in septenario numero consecrata noscuntur. Septem scilicet candelabra fabrili arte mirabiliter producta, de quorum stipite procedunt astilia spherulaeque[g] ac lilia, calami ac sciphi in nucis modum, ad instar videlicet illius facta *quod Beseleel miro conposuit studio. (*f. 5'.) Ante altare etiam septem dependunt lampade[h] mirae atque pulquerrimae[i], inaestimabili fusae labore, quae a peritis, qui eas visere exoptant, Salomonaico[k] dicuntur conflatae. Aliae tantundem[l] in choro dependunt lampade argenteae in modum coronae, quae in[m] se insertis circulis cyatos recipiunt per girum[n]; morisque est precipuis in festivitatibus oleo repleto[o] accendi; quibus accensis, veluti in die ita in nocte tota refulget aecclesia. Tria denique[p] altaria in eadem sunt dicata[q] baselica, unum videlicet in honore sancti Michaelis archangeli, aliud in veneratione[r] beatorum apostolorum Petri et Pauli, tercium in honore almi prothomartiris Stephani. In aecclesia vero beatae Dei[s] genitricis Mariae, quae primitus est fundata, sancti Martini necnon et beati Benedicti haberi videntur altaria. Illa vero quae in cimiterio fundata consistit in honore sancti Iohannis babtistae consecrata dinoscitur, quo inter natos mulierum maiorem neminem surrexisse, divina attestarunt oracula[t]. Considerare libet, quanta umilitate ac[u] reverentia hisdem metuendus sit locus, qui tot principibus videtur esse munitus. Siquidem dominus Christus princeps est omnium principum, rex regum et dominus dominantium; beata vero eiusdem Dei genitrix Maria cunctarum virginum creditur esse regina; Michael cunctis prefertur angelorum; Petrus et Paulus capita sunt apostolorum; Stephanus protomartir principatum tenet in choro testium; Martinus vero gemma refulget presulum; Benedictus cunctorum est pater monachorum. In septem itaque altaria[v], in septem candelabra[v] et in septem lampades[v] septimformis gratia Spiritus sancti intelligitur.

(27) 18.[w] Cognoscat, quisquis ille est qui hanc cupit legere vel audire vitam, cunctorum hoc capud esse coenobiorum, non solum quae Gotiae[x] in partibus constructa esse videntur, verum etiam et[s] illorum quae aliis in regionibus ea tempestate et deincebs per[y] huius exempla hedificata atque de thesauris[z] illius ditata, sicut[a] inantea narratura est scedula. Dedit autem cor suum ad investigandum[b] beati Benedicti regulam, eamque ut intelligere[c] possit satagere, circumiens monasteria, peritos[d] quosque interrogans quae ignorabat, et omnium sanctorum, quascumque invenire potuit, regulas congregavit. Normamque utilem et monasteriorum salubres consuetudines didicit suisque eas tradidit monachis observandas. Instituit cantores, docuit lectores, habuit gramaticos et scientia scripturarum peritos, de

a) proposuerit 2. b) duximus 2. c) dispos. 2. d) prae c. 2. 3. e) hostiūlum *corr.* hostiolum 1. f) v. numerositate 2. 3. g) speruleque *post corr.* spher. 1. h) lampad' 1. i) *ita* 1. k) Salomonico 2. l) tanđundem 1. m) in se *des.* 2. n) gilum *corr.* girum 1. o) repletos 2. p) deinde *corr.* deniqe 1. q) ęcclesia vel *add., sed del.* 1; *leguntur* 2. 3. r) honorem 2. s) *deest* 2. t) miracula 2. u) et 2. v) altariis — candelabris — lampadibus 2. w) *nulla cap. dist.* 1. x) Gottis 2. y) post 2. z) suis *add., sed del.* 1. a) sicut — scedula *del.* 1. b) investigandum *corr.* investigandam 1, *et ita* 2. 3. c) intelligeret posset satagens circuivit 2. d) perito *post corr.* peritos 1.

1) In Anianensium reliquiarum indice ms. numeratur inter alias particula verae crucis, *quae est in arca aurea, quae fuit imperatoris Constantinopolitani,* item alia, *quae est incastrata in auro, et semper manet in scutella, quae est argentea Karoli Magni,* item *una spina de corona domini nostri Iesu Christi, incastrata in auro,* quae itidem in praedicta scutella semper adservatur. In vetusto libro caeremoniarum eiusdem monasterii praescribitur, ut sacerdos hebdomadarius panem sollemni ritu benedicturus, *accipiat scutellam Karoli cum vera cruce,* etc. Scutella haec cum pluribus aliis rebus sacris deperdita est. MAB.

quibus[a] quidam etiam post fuere[b] episcopi. Adgregavit librorum multitudinem, congregavit preciosa vestimenta aecclesiastica, calices argenteos pregrandes, offertoria argentea, et quicquid operi Dei necessarium esse conspexit summo cum studio adquisivit. Notus itaque factus est omnibus, et fama sanctitatis eius regias imperialesque penetravit aures. Abiit deinde ad gloriosissimum imperatorem Karolum ob utilitatem monasterii, illique coenobium, pia consideratione preventus[c], ne incommoda a parentibus suis paterentur post eius discessum superstites, per cartam tradidit possidendum. A quo mox *munitatem[1] percepit continentem[d] ita: *f. 6

*In[e, 2] nomine sanctae et individuae Trinitatis Karolus Dei gratia rex Francorum et Langobardorum[f] ac patricius Romanorum. Maximum regni nostri in hoc augere credimus munimentum, si beneficia oportuna loca aecclesiarum benivola devotione concedimus ac Domino protegente stabiliter perdurare conscribimus. Igitur notum sit omnibus episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, vicariis, centenariis, iudicibus seu omnibus fidelibus, presentibus scilicet et futuris, qualiter vir venerabilis Benedictus abba ex monasterio, quod ipse novo opere iure proprietario a fundamentis[g] in honore domini ac salvatoris nostri Iesu Christi seu sanctae semperque virginis eiusdem Dei genitricis Mariae seu aliorum sanctorum hedificavit in loco nuncupante Aniano, in pago Magdalonense, subtus castro Monte-Calmense, ad nostram accessit clementiam et predictum monasterium cum omnibus rebus et ornamentis aecclesiae seu appendiciis vel adiacentiis suis in manibus nostris plenissima deliberatione visus est delegasse et ipsum sanctum locum sub nostra defensione atque dominatione ad regendum nobis visus est tradidisse. Idcirco ad eius petitionem talem pro aeterna retributione beneficium erga ipsum sanctum locum visi fuimus indulsisse, ut in ecclesiis et locis vel agris seu aliis possessionibus ipsius monasterii, quas moderno tempore per nostram donationem ac confirmationem seu ceterorum fidelium iuste possidere videtur, in quibuslibet locis, quicquid[h] ibidem propter divinum amorem collatum fuit, quaeque etiam deincebs in iure ipsius sancti loci aut per nos aut per alios voluerit divina pietas augeri, precipientes iubemus atque anatematizamus, ut nullus comes neque episcopus aut ulla iudiciaria potestas ad causas audiendas vel freda[i] exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos nec homines ipsius monasterii, tam ingenuos quamque servos, qui supra terram memorati monasterii residere videntur, distringendos nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones perquirendas aut ullum omnino censum inquirendum ullo umquam tempore ingredi audeat vel exactare presumat. Sed hoc ipse abbas vel successores sui aut [monachi[k]] memorati loci, presentes scilicet et futuri, propter nomen Domini sub integra emunitatis[l] nomine absque cuiuslibet inquietate aut contrarietate valeant dominare, et nulli umquam homini pro qualicumque re nullum censum omnino audeant inpendere; set ipsum sanctum locum sub nostra defensione atque dominatione volumus constare. Statuentes ergo atque iubentes, ut neque vos neque iuniores seu successores vestri, vel quislibet ex iudiciaria potestate in aecclesiis et locis vel agris seu reliquis possessionibus suprascripti monasterii vel de omnia quae supra scripta sunt nullo umquam tempore inquietare aut exactare presumatis; sed quod propter nomen Domini et aeterna remuneratione ad iam fatum monasterium indulsimus, perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione supra scriptus venerabilis Benedictus abbas vel successores eius de hac luce ad Dominum migraverint[m], qualem meliorem et nobis per omnia fidelem ipsa sancta congregatio de supra scripto monasterio aut *de qualicumque loco voluerint eligere abbatem[n], qui ipsam sanctam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeat, per hanc nostram auctoritatem et permissa indulgentia licentiam habeant, et ubicumque voluerint ordinari, aut ipsi aut monachi ipsorum, vel a quolibet pontifice, ex precepto et consensu nostro potestatem habeant, quatinus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulari videntur, pro* *f. 6'

a) etiam *hoc quoque loco add., sed del.* 1. b) fuerunt 2. c) praesentans 2. d) c. ita *et privilegium ipsum necnon c.* 19 — 29. *om.* 2. 3. e) In — Romanorum *add. in spatio versuum duorum et dimidii vacuo m. rec. (saec. XIV? XV?), quae tamen in extrema ora membranae prima, ut videtur, manus rubricatori praescripserat.* f) *ita in marg.* 1. g) fundamentos *post corr.* fundamentis 1. h) quiquid 1. i) preda 1. k) *post add.* 1. l) emmun. 1. m) m. ad D. *corr.* ad D. m. 1. n) abbates 1.

1) Ita etiam in chartis scribitur; cf. VG. VII, p. 227, n. 4. 2) Hoc diploma Reganesburg 6. Kal. Aug. a. 19. datum, Sickel, Acta II, p. 264, in a. 787, Mühlbacher nr. 309. in a. 792. ponunt.

nobis ac coniuge proleque nostra et stabilitate tocius regni a Deo nobis commissi vel conservandi attentius[a] *Domini misericordiam exorare delectentur*[*].

(28) 19. Haec gloriosimus[b] rex Karolus venerabili viro Benedicto per preceptum contulit; set et circumquaque utilia pecorum laboribusque apta per cartam imperialem loca ab eo suscepit[1]. Honore autem magno ab imperatore donatus, scilicet argenti libras ferme 40, ad 5 suum in pace rediit quantocius monasterium. Mox autem patrium ut attigit solum, divisum per partem quod adtulerat argentum benedictionis gratia per singulorum direxit monasteria. Erat enim illi hoc nostris temporibus pre cunctis singulare donum[c], benivola scilicet circa omnes piaque consideratio atque sollicitudo omnium monasteriorum circa longeque positorum. Etenim ea crebro visitabat et ordine sanctae vitae imbuebat. De his autem quae 10 illi a fidelibus conferebantur iuxta numerum habitantium vel secundum posse transmittebat, his qui magis indigebant amplius, exigua autem indigentibus minus. Noverat utique singulorum monasteria eorumque nomina retinebat. Pallia vero, quia singulis singula dare non poterat, per partes divisa ad cruces saltim faciendas mittebat. Omnium denique monasteriorum tam in Provincia quam in Gotia seu Novempalitana[d] provintia consistentium 15 erat quasi nutrix fovens iuvansque, atque ab omnibus amabatur ut pater, venerabatur ut (29) dominus, reverebatur ut magister. Pauperum quoque summo cum studio secernebatur portio, viduarum non paciebatur in alios expendere usus particulas. Omnium siquidem sanctimonialium viduarumque circa positarum noverat nomina. Captivis ylariter prebebatur redemtio; nullus illo habente indonatus, ut reor, habiit, set pro posse omnibus omnia 20 factus est. Quapropter ultro quisque ei suam ferebat substantiam, quam in usus pauperum, egenorum, viduarum captivorumque ac monachorum expendendam conpererat, ita ut a quibusdam pene 4 aut 5 susciperet milia solidorum vasorumque indigentibus distribuendam.

(30) Cura illi etiam erat ingens suos non solummodo predicationis reficere cibo, verum etiam quoscumque obviare contingeret, mox caelesti eos alebat pane; et ne oblivione salubrem 25 amitteret[e] escam, verbis talibus, ut tenacius inhererent cordi, inculcare[f] consueverat: 'Esto', inquiens, 'casto corpore et umilis corde, quoniam Deo accepta non est superba castitas[g] aut umilitas inquinata'. Quibusdam vero hoc inculcare solitus erat: 'Si plurima tibi inpossi-Ps. 36, 27. bilia esse precepta noscuntur, hoc exiguum serva preceptum: *Declina a malo et fac bonum!* Quae sententia ita ei familiaris extitit, ut tempore mortis, collectis omnium patrum sen- 30 tentiis, unum ex ea vellet conficere librum. Fratribus vero sibi subiectis omni ora, in nocturnis scilicet, in capitulo, in refectorio, pabula vitae prebebat.

(31) *f. 7. 20.[h] Et quoniam, dum benivolentiam eius pandere *temptavimus, virtutum eius copia palam occurrerunt, pro viribus commodum[i] decernimus quantulumcumque de his nescientibus desiderantibusve enucleare. Hoc enim comperit omnis qui illius familiaritati adesit, 35 caritate eum vincere cunctos. Numquam enim quae sibi, set pocius quae utile aliis[k] iudicavit, agere voluit; quod si fecisset[l], cito correxit. Caritatis enim amore, ut plures faceret salvos, aliorum circuibat[m] cellas et eis regulae sanctae pandebat absconsa. Caritate utique plenus, Arelato cum quam pluribus episcopis, abbatibus, monachis perplures resedit dies, canonum secreta pandens et beati Gregorii papae homelias enucleans ignorantibus. Plenus 40 nempe caritate, ex diversis locis in suo coenobio susceptos alebat clericos ac monachos, quibus magistrum preponens, sacris imbuebat sensibus. Caritate sibi iniuriam facientibus munera destinabat. Neque laborandum est, ut pandamus, quae melius cuncti viderunt, perplures obsequio experti sunt.

(32) 21.[h] A rigore vero[n] suae primae conversionis paulolum declinarat, quoniam in- 45 possibile opus adsumserat; set voluntas eadem permanebat. Siquidem cum arantibus ipse arabat, cum fodentibus[o] socius erat, cum messoribus metebat. Et quamvis regio illa solis calore esset adusta, et ita vapor ygnis velut a clibano procedens incendebat pocius quam calefiat, hic suis nimio fervore aestuantibus vix ante oram refectionis aquae poculum indulsit. Nam labore defessi, ygne perusti, frigidam[p] pocius desiderabant aquam 50

*) *In marg. m. paulo recentior (saec. XIV?) add.:* et ut hec auctoritas confirmacionis nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inviolata manere, manu propria signaculis subscripsimus et anuli nostri impressione adsignari iussimus.

a) actencius 1. b) *ita* 1; *cuius scripturam retinui, cum eandem formam in alio codice saec. IX. (Form. p. 523) invenerim.* c) bonum *post corr.* donum 1. d) *ita* 1. e) amm. 1. f) insulcare 1. g) castitatas 1. h) *nulla cap. dist.* 1. i) comodum 1. 55 k) alius 1. l) *ita Mab.;* decessit, *ut videtur* 1, *littera* d *a correctore mutata* 1. m) circuibant 1. n) *superscr.* 1. o) *ita* 1. p) frigulam 1.

1) Cf. Mühlbacher, Reg. nr. 340.

quam vinum. Nec erga eum quisque murmurare poterat, quoniam similia paciebatur. Quae eis res non modicum ferebat solamen, quoniam, dum se arentem siti[a] cerneret, humanius erga suos agebat; nec laborantium quis fabulis perstrepere audebat, sed manus opere, linguae occupabantur psalmodiis. Euntium enim et redeuntium ac laborantium ora divinis meditationibus erant intenta. Sepe eum etiam palmas caedere[b] vidimus, eorum videlicet qui erga eum in potu cyboque humanius agere conati sunt. Sepe sibi positum vas mensurare conspeximus, et, sicut hi qui cellario prefuerunt narrant, aliis bibentibus vinum, aquam, excepto[c] sabbato aut dominica die, sepe bibebat. Sepe a cybo eius pinguedinem subtraximus, et ne vel exigua particula casei triti in eo inveniretur[d], summopere curabatur. Carnem quadrupedum a die conversionis suae[e] usque ad exitum vitae edere noluit; ius e pullo compositum sumebat, si aliqua accessisset debilitas. Multos etiam per annos primaevo tempore pinguedinem vetuit, ceteris vero, quotiens oportunum fuit, ea quae sibi negabat prebebat. Tanta enim eius erat sollicitudo, ut, si vel modica grana leguminum vel exiguae porri comae[f] cauliumque folia ab eo neglectae invenirentur, mox digna excommunicationis animadvertebatur sententia, cuius probaretur esse delictum. Sin autem quis ei aquam ad lavandum porrigeret et ut solet largius quam decet effunderet, peccatum incurrere fatebatur, eo quia discretionis non incederet calle. Erat illi et hoc singulare bonum. (33) Nam si quis cogitationibus concussam mentem gerens, mox ut ad eum accederet, eius salubre consilio tumultuosa turba cogitationum abibat[g]. Sepe etiam cum infestis cogitationibus pulsatus quis, sicut a vero fratre didici, diceret, quia: 'Ibo et pandam vos domno Benedicto', ilico inportunus ab eo *recedebat tumultus. Si quis vero gravioribus esset (*f. 7') detentus delictis, illi cor suum pandens, consolationis recipiebat fomentum. Si tristiciae morbo angeretur, accedens ad eum, mox laetus discessit.

22.[h] Aucta[i] est autem turba monachorum Deo famulantium, ita ut plus quam 300 (34) fierent, ob quorum eximiam congregationem talem mansionem construere iussit, quae mille et eo amplius homines capere videtur, centum recipiens cubitos in longitudinem et viginti in latitudinem; et quia cetera loca eos capere non quibant, constituit locis congruis cellas, quibus, prefectis magistris, posuit fratres. (35)

23.[h] Accidit denique eodem tempore inundatio pluviarum, quiescentibusque magistro cum fratribus, subito ab ambobus hostiis ingredi redundans aqua coepit acquiescentium occupare domum. Pavore vero fratres perterriti concite surgunt. Domus autem latrinarum super torrentem magno cum labore fuerat sita, quam tumens torrens nitebatur subvertere, ita ut ab inferioribus conquassientes rauco cum murmure undae in iamiamque ruituram prosilirent domum. Concurrunt pariter media ferme nocte ad ecclesiam, ubi ipse pater perveniens primus, signi funem arripuit, iussitque canere laudes sanctorumque implorare suffragia atque cum lacrimis una Dei flagitare clementiam. Post multas quoque preces adeunt visere, si iam domus foret subversa. Quo eunte venerabile viro obscura sub caligine noctis, vepris cruribus eius aesit, nimioque taedio affectus, lacrimabiliter, ut sedaretur inundatio, Deum deprecatus est. Set cum ad locum devenerunt, integro descendisse[k] pede aqua reperta est. Confisi iam de Dei adiutorio, ad socios in ecclesia constitutos redeunt, et beneficia Dei narrantes, pariter benedixerunt Deum. (36)

24.[h] Interea audientes eius sanctitatis famam gregisque eius sanctam opinionem, postulare instanter exempli gratia monachos nonnulli episcopi coeperunt, de quibus Leidradus[l] Lugdunensium pontifex volens monasterium quod vocatur Insula-Barbara rehedificare, quaesivit instanter qui ei initium bonae vitae ostenderent, et accepit siquidem electos ferme a grege 20 discipulos, quibus preposuit rectorem eosque Burgundiae partibus ad habitandum direxit. Quo, prestante Christo domino, nunc in sancta religione pollentes et florentes, pregrandis est turba adgregata monachorum. Theodulfus[m] quoque Aurelianensium presul, cum monasterium Sancti Maximini construere[n] vellet, a iam prefato viro postulat regularis disciplinae peritos[1]. Cui mox adsensum prebuit et bis denos illi monachos, prefecto magistro, misit. Qui constanter in sancto studio decertantes, non parvam monachorum turbam coadunarunt. Quos cum visitandi gratia pater venerabilis adisset, quae ibidem acta sint pandam. Siquidem eius prestolantes adventum, omni studio satagunt, quatinus eius pro amore copia piscium cyborumque apparatus non solum illi, verum etiam omnibus fratribus foret abunde. Fit[o] concursus fratrum, sollicitantur piscatores, perscrutantur nun-

a) sitiare *corr.* siti 1. b) cerdere *corr.* cedere 1. c) exceptos *corr.* excepto 1. d) invenirentur *corr.* inveniretur 1. e) suē 1. f) cōme 1. g) habitabat 1. h) *nulla cap. dist.* 1. i) Ducta 1. k) decend. 1. l) Leidradius 1. m) Leodulfus 1. n) construeret 1. o) Fiti (Fit ibi?) *corr.* Fit 1.

1) Cf. Theodulfi versus, Poet. Car. I, p. 520.

dinae; set tanta evenit difficultas, ut nec ad emendum invenirentur nec ab eis capi possit; qua de sterelitate nimio afficiebantur moerore. Advenit interdum magister, gaudentes suscipiunt, gaudensque eorum profectibus resalutat; set verecundiam fratres laeto celabant sub vultu. Preterea accidit, ut frater quidam quippiam operis exercens iuxta fluvium Ligeris sisteret; et ecce subito pregrandem piscem, quem ysicem vocant, conspicit circa litus natantem; ad quem non tardus *capiendum insiluit abstractumque fratribus detulit. Fit quoque ac de re gaudium, sed ammiratio maior; omnes tamen meritis hoc venerabilis viri Benedicti evenisse confessi sunt. Haec enim ego a fideli fratre, ni fallor, ita didici. Alcoinus quoque ex genere Anglorum, ordine levites, sapientia preclarus, sanctitatis merito venerabilis, regens monasterium beati Martini confessoris, qui fuit Turonensium pontifex, quique in aula gloriosi imperatoris Karoli omni honore dignus habebatur, auditam expertamque viri Dei sanctitatis famam, inviolabili se illi caritate coniuncxit, ita ut ex suis epistolis ei sepe directis adgregatis in unum unus conficeretur libellus[1]. Datis itaque illi muneribus, postulat obnixe, sibi monachos dari. Cui cum protinus venerabilis pater adsensum prebuisset, equos misit, qui eos[a] ferrent. Quos in monasterio cui nomen est Cormarine[2], quod edificaverat, collocavit. Fuere etiam et hi, ut reor, 20 cum prelato sibi magistro. Ad quorum bonum conversationis exemplum magna est adgregata multitudo monachorum.

(37) 25.[b] Quae autem per idem tempus propicia Divinitate sint acta miracula, non ab re puto, si huic operi inserantur. Quidam siquidem frater ut tabulam sacratam, in qua beati Dionisii erant reliquiae aliorumque sanctorum plantatae, missus est ab alia cella ad aliam deferre. Hisque secum pergens catulos detulit, tabulam vero sacratam post aliquos dies revertens, non lotis vestibus, incautus deferre nititur. Ingressus navigio properat — erat enim cella ipsa inter stagnum et mare sita —, set ut mox terram attigit, equumque ascendens, in quo catulos pertulerat, tabulam portaturus suscepit, divina hunc ultio perculit. Equus quidem eadem ora se in circulo rotando conversus est, quousque frater in terram rueret, tabula quoque manibus eius elapsa inlaesa suscipitur; equus siquidem statim extinctus est; set et his qui ceciderat frater non sine magno est languore evectus, a quo diu confectus, tandem sanitatem recepit. Hi vero fratres qui petendas reliquias miserant quae acciderant audientes, alium rursus fratrem mittunt. Qui quoniam erat sacerdos, secum crucem in qua lignum erat dominicum tulit. In stagnum vero ingressus, valida tempestate vexatur navicula; set mox ut crucem, quam collo gestabat, undis tumentibus opposuit, quieverunt procellae. In cella vero quiescens, per somnium vidit mirae candoris virum, qui eum ita affatus est: 'Nisi', inquid, 'lignum domini mei tecum adtulisses, nequaquam abhinc quo velles tempore exires'. Admonetur itaque, ut pedester eas deferret; et quoniam non obtemperavit, deductas ad prefatam cellam reliquias, gravi est infirmitate percussus. Post haec autem in aecclesia eadem qua reliquiae fuerant delatae pharum[c] pendebat, in cuius vascula permodicum erat oleum; set in crastino plena reperta sunt. Hoc autem contigit per ter. Haec nempe his quibus languor acciderat narrantibus conperi.

(38) 26.[b] In montibus autem, in quibus fratres soliti erant alendarum ovium curam habentes habitare, sibi ad orandum exiguum oratorium construxerant, in quo ingressae sunt mulieres, postquam fratres ab eo discesserant loco, et deridentes habitacula monachorum, aiebant ad invicem: 'Tu vicem abbatis habeto in loco eius stans'. Sicque singulae ordinatim stantes in loco orationis quasi orantes, male surrecturae recumbebant. Vacua siquidem remanserant habitacula, in quibus aestatis tempore solummodo morabantur. Set eas statim digna subsequitur ultio. Tornutionibus vero vexari coeperunt; a quo *dolore non sunt ereptae, quousque viri earum subsecuti sunt monachos a montibus cum ovibus descendentes, eosque precati sunt, ut pro temerariis preces funderent. Orantibus autem fratribus, sanitati sunt continuo redditae.

(39) 27. Quidam inerguminus vice etiam quadam ad monasterium parentibus deducentibus suis venit, qui in baselicam beatae semperque virginis Dei genitricis Mariae collocatur. Pro quo dum orationem cum vigiliis fratres fuderunt, sanitatem perceptam, discessit[d] in pace.

Femina rursus inmundo spiritu plena ad monasterium pervenit, eamque in oratorium sancti Iohannis babtistae, quod in cimiterium situm est, fratres cum vigiliis et orationibus custodiunt; quae prestante Deo sospes abscessit.

28. Ad oratorium vero, quod in honore sancti Saturnini martyris dedicatum est, ubi venerabilis vir primum abitare coepit, si quis febricitans habierit et paululum dormierit, si fide non aesitaverit, incolumis[e] revertetur ad propria. Quae multorum relatione didici, eorum videlicet qui per semet beneficium sanitatis experti sunt. Haec de miraculis nostris actis temporibus pauca dixisse sufficiat[f]. Ad ordinem coeptum iuvante Deo redeamus.

a) *ita ed.*; equos 1. *Sed neque sic locum sanum habeo.* b) *nulla cap. dist.* 1. c) parum 1. d) dicessit 1. e) incolumes 1. f) sufficiā 1.

1) Duae tantum exstant epistolae Alcuini Theodulfo datae, ed. Jaffé nr. 153. 166. 2) Cf. Epist. 127, p. 512; et V. Alcuini c. 17, supra p. 193.

29.[a] Gloriosissimus autem Ludoicus rex Aquitaniorum tunc, nunc autem divina (40) providente gratia tocius aecclesiae Europa degentis imperator augustus, sanctitatis eius viam compertam, permaxime diligebat eiusque consilium libenter obtemperabat; quem etiam omnibus in suo regno monasteriis prefecit, ut normam salutiferam cunctis ostenderet. Erant enim quaedam monasteria instituta canonica servantes, regulae autem precepta ignorantes. Cuius ille obediens iussis, circumivit singulorum monasteria, non solum semel et bis, sed et multis vicibus, ostendens monita regulae eamque eis per singula capitula discutiens, nota confirmans, ignota elucidans; sicque actum est providente Deo, ut omnia pene monasteria in Aquitania sita regularem susciperent formam. Set is qui bonis (41) actibus semper invidet innocentiae adversarius et pacis inimicus non aequum decernit, si pii regis diutinus adaereret amiciciis, damnum suae parti inferre non dubitans, horum si eminus indivisa caritas permaneret; et quoniam naturae suae gloriam superbiendo amisit, in ea bona quae perdidit ne homo introducatur, totis viribus cavet; dolet enim, hominem miseratione Dei recuperari. Set nec mirum, si piorum probitate hostis crucietur antiquus et eorum quos invincibiles cernit profectibus torqueatur, cum sint etiam plures qui huius malignitatis opera imitentur. Multi enim — quod dolendum valde est — uruntur alienis utilitatibus atque in eorum armantur odium, quorum sequi nolunt exemplum. Prefatis ergo proficuis actibus Deoque dignis agnitis, quorum stipatus agmine, invidiae iaculis armatus, male pugnaturus processit; et primum quidem clericorum in eius derogatione accendit animos; tunc demum aulae regiae militum stimulat corda, quorundam etiam comitum subvertit mentem; omnesque pariter invidiae face succensi, non clam, set iam palam virus pestiferae mentis vomentes, circillionem[b] rerumque cupidum et prediis aliorum invasorem suarum animarum iugiter oratorem publica voce clamabant. Quorum vesana saevitia ad tantum nefas prorupit, ut animum serenissimi imperatoris Karoli erga eum concitare temptarent. Set vir Dei bene secura conscientia nec derogationibus commovetur nec fraudulentis assertionibus perterritur. Palatium deinceps ac de re adiit. Quo eunte, *prohibere[c] nonnulli conantur, adtestantes, si conspectibus imperatoris adsisterit, *f. 9 patriam ultra non visum iri, quoniam erga se nimis imperialis ira foret accensa. Pergit tamen intrepidus, Dei miseratione confisus, illi spem suam committens, cuius pro amore certabat non pigrus. Esto, exilii decerneretur subire laborem, mentem suam agebat famulari Deo securiorem. Quodsi ab officio, ne preesset, pelleretur, omni desiderio actenus hoc se concupisse narrabat. At postquam in conspectu imperatoris adstetit, ad tantam superna pietas tranquillitatem eius inflexit mentem, ut viso eo deoscularetur eique poculum propria porrigeret manu; et quem aemuli a proprio solo autumabant fieri extorrem, ad eum rediit magno cum honore. Sicque, divina ordinante misericordia, eum dum infamare conati sunt[d], predicarunt, et quem mentiendo odiosum reddere studuerunt[e], hunc non solum minimis, verum etiam magnatibus venerandum ostenderunt.

30. Guilelmus[f] quoque comes, qui in aula imperatoris pre cunctis erat clarior*, tanto (42) dilectionis affectu beato Benedicto deinceps adaesit, ut, seculi dignitatibus dispectis, hunc

*) *Vita non ante saec. XI. scripta (cf. Rajna, 'Le origini dell' epopea francese' p. 476, qui varias opiniones recenset) sed ab Orderico Vitali lecta (VI, 3), cuius auctor Ardonis librum adhibuit, de origine et gestis eius plura retulit, quae res valde exornarunt et dubiae fidei sunt. Pauca igitur hic subiecisse sufficiat (Mabillon, Acta IV, 1, p. 73; A. SS. Mai VI, p. 811, ex codicibus emendata):*

(2). Nunc igitur quae ad communem aedificationem pertinent quaeque devotis auditorum animis prodesse ad imitationem possunt, de vita et meritis tanti ducis tamque gloriosi principis aggrediamur; cetera quae mundi fuerunt, gesta videlicet fortia, ad terrenam dignitatem atque ad secularem militiam pertinentia, quamvis inclita ac relatu digna in memoria aeterna, nos tamen silentio preterire decrevimus, gestis tantum spiritualibus ex parte recitandis calamum applicantes. Quae enim regna et quae provinciae, quae gentes, quae urbes Willelmi ducis potentiam non loquuntur, virtutem animi, corporis vires, gloriosos belli studio et frequentia triumphos? Qui chori iuvenum, qui conventus populorum, precipue militum ac nobilium virorum, quae vigiliae sanctorum dulce non resonant et modulatis vocibus decantant, qualis et quantus fuerit, quam gloriose sub Carolo Glorioso militavit, quam fortiter quamque victoriose barbaros domuit et expugnavit, quanta ab eis pertulit, quanta intulit, ac demum de cunctis regni Francorum finibus crebro victos et refugas perturbavit et expulit? Haec enim omnia et adhuc[g] multiplex vitae eius historia cum ubique pene terrarum notissima habeantur, nec modo ad hanc de-

a) *nulla cap. dist.* 1. b) circillionē̄m (e *ex* i *pr. m.?*) 1. c) probi bibere 1. d) conatis 1. e) stud'rūt (= studerunt) 1. f) *pergit* 2, *ex quo iam pauca tantum attuli, neque post c. 32. collatus est.* g) *post* cum *ponunt A. SS.*

ducem viae salutaris eligeret, qua pertingere posset ad Christum; acceptamque tandem convertendi licentia, magnis cum muneribus auri argentique ac preciosarum vestium spetiebus

scriptionem pertinere necessario videantur, iam nunc ad ea quae religio beati viri et sanctitas expostulat, manus laborare incipiat et calamus, de ortu eius et generis nobilitate, quod de magnis sanctisque viris plerumque requiritur, breviter prenotando. 5

(3). Inclitae laudis ac perennis memoriae Pippini regis tempore natus est beatus Willelmus de preclara Francorum progenie, ex patre videlicet nobili magnoque consule Theoderico nomine, cuius mater aeque generosa et nobilissima comitissa dicta est Aldana, ambo quidem de summis Franciae principibus, consules ex consulibus, vita quoque et moribus placentes Deo et hominibus. . . .

(4). Deinde cum iam Pippinus rex ex hac luce migrasset, et filius eius Carolus, qui dictus est 10 Magnus et Gloriosus, in throno regni resedisset, inclitus adolescens commendatus est ei a parentibus, ut regi semper adstaret et in palatio ut par erat militaret. Cumque in aula regia inreprehensibiliter et laudabiliter se haberet et regi esset acceptus et exercitui placeret, nullius tamen mordebatur invidia, nec quisquam adversus eum movebatur iniuria. Siquidem Willelmi nomen iam celebre habebatur, et de sibi a Deo data fortitudine, de corporis eius perpulcra magni- 15 tudine, de magnanimitate deque morum eius bene per cuncta composita qualitate fama inclita ubique loquebatur. Igitur Willelmus commendatus a patre stat ante regis conspectum, suscipit nomen consulis et consulatum, in rebus bellicis primae cohortis sortitur principatum; regiis principaliter adhibetur consiliis, tractat strenue cum rege de regni negotiis, de militia et armis; fit pater patriae, rei publicae defensor; pro pace vigilat, in bellis laborat; fovet cives, hostes 20 expugnat; cunctis in arto positis, in angustiis constitutis compatienter subvenit et pro quibus res exigit apud regem intervenit. Regis vero haec erat intentio et cura precipua Christi gloriam quaerere et super omnes gentes christiani nominis elevare triumphum; quod et fecit Deo cooperante in omnibus, et Willelmo cum aliis ducibus consilio et virtute opem sibi ferentibus. Sic enim eorum muniebatur studiis et honestis consiliis, et precipue Willelmi innitebatur bra- 25 chiis acsi thronus aureus, qui columnis fulcitur argenteis. Willelmus regi aderat a dextris et a sinistris, ipse quidem in prosperis pariter et in adversis.

(5). In diebus illis Sarraceni pariter conglobati magnum valde et inopinabilem producunt exercitum, montes Pyrenaeos transeunt et una omnes conspiratione ad has partes Aquitaniae, Provinciae ac Septimaniae properant, confinia scilicet christianorum; regnum inrumpunt Caroli, 30 dant infinitas de christianis strages, victores existunt, spolia diripiunt, captosque ducunt strictis funibus captivos, preoccupant totam longe lateque terram quasi iure perpetuo possidendam. Nuntiatur hoc christianissimo regi, neque enim complacet illi. Audito hoc nuntio, ipsum Christi nomen fidelis invocat, moxque suae virtutis principes et consiliarios more regio convocat, et quid facto ad talia opus sit, eos consulit et ipse inde cum eis attente et sollicite tractat. Omnes 35 per Dei providentiam in unam concordant sententiam, ut scilicet comes Willelmus, armis inclitus, bello victoriosus, militiae Gallicanae studiis gloriosus, ad hoc opus eligatur et ipse cum suis legionibus contra barbaros concite dirigatur. Adiudicatur etiam, conclamante exercitu, ut totius Aquitaniae, quoniam dignus est, investiatur ducatu et de consule sublimetur in ducem. Non differt Carolus consilii effectum statimque Willelmum manu tenet ac promovet. Ergo 40 Willelmus comitis et ducis gloria sublimatus, fit inter principes primus, ipse secundus a rege, suscipit legationem, nec laborem recusat; mittitur contra barbaros.

(6). Itaque Willelmus dux salutatus a Carolo, et ipse pio domino benignum vale faciens, procedit, fortem et electum producit exercitum. Itaque Septimaniam ingressus, transito quoque Rhodano, ad urbem concitus Arausicam agmina disponit et castra; quam illi Hispani cum suo 45 Theobaldo iam pridem occupaverant, ipsam facile ac brevi caesis atque fugatis eripit invasoribus, licet postea et in ea et pro ea multos et longos ab hostibus labores pertulerit semperque prevaluerit decertando. Erepta autem urbe, placet omnibus, ut sibi eam detineat faciatque primam suae proprietatis sedem. Unde et civitas illa ad tanti ducis gloriam famosissima multumque celebris magnique nominis per totum hodieque mundum commemoratur. Quid vero post haec 50 egerit, quot et quanta cum barbaris transmarinis et Agarenis vicinis commiserit prelia, quomodo in gladio suo cum auxilio divino populum Dei salvavit et christianum dilatavit imperium, ut superius est dictum, nec scripto hoc indiget nec presentis est propositi, excepto hoc quod dici succincte potest. Quoniam licet multo tempore multaque pertinacia valde diuque decertatum sit, tamen tandem virtute Altissimi cum virtute belli ita Sarracenos perdomuit et perturbavit 55 tyrannos, perscrutans eos et conterens et ad interitum perducens, ut deinceps non auderent nec licentiam haberent ad has partes quas invaserant redire nec eis ereptam ultra repetere terram. Ceterum autem magnitudo gestorum eius et preliorum copia, interdum varii ducis eventus et durissimi labores, semper vero gloriosi triumphi, si quis calamo attemptare audeat, premaximo proprioque indigerent[a] volumine. 60

(13). Interea causa extitit, ut ipse Carolo valde necessarius Franciam accitus expeteret et post multum temporis natale solum patriique consulatus, immo sui hereditatem reviseret. Susceptus a rege mirabili gaudio omnique dilectionis affectu, laus quoque meritorum eius acclamata est non minima, ipse vero donis ingentibus est, ut par erat, honorificatus. Obtentu regis aliquamdiu

a) indigeret *A. SS.* 65

subsequitur venerabilem virum. Nec mora in deponendo[a] comam fieri passus est, quin pocius die natalis apostolorum Petri et Pauli[1], auro textis depositis vestibus, christicolarum induit abitum, seseque caelicolarum adscisci numero quantocius congaudens. (Iun. 29.) Vallis vero a beati viri Benedicti monasterio ferme 4 distat milibus, cui nomen est Gellonis, in qua construere prefatus comes in dignitate adhuc seculi positus cellam iusserat, illo se vitae suae tempore Christo tradidit serviturum. Et quoniam nobilibus natalibus ortus, nobiliorem se fieri Christi amplectendo pauperiem studuit summumque, quem genuino[b] perceperat, pro Christo abiecit honorem, ratum puto, si de piis conversationis eius actibus pro nescientibus pandam. Etenim in cellam prefatam venerabilis pater Benedictus suos iam posuerat monachos, quorum exemplo imbutus, infra paucos dies eos a quibus edoctus est virtutibus antecellit. Adiuvantibus quoque eum filiis, quos suis comitatibus prefecerat[2], comitibusque[c] vicinis, ad perfectum fabricam monasterii, quam coeperat, cito deduxit. Qui locus ita secretus est, ut solitudinem non desideret abitator. Cingitur denique nubiferis undique montibus; neque cuiquam illic accessus est, nisi quem ultroneus orandi causa deduxerit animus. Tanta vero amoenitate est perfusus, ut, si Deo servire decreverit, aliorum non desideret loca. Siquidem adsunt vineae, quas prefatus vir plantare precepit, ortorum quoque copia, vallis[d] stipata diversorum generibus arborum. Possessiones adquisivit plurimas. Petente siquidem eo, serenissimus rex Ludoycus spatioso hoc dilatavit termino, de fiscis suis ad laborandum concedens loca[3], vestes sacras perplurimas dedit, calices argenteos aureosque[e] et offertoria preparavit, libros secum perplures adtulit, altaria auro argentoque vestivit. In hanc nempe ingressus cellam, totum se dedicavit Christo, nichil mundanae pompae relinquens vestigium. Tantae autem deinceps umilitatis fuit, ut rarus aut nullus ex monachis ita flecti posset, dum obviare contingeret, *ut ab eo umilitate non vinceretur. (*f. 9'.) Vidimus sepe eum sedentem asinum suum, flascones vini in stratorio deferre eumque super insedi[f], calicem in terga humeris vehentem, nostri monasterii fratribus tempore messis ad refocilandam sitim eorum occurrere. In vigiliis quoque ita pervigil erat, ut vinceret cunctos. In pistrino, nisi occupatio aliqua prepediret aut aegritudo tardaret, propriis operabatur manibus. Quoquinam vice sua complebat; in habitu summae humilitatis adsumpserat formam; ieiunii amator extitit, orationibus instans, compunctioni continuus; vixque corpus Christi poterat percipere, priusquam lacrimarum eius in terram decurrerent guttae[g]. Lectuli quoque duritiam avide expetebat; set propter eius invalitudinem Benedictus pater culcitram, eo nolente licet, substerni fecit. Aiunt nonnulli, se quia sepe pro Christi amore flagellis caedi, nullo alio preter eo qui aderat conscio, iussit. Mediis fere noctibus glacialibus profusus rigoribus, uno perraro tectus tegmine, sepe in oratorium, quod in honore sancti Michaelis construxerat, soli Deo notus, vacans orationibus stabat. His aliisque virtutum fructibus intra exiguos stipatus annos, imminere sibi diem mortis cognoscens, cunctis monasteriis in regno domni Karoli pene sitis per scripturam notum fieri iussit, se ab hoc iam seculo migrasse; sicque deinceps copia virtutum reportans, Christo vocante migravit e mundo. Haec[h] pro scire cupientibus dixisse sufficiant; ad coeptum rursus redeamus opus.

31. (43) Piissimus quoque Ludoycus rex, quo ab insanis magis magisque inridebatur Benedictus venerabilis abba, eo sibi eum in dilectionis sociabat multocius amore, sciens malorum[i] esse consuetudinem profectibus obesse iustorum. Regina quoque pio affectu colebat eum; et quia iustum noverat, libenter obscultabat suisque muneribus sepissime honorabat. Et quoniam turba discipulorum eius succreverat, et locus in quo ipse degebat

commoratus est in Francia, cum eo procedens pariterque convivans, potens in palatio et imperio princeps et in tanta apud eum gratia sicut filius apud patrem. Franci omnes exultabant super eum, et nobilis cognatio necnon et familia naturalis debita precipue tripudiabant laetitia. Ipse vero omnibus dilectionis vicem reddens, nec tantumdem solummodo, sed duplo omnes diligebat, dicente Domino: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* (Matth. 5, 43.)

a) *ita 2 et cod. Anian. chron. Moiss., ubi haec descripta sunt;* depondi 1. b) iam animo 2. c) commit. 1. d) variis 2. 3. e) *deest* 2. f) insedentem 2. 3. g) guttam *corr.* guttae 1. h) Enimvero h. 2. i) amororum *corr.* malorum 1, *et ita* 2; mundi amatorum 3.

1) *anno ab incarnatione Domini* 806, *imperii vero Caroli* 5, V. Guilelmi c. 23. 2) *Bernaldo scilicet et Gaucelino* add. V. Guilelmi c. 25. 3) De charta Ludovici, tunc Aquitaniae regis, data a. 807, Dec. 28, v. Mühlbacher, Reg. nr. 498.

infecundus, humusque sterelis pene et ardore solis superhustus est, dedit illi monasterium[1] quod est[a] in Arvernis territorio situm, quod sanctus Meneleus regio de semine ortus fundavit, in quo et iacet in corpore; ubi 12 direxit monachos, constituens eis abbatem summae reverentiae virum nomine Andoarium[b], qui a primaevo tempore conversionis suae ei adhaeserat, virum probatum et multis laboribus adtritum. Quibus laborantibus pioque studio decertantibus, ferme 70 vel eo amplius illis, monachicam vitam pro posse servantes, adhaeserunt. Ad quod monasterium dum quadam vice egregius abba visendi gratia fratres adiret, ex alia parte eius adventum dum quidam abbas cum fratribus suis expeteret, contigit[c], eum ipsius[d] monasterii cellam, ubi ecclesia in honore Dei et Salvatoris nostri sita est, advenire. Siquidem ibi primum habitare fratres coeperant; set, quia angustus erat locus, ad iam prefatum monasterium serenissimus rex eos transtulerat. Fratres autem qui ad providendam cellam remanserant videntes abbatem una cum suis, gavisi sunt. Et quia erat eis ingens paupertas, tristabantur. Set, quoniam ubi karitas est etiam exigua sufficiunt, iubet qui preerat fratribus[e] vinum afferre; cui mox ille, nichil, inquit, esse in vasculo vinum. Duo siquidem illis vascula euntes premodica reliquerant fratres, in quibus modicum erat vinum, ex quo vel missas canere vel dominicis diebus singulas perciperent potiones[f]. Audito autem magister cellae illius, non esse vinum in vasculo, doluit; set confidens ait: 'Perge et affer nobis, quoniam pro amore patris nostri bibent hi qui ad eum properant[g], et non deficiet eis'. *Perrexit frater, et abstracto duce[h][2], egreditur vinum. Iam quidem prius voluerat accipere, set nequaquam inventum, recesserat. Nunciat quod acciderat; glorificant Deum qui aderant et meritis domni Benedicti fieri profitentur. Biberunt ergo pro velle et secum benedictionis causa tulerunt. Domnus quoque Benedictus cum suis adveniens, iuxta quod opus fuit accepit secumque ex eo in via tulit; sicque post haec cessavit vas fundere vinum. Ipsis nempe fratribus haec qui viderunt[i] referentibus comperi, qui usque nunc testes horum existunt.

*f. 10.

(44) 32. Alia rursus vice in eodem monasterio venit. Post longum vero predicationis sermonem pioque confabulationis alloquio discessurus, pacis osculum fratribus prebet. Quidam autem frater inter alios osculaturus accessit; quem perspectum, vir Dei protinus substitit pacisque osculum paululum negavit; post increpationem vero congruam, nobis mirantibus, fratrem deosculatus est. Post hunc quoque inter alios alter adfuit frater, cui similiter fecit; tunc demum ultimo vale dicens fratribus habiit. Illo autem abeunte, in crastino compertum est, quoniam fratres illi fugam arripere disposuerant. Intelleximus tunc, quoniam ob hanc causam eos, revelante sibi sancto Spiritu, venerabilis abba osculari tardabat, quorum perversam voluntatem etsi non patenter ostendit, turbatas tamen conscientias salubriter increpavit.

(45) 33. Alium demum illi monasterium gloriosimus[k] rex dedit, ubi, ut reor, 20 monachos misit abbatemque illis constituit. Situm vero est monasterium illud in territorio Pictavense et dedicatum in honore sancti Savini[3]; in quo positi fratres dum in piis studiis vigilanter desudant, turba monachorum non parva eis adiungitur. Rursus ei aliud contulit monasterium, quod est[a] in territorio Bituricense situm, illoque 40 ferme posuit monachos constituitque abbatem; et quoniam locus ille novo opere erat fundandus, adiutorium prestitit, libros vestesque sacras dedit. At illi in sanctae religionis habitu florentes sanctaeque conversationis normam pandentes, unitatem quoque spiritus servantes in vinculo pacis, permaximum intra Christi ovile gregem monachorum adgregarunt[l].

(46) 34. Vulfarius[m] etiam quidam nomine, Willelmi comitis[n] consanguineus, vir inluster et nobilis, per cartam ei ad hedificandum monasterium locum tradidit in Albiensis confinio[4], ubi etiam monachos, ordinato illis abbate, fere 12 misit; et his etiam, quoniam novo opere fabricam monasterii coeptam perficere satagebant, libros plurimos contulit, vestes sacras prebuit, calicem argenteum ac offertoria crucemque et omnia quae illis necessaria

a) *superscr.* 1. b) Andoarum 2. c) cumtigit 1. d) impsius 1. e) iuveni *add.* 2. 3. f) portiones 2, *corr.* potiones 1. g) sperant 2. h) vase 2. i) viderant *corr.* viderunt 1. k) gloriossimus *corr.* gloriosissimus 1; *cf. supra p.* 208, *n.* b. l) adgregavit *corr.* adgregarunt 1. m) ulfarius, *littera initiali omissa* 1. n) isomitis *corr.* comitis 1, *quod postea deletum videtur.*

1) Menatense scilicet. MAB. 2) Dux sive duciculus, vulgo *un duiset,* serraculum dolii est. MAB. 3) Hactenus nomen retinet sancti Savini. MAB. 4) Vulfarius comes Bellam-cellam in pago Albigensi ad fluvium Agotum aedificasse dicitur. MAB.

fore perspexit administravit. Ipsi vero tam in hedificia rerum corporearum quam etiam in hedificatione animarum sanctaeque regulae institutis decertantes, magnam Christo Deo famulantium congregationem religiosorum fratrum adquisierunt.

35. Post hobitum quoque serenissimi imperatoris Karoli, cum filius eius Ludoycus rex Aquitaniorum imperii curam suscepisset, Franciae eum partibus ire iussit, in Alsath Maurum-monasterium designavit, ubi plures suae vitae sequaces ex Aniano monasterio collocavit. Et quoniam magnum a palatio distat spacium locus prefatus, nec congruo occurrere tempore, cum vocaretur, poterat, et quia imperatori multis pro causis erat necessarius, placuit imperatori, ut non longe a palatio provideret locum abtum sibi, in quo cum paucis quiescere posset. Sicque, prefecto abbate fratribus Mauro degentibus, ipse cum nonnullis imperatoris *voluntati obtemperaturus accessit. Vallis autem erat vicina, quae a palatio, ut reor, sex non amplius milibus distat, quae viri Dei placuit oculis[a]; ibique imperator iussit construere miro opere monasterium quod vocatur Inda, mutuato de rivulo eiusdem vallis nomen[1]. In dedicatione vero aecclesiae adfuit imperator eamque de suis copiosissime ditavit fiscis munitatemque iussit atque per scripturam[2], 30 ut ibidem Deo[b] Christo famulantes persisterent monachi, statuit. Qua de re, ut numerus impleretur, venerabilis[c] abba de notis monasteriis lectos iubet venire fratres, quos suo instrueret exemplo, essentque aliis documentum salutis, quousque instinctu divinae gratiae, seculari pompa relicta, aeterno Regi militare desiderantes ex eadem provincia in eorum subrogarentur ordine. Coepit autem post haec vir Dei palatinas terere[d] fores olimque dimissum ob multorum utilitatem ferre tumultum. Omnes siquidem qui aliorum passi[e] incommodis imperialia petebant suffragia, cum ad eum accederent, alacriter susceptos osculabatur, eorumque querimònias in scedulis inpressas tempore oportuno offerebat imperatori. Ex quibus adsuetus aliquoties serenissimus imperator mapulam manicasque eius palpans reperiebat repertasque legebat atque ut utilius noverat decernebat; propter oblivionem quippe talibus in locis eas ferre solitus erat. Libenter etenim huiuscemodi querimonias audiebat imperator et ob id quam maxime[f] sedulo illum in palacio fore iubebat. Etenim qui eum ex regni moderamine, ex dispositione provinciarum et ex suis consulerent utilitatibus, erant perplures; nullus[g] prorsus afflictorum miseriis ita compaciebatur nullusque monachorum inopias ita regi ut ipse pandebat. Erat quippe miserorum advocatus, set monachorum pater; pauperum consolator, set monachorum eruditor; divitibus pabulum vitae prebebat, set monachorum mentibus regulae disciplinam inculcabat; omnium licet utilitatibus consuleret, monachorum tamen necessitatibus sedulo interveniebat.

36.[h] Prefecit eum quoque imperator cunctis in regno suo coenobiis, ut, sicut Aquitaniam Gotiamque norma salutis instruxerat, ita etiam Franciam salutifero imbueret exemplo. Multa denique monasteria erant, quae quondam regulariter fuerant instituta; set paulatim tepescente rigore, regularis pene deperierat ordo. Ut autem, sicut una omnium erat professio, fieret quoque omnium monasteriorum salubris una consuetudo, iubente imperatore, adgregatis coenobiorum patribus una cum quam pluribus monachis, perplures resedit dies. Omnibus ergo simul positis, regulam ab integro discutiens, cunctis obscura dilucidavit[i], dubia patefecit, priscos errores abstulit, utiles consuetudines affectusque confirmavit. Iudicia igitur regulae cunctaque dubia ad proficuum deducta[k] effectum, quas minus regula pandit consuetudines, adsentientibus cunctis, protulit; de quibus etiam capitularem institutum[3] imperatori confirmandum prebuit, ut omnibus in regno suo positis monasteriis observare preciperet; ad quem lectorem[l] scire cupientem dirigimus. Cui protinus imperator adsensum prebuit, inspectoresque per singula posuit monasteria, qui, utrum ea quae iussa fuerant sic[m] observarentur, inspicerent, quique etiam formam *salubrem ignorantibus traderent[4]. Perfectum itaque prosperatumque est opus, divina opitulante misericordia, et una cunctis generaliter posita observatur regula, cunctaque monasteria ita ad formam unitatis redacta sunt, acsi ab uno magistro et in uno imbuerentur loco. Uniformis mensura in potu,

a) occulis 1. b) fa *add., sed del.* 1. c) venerabili 1. d) terre *corr.* terere 1. e) pressi 3. f) quamaxime 1. g) nullis 1. h) *nulla cap. dist.* 1. i) dilucidavit, *littera* d *corr.* e (elucid.?) 1. k) deductam 1. l) latorem *corr.* lectorem 1. m) si 1.

1) Cf. Chron. Moissiac., SS. I, p. 311; Ermold. Nig. II, v. 555 sqq. 2) Quae perdita est; Sickel, Acta II, p. 372. 3) LL. Capit. p. 343; de quo cf. Nicolai p. 144 sqq. 4) Cf. Vit. Hludow. c. 28, SS. II, p. 622, et chartas Mühlbacher nr. 876. 930.

in cibo, in vigiliis, in modulationibus cunctis observanda est tradita. Et quoniam alia per monasteria ut observaretur instituit regula, suos Inda degentibus ita omni intentione instruxit, ut ex diversis[a] regionibus adventantes monachi non, ut ita dixerim, perstrepentia, ut imbuerentur, indigerent verba, quia in singulorum moribus, in incessu habituque formam disciplinamque regularem pictam cernerent. 5

(51) 37.[b] Propter plurimorum quoque indiscretum fervorem et quorundam ineptum teporem minusque capacium sensum obtunsum constituit terminum ordinemque observandum cunctis tradidit[1], illos retrahens, ne superflua peterent, hos imperans, ut torporem excuterent, alios nichilominus admonens, ut saltim visa implere[c] expeterent. Denique multa regula implere iubet; set permulta sunt quae usus explere cotidianus expetit, ipsa 10 tamen reticet; ex quibus omnibus habitus monachi veluti gemmis ornatur et sine quibus dissolutus ac fluxus inconpositusque esse probatur. Nonnulla autem precipit, quae aut propter concordiam unitatis aut certe propter observantiam honestatis seu propter considerationem fragilitatis amittuntur[d]. Quapropter piae recordationis venerabilis abba quaeque observanda comperit absque ulla cunctatione vel excusationis fuco implere de- 15 crevit, ea vero quae certis pro causis aut dimittenda cognovit aut commutanda inspexit nichilominus, prout rectius et secundum posse locique positionem dirimere[e] quivit, suis observanda discipulis tradidit; si qua nempe minus lucide[f] pagina regulae pandit aut omnino silet, racionabiliter abteque instituit atque supplevit, de quibus ope divina iutus pauca relatu perstringam. 20

(52) 38. Primitus siquidem quam signum horis nocturnis pulsetur, in fratrum dormitorio schillam[2] tangere iussit, ut prius monachorum congregatio orationibus fulti propria residerent per loca, tunc demum, aecclesiae hostiis patefactis, hospitibus pateretur ingressus. Surgentes vero concite, iuxta quod regula precipit, fratres aquis se sanctificatis[g] perfundant et cuncta altaria humiliter et cum reverentia percurrant; sic demum ad propria loca acce- 25 dant sintque parati, ut, cum tercium pulsaverit signum, absque [mora[h]] surgentes, adtonitis auribus sacerdotem expectent, qui officium incipiendi sortitus est. Nec cuiquam liceat per hoc spacium per angulos aecclesiae sistere, eorum scilicet quibus ingredi iussum est, set in choro sedentes, institutos secrete concinant psalmos. Psalmos autem cantare iussit quinque[3] pro omnibus fidelibus in toto[i] terrarum orbe vivis, quinque etiam pro omnibus 30 fidelibus defunctis; pro eis quoque qui nuper defuncti sunt, quia ad noticiam singulorum non statim causa pervenit, ut iugiter canerentur instituit nichilominus quinque. Decursos vero psalmos quinque, pronus orationi incumbat, eos pro quibus cecinit Deo commendans; et tunc demum pro aliis rogaturus initium sumat. Nec pigritandum est pro certis defixisque psalmodiis aeterno Regi dimerso in terra corpore supplicare, cum potentibus ad singula 35 *f. 11'. verba *non revereatur quis inflectere caput, maximeque, quia hoc modo gratia provocetur divina et compunctionis suscitetur fervor. Tempore siquidem aestatis, expletum matutinorum officium, mox egredi ab aecclesia propter somnolentiam iussit, seseque calciantes, lotis faciebus, denuo ad aecclesiam concite redeant et iuxta prefatum ordinem altaria cum reverentia circumeant sanctisque se aquis perfundant, et sic deinceps ad loca sibi consti- 40 tuta accedant, diurnum expleturi honeste officium; quae officia iuxta Romanum psalmo 118. persolventur; sintque parati, ut, pulsato signo orae primae, mox ad chorum occurrant. Signum autem ita prolixe tangere iussit, ut omnes illo sonante occurrant, illo cessante sacerdos incipiat horam. Expleta prima, in unum adgregati solvant capitulum; quo expleto, cum silentio aut psalmos decantando exeant ad opus sibi iniunctum. In monasterio quoque 45 remanentes non fabulis occupentur ociosis, set bini et bini aut certe singuli in quoquina, in pistrino, in cellario psalmos canant. Post completorium vero, instituit, ut non pro libita quis voluntate aut egrediatur aut moretur in oratorio, sed hyemis tempore decem prius canant psalmos, aestate vero quinque; sicque, pulsato signo, omnes pariter iuxta prefatum

a) duersis 1. b) *nulla cap. dist.* 1. c) implerent *corr.* implere 1. d) ammit. 1. e) dirimire *corr.* dirimere 1. 50
f) lucidæ 1. g) sanctificatus *corr.* sanctificatis 1. h) *deest* 1. i) in to *corr.* in toto 1.

1) Hinc colligunt nonnulli, Benedictum hunc auctorem esse libelli qui inscribitur *Ordo conversationis monasticae*, ab Haefteno editus et illustratus in fine disquisitionum monasticarum. MAB. Sed alii recte hoc in dubium vocasse videntur; cf. Nicolai p. 202 sq.

2) Campanulae seu tintinnabuli genus; germ. 'schelle'.

3) Hi sunt psalmi graduales, quos quadragesimae tempore singulis feriis quartis etiam nunc ante matutinum officium frequentamus. MAB. 55

modum altaria cuncta circumeant, et sic ad lecta sua singuli pausaturi accedant. His tribus per diem vicibus circumire cuncta precepit altaria, et ad primum ex eis orationem dominicam dicant et simbolum, ceteris orationem dominicam, vel sua confiteantur delicta. Diurnis autem orationum oris ad suum quisque accedat oraturus locum; si autem peculiariter[a] sibi vult orare, quibuscumque vacat oris, licenter peragat. Has igitur tres ideo constituit orationis vices, ut hi qui torpore pigrescunt et orare fastident[b] saltim compulsi agant quae libenter nolunt et constitutas non presumant relinquere oras, hi vero qui nimio succenduntur amore, ne extera[c] indiscrete petant, retraantur. Sic enim accidere solet, ut nimiis vigiliis atterantur unius noctis indiscretio; oris autem quibus divinis psalmodiis esse intentum oportet preoccupatus[d], somno non valeat divinum exsolvere censum. In abitu quoque dissimiles fecerat multorum consuetudo. Siquidem nonnullis usque ad talos cocullae[b] pendebant. Quam ob rem vir Dei uniformem cunctis tenendum monachis instituit modum, ut non amplius a duobus cubitis excederet mensura vel usque ad genua pertingere posset. Concessit etiam necessitatis causa preter quam regula iubet, duas scilicet stamineas et femoralias, pellicias quoque et tegumenta eorum, cappas duas; et quaecumque necessarium prospexit, ut omnem amputaret occasionis ambagem, tribuit et concessit Ostendit quoque (53) per scripturam imperatori[e] rationem de his quae iubet regula, set certis ex causis intacta remanent, et de his quae illa prorsus reticuit, set utiliter supplentur. Omne quippe suum desiderium in observationem regulae converterat, suumque hoc premaxime erat studium, ut nil intellectui eius excederet. Quam ob causam quos peritos esse compererat adtente sciscitabatur circa longeque positos, eos etiam qui istis in partibus ad Montem Cassinum accederent, veluti qui non audita solummodo, set visa perciperent[f]. Ob quam dilectionem intelligentiae cum quislibet ei aliquid novi panderet, mox humiliter suscipiens, sine reverentia aiebat, necdum se posse occultos sensus regulae nosse; et cum cunctis, non dicam tyronibus, set ipsis etiam sapientibus, ipse eam elucidaverit, nova et *inaudita se non tantum a peritis, verum etiam a simplicioribus reperire fatebatur. Fecit denique librum ex regulis diversorum patrum collectum[1], ita ut prior beati Benedicti regula cunctis esset, quem omni tempore ad collectam matutino legere iussit. Ex quo rursus ut ostenderet contentiosis nil frivola cassaque a beato Benedicto edita fore, set suam ex aliorum fultam esse regulam, alium collectis regularum sententiis composuit librum, cui nomen Concordia regularum dedit[2], ita dumtaxat, ut beati Benedicti precederet sententia, ei vero racionabiliter concinentia[g] iungerentur deinceps. Alium nichilominus ex sanctorum doctorum homeliis, quae in exortatione monachorum sunt prolatae, coniuncxit librum eumque omni tempore in vespertinis collectis legere iussit.

39.[h] Cernens quoque, nonnullos totis nisibus anelare in adquirenda monachorum coenobia, eaque non tantum precibus, ut obtineant, verum etiam decertare muneribus, suisque usibus stipendia monachorum expendi, ac per hoc diruta nonnulla, alia vero, fugatis monachis, a secularibus obtineri clericis, adiit hac de causa piissimum imperatorem precibusque pulsat, ut ab huiuscemodi[i] contentionibus clericos, monachos vero ab hoc redderet periculo extorres. Adsensum prebet gloriosissimus imperator, monasteria in regno suo cuncta prenotata, in quibus ex his regulares abbates esse queant, decernit ac per scripturam, ut inconcussa omni maneant tempore, firmare precepit suoque anulo signavit[3]; sicque multorum cupiditatem, monachorum nichilominus pavorem extersit. Erant etiam quaedam ex eis munera militiamque exercentes[4]; quapropter ad tantam devenerant paupertatem, ut alimenta vestimentaque deessent monachis. Quae considerans, suggerente prefato viro,

a) peccul. 1. b) *ita* 1. c) dextera 1. d) preocup. 1. e) imperatoris 1. f) perciperent *corr.* perciperant 1. g) concinenter 1. h) *nulla cap. dist.* 1. i) huiusscemodi 1

1) Nempe, ut quidem existimo, codicem regularum omnium, qualem exhibent mss. codices, Corbeiensis veterrimus, aliique; qualem, inquam, Holstenius edendum reliquit, editumque typis Romanis (1661) et Parisiensibus (1663) habemus. Eo in codice regulae, unaquaeque post aliam, integrae referuntur, cum in Concordia regularum singulis regulae sancti Benedicti capitulis singula aliarum regularum capitula instar commentariorum aptentur. MAB. Editus Migne CIII, p. 393. 2) Hunc librum edidit notisque eruditis illustravit Menardus noster (Paris. 1638), qui etiam Benedicti collectionem ex homiliis patrum in codice Floriacensi legisse se testatur; quem tamen codicem ego perquisitum reperire non potui. MAB. Migne l. l. p. 713. 3) Quae perdita est. 4) V. Notitiam Capit. I, p. 349. et quae ibi monuit Boretius; Simson, 'Jahrb. Ludwig d. Fr.' I, p. 87.

piissimus rex, iuxta posse servire precepit, ita ut nil Deo famulantibus deesset ac per hoc alacres pro eo eiusque prole tociusque regni statum piissimum precarentur Deum. His vero monasteriis quae sub canonicorum[a] relicta sunt potestate constituit eis segregatim unde vivere regulariter possent, cetera abbati concessit.

(55) 40.[b] Quae autem, cum ad generalem placitum, iubente imperatore, pergeret, nutu Dei 5 acciderint, non silendum puto. Ibat nempe aegritudine nimiisque caloribus fessus, iussis obtemperans regis, set caritatis armis stipatus, multorum explere utilitatem paratus. Set is qui piis semper invidet actibus inimicus, ut piorum detrimentum ferret saluti, nunc[c] a tramite coepto tali arte retardare molitur: equos siquidem, quibus ipse veendus erat, per vasta silvarum deturbans, custodibus fecit ignota. Set vir Dei nullo dolore de amissis equi- 10 tibus perculsus, alacer regias propere penetrat fores. Expletis siquidem monasteriorum monachorumque, de quibus illi ingens et iugis piaque erat sollicitudo, utilitatibus, numerus equorum imminutus a rege fulcitur. Set et post unius mensis spacium amissi reducuntur equites; sicque divinitus actum est, ut, quia de amissis non doluit, duplicatum susciperet lucrum. 15

(56) 41.[b] Coepit post haec diversis variisque atteri aegritudinibus, et multos per annos continuis vigiliis, assiduis lacrimis acerrimisque ieiuniis atque laboribus meditationibusque attritum corpusculum novo certamini preparare; ut, qui a subactis viciis virtutum obtinuerat arcem, nobiliter infirmitatibus pacientiae armis accinctus decertans, geminatam a Rege suo, superatis hostibus, victricem perciperet palmam. Quo enim validius pulsabatur 20 aegritudine, eo intentius magis magisque aut orationibus vel lectionibus persistebat. Nullus *f.12' ociosum repperit, nullus omnino in opere *Dei pigrum, nullus vanis frivolisque fabulis occupatum invenit. Aut enim ipse per se lectioni instabat aut[d] legentem studiose audiebat. Quis umquam solum nisi flentem reperit? quis ad eum subito ingrediens siccas eius reperit genas et non prorsus aut[e] humo prostratum, aut[e] caelo erectis manibus stantem, aut[e], ne 25 sacri[f] voluminis nimiis humectaretur fletibus pagina, pugnis recipientem lacrimas invenit? Carnis deficiebant vires, set animi adamante[g] durior persistebat intentio, rigor semel coeptus pene ipse perdurans. Carnium quadrupedum esus non suscepit a die conversionis suae; balnearium etiam in ultimo suo tempore languoribus attritus vix umquam indulsit. Vestimentum post quadraginta vel eo amplius dies mutare solitus est. Legere siquidem 30 coram se sanctorum patrum vitam obitusque iubebat; qua lectione recuperatus animus fortior perdurabat. O bone Iesu, quibus suspiriis fletibusque perfusus aestuabat animus cupiens dissolvi et esse cum Christo, non tamen, si necessarius fratribus foret, laborem ferre recu-(57) sans! Invalescente autem aegritudine, imperatorem familiariter adloquutus[h], monasterio 821. deducitur, fratribusque valefaciens, totam noctem orationibus psalmodiisque pernoctans, 35 ipsius diei[i] regularem officium peregit. At cum alterius diei regularem explesset officium et cursum persolvere vellet, ventum est ad clausulam[1]: *Iustus es, Domine.* Quem versiculum decantans, ait: 'Deficio'; et adiecit: 'Fac cum servo[k] tuo, Domine, secundum misericordiam tuam'; sicque inter verba orationis virtutibus decoratum emisit spiritum.

Adsunt autem eius omnibus divitiis dulciores epistolae, quas, pridie quam migraret 40 a seculo, fratribus Aniano positis proprio dictavit ore[l], in quibus testatur faciem suam amplius non visuram. Aiunt etiam quidam, quoniam ora qua migravit ad Christum episcopo Stabili Magalonensi obitus eius revelatus est. A somno siquidem surgens, mox suis quod acciderat retulit. Obitum autem eius ob id cursim[m] attigimus, quoniam fratres qui eo tempore presentes adfuerunt lacius explicati sunt, quod sequens demonstrat pagina. 45

42. *Benedictus igitur abbas, in provincia Gotiae exortus, sub Pipino rege Francorum et post eius decessum sub Karolo, filio eius, ab infantiae tempore usque in adolescentia militavit. Post haec autem, relicto palatio, in monasterio Sancti Sequani in provintia Burgundiorum habitum veri monachi suscepit; ibique duobus ac semis annis consistens, Deo iugiter militavit. Set quia ibi regularem usum minime reperit, in Gotiae partibus migravit ibique super fluvium* 50 *Anianum manu propria cellam primitus, postmodum vero cum ipsis fratribus, qui ob amorem Christi sub regimine eius venerunt, monasterium ex novo opere construxit, in quo non longo*

a) cannon. 1. b) *nulla cap. dist.* 1. c) hunc 3. d) aut *corr.* haut 1. e) haut 1. f) sacris *corr.* sacri 1. g) adamantine 1. h) aloqutus *corr.* adl. 1. i) dī 1. k) seruuo 1. l) ore *corr.* hore 1. m) cursum *corr.* cursim 1.

1) Psalmum 118. die lunae secundum regulam recitatum esse, monet Nicolai p. 209. 55

post tempore 300 *sub suo regimine monachos habuit. Defunctoque Karolo imperatore, Ludoycus, filius eius, imperium suscipiens, Benedictum, venerabilem virum, una cum suis quibusdam discipulis in Franciam venire fecit, ac primitus in pago Alsazense monasterium ei Maurum dedit, postmodum vero pro eius amore iuxta Aquis palatium super fluvium Indam ex novo opere ei monasterium hedificavit. Hic est Benedictus, per quem dominus Christus in omni regno Francorum regulam sancti Benedicti restauravit. Hic habuit sub regimine suo monasteria* 12, *id est Anianum,* **Gellonem, Casam-novam*[1], *Insulam-Barbaram*[2], *Menatem*[3], *Sanctum* *f. 13. *Savinum*[3], *Sanctum Maximinum*[4], *Maciacum*[5], *Cormariacum*[a, 6], *Cellam-novam in Tolosano*[7], *Monasterium-Maurum*[8] *in Elizaz, Indam ex iussu imperatoris ob illius ac discipulorum eius [usum*[b]*] hedificatam et de fiscis regalibus ditatam. In his omnibus ex doctrina sua monachos et rectores misit. Curam autem maximam habuit de omni ordine aecclesiastico, videlicet monachorum, canonicorum*[c] *atque laicorum, maxime autem monachorum. Imperator autem omne eius consilium libenter audivit et fecit; unde et a quibusdam Monachius*[d] *vocitatur, videlicet quia monachos sancti viri pro eius amore semper suos proprios appellavit et post eius discessum actenus abbatem se monasterii illius palam esse profitetur*[9]. *Sanctus igitur vir usque ad hobitum suum in palatio regis pro augmento fidelium, non pro terrenis rebus perseveravit, quia iuxta erat monasterium in quo degebat. Ante quartum vero exitus sui* 821. Febr. 7. *diem adhuc sanus omnia imperatori quae ei solitus erat dicere replicavit; et in ipsa die febre correptus, ad mansionem suam usque pervenit. Altera vero die audientes hoc omnes magnati* Febr. 8 *imperatoris, ad eum visitandum venerunt. Tanta autem ibi fuit multitudo episcoporum, abbatum ac monachorum, ut nobis, qui eum ibi custodiebamus, vix ad eum accedere facultas esset. Helisacar autem abbas primus ad eum venit et cum eo usque ad obitum perseveravit. Quinta siquidem feria aegrotavit, in sexta autem feria nocte misit imperator Tanculfum* Febr. 7. 8. *camararium, iubens, ut eum in ipsa nocte ad monasterium fereremus; quem levantes, ante gallorum cantu una cum Elysacar et suis ac nostris hominibus prima ora diei ad mona-* Febr. 9. *sterium deduximus. Cumque esset tertia diei ora, omnes a se exire precepit et usque ad sextam oram solus permansit. Post haec ingressus supradictus abbas cum preposito nostro, percunctati sunt, quomodo hageret. Quibus ipse respondit, numquam se tam bene fuisse, adiuncxitque: 'Usque modo inter coros sanctorum coram Domino adstiti'. In crastina autem* Febr. 10. *fratribus ad se vocatis, eis monita salutis dedit, et tunc professus est, quia* 48 *anni essent, ex quo monachus fuerat, in quibus annis nullo die antea panem comedit*[e], *donec coram Deo lacrimas funderet. In ipsa die brevem ammonitionis imperatori misit et alios per diversa monasteria direxit. Hisdem vero venerabilis vir omne offitium suum de quinque annis et duobus mensibus ante obitum suum, sicut in eius tabulis post eius discessum reperimus, et ipse vivens quibusdam dixit, cantatum per semet ipsum reliquid. Obiit autem septuagenarius,* 3. *Idus Februarii, anno ab incarnatione Domini* 821, *indicione* 14, *concurrente* 1, *epacta* 14, Febr. 11. *anno* 9. *imperii Ludoyci piissimi imperatoris. Post tercium vero diem sepulcrum eius aperuimus et eum in vas lapideum, quod imperator paraverat, mutavimus; discoperientes autem faciem eius, vidimus in frontem et circa oculos*[f] *ac labia eius tantum ruborem, quantum nec vivus habuerat. His ita exceptis et ita se habentibus, nos famuli ex monasterio Inda, videlicet Deidonus, Leoigildus, Bertradus et Desiderius, tibi Ardoni magistro nostro salutem in Domino obtamus, petimusque*[g] *karitati tuae, ut secundum a Deo datam tibi sapientiam de vita patris nostri Benedicti* **libellum conponas et eum nobis dirigas. Salutant vos omnes fratres nostri,* *f. 13'. *et vos salutate omnes fratres vestros*[h]*! Amen.*

43. *Summae in domino Christo beatitudinis ac felicitatis Georgio monasterii Aniani abbati et cunctis filiis ac fratribus nostris bene ac vigilanter sub norma patris degentibus Benedicti ultimus omnium abbatum Benedictus obtat iam in extremis positus salutem. Super*

a) Crom. 1. b) *deest* 1. c) cannon. 1. d) monachiis *corr.* monachius 1. e) commedit 1. f) occulos 1. g) que *in marg. add. pr., ut vid., m.* 1. h) nostros 1. *ed.*

1) Sive Gordanicus (Gourdaigne), dioec. Ucet.; de quo cf. Ludovici chartam, Mühlbacher nr. 560. 2) L'Île Barbe-lez-Lyon; cf. c. 24; Leidradi epist., Jaffé, Bibl. IV, p. 422. 3) V. supra c. 29. Haec inter monasteria a Ludovico Pio restaurata recensentur V. Hlud. c. 19, SS. II, p. 616. 4) Miciacum (St.-Mesmin de Micy); cf. c. 24. et Mir. S. Maximini c. 3, Mabillon Acta I, p. 600. 5) Massay, dioec. Bituric.; v. Hlud. l. l. 6) V. supra c. 24. 7) Celleneuve prope Montpellier; v. Karoli M. chartam, Mühlbacher nr. 340. 8) V. supra c. 35. 9) Cf. Ermold. Nig. II, v. 598: *Et Hludowicus adest caesar et abba simul.*

omnibus igitur quae meum[a] *ardent animum et pre cunctis curam inquirunt rebus hoc est, quod de vestro maxime sollicitor vitae regularis ordine. Nempe nequaquam ullo modo ignoro, vos nobiliter desudare et nostri fidelissime fore memores neque ullo indigere adhortationis verbo. Verumptamen in ultimis constitutus, ignorans, utrum iam [vos*[b]*] videre queam, vertenti*[c] *erga vos karitate animum, nonnulla tam per fideles verba amicos quamque per epistulas*[d] 5 *curavi dirigere. Denique ipsi nostis, qualiter totis quantum valui nisibus, quamdiu potui, et vitae et exortationis exempla monstravi sollicitus vobis. Nunc ergo, fili mi, precor et per ipsum testor Deum, ut unianimes in caritatis nexu idem sitis sapientes, neque ullos, quos vel mecum adduxi vel alicubi propter aliquod exemplum aut pro aliqua re misi, quasi habeatis extraneos; set quicumque ad vos iterum ex illis reverti voluerit et regulariter vobiscum versari,* 10 *pie benigniterque velut fratres recipite, ut decet. Deo enim gratias, non deerit vobis corporale subsidium. Omnibus autem generaliter, maxime vero illis quos nobis in amicicia iunctos nostis, diligentissimum semper adtendite affectum et, ut potestis, aliis pauperioribus quae supersunt vobis necessaria monasteriis ministrate. Abbati quoque Modario de monasterio Sancti Tiberii auxilium, in quibus indiguerit, ferte, et de his et de aliis veluti in vita mea,* 15 *magis autem post mortem agite meam. Sicut ergo multa monasteria dudum viciata iam aliquid emendationis a nobis accepisse videntur largiente Deo, ita omnimodis nunc cavete, ne, quod absit! — te posco, misericors Domine — sinistram viam . . . .*[e] *scilicet queant ullo tempore tenere. Monasterio vero Indae velut fratribus estote iuncti unicis. Elisacar quoque, qui pre omnibus*[f] *super terram omni tempore nobis extitit amicus fidelissi-* 20 *mus canonicorum*[g]*, et fratres ipsos in meo habetote semper loco, et ad eum semper sit re-* 821. *fugium vestrum. Set vobis ita nunc suggero, quia ignoro, utrum in presenti vos videam* Febr. 7. *seculo. Iam 7. Idus Februarii acerbissimo*[h]*, dante misericordia Christi . . . . . .*[i]*, tactus verbere, nichil aliud quam ultimum celeri*[k] *expecto diem vocationis.*

Febr. 10. 11. *Iussit*[1] *hoc domnus Benedictus adhuc vivens 4. Idus Februarii scribere, et obiit 3. Idus* 25 *eiusdem mensis.* Explicit epistola.

Ut valeat novos[l], divino semine iacto,
Rore poli madidos, doctorum vomere cultus,
Cordis opimus ager centenos reddere fructus.

44. *Venerabili in Christo patri Nibridio archiepiscopo*[2] *Benedictus ultimus omnium* 30 *abbatum abbas sempiternae felicitatis salutem opto in Domino. Eia, vir Dei, pareat*[m] *modo* *f 14. *karitas ac dilectio seu benivolentia, qua semper*[n] **modo, in quantum potes, sive per temet ipsum seu familiares et amicos necnon per omnia monasteria, ubicumque transmittere potueris, ut orationibus tam in psalmis quam in missis pro me ad Dominum fundere non cessent, quia modo valde necessarium mihi est. Scito, pater dilecte, quia iam in extremis pugno, ad finem* 35 *curro, iam anima a corpore separatur, et in hac luce oculis*[o] *corporis te minime video. Ille qui*[p] *potens est facere de inmundo mundum, de peccatore iustum, de impio sanctum, faciat nos pariter regnum perfrui sempiternum ibique cum omnibus sanctis cantare canticum novum. Supplico, karissime pater, ut, sicut semper mercedem habuisti de fratribus qui degunt in Aniano monasterio, ita semper, usque dum sancta anima a corpore egreditur vestro, melius* 40 *ac melius habeatis in vestra sancta dilectione. Omnes istis in partibus amicos familiares et propinquos commendo. In monasterio quoque vestro totis nisibus, sicut, credo, facitis, eisque ad perseverantiam laborare studete et illam sententiam tam in divitibus quam in pauperibus,* 2. Tim. 4, 2. *quam Dominus per beatum apostolum suum Paulum dignatus est dicere, ubi ait: 'Argue, obsecra, increpa!' semper ex ore proferte vestro ad omnes. Vestra sanctitas, credo, bene sciat,* 45 *quem arguere debeat, quem obsecrare et quem increpare. Propterea dico, pater, ut nullum* Ps 38, 11. *periculum remaneat in vobis, unde in perpetuum damnari debeatis; set libera voce cum psalmista dicere valeatis: 'Iusticiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi'. Tamen omnia cum karitate et discretione agite, vosque Trinitas sancta custodiat et premium largiatur aeternum! Amen.* 50

a) e *ante* meum *eras.* 1. b) *deest* 1. c) virtuti 1; urgenti 3. d) ępiculos 1. e) *inter* viam *et* scilicet *vacat spatium fere 20 litterarum* 1. f) omibus 1. g) cannon. 1. h) acerrissimo 1. i) *inter* Christi *et* tactus 8 *litt. spatium vacat* 1. k) sceleri *corr.* celeri 1. l) nouuos 1. m) *ita Nicolai p.* 208; parcat 1 *et* 3. n) *vocabulum quoddam* (excellis *vel simile*) *deesse videtur.* o) occul. 1. p) quo *corr.* qui 1.

1) Haec fratres monasterii addidisse videntur. 2) Narbonensi. 55

VITA EIGILIS ABBATIS FULDENSIS AUCTORE CANDIDO.

Candidus, monachus et presbyter Fuldensis, 'qui proprio nomine Bruun . . . nuncupabatur'[1]*, fortasse natione Anglosaxo, vel certe primis litterarum elementis ab Anglosaxone quodam imbutus*[2]*, procul dubio idem est qui a Ratgero abbate 'ad Einhartum variarum artium doctorem peritissimum' missus narratur*[3]*; ubi in litteris ita profecit, ut inter Fuldenses saec. IX. doctrina et praesertim linguae Latinae usu elegantiore conspicuos — Rudolfum, Hrabanum dico — non ultimum occupet locum. Ab Eigile*[4] *abbate rogatus est, ut vitam Baugulfi abbatis (qui obiit a.* 815*) 'litteris explicaret'; quod opus num absolverit, non constat*[5]*, certe ad nos id non pervenit. Postea vero, e monasterio in remotiorem quandam ecclesiam missus*[6]*, ab Eigilis successore Hrabano admonitus, 'ut legendo et dictando se exerceret', de illius vita iam senex*[7] *duos libros composuit, unum prosa, alterum versibus, et utrumque compresbytero Modesto, qui proprio nomine Reccheo nominatus*[8] *est, dedicavit. Quos quamvis in unum corpus conligatos dicat, 'ut in rerum narratione alter alteri subsidia ferret', primum Vitam metricam scriptam esse, putarim, cui alteram post addidit, modo breviorem, modo auctam, uno saltim loco mitiore animo scriptam*[9]*. Attamen nunc hanc solam recudere satis duximus, cum Vitam metricam in alia nostrae collectionis serie (Poetae aevi Carolini II, p.* 96*) nuper ediderit socius E. Dümmler, qui etiam de auctore accuratius egit; locos tamen quosdam graviores notis inseruimus.*

Vita pedestri sermone scripta in Eigilis electione vivide narrata, in consecratione et confirmatione ab imperatore impetrata immoratur necnon quae ipse paucis annis quibus monasterium rexit (a. 817—822*) in ecclesia restauranda,*

1) Ita post praefationem Vitae metricae praemissum. 2) Quod coniicere licet, si recte Dümmler ('Forschungen' VI, p. 119) codicem nunc Wirzeburgensem, Anglosaxonicis litteris exaratum, cui subscriptio addita est: *Cognoscatis, quod ego Bruun scripsi istam regulam sancti Benedicti abbatis* etc., huic vindicet. Certe Candidus saepius ad regulam illam provocat. Cf. n. 3. 3) Catal. abb. SS. XIII, p. 272, ubi 'Brunan' scribitur, nescio an forma Anglosaxonica. 4) Hanc nominis formam retinui, in Ann. necr. Fuld. (SS. XIII, p. 166. 171) et Catal. abb. (p. 272) traditam, quamvis in Vitae editione modo Aeigil(us) modo Aegil scribatur; Aegil (vel Egil) etiam in praef. Vitae Sturmi; in Ann. necr. semel Egil. 5) Certe hoc minime dicit, immo contrarium innuere videtur, cum mox de Vita Eigilis a se incepta moneat. Aliter Mabillon; Abel, 'Jahrb. Karl d. Gr.' I, p. 273; Wattenbach, 'GQ.' I, p. 189; Simson, 'Jahrb. Ludwig d. Fr.' I, p. 376; Ebert, 'G. d. Litt.' II, p. 330; Dümmler, Poetae Car. II, p. 95. 6) Id praefatione satis aperte indicat, ubi Hrabanum dicentem infert: *dum ego ibidem, ubi nunc ipse moraris, quondam commanerem.* De hoc loco nihil certi constat, nisi Petersberg intelligas, quo Hrabanus ab abbatia cedens se contulit, et cuius ecclesiam ipse condidisse dicitur (Catal. l. l.). 7) V. p. 222, n. 2. 8) Recte Mabillon quae prologo metricae Vitae addita sunt: *Praefatio Candidi ad Modestum, qui proprio nomine Bruun et Reccheo nuncupatur*, ita emendavit, ut *nuncupantur* legeret. Nam vix duo nomina Germanica uni homini conveniebant; et in Ann. necrol. Fuld., l. l. p. 173—175, Reccheo a. 839. et 843. (v. not. c. 4), Brun a. 832. 845. nominantur. Reccheo presbiter scripsit traditionis chartam a. 819 (Dronke nr. 388, p. 176). In Cat. abb. Fuld. l. l. vero Modestus dicitur. Quare haec nomina non mere ficta habere licet. 9) Ita recte Simson l. l. p. 375. monuit.

in novis aedificiis exstruendis, in diligenti cura monachis adhibita egit laudibus extollit. Certe has res bene eum compertas habuisse, non est quod dubitemus, cum Eigilis familiaritate gloriari posset[1] *et vel a se ipso visa vel a fratribus audita referret*[2]. *Motus, quibus Fuldense monasterium suo tempore agebatur, animo candido memoriae tradidit et luculentum harum rerum monumentum reliquit. At nimis verbosus est, res valde ampliat et ornat, praesertim imperatori Ludovico orationes tribuit ex ingenio, ut ipse profitetur, compositas*[3].

Quod post imperatoris mortem factum esse, praefatio indicare videtur[4]. *Quocum convenit, quod Reccheonem seniorem presbyterum auctor mortuum dicit, quem a.* 839. *obiisse, Annales necrologici Fuldenses tradunt*[5]. *Cum vero Hrabanum abbatem laudet, qui iam a.* 842. *hac se abdicavit dignitate, inter a.* 840. *et* 842, *id est viginti fere post Eigilis mortem annis, opus suscepisse putandus est. Ita fieri vix potuit, quin res etiam a se visas non mere historico ritu traderet; certe nullo loco temporum notam addidit vel res publicas tetigit.*

Ipse tunc iam senex non diu superstes fuit. Nam procul dubio ille habendus est Brun, qui a. 845. *obiit*[6]. *Non solum vero scriptoris et poetae*[7] *laude claret Candidus, etiam pictoris officium suscepit aramque ornavit, ad quam Bonifatii reliquiae ab Eigile sunt translatae*[8].

Eigilis vitam e tenebris eruit Browerus, qui fragmenta Antiquitatibus Fuldensibus a. 1612. *inseruit, integram in libro 'Sidera illustr. Germaniae' Moguntiae* 1616. *edidit; quem Mabillon, Acta SS. IV,* 1, *p.* 228; *Schannat, Hist. Fuld. Cod. prob. p.* 88; *Migne CV, p.* 381. *secuti sunt. Cum codicem illum coaevum, etiam picturis insignem, perditum lugeamus, neque alter unquam visus sit, editionem principem etiam nos recudamus, necesse est, leviter in verbis scribendis ex more saec. IX. emendatam.* *G. W.*

Dilectissimo fratri et conpresbytero suo Modesto Candidus perpetuae pacis et beatitudinis optat in Christo salutem. De cetero quoque notum facio tuae caritati, quod anno praeterito domnus abbas Hrabanus, cum illi querebar, quia non haberem quemquam mecum consociorum, cum quo in divina lectione disputando et legendo proficere potuissem, tale mihi responsum referebat: 'Exerce', inquit, 'temet ipsum legendo et aliquid utilitatis adde dictando. Nam dum ego ibidem, ubi nunc ipse moraris, quondam commanerem, librum prosa et versibus in laudem sanctae crucis, divina gratia inspirante, incepi atque fidelibus legendum studioso labore consummavi'. Hac igitur, frater, licentia fretus, duos libros de vita Aeigili[a] abbatis nostri dictando et scribendo Dei dono peregi; unum prosa, alterum

a) *ita h. l. et nonnumquam postea et in Vita metrica Br.*

1) Cap. 20. 2) V. metr.:

culmina vitae,
Quae iuvenis iam postque senex celeberrima vidi,
Rebus in eximiis quaeque interdum auribus hausi
Relligiosorum ex dictis pia facta virorum.

3) Praef. — Iusto aequius de his iudicavit Ebert p. 331; nam nonnisi 'benivolam voluntatem' imperatoris se enodasse, dicit; neque ipse inter legatos Fuldenses fuit, quos ille bis allocutus esse narratur. — Quae ex Cassiano, Gregorio, Iohanne Chrysostomo affert vel ex libello Fuldensium exscribit, minime Ludovici esse possunt. 4) Conf. verba: *quatenus per hoc misericordiae bonum eius memoria subolumque illius apud nos nostrosque successores in sancta oratione maneat semper.* Ita Dümmler p. 95, n. 2. etiam verba *sospite regno* (V. metr.) recte interpretari videtur, i. e. nondum diviso. 5) V. p. 221, n. 8. Ita Dümmler l. l. 6) Ann. necr. p. 175. Ita recte Dümmler l. l. Nam ante alterum Brun vel Bruun, qui a. 832. mortuus recensetur, p 173, nullus Reccheo nominatur. 7) Etiam magistri titulum sibi sumsit (n. 8); neque tamen, ut Ebert vult p. 330, scholam Fuldensem ipsum rexisse putarim, cum tunc temporis a Fulda remotus esset; magistri vero titulo non solum Hrabanum ornat, sed etiam Racholfum, qui cryptis exstruendis operam navavit (v. infra). Scholae praefecti scholastici vocantur. — Fortasse vero aliquot alumnos habuit, ut se 'antiquum praeceptorem' Modesti dicere quiverit. 8) V. metr. c. 17, v. 131 sqq.:

Hoc namque occidua martyr tumulatus honore
Altithroni regis compta iacet altus in ara,
Absida quam super exstructa namque imminet ingens,
Quamque egomet, quondam hac Christi nutritus in aula,
Presbyter et monachus Bruun vilisque magister,
Depinxi ingenio tenui parvaque Minerva
Formans expressi varios ferrugine vultus.

vero versibus explicavi. Quos tamen ideo in unum corpus conligare rogabam, ut in rerum narratione alter alteri subsidia ferret. In quibus nimirum Hluduici serenissimi augusti clementiam circa nos factam reverenter expressi, cuius commonitionem atque doctrinam, etsi ita ut ab eo prolatae sunt ad integrum explanare nequivi, benivolam tamen voluntatem 5 illius secundum legem Dei et sanctorum dogmata patrum enodare curavi, quatenus per hoc misericordiae bonum eius memoria subolumque illius apud nos nostrosque successores in sancta oratione maneat semper. Hoc igitur opus, dilectissime frater, ad profectum et utilitatem legentibus Deo donante congessi et tibi famulo Dei consecravi, ut sit in memoriam antiqui praeceptoris tui iugiter apud te. Vale.

10 Ex eo igitur tempore, quo me venerabilis pater Aegil vitam Baugulphi cari abbatis nostri iam de ergastulo corporis absoluti intima exhortatione persuasit litteris explicare, ex eo me libuit benivolentiam, studium et gravitatem tanti patris memoriae commendare.

1. Hic igitur vir parentibus ingenuis Norica provincia ortus, non longe post martyrium beati Bonifacii translatus est gratia servitutis Dei ad monasterium in silva Bochoniae 15 constitutum secus ripam fluminis Fuldae, ob cuius vicinitatem hoc monasterium usitato nomine Fulda nuncupatur; ubi martyr Christi Bonifacius sacro corpore requiescit, et vir venerabilis Styrmi, cognatus eius de quo loquimur, eo tempore turbam monachorum dignis conversationibus regere videbatur. Huic nimirum adhuc puerulus Aegil, de patria transportatus, honorifice a parentibus praesentatur. Quem paterna pietate blanditiis de- 20 linitum scolae congregationi, ubi lex divina iugi exercitatione discitur et docetur cum summa industria, causa litterarum sociare mandavit. Qui mox, divina gratia ministrante, in tantum proficiebat cotidie in meditatione Sanctarum[a] Scripturarum, ut etiam apes esurientes in colligendis floribus imitari videretur.

2. At vero, non multis post haec evolutis annorum curriculis, confortatus in Dei 25 servitio, fit monachus. Abbati suo videlicet carus et cunctae congregationi suavis, memoriam habens iustitiae Dei, quam docuit eum Deus a iuventute sua, ut adnuntiaret mirabilia eius[1]. Hinc etiam processu temporum divina dispensatione promotus, ordinatur ab Lullo episcopo Mogontiacensis ecclesiae presbyter, qui post sanctum Bonifacium magnum et electum Dei pontificem eius urbis episcopatum tenebat primus.

30 3. Interea igitur Styrmi primus abbas et fundator monasterii Fuldae, quem sanctus Bonifacius, praeceptor eius, heremitam suum vocitare solebat, morbo atque senectute lassatus, coepit infirmari; qui etiam non post multo temporum intervallo senex et plenus dierum in pace migravit de hac luce temporali ad lucem, credimus, sine fine durantem. Cui namque successit Baugolfus Germanicus, eiusdem monasterii monachus. Hoc nimirum cessante, 35 Ratgarius[2] eligitur in patrem mira concordia fratrum. Quo iam decedente[3] ob quandam discordiam, quam seminaverunt inter eum et fratres illius membra capitis omnium iurgiorum[3], surrexit statim cura et auxilium circa nos Hludwici serenissimi augusti; cuius etiam cor nostra miseria adeo commoverat, ut diceret, se tantum doloris numquam expertum, excepto eo, qui ei acciderat ex morte beatae memoriae Karoli genitoris sui. Hic igitur misit 40 nuntios suos Aaron et Adalfridum cum sociis ipsorum, monachos scilicet occidentales[4], qui nos in temptatione temporalis miseriae consolando sublevarent et, si quae de regulae institutis apud nos aut incoepta[b] aut dilapsa fuissent, fraterna dilectione praemonendo corrigerent.

779. 802. 817.

a) scientiarum *Br.* b) *i. e.* non coepta.

45 1) Cf. quae Eigil scripsit in Vita Sturmi, SS. II, p. 366. 2) Iisdem verbis utuntur Ann. breves Fuld., SS. III, p. 117. 3) V. metr. c. 5. ita:

Hoc nam cessante successit Monoceros, qui
Forte gregem sibi commissum — res foeda refertur —
50 *Nescio qua fronte, stimulis agitabat ineptis,*
Donec vi nimia pastum fontesque fluentes,
Dulcia namque loca et stabula alta coactus
Deserit atque fuga regnis decessit avitis.
Quid maiora sequar? thomi dum pondus in istis,
55 *Si quis ab ore velit peragrans haec cuncta referre.*
Congeritur quodam instinctu grex omnis ab uno
Lanigero, circumspecte collectus in unum, et
Spem sibi direptam saltim viresque recepit
Atque iterum insolitum repedavit concite pastum.

6. *Hinc quoque sublato silvestri Monocerote* etc.

4) Id est Gallicanos. Aaron et Adalfridus cuius monasterii fuerint, divinare nolim. Inter fratres conscriptos monasterii Sancti Galli recensetur *Aaron monachus de coenobio sancti Petri fontis Besua* in Burgundia (Libri confrat. p. 27). MAB.

818. 4. Eramus quidem multo tempore in coenobio degentes vitam quietam sub eorum magisterio, addito praeposito et decanis ab eisdem constitutis. Postmodum namque congregatio fratrum, inito consilio cum Aaron et sociis eius, miserunt Adalfridum unum ex eis, virum, ut nobis videbatur, bene morigeratum, et cum eo fratres nostros[1] ad imperatoris clementiam, si forte dignaretur quid indignis de abbatis electione praemonstrare. Quibus sane clementer susceptis, electionem concessit et, ut esset eadem electio secundum regulae auctoritatem, satis evidenter edocuit, saepe commemorans austeritatem indiscreti pastoris. Cum autem reversa esset haec eadem legatio et intrasset monasterium Fuldam, congregatis fratribus imperatoris mandatum exposuit hoc modo: 'Fratres, Hludwicus serenus augustus remandavit vobis salutem. Electionem vero quam petistis hilari vultu perdonavit. Insuper etiam hoc frequenti admonitione repetivit, ut hunc talem, si quis sit, in hoc opus eligatis, qui vobis secundum Deum et sanctae regulae auctoritatem velit esse pater et possit'. His autem fratres auditis sermonibus, proni adoraverunt, gratias agentes imperatori. Postea vero a senioribus persuasum est cunctae congregationi, ut hoc negotium precibus altis Dei dispositioni commendare studerent et invicem conloquendo et disputando semper ad eius referre voluntatem.

5. Hinc tamen interea quaestione suborta, facta est non modica dissensio, sicut saepe fieri solet in turba diversae voluntatis, quae tumultuando et fluctuando non valet, nisi unitati adquiescat, portum capere veritatis. Crescebant namque inter fratres alternatim sermones, procedebant in publicum verba, saepius in abscondito murmuratio; quidam hunc, quidam vero illum sibi praeesse contendunt. Quem una societas appetebat, altera denegabat; et in omnibus his confabulationibus semper ad exemplum amissi abbatis austeritas versabatur, quem non tam sua quam adulatorum et accusatorum subvertebat nequitia. Quidam autem fratrum de nobili genere abbatem sibi creare conati sunt, dicentes: 'Si hunc suscipimus, defendit nos contra comites et potentiores nobis, quin et imperatorem nobis sua dignitate propitium facit. Scitis, quare? quia habet in palatio generositatem'. Huius itaque assertioni alius obviabat, dicendo: 'Quiescite, fratres, ab hac alta et generosa electione, quia infirma mundi et contemptibilia elegit Deus. (cf. 1. Cor. 1, 27. 28.) Infirmitas namque in Deo innocentia est, ignobilitas autem humilitas; nam innocentia sine Deo infirmitas aestimatur, et humilitas non propter Deum ignobilitas iudicatur. Tali etiam, non dico nobilitati, sed ignobilitati si colla subicimus, quo nos vertimus, si aversus fuerit a nobis opprimens nos? Si ei humiliter suggerimus, ut quiescat, fortasse maiori commotus iracundia, non quiescit, quia confidentiam habet in propinquis'. His quoque hoc modo altercantibus, alius quidem propius sedens adfirmabat, satius eligendum patrem doctrina pollentem, alius iuvenem, alius mediocrem. Econtra vero alii retractantes dicebant: 'Si doctum et nimis eloquentem promoverimus, et postmodum sanam doctrinam postponens[a], iracundus et obstinatus contra praeceptum veritatis fuerit effectus, quid faciemus? Scit enim multiplices syllogismos, et deprimit nos cum austeritate pauca sibi suppliciter suggerentes, licet iustam habeamus querelam; aut forte — quod timendum, quin et dolendum est —, si eius obstinationi paululum necessario responsum dederimus, ita dixerit: "Quare contenditis mecum, cum regula[2] prohibeat, uti monachus cum abbate suo non contendat"? et sic, cum voluerit et quotiescumque voluerit, necessariam suggestionem dicet esse contentionem. Ac per hoc, fratres, omnia tuta timentes formidamus et nescimus, quo nos vertamus. In multis siquidem rebus conterriti sumus, quia, ut vulgo dicitur: "Homo ustulatus ignem timet". Nonne igitur ista quae protulimus ita nobis iam fuisse vel deinceps fieri posse videntur? Nonnulli igitur ex nostris, quos bene fraternitas vestra novit ex nomine, sub praetextu alicuius utilitatis ad alia monasteria propter quandam parvissimam responsionem necessariae dictionis in exilium transmissi proprio loco privantur et — quod eo siquidem tempore dictu et visu miserabile fuit — senes atque decrepiti absque ulla miseratione ad diversa loca trahebantur inviti. Scitis, fratres, si haec ita sint? Scimus sine dubio, quia scitis, nec vos horum quicquam latere potest, quorum notitiam longo tempore penes vos habuistis'. Sic et sic, frater Modeste, quaestio suborta versabatur; et sic de huiusmodi personis diversa sentientes dicebant. Sed nec quidem aberant in hac permutatione verborum coaetaneis consocii, hoc

a) proponens *Br.*; *corr. Mab.*

1) *Odilhoh, Reccheo et senior iam functus, uterque presbyter et monachus* (ita cum Mab. distinguendum puto) dicuntur V. metr.; Uodalhoh a. 831. obiit, Ann. necr. Fuld. p. 172; Reccheo alter a. 839, p. 174, alter, fortasse qui Modestus dictus est, a. 843, p. 175. 2) Reg. S. Bened. cap. 3.

modo, licet in angulo, susurrantes: 'Si te vel te nobis praeficimus, dic nobis, oramus, in veritate, si velis tunc nobis facere bene. Putamus sane, quia velis et facias. Tu enim nosti, cum quali tribulatione corporum et animarum periculo degebamus simul in hoc monasterio sub abbate litigioso; ac per hoc credimus, quia nostri misereris. Scis enim, ubi ille errabat, et in illam partem non declinabis. Foedum est enim apud te, ut postmodum id facias, quod antea in odio habuisti, et qui alium quondam in primatu constitutum vituperabas in multis, in eodem primatu postmodum in eisdem reprehensibilis inveniaris; ac per hoc maxime, quia nunc nobiscum detestaris, reprobas rectoris tui et iudicas actiones. Quid dicis ad haec? Fortasse nobis omnia bona pro tua possibilitate promittis? Sed cum electus fueris ad hoc magisterium — quod optamus —, timebimus nobis, ne, quando eveniat, ut obliviscaris fraternitatis et humanitatis tuae circa nos et efficiaris ut leo, more prioris[1], in domo tua evertens domesticos tuos et opprimens subiectos tibi. Nosti quoque infirmitatem morum et corporum nostrorum, nec te quicquam latet secreti nostri. Quapropter maxime suspicamur, si alienatus fueris a nobis, ut ungulas nobis detractionis in dorsum ponas et prava iuvenilium actionum suspicione nos deridendo confundas'. Talis quoque fuit confabulatio diversarum mentium, et taliter pervagatio cordium procedebat in publicum.

6. Erat igitur eo tempore fratrum nostrorum turba valde confusa, nec ullum adhuc inter fratres simplicitatis apparuit documentum. Factum est autem, cum haec orta dissensio finiretur, extollens vocem pars prima patrum saniori consilio dixit: 'Oremus, fratres, inprimis omnipotentis Dei bonitatem, ut secundum voluntatem suam audiat nos deprecantes, et ut nobis ea concedat postulare, quae ipse nobis expedire cognoscit, quatenus secundum voluntatem eius orantes, salvari mereamur per eum qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire'. Post hanc igitur sanctam et salubrem patrum doctrinam, expleta oratione, fratres congregati consederunt in unum. Quos etiam iterum pars prior seniorum tali locutione roboravit: 'Confidite', inquit, 'fratres, confidite, et sit vobis in Deo cor unum et anima una, nec quisquam vestrum propter amorem Dei et proximi, quid sibi soli utile sit, sed quod multis, quaerat, ut in hac dilectione discipuli Christi nominemur et simus. De cetero quoque, inspirante ac demonstrante Spiritu sancto, visum est nobis, si vestrae placuerit voluntati, quod pater Aeigil propter aetatis suae maturitatem, immo etiam et gravitatem morum suorum congruentius conveniat in locum ministerii huius, de quo sublatus est ille qui nobis ante praeerat'. Quo dicto, statim universa multitudo monachorum consensit consilio eorum et actu; quamvis pauci propter constantiam mentis illius de hac conventione claudicarent, timore correpti. Erat enim constans et bene cordatus, duri cordis et indisciplinatis durus, mitibus vero et bene morigeratis, ut in melius proficerent, mitis; eratque hilaris facie, laetus mente, discretus in opere, consentiens in utilitate. Accusatorum nugas et frivola vaniloquia audire non consensit, sciens se inde magis turbari quam iucundari. Suspicionem prorsus menti suae quietis amator non permisit dominari, neque angulosis vir simplex delectabatur insidiis. Noxia quaeque vetuit, sed maxime furum commissa persequebatur et aperta mala reorum constanter agendo damnabat.

7. Postquam vero, ut dictum est, iuniores super abbatis electione cum senioribus concordati fuerant, rogabatur Aeigil a fratribus manifeste, ut regimen et curam illius monasterii suscepisset, sibi ad praemium, fratribus vero ad exemplum, utrisque autem in commune, divina gratia praeveniente atque subsequente, ad perpetuam sanitatem. Quo nimirum multimoda narratione reluctante, consolabatur eum blandis sermonibus concordia fratrum. 'Noli', inquit, 'timere, pater, quia parati sumus fascem huius laboris tecum sponte sufferre; et non dimittimus te sub tanto pondere sudasse solum, maxime si nobis modo in hac necessitate spontanea voluntate succurris'.

8. Vix igitur precibus fratrum superatus, suscepit saltim cum magno timore impositi sibi regiminis curam, manifeste pronuntians, quia fugam tanti laboris pro humana laude non fecerit, sed quia senectutis et infirmitatis suae causa tam difficilem et arduam rem declinare curasset.

9. Non multis igitur post haec evolutis diebus, pater iste noviter constitutus et Aaron presbyter primus ex monachis occidentalibus, turba fratrum comitante, imperatorem

1) Scil. Ratgarii abbatis. MAB.

[818.] adierunt[1]. Quibus sane misericorditer salutatis, his sermonibus adlocutus est eos: 'Vos igitur, patres, fratres et dilectissimi filii mei, scitis, scio et ego, novit etiam pene totum regnum meum, quanta pericula vos circumsteterunt ex tempore beatae memoriae Karoli genitoris mei usque huc. Sed quia nunc divina miseratione salvati estis, erigite corda vestra in Domino moestumque metum huius tempestatis et diras mentium vestrarum secludite curas. Conversationem vestram secundum Dei timorem et sanctae regulae auctoritatem componite, ut in ea permanentes heredes sitis regni Dei. Si enim suscepistis minimam inchoationis[2] regulam et in ea confidentiam habuistis, iuxta promissum beati viri Dei Benedicti vitam perpetuam vos adipisci, quare neglexistis tantum bonum, dimittentes propter unius conservi obstinationem locum vestrum et legem? Quis vos fascinavit in tantum veritati non obedire? Putabat enim quandoque pater meus nuperrime nominatus, arbitrabar et ipse in imperio natus, si legem vestram atque institutum vobis infringere voluissem, quod absit! mihi adsensum minime dedissetis; nondum enim usque ad sanguinem restitistis. Turpe est propter unius minas legem veritatis et locum sanctum tam facile dimittere, cum plurimi sanctorum pro lege Dei sui certarint usque ad mortem et a verbis iniquorum non timuerint. Quare hoc fecerunt? Quia fundati erant super Christum, firmissimam petram. Vos igitur, fratres, habetis notitiam Divinarum Scripturarum, habetis praecedentium exempla sanctorum patrum; tenetis praeterea regulam vobis specialitater institutam; in quibus sine dubio vos ipsos quasi in quodam speculo [Rom. 15, 4.] considerare potestis, quales sitis et quo tendatis. *Quaecumque enim*, ait apostolus Paulus, *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus.* Nam prima legis in monte Sinai ordinatio haec ad Moysen data [Deut. 6, 5.] est: *Diliges*, inquit, *dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota mente tua et ex tota virtute tua et ex tota anima tua, secundo proximum tuum sicut te ipsum.* Vacat enim dilectio Dei, nisi subiungatur et proximi. Plenum ergo praeceptum est veritatis, ut maneat in sensu individua regula caritatis. Cura ergo disciplinae monachorum perfecta dilectio est, [cf. Hebr. 13, 5.] haec vinculum caritatis et pacis exhortatio[a], sine avaritia. Igitur in dilectione sincera modus sufficiens est praesentibus, et qui invicem diligunt, filii regni vocantur perfecte invicem diligentes. Ipsi sunt qui manducant panem in regno Dei, sine macula vivunt et alieni a ruga discordiae. Studete igitur, fratres, complacere Deo, conversationem spiritalem habentes, divina mandata eius conservantes. Cum sapientia legis praecepta in tenebris cordium vestrorum sint; ne quidem amplius aliquid sapiatis praeter id quod simplicitas affirmat Scripturarum Dei. Multi enim aliter de Deo sentientes exciderunt a dilectione Dei et proximorum suorum. Dissensiones, si quas habetis inter vos, proicite ab invicem, [1. Cor. 14, 33.] scientes, Deum non esse seditionis, sed pacis. Ignoscite invicem, et dimittant singuli [Matth. 6, 12.] iuxta praeceptum euangelii debita fratribus suis et tristitias ac simultates! et si quid est iurgii, a choro sanctorum abigatur. Liberate corda vestra timore Dei, ut, fugato mendacio, dominetur veritas, et cessantibus bellis, pacis tranquillitas redeat, ut in ea ambulare possitis coram Deo et hominibus! Omnes aequaliter, moneo, diligatis in Christo, ut serviatis Deo et concordiae, et non concupiscentiis variis oculorum vestrorum et tumentis scientiae fraudulentiis carnisque vitiis, e quibus oriuntur scismata, contemptus legis Dei, contentio, malae cogitationes, quae igne iracundiae bullientes, quasi aqua erumpunt foras et dispumant in corporis voluptatibus. Propter peccata siquidem homines famem, pestilentiam, [cf Eccli 39, 35. 36.] mortalitatem, bestias perpessos esse, Sapientiae liber manifeste proclamat. Quibus nimirum incommodis ab initio mundi usque nunc humanum genus desudasse dinoscitur, et maxime [2. Tim. 3, 1. 4, 3.] nunc; quia, ut apostolus ait, instant tempora periculosa, et sunt homines se ipsos amantes et coacervantes sibi magistros secundum desideria cordis eorum. Quod nefas non mediocriter in quibusdam monasteriis neque latenter, sed patenter[b] et infeliciter regnare videtur; cum quilibet potentiores in congregatione personas sibi consentientes praesumptuosa[c] contentione abbates ordinare conantur; quatenus illis dominantibus ipsi pariter omnium dominentur, cunctaque monasterii ministeria eorum tantummodo, qualecumque sit, consilio disponantur. Ex his nimirum nascuntur praesumptiones in socios, indignationes, iudicia

a) exhortatur *Br.* b) patienter *Br.; corr. Mab.* c) praesumptiosa *Br.; corr. Mab.*

1) V. metr. c. 12:
At senior, fratrum stipante caterva,
Intrans procidit ad genua, genibusque volutans,
Una cum sociis vultum regnantis honorat.

2) Sic regulam suam prae modestia vocat sanctus Benedictus in regulae capite ultimo. MAB.

iniusta, consilia mala, accusationes caecae, susurrationes et cetera mala, quae monasticae 818.
vitae probantur inepta. Hinc quoque prorumpunt animositates, contradictiones, inimicitiae, murmurationes assiduae et cetera noxia, quibus inretiti periculo subiacebunt. Sed his ita ubicumque sint manifestatis, currendum est et agendum omnibus in Christo fidelibus, ut
5 zelo iustitiae corripiantur auctores dissensionis, et tollantur de medio fratrum qui eam operantur, secundum apostoli praeceptum dicentis: *Auferte malum ex vobis ipsis,* donec 1. Cor. 5, 13
digna satisfactione ab huiuscemodi morbo sanentur. Haec igitur omnia, fratres mei dilectissimi, vobis ad cautelam et salutem animarum vestrarum, prout potui, diligenter explicare curavi. Idcirco etiam, fratres, estote prudentes, et in hac electione vestra mentis
10 intuitu vigilate, ut sit secundum Deum et sanctae regulae institutionem. Quia si quis, ut ait Cassianus[1], regularibus institutis sub seniore non fuerit eruditus, nunquam poterit ullo modo fratrum congregationem praecedere; quia, quid minoribus obtemperaturis imperare oporteat, obediendo non didicit, nec, quid minoribus tradere debeat, seniorum prius adsecutus est institutis. Nunquam poterit salutaria praecepta audientibus discipulis dare,
15 nisi qui prius universis virtutum disciplinis fuerit eruditus; nam alios bene regere, summum donum et gratiam Spiritus sancti verissime patres nostri dixerunt. *Praeterea vero singula haec mala sunt,* ut beatus papa Gregorius in libro Pastorali commemorat[2], *quae a subditis saepe in praelatos, saepe a praelatis in subditos committuntur, quia et omnes subditos hi qui praesunt minus quam ipsimet sapientes arbitrantur; et rursum qui subiecti sunt rectorum suo-*
20 *rum actiones iudicant et, si ipsos regimen tenere contingeret, se potuisse agere melius putant. Unde plerumque fit, ut et rectores minus prudenter ea quae agenda sunt videant, quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat; et nonnunquam is qui subiectus est hoc, cum praelatus fuerit, faciat, quod dudum fieri subiectus arguebat; et pro eo quod illa quae iudicaverat perpetrat, saltim, quia iudicavit, erubescat.* Sed neque hoc praetereo, quod idem papa in eodem
25 libro commemorans ait de inani timore quorundam praelatorum[3]: *Saepe,* inquit, *novimus, quod plerumque qui praesunt inordinatum sibi metum a subditis exigunt et non tam propter Dominum quam pro Domino venerari volunt. Intus enim se tumore cordis extollunt et cunctos subditos in sui comparatione despiciunt, nec condescendendo consulunt, sed dominando praesumunt, quia*[a] *videlicet alta cogitatione se erigunt et aequales se illis quibus eos praeesse*
30 *contigit non agnoscunt. Contra hunc tumorem per Ecclesiasticum librum dicitur: 'Ducem te* Eccli. 32, 1.
constituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis'. Hunc tumorem per prophetam Dominus in pastoribus increpans ait: 'Vos autem imperabatis eis cum austeritate et potentia'. Ezech. 34, 4.
Quia ergo unusquisque rector, quoties extollitur in eo quod ceteros regit, toties per lapsum superbiae a summi Rectoris servitio separatur, et cum aequales sibi subditos despicit, eius
35 *super se dominium, sub quo omnes aequales sunt, non agnoscit.* Hi tales, fratres mei, dum a consentaneis non tam prodesse quam congregationi praeesse coguntur, simulata impossibilitate repugnant; et tamen ad hoc magisterium, ad quod quasi trahuntur inviti, ne non perveniant, timent, et cum forte pervenerint, quanta hoc prius ambitione mentis amaverint, postmodum diversis speciebus informant'.
40 10. Cumque haec et alia multa benivola voluntas imperatoris in commune fratribus (12)
obtulisset, ait: 'Producite patrem, quem vobis elegistis, ut videam et sciam, quis sit'. Quo dicto, statim cum festinatione pater Aeigil praesentabatur eius obtutibus, vir scilicet et maturae aetatis et gravis aspectu. Quem intuens imperator, inquit: 'Istene est ille frater, quem sibi tota concors congregatio secundum Dei timorem et sanctae regulae auctoritatem
45 uno ore probat ac postulat?' Inquiunt: 'Iste'. 'Istum', inquit, 'nunc vobis committo, fratres, secundum Dei timorem et sanctae regulae auctoritatem, ut sit vobis pater, pastor et frater iuxta monitorium[b] beati Benedicti, qui hanc eandem regulam monachorum Spiritu sancto repletus cum magna discretione conscripsit suisque secum servandam mandavit alumnis. Vos autem, filii, hunc senem patrem vestrum sanctis conversationibus vestris honorate, sin-
50 cero amore diligite; obedientiam vero non solum illi, verum etiam ad omne opus bonum certatim vobis invicem exhibere curate. Tu vero, pater mi, iuniores tuos cum omni studio et sagacitate secundum Dei voluntatem servare contende, quatenus in hac sancta concordia perseverantes, ad eum pervenire mereamini, qui ad hoc solummodo descendit de caelo, ut mundum Deo Patri pacificaret per ipsum. Vobis igitur scientibus legem Dei loquor, de qua
55 a) qui *Br.* b) monasterium *Br.*

1) Cassiani Inst. lib. cap. 3. 2) Moral. XXV, 16 (21). 3) Ibid. XXIV, 25.

818. nihil aliud hortor, nisi ut legatis et iuxta possibilitatem, quam Dominus donaverit, verba vertatis in opera. Immensa vero aedificia, pater, et opera non necessaria, quibus familiae foris et intus fratrum congregatio fatigatur, exhinc penitus ad mensuram dimitte; et memento, quam saepe huius nimietatis querimonia genitoris mei ac nostras aures inquietabat[1]. Ad hoc enim me, licet minus idoneum, tamen divina potentia in hoc subrogavit imperium, 5 (cf. Iob. 29, 15. 16) ut essem oculus caeco et pes claudo, pater essem pauperum et causam quam nescirem diligentissime investigarem; ac per hoc huius religionis non possum utilitatem non loqui. Iohannes vero ille Chrysostomus de his qui martyria aedificant et ecclesias ornant eleganter commemorans ait[2]: *Ecce enim*, inquit, *qui martyria aedificant, ecclesias ornant, bonum opus facere videntur.* Sed et siquidem et aliam iustitiam Dei custodiunt, si de bonis eorum 10 pauperes gaudent; si aliorum bona per violentiam non faciunt sua, scito, quia ad gloriam Dei aedificant. Si autem alias iustitias Dei non servant, si de bonis eorum pauperes non gaudent, si aliorum bona faciunt sua aut per violentiam aut per fraudem, quis tam insensatus est, ut non intelligat, quia non ad gloriam Dei faciunt aedificia illa, sed propter aestimationem humanam? Et iuste aedificant martyria, ubi pauperes violentiam passi ab eis 15 interpellent contra eos? Non enim gaudent martyres, quando ex illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant. Qualis est illa iustitia munerare mortuos et spoliare viventes, de sanguine miserorum tollere et Deo offerre? Illud non est Domino offerre, sed velle violentiae suae socium facere Deum, ut, si obligatam sibi pecuniam de peccato libenter acciperet, consentiat in peccato. Vis domum Dei aedificare? Da fidelibus pauperibus unde 20 vivant, et aedificasti rationabilem domum Dei. In aedificiis enim homines habitant, Deus autem in hominibus sanctis. Quales ergo illi sunt, qui homines spoliant et aedificia martyrum faciunt, habitationes hominum componunt et habitationes Dei disturbant? Substantiam vero, mi pater, monasterii tibi commissam caveto, ne audaci iudicio imprudenter effundas, nec aliquid iniuste iubeas aut constituas, quasi liberam habeas potestatem. Hieronymus 25 quoque te docet, scribens ad Paulinum[3], ne pauperum Christi res effundas: *Quae utilitas est*, inquit, *parietes fulgere gemmis, et Christum in pauperum fame mori?* Iam non sunt tua quae (Act 5.) possides; dispensatio tibi credita est. Memento Ananiae et Saphirae. Illi sua timide servaverunt; tu considera, ne Christi substantiam imprudenter effundas, id est ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus, et secundum dictum prudentissimi viri libe- 30 ralitate liberalitas pereat. Multi enim monachorum iuxta cuiusdam patris sententiam saecularibus actibus et forensibus negotiis involuti, dum propinquitati prodesse cupiunt, suas animas perdiderunt. Hinc igitur summopere cavendum tibi est, ne immoderato, immo vero audaci iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus, elemosynas videlicet laicorum fidelium, quas pro salute animae ipsorum ad pauperes Christi nutriendos Domino contule- 35 runt. Sed ne quidem subiectis tibi consentias, ut res pauperibus Christi conlatas cognatis et amicis sive etiam, quod peius est, seditiosis audeant procaciter exhibere; quia, ut (Rom 1, 32.) scriptum est, non solum qui faciunt mala, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt poena. Regulam vero vir Dei Benedictus luculento sermone conscripsit, in qua nihil doctrinae latentis, nihil obscuritatis comprehendit. Quapropter non indiget expositione, sed ammoni- 40 (cf. Matth 7, 14.) tione. Haec est enim angusta porta et arta via, quae sequentes se ducit ad Deum. Haec sane in tantum discretionem, mensuram et caritatem te docet habere, ut etiam cum caritate hortatus praevaleas ipsa vitia resecare, agere cuncta propter pusillanimes mensurate, discretionem sancti Iacob cogitare et semper in his omnibus fragilitatem tuam tibimet ipsi ad memoriam revocare. Sed timeo, ne, sicut serpens seduxit Evam astutia sua in deliciis 45 paradisi Dei commanentem, ita per adulatores et accusatores, vasa scilicet intellegibilis serpentis, corrumpatur sensus tuus, quod absit! et abiciaris cum animalibus[a] tibi subiectis in locum miseriae et calamitatis. Quemadmodum igitur in hoc mundo periculosissimo vivimus quasi in pelago, ubi nunquam est minus tempestas, et si tempestas interdum non fuerit, tamen semper timor tempestatis, sic et in hoc mundo viventibus nunquam est minus 50 temptatio, et si temptatio interdum facta non fuerit, tamen timor temptationis est semper. Ideo rogemus divinam clementiam, quatenus nobis conferat auxilium gratiae suae, ut non vincamur a malo, sed ipsi malum omne vincamus'.

a) *fort.* animabus.

1) Auctor libello a Fuldensibus Karolo porrecto (Brower, Antiq. Fuld. p. 214) usum esse, iam Mabillon animadvertit; cf. Simson, 'Jahrb. Ludwig d. Fr.' I, p. 373. 2) Hom. 45, in c. 23. Matthaei. BR. 55 Sed numeri hi cum editionibus non conveniunt. 3) Epist. 58, Migne XXII, col. 584.

11. Haec ita commemorans benivola imperatoris voluntas, commendabat se precibus (13) 818. fratrum, et sic dimisit eos ire in pace. Egressus autem de palatio cum sociis pater Aeigil, per Mogontiam[1] fecit iter. Qui cum pervenisset ad urbem, susceptus est honorifice ab Heistolfo eiusdem urbis archiepiscopo, et facta oratione, consederunt. Postea vero praesul 5 civitatis sic prior incipiens ait: 'Nos, pater, inprimis laudemus dominum Deum nostrum et gratias illi uberes agamus, qui nos sua benignitate conduxit in unum ac mutua conlocutione iucundos esse concessit. De cetero quoque, pater, dilectam familiaritatem tuam commonere curabo, ut in hoc suscepto regimine vitam tuam atque doctrinam ita componas, ut tibi atque omnibus qui tuo subduntur imperio ad aeternam proficiat sanitatem. Talem te 10 filiis tuis patrem exhibere contende, qualem tibi et fratribus tuis tecum paulo ante fieri postulabas; cuius petitionis et optionis exemplar a vobis hoc modo dictatum ac scriptum Karolo praesignabatur augusto[2]: *Hoc igitur, clementissime imperator, quod maxime nobis necessarium esse iudicavimus, prae omnibus optabamus, id est unitatem et concordiam cum abbate nostro habere, sicut cum anterioribus nostris abbatibus habuimus, et misericordiam et* 15 *familiaritatem, pietatem et modestiam in illo sentire, et ut etiam benignus infirmis, propitius delinquentibus, affabilis fratribus, moestorum consolator, laborantium adiutor, benivolorum auxiliator, bene certantium hortator, lassorum refocillator, cedentium sustentator, cadentium restaurator, omnes fratres amaret, nullum odiret et nullum zeli vel livoris dolo persequeretur, fieretque non turbulentus vultu, non anxius animo, non nimius in iudicio, non obstinatus in* 20 *consilio, sed hilaris facie, laetus mente, discretus in opere, consentiens in utilitate; et quando aliquis de fratribus praeoccupatus fuerit in aliquo delicto, non statim tyrannica vindicta illum excruciaret, sed misericordi disciplina corrigere festinaret conversumque clementer susciperet, nec prava suspicione denuo illum fatigaret, neque perpetuo odio exterminaret.* Quid enim, pater, altius vel manifestius de huiusmodi persona poterit explicari? En igitur, clarum 25 est, qualem tibi patrem prius fieri voluisti, talis esto nunc fratribus tuis, et habebis laudem ex Deo et hominibus bonae voluntatis'.

12. Cumque autem haec et alia moneret, praecepit ministris, ut refectionem dignius (14) propter hospites more solito praepararent, ipse vero laudes Deo interea referendas ad ecclesiam repedabat. Postea quoque abbatem cum suo comitatu honorifice suscepit in 30 domum, et mensa reposita, cum gratiarum actione sumpserunt pariter cibum. Lectio plane legebatur ad mensam secundum dispositionem sacerdotis, ut cibo scilicet corporali cibus subveniret spiritalis. Qua nimirum finita, orta est inter eos conlocutio spiritalis; et utilitas ecclesiarum Dei multifaria narratione disputabatur apud eos. Erat enim uterque laetus in Deo. Gaudebat quidem speculator[3], quod Christum suscipere meruisset in hospite; pater 35 vero laetabatur, quod in ministro Christi vera Christi susceptio claruisset.

13. Postquam vero se diversis utilitatibus mutuo roborassent, petita licentia, pater (15) Aeigil a pontifice benedictus, profectus est Fuldam. Quo nimirum venienti obviam ei fuerunt monachi sui, qui eum honore condigno suscipientes, ad orationem duxerunt. Expleta namque oratione, in oratorio prostrati solo, salutaverunt abbatem[4]. Quibus clementer et 40 humiliter resalutatis, osculabatur eos pacifice, cantans pariter cum illis more patrum canticum David hoc modo: *Ecce, quam bonum et iucundum habitare fratres in unum.* Et facta Ps. 132, 1 est laetitia magna in ecclesia ibidem in nomine Domini congregata.

14. Non multo igitur post haec temporis intervallo coepit hic venerabilis vir magno (16) Dei cultus amore ecclesiae mundare loca; pavimenta refundi constituit; altaria nihilominus 45 locis congruis fieri demandavit, in summo lapidibus cooperta politis. In eadem vero ecclesia duas cryptas magnifico opere conlocavit, unam quae respicit solis ortum, alteram quae solis occasum intendit[5].

1) V. metr. ita c. 14:
Post haec inde means, socium comitante caterva,
50 *Iste pater laetus gressum direxit ad urbem,*
Quondam opulentam opibus, opere constructa vetusto
Apparet quae namque super glacialis aquai
Ripam Rheni, in quem fluitans turgentibus undis —
Nam parte ex alia castrum qua cernitur ingens,
55 *Haud procul a ponte sursum, quem sospite regno*
Olim rex Karolus fecit — prolabitur amnis
Mogoin, ex quo, ut fama sonat, Mogontia dicta est.

2) Haec sumta sunt ex libello mox laudato, p. 86.
3) Archiepiscopus.
4) V. metr. c. 14:
monachorum conflua turba,
In parte occidua templi seniore reviso,
Statim prona ruit, patrem de more salutat.
5) V. metr. ita c. 15:
Hic homo coepit abhinc magno pietatis amore
Ecclesiae mundare loca, pavimenta refundi
Constituit, quadrata locans altaria circum,
Fixerat in summo petris contecta politis.

(17) 819. 15. Cumque haec et alia multa diversarum specierum ornamenta in templo Dei collocasset, accepto fratrum consilio, misit epistolam ad Heistolfum archiepiscopum, ut dignaretur venire ad dedicandam ecclesiam in laudem Dei omnipotentis constructam; quatenus per haec piae operationis officia utrisque a Deo merces maneret in futuro, ac benigna memoria sanctae orationis apud homines frequentaretur in mundo. Venit igitur archiepiscopus iuxta petitionem abbatis tempore sibi condicto[1]. Venerunt nihilominus alii quam plurimi episcopi, abbates, presbyteri, comites, ab abbate monasterii honorifice invitati. Insuper etiam, fama vocante, vulgus ordinis inferioris ad templi huius dedicationem e diverso veniens confluxit in unum. Interea quoque venerat alma dies dedicationis inlustrata solis perpetui luce corusca. Processit pontifex cum omni ornatu ecclesiae et dedicavit templum in monasterio Fuldae constructum in honorem sancti Salvatoris, dei videlicet et domini nostri Iesu Christi. Et translatum est corpus martyris Christi Bonifacii in locum quem praeparaverat ei pater Aeigil una cum fratribus suis, sicut in sequenti libro manifestissime continetur[2]. In dedicatione vero templi populus Dei decantabat Deo laudem, et in ore eorum dulcis resonabat sonus. Et erat iucunditas magna in ecclesia Dei in eius nomine con- (18) gregata. Cumque igitur opus Dei perficeretur, praesul invitabatur ad mensam, ut refectus cibo spiritali propter infirmitatem corporis reficeretur et carnali. Erat enim ibi ad mensam recitata lectio legis Dei et interdum intermixta quaestio lectionis. Qua sane perlecta, oriebatur inter eos, sicut erant graves animoque insignes, confabulatio spiritalis; et diversae utilitates ecclesiarum Dei multipliciter apud eos agebantur. Post refectionem vero surgentes a mensa, dixerunt versum; atque hinc, vespertinis laudibus celebratis, et completorio finito, somno capti quieverunt.

(19) 16. Altera quoque die duas ecclesiae cryptas Humbertus corepiscopus[3] iussu archiepiscopi sui Heistolfi consecravit atque omne opus ipsius diei, divina sibi auctoritate commissa, cum summa reverentia timoris Dei reverenter explevit[4]. Cuius nimirum dedicationis diem, tempus, numerum et annum, simul etiam et sanctorum nomina, quorum reliquiae ibidem plantatae sunt, disciplinabiliter litteris inserendo Hrabanus magister memoriae commendavit. Hac igitur sancta et salutifera sollemnitate peracta, reversus est pontifex et omnis populus gaudens in tabernacula sua.

(20) 17. Pater namque monasterii dehinc sedulus addiscens communis vitae gaudia, cum consilio et fratrum consensu ecclesiam parvam aedificavit rotundam, ubi defuncta corpora fratrum sepulturae tradita requiescunt, quam cimiterium vocant, quod Graece dicitur κοιμητηριον, Latine vero dormitorium interpretatur. Cuius etiam aedificii structura subtus terram, ubi pervium circuit antrum, ab una columna lapidea in medio posita, arcubus hinc

Arcubus — idem Racholpho dictante magistro*
Et monacho fratrumque simul sine felle ministro,
Cuius te meminisse rogo cunctosque legentes,
Hoc opus ut Domini pietas requietis honorem
Ipsius animae tribuat lucemque perennem
Conferat — ut dixi, hoc ipso dictante magistro,
Arcubus atque interpositis hinc inde columnis
Binas magnifice erexit pulcro ordine cryptas.

1) Id factum anno 819, teste Hrabano in carmine ad Heistulfum, praefixo libris de institutione clericorum, quos ei dedicavit (Poet. Carol. II, p. 163), et quidem Kalendis Novembris dedicatio haec facta dicitur in eiusdem Hrabani Martyrologio. Diem et annum signavit etiam Hrabanus in denotatione (ut vocat) eius rei apud Browerum in lib. 2. Antiquitatum Fuldensium cap. 3. MAB. (Poet. Car. l. l. p. 205.)

2) Ex quo haec tantum exscribere iuvat c. 17:
Nam feretrum loculi, sacra quo martyris almi
Membra inclusa iacent, in prima fronte gerentes
Ambo graves amboque senes Haistolfus et Aigil;
Scilicet a tergo pariter monachusque sacerdos
Ercanberctus, Baugolphi germanus, et abbas
Theotgarius Bruunwarque[a] simul Hrabanus, et ipse
Presbyter et monachus, multorum iure magister,
Ibant aequati numero Christumque canebant.

3) Malim coepiscopus, nam hoc loco intelligendus videtur Humbertus Wirtziburgensis episcopus, Moguntini archiepiscopi suffraganeus, qui rogante Hrabano reliquias martyrum transtulit in monasterio Holzkiricha, teste Hrabano (Poet. Car. l. l. p. 214). MAB.

4) V. metr. addit c. 19:
Excipiuntur enim infecta hinc altaria bina,
Unum qua martyr media testudine templi
Ante fuit, aliud qua Styrmi corpore quiescit
Ac digna Liobgid pausans Bonifacio neptis
Sola iacet busto mulierum sorte sepulta.
Quae rediens una Iacobi simul atque Philippi
Cum titulo praesul venturo dedicat anno.

a) Brunward *corr. Dümmler.*

*) An idem Racholfus *cancellarius*, qui litteras donationis a Waltone quodam Fuldensibus factae scripsit anno 33. regni Karoli Magni, in lib. 2 Traditionum p. 516 (Dronke nr. 165). MAB Rabbolf a. 824. obiit; Ann. necr. Fuld. p. 171; neque alter his annis memoratur.

et inde in eandem compaginatis, valenter exsurgit; supra vero octonis subrigitur columnis atque in summitate operis lapide concluditur uno. Hoc siquidem aedificium pater iste venerandus ac supra commemoratus magister cum sociis nescio quid magni fingentes, divino magisterio docti, quod tamen ipse salva fide Christi et ecclesiae puto praesignari
5 posse figuram. Paulus namque apostolus, qui et ipse vas electionis a Domino appellatur, Act. 9, 15. de ecclesia Christi ex lapidibus vivis, hoc est sanctis hominibus, compaginata, quod sit habitaculum Dei, suis auditoribus manifeste pronuntians, ait: *Templum enim Dei sanctum est,* 1. Cor. 3, 17. *quod estis vos;* cuius tecturae princeps et conditor est Christus Iesus, fundamentum scilicet columnaque manens semper inmobilis perpetuae maiestatis virtute; in quo omnis aedifi-
10 catio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Quid vero significet hoc, quod in summo uno lapide istius aedificii perfectio consummatur, idem doctor insinuat, qui nos intenta mente docet orare, ut 'ille, qui coepit in nobis opus bonum, perficiat usque in diem Phil. 1, 6. Christi Iesu', quatenus cuncta operatio nostra a Deo semper incipiat et per eum coepta finiatur. Octo igitur columnae in hoc templo Domini stantes octo beatitudinibus, quas ipse
15 Dominus in euangelio comprehendit, convenienter coaptantur, ut quique quater bina haec dicta Iesu complentes in hac ecclesia Christi sustentacula mereantur haberi. Circulus vero ecclesiae, qui nullo fine terminatur, interius habens compendia vitae, id est divina sacramenta, regnum perpetuae maiestatis et spem vitae aeternae ac praemia mansura, quibus iusti merito coronantur in aevum, non incongrue significare videtur.
20 18. Hoc igitur templum, quod iste vir venerandus cum magno pietatis amore con- (21) 822. struxit, Heistolfus Mogontiacensis ecclesiae praesul, Thuringea rura transiens, dedicavit in honorem domini nostri Iesu Christi et sancti Michaelis archangeli Christi et reliquorum. Cuius dedicationis nihilominus diem, numerum, tempus et annum pariterque sanctorum nomina, quorum reliquiae ibidem conditae sunt, idem magister qui supra versibus et prosa
25 eleganter expressit[1], sicut sequens volumen diligenter legentibus satis evidenter ostendit.
19. Postquam vero haec quae ad cultum divini operis pertinebant hoc modo perage- (22) bantur, hic idem venerandus vir, licet iam senio morboque tricatus lassasset, tamen claustrum monasterii ex novo construere cogitavit. Vocantur ad consilium fratres. Quaesitum est, in quo loco aedificatio claustri congruentius potuisset aptari. Quidam dederunt con-
30 silium, contra partem meridianam basilicae iuxta morem prioris; quidam autem, Romano more contra plagam occidentalem satius poni, confirmant, propter vicinitatem martyris, qui in ea basilicae parte quiescit. Quorum consilio adsensum praebuere priores; concordabat nihilominus et reliqua pars fratrum. Quibus vero ita in unum coadunatis, tendebatur statim mensura laboris; effossaque terra, operis magistri consequenter fundamenta pone-
35 bant. Erat enim in hoc opere, et non solum in hoc, verum etiam in omnibus utilitatibus monasterii par cura, voluntas ac studium fratribus et abbati. Audiebat enim libenter consilium fratrum et eorum conlocutionibus saepissime fruebatur. Sciebat enim scriptum: *Omnia fac cum consilio,* atque ideo non se sublimiorem nec prudentiorem ceteris aestima- cf. Prov. 13, 16. bat neque etiam inani tumore tractabat se consolatione[a] alterius non egere. Attamen, si
40 quandoque minus prudens in aliquibus errabat, hoc magis aliorum minus prudentium introductione quam propria inventione concepit.
20. Diligebat ergo fratres suos, sicut sancta regula docet[2], et maxime illos quos in (23) Dei servitio atque divina lectione studiosos esse cognovit. Inter quos sane me ipsum, quamvis indignum et ultimum servorum Dei servum, tamen pio patris affectu in suam
45 familiaritatem et gaudium introire concessit. Disputationem quoque saepius cum Hrabano magistro, qui ei erat speciali familiaritate connexus, excepit. Et frequenter in disputando ad hoc solummodo nos cum ipso in eius praesentia concitavit, ut secundum sententiam Prov. 1, 5. Salomonis audiens sapiens sapientior efficeretur. Omni quoque industria et sagacitate laborabat, ut gregem sibi commissum, divina opitulante gratia, in Dei servitio custodiret.
50 Nullum zeli vel livoris dolo persequebatur nec quemquam prava suspicione fatigabat neque perpetuo exterminabat odio. Fuit quippe in diebus eius fratribus pax, cor unum et anima una in Deo, nec erat qui perturbaret monasterium in tam delectabili concordia roboratum. Obedientiae bonum non solum abbati, sed et sibi invicem cum summa reverentia exhibere gaudebant, scientes, se per hanc obedientiae viam ituros ad Deum. Adeo enim hic venera-
55 a) consultatione *MAB.*

1) Poetae Carol. II, p. 209. Exstabat in eodem codice quo Candidi opus. 2) Reg. S. Bened. cap. 2.

bilis vir sospes et alacer in hoc suscepto regimine usque ad finem vitae suae perdurabat, ut nunquam illi congregatio nec ille congregationi monachorum ullam molestiam perturbationis videretur inferre. Quod ideo mirum non est, quia, ut supra dictum est, erat eis cor unum et anima una in Deo.

(24) 21. Hic quoque, sicut semper facere consueverat, cum consilio et consensu fratrum suorum constituit atque decrevit, ut fratres qui extra monasterium ministeria praevidere[a] noscuntur fratribus infra monasterium commanentibus per singulas anni septimanas iuxta ordinationem praepositi vel decanorum in cibo et potu atque aliis quibuslibet commodis monasticae vitae congruentibus super indictam sibi annonam ad honestam consolationem, non coacti, sed, ut eos sumptus permitteret, spontanea voluntate[1] servirent; ita tamen, ut ipse primo omnium huius servitutis initium in die natalis Domini ad exemplum ceteris cum gaudio suscepisset. Haec ideo fratribus sane extra manentibus commisit instituta, ut per haec caritatis officia mercedem consequerentur a Deo et a praecepto regulae, quae iubet, ut fratres sibi invicem serviant, longe positi non discreparent.

(25) 22. Simili namque consilio atque devotione idem bonae voluntatis vir anniversariam Styrmes primi abbatis et fundatoris monasterii Fuldae et memoriam omnium fratrum nostrorum de hac luce defunctorum in natale sancti Ignatii martyris Christi, qui paulo inferius ab hac anniversaria numeratur[b], propter intercessionem tanti patroni in missarum celebratione, psalmodiis et oratione sancta celebrare sancivit. Huius rei siquidem constitutio dum cunctae congregationi perlecta esset, ac deinde, si placeret, interrogatum fuisset, respondebatur ab omnibus: 'Placet'. Sed ne cui fortasse haec celebratio superstitiosa et cassa esse videatur, legat conlocutiones sanctorum patrum, et ibi repperiet huius festivitatis[2] exemplum. Eadem vero die ob reverentiam tantae sollemnitatis secundum congruentiam monasticae vitae ad victum fraternum cultius quid solito iucundiusque fieri demandavit. Lectionem quoque libri illius, quem de vita supradicti abbatis et origine monasterii nuperrime nominati, Christi gratia largiente, composuit, fratribus ad mensam recitare praecepit, quatenus in eadem mirabilia divinae operationis audientes, gratias divinae maiestati referre studerent, et omnis iucunditas ipsius festivitatis in eius laudem resonaret.

(26) 23. Inter alia vero pietatis opera hoc misericordiae bonum probabiliter egisse laudatur, quod antecessorem suum, quem quondam cum sociis quasi persecutorem fugiendo vitabat, cum esset causa illius inquietudinis ab imperatore in exilium missus, una cum fratrum suorum petitione de exilio liberavit. Quorum fidem atque misericordiam adeo mirabatur augustus, ut diceret, eos iuxta praeceptum veritatis pro persecutoribus suis veraciter exorasse. Hinc igitur, frater Modeste, secundum apostoli commonitionem: *humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis; omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret*, cuius nequissimae voluntati vos resistere concedat auxilium Dei, sine quo nihil potest humana fragilitas boni. Non enim lectori supradictae inquietudinis tam crebra mentio calumnia videatur, dum Petro principi apostolorum nihil obesse dinoscitur culpa trinae negationis saepius in ecclesia recitata, quam, divina visitatione compunctus, amarissimis lacrimis abolevit. Quod ideo illi evenire non dubium est, ut sciret, se confidentiam non habere in homine, sed in eo, de quo psalmista dicebat: *Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus*, et ut in sua disceret culpa, qualiter postmodum in regimine positus aliis misereri debuisset. Paulus quoque apostolus in membris Christi Christi extitit persecutor, et qui quondam fuerat magister erroris, divina voce correptus, factus est discipulus veritatis. Loth igitur uxor, cum incendia fugeret Sodomorum, versa est in statuam salis, ad condimentum scilicet fidelium, quia punitio rei eruditio est iusti. Sed et arbori siquidem infructuosae plerumque stercora circumfusa prodesse noscuntur; hoc homini videlicet circa mandata Dei negligenter agenti commemoratio peccatorum suorum ad aeternam plerumque proficit sanitatem; dum per hoc divina miseratione compunctus reviviscit et producit ex se bonorum operum fructus in odorem suavissimum domino Deo. Haec namque ideo testimonia divinae

1 Petr. 5, 6–8. Ps. 117, 9.

a) *fort.* providere. b) numeratus *Br.*

1) Sanctus Benedictus cellerarium, infirmos et eos qui forte maioris momenti negotiis occupantur eximit a servitio mensae in regulae cap. 35. MAB.

2) Nempe in Collat. 19, cap. 1; qua de re fuse actum est in praefatione prima saeculi tertii num. 101. MAB.

lectionis in hoc libro, frater Modeste, notavi, ut non sit spes sibi quisque, sed ponat in Deo spem suam, et qui se existimet stare, videat, ne cadat, et qui lapsus per superbiam cadat, (cf. 1. Cor. 10, 12) divina lectione correptus studeat cum Dei auxilio resurgere per humilitatem, et ut omnis peccator in ecclesia constitutus cum fide recta per humilem confessionem veramque poenitentiam a Deo veniam speret.

25. Cum autem, ut supra commemoravi, aedificium claustri iam ex parte in altum (27. 822.) crescendo profecisset, idem venerabilis pater correptus morbo coepit acriter infirmari. Qui cum dehinc mortis suae tempus cerneret imminere, rogabat se orationis gratia ducere in cimiterium, cuius supra fecimus mentionem. Postea namque, accepto sarculo, designavit locum sepulchri ipsius in orientali parte cimiterii et, ut valuit pro infirmitate, ipse primus terram percutiens fodit. Sarcofagum vero in locum monumenti aptavit, in quo se post obitum eius condere humili supplicatione poposcit. Inde igitur cum esset reductus in domum, decidit disperatus in lectum, et cognovit, quia moriturus. Quod cum audissent fratres, venerunt visitare eum atque pro exitu animae illius preces fundere Deo; quibus conspectis, gratulabatur in adventu eorum, et in oratione ipsorum delectabatur anima eius. Interea namque rogabatur a fratribus, quo purior de hoc mundo migrasset, (28) quamvis occulta, confessione et digna poenitentia purgaretur; ut, si quem laederet, veniam postularet vel, si a quoquam laesus fuisset, simpliciter remissionis indulgentiam daret. Commonitionem itaque fratrum libenter audiens, ait: 'Si quem', inquit, 'laesi, humili supplicatione veniam rogo; et si a quoquam laesus fuissem, dimittat illi Deus[a]; et ego veraciter illi ex intimo corde dimitto'. Cumque enim haec verba iam moriturus explesset, commendabat se Deo et precibus fratrum suorum, atque in lectum corpore congregato, spiritum exalavit[1]. Quo viso perterriti fratres et iam tunc in angustia positi, patris interitum suspirabant, scientes, qualem habuerant patrem, et nescientes, qualem accepturi fuissent. Nemo enim, frater Modeste, cognoscere potest, nisi ille solus qui hoc experimento cognovit, qualis plerumque filiis miseria est, quod eis legitimus pater aufertur, et vitricus[b] consequenter infertur, propria mater occumbit, et noverca succedit. Quod aperte manifestabant illae duae mulieres circa infantem vivum litigantes in iudicio Salomonis regis Hierusalem. Fratres vero post haec secundum consuetudinem patrum tulerunt corpus cari senioris et cantantes atque orantes in ecclesiam deferebant; et ibi, oratione completa, levaverunt corpus eius et sepelierunt in sepulchro, quod ipse sibi paraverat vivens, fidem habens resurgendi in die adventus domini nostri Iesu Christi, cui gloria et potestas in aeternum! Amen.

a) dicitur *Br., Mab. emend.* b) vitricius *Br.*

1) Annum 822. signant Annales Fuldenses [SS. I, p. 357]. In libro 2. Traditionum Fuldensium p. 527. et 528 [Dronke nr. 398] legitur traditio quaedam Eigili abbati facta 6. *Non. Augusti, anno* 9. *regnante Ludovico imperatore,* et p. 532. et 533 [ibid. nr. 400] invenio donationem Hrabano abbati factam *anno dominicae incarnationis* 822, *indict.* 15, *regni Hludovici anno* 9, *mense Octobri, die* 5. *Kal. Novembris.* Ex quibus colligo, Eigilis diem obitus incidisse in illud tempus, quod effluxit a die 6. *Non. Augusti,* quo prior traditio eidem facta est, in 5. *Kal. Novembris,* quo alia Hrabano successori facta. MAB. Sed 17. Kal. Iul. indicant Ann. necr. Fuld., SS. XIII, p. 166; Dronke igitur recte de mense Augusto dubitavit.

TRANSLATIO S. HUCBERTI AUCTORE IONA EPISCOPO AURELIANENSI.

EDIDIT L. DE HEINEMANN.

Cum a. 825. *S. Hucberti episcopi Leodiensis corpus Leodio Andagium, postea* 5 *S. Huberti monasterium*[1] *nuncupatum, translatum esset, Waltcaudus*[2] *eiusdem episcopii eo tempore antistes antiquam sancti praesulis Vitam,* cuius displicuit sermo incultus, corrigi et secundum regulas loquendi voluit constringi[3]. *Quod, quamquam aderat ipsi* palatina scolasticorum facundia[4], *Ionae episcopo Aurelianensi*[5] *efficiendum mandavit, qui antiquam Vitae S. Hucberti recensionem satis* 10 *rusticam atque incultam inter annos* 825—831. *correxit, verborum splendore exornavit, arte rhetorica valde perpolivit*[6], *addens in calce narrationem secundae illius translationis, cui a.* 825, *ut diximus, factae ipse interfuisse videtur*[7].

Tum, *inquit*[8], deinde ad gloriosum eius transitum verbi pedem transferamus. Quod tanto tutius, Deo fautore, poterimus peragere, quanto narratio nostra non rumusculis 15 quorsumlibet aucupatis conseretur, sed quae coram fuit cernere, par fuit etiam posterioribus legenda contradere.

Quam translationem hic damus, cum, omissa posteriore illa S. Hucberti Vita, antiquam alio loco exhibeamus.

Editionis autem nostrae haec fuere subsidia: 20

1) *Codex Parisiensis nr.* 5609 *(olim Colb.* 5445*), membr. fol., saec. IX. exaratus et S. Remigio Remensi ab Hincmaro archiepiscopo dono datus, cuius lectiones V. Cl. A. Molinier nobiscum communicavit.*

2) *Codex Vindobonensis nr.* 550 *(Hist. eccl.* 123*), membr.* 4, *saec. X, quem ipse exscripsi.* 25

3) *Codex Bruxellensis nr.* 14650—14657, *membr. fol., saec. X;*

4) *Codex Bruxellensis nr.* 9636, *membr. fol., saec. XI; quos V. Cl. W. Arndt in usus nostros contulit.*

Secundam hanc S. Hucberti translationem una cum Vita primus Surius, Hist. SS. prob. VI, p. 45 *sq. iuris publici fecit. Tum Iohannes Robertus in* 30 *Historia S. Hucberti principis Aquitani, ultimi Tungrensis et primi Leodiensis*

1) Andoïn, nunc St. Hubert in Gallia Belgica. 2) Sedit a. 810—831. 3) V. epistolam Ionae ad Waltcaudum posteriori Vitae praemissam ap. Arndt, 'Kleine Denkmäler aus der Merovingerzeit' p. 70. 4) Ib. l. c. p. 71. 5) Sedit a. 818—843. 6) Cf. epistolam Ionae l. c. p. 71: *Sed neque compilatoris vel nomen vel offitium mihi debet imputari, quasi qui alienum opus pervaserim . . . Nobis tantum sufficit superfitiem litteraturae vel modico decorasse sermone, cuius ille aut contemptor fuit aut inscius.* 35 7) Sed cf. infra p. 240, l. 49. 8) V. praef. l. c. p. 74.

episcopi (Luxemburgi a. 1621) ex S. Huberti monasterii codicibus[1] *eandem edidit. Quem secutus Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. IV, 1, p. 293, translationem iteravit, inde eam Migne, Patrologia Lat. CVI, p. 387 sq. recudi fecit; excerpta recepit Bouquet VI, p. 310. Denique W. Arndt, 'Kleine Denkmäler aus der Merovingerzeit' (Hannov. 1874) p. 70—82. epistolam Ionae episcopi ad Waltcaudum, praefationem Vitae S. Hucberti et translationem nostram, praemissa sancti praesulis Vita antiqua, codicibus 3. 4. fultus, typis exprimendas curavit.*

L. de Heinemann.

Haec[a] de vita et mirabilibus beati Hucberti[b] antistitis almi et de his quae circa corpus eius ob eius reverentiam et Domini inmensam gloriam praedicandam priscis temporibus caelebrata sunt, quamquam infacundo, fideli[c] tamen stilo exarata, ad nos scripta commearunt. Abhinc autem, quomodo qualiterve[d], monente, immo compellente Christi honore et amore, crescente etiam[d] atque flagrante erga divinum cultum piissimamque sanctorum Dei venerationem fidelium devotione sub piissimo Deoque amantissimo Hludowico[e] imperatore, in transferendo memorati et saepe memorandi[f] sanctissimi[g] viri corpore sit[h] actum, breviter fideliterque constat esse subnexum.

1. Anno siquidem octingentesimo tertio decimo felicissimae incarnationis domini nostri Iesu Christi, exempto rebus humanis famosissimo imperatore Karolo, victoriosissimo, piissimo augusto, qui regni Francorum spatia longe lateque dilatavit et Christi gloriam in suis finibus ampliavit, insuper et multarum gentium cecitatem quanta potuit virtute perculit ereptasque profundis tenebris lucis claritate conspicuas reddidit, Hludowicus, gloriosus filius eius, sceptra imperialia sibi debita atque a Deo tradita post eum feliciter suscepit. Decebat quippe[i] Christum, talem ac tantum imperio suo praeficere principem, in quo non modo aviti specimen eluceret imperii, sed et qui, mentis nobilitate insignis, prudentia singularis moribusque innocuus, cunctis sibi subiectis fieret tot virtutum excellentia imitabilis. Hic ergo imperii sui primordia talibus tantisque dedicare instituit auspitiis, ut incorrepta[k] corrigerentur, bona conlapsa erigerentur et stantia solidarentur, et quisque ordo in regno sibi tradito non passim levitate iactatus a propria regula exorbitaret, sed laicus ordo iustitiae deserviret atque armis pacem sanctae ecclesiae defenderet, monasticus ordo[d] quietem diligeret, orationi vacaret[l], et qui se saeculi actibus secrevisset, eisdem iterum nec voluntate nec necessitate semet subderet. Episcopalis autem ordo ut his omnibus superintenderet, scilicet ut, si qui ab his aut voluntate aut necessitate deviarent, eorum sollerti iudicio prudentique consilio ad lineam rectitudinis correcti[d] redirent. [814.]

2. In quibus, ut revera decet, cum multi imitatione dignissimam[m] talibus eius monitis praeberent obtemperantiam, pars horum non minima extitit Waltcaudus[n] venerandus episcopus[2]. Is enim, partim Divinitatis instinctu et mercedis intuitu, partim vero huius sacratissimi principis talibus monitionibus[o] incitatus, studebat magnopere plebem sibi a Domino traditam bonorum operum exercitiis nobilitare et de bonis ad meliora semper evehere, ac si quid in episcopio suo resedisset emendatione dignum, totis nisibus in meliorem statum recuperare. Unde inter cetera quae emendationem postulabant obtulit se eius munificentiae cella quaedam, antiquo nomine vocata Andagium, quae olim quidem inhabitatoribus habitus canonici floruit, sed per excessum temporis vetustate nimia conlapsa et deficientibus habitatoribus pene fuerat adnullata. Haec ergo se materiam quandam obtulit[p] eius munificentiae, in qua liberalitatis suae laxatis habenis, quam vacuus tenacitatis esset, non inanibus[q] verbis, sed exsecutione ostendit operis. Namque hanc pene a fundamentis restauratam in melioremque statum denuo renovatam, posthabita avaricia, nobiliter eius

a) Haec — subnexum *maiusculis litteris exarata* 1; *alia manu in loco vacuo suppl.* 2. b) Hugberti 2. 4. c) fidelitatem st. 2. 3. 4. d) *deest* 4. e) Hlucdow. *h. l. et mox (l.* 19) 1. 3; Hludovic. 4 *semper.* f) morandi 4. g) viri sancti 4. h) sic 4. i) enim 2. 4. k) incorrecta 2. l) uauaret *corr.* vacaret 3. m) dignissimam *corr.* dignissima 2. n) Walcaudus 2; Uultcaudus 4. o) ammonitionibus 4. p) e. o. 4. q) *sic* 4; inalinibus 1. 3; inanilibus 2.

1) V. Robertus p. 124. 153. Codicem caesareum bibliothecae Viennensem, cuius indicium Marcellum Vranckheim sibi fecisse dicit Robertus p. 153. 528, nostrum codicem 2 supra laudatum esse crediderim. 2) Leodiensis; sedit a. 810—831.

statum conposuit[a], aedificiis honestis nobilitavit et, exceptis praediis, quae olim religiosorum virorum largitate[b] possedit, alia de episcopio suo superaddidit, incolasque loci illius monachos esse voluit. Qui ut nullius rei inopes indigentiae manus darent atque a proposito sancto deficerent, ut dictum est, strenue praevidit[c]. Egit namque, ut quae vitae forent necessaria nulla deessent, procuravitque, ut, qui[d] usibus eorum necessaria subministrabat, ipsi quoque quae divinae forent grata voluntati peragerent, et quantum sibi posse Divinitas conferret, nequaquam ab ea declinarent. Adductis namque regularis vitae optimis praeceptoribus, monasticae ordinem vitae eos edocuit et bonorum operum exercitiis operam dare tam voce propria quam et lectione divina suasit. Unde et[b] actum est, ut eius studium non inani labore cassaretur, sed, super optimam[e] terram iacto verbi semine, citius centuplicato verbi fenore fructus multiplicaretur. Coeperunt igitur undequaque in eundem locum religiositatis cultores confluere, et maxime nobiles viri ex monasterio Sancti Landberti[f, 1], qui apostolicae vitae desiderio accensi erant, illuc convolare viriliterque eiusdem[g] ordinis vitam morum actuumque probitate tenere. Qui, postquam, detrita sanctae conversationis via, quae olim sibi fuerant aspera, Christo ductore coeperunt fieri levia, augmenta suae perfectionis et devotionis requirentes, adierunt praefatum venerabilem ac[h] devotum antistitem[i] Waltcaudum[k], uti beatissimi Hucberti[l] praesulis ossa eis a loco eius sepulturae permitteret transferre[m] et in cellam suae habitationis ob sui consolationem et confessoris Domini ampliorem honorem transportare. Qui vocis[n] eorum[o] petitionem ut pius pater clementer audivit indignumque locum, quo[p] sancta membra iacebant, tanto confessore iudicavit. Sed et piam petitionem eorum impleri posse atque debere, non abnuit; attamen, ne incaute ac passim, levitatis errore dictante, id fecisse videretur, ferme tribus annis eorum petitionem distulit. Sed cum ab ipsis venerandis viris magnopere, ut id eis concederet, exigeretur, prudenti consilio cuncta peragens, Adebaldum[2], venerabilem virum, metropolitem suum, super hac re consuluit. Qui et ipse in tanta re consilium suum, ut decebat summae humilitatis virum, reputans minimum, ratum duxit, ut una christianissimum atque orthodoxum principem Hludowicum[q] imperatorem adirent, et quae eos pulsaret fratrum petitio, pariter[b] edicerent. Qui et ipse gloriosus atque invictus augustus, considerans rem pergrandem atque paucorum vires magnitudine sui transcendentem, ad concilium venerabile episcoporum, quod tunc temporis apud Aquasgrani congregatum erat[3], statuit conferendum, et quid de his esset gerendum, a sententia sancti conventus magnopere flagitandum. Isdem autem venerabilis ac prorsus Deo amabilis conventus, consideratis undique partibus, scilicet ut qui et quare peterent, sed et reverentiam Domini confessoris, sancxerunt tot religiosorum virorum voto sancti viri ossa committi et in monasterio supradicto[b], ubi religiosius honorarentur, collocari. Quorum sententiae saepe dictus pontifex oboedientiam praebuit, consilio adsensit et petentibus iam dictis venerandis viris sanctissimi viri Hucberti[l] corpus adtribuit. Nam anno ordinationis ipsius sexto decimo, qui est incarnationis dominicae octingentesimus vicesimus quintus, undecimo Kalendas Octubres[r] ad beatissimi confessoris ventum est urnam, atque a sacerdotibus cum maxima reverentia a loco sepulturae eius effossa indidemque[s] cum religiosi populi gradusque ecclesiastici frequentia in beati Landberti[t] ecclesiam sancti ossa sunt viri transvecta. Ubi triduo orationibus et vigiliis prosecuta, pridie Kalendas Octubres[r] ad memoratum monasterium cum loculo suo sunt perlata ibidemque, Christo annuente, ut tanto confessori conpetebat, sunt mirifice condita. Sed quoniam insignia Christi miracula, quibus multifarie sanctos suos glorificat, nullo modo sunt occulenda, sed magis magisque, quantum fari mortalibus datur, ob eius laudem et gloriam propagandam fideliter praeconanda[u], valde indecens indignumque iudicavimus, ut eius magnificentiam, quae nostro saeculo circa memorati sancti viri cadaver mirabiliter effulsit, silentio tegamus. Verum, sicut saepe fati venerabilis antistitis Waltcaudi[v] et quorundam aliorum religiosorum virorum veraci relatu didicimus, prorsus ab illa corruptione, quae ob praevaricationem primi

[Margin: 825. — Sept. 21. — Sept. 30.]

a) composita 4. b) *deest* 4. c) *deest* 3; providit 4; et nobiliter ordinavit *add.* 2. 4. d) quia 3. 4. e) bonam 4. f) Lamberti *h. l.* 1; Landeberti 2; Lantberti 4. g) eisdem 3. h) ac d. *des.* 3. 4. i) virum 4. k) Walcaudum 2. l) Hugberti 2. 4. m) auferre 4. n) voces 3. o) *deest* 2. 4. p) in quo 2. 3. 4. q) Hlodow. *h. l.* 1. r) Octobres 2. 4. s) indeque 4. t) Landeberti 2; Lantberti 3. 4. u) preconenda 4. v) Walcaudi 2; Uultcaudi 4.

1) In Leodio civitate. 2) Archiepiscopum Coloniensem, qui sedit a. 819—842. 3) A. 825, mense Augusto; cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 239, n. 8.

parentis iustissime[a] naturae humanae poenaliter inflicta est, eiusdem beatissimi viri totius corporis compago ita aliena inmunisque est reperta, quemadmodum tempore Carlomanni regis legitur fuisse inventa et terrae mandata[1]. Quod quantum sub ipsius principis tempore erga praefati sancti viri corpus per tot elapsa saecula incorrupte servatum virtus divina 5 claruerit, si qui[b] plene nosse desiderat, seriem huius libelli paulo superius repetendo perspicaciter legat, ibique, quanto honore, quantave inlaesione et incorruptione protectio divina illud donaverit, rationabiliter conpraehensum fideliterque adnotatum perfacile colligere quibit. Cum igitur nil detrimenti nihilque incorruptionis[c] in corporis eiusdem sancti viri prima translatione, quae facta est sub memorato principe, conpertum fuisse 10 didicerit, nullo modo, quod in hac secunda, quae facta est a Waltcaudo[d] praesule sub piissimo Deoque[e] amabili[f] Hludowico caesare, saepe dicti sancti viri corpus[f] solidum inlaesumque, eadem Christi gratia protegente, inveniri quiverit, dubitabit. Ac per hoc totius ambiguitatis nubilo exutus veritatisque perspicuae luce perfusus, nil nisi quod miretur et unde divinae potentiae multiplices grates digne[f] persolvat, inveniens, Deum procul dubio 15 mirabilem gloriosumque sicut in ceteris sanctis suis ita quoque in huius fidelissimi servuli sui corpore tot tantorumque donorum praerogativis, legi naturae vim inferentibus, honorato et glorificato toto annisu praedicandum cernuis vocibus exclamabit.

Interfluxit autem spatium temporis a prima usque ad secundam translationem annorum circiter septuaginta quinque, regnante domino nostro Iesu Christo et pollicente suis se 20 usque ad consummationem saeculi adfuturum fidelibus, eorumque agonibus misericorditer opitulante triumphosque feliciter atque ineffabiliter remunerante. Qui vivit cum Deo patre et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per infinita saecula saeculorum. Amen. (cf. Matth. 28, 20)

EXPLICIT[g] VITA SANCTI HUCBERTI EPISCOPI.

25 a) iustissimae 1. b) quis 4. c) corrupt. 4. d) Walcaudo 2. e) *erasum* 4. f) *deest* 4. g) Explicit — episcopi *des.* 2. 4; Explicit detranslatione beati Hucberti praesulis 3.

1) V. Vita antiqua c. 14.

TRANSLATIO ET MIRACULA SANCTORUM MARCELLINI ET PETRI AUCTORE EINHARDO.

Hanc translationis et miraculorum historiam ut integram huic volumini inseruerimus, solo nomine ac auctoritate Einhardi, qui reliquias deportandas et miracula ab eis facta describenda curavit, inducti sumus. Nam quamvis liber eleganter scriptus nonnulla contineat quae auctoris vitam et res vel mores eius saeculi illustrant[1]*, maior tamen libri pars in miraculis, ut ita dicam, cotidianis et memoria parum dignis versatur*[2]*, ut sint qui non sine causa mirentur, virum doctum, tam in litteris quam in re publica versatum, tantam operam his exponendis navasse*[3]*. Sexaginta fere annos natus, a.* 830, *ut videtur, exeunte, hoc opus quatuor libris absolvit, cum mala valetudine detentus, rebus tunc in imperio gestis offensus, in monasterio a se fundato Mulenheim quietam et piis operibus vacantem vitam ducere*[4] *optaret. Ubique se certa et vera tradidisse, sive a se visa sive a testibus fide dignis accepta, persuasum sibi habuit; neque nostrum est indagare, quomodo fieri potuit, ut tunc et per totum fere medium aevum tot et tanti viri de talibus miraculis nullam habuerint dubitationem.*

De Einhardi sermone, eodem quo in Vita Karoli et in Annalibus a se scriptis usus est, nuper viri docti satis copiose et diligenter disseruerunt. Neque codices optimae notae huius libri qui exstant novi quidquam afferunt[5]*; peculiaria quaedam, quae praebent in verbis scribendis, ipsi Einhardo tribuenda esse*[6]*, non certo certius contenderim, sed retinenda ea duxi.*

Codices quos adhibui et quorum alterum ante plus quadraginta annos, alterum nuper ipse excussi, hi sunt:

1) Codex bibliothecae publicae ***Metensis*** *E.* 99, *membr.* 4, *saec. X, olim 'liber S. Arnulfi', foliis* 84 *constans; diligentissime et elegantissime scriptus, auro ornatus (cf. 'Arch.' VIII, p.* 455*), ita ut hunc alteri, qui aetate antecedit, praeferendum duxerim. Pauca quae fortasse librarius commisit menda corrector sustulit, nonnulla vero ex ingenio emendasse vel addidisse videtur.*

1) Cf. quae nuper ad haec probanda collegit et diligenter illustravit W. Matthaei, 'Einhards Tr. S. M. et P. in kulturgeschichtlicher Beziehung I. Ueber Reisen und Reiseverkehr im Zeitalter Ludwigs d. Fr.' (Progr.). 2) Aequius Wattenbach, 'GQ.' I⁵, p. 179, de hac et similibus narrationibus iudicavit. 3) Ita recte Teulet p. LXXVIII; Jaffé, Bibl. IV, p. 498, qui temporis rationes bene exposuit. 4) Cf. epist. 9, p. 448: *His passionibus affectus, valde tristem ac pene omni iocunditate carentem duco vitam, in eo maxime, quod timeo, me aliubi quam velim et aliud agentem, quam sanctis Christi martyribus servientem, esse moriturum. Quapropter adiuro vos et obtestor per beatos Christi martyres Marcellinum et Petrum, ut pro mea parvitate aput piissimum imperatorem intercedere dignemini* etc. Cf. epist. 8. 10. 5) Nam pauca quae contra grammaticam peccant, post emendata, etiam librario tribui possunt. 6) *postergum, umerus*, et quae sunt eiusmodi.

2) Codex Vaticanus reginae Christinae nr. 318, membr. 4, saec. IX, olim 'liber Sancti Benedicti Floriacensis', compluribus manibus exaratus, quo inter alias sanctorum Vitas continentur, ut in indice vetere praemisso scribitur: 'VII. Rythmus Einhardi ex pass. sanctorum Marcellini et Petri[1] (Poet. Carol. II, p. 126); VIII. Miracula ipsorum sanctorum (fol. 80—121); VIIII. Passio ipsorum sanctorum'. — Einhardi liber minus diligenter quam 1 scriptus, tamen saepe etiam in levioribus cum eo convenit, ut ex communi fonte, fortasse ipso autographo eos descriptos credere posses. Nominum vero locorum et personarum saepe diversas formas praebent.

Recens apographum saec. XVII. exstat in bibliotheca Giessensi nr. 40, p. 60 sqq. Similem codicem ac 2 nactus Surius primus Einhardi librum luci dedit (III, p. 526), quem secuti sunt Acta SS. Iun. I, p. 181; Teulet (Opera Einhardi II, p. 177 ff., ex codice Metensi, cuius postea notitiam accepit, lectionibus quibusdam p. LXXXIII allatis), Migne (CIV, p. 537).

Operis divisionem in quatuor libros retinui, capita codicum vestigia secutus ipse distinxi, numeris in Actis SS. additis, quos Teulet retinuit, in margine adnotatis. Locis ab Einhardo nominatis diffiniendis hic diligentem operam navavit, cuius opiniones, quae probabiles visae sunt, repetivi. *G. W.*

VERIS[a] VERI DEI CULTORIBUS ET IHESU CHRISTI DOMINI NOSTRI SANCTORUMQUE EIUS NON FICTIS AMATORIBUS EINHARDUS[b] PECCATOR.

(1) Qui vitas et facta iustorum ac secundum divina[c] mandata conversantium hominum litteris ac memoriae mandaverunt, non aliud mihi efficere voluisse videntur, nisi ut ad emendandos pravos mores et conlaudandam Dei omnipotentiam per eiusmodi exempla quorumcumque[d] animos incitarent. Feceruntque[e] hoc non solum, quia livore carebant, sed quia caritate, quae omnibus cupit esse consultum, granditer abundabant. Quorum laudabile propositum, quia tam in propatulo est, ut praeter[f] ea quae dixi nihil aliud eos moliri voluisse lucidissime clareat, cur a multis imitari non debeat, omnino non video. Ac proinde, quia mihi conscius sum, quod libri, quos de translatione corporum beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri signisque ac virtutibus, quae per eos Dominus ad salutem credentium fieri voluit, qua potui facultate conscripsi, eadem[g] sunt voluntate atque intentione compositi[h]: eosdem edere ac Dei amatoribus ad legendum offerre decrevi. Arbitror enim, quod[i] hoc opus non solum inane ac supervacuum cuilibet fidelium videri non debeat, sed etiam fructuose atque utiliter me laborasse praesumo, si efficere potuero, ut in laudem sui Conditoris animus illa legentis[k] adsurgat.

EXPLICIT[l] PRAEFATIO.

INCIPIT LIBER PRIMUS.

(2) 1. Cum adhuc in palatio positus ac negotiis saecularibus occupatus, otium, quo aliquando perfrui cupiebam, multimoda cogitatione meditarer, quendam locum secretum atque a populari frequentia valde remotum nanctus[m] atque illius, cui tunc militaveram, principis[h] Hlůdewici[n] liberalitate consecutus sum. Is locus est in saltu Germaniae, qui inter Neccrum[o] et Moinum fluvios medius interiacet ac moderno tempore ab incolis et circummanentibus Odanowald[p] appellatur. In quo cum pro modo facultatum ac sumptuum non solum domos ac[q] habitacula ad manendum, verum etiam basilicam divinis officiis faciendis congruentem

a) *litteris capitalibus scr.* 1. b) Einardus 2. c) divinum mandatum 2. d) corumc. 2. e) que *deest* 2. f) preterita q. 2. g) qua *add. rec. m.* 1; e. scilicet v. 2. h) *deest* 2. i) quo 1. k) legentes *post corr.* legentis 2. l) *haec des.* 2. m) *ita* 1. n) Hlůdeuuici *post corr.* Hlůduici 1; Hludouuici 2. o) Necrum 2. p) Odanuuald, *eadem fort. m. corr.* Odanouuald 1; Hódánúhúald 2. q) et 2.

1) In hoc codice nunc deest, foliis nonnullis ante f. 80. evulsis. Manu recentiore annotatum est: 'Desunt quatuor capita quae reperiuntur in cod. n. 589, p. 94'. Fortasse idem est qui nunc nr. 711. est notatus. — Etiam post f. 146. quaedam desunt, quae Vitam Apollinaris Valentinensis continebant. Sequuntur vero inter alia f. 159'—173'. Vita S. Karileffi; f. 195'—199. Vita b. Lifardi; f. 201—207. Vita S. Fursei abbatis; f. 222—226'. Vita S. Merovei confessoris.

non indecori operis aedificassem, dubitare coepi, in cuius potissimum sancti vel martyris nomine atque honore dedicari deberet. Cumque in hac animi fluctuatione plurimum temporis esset evolutum, contigit, ut quidam diaconus Romanae ecclesiae nomine Deusdona pro suis necessitatibus regis opem inploraturus ad palatium veniret. Ibique aliquandiu moratus, cum, peracto propter quod venerat negotio, Romam redire pararet, quadam die humanitatis causa velut peregrinus ad prandium nostrae parvitatis a nobis est invitatus. Ibique inter prandendum plura locuti, eo usque sermocinando pervenimus, ut de translatione corporis beati Sebastiani[1] ac neglectis martyrum sepulchris, quorum Romae ingens copia est, mentio fieret. Inde[a] ad dedicationem novae basilicae nostrae sermone converso, percontari coepi, quonam modo ad id pervenire possem, ut aliquid de veris sanctorum reliquiis, qui Romae requiescunt, mihi adipisci contingeret. Hic ille primo quidem haesitavit et, qualiter id fieri posset, se nescire respondit. Deinde cum me de hac re sollicitum simul et curiosum esse animadverteret, altera die se percontationi meae responsurum esse promisit. (3) Post haec, cum iterum a me fuisset invitatus, protulit[b] e sinu libellum mihique porrexit, rogans, ut eum solus perlegerem sibique, de his quae in eo scripta erant quid mihi placeret, indicare non dedignarer. Accepi libellum et, ut ille petiit, solus secrete perlegi. Continebatur in eo, esse sibi domi plurimas sanctorum reliquias, easque se mihi dare velle, si meo fultus adiutorio Romam reverti potuisset. Compertum sibi fore, quod duos mulos haberem, quorum si alterum sibi darem ac secum hominem meum fidelem mitterem, qui illas reliquias ab illo reciperet mihique deferret, statim eas mihi se missurum. Complacuit mihi suadentis consilium, statuique fidem sponsionis incertae celeriter experiri. Ac proinde, dato quod petebat iumento, addita etiam[c] propter viaticum pecunia, notarium meum nomine Ratleicum, quia et ipse orandi causa Romam eundi votum habebat, cum eo pergere iussi. Igitur de Aquisgrani palatio profecti — nam ibi eo tempore imperator cum suo comitatu erat — Augustam Suessorum[d] venerunt. Ibique cum Hildoino[e] abbate in monasterio Sancti Medardi locuti sunt, quia memoratus diaconus ei pollicitus est, se efficere posse, ut corpus beati Tiburtii martyris in eius veniret potestatem. Quibus ille promissionibus inlectus, misit cum eis quendam presbiterum, hominem callidum, nomine Hunum, iubens, ut acceptum ab eo memorati[f] martyris corpus sibi deferat[g]. Inde iter ingressi, Romam quanta potuerunt celeritate perrexerunt.

(4) 2. Contigit autem, postquam Italiam intraverunt, ut puer notarii mei nomine Reginbaldus[h], tertiana febre correptus, non modicum profectioni eorum suis laboribus faceret inpedimentum; quoniam his horis, quibus ille febrium aestibus tenebatur, iter agere non potuerunt. Erant enim pauci ac per hoc ab invicem separari nolebant. Cumque hoc incommodo iter illorum non mediocriter fuisset retardatum, illi tamen prout poterant illud accelerare contenderent, tribus diebus priusquam ad Urbem venirent, apparuit in visu illi febricitanti quidam homo in habitu diaconi, perquirens ab eo, quam ob rem dominus suus Romam ire festinaret. Cui cum ille et promissa diaconi de reliquiis sanctorum mihi mittendis et de his quae Hildoino abbati pollicitus est, prout illi comperta erant, exponeret: 'Non ita erit[i]', inquit, 'sed longe aliter, ac[k] vos existimatis, causarum propter quas venistis exitus adimplebitur. Nam diaconus iste, qui vos Romam venire rogavit, aut parum aut nihil de his quae vobis promisit facturus est. Ac proinde volo, sequaris me atque ea quae tibi ostensurus atque dicturus sum mente sollicita cures (5) advertere'. Tunc manu conprehensum, ut sibi videbatur, montis praecelsi cacumen secum conscendere fecit. In quo cum simul positi consisterent: 'Convertere', inquit, 'ad orientem et subiectos oculis tuis campos intuere!' Quod cum fecisset et campos de quibus sibi dixerat fuisset intuitus, videt[l] in eis molis inmensae fabricas in modum magnae cuiusdam civitatis exstructas; et interrogatus ab eo, si sciret, quid hoc esset, se nescire, respondit. Tum ille: 'Roma est', inquit, 'quam vides'. Statimque addidit: 'Dirige oculos in ulteriora[m] civitatis et contemplare, si aliqua tibi in his locis appareat ecclesia'. Cumque sibi quandam ecclesiam apparere dixisset[n]: 'Vade', ait, 'et Ratleico nuntia, quoniam in ecclesia quam modo vidisti illa res est recondita, quam ille domino suo debet adferre. Et ideo det operam, ut eam quanto celerius fieri potest accipiat et ad dominum suum revertatur'. Cumque ille diceret, quod nemo de his qui secum venerant in huiusmodi re fidem dictis suis esset habiturus, respondit et dixit: 'Tu nosti, quod omnes qui tecum hoc iter agunt tibi conscii sunt, quia conplures dies in febre[o] tertiana laborasti, et nondum te ab illis[p] ullam habuisse remissionem'. Et ille: 'Ita est', inquit, 'ut dicis'. 'Quapropter', ait, 'volo, ut pro signo tibi sit atque his quibus verba quae dixi relaturus es, quoniam ex hac hora febre, qua usque modo detinebaris, sic per Dei misericordiam cariturus[q] es, ut te ulterius in hoc

a) Et in d. 2. b) protinus e s. l. mihi p. 2. c) *deest* 2. d) Suessionis 2. e) Hilduino 2, *semper*. f) memoratum 2. g) deferret *e corr.* 2. h) Ragimb. 2. i) erunt 2. k) quam 2. l) vidit 2. m) interiora 2. n) dix::isset 1. o) febri 2. p) *ita* 2; illa *e corr. rec. m.* 1. q) curaturus 2.

1) A. 826. iussu Hilduini abbatis S. Dyonisii perpetrata; cuius relationem v. infra.

itinere non contingat[a]. His dictis expergefactus, omnia quae sibi vidisse vel audisse videbatur Ratleico referre curavit. Quae cum Ratleicus presbitero secum pergenti exposuisset, visum est ambobus, ut experimentum somnii ex veritate promissae sanitatis adprobarent. Nam eadem die iuxta qualitatem febrium, quibus laborare consueverat, febricitare[b] debebat is qui somnium viderat. Et ut non vana inlusio, sed potius vera revelatio fuisse ostenderetur, neque illa die neque caeteris quae illam secutae[c] sunt ullum in corpore suo consuetarum febrium sensit indicium. Sic[d] factum est, ut et visioni crederent et fidem diaconi promissis non haberent.

3. Igitur Romam venientes, iuxta basilicam beati Petri apostoli quae dicitur Ad Vincula in domo ipsius cum quo venerant diaconi hospitium acceperunt; manseruntque cum eo per aliquot dies, opperientes promissorum eius adimpletionem. Sed ille, sicut qui suas pollicitationes perficere non valebat, ipsum quod non poterat quibusdam procrastinationibus palliabat. Tandem locuti cum illo, cur eis eo modo vellet inludere, percontati sunt, rogantes simul, ne se diutius fallendo detineret et reversionem suam vanis spebus[e] impediret. His ille auditis, cum cerneret se huiusmodi calliditate[f] eis iam amplius non posse inponere, primo notarium meum certum fecit de reliquiis mihi promissis, quod eas habere non posset, eo quod frater suus, cui et domum et cuncta quae habebat inde abiens commendaverat, negotiandi gratia Beneventum esset profectus, ac se penitus ignorare, quando esset reversurus; et quia ei reliquias illas sicut et caeteram suppellectilem ad servandum commiserat, nec omnino se scire posse, quid de his fecisset, quoniam eas in eadem domo nusquam invenisset; proinde videret, quid faceret, quia de parte sua nihil restaret, quod sperare posset. Postquam haec notario meo dixit, et ille se ab eo inlusum ac male sibi inpositum quereretur, nescio quibus vanis ac frivolis etiam et presbiterum Hildoini adlocutus, spe simili animatum a se fecit abscedere. Postridie vero, cum valde tristes videret, hortatus est, ut simul cum illo ad cimiteria[g] sanctorum pergerent; videri sibi, quod in eis aliquid tale inveniri posset, quo eorum desideriis satisfieret; nec fore ullam[h] necessitatem, ut in patriam vacui reverterentur. Cumque eis hoc consilium placuisset, vellentque, ut quantocius id ad quod faciendum eos hortabatur inchoarent, more solito negotium dissimulavit et eos, quorum animi tunc paululum erant erecti, in tantam desperationem hac[i] dilatione deiecit, ut, omisso illo, statuerent in patriam, quamvis infecto negotio, reverti.

4. Sed notarius meus, recolens somnium quod puer suus viderat, coepit[k] comitem suum hortari, ut sine hospite suo irent ad cimiteria[l], ad quae visenda ille eos se ducere velle promisit. Itaque[m] invento atque conducto duce locorumque monstratore, primo ad basilicam beati Tiburtii[n] martyris in via Lavicana, tribus ab Urbe passuum milibus distantem, veniunt; martyrisque tumbam quanta possunt diligentia contemplantur et, utrum sic ut alii non sentirent aperiri posset, cauta circumspectione considerant. Deinde in cryptam eidem[o] basilicae contiguam, in qua beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri corpora erant tumulata, descendunt, atque explorata etiam illius monumenti qualitate, discedunt, aestimantes, hoc factum hospitem suum posse latere. Sed aliter evenit atque[p] arbitrati sunt. Nam licet ipsi nescirent quibus indiciis, cito tamen ad illum huius facti notitia pervenit; veritusque, ne sine illo[q] voluntati suae satisfacere debuissent, statuit consilium[r] eorum festinando praevenire; et quia ille eorundem locorum plenariam atque omnimodam notitiam habebat, blande illos adloquitur hortaturque, ut illuc[s] simul veniant, et, si Deus votis eorum favere dignaretur, communi consilio facerent, quicquid eis videretur esse faciendum. Adsensi sunt eius voluntati, tempusque id adgrediendi pari consensu constituunt. Tum peracto ieiunio triduano, noctu ad locum, nullo Romanorum civium sentiente, perveniunt. Ingressique basilicam sancti Tiburtii, primo altare illud sub quo sacrum eius corpus situm credebatur aperire temptaverunt. Sed parum successit eorum voluntati molitio operis inchoati. Nam monumentum durissimo marmore exstructum inermes id aperire conantium manus facile repellebat. Igitur, omisso[t] illius martyris sepulchro, ad tumbam beatorum Marcellini et Petri descendunt atque ibi, invocato domino nostro Ihesu Christo et adoratis sanctis martyribus, lapidem, quo summitas sepulchri tegebatur, de loco suo levare moliuntur. Quo sublato, vident sacratissimum sancti Marcellini corpus in superioribus eiusdem sepulchri partibus[u] positum tabulamque marmoream ad caput positam[v], quae titulo quem continebat evidens indicium dabat, cuius in eo loco martyris membra iacuissent. Quod, ut par erat, cum summa veneratione suscipientes, levant et munda sindone involutum diacono ferendum atque servandum tradunt, ac, ne ulla sublati corporis indicia remanerent, lapidem loco suo reponentes, in Urbem ad hospitia sua revertuntur. Diaconus autem corpus beatissimi martyris, quod acceperat, iuxta basilicam beati Petri apostoli quae vocatur Ad Vincula, ubi et ipse domum habebat, se servare velle ac posse adfirmans, fratri suo nomine Lunisoni[w] ad custodiendum commisit. Arbitratusque, notario meo hoc satisfactum esse, coepit illum hortari, ut, accepto corpore beati Marcellini, rediret in patriam.

5. Sed ille longe aliud meditabatur ac mente volvebat. Nam — ut mihi postea retulit — videbatur illi nequaquam sibi licere, cum solo beati Marcellini corpore in patriam regredi, quasi nefas esset, ut corpus beati Petri martyris, qui ei socius in passione fuerat et per quingentos et eo amplius annos in eodem sepulchro una cum illo requieverat, illo inde transeunte, ibi remaneret. Atque hac cogitatione mente[x] concepta, tanta animi sui parturitione simul ac perturbatione laborabat, ut nec cibum capere nec somno adquiescere dulce sibi videretur atque iucundum, nisi martyrum corpora, sicut in passione ac

a) contingant *corr.* contingat 2; *post corr.* attingat 1. b) febricitari 2. c) saecutae *corr.* secuta 1. d) Sicque 2. e) speciebus *corr.* spebus 2. f) calliditatem 2. g) cimitaria *corr.* cimiteria 2. h) illam 2. i) ac dilationem 2. k) com. s. c. 2. l) cymitaria *corr.* cymiteria 2. m) Et a quo(dam *post add.*) inventore atque conductore d. 2. n) Tyb. 2, *saepius.* o) eiusdem 2. p) quam 2. q) ullo 2. r) consilio 2. s) illic 2. t) :amisso 2. u) partibus — marm. *des.* 2. v) positusque (u *e corr.*) titulus 2. w) Lumsoni (?) 2. x) menta *corr.* mente 2.

827. monumento coniuncta fuerant, sic etiam peregre profectura iungerentur. Sed de hoc, qualiter fieri posset, vehementer ambigebat. Noverat enim, neminem a se Romanum inveniri posse, qui sibi ad hoc ullum ferret auxilium, sed ne talem quidem, cui haec animi sui secreta auderet ostendere. In hac cordis anxietate constitutus, repperit quendam monachum peregrinum nomine Basilium, qui ante biennium de Constantinopoli Romam venerat atque ibi in monte Palatino apud alios Graecos, qui eiusdem professionis erant, cum quattuor discipulis suis hospitium habebat. Hunc adiit atque ei quam patiebatur sollicitudinem aperuit. Tum consiliis eius animatus et orationibus fretus, tantam accepit in corde suo constantiam, ut statueret rem, quamvis cum periculo capitis sui, celerrime experiri. Vocatoque ad se comite suo Hildoini presbitero, coepit cum eo tractare, ut iterum ad basilicam beati Tiburtii, sicut prius fecerant, clanculo (10) pergerent ac tumbam, qua martyris corpus reconditum credebatur, aperire denuo molirentur. Placuit[a] consilium; adsumptisque quos secum adduxerant pueris, hospite eorum penitus ignorante quo irent, clam noctu profecti sunt. Cumque ad locum ventum esset, votis pro re prosperanda ante aedis ianuam factis, ingrediuntur. Divisisque sociis inter se, presbiter ad[b] corpus beati Tiburtii quaerendum in ipsius basilica[c] cum aliquibus remansit, Ratleicus cum reliquis in adhaerentem eidem ecclesiae cryptam ad beati Petri corpus accessit. Apertoque sine ulla difficultate sepulchro, sacra sancti martyris membra, nullo prohibente, sustulit et serico pulvino, quem ad hoc paraverat, recepta diligenter inclusit. Interea presbyter, qui corpus beati Tiburtii quaerebat, magno labore frustra consumpto, postquam se vidit nihil posse proficere, relicto opere, in cryptam ad Ratleicum descendit et, quid sibi faciendum esset, ab eo quaerere coepit. Cui cum ille arbitrari se diceret, quod sancti Tiburtii reliquiae essent inventae, eique id de quo dicebat ostenderet — nam, paulo antequam idem presbyter ad eum in cryptam venisset, repperit in eodem sepulchro, in quo sanctorum Marcellini et Petri sacra corpora iacuerunt, foramen quoddam rotundi schematis, trium ferme pedum longitudine introrsus excavatum, pedali amplitudine patens, et in eo minuti pulveris non modicam portionem repositam —, visum est ambobus, quod hic pulvis de corpore beati Tiburtii, ossibus inde sublatis, remanere potuisset et ob hoc, ut difficilius inveniretur, medio loco inter beatos[d] Marcellinum et Petrum in eadem tumba fuisset repositus. Convenitque inter eos, ut eum pres- (11) byter sumeret et pro reliquiis beati Tiburtii secum deferret. His ita transactis atque dispositis, cum rebus quas reppererunt ad hospitia sua reversi sunt.

6. Post haec Ratleicus cum hospite suo locutus, rogat[e], ut sibi sacros beati Marcellini cineres, quos ei ad servandum commendaverat, reddat seque in patriam redire[f] volentem nulla non necessaria dilatione detineat[g]. Cui ille non solum quod repetebat sine mora restituit, verum etiam de sanctorum reliquiis in una ligatura collectis haud parvam portionem mihi deferendam obtulit. Et requisitus de nominibus eorum, mihi se illa dicturum, quando ad me venisset, respondit. Monuit tamen, ut eadem veneratione qua caeterae sanctorum martyrum reliquiae colerentur, eo quod non minoris apud[h] Deum essent meriti quam beatus Marcellinus et Petrus; et hoc me esse crediturum, cum primum ad me nominum illorum notitia pervenisset. Suscepit ille munus oblatum atque id, ut sibi persuasum erat[i], sanctorum (II. 12) martyrum corporibus sociavit. Initoque consilio cum hospite suo, sacrum illum ac desiderabilem thesaurum, in scriniis reconditum atque signatum, per Lunisonem[k], fratrem eius, cuius superius fecimus mentionem[1], necnon et presbyterum Hildoini, qui secum venerat[l], Papiam usque deportari fecit. Ipse[m] cum eodem hospite suo Romae substitit, opperiens atque auscultans per continuos septem dies, si de sublatis sanctorum corporibus aliquid ad notitiam civium pervenisset. Cumque vidisset[n], nullam a quolibet extraneo de hoc facto[o] fieri mentionem, latere illud existimans, post eos quos praemiserat, sumpto secum hospite suo, profectus est. Quos cum Ticenis[p] apud basilicam beati Iohannis baptistae, quae vulgo Domnanae vocatur[2] ac tunc ex beneficio regum ad meam pertinuit potestatem, adventum eorum praestolantes invenissent, statuerunt etiam, ut et ipsi ibi aliquot diebus morarentur et propter iumentorum in quibus venerant refectionem ac propter se ipsos ad longiorem viam praeparandos.

(13) 7. In hoc morarum suarum articulo fama exiit, legatos sanctae Romanae ecclesiae a pontifice ad imperatorem directos illo[q] brevi esse venturos. Itaque veriti de adventu illorum aliquid sibi incommodi vel etiam impedimenti accidere posse, si se[r] ibi deprehenderent, decreverunt, ut quidam ex eis abeundo adventum eorum festinando praeverterent[s], alii in loco remanerent, et re, de qua solliciti erant, diligenter investigata, post eorundem legatorum abscessum socios suos, quos praemiserant, sequi properarent. Cum ita inter eos de hac re constitisset, Deusdona cum presbytero Hildoini legatos Roma venientes praecessit et Augustam Suessorum[t], ubi Hildoinum esse rebatur[u], quanta potuit festinatione contendit. Ratleicus vero cum thesauro quem secum habebat Papiae remansit, expectans, donec legati sedis apostolicae praeterirent, ut, illis Alpes[v] transgressis, viam suam securius carpere potuisset. Veritus itaque, ne presbyter Hildoini, qui cum Deusdona praecesserat, quique omnium quae apud eos gesta vel tractata fuerant plenariam atque integram notitiam habebat, quia[w] vafer ac lubricae fidei videbatur, aliquid impedimenti sibi in via qua ire dispositum habebat machinari debuisset, altera [die[x]] sibi eundum[y] iudicavit. Missoque ad me procuratoris nostri Ascolfi[z] puero cum litteris, quibus me et de reversione sua et de allatione thesauri, quem divinitus

a) Placuitque 2. b) *deest* 2. c) basilicam *corr.* basilica 2. d) beatum 2. e) rogavit s. ut 2. f) vol. ire 2. g) detineret 2. h) ap. D. *des.* 2. i) est 2. k) Lumšōnem 2. l) fuerat 2. m) autem *add.* 2. n) audisset 2. o) facti 2. p) *corr.* Ticinis 2. q) illuc (il *e corr.*) in b. 2. r) si i. deprehenderentur 2. s) praevenirent 2. t) Suessionum 2. u) quaerebatur 2. v) Alpibus 2. w) quia — videbatur *et* impedimenti — habebat *des.* 2. x) *deest* 1. y) abeundum 2. z) Alcolfi 2.

1) Cap. 4. 2) Vel *Dominarum*.

adiutus invenerat[a], certum efficeret, ipse, postquam Romanos ex coniectura mansionum, quae eis parabantur, Alpes superasse putavit, Papia relicta, sexto die ad Sanctum Mauricium venit[b]. Ibique, comparatis[c] quae ad hoc necessaria videbantur, sacra illa corpora, loculo[d] inclusa, feretro inposuit; atque inde promovens, palam et aperte cum adiutorio populi occurrentis portare coepit.

8. Ubi autem, locum qui Caput-laci[1] vocatur praetergressus, bivium, quo itinera in Franciam[e] ducentia dirimuntur, adtigit, dexteriorem viam ingressus, per Alamannorum fines usque ad Salodurum[f], Burgundionum oppidum, venit. Ibi[g] obvios habuit, quos ego post indicium adventus illius mihi factum de Traiecto ei occurrere[h] iussi. Nam ego tunc temporis iuxta Scaldim fluvium in monasterio Sancti Bavonis eram, quando litterae notarii mei per puerum[i] procuratoris nostri, cuius superius mentionem fecimus, mihi redditae sunt. Ex quarum lectione de adventu sanctorum certior factus, ilico unum ex familiaribus nostris Traiectum ire ibique presbyteros atque alios clericos necnon et laicos secum sumere ac sanctis venientibus, ubicumque primum[k] potuisset, obviam festinare praecepi. Et is nihil moratus, cum his quos secum duxerat in loco memorato post paucos dies his qui sanctos adferebant obviavit. Iunctique simul, comitantibus etiam atque hinc inde concurrentibus hymnidicis[l] populorum turmis, cum ingenti omnium laetitia Argentoratum urbem, quae nunc Stratburgus[m] appellatur, celeriter[n] veniunt. Inde per Rhenum secunda aqua navigantes, cum ad locum qui Portus vocatur[2] venissent, in[k] orientalem fluminis ripam egressi, quinta mansione ad locum Michilunstat[o] nuncupatum cum inmodica[p] hominum in Dei laudibus exultantium multitudine perveniunt. Is locus est in eo saltu Germaniae qui tempore moderno Odonowald[q] appellatur, et distat a Moino[r] flumine circiter leugas[s] sex. In quo cum basilicam noviter a me constructam, sed nondum dedicatam, invenissent, in hanc illos sacros cineres intulerunt et velut ibi perpetuo permansuros deposuerunt.

9. Cumque id mihi fuisset adlatum, confestim illuc quanta potui celeritate venire festinavi. Ubi cum, triduo post adventum nostrum exacto[k], quidam puer Ratleici, iubente[t] eo, officio vespertino[u] completo, caeteris exeuntibus, solus in ecclesia remansisset et clausis ianuis iuxta illa sacra corpora in parva sellula quasi vigilaturus consedisset, subitaneo somno depressus, vidit quasi duas columbas per dexteriorem absidae fenestram volando intrare et in culmine lecti super ipsa sanctorum corpora considere. Quarum altera[v] tota alba, altera cani et albi coloris mixtura[w] varia videbatur. Cumque in eodem culmine diutius deambularent et consuetum columbis gemitum vicissim velut conloquentes ederent, rursus per eandem fenestram egressae, non conparuerunt. Secutaque vox supra caput pueri sonuit[x]: 'Vade', inquit, 'et dic Ratleico, ut indicet domino suo, quia isti sancti martyres nolunt, ut eorum corpora hoc in loco requiescant; alium enim elegerunt, ad quem celeriter migrare dispositum habent'. Huius vocis[y] auctor ab eo videri non potuit. Qua tamen finita, evigilavit, somnoque excitus, reverso ad basilicam Ratleico, quid vidisset, indicavit. At ille in crastinum, ubi me primum convenire potuit, quid sibi puer suus retulisset, mihi nuntiare[z] curavit. Ego autem, licet huiusce visionis arcanum spernere non auderem, statui tamen opperiendum alicuius signi certioris indicium; atque interim illos sacros cineres, de linteis in quibus ligati venerant sublatos, sericis ac novis pulvinis insuere feci. Cumque in eorum inspectione, reliquias beati Marcellini minoris quantitatis quam sancti Petri esse, cernerem, arbitratus sum, eum in statura corporis sui minoris fuisse mensurae quam sanctum Petrum. Sed hoc aliter se habere, furtum postea patefactum adprobavit. Quod ubi vel quando vel a quo vel qualiter admissum[a] ac proditum sit, suo loco dicturus sum; nunc ordo narrationis inchoatae texendus atque tenendus est.

10. Igitur postquam illum magnum atque mirabilem omnique auro pretiosiorem thesaurum inspexi, loculus in quo idem continebatur propter vilitatem materiae de qua conpactus erat coepit mihi oppido displicere. Quem emendare cupiens, quadam die post completum vespertinum officium praecepi uni ex aeditui, ut mensuram loculi virga collectam[b] mihi adferret. Cum ille hoc facturus caereum accenderet et circumpendentia pallea[c], quibus idem loculus tegebatur, sublevaret, animadvertit loculum mirum in modum umore[d] sanguineo undique distillantem, et rei novitate perterritus, hoc quod viderat propere mihi nuntiare curavit. Tum ego[e] cum his qui aderant sacerdotibus accessi et illud stupendum atque omni admiratione dignum miraculum aspexi. Nam, ut columnae atque abaci vel signa marmorea pluvia instante sudare ac circumfluere[f] solent, sic loculus ille qui sacratissima corpora continebat vero cruore madens et ex omni parte perfusus inventus est[g]. Terruit nos insolita et numquam prius audita miraculi species. Quapropter, inito consilio, triduanum ieiunium cum supplicationibus facere decrevimus, ut ex revelatione divina scire mereremur, quid sibi vellet quidve faciendum moneret magnum illud et ineffabile prodigium. Itaque peracto illo triduano ieiunio, cum iam advesperasceret[h], umor ille cruoris horrendi subito coepit arescere ac mirum in modum, qui per continuos septem dies more perennis aquae sine intermissione destillabat[i], sic intra[k] paucissimas horas exsiccatus est, ut eo noctis tempore — nam dominica erat —, quo signo dato ad antelucanum officium celebrandum ecclesiam intravimus, nullum iam

a) invenit 2. b) prevenit (?) *corr.* perv. 2. c) comparatas *corr.* comparata 2. d) loco incluso 2. e) Francia 2. f) Salodorem 2. g) Ibique 2. h) occurere 1. i) p. accepi. Ex 2 *(media desunt)*. k) *deest* 2. l) ymn. 2. m) Stratburg 2. n) celerius 2. o) Mibulumst. 2. p) inmodi 2. q) Hodanuguualt 2. r) Moeno *h. l.* 1. s) leugas — noviter *des.* 2. t) eo i. 2. u) vespertinum 2. v) alter tota a. alter 2. w) mixturae variae 2. x) sonat 2. y) visionis 2. z) c. n. 2. a) actum vel p. 2. b) collectum 2. c) pallea *post corr.* pallia 1. d) *ita* 1. 2, *constanter.* e) eo 2. f) cumfl. *corr.* confl. 2. g) et 2. h) advesperascente 2. i) dist. 2. k) mire per p. 2.

1) Scilicet Lemanni; ubi hodie Villeneuve. 2) De cuius situ non constat; Sandhofer-fahrt e septentrione ostii Neckaris proposuit Teulet.

827 in loculo vestigium illius posset inveniri. Lintea vero, quae circa loculum pendebant et eodem fuerunt umore[a] respersa, ita ut erant sanguineis maculis infecta servare iussi. In quibus adhuc magnum illius inauditi[b] portenti paret indicium. Constat enim, umorem illum saporis fuisse subsalsi[c], ad lacrimarum videlicet qualitatem, et tenuitatem quidem aquae, colorem autem veri sanguinis habuisse.

(17) 11. Eadem nocte cuidam ex pueris nostris nomine[d] Hruodlando[e] per quietem duo iuvenes visi sunt adstitisse, qui ei, ut ipse testatus est, de transferendis sanctorum corporibus multa mihi dicenda mandaverunt. Et, ad quem locum vel qualiter id fieri deberet, ostenderunt. Et, ut hoc mihi sine mora fuisset nuntiatum[f], terribiliter comminando[g] praeceperunt. Qui mox ut me adire potuit omnia quae iussus fuerat mihi intimare curavit. Quibus auditis, curis ingentibus aestuare et quid mihi esset agendum animo tractare coepi: utrum iterum ieiunia et supplicationes celebrandae ac Deus rursus pro nostra curiositate sollicitandus, an aliquis Deo devote ac perfecte serviens esset quaerendus, cui anxietatem cordis nostri et curarum nostrarum querimonias indicare, quemque rogare potuissemus, ut orationibus suis a Deo nobis huius rei manifestationem impetraret. Sed ubi vel quando ille talis Christi domini[d] famulus a nobis posset inveniri, praesertim in illa regione, in qua, tametsi quaedam coenobia[h] ab eo loco in quo eramus haud longe posita esse constabat, tamen propter rudem in his locis eius conversationis institutionem aut rarus aut nullus erat, de cuius sanctitate tale aliquid vel tenuis fama loqueretur. Interea dum his anxius curis sanctorum martyrum suffragium implorassem atque omnes qui una nobiscum erant, ut idem facerent, sedulo commonuissem, factum est, ut per continuos duodecim[i] dies nulla nox praeteriret, in qua vel uni vel duobus vel etiam tribus sociorum nostrorum in somnis revelatum non fuisset, quod illa sanctorum corpora de eo loco in alium forent[k] transferenda. Ad extremum autem cuidam presbitero de his qui ibi nobiscum erant nomine Hiltfrido apparuit in visione, ut ipse fatebatur, vir quidam habitu sacerdotali, canitie veneranda conspicuus, candida veste indutus, qui eum talibus verbis compellavit: 'Cur', inquit, 'Einhardus tam duri cordis tantaeque obstinationis est, ut tot revelationibus non credat ac tot monita ad se divinitus missa arbitretur esse contemnenda? Vade et dic ei, quia hoc quod beati martyres de suis corporibus fieri desiderant infectum remanere non poterit, quamvis ille hactenus voluntatem eorum in hac re facere distulisset. Etiam nunc, si non velit, ut[d] huius facti meritum ad alium transeat[l], festinet eorum adimplere iussionem et ad locum quem ipsi elegerunt corpora illorum deportare non neglegat'.

(18) 12. Post has aliasque multimodas ad me perlatas ammonitiones visum est mihi, illam sacrorum cinerum translationem non esse diutius differendam. Ac proinde inito consilio decrevimus, ut id quanto celerius fieri potuisset perficere certaremus. 828. Ian. 16. Igitur omnibus quae ad hanc devectionem necessaria videbantur raptim et cum summo studio praeparatis, prima luce post completum matutinum officium sacrum illum et inaestimabilem thesaurum, cum[d] ingenti luctu ac merore illorum qui in loco erant remansuri, sustulimus atque iter ingressi portare coepimus, comitante nos pauperum turba, quae illo per eos dies ob elemosinam accipiendam undecumque confluxerat. Nam circamanentes populi, quid apud nos ageretur, penitus ignorabant. Erat caelum grave sordidis nubibus, et quae in ingentem pluviam cito resolvi possent, nisi id divina virtus fieri prohiberet. Nam tota nocte illa in tantum sine intermissione pluebat[m], ut nobis iter illud ea[n] die inchoari posse minime videretur. Sed illam nostram dubitationem ex infirmitate fidei venientem superna gratia per suorum merita sanctorum[o] longe aliter atque[p] existimavimus habere se fecit, quando viam per quam incessimus in aliam quam sperabatur qualitatem vidimus fuisse commutatam. Nam et[q] luti parum invenimus et rivos, qui in tam grandi ac iugi pluvia ut[r] ea nocte erat crescere solebant, pene nihil crevisse reperimus. Ubi vero de saltu egressi proximas villas accessimus, frequentibus obviorum ac Deo laudes dicentium turbis excipimur. Qui nos per octo fere leugarum[s] spatium comitati, nobis ac nostris et in sacro onere ferendo[t] devoti adiutores et in divinis laudibus dicendis impigri[u] fuere concentores.

(19) 13. At ubi vidimus, quod ea die ad locum destinatum pervenire non poteramus, divertimus ad villam Ostheim[1] appellatam, quae viae nostrae contigua cernebatur. Et inclinante iam vespera in basilicam beati Martini, quae in eadem villa est, sancta illa corpora intulimus; et sociis nostris ad excubias ducendas ibi dimissis, ego cum paucis ad locum quo tendebamus festinando praecessi et ea quae ad receptionem sanctorum corporum usus postulabat per noctem praeparavi. Ad basilicam vero, in qua illum sacrosanctum thesaurum dimisimus, sanctimonialis quaedam paralitica nomine Hruodlaug[v] de monasterio Machesbach[w, 2], quod ab eadem ecclesia unius leugae[x] spatio disparatum erat, ab amicis suis ac propinquis in carro adducta, cum iuxta feretrum sanctorum inter caeteros vigilans atque orans pernoctaret, recepta omnium membrorum sanitate, propriis pedibus, nullo sustentante vel quolibet modo amminiculante, ad locum unde venerat in crastinum regressa est.

(20) 14. At[y] nos albescente caelo surgentes, sociis nostris venientibus obviam ire perreximus, habentes nobiscum inmodicam vicinorum nostrorum multitudinem, qui fama adventus sanctorum exciti, ad hoc primo diluculo pro foribus nostris constiterunt, ut una nobiscum obviam sanctis procederent. Et occur-

a) *post corr.* hum. *h. l.* 2. b) inaudito portentu 2. c) sub salis 2. d) *deest* 2. e) Hrothl. 2. f) nunti::tum 2. g) comminandum 2. h) coenobio 2. i) *deest* 2. *ed.* k) tr. essent 2. l) transiet 2. m) pluebatur 2. n) i. cotidiae *corr.* cotidie 2. o) m. quorum l. 2. p) ut 2. q) N. educti p. 2. r) quae in ea 2. s) leguarum 2. t) ferendi 2. u) numquam pigri 2. v) Bruozgau 2. w) Mathesbach 2. x) leuguae spatium erat 2. y) *f.* 86. *in altero quaternione alia manu pergit* 2.

1) Ostheim prope Aschaffenburg. 2) Makesbah, Einh. epist. 40, p. 468. Hodie, ut videtur, Mosbach.

rimus eis in eo loco ubi Gaspentia[1] fluviolus Moino[a] miscetur. Inde pariter incedentes ac domini nostri Ihesu Christi misericordiam conlaudantes, sacras illas beatissimorum martyrum exuvias ad Mulinheim superiorem — sic enim moderno tempore locus ille vocatur[b] — cum magna omnium qui ibi adesse potuerunt laetitia et exultatione detulimus. Sed prae nimia populi multitudine, quae praecedens cuncta compleverat, neque ecclesiam adire neque feretrum in eam inferre valuimus; idcirco in campo adiacente atque in loco editiore altare sub divo ereximus ac, feretro pone altare deposito, missarum solemnia celebravimus. Quibus expletis, ac multitudine ad sua recedente, in ecclesiam a beatis martyribus iussam eorum sacratissima corpora intulimus. Ac feretro propter altare locato, iterum missam celebrare curavimus; ibique inter celebrandum puer quidam annorum circiter quindecim nomine Daniel[c], de pago Porciano[d] [2], qui illuc inter alios pauperes mendicando venerat, atque ita curvus erat, ut nisi supinus atque iacens caelum aspicere nequivisset, ad feretrum accessit; ac subito, velut ab aliquo inpulsus, corruit; cumque diu velut dormienti similis iacuisset, correctis omnibus membris et recepta firmitate nervorum, coram oculis nostris surrexit incolomis. Facta sunt haec 16. Kalendas Februarias, et erat eius diei tanta et tam clara serenitas, ut aestivi splendorem solis adaequaret, atque ipsius aeris tam mitis ac iucunda tranquillitas, ut veris temperiem apricitate blanda praecederet.

15. Postridie[e] vero sacra beatorum martyrum corpora, novo loculo recondita, in absida basilicae locavimus et, sicut in Frantia mos est, superposito ligneo culmine, linteis ac sericis palleis ornandi gratia conteximus. Adponentes altare ac duo vexilla dominicae passionis, quae in via feretrum praecedere solebant, hinc atque inde erigentes, locum illum divinis officiis celebrandis pro modulo paupertatis nostrae idoneum atque aptum facere curavimus. Ordinatisque clericis, qui inibi adsidue et excubias ducerent ac divinis laudibus dicendis curam sollerter inpenderent, ipsi non solum nostra sponte, sed etiam regali[f] diplomate, quod nobis in via obviam venerat, evocati, Domino iter nostrum prosperante, ad palatium sumus cum magna exultatione regressi.

EXPLICIT[g] LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

1. Transactis admodum paucis postquam ad comitatum veneram diebus, ego secundum consuetudinem aulicorum maturius surgens, primo mane palatium petii. Ibi cum ingressus Hildoinum, cuius[h] libro superiore mentionem feci, ante fores regii cubiculi sedentem atque egressum principis opperientem invenissem, ex more salutatum surgere atque ad quandam fenestram, de qua in inferiora palatii prospectus erat, mecum accedere rogavi. Ad quam pariter stando incumbentes, de translatione sanctorum martyrum Marcellini et Petri necnon et de miraculo, quod in fluxu cruoris, quo loculum eorum septem diebus sudasse commemoravi, ostensum est, mirando multa sumus locuti. Cumque ad id loci sermocinando venissemus, ut etiam de vestimentis, quae cum corporibus eorum inventa sunt, mentio fieret, atque ego mirae subtilitatis vestem beati Marcellini fuisse dicerem, ille, velut qui rem aeque ut ego notam haberet, vera me de vestibus dixisse, respondit. Hic ego stupefactus atque admirans, percontari coepi, unde illi haec vestimentorum, quae numquam viderat, notitia contingere potuisset. At ille me intuitus, paululum siluit; ac deinde: 'Satius', inquit, 'esse arbitror, ut per me cognoscas, quod me tacente tamen per alios celeriter es cogniturus. Et ego illius rei sim proditor simplex, quam fortasse alter, si prodiderit, non simpliciter enuntiabit. Neque enim potest, quia sic natura comparatum est, ut hoc quisquam veraciter dicere nequeat, cuius notitiam non per se ipsum, sed aliorum relatione fuerit adsecutus. Tuae tantum fidei committo, qualiter inde mecum acturus sis, postquam meo relatu omnem rei gestae veritatem agnoveris'. Cui cum me non aliud acturum, quam quod inter nos conveniret, brevi sermone respondissem: 'Presbiter', inquit, 'ille, qui ad deferendas beati Tiburtii reliquias Romam meo iussu profectus est, cum id propter quod illo venerat ita ut volebat perficere nequivisset, iamque notarius tuus, acceptis de quibus loquimur sanctorum martyrum reliquiis, domum redire statuisset, iniit cum illo consilium, ut, illo Romae paululum moras faciente, ipse[i] cum Lunisone, fratre Deusdonae, et cum hominibus eius, qui illos sacros cineres ferre debebant, Papiam usque praecederet ibique illius ac Deusdonae praestolaretur adventum. Placuit ambobus ista conventio, illisque Romae substantibus[k], presbiter cum Lunisone ac pueris reliquias ferentibus Papiam proficiscitur[l]. Quo cum esset perventum, scrinia sacros cineres continentia in ecclesia tua pone altare sunt posita atque ab excubantibus in eadem basilica clericis ac laicis diligenti sollertia custodita. Quadam vero nocte, cum et ipse inter caeteros ad easdem excubias in ecclesia vigilaret, contigit, ut ipse adserit, circa mediam fere noctem, ut, obripiente paulatim somno, universi qui intra[m] eandem basilicam vigilandi gratia convenerant praeter se solum obdormirent. Tum sibi in mentem venisse visumque fuisse, non sine magna quadam causa factum, ut tot hominibus tam subitaneus sopor obrepserit. Ratusque sibi oblata occasione utendum, surrexit atque, accenso lumine, ad scrinia silenter accessit. Tum filis sigillorum admota caerei flamma crematis, scrinia sine clave celeriter aperuit, ac de utroque corpore portionem quae ei videbatur accipiens, sigilla ut erant integra filorum crematorum summitatibus adnectit, nulloque id factum sentiente, in loco suo resedit. Post haec sublatas tali furto sancto-

a) Moeno 1. b) vocabatur 2. c) Danihel 2. d) Portiano 2. e) Postera die 2. f) regali *eadem manu, ut videtur, corr.* regio 1. g) *haec des.* 2. h) in *post add.* 2. i) *deest* 2. k) *corr. eadem manu* remanentibus 1. l) proficitur *corr.* proficiscitur 1. m) *post* intra *erasum est* in 1.

1) Gersprinz, qui Moenum influit prope Aschaffenburg. 2) In Campania situs.

828. rum reliquias, cum ad me fuisset reversus, detulit. Primoque, illas non sancti Marcellini vel Petri, sed sancti Tiburtii esse, asseveravit. Deinde, cum nescio quid vereretur, secrete mecum locutus, quorum sanctorum essent reliquiae, quoque modo eas fuisset adeptus, patenter aperuit. Habemus illas apud Sanctum Medardum in loco celebri honorifice collocatas, ubi ab[a] omni populo cum magna veneratione coluntur; (24) sed utrum eas nobis habere liceat, in tuo manet arbitrio'. His auditis, recordatus sum, quid in itinere, quo proxime ad palatium proficiscebar, a quodam hospite meo audierim. Qui inter caetera quae mecum loquebatur: 'Numquid nosti', ait, 'qualis de sanctis martyribus Marcellino et Petro per hanc regionem fama dispersa sit?' Cumque id me nescire responderem, tunc ille: 'Dicunt', inquit, 'qui de sancto Sebastiano[b] veniunt, quod presbiter quidam Hildoini[c] abbatis, qui una cum notario tuo Romam profectus est, cum inde reverterentur et in quodam loco communi diversorio uterentur, tuis omnibus ebrietate ac somno depressis et id quod agebatur penitus ignorantibus, scrinia quibus sanctorum corpora continebantur aperuisset eaque inde sustulisset atque abiens Hildoino detulisset, et modo apud Sanctum Medardum sint; in scriniis vero tuis parum quiddam sacri pulveris remansisse, quod ad te per notarium tuum perlatum sit'. Horum reminiscens eaque cum his quae ab Hildoino dicebantur conferens, non modica mentis perturbatione commotus sum, ob hoc praecipue, quia nondum inventum habebam consilium, quo illam execrabilem atque astu[d] diaboli ubique divulgatam famam extinguere ac de cordibus deceptae multitudinis depellere potuissem. Illud tamen optimum iudicavi, ut Hildoinum rogarem, id ipsum mihi reddere, quod de meis scriniis[e] sublatum et ad se delatum atque a se receptum post illam spontaneam confessionem negare non poterat. Quod etiam quanta potui instantia facere curavi. Et licet ille paulo durior ac difficilior quam optaveram in adsensione fuisset, victus tamen est sedulitate precum mearum. Cessitque improbitati meae, qui se paulo ante nullius iussioni, in hac praesertim causa, cessurum pronuntiaverat.

(25) 2. Interea missis ad Ratleicum et Lunisonem litteris — erant enim in eo loco ubi martyrum corpora conlocavi —, qualis per totam pene[f] Galliam de eisdem sanctis martyribus fama esset, eis indicare curavi, commonefaciens eos, ut cogitarent, si aliquid tale vel simile his quae Hildoinus de facto presbiteri sui adserebat in via eorum factum advertere vel reminisci potuissent. Qui statim ad me in palatium venientes, valde disparem his quae Hildoinus dicebat fabulam detulerunt. Nam inprimis omnia quae presbiter ille Hildoino retulerat falsa esse testati sunt. Neque ullam, posteaquam Roma exierunt, vel illi presbitero vel cuilibet alteri datam fuisse occasionem, per quam ad eiusmodi facinus perpetrandum aditum habere potuisset. Sed hoc ipsum, quod de sacris martyrum cineribus aliter atque debuerat accidisse constabat, Romae in domo Deusdonae per avaritiam Lunisonis et vafritiam memorati presbiteri contigisse, eo videlicet tempore, quo corpus beati Marcellini de tumba sua sublatum in domo Deusdonae servabatur. Modumque facti talem fuisse, dixerunt. Memoratus ille Hildoini presbiter, spe quam de sancti Tiburtii corpore adipiscendo conceperat frustratus, ne omnino vacuus ad dominum suum reverteretur, quod fide non poterat fraude adsequi molitus est. Nam Lunisonem adgressus, quia pauperem ac proinde cupidum esse cognoverat, oblatis ei quattuor aureis nummis quinisque argenti solidis, ad proditionem faciendam inlexit. Accipiens enim oblatam pecuniam, arcam in qua corpus beati Marcellini erat a Deusdona[g] depositum atque inclusum aperuit et illi nequissimo nebuloni auferendi ex ea quod vellet, qualem ipse[h] optaverat, potestatem fecit. Nec ille in ea rapina parcus fuit; nam tantum de sacris beati martyris cineribus sustulit, quantum vas sextarii mensuram habens capere posse videbatur. Hoc eo modo factum esse, ipse qui id cum memorato presbitero machinatus est Luniso, pedibus meis (26) provolutus, flendo testatus est. Tum ego, rei veritate comperta, Ratleicum ac Lunisonem eo unde venerant redire praecepi.

3. Ac deinde cum Hildoino locutus, conventione inter nos facta, quando sacrae mihi reliquiae redderentur, duos clericos de domo nostra, Hiltfridum videlicet ac Filimarum — alter presbiter, alter subdiaconus erat — ad recipiendas eas Augustam Suessorum pergere iussi, mittens per eosdem ad locum de quo eaedem reliquiae auferendae erant benedictionis gratia nummos aureos numero centum. Qui ubi Mart. 29. ad monasterium Sancti Medardi in die palmarum venissent, per triduum ibi morati sunt. Et recepto illo propter quem missi fuerunt incomparabili thesauro, comitantibus secum duobus ex eodem monasterio fratribus, quanta potuerunt celeritate ad palatium reversi sunt. Reliquias tamen non mihi, sed Hildoino Apr. 5. detulerunt. Quas ille recipiens, in oratorio domus suae fecit custodiri, usque dum, transactis paschalis festi occupationibus, vacuum tempus haberet, quo mihi id quod reddendum erat, priusquam redderet, ostendere potuisset. Completisque post sanctum pascha octo vel eo amplius diebus, cum rex venandi gratia de palatio fuisset egressus, Hildoinus, secundum quod inter nos convenerat, memoratis reliquiis de oratorio suo ubi servabantur sublatis atque basilicae sanctae Dei genetricis inlatis altarique superpositis, me, ut eas susciperem, fecit acciri[i]. Tum capsam in[k] qua reliquiae continebantur aperiens, ostendit (27) mihi, ut viderem quid esset, quod et ille redderet et quod ego reciperem. Exin sublatam de altari eandem capsam manibus meis inposuit, dataque[l] oratione competenti, praecentoris etiam officio functus, antifonam laudi martyrum convenientem clericis ad psallendum paratis inposuit[m], nosque cum illo inaestimabili thesauro recedentes usque ad hostium basilicae concinendo prosecutus est. Processimus[n] inde paulatim cum crucibus et caereis, laudantes Domini misericordiam, usque ad oratorium quod erat in domo nostra vili opere constructum. Eique, quia aliud ibi non habebatur, illas sacras reliquias intulimus.

a) ab o. p. *in loco raso* 1. b) ano *e corr.* 1. c) *corr.* Hilduini 2, *et ita deinceps.* d) astutia 2. e) scrinibus *corr.* scriniis 2. f) G. p. 2. g) Deusdonae 2. h) *eadem manu superscr.* 1. i) acciri *superscr.* accersiri 1. k) in q. r. c. *in loco raso* 1. l) dataque — inposui *in marg. sup. suppl.* 2. m) inposui 2. n) et nos *post add.* 1.

4. In illa vero processione nostra, quam de basilica usque ad oratorium nostrum nos fecisse dixi, 828 quid miraculi acciderit, censeo non esse tacendum. Egredientibus enim nobis de ecclesia laudemque domino Deo nostro excelsa voce canentibus, tanta vis suavissimi odoris eam partem vici Aquensis, quae ab ecclesia ad occidentem respicit, totam implevit, ut illa flagrantia[a] pene omnes eiusdem partis habita- 5 tores itemque universi qui pro quibuslibet[b] causis atque negotiis eadem in parte fuerant constituti ita divinitus commoverentur, ut, omissis quae in manibus habebantur operibus, cuncti cursu rapidissimo primo ad ecclesiam, deinde quasi per vestigium ad nostrum oratorium, in quod illas reliquias inlatas esse audierant, summopere festinarent. Fit inmodicus intra septa nostra exultantis simul atque mirantis[c] populi concursus. Et cum magna pars eorum qui confluxerant, id quod agebatur quid esset, ignoraret, 10 gaudio tamen et exultatione repleti, Dei omnipotentis misericordiam conlaudabant.

5. Postquam autem fama crebrescente divulgatum est, reliquias sancti Marcellini martyris in eum (28) locum esse delatas, non solum de eodem vico Aquensi et vicinis atque adiacentibus villis, verum etiam de longinquioribus locis[d] ac pagis adeo frequens atque inmanis multitudo congregata est, ut nobis ad officium in eodem oratorio celebrandum praeter vespertinas horas atque nocturnas haud facilis pateret 15 introitus. Adducebantur undique debiles, et variis adfecti languoribus circa oratorii parietes a propinquis suis atque amicis collocantur. Videres ibi pene omnia infirmitatum genera per virtutem Christi domini et per meritum beatissimi martyris in omni sexu et[e] aetate curari. Caecis visus, claudis incessus, surdis[f] auditus, mutis sermo redditur; paralitici[g] etiam et qui totius corporis viribus destituti alienis manibus adportati sunt, sanitate recepta, propriis pedibus ad sua revertebantur.

20 6. Haec ubi ad regias aures relatione Hildoini perlata sunt, statuit primo, ut ad palatium regressus, (29) oratorium nostrum, in quo haec fiebant, martyrem venerabundus accederet. Sed, ne id faceret, eodem Hildoino suggerente prohibitus, ad maiorem basilicam reliquias deferri praecepit. Ibique delatas humili supplicatione veneratus est. Celebratisque missarum solemniis, obtulit beatis martyribus Marcellino et Petro quoddam praediolum, situm iuxta fluvium Aram[1], vocabulo Hludolvesthorp[h, 2], habens mansos quin- 25 decim et vinearum aripennes novem. Obtulit et regina cingulum suum ex auro et gemmis factum, pensans libras tres. Quibus expletis, relatae sunt reliquiae ad locum suum, in oratorium videlicet nostrum, fueruntque ibi diebus quadraginta vel eo amplius, usque dum imperator palatio egrediens venandi gratia Apr. — Iun. solemni[i] more silvas peteret. Quo facto, et nos, comparatis quae ad profectionem nostram necessaria videbantur, cum eisdem reliquiis de vico Aquense promovimus.

30 7. In ipso autem nostrae egressionis articulo, cum missarum solemnia celebrarentur, anus quaedam in palatio notissima, annorum circiter octoginta, nervorum contractione laborans, in conspectu nostro curata est. Quae, ut ipsa narrante didicimus, per quinquaginta annos hoc morbo detenta, more quadrupedum genibus manibusque nitendo[k], officium ambulandi reptando impleverat.

8. Inde iter ingressi, suffragantibus sanctorum meritis, sexto demum[l] die Mulinheimum[m] vicum, in (30) 35 quo sacros beatorum martyrum cineres ad comitatum profecturi dimisimus, Domino adiuvante, pervenimus. In quo itinere quantum gaudii quantumque laetitiae de illarum adventu reliquiarum populis in eadem via consistentibus accesserit, neque mihi silendum est, nec tamen ita ut fuit plene dici atque enuntiari potest. Dicendum tamen est, ne res ad Dei laudem maxime pertinens quasi per desidiam silentio suppressa videatur. Ac primum quidem gestit animus id referre, quod palatio egressi in multo- 40 rum praesentia nos vidisse reminiscimur. Vurmius[3] dicitur fluviolus duobus fere passuum milibus ab Aquense palatio distantem habens pontem; ad quem venientes, propter multitudinem, quae nos eo usque de palatio prosequebatur iamque redire volebat, ut orandi locum haberet, parumper constitimus. Ibi quidam de orantibus cum alio ad reliquias accedens sociumque respiciens: 'Propter amorem', inquit, 'atque honorem huius sancti aere alieno, propter quod te mihi obnoxium esse non ignoras, absolvo'. 45 Debebat enim ei, ut ipse fatebatur, dimidiam argenti libram. Itemque alter socium suum manu conprehensum ad reliquias trahens: 'Patrem', ait, 'meum occidisti, ac proinde inimici eramus ad invicem; nunc autem propter amorem atque honorem Dei et huius sancti, deposita simultate, foedus tecum iungere atque inire volo, ut abhinc in futurum perpetua inter nos amicitia permaneat. Sitque hic sanctus condictae in invicem caritatis testis et ultor in eum qui hanc pacem prior inrumpere temptaverit'.

50 9. Hic[n] illa turba, quae nobiscum de palatio fuerat egressa, adoratis atque osculatis sacris reliquiis, (31) cum multis lacrimis, quas prae nimio gaudio continere non poterat, domum revertitur; alia multitudine, quae ibi nobis obviavit, nos comitante atque kyrieleison sine intermissione cantante usque ad eum locum in quo simili modo ab aliis occurrentibus excipiebamur. Quae tunc similiter ut prior, supplicatione facta, ad sua reversa est. Hoc modo per singulos dies a prima luce usque ad vesperam comitantibus 55 ac domino Christo laudem dicentibus populorum turbis, ab Aquense palatio usque ad memoratum Mulinheimum[o] vicum, Domino iter nostrum prosperante, pervenimus. Atque ibi illas reliquias super altare, pone quod loculus sacros martyrum cineres continens positus, gemmata capsa reconditas conlocavimus.

a) *ita* 1. b) cuiusl. 2. c) admir. 2. d) loci 2. e) *eadem manu superscr.* 1. f) s. a. *erasa* 1. g) paraliticis 2. 60 h) Hludovesthorp 2. i) *corr.* sollemni 1. 2 *(constanter)*. k) *corr.* nitens 1. l) decimo *ed.* m) um *erasum* 1. n) Hic — revertitur *des.* 2. o) um *erasum* 1; Mulinheim 2.

1) Ahr fluvius, supra Bonnam Rhenum influens. 2) De cuius situ non satis constat. 3) Wurm, qui Roer influit.

828 Nov. 10. Fueruntque ibi sic positae, usque dum nos, mense Novembrio ad palatium ire parantes, per revelationem admoniti sumus, ne prius de illo loco proficisceremur, quam eas corpori de quo sumptae erant coniungeremus. Qualiter autem revelatum fuerit, ut hoc fieri deberet, non est silentio transeundum, quia non solum somnio, ut fieri solet, sed etiam signis quibusdam ac terroribus ad vigilantiam curam pertinentibus ostensum est, beatos martyres omnimodis voluisse, ut in hac re iussio illorum fuisset adimpleta.

(32) 11. Erat unus de clericis qui ad excubias basilicae deputati fuerunt nomine Landolfus[a], cui tunc signi tangendi cura commissa fuerat, habens stratum suum iuxta australem basilicae ianuam. Qui cum secundum consuetudinem nocturni ac matutinalis officii solemni more surgeret signumque moveret, completoque ante lucem eodem officio, rursum dormire vellet, clausis ecclesiae foribus, coram sanctis martyrum cineribus supplicandi gratia se prostravit. Ibi cum psalmum quinquagesimum, ut ipse adserit, dicere inciperet, audivit iuxta se in pavimento velut sonitum pedum hominis huc atque illuc ibidem deambulantis. Consternatusque pavore non minimo, erexit se paululum in genua et in omnem partem circumspicere coepit, aestimans, aliquem de pauperibus, clausis ecclesiae ianuis, in quolibet angulo delituisse. Cumque nullum alium quam se solum intra parietes basilicae esse cerneret, iterum se ad orationem inclinavit ac psalmum quem prius inchoaverat repetivit. Sed antequam unum eius versum complere potuisset, capsa quae altari inposita sacras beati Marcellini reliquias continebat repentino crepitu tam vehementer insonuit, ut quasi malleo percussa dissiluisse[b] putaretur. Duo quoque ostia basilicae, quae iam clausa erant, occidentale videlicet atque australe, velut aliquo pulsante atque impellente, (33) simili modo sonuerunt. Quibus exterritus ac stupefactus, cum, quid sibi agendum esset, penitus ignoraret, surgit ab altari et in lectum suum se pavitando proiecit. Subitoque sopore depressus, vidit sibi quendam ignoti vultus virum adsistere, qui se talibus verbis compellaret: 'Certumne est', ait, 'Einhardum[c] sic ad palatium properare velle, ut reliquias sancti Marcellini, quas huc detulit, prius in locum de quo sublatae fuerant non reponat?' Cum ille se huius rei ignarum esse respondisset: 'Surge', inquit, 'primo diluculo eique ex auctoritate martyrum praecipe, ne hinc abire vel alicubi pergere praesumat, antequam illas reliquias loco suo restituat'. Expergefactus surrexit, et ubi me primum convenire potuit, hoc quod sibi fuerat imperatum mihi intimare curavit. Sed neque ego segniter in huiuscemodi negotio aliquid agendum arbitratus, immo id quod iubebatur[d] sine ulla morarum interpositione adimplendum esse iudicans, ipsa quidem die ea quae ad hoc necessaria videbantur praeparare iussi. Sequenti vero sacras[d] illas reliquias corpori de quo sumptae fuerant cum summa diligentia sociare curavi. Quod factum quam gratum beatissimis martyribus foret, adtestatione miraculi subsequentis liquido conprobatur. Nam proxima nocte, cum ad matutinum officium in basilica solemniter sederemus, senex quidam gressuum officio destitutus genibusque ac manibus nitens reptando ad orationem intravit. Is coram omnibus nobis per virtutem Dei et merita beatissimorum martyrum eadem qua ingressus est hora ita perfecte[e] curatus est, ut ad incedendum ne baculi quidem sustentatione ulterius indigeret. Qui etiam et surdum se per continuum quinquennium fuisse, simulque cum officio pedum auditum sibi redditum adfirmabat. His ita peractis, ad comitatum, sicut superius me facere voluisse retuli, ibidem hiematurus, multa mecum reputando profectus sum.

EXPLICIT[f] LIBER SECUNDUS.

INCIPIT[g] LIBER TERTIUS.

(IV. 34) Scripturus virtutes atque miracula, quae beatissimi martyres Christi Marcellinus et Petrus, postquam eorum sacratissima corpora de Roma in Franciam delata sunt, per diversa loca fecerunt, immo quae per illorum beata merita et pias orationes ipse rex martyrum Deus et dominus noster Ihesus Christus ad salutem hominum operari dignatus est, necessarium iudicavi brevi praefatione perstringere, quod ex his quae scribere disposui maior pars ad notitiam meam aliorum relatione perlata est. Quibus tamen ut fidem haberem, ex his quae ipse vidi et coram positus agnovi tam firmiter mihi persuasum est, ut sine ullo dubitationis scrupulo vera esse crederem quae ab his dicebantur qui se illa vidisse testati sunt, tametsi personarum, a quibus haec audieram, aut parvam aut nullam eatenus notitiam haberem[h]. Caeterum de his omnibus ea primum scribenda videntur quae in eo loco gesta et a me ipso visa sunt, ad quem suos sacratissimos cineres idem beatissimi martyres transferri praeceperunt; deinde illa quae in[i] Aquense palatio sub ipsis aulicorum obtutibus facta memorantur; tum[k] ea quae per diversa loca, ad quae, religiosis viris petentibus ac me tribuente, sacrae illorum reliquiae delatae sunt, gesta referuntur, censui esse ponenda; ut, hoc ordine in relatione servato, nihil remaneat ex omnibus signis atque miraculis, quae ad nostrae parvitatis notitiam pervenire potuerunt. Sed iam nunc, praefatione completa, ipsa quae dicenda sunt miracula proferamus[l].

(35) 1. Postquam sacra beatissimorum martyrum corpora, sicut iam in superioribus demonstratum est, ipsis iubentibus et nobis morem gerentibus, ad locum in quo nunc requiescunt cum ingenti fidelium populorum exultatione perlata et, celebratis in campo missarum solemniis, manibus sacerdotum, quorum ibi tunc non parvus numerus erat congregatus, in basilicam deportata sunt, feretrumque quo vehebantur

a) Landulfus, ul *e corr.* 2. b) *corr.* dissiliisse 1. c) Einherdum *e corr.* 2. d) *e corr.* 1. e) perfectae *corr.* perfecte 1. f) Explicit lib. I. de virtutibus sanctorum Marcellini et Petri 2. g) Incipit praefatio libri secundi 2. h) habuerim *e corr.* 1. i) in — memorantur *in sup. marg. suppl.* 2. k) tum ea *superscr.* 2. l) Incipit prosecutio virtutum *add.* 2.

iuxta altare positum est, et iterum aliud officium ibidem celebrari coeptum: subito quidam adolescens[a], 827. renium dissolutione adfectus atque ideo curvus ac baculis innitens, de media circumstantis populi multitudine prorupit, seque ad[b] adorandum inclinare cupiens, in genua procubuit. Sed mirum in modum, velut aliquo se revellente vel potius retrahente, supinus cecidit similisque dormienti diutissime iacuit. Tum quasi evigilans, in sessum se erexit, ac deinde post paululum, nullo amminiculante, surrexit. Stansque in medio circumfusae multitudinis, una cum caeteris de recepta sanitate gratias agendo Dei misericordiam conlaudavit. Hic, se de pago Porciano cum aliis pauperibus ac peregrinis illuc venisse Danielemque vocari, nobis percontantibus indicavit.

2. Eadem fere hora eodemque, ut ita dicam, momento, quo is de quo nunc diximus intra ecclesiam et coram ipso altari per virtutem Christi et intercessionem martyrum sanitatem est consecutus, mulier quaedam paralytica et pene omnium membrorum officio destituta, pro foribus ecclesiae iacens, in auxilium sui sanctos martyres invocavit. Et mox, cunctis cernentibus qui circa steterant, coepit commotis visceribus velut nausiabunda concuti ac deinde magnam vim flecmatis[c] ac bilis vomendo proicere. Quo facto, paululum aquae frigidae sumens, de loco in quo iacebat se levari rogavit. Et baculo nitens, basilicam introivit. Adoratisque martyribus, ac recepto membrorum vigore, ad propria repedavit.

3. Interea quidam homo Willibertus nomine, haud longe a basilica, in qua nunc beatorum martyrum (36) corpora requiescunt, domum habens, inter caeteros qui ad venerationem sanctis exhibendam convenerant ad feretrum accessit et quasi pro dono quadraginta denarios obtulit. Qui cum a nobis fuisset interrogatus, quis esset, quidque sibi vellet huiusce muneris oblatio, retulit, se ante paucos dies gravissimo languore correptum, ad extrema fuisse perductum, adeo ut ab omnibus qui se viderant desperatus ammoneretur, ut omnes facultates suas pro remedio animae suae celeriter erogaret; seque ita fecisse. Iamque omnibus quae habebat, ad quae[d] pia loca danda forent, dispositis, unum ex servis suis cum ingenti gemitu fuisse conquestum, quod perperam ac valde neglegenter ab eis factum esset in eo, quod nihil de bonis eius sanctis nuper de Roma venientibus datum esset. Tum se circumstantes interrogasse, si aliquid de rebus suis superesse scirent, quod ad martyres mitti potuisset[e]. Erant enim adhuc in Michilunstat, et nondum aliquibus signis inclaruerat, quod inde migrare deberent. Tum quendam sibi respondisse, quoniam de omnibus rebus eius unus tantum porcus remansisset, et non esse deputatum, quo dari deberet. Tunc sibi conplacuisse seque precepisse, ut venumdaretur, et post obitum suum pretium illud ad martyrum luminaria[f] mitteretur. Quibus verbis expletis, tam subitam se adserit[g] sensisse medellam, ut protinus, omni dolore fugato, etiam aedendi desiderium habuerit, ciboque sumpto, in tantum brevi confortatus sit, ut in crastinum ad omne opus, quod rei familiaris necessitas postulasset, procurandum vel faciendum percommode ire potuisset. Post haec porcum illum fuisse venditum, et hoc esse pretium eius, quod ex voto beatis martyribus offerebat.

4. Reliquas virtutes atque miracula, quae per eos Dominus ad salutem hominum operatus est, (37) quoniam quo ordine dicantur nihil referre video, ita ut memoriae occurrerint censui describendas[h], quia in earum relatione magis, quid et quare, quam quando aliquid gestum sit, considerandum est. Collocatis igitur in eadem basilica more solemni beatorum martyrum reliquiis, cum secundum ecclesiasticae institutionis consuetudinem sacra missarum solemnia cotidie celebrarentur, contigit, ut quadam die, cum divina res ageretur, et nos in superioribus eiusdem ecclesiae locis constituti super subiectum atque in inferioribus constitutum populum intenderemus, clericus quidam seminudus, qui inter caeteros ad idem officium venerat atque in media multitudine consistebat, tam gravi ruina subito conlapsus est, ut mortuo similis in pavimento diutissime iacuisset. Quem cum stertentem aliqui ex circumstantibus levare atque erigere conarentur, tanta vis sanguinis ex ore et naribus erupit, ut tota anterior pars corporis, id est pectus et venter et usque ad vestem quo[i] inguina tegebantur, hac esset exuberatione perfusa. Qui cum adlata aqua fuisset refocilatus, resumptis viribus, clare loquutus est. Nam postmodum a nobis interrogatus, testatus est, se ab infantia sua usque in praesens neque audire aliquid nec loqui potuisse. Patriam sibi esse Brittanniam, se natione Anglum, matrem suam visitandi gratia, quae Romae peregrinaretur, iter arripuisse, atque ita inter caeteros peregrinos, qui una Romam ire volebant, in illum locum pervenisse; sed, sociis suis abeuntibus, se substitisse; ipsumque diem quo sanus factus est septimum esse, ex quo in illum locum venerat. Cumque ab eo nomen eius quaereremus, respondit, se nomen suum penitus ignorare, pro eo quod ex eo tempore quo obsurduit numquam nomen suum audierit.

5. Exin post aliquot dies, cum more solemni ad vespertinum officium in ecclesia fuissemus congregati, (38) puella quaedam surda et muta, quam de pago Biturigum[k] pater eius ac frater salutem quaerendi gratia per multa sanctorum loca trahentes, tandem illuc perductam inter caeteros in eadem ecclesia stare fecerunt, subito velut insania quadam excitata, tabulas, quarum crepitu ad eleimosinam[l] petendam utebatur, quanta potuit virtute concussit atque in populum ante se constitutum furibunda proiecit. Tum ad sinistrum ecclesiae parietem adcurrens, velut in eundem ascensura, trium vel eo amplius pedum saltu in altum dato, supina corruit; et cum ibi paululum mortuo potius quam dormienti similior iacuisset atque eruptione sanguinis, qui ex ore ac naribus nimius profluebat, esset pene tota respersa, a circumstantibus sublata atque[m] in medium basilicae deportata est. Cumque et ibi aliquandiu iacuisset, velut de gravi somno experrecta resedit, ac deinde manus his qui adstiterant porrigens, ut in pedes erigeretur, quibus poterat nutibus oravit. Erecta ad altare deducitur. Ubi cum Ratleicum inter alios clericos, qui

a) *post corr.* adol. 1, *ubi* lescens r. d. *in loco raso.* b) ad a. *in loco raso* 1. c) *post corr.* flegmatis 1; f::gmatis 2. d) quae *hoc loco erasum et post* danda *recentiore manu scriptum* 1. e) potuissent 1. f) *post corr.* limina 1. g) *corr.* asserit s. medelam 1. h) describenda *corr.* describendas 1, *et ita* 2. i) *ita* 1. 2. k) *corr.* Biturigo 2. l) *ita* 1; elesim. 2. m) ac 2.

827. iuxta altare constiterant, stantem ac se respicientem cerneret, protinus in haec verba prorupit: 'Tu es', inquit, 'Ratleicus'; 'tu', ait, 'hoc nomine vocitaris, tu es servus horum sanctorum'. Quam cum ille percontaretur, unde hoc scisset, vel quis ei nomen suum indicasset: 'Sancti', inquit, 'isti qui hic requiescunt, quando velut dormiens iacui, accesserunt ad me et miserunt digitos suos in auriculas meas dixeruntque mihi: "Cum surrexeris et ad altare accesseris, clericus ille iuvenis quem coram te adsistere ac te intendere videris, scito, quod ille Ratleicus vocatur et ille servus noster est. Nam ipse est, qui ad hunc locum corpora nostra detulit'; et vere ita erat. Siquidem ipse erat, quem propter sanctorum reliquias a quodam diacono recipiendas nobisque deferendas Romam nos misisse in primo libro memoravimus. Et haec quidem hoc modo coram nobis per virtutem beatissimorum martyrum, depulso infirmitatis spiritu, integerrimam corporis sui sanitatem est consequuta. Quam pater ac frater, qui eam illo deduxerunt, a tempore nativitatis suae surdam et mutam semper fuisse testati sunt.

(39) 6. Miraculum autem quod nunc narraturus sum ego ipse non vidi, sed verbis eorum quorum hoc relatione mihi compertum est non minus quam propriis oculis credere possum; ideoque non ut auditum, sed potius ut a me ipso visum, incunctanter ac sine ulla dubitatione proferre decrevi. Mercatores quidam de civitate Mogontiaco, qui frumentum in superioribus Germaniae partibus emere ac per fluvium Moinum[a] ad urbem devehere solebant, caecum quendam natione Aquitanum nomine Albricum, mercedis a Deo promerendae gratia navi suae inpositum, sicut ipse petiverat, ad basilicam beatorum martyrum deduxerunt. Qui cum ibi egressus atque in domo custodis ecclesiae esset hospitio receptus, septem vel eo amplius dies ibidem[b] moratus est. Habebat enim praeter caecitatem, quae ei propter quod oculis carebat et naturalis iam esse videbatur, horribilem ac foedam totius corporis infirmitatem. Erat enim omnium membrorum ingens tremor, qui eundem tam gravi quatiebat incommodo, ut propriis manibus cibum ori suo porrigere penitus non valeret. Is cum die[c] quadam horis antemeridianis in hospitio iacens obdormisset, vidit per soporem quendam sibi adsistentem seque monentem, ut cito surgeret atque ad ecclesiam festinaret, tempus dicens advenisse, in quo de illa miserabili passione per virtutem sanctorum liberari deberet. Expergefactus atque ad ecclesiam ductus, pro foribus in quodam lapide consedit. Agebatur tunc in ecclesia more solemni divinum officium, et expletis orationibus quae sacram euangelii lectionem praecedere solent, ipsum legi coeptum est. Cuius cum vix duo versus fuissent legendo completi, et ecce repente, velut vim patiens, tremulosus ille vociferatus est, dicens: 'Adiuva me, sancte Marcelline'! Quo clamore tametsi omnes qui in ecclesia erant haud parva forent perturbatione commoti, maiore tamen parte propter reverentiam euangelicae lectionis in loco remanente, plures ad videndum, quaenam causa huiusce clamoris existeret, accurrerunt. Et, ut postea testati sunt, invenerunt eundem in eo quo consederat loco extento ac resupinato corpore iacentem mentumque ac pectus cruore ex naribus profluente inundatum. Qui cum ab eis erectus et paululum aquae frigidae sumens fuisset recreatus, retulit, sibi visum fuisse tunc, cum illam vocem emiserat, quod aliquis eum pugno in cervicem percussisset; atque ideo beati martyris auxilium implorasset. Caeterum hunc ictum tam salutarem ei fuisse constat, ut ex illo temporis momento nullum illius foedae agitationis vestigium in eius corpore ulterius appareret. Is postea per duos fere annos in eodem loco mansit, et, ut ipse testatus est, nulla nox in hoc biennio fuit, in qua per somnium eosdem qui eum salvum fecerunt martyres non vidisset, multa quoque[d] ab eis audisset, quae aliis dicere iubebatur. Ex quibus pleraque nunc impleri cernimus, quae ille tunc futura esse praedixit[1].

(40) 7. Post paucos dies vidimus et alium quendam simili morbo implicitum in eadem basilica per eorundem sanctorum merita non dissimili modo curatum. Nam quadam nocte, cum ad matutinum officium celebrandum et divinae legis lectiones audiendas in ecclesia sederemus, intravit quidam habitu clericali trementibus membris, baculoque nitens, titubantia vestigia aegre gubernabat. Cumque se iuxta parietem ad orandum[e] inclinaret, ingenti voce emissa, repentino casu cernuus ruit, ac parva temporis mora interposita, ab eo quo tenebatur incommodo sanus surrexit. Is, cum ab eo quaereremus, si aliud aliquid praeter quod nos omnes videre potuimus sibi visum fuisset ea hora qua salutem est consecutus, dixit, se paulo antequam basilicam fuisset ingressus ad ecclesiam veterem, quae occidentem versus a nova basilica, in qua martyres tunc quiescebant, parvo spatio distabat, orandi gratia venisse et, cum eam clausam offendisset, pro foribus orasse. Deinde cum se erexisset et ad ecclesiam ire coepisset, vidisse quendam clericum veneranda canitie, stola alba indutum, eo quo et ipse ire volebat se praecedentem. Quem, ut ipse asserit, sequutus est usque ad ostium basilicae; quo cum ambo venissent, is qui praecedebat substitit, et sinistro posti se adplicans, quasi vellet, ut ille[f] prius ingrederetur, quem ipse paulo ante praecesserat, cunctantique, ut ante se intraret, annuendo imperavit. Qui cum intrasset et ad orandum se inclinasset, postergum eius stetit et eum pugno in cervicem percussit atque prostravit, et confestim evanuit. Quem tamen nemo alius nisi solus ille qui sanatus est videre potuit.

(41) 8. Sub idem fere tempus, cum quadam nocte surgentes ad ecclesiam iremus, invenimus pro foribus ecclesiae quendam puerum in porticu iacentem, adeo miserabiliter contractum, ut mento genua iungerentur. Qui unum ex his qui nos sequebantur rogavit, ut se in ecclesiam deportaret. Et ille misericordia motus sustulit eum et in ecclesia iuxta cancellos iacere fecit. Qui confestim, inruente sopore, ubi iacuit ob-

a) Moynum 2. b) ibi demoratur 2. c) de *corr.* die 1. d) se *post add.* 2. e) ad or. *corr.* ad ador. 2. f) ire *corr.* ille 1.

1) Cf. epistolam 9, a. 830. datam: *Omnia que nunc in hoc regno geruntur revelantibus Christi martyribus ante biennium futura praedicta sunt.*

dormivit. Nec prius plene evigilavit, quam de illa miserabili contractione per suffragia sanctorum ita perfecte sanatus est, ut evigilans per se de loco, in quem alio portante delatus est, surgeret atque ad altare Deo gratias acturus accederet. Is tamen, ubi inluxit, et nos cum eo loqui potuimus, retulit, se tribus vicibus, priusquam signum ecclesiae sonuisset, a quodam sibi ignoto clerico excitatum atque ammonitum, ut nequaquam praetermitteret, quin tempore matutini officii in ecclesiam veniret. Se quoque ita fecisse ac postea, sicut nos vidimus, in ecclesia dormientem integram sui corporis sanitatem recepisse. Et hic quidem annorum circiter quindecim esse videbatur. 827.

9. Alium itidem vidimus, non puerum, ut hic erat, sed valde senem atque decrepitum, pari morbo[a] affectum, eodem in loco simili modo simili in tempore curatum. Quem et ipsum nocte quadam, cum propter matutinum officium celebrandum ad ostium ecclesiae venissemus, in ipso limine reperimus. Qui genibus nitens, duobus se baculis sustentabat ac sic illo tardissimo motu ad ingrediendum nos morabatur. Cumque postergum eius constituti illam pigram promotionem praestolaremur, tanta suavissimi odoris flagrantia de basilica procedens nares nostras implevit, ut omnium aromatum ac thimiamatum artificiosam compositionem sua praestantia superaret. Intravit tandem et coram nobis iuxta cancellos quasi ad dormiendum procubuit. Nos[b] quoque basilicam ingressi, nostris locis constitimus ac simul cum aliis psalmos qui dicebantur solemni more cantavimus. At ubi prima lectio recitari coepta[c] est, audivimus eundem senem gemere et quasi qui vim pateretur auxilium implorare. Ac deinde, interiecto parvo temporis spatio, vidimus in sessum se erigere ac protinus, baculis quibus incessum regere solebat adsumptis, etiam in pedes constitisse. Et nos quidem haec vidimus; ipse autem fatebatur, sibi visum fuisse, quod se iacentem quasi duo quidam adprehendissent, unus per umeros et brachia, alter per crura et pedes, acsi trahendo nervos suos, qui contracti erant, extendissent. Et quia praeter hoc contractionis incommodum etiam surdum se[d] fuisse adserebat, dixit, sibi, cum in sessum fuisset erectus, velut ictum pugni validissime ferientis in caput superne venisse, vocemque simul, ut in futurum audiret, imperantis audisse. Hic senex hoc modo sanatus, de pago Helvetiorum qui nunc Aragaowi[e] vocatur se venisse et natione Alamannum esse, testatus est. (42)

10. Alius autem simili modo nervorum contractione debilitatus, qui se de vico Leodico, ubi sanctus Landibertus[f] corpore requiescit, venisse dicebat, quadam dominica nocte post peractum matutinale officium, nobis iam de ecclesia regressis, cum propter eos qui de longe venerant et ad sua redire festinabant hostiae salutaris sacramenta presbyter ex more celebraret, coram omnibus qui aderant in pavimentum cecidit ibique parvo temporis spatio velut soporatus iacuit. Dein, quasi de somno expergefactus, nemine se sublevante, surrexit. Cumque unus ex circumstantibus baculos, quibus ante uti solebat et cum caderet de manibus eius elapsi procul iacebant, sumeret[g] eique porrigeret, renuit, dicens: 'Absit a me, ut eos ulterius adtingam'. Sed et iste ad hunc modum curatus, in patriam repedavit, de qua reptando potius quam incedendo ad martyrum limina pervenerat. (43)

11. Nec multo post, cum ego mense Novembrio secundum consuetudinem in palatio hiematurus ad comitatum ire disponerem, iamque iter ingressus, transmisso flumine Rheno, in villam regiam cui Sinciacus[1] vocabulum est ad manendum venirem et post caenam, quae aliquam noctis partem occupaverat, in cubiculi secretum, ubi quieturus eram, cum familiaribus meis me recepissem, minister qui potum nobis porrigere solebat, quasi novi aliquid nuntiaturus, festinanter intravit. Quem ego intuitus: 'Quid tu', inquam, 'narrare vis? Nam, ut video, habes nescio quid quod ad nostram vis perferre notitiam'. Tum ille: 'Signa', inquit, 'duo coram nobis modo facta sunt, quae vobis indicare veni'. Cumque eum, quicquid vellet, dicere iussissem: 'Modo', ait, 'cum de caena surgentes hoc cubiculum[h] intrastis, ego cum sociis meis descendi in cellarium, quod huic caenaculo subiectum est. Ubi cum cervisam[i] ministris petentibus distribuere coepissemus, supervenit puer missus a quodam conservo nostro flasconem ferens, quem sibi impleri flagitabat. Qui cum esset impletus, petiit, ut etiam sibi de eadem cervisa quantulumcumque daretur ad bibendum. Datum est in vase, quod casu vacuum supra cupam in qua cervisa erat positum fuerat. Sed ubi hoc hausturus ori admovit, cum ingenti admiratione, vinum hoc, non cervisam esse, clamavit. Cumque eum is qui et flasconem impleverat et id ipsum quod illi datum fuit de eodem foramine traxerat mendacii coepisset arguere: "Sume", inquit, "et gusta, et tunc me non falsum, sed potius verum dixisse probabis". Sumpsit ille atque gustavit, sibique similiter vinum hoc, non cervisam sapere[k] testatus est. Tunc tertius et quartus caeterique qui aderant singillatim gustando et mirando totum quod in vase fuerat ebiberunt. Quotquot autem inde gustaverunt, meri, non cervisae saporem id habuisse testati sunt. Interea cum in huius signi admiratione attoniti stuperent, contigit, ut caereus, cuius lumine ibidem utebantur, et tunc propter cupam parieti adfixus ardebat, nemine contingente, in madens umore pavimentum caderet atque ita esset extinctus, ut ne[l] parvissima quidem in eo scintilla remaneret. Quem unus eorum arripiens, ad hostium cucurrit[m]; sed horrore tenebrarum permotus, priusquam egrederetur, in ipso limine stans: "Sancti", inquit, "martyres Marcellinus et Petrus nos adiuvent!" Ad quam invocationem caereus ille quem manu tenebat accensus est'. Haec ubi audivi, confestim Deo omnipotenti, ut par erat, laudem dixi et gratias egi, qui sanctos suos semper et ubique glorificat et nos famulos suos, qui sacras eorum reliquias tunc nobiscum habebamus, de tantis[n] virtutibus (44) (45)

a) modo 2. b) Nosque b. 2. c) ta est audi *in loco raso* 1. d) esse 2. e) Aragaowi 2. f) di *erasum* 1. g) summeret 2. h) cubicum *corr.* cubiculum 1. i) *corr.* cerves., *et ita post* 2. k) sapare *corr.* sapere 2. l) nec 2. m) cucurit 2. n) factis 2.

1) Sinzig.

827 laetificare dignatus est. Illum autem qui haec mihi nuntiavit, expleta narratione, ad mansionem suam secedere iussi. Caeterum, cum me ad quiescendum in lectulo conlocassem, coepi mecum multa volvendo tractare atque mirari, quidnam sibi vellet quidve portendere[a] posset illa cervisae in vinum, id est deterioris potionis[b] in meliorem, facta mutatio, aut cur in eo loco, id est in regia domo, ac[c] non potius in eo ubi beatorum martyrum, qui haec prodigia per virtutem Christi fecerunt, sacratissima corpora recondita sunt, huiuscemodi miraculum evenisset. Sed licet ad huius quaestionis certam indaginem longa ac sollicita cogitatione pervenire nequirem, certum tamen habui et certum semper habebo, illam divinam atque supernam virtutem, per quam haec atque alia huiusmodi miracula fieri creduntur, nihil umquam sine causa vel facere vel fieri sinere in creaturis, quas ad suam providentiam et gubernationem pertinere non dubito.

(V 46) 828. 12. Igitur inde digressus, sicut superius dixi, ad comitatum perrexi[d]. Nam imperator Hludewicus[e] eo tempore Aquisgrani palatio consistens, conventum procerum ibi fieri media fere hieme praeceperat[1]; ubi et ego inter caeteros adesse iussus, quia de vicinia beatorum martyrum abesse cogebar, parum iucundas in palatio moras faciebam. Ideoque post unum ex quo illo veneram mensem exactum misi quendam ex nostris nomine Elleanhardum, praecipiens ei, ut ad limina beatorum martyrum quanta posset celeritate festinaret, visitatisque fratribus nostris, quos inde digrediens ad divinum servitium faciendum ibi dimiseram, atque omnibus quae ibidem agerentur diligenter exploratis, ad nos cito recurreret. Qui cum illuc venisset, tribus ibi mansit diebus; quarto vero, cum iam ad nos reverti disponeret, caecus ille nomine Albricus, cuius in superioribus fecimus mentionem[2], detinuit abire parantem, adfirmans eum non prius iter suum ingressurum, quam tale signum fieri vidisset, cuius relatione me laetum atque oppido gaudentem efficeret. Addidit etiam, beatissimos martyres praeterita nocte sibi in somnis apparuisse atque hoc in mandatis dedisse, ut perquireret quendam pauperem nomine Gisalbertum, inmani gibbo depressum ac proinde curvum et brevibus baculis innitentem, atque inventum in caenaculo quod supra porticum basilicae est tempore matutini officii iuxta reliquias quae ibi erant collocaret, eo quod ibi per merita et virtutem sanctorum, quorum illae reliquiae[f] essent, de illa gibbi deformitate atque curvitatis incommodo liberari deberet. Paruit ille suadenti atque iter quod adgredi paraverat distulit in crastinum. At caecus ille iussum pauperem perquirens, invenit et, ut sibi praeceptum erat, in superioribus ecclesiae partibus iuxta praedictas reliquias officii matutini tempore collocavit. Erant autem illae reliquiae, quod nondum noveramus, beati Marii martyris et uxoris ac filiorum eius, Marthae videlicet, Audifacis et Abbacuc. Quae utique simul cum sanctorum Marcellini et Petri corporibus et in eodem loculo ad nos perlatae sunt. Sed is qui eas detulit, cuius essent reliquiae, nescivit[g]. Nam ille qui eas mihi miserat promisit, se ad me esse venturum ac nomina sanctorum, quorum hae reliquiae forent, per semet ipsum mihi indicaturum[3]. Quod postea factum est. Pauper vero qui iuxta illas a memorato caeco fuerat collocatus, cum secunda lectio ad nocturnum officium ex more legeretur, edito ingenti clamore, non modicum pavorem audientibus incussit. Ad quem cum[h] nonnulli clericorum una cum illo qui hoc ibi opperiri iussus fuerat adcurrissent, invenerunt eum pronum atque extentum propter altare iacentem, pavimentumque quod ori eius subiectum erat plurimo sanguine madens; quem levantes et allata aqua refocilantes, sanum et rectum neque ulla camelinae illius tortitudinis signa retinentem in inferiores ecclesiae partes gratulabundi deduxerunt. Quo miraculo in hunc modum peracto, is quem illuc miseram ad me cum summa festinatione regressus, cum ea quae viderat retulisset, magno nos gaudio atque exultatione replevit.

(47) 13. Nec multo post Ratleicus, qui sacros martyrum cineres, sicut in superioribus demonstravimus, Roma detulit, ut ipse adserebat, iussus venit, deferens libellum complura capitula continentem. Cuius rationem talem esse retulit, dicens, sibi caecum illum cuius modo fecimus mentionem ex auctoritate martyrum praecepisse, ut ea capitula describeret mihique deferret ac diceret, ut ea susciperem atque imperatori legenda offerrem. Suscepi ab eo libellum atque perlegi, emendatumque ac noviter scriptum imperatori, ut iussus[i] erat, obtuli. Et ille quidem suscepit atque perlegit. Sed de his quae per hunc libellum facere iussus vel admonitus fuerat perpauca adimplere curavit. Quid autem illa capitula continerent, aut quid ab eo factum quidve dimissum sit, alio potius in loco quam in isto commemorandum est. Illud tamen non solum non[k] praetereundum, quin immo aperte ac dilucide censeo conscribendum, qualiter revelatum et iussum sit, ut libellus ille fieri atque regi dari debuerit. Quod Ratleicus hoc modo contigisse retulit: 'Ante paucos', inquit, 'dies, cum in ecclesiam ad agendum nocturnum officium ex more convenissemus, adiit me caecus ille quem nostis, rogans, ut in partem aliquam secretiorem cum illo secederem. Feci ut volebat et cum eo cellulam in qua quiescere solebam ingressus sum. Tum ille prior: "Hac", inquit, "nocte, paulo antequam sono signorum excitati surgeremus, apparuit mihi per visum quidam vir canitie venerabilis, veste candida indutus, virgam auream manu tenens, ac talibus me verbis compellavit: "'Vide'", inquit, "'Albrice, ut cuncta quae tibi dixero bene intellegas eaque adeo tenaci memoria retineas, ut etiam aliis qui illa scripturi sunt exponere valeas. Volo enim, ut scribantur et Hludewico[1] imperatori ad legendum per seniorem vestrum ostendantur. Sunt quippe valde necessaria, non solum ad cognoscendum, (48) verum etiam ad faciendum principi, in cuius regnum isti martyres divina iussione venerunt'". Tunc[m] in-

a) protendere *corr.* portendere 1. b) portionis *corr.* potionis 1. c) an 2. d) perveni 2. e) Hludeuuicus *post superscr.* Loduicus 1; *corr.* Hludowicus 2. f) liquiae essent *e corr.* 1. g) nesscivit 2. h) cum n. *in loco raso* 1. i) *corr.* iussum 1; iusserat 2. k) *post add.* 1. l) *superscr.* Loduico 1; *corr.* Hludevico 2. m) Tum 2.

1) De quo cf. Mühlbacher, Reg. p. 300. 2) Cap. 6. 3) Cf. supra I, 6.

cipiens, duodena vel eo amplius capitula per ordinem pronuntiavit mihique praecepit, ut tibi et alii quattuor, quos tibi dicturus sum, illa enumerem atque exponam. Et post haec tu libellum facias eumque seniori tuo, qui nunc in palatio moratur, deferas eique ex martyrum auctoritate praecipias, ut eundem quanto celerius possit imperatori offerat. Deinde subiungens: '"Nostine"', inquit, '"quis ego sim, qui[a] tibi ista praecipio?"' Tum ego nihil haesitans, sanctum Marcellinum eum esse, respondi. Et ille: '"Non ita est"', inquit, '"ut opinaris; sed Gabriel[b] archangelus ego sum, personamque ac formam Marcellini idcirco adsumpsi, quia dominus Deus omnium rerum atque causarum ad istos martyres pertinentium curam mihi commisit, et nunc veni, ut haec tibi indicarem quae scribere praecepi, quoniam divinae voluntatis est, ut ea ex auctoritate eorum ad notitiam regis sine morarum interpositione perveniant. Tu vero, sicut tibi praecepi, primo diluculo post completum matutinum officium nuntia quae audisti his[c] quibus ea nuntiare iussi"'. Tum ego: '"Nemo est"', inquam, '"qui credat, quod angelus mecum locutus sit aut me ista nuntiare[d] mandaverit"'. '"Non erit"', inquit, '"ita, sed dabo signum, quod facias[e] coram eis; quo viso, nullam ultra dubitationem habebunt de his quae ad eos ex mea iussione pertuleris. Proinde volo dicas Ratleico, ut exhibeat tibi duos caereos novos, qui nondum accensi fuissent, et unum ex eis dextra[f], alterum sinistra tenens, sta coram altari. Et cum omnia quae tibi praecepi narrando compleveris, dic eis qui haec audiunt, ut in hoc credant vera et ab angelo Dei esse mandata quae dixisti, si hii caerei in manibus tuis sine adhibitione ignis visibilis fuerint videntibus illis inluminati'. Quo facto, scriptus est libellus mihique allatus ac per me regi oblatus, ab illo quoque acceptus atque perlectus est[1]. Idcirco visum est mihi, inter caetera miracula libelli huius facere mentionem, quia per occasionem, qua ille scribi iubebatur, contigit illa mirabilis et inusitata caereorum accensio, quam per merita beatorum martyrum fieri debere, ipse qui eos inluminavit angelus praenuntiavit.

14. Sub idem fere tempus, cum Ratleicus a nobis ad basilicam martyrum regressus est, adlatus est nobis inde alter libellus, continens verba et ratiocinationem cuiusdam daemonis, qui se Wiggonem nominavit; quae facta est ab eo coram multis testibus ante altare iuxta quod sacri martyrum cineres repositi sunt, ad interrogationem presbiteri qui exorcismum super energuminum legerat; quod hoc modo contigisse narratur. Praedium est in pago Nitahgaowe vocabulo Hecgistat[g,2], pertinens ad monasterium Sancti Nazarii, de quo puella quaedam annorum circiter 16, ab eodem erratico spiritu possessa, ad basilicam martyrum a parentibus suis adducta est. Quae cum ante tumbam sacra corpora continentem venisset, et presbiter super caput eius exorcismum secundum consuetudinem perlegisset, ac deinde daemonem, qualiter et quando in eam fuisset ingressus, percontari coepisset, non barbara lingua, quam solam puella noverat, sed Romana locutione presbitero respondit. Cumque presbiter miraretur atque interrogaret, unde illi Latinae linguae notitia, cum parentes eius, qui ibi praesentes adstabant, huiuscemodi sermonem penitus ignorarent: 'Parentes', inquit, 'meos numquam vidisti'. Tum presbiter: 'Tu ergo', inquit, 'unde es, si isti non sunt parentes tui?' Et daemon per puellam: 'Ego', ait, 'sum satelles atque discipulus Satanae et multo iam tempore apud inferos ianitor fui, sed modo per annos aliquot cum sociis meis undecim regnum Francorum vastavi; frumentum et vinum et omnes alias fruges, quae ad usum hominum de terra nascuntur, iuxta quod iussi eramus, enecando delevimus, pecora morbis interfecimus, luem ac pestilentiam in ipsos homines inmisimus; omnes quoque adversitates et cuncta mala, quae iam diu pro meritis suis patiuntur, nobis facientibus atque ingerentibus eis acciderunt[h]'. Hic cum presbiter ab eo quaereret, quanam de causa eis fuisset huiusmodi concessa potestas: 'Propter malitiam', inquit, 'populi huius et multimodas iniquitates eorum qui super eum constituti sunt, qui munera et non iustitiam diligunt; qui plus hominem quam Deum metuunt; qui pauperes opprimunt, viduas et pupillos ad se vociferantes exaudire nolunt, nulli iustitiam nisi mercanti faciunt. Praeter haec sunt et alia multa ac pene innumerabilia, quae tam ab ipso populo quam a rectoribus eius cotidie committuntur, ut sunt periuria, ebrietates, adulteria, homicidia, furta, rapinae; quae nemo fieri prohibet, et cum facta fuerint, non est qui vindicet. Potentiores quique turpibus lucris inserviunt et loco superiore, quem propter regendos inferiores acceperunt, ad superbiam et inanem gloriam abutuntur. Odium et invidia non tam inter extraneos quam inter propinquos et adfinitate coniunctos exercentur. Amicus amico non credit, frater fratrem odit, pater filium non diligit. Rari sunt qui fideliter ac devote decimas dent, rariores qui eleimosinas faciant. Et hoc ideo, quia quicquid Deo vel pauperibus dare iubentur id sibi perire arbitrantur. Iniquas mensuras et iniusta pondera contra Dei praeceptum habere non verentur. Fraude se alterutrum circumveniunt; falsa testimonia dicere non erubescunt. Dies dominicos ac feriatos non custodiunt, sed in his acsi in caeteris prout voluntas eorum tulerit operantur. Propter haec et alia multa, quae Deus aut praecepit hominibus ut facerent aut prohibuit ne facerent, quia populus hic per contumaciam mandatis eius inobediens effectus est, permissi, immo iussi sumus ea facere in rebus humanis quae superius enumeravi, ut perfidiae suae poenas[i] luant. Sunt enim perfidi atque mendaces, cum hoc servare non curant quod in baptismo promiserunt'. Haec omnia daemon per os barbarae puellae Latine locutus est. Et cum eum presbiter imperando urgere coepisset, ut exiret: 'Exibo', inquit, 'non propter tuum imperium, sed propter sanctorum potestatem, qui me in illa diutius manere non permittunt'. His dictis, puellam in

a) q. t. i. p. *in loco raso* 1. b) Gabrihel 2. c) hiis *e corr.* 1, *corr.* his 2. d) m. nunt. 2. e) facies 2. f) dextera 2. g) Haecgistat 2. h) acced. *corr.* accid. 2. i) penas *eadem m. corr.* poenas 1.

1) Cf. Ann. Fuld. 874, SS. I, p. 388, ubi legitur: *Si enim, ut caetera omittam, haeresi Nicolaitarum viriliter restitisset et monita Gabrielis archangeli, quae Einhardus abbas duodecim capitulis comprehensa ei obtulit legenda et facienda, observare curasset* etc. 2) Höchst prope Frankfurt.

828. pavimentum proiecit atque ibi aliquantulum velut dormientem prono corpore iacere fecit. Post paululum vero, illo recedente, quasi de somno evigilans, per virtutem Christi et merita beatorum martyrum puella, cunctis qui aderant cernentibus atque mirantibus, sana surrexit. Nec post exactum a se daemonem Latine loqui potuit, ut palam posset intellegi, non illam per se, sed[a] daemonem per os eius fuisse locutum. Heu pro dolor! ad quantas miserias tempora nostra sunt devoluta, in quibus non boni homines, sed mali daemones doctores sunt, et incentores vitiorum ac persuasores criminum de nostra nos correctione commonent.

(52) 15. Eodem fere tempore sanctimonialis quaedam nomine Marcthrudis de pago Wetereiba[b], quae dira paralisis aegritudine per decem annos tam inmaniter tenebatur, ut tanto temporis spatio pene nullo ad humanos usus corporis officio fungeretur, et iam a parentibus suis erat desperata, quoniam ad omnia sanctorum loca, ad quae ipsi poterant pervenire, eandem deduxerunt. Sed tandem ab eisdem tunc ad basilicam martyrum adducta et tempore nocturnalis officii iuxta cancellos posita, per merita et intercessionem eorundem sanctorum diu desiderata sanitate sine mora donata est adeo integre atque perfecte, ut, omnium membrorum firmitate recepta, quae[c] illuc lectica venerat, pedibus ad propria remearet. Sed ubi domum redire coepit, in ipso itinere eadem qua liberatam se gaudebat infirmitate corripitur. Itaque reversionis suae poenitentiam agens, iterum se ad martyrum limina reduci rogavit. Moxque ut reducta est, quam discedendo amiserat sanitatem sine ulla dilatione recepit. Voto igitur facto, ut sua sponte de sanctorum obsequio iam amplius discedere non deberet, parvam sibi cellulam haud procul ab ecclesia ad manendum construxit ac deinceps religiose conversata in obsequio beatorum martyrum cum magna devotione permansit.

(53) 16. Aliam quoque feminam constat non multo post per eosdem beatissimos martyres magno incommodo liberatam. Quae res hoc modo gesta esse cognoscitur. In pago Nitahgaowe fundus est Ursella[1] vocatus, qui a basilica martyrum sex fere leugarum intervallo dirimitur. In quo mulier quaedam, cum mane facto de somno evigilans in lecto suo resideret et iuxta consuetudinem expergescentium[d] protentione brachiorum et assidua oscitatione ad discutiendum marcorem se extenderet, os paulo diductius quam debebat aperuit, disiunctisque iuxta aures maxillarum coagmentis, hians rictus constitit immobilis. Nec iam os claudere valens, personae quam homini similior effecta, gravissimas incautae oscitationis poenas luebat. Hoc ubi mulierculis in eodem fundo habitantibus innotuit, adcurrunt herbisque et frivolis incantationibus malehabenti succurrere moliuntur. Sed non habuit effectum vana ac superstitiosa praesumptio, vexabatque potius laborantem atque laedebat, quicquid imperitae manus velut studio medendi eidem adhibuerunt. Interea frater mariti eiusdem mulieris supervenit salubrique consilio rogavit, ut ad basilicam martyrum sine mora duceretur, ibi adfirmans esse sanandam, si umquam foret receptura sanitatem. Statimque iumento inpositam ducere incipiunt. Adpropinquantes autem basilicae, de iumento depositam pedibus incedere faciunt. Cumque eo loci ventum esset, ut iam turricula, quae signa basilicae continebat, ab eis conspici potuisset, eique, ut ad eam videndam oculos levaret, hii qui eam ducebant imperarent, aspexit, vidit ac sine ulla interposita mora sanitatem recepit. Ibi omnes pariter in terram corruunt, divinam misericordiam quibus valent laudibus extollunt, surgentesque, ad basilicam properanter pergunt. Et adoratis sanctis martyribus, ac votis pro modo facultatum persolutis, ad propria cum multa exultatione revertuntur. Vidimus nos eandem feminam et cum illa locuti sumus et ea quae circa illam gesta fuerunt ipsa narrante didicimus.

(54) Iun. 2. 17. Nunc illud referre volo quod ipse in die natalicio beatorum martyrum contigisse vidi. Puer quidam surdus et mutus, qui ante triennium illuc venerat et in domo custodis ecclesiae ostiarius ab eo fuerat constitutus, festo die iam finito et officio vespertino consummato, cum iuxta ostium sederet, repente consurgens, basilicam intravit et a dextris altaris pronus corruit. Cumque eum aedituus, qui candelabrum cum caereo ante altare ponebat, ibi iacentem invenisset, continuo mihi hoc indicare curavit. Nos autem qui tunc una eramus ecclesiam celeriter ingressi, eundem, sicut ab aedituo repertus est, iacentem invenimus. Quem cum levare iuberemus, velut gravissimo sopore depressus, excitari non potuit. Tandem igitur quasi evigilans, erexit se, cernensque nos circumstantes, surrexit atque ad eos qui prope sibi adsistebant Latine locutus est. Sunt quidam ex nostris qui dicunt, eundem puerum fere ante sex menses, cum in cuiusdam hominis nostri domo noctu dormisset, duo quaedam verba per soporem fuisse locutum, et auditum, quo eatenus itidem ut loquella[e] carebat, in illa hora recepisse. Quod ita factum inde conieciebatur, quia, postquam de illo somno experrectus est, cuncta quae ei a quolibet imperabantur, acsi intellegeret, facere curavit. Sed hoc videtur in hac virtute praecipuum, quod idem non Latine, sed barbarice sibi loquentem intellegebat, curatus autem non barbaro[f], sed Latino sermone loquebatur. Qui etiam, beatos martyres se vidisse et multa quae aliis dicere deberet ab illis se audisse, narravit. Sed cum ea, velut in crastinum dicturus, in praesenti referre distulisset, in tantum illi per oblivionem deleta sunt, ut nihil de his omnino se audisse recoleret. Hunc ego, quia nomen suum ignorabat, propter prosperum virtutis effectum Prosperem vocari iussi. Qui adhuc superest et apud custodem ecclesiae in eodem quo prius fuerat permanet officio.

(55) Iun. 1. 18. Pridie vero quam hic Prosper loquellam[g] recepisset, hoc est in vigilia eiusdem festivitatis, venit quidam iuvenis similiter surdus et mutus in basilicam, et cum supplici gestu opem sanctorum imploraret,

a) s. d. *e corr.* 1. b) Wetareiba 2. c) qui *corr.* quae 1. d) *corr.* expergisc. 2. e) loquella *corr.* loquela 2, *et ita h. l.* 1. f) balbaro *corr.* barbaro 1. g) *corr.* loquelam 1. 2.

1) Ober- et Nieder-Ursel prope Homburg.

adiuvante Domino et ipse plenariam[a] de utroque morbo meruit recipere sanitatem. Hunc itidem ut priorem, quia nomen suum numquam audierat, Godesscalcum appellavi. Is tamen non ut Prosper Latino, sed, ut sibi gentilicium erat, barbaro sermone loquebatur, postquam ei per merita sanctorum copia fandi concessa est.

(56) 829. Dec. 1. 2

19. Cum me quaedam necessitas secundum consuetudinem comitatum regis adire compelleret, mense Decembrio, in ipsis, si bene recolo, Kalendis, de loco martyrum promovens, sequenti die ad castrum quod moderno tempore Wisibada[b. 1] vocatur, ibi mansionem habiturus, adveni. Ibi[c] cum propter saltum, qui eidem[d] loco contiguus est, commodius transeundum solito maturius surgeremus, profecti sunt pueri, qui nos cum impedimentis praecedere debuerunt. Sed postquam de vico in quo mansimus egressi viam carpere coeperunt, tanta eos tetrae noctis caligo circumdedit, ut, quo se vertere deberent, omnino scire non possent. Erat praeterea frigus ingens, et tecta pruinis terra videndae viae copiam denegabat. Ipsa quoque montium iuga, per quae eundum erat, nubibus obsessa, quam longe vel prope essent, videri non poterant. Accessit ad haec etiam vallibus insidens nebula, quae sua crassitudine visum impediens, iter moliri cupientes remorabatur. Qui cum tot obstaculis se impediri cernerent nec quid agerent in promptu haberent, equis desiliunt[e] et viam, quam videre non poterant, palpando quaerere temptant. Sed ubi hoc parum successit, ascensis denuo equis, errori quem abominabantur se potius committere quam moras facere decernunt. Igitur paululum per tenebras procedentes, ad crucem, quae in via per quam ituri erant ob memoriam beati Marcellini erat posita, perveniunt[f]. Causa autem eiusdem crucis ibi ponendae erat, quod in eo loco habitatores vici, in quo eadem nocte mansimus, mihi ante biennium de palatio revertenti et reliquias beati martyris Marcellini, quae tunc mihi redditae fuerunt, deferenti occurrerunt, eamque ob recordationem huius facti ad venerationem beati martyris quasi pro titulo vel monumento ponere curaverunt. Quo cum praedicti pueri errando potius quam iter agendo pervenissent, inierunt consilium, ut ibi socios suos qui sequebantur opperiri deberent eosque, ne aberrarent, sonitu bucinae ad se congregarent, ac deinde, cum simul essent, beatos martyres ad opem sibi ferendam invocarent, sublatisque in altum vocibus, kyrieeleison ter decantarent. Quo facto, tantus super eos totidem vicibus caelitus (57) emissi luminis fulgor emicuit, ut diurnae claritatis candorem adaequaret. Quae coruscatio tantum eis commodi ad iter suum agendum adtulit, ut, consumpta nebula tenebrisque discussis, via quoque qua ire debebant clare conspecta, iter suum, quamvis per silvas et opacos nemoribus montes, absque erroris impedimento usque ad ortum aurorae peragerent. In prima siquidem coruscatione tantus calor una cum illo lumine venit, ut eum se velut accensae fornacis vaporem sentire faterentur. Cuius adflatu non solum nebula, verum etiam illa quae tum et montes totamque silvam operuerat pruina ita consumpta est, ut, tertia coruscatione peracta, nullum illius algoris vestigium penitus appareret. Haec nobis ad vesperam eiusdem diei, postquam ad mansionem venimus, hii qui viderunt atque experti sunt narraverunt. Quorum verbis fidem adhibentes, Dei[g] omnipotentis misericordiam cum gratiarum actione laudavimus, eo quod nos per merita sanctorum suorum in omnibus necessitatibus nostris adiuvare et consolari dignatus est.

20. Quamquam omnia magna sint et ad divinam debeant referri potentiam, quae propter morta- (58) lium salutem ex meritis beatorum martyrum gesta cognovimus, in eo tamen miraculo quod nunc memoriae mandare decrevi tam patenter Dei omnipotentis virtus clarere cognoscitur, ut nulli dubium relinquatur, quin in omni creatura sua quicquid voluerit facillime possit efficere. Suntilinga[2] dicitur villa in pago Nitahgaowe, in qua presbiter quidam nomine Waltbertus tenebat ecclesiam. Is mente captus magno suorum maerore ad basilicam martyrum adductus est. Ex quibus tres erant fratres eius, unus presbiter et duo laici; quartus erat monachus, propinquus ipsius, de monasterio Hornbach[h], in quo et ipse presbiter a parva aetate fuerat educatus. A quibus cum requirerem, si adhuc aliquid medellae a quolibet medico eidem fuisset impensum: 'Statim', inquiunt, 'cum eum hac passione comperimus fuisse correptum, ad monasterium in quo nutritus fuit a nobis adductus est. Ubi cum ei medici secundum artis suae peritiam multa fecissent nec morbum ab eo depellere potuissent, suaserunt nobis amici nostri, ut eum ad horum sanctorum misericordiam duceremus. Confidimus enim, quod illum salvare possint, sicut alios multos accepimus hic fuisse salvatos'. Post haec hospitio recepti, quattuor diebus fuere nobiscum, ducentes eum cotidie[i] ad ecclesiam et coram sacris martyrum cineribus iacere facientes. Quinta vero die frater eius presbiter et monachus qui cum eo venerat[k] petierunt, ut eum cum duobus fratribus suis[l] laicis recipi iuberem, donec ipsi reverterentur; nam post triduum se dicebant esse reversuros. Feci ut voluerunt eumque[m] presbitero nostro nomine Hiltfrido commendavi. Is cum a presbitero receptus et cellulam in qua ipse manebat fuisset inductus, circa vesperam eiusdem diei, commota vehementius qua tenebatur insania, unum e fratribus suis qui eum custodiebant, arrepto cultro, quod furenti casus obtulerat, voluit occidere. Sed ille necem[n] fugiendo declinavit et nostris hominibus, qui prope erant, de vaesania illius indicavit. Tum presbiter, cui cura eum custodiendi a nobis erat iniuncta, suggessit mihi simulque persuasit, ut eum vinciri permitterem. Vinctus igitur catenis ferreis, in lecto conlocatur, obseratisque foribus, solus in cubiculo relinquitur. Excubant ante ostium fratres eius et velut erumpere volentem pervigili cura custodiunt. Caeterum vincula quibus tenebatur adstrictus eiusmodi erant, ut, dum in his esset, non in dextrum aut sinistrum latus se convertere neque aliter nisi supino corpore iacere potuisset. Dormivit itaque, ut ipse (59)

a) plenarium *post corr.* plenariam 2. b) Wisabada 2. c) Ubi 2. d) eodem 2. e) dessil. *corr.* desil. 2. f) pervenerunt *corr.* perveniunt 1. g) Deo *corr.* Dei 2. h) Hor::bach 1. i) cotidiae *corr.* cotidie 2. k) *corr.* venerant 2. l) *deest* 2. m) cumque *post corr.* eumque 1. n) ne..(ce?) 2.

1) Wiesbaden. 2) Singling(?) prope Höchst.

testatur, neque ante mediam noctem evigilavit. At ubi galli cantare coeperunt expergefactus, vidit se non solum vinculorum nexibus solutum, verum etiam morbo insaniae, quo laboraverat, liberatum. Statimque ad laudes Deo dicendas tota mente conversus, psalmis et hymnis, quos prae nimia gratulatione, tametsi solus erat, satis clare decantabat, omnes in vicinia eiusdem cubiculi dormientes excitavit. Tum surgens, ad ostium accessit fratresque suos, qui ibi excubabant, ut se ad requisita naturae foras[a] exire permitterent, rogavit; illi autem hunc insanientis dolum rati, nequaquam ei adsentire ausi sunt, sed accersito hospite suo, qui eum ibidem incluserat, ut cum eo loquatur, exorant. Qui postquam cum eo locutus est atque ex ratione responsionum suarum sanae mentis esse intellexit, aperto ostio[b], quo volebat ire permisit; reversumque recipiens, quid de vinculis quibus eum oneratum incluserat factum esset, inquisivit. Et ille: 'Catena', inquit, 'qua me vinxisti, salva est, et si vis scire, ubi sit, quaere eam, et invenies'. Accenso itaque lumine, invenerunt eam ante lectum, in quo ipsum quiescere fecerunt[c], iacentem, eo modo compositam atque eisdem nodis adstrictam, quibus tunc fuerat quando eum cum ea in eodem lecto collocarunt ac solum in eodem cubiculo dimiserunt. Quis hoc fecisse credendus est nisi ille qui de nihilo creavit omnia et qui in rebus quas condidit talia potest facere quae nec intellectu conprehendi nec humanis possunt sermonibus explicari? Quis enim aut cogitatione conicere aut verbis valeat enarrare, qualiter ille presbiter his vinculis fuerit absolutus? cum nobis certissimum sit, neminem esse, qui sese solus possit eiusmodi nexibus exuere, si eis fuerit simili modo constrictus, sicut idem presbiter fuit, quando solus in illo cubiculo inclusus est. Hii vero qui eum ibidem dimiserunt, postquam reversi sanum et mentis ac memoriae suae compotem invenerunt, laeti et laudantes Deum simul cum eo ad propria regressi[d] sunt. Hoc ita gestum, non quorumlibet testium relatione didicimus, sed ipsi per nos, quia ibidem tunc eramus, Deo volente, cognovimus. Atque ideo fiducialiter scribimus, quod nos contigit oculata, ut dicunt, fide cognoscere. Verum quia cuncta quae de martyrum virtutibus scribenda suscepimus nequaquam possunt praesenti sermone compleri, hic liber iste finem accipiat, ut ea quae restant ab alio rursus exordio commodius inchoentur.

EXPLICIT[e] LIBER TERTIUS.

INCIPIT LIBER QUARTUS.

(VI 60) In relatione signorum atque virtutum, quas me in hoc libro scribere velle proposui, illae in capite ponendae videntur, quae in palatio factae, non solum ad plebis, verum etiam ad ipsius principis ac procerum eius omniumque, ut ita dicam, aulicorum pervenere notitiam, et non tantum propter hoc, sed etiam propter illud quod in oratoriolo nostro, ubi eadem miracula gesta sunt, non aliae tunc temporis quam beatorum Marcellini et Petri reliquiae fuerunt, ut, quicquid ibi sanitatum atque signorum factum esse cognoscitur, singulariter ac proprie[f] ad illos pertinere ac referri debeat, quorum solas constat ibi fuisse reliquias. Fecerunt idem beatissimi martyres, sicut in sequentibus demonstrabimus, in aliorum sanctorum locis multas virtutes atque miracula, quae quibusdam velut communia illis cum his sanctis, in quorum basilicis facta sunt, non inmerito videri possunt, ob hoc praecipue, quoniam[g], qui apud Deum aequalis creduntur meriti, non absurde putantur in patrandis miraculis communiter operari. Sed hoc aliter esse ea ratione convincitur, qua liquido demonstratur, nullas in his locis factas fuisse virtutes, antequam in illa memoratae beatorum martyrum essent delatae reliquiae. Sed iam nunc, ut promisimus, ea quae in praedicto palatio sunt gesta miracula proferamus.

(61) 828. 1. Erat quidam iuvenis inter cubicularios regis, natione Graecus, nomine Drogus, qui febre correptus, aut neglegentia suorum aut inscitia[h] medicorum iam per aliquot menses longa atque adversa valitudine laborabat. Is, posteaquam Hildoinus abbas reliquias beati Marcellini, sicut in secundo libro demonstratum est, nobis reddidit[i], ammonitus in somnis, ut ad oratorium nostrum veniret ibique caereum quattuor denariis emptum accenderet ac sanctum Marcellinum martyrem, cuius caput ibi esse adserebat[k], sibi in adiutorium invocaret, sciretque, se, si hoc faceret, ea qua iam diu laboraverat infirmitate cito esse cariturum, credidit ammonenti et id quod imperatum fuerat quanta potuit celeritate complevit. Statimque sanus factus et, receptis membrorum viribus, propriis pedibus ad sua regressus est.

(62) 2. Erat ibidem alter aeque iuvenis nomine Gerlaicus de urbe Remorum inter eos qui propter aedificia palatii construenda iussi de illa civitate venerunt. Is ante dimidium fere annum in eodem vico tam valida atque inmani nervorum contractione correptus, est ut pedes natibus et genua mento cohaererent. Hunc socii atque propinqui in ulnis suis ferentes ad memoratum oratorium detulerunt, et quia aliter non poterat, pronum iacere fecerunt, sanctumque martyrem, ut ei sanitas redderetur, cum magna devotione rogaverunt. Dies erat dominica atque hora diei tertia, quando illuc adlatus est; iacuitque ibi usque ad horam nonam. Cumque officium eiusdem horae a clericis esset solemniter impletum, et ecce de capsa, quae sacras beati martyris reliquias continebat, tanta suavissimi atque insueti odoris flagrantia[l] egrediens, sic totam oratorii cellulam implevit, ut in admirationem[m] eius omnes qui aderant incunctanter adsurgerent ac se mutuo, an idem omnes aequaliter sentirent, curiosa interrogatione perquirerent. Cum subito vident eum qui iuxta iacebat velut a quibusdam tenentibus trahi et membra, quae morbo erant contracta, extendi. Intellegentesque divinam adesse virtutem, tulerunt hominem et coram altari collocaverunt. Qui cum ibi positus cum multis lacrimis divinum imploraret auxilium, cunctis cernentibus, ita

a) foris *corr.* foras 1. b) hostio 2. c) fecerunt *post superscr.* vel a (fecerant) 1. d) regresi 2. e) Explicit liber II. Incipit liber III. 2. f) propriae, *corr.* 2. g) *alia manu superscr.* quando 1. h) *corr.* insitia 1 i) reddit 2, *corr.* k) asserebatur *Teul.* l) flagrantia *post corr.* fraglantia 1. m) adm. *corr.* amm. 2.

correctus[a] est, ut, qui manibus alienis subvectus in oratorium venerat, propriis pedibus de oratorio procederet. Testimonium tamen quam perpessus est passionis adhuc in suo corpore circumferre cognoscitur. Nam cruce ac pede sinistro sic postea claudicavit, ut ad regendum incessum baculo semper indiguerit. Hoc cur non sit percuratum, dicant qui velint. Ego enim id me video non aliter posse conicere, nisi ut existimem, interiori eius saluti competere, ut aliqua in eo exterioris debilitatis vestigia remanerent. (828)

3. Iuliacus[1] vocatur antiquum municipium, a vico Aquense octo leugarum spatio disparatum, de cuius territorio puella quaedam, simili morbo similique modo adfecta, a matre atque aliis propinquis suis ad memoratum oratorium adducta, cum prae multitudine hominum, qui tum forte propter missarum audienda solemnia illuc convenerant, introferri non posset, extrinsecus eam ad orientalem oratorii fenestram collocarunt, expectantes oportunitatem, ut, recedente populi frequentia, facilius oratorio inferri potuisset. Sed ubi ad medium fere officium ventum est et, expleto euangelio, hostiae salutaris oblatio peracta est, cernunt eam angustiis affici et, erumpente per totum corpus sudore, velut in somnum conlabi. Quibus signis, divinam adesse virtutem, haud inaniter conicientes, de illo loco levatam, quadro lapidi, qui propter iacebat, soporatae similem superponunt. Ibi coram omnibus qui huius miraculi conspiciendi gratia concurrerunt integerrimam omnium membrorum sanitatem in unius horae momento, Domino opitulante, recepit. Erant ibi inter caeteros spectatores et Iudei; quorum unus David nomine post huius signi expletionem ad fenestram cubiculi, in quo ego tunc eram, celeriter adcurrens meque compellans, miraculum quod viderat indicavit, gratias agens Deo, qui per martyres suos tanta miracula ad salutem mortalium operari dignatus est. (63)

4. Erat in eodem vico caecus quidam provectae aetatis, qui, ut ipse adserebat, ante triennium subita caecitate percussus, inter alios pauperes stipem ostiatim mendicare solebat. Is cum in tuguriolo suo dormiret, vidit per soporem sibi quendam adsistentem atque dicentem, ut, si videre vellet, ad oratorium nostrum iret; ibi esse medicum, qui ei roganti lumen reddere potuisset. Rennuit ille, et lumen quod offerebatur abominatus[b]: 'Quid', ait, 'mihi nunc cum visu, quem iam olim perdidi? Melius mihi est, si eo caruero, quam si habuero. Modo mendicantem omnes exaudiunt et ea quae necessaria sunt praestant. Nam videntem mendicare non decet; senex autem et debilis operari non possum'. Tum ille qui cum eo loquebatur: 'Vade', inquit, 'et noli morari; nam velis nolis visum recepturus es'. Paruit ille imperanti perrexitque ad oratorium atque in eo pernoctavit. Et cum illa nocte nihil esset factum, ad tugurium suum reversus est. Cui denuo is qui prius per soporem apparuit et similiter, ut ante imperaverat, ad oratorium pergere praecepit. Fecit ille ut iussus fuerat, sed ne tunc quidem aliquid actum est. Tertio vero commonitus venit, et ubi coram altari ad orandum se prostravit, visum recepit. Hunc nos, dum adhuc caecus esset, inter alios pauperes ac debiles multoties[c] in domo nostra mendicantem vidimus, ideoque alium inluminationis eius testem non quaesivimus, quia sufficere nobis credebamus testimonium non fallentis conscientiae nostrae. (64)

5. Cum ex his aliisque compluribus virtutum operationibus per circumpositos vicos et pagos salutaris fama crebresceret, mulier quaedam de pago Ribuarense, multo iam tempore caeca, visum recipiendi et desiderium simul et fiduciam habens, ad memoratum oratorium se rogavit adduci. Cumque illo venisset, tres totos dies totidemque noctes ibidem orando et ieiunando continuavit. Sed cum ad praesens nullum in se exoptatae sanitatis sensisset indicium, domum reducta est. Paucisque interpositis diebus, spe recipiendi luminis haud vane concepta, iterum se ad sacras reliquias deduci rogavit. Quo cum ab uno puero duceretur — nam qui prius eam illo deduxerunt, spem eius velut inanem ac supervacuam iudicantes, ulterius cum illa ire noluerunt —, et ubi ad cimiterium Aquensis palatii, quod in monte, qui eidem vico ab orientali parte imminet, situm est, eodem comitante atque ducente, pervenit, ibi, quasi obviante sibi divina gratia, diu desideratum lumen recepit. Tum mirans atque attonita constitit pueroque ducenti, ut se sequeretur, imperavit: 'Hactenus', inquiens, 'quo tu praecedens ducebas sequuta sum, modo autem tuo ductu non egeo, quia viam, qua ire debemus, video et hunc vicum, in quo sacrae reliquiae sunt ad quas venire disposui, Domino adiuvante conspicio. Tu tantum vide et cura, ut me recta via ad oratorium martyrum in ipso vico adducas'. His dictis, ad oratorium perrexit, gratias egit factique in se miraculi nobis indicium fecit, vidensque et gaudens ad propria remeavit. (65)

6. Ascvilarem[2] vocant fundum regium ab Aquense[d] palatio quattuor leugarum spatio distantem, in quo quidam homo erat diutina praecordiorum infirmitate detentus atque laborans, iamque a suis eo modo desperatus, ut non aliter nisi cauterio curari posse videretur. Quaeritur ad hoc medicus, et ustioni[e] non profuturae dies constituitur. Interea cuidam feminae in eodem fundo habitanti in somnio revelatum est, non debere illum ad suam curationem eiusmodi medellam[f] admittere, quae et pro sui molestia vix tolerari posset et, quia supervacua esset, salutem patienti non adferret. Caeterum[g], si sanus fieri vellet, ad Aquense palatium iret, oratorium nostrum inquireret inque eo se collocari faceret et ante triduum completum inde non recederet; hoc modo plenariam eum[h] consequuturum[i] sanitatem. Quod ubi ei adnuntiatum est, convocatis amicis ac proximis, petiit, ut erga se illius revelationis iussa complerent. Qui mox iumento inpositum ad oratorium adducunt, atque in eo, ut iussum fuerat, collocantes, abeunt, post triduum reversuri. Ille autem ibidem dimissus, per tres dies et noctes Domino pro salutis suae recuperatione haud inaniter supplicans, ita perfecte sanatus est, ut nullum in suis visceribus morbi, quo (66)

a) correptus 2. b) abomminatus 2, *corr.* c) *post corr.* multotiens 1. d) Eq. *corr.* Aq. 2. e) hust. *corr.* ust. 2. f) *post corr.* medelam 1. 2. g) f. 109'. *alia manu pergit* 2. h) eam *corr.* eum 2 i) consequturum 1. 2.

1) Jülich. 2) Eschweiler.

828. multo tempore tenebatur, adsereret remansisse vestigium. Suis igitur sicut promiserant[a] ad se reversis ac sanum sicut optaverant invenientibus, non dorso iumenti, ut venerat[b], sed pedum suorum officio ad propria cum ingenti et sua et illorum gratulatione atque laetitia regressus est.

(67) 7. Est item fundus regius in pago Mosavo, octo circiter leugis ab Aquense vico disparatus; Gangludem[c, 1] habitatores appellant. In quo mulier quaedam, quae octo fere annorum filiam dira paralysis aegritudine adeo confectam habebat, ut iam ex longo tempore nullum pene membrum ad officium[d] suum movere potuisset; audita virtutum fama, spem de recuperanda filiae salute pio corde concepit protinusque sublatam ulnis propriis ad memoratum oratorium deportare curavit. Quae cum illo antemeridiano tempore[e], hora videlicet prandii, pervenisset et clericorum neminem ibidem invenisset — nam reficiendi causa paulo ante discesserant —, tamen introgressa, filiam iuxta se in pavimento collocavit; ipsa autem perparvum[f] caereum, quem pro munere detulerat, accendens, ante illam in eodem pavimento posuit seque ad orandum coram sacris cineribus cum summa devotione prostravit. Quo facto, sine ulla interposita mora puella, per supernam gratiam omnium membrorum sanitate ac firmitate recepta, matre non sentiente, surrexit caereumque, qui coram se iacebat, sustulit ac postergum iacentis constitit. Quae cum, oratione completa, caput de pavimento levasset et nec caereum nec filiam in eo quo posuerat loco esse[g] vidisset, surrexit, conversaque filiam pone se cum caereo stantem, Deum[h] laudans ac laetabunda, conspexit. Igitur cum nullum ibi cui de virtute quae gesta fuerat referre posset adesse videret — nam praeter pauperes, qui ibidem mendicandi gratia excubabant, nemo intra oratorii parietes, excepta se ac filia sua, tunc erat, quando illud miraculum factum est —, votis cum gratiarum actione solutis, domum cum filia sana atque incolomi repedavit. Cuius virtutis indicium qualiter ad nos perlatum sit, paucis expediam. Gerwardus[i] palatii bibliothecarius, cui tunc temporis etiam palatinorum operum ac structurarum a rege cura commissa erat, de Noviomago veniens, palatium Aquense petebat. Is cum in memorato fundo quadam nocte mansisset, quaesivit ab hospite suo, si aliquid novi de palatio nuper audisset. Cui[k] ille: 'Nihil', inquit, 'modo apud aulicos tam celebre est quam signa et virtutes, quae fiunt in domo Einhardi per quosdam sanctos, quorum reliquias in oratorio domus suae habere dicitur; ad quarum venerationem omnes vicini nostri cotidie[l] festinant, et quicumque infirmus illo fuerit adductus, ilico curatur'. Coepitque ei de filia mulieris illius, qualiter ante paucos dies salva facta sit, intimare. Tum Gerwardus: 'Vade', ait, 'et eandem mulierem adduc ad me, ut ipsa mihi dicat, quod audire desidero'. Venit mulier et omnia prout gesta erant patenter exposuit. Gerwardus vero, cum in crastinum ad regem venisset, ea quae de hoc signo relatione illius feminae compererat eidem indicavit. Rex autem, cum ego secundum consuetudinem ingressus coram illo starem, quid sibi Gerwardus de hoc miraculo retulisset, tam mihi quam caeteris sibi adstantibus divinam misericordiam atque potentiam ammirando[m] simul atque laudando insinuavit. Sic nos contigit signum, quod nobis ignorantibus in domo nostra gestum est, ex huiusmodi[n] relatione cognoscere[o].

(VII. 66) 8. Haec de miraculis beatorum martyrum quae in palatio gesta sunt in praesenti opere commemorasse sufficiat. Nunc ad eas virtutes veniendum est quae in his locis factae sunt, ad quae, religiosis viris petentibus ac me largiente, venerandae eorundem[p] martyrum reliquiae venerunt et in quibus hactenus cum magna reverentia coluntur. Quas primus omnium Georgius presbiter et rector monasterii Sancti Salvii martyris, quod in pago Fanomartense in vico Valentianas[2] appellato in ripa Scaldis fluvii situm est, me dante, suscepit et per quendam diaconum ad memoratum monasterium de Aquense palatio destinavit. Is unum tantum comitem secum habens cum in pago Hasbanio ad vicum regium quem Wasidium[3] vocant venisset atque in prato, quod vico[q] proximum erat, reficiendorum iumentorum gratia descendisset, ecce unus de habitatoribus loci, gibbo depressus, maxillis etiam ex nimio dentium dolore, quem, ut ipse dicebat, diutinum patiebatur, nimio tumore distentis, furcam ferratam in collo ferens, idem pratum furibundus intravit et, cur pratum suum depascerentur, stomachando percontatur. Cui diaconus, qui reliquias martyrum ferebat et eas tunc in summitate virgae, quam ob hoc in eodem loco fixerat, suspendere parabat: 'Melius', inquit, 'tibi est, ut coram his sanctorum reliquiis, quas hic in manibus habeo, prosternaris Deumque roges, ut te per merita eorundem sanctorum de dolore quem pateris liberare dignetur. Nam tumor, qui in facie tua videtur, testatur, aliquem magnum in ore tuo esse dolorem'. Ad haec homo, proiecta furca quam manu ferebat, ante reliquias pronus corruit et, ut diaconus ei suasit[r], pro salute sua Domino supplicavit. Nec longa interposita mora, ita sanus ab oratione surrexit, ut nec tumor in facie nec dolor in dentibus nec gibbus quo praemebatur remaneret in dorso. Ac proinde concito gradu vicum ingressus, omnes propinquos ac vicinos suos in eodem loco constitutos ad laudem Deo dicendam et gratias Christo domino referendas invitavit. Confluxit in pratum ingens populi multitudo, et pro eo qui sanatus fuerat gratias actura, circumiacentis regionis turba congregata est; rogant omnes diaconum, ut illam[s] noctem ibi moraretur; nec ille eis hoc negare poterat, quia parati erant, nisi adsentiret, etiam invitum detinere. Ducunt deinde pervigilem noctem, et in Dei laudibus tota regio resonabat; in crastinum autem, cum diaconus iter suum carpere coepisset, omnis illa congregati

a) promiserat *post corr.* promiserant 2. b) venerant *corr.* venerat 2. c) Glangludem 2. d) officia sua 2, *corr.* e) *corr.* ante meridianum tempus 2. f) praep. *post corr.* perp. 1. g) *deest* 2. h) *post add.* 2. i) *post corr.* Geruardus *hic et infra* 1. k) *post* Cui *deletum est* cum 1. l) quotidiae *corr.* quotidie 2. m) mirando 2. n) uiusm. *corr.* hui. 2. o) *linea vacua relicta* 1. p) eorundum 1. q) *vocabulum erasum* 2. r) suat *post corr.* suaderat *corr.* suaserat 1. s) *corr.* illa nocte 2.

1) Gangelt, e meridie Ruremonde. 2) Valenciennes. 3) Visé.

828. populi frequentia abeuntem cum ingenti devotione comitata est, nec ante vel subsistere vel discedere voluit, quam ab aliis, quos miraculi huius fama commoverat, obviam sibi venientibus fuisset exceptus.

9. Hoc[a] modo sacrae martyrum reliquiae ex huius occasione miraculi a populis illarum regionum receptae et ad basilicam sancti Salvii, quo eas memoratus Georgius miserat, Domino ducente perlatae sunt. Hoc signum ipsius Georgii relatione constat mihi esse compertum. De caeteris autem quae nunc dicenda sunt ab eo libellum accepi, cuius ordo vel series hunc modum habere cognoscitur.

(69) 10. 'Anno quarto decimo[1] Christo propitio imperii Hludewici[b] augusti, cum ad corroborandam christiani populi fidem, sicut initio[c] nascentis ecclesiae, signa et prodigia in ipso regis palatio per merita sanctorum suorum Dominus dignaretur ostendere, petiit et obtinuit Georgius[d] presbyter Aquisgrani palatio[e] ab Einhardo abbate reliquias beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri, quorum corpora ipse de Roma per homines suos allata[f] nuper acceperat easque in capsa, quam auro et gemmis decenter ornaverat, reconditas per diaconum suum nomine Theothardum[g] ad basilicam sancti Salvii martyris, quam ipse tunc temporis per beneficium regis tenebat, dirigere curavit. Qui diaconus cum ad villam regiam quae Wasidium vocatur venisset, occurrit[h] ei homo gibberosus et ex dentium dolore ita vexatus atque confectus, ut iam per dies quindecim nullum alium victum quam solam aquam posset adsumere. Qui cum, ortante[i] diacono, coram reliquiis quas ille[k] ferebat se ad orandum prostrasset et dominum Christum, ut sui misereretur, devote ac suppliciter invocasset, per intercessionem sanctorum Marcellini et Petri, cuncta corporis incommoditate depulsa, sanus ab oratione surrexit. Factum est hoc miraculum 13. Kalendas Iulii'. — (Iun. 19.) Quod a me superius plenius est[l] enarratum, quia ego illud iuxta relationem memorati Georgii conscribere curavi. — (70) 'Diaconus autem cum reliquiis tertia die Valentianas veniens, cum eas in basilicam sancti Salvii, sicut ei fuerat imperatum, reverenter et honorifice inferret, quidam iuvenis de villa regis quae Listina[2] vocatur Dominicus nomine, qui eo morbo quem Greci spasmum appellant iam per annum integrum sic vexabatur, ut manus eius dextera penitus contineri non posset, sed agitatione continua, quasi qui molam verteret, moveretur in gyrum, statim in ipso introitu per merita beatorum martyrum coram omni populo ita curatus est, ut post haec nullum illius[m] horrendae agitationis pateretur incommodum. (Iun. 24.) Exin die quarta, in festivitate videlicet beati Iohannis[n] baptistae, anus quaedam nomine Gerrada, quae se annum unum caeca fuisse testata est, dum missarum solemnia celebrantur, invocatis beatis martyribus, lumen, quod ex fide petierat, cunctis qui aderant videntibus, per illorum merita recepit. (Iun. 26.) Similiter in festivitate sancti Salvii, quae evenit 6. Kalendas Iulii, quidam homo surdus et mutus inter solemnia[o] missarum per suffragia martyrum et auditum et loquellam[p] recipere meruit. Eadem die anus quaedam de pago Laudunense Hrodelthrudis[q] nomine, quae per tres annos lumen caeli non vidit, in eadem celebratione missarum visum recepit[r]. (Iun. 27.) 5. Kalendas Iulii puer quidam annorum circiter septem Donitianus nomine, qui fuit caecus a nativitate, dum divinum celebratur officium, per merita beatorum martyrum inluminatus est. (71) (Iun. 28.) In vigilia vero beatorum apostolorum Petri et Pauli, id est 3.[s] Kalendas Iulii, puella quaedam parva nomine Theotbalda, habens aetatis annos, ut putabatur, novem, quae tribus annis nihil viderat, tempore salutaris officii in media populi multitudine constituta, martyrum suffragantibus meritis[t], lumen amissum ex divina miseratione recepit. Eadem die quidam homo nomine Dado de villa Ponticuli[3] vocata, qui annos sex curvus erat et ad caelum se erigere non poterat, ideoque brevibus anticulis sustentandi se gratia sub ascellis positis cernuus incedebat, is eadem hora eodemque in loco per misericordiam Dei[u] et per merita beatorum martyrum erectus ac sanus effectus est. (72) (Iul. 4.) Die 4. Nonarum Iuliarum quaedam vidua nomine Adalrada, quae annis quattuor oculorum lumine privata nihil videbat, audita virtutum fama, spem visus recipiendi non vana fide concepit[v]; arreptoque baculo, sola sine ductore ad Valentianas ire contendit. Cumque vico adpropinquare coepisset, visum est ei, quod velut unum solis radium oculo dextro conspiceret; ac proinde divinam clementiam puro corde deprecata est, ut per intercessionem[w] sanctorum suorum ecclesiam beati Salvii se videre permitteret; statimque exaudita est et quod optaverat, Domino miserante, sine mora est consecuta. Ipsa quoque die altera quaedam femina de pago Noviomense nomine Hruoitla[x], quinquennio caeca, inter missarum solemnia lumen quod amiserat, Christo domino per merita sanctorum suorum donante, recepit. (Iul. 6.) In octavis apostolorum, id est pridie Nonas Iulii[y], quidam homo Gunthardus nomine de eodem pago, velut paralysi percussus, ad basilicam beati Salvii a suis adductus est. Qui, ut dicebant, iam unum annum habebat in eadem infirmitate, et tam vehementer in sinistra parte corporis sui debilitatus est, ut nec manum ad os ducere nec se vel lavare vel calciare valeret. Hic per misericordiam Dei meritaque sanctorum tempore matutinalis officii in ipsa solemnitate sanus effectus est. Similiter et alius homo nomine Hildebonus veniens de monasterio quod Ad-duos-Gemellos[4] appellatur[z], cum ab infantia caecus esset ac lumen caeli in tota[a] vita sua non vidisset, in celebratione missarum eadem die in eadem

a) *f. 112. alia pergit manus, fort. eadem quae priora scripsit* 2. b) *corr.* Hludouici 2. c) in inicio 2. d) Georgicus 2. e) palatio *corr.* palatii 2. f) abl. 2. g) Theotthardum 2. h) occurit 2. i) *ita* 1. 2, *corr. eadem manu, ut videtur,* hortante 1. k) ipse 2. l) *post add.* 2. m) *e corr.* 1. n) Ioannis 2. o) solemni *post corr.* solemnia 1. p) *post corr.* loquelam 1. 2. q) Hrodeltrudis 2. r) 5. Kal. Iul. *cum praecedentibus coniunxit* 1. s) *fortasse* IIII *(quod recte se habuisset) corr.* III. 1. t) meris *post corr.* meritis 1. u) *post add.* 1. v) concoepit 2. w) intercessione *corr.* intercessionem 1. x) Hruotha *corr.* Hruoittha 2. y) Iuli 2. z) appelatur 1. 2. a) to:::at 1.

1) *quinto decimo*, i. e. 828, legendum vel certe intelligendum esse, post Bouquetum omnes consentiunt, Teulet II, p. 389; Jaffé IV, p. 497. 2) Estinnes. 3) Fortasse Pont-à-Raches vel Pont-à-Marcq prope Valenciennes. TEUL. 4) Saint-Martin-aux-Jumeaux ad portam Ambianensem.

828. basilica per eosdem sanctos, eodem Domino miserante atque auxiliante, visum recepit et omnia quae prius non vidit clare videre meruit. Iul. 7. Die vero Nonarum Iuliarum puella quaedam parvula nomine Reginlindis, quae non amplius quam septennis esse videbatur, cum tribus annis oculorum suorum lumine caruisset et inter[a] caeteros[b] in basilica ad divinum officium audiendum constitisset, intervenientibus sanctorum meritis, coram omni multitudine inluminata est. Iul. 12. 4. Idus Iulii caeca quaedam nomine Alagia, quae duobus fere annis visu carebat, inter[c] sacra missarum solemnia, suffragantibus sibi sanctorum precibus, a domino Ihesu Christo inluminata est. Eadem die caecus quidam valde senex de villa Gauliacas[1] Ermenwardus vocabulo, qui annis quattuordecim nihil videre potuit, ad vespertinum officium ecclesiam ingressus, beatos martyres invocavit ac statim, caecitate depulsa, diu desideratam lucem, (75) Domino adiuvante, recepit. Iul. 26. 7. Kalendas Augusti puella quaedam, quae ab inmundo spiritu vexabatur, in basilicam adducta, dum sacrae oblationis officium celebratur, per virtutem Christi et merita beatorum martyrum, fugato daemone, integerrimam mentis et corporis meruit recipere sanitatem'.

11. Haec sunt miracula atque virtutes, quas dominus noster Ihesus Christus per merita sanctorum martyrum suorum Marcellini et Petri in vico Valentianas ad salutem humani generis operari dignatus est; quae memoratus Georgius presbyter brevi libello collecta nobis mittere curavit et nos huic operi nostro censuimus inserenda. Hic est Georgius Veneticus, qui de patria sua ad imperatorem venit et in (VIII. 76) Aquense palatio organum, quod Graece hydraulica vocatur, mirifica arte composuit[2]. Alter libellus mihi oblatus est de monasterio Sancti Bavonis, quod situm est iuxta Scaldim in loco Ganda vocato, ubi idem amnis Legiae flumini coniungitur, a fratribus ibidem Deo servientibus, quorum rogatu reliquias memoratorum Christi martyrum ad idem monasterium misi; in quo haec per ordinem digesta reperta sunt.

12. 'Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi 828. venerunt reliquiae sanctorum Christi martyrum Marcellini et Petri ad monasterium Sancti Bavonis, die quinto Nonarum Iuliarum, feria sexta, indictione 6[d]. Iul. 3–5. Tertia vero die, id est proxima dominica, quae fuit 3. Nonas Iulias, quaedam puella caeca nomine Hartlinda de villa quae Fursetium[3] appellatur, quam pater et mater testati sunt octo annis oculorum officio caruisse, cum ante altare, super quod sacrae martyrum reliquiae erant positae, fuisset adducta, coram omnibus qui aderant visum, Domino miserante, recepit. Inde post dies octo, id est Iul. 12. 4. Idus Iulii[e], adducta est altera puella similiter caeca nomine Helmrada[f] de villa Maglae[g, 4] nuncupata; cuius parentes de ea rettulerunt, quod octava die postquam baptizata fuit subita caecitate percussa sit; quae et ipsa statim coram sacris martyrum cineribus lumen, quod iam dudum perdidit[h], Domino sibi reddente, recepit. Iul. 14. Exin die tertia, quod fuit 2. Idus Iulii, venit illuc puella quaedam curva nomine Blidrada de villa Boderecia[i, 5], quae pertinet ad monasterium Sancti[k] Vedasti; quae cum ante memoratas sanctorum reliquias pro restitutione salutis suae dominum Christum suppliciter invocasset, coram omnibus (77) qui aderant erecta est et integrum corporis sui statum in momento temporis recipere meruit. Postea vero, Iul. 21. duodecimo die Kalendarum Augustarum, femina quaedam nomine Eddela, ancilla Sancti Amandi de villa Baceroda[6] vocata, quae plurimis annis oculorum lumine caruisse dicebatur, ibidem fideliter orans visum recepit. Eodem die servus quidam Sancti Bavonis Eberaldus vocabulo de villa Millinio[7], qui et ipse per plures annos lumen caeli non vidit, cunctis qui aderant cernentibus, eodem in loco diu desiderata luce donatus est. Ipsa quoque die duae viduae, quae plurimis annis caecae fuerunt, ibidem inluminatae sunt; quarum altera[l] nomine Blidwara de villa Actinio[8], altera Ricberta vocata de villa Werminio[9] (78) fuisse narratur. Aug. 15. Deinde post dies 25, id est in festivitate adsumptionis sanctae Mariae, femina quaedam vocabulo Anganhilda de villa Goiaco[10] coram sacris martyrum reliquiis, omni populo cernente et id quod evenerat admirante, ita incurvata est, ut penitus se ad caelum videndum erigere non posset; eademque Aug. 16. sequenti die, id est 17. Kalendas Septembris, in eadem ecclesia, cum euangelium legeretur, eodem populo teste, ita erecta atque in statum pristinum restituta est, acsi numquam per ullam[m] sui corporis laesionem ad terram fuisset inclinata. Sept. 22. Postea vero, secunda et vicesima[n] die mensis Septembris, id est 10. Kalendas Octobris, homo quidam de pago Texandria ex villa quae Happennia[11] nominatur[o] vocabulo Liodoldus, qui propter sinistri cruris ac pedis inbecillitatem duobus se baculis ad incedendum sustentabat, ita ibidem in conspectu populi perfecte curatus est, ut ultra iam in ambulando baculorum amminiculo non (79) egeret. Sept. 25. Quarta vero die post patrationem huius miraculi, id est 7. Kalendas Octobris, iuvenis quidam surdus et mutus, sinistra quoque manu contractus, nomine Hunwaldus[p] de villa Cervio[q, 12] nuncupata, cum ante sacras martyrum reliquias venisset atque ibi suppliciter orasset, statim per virtutem Christi, depulsis universis quibus afficiebatur incommodis, ita sanus effectus est, acsi numquam aut surdus aut mutus aut ex contractione nervorum in manu fuisset aliquo modo debilitatus. Sequentique die, Sept. 26. hoc est 6. Kalendas Octobris, femina quaedam nomine Engilgarda, quae per multos annos dira paralysis

a) in *corr.* inter 2. b) caetero *corr.* caeteros 1. c) intra 1. *ed.* d) VI[a] *post additum videtur* 1; ind. 6. *des. spatio vacante* 2. e) Iuli 2, *constanter.* f) Helinrada 2. g) in aglae *corr.* maglae 2. h) *post corr.* perdiderat 1. i) Boderitia 2. k) *vocabulum erasum* 2. l) una 2. m) illam 2. n) vicessima 2, *corr.* o) vocatur *alia, ut videtur, manu corr.* nominatur 1, *et ita* 2. p) Burwaldus 2. q) *ita* 2; Corvio *ed., corr.* Cervia 1.

1) Fortasse Gheule prope Roeulx. TEUL. 2) Cf. Annales Einh. a. 826, p. 214. 3) Vosselare (arr. Gand) ad fl. Lys. Cf. de Potter en Broeckaert, 'Geschiedenis van de gemeenten der provincie Oost-Vlaanderen' I, VII, Vosselare p. 1. 4) Machelen inter Courtrai et Gent. TEUL. 5) De Bouret ad Canche fluvium cogitat Teulet. 6) Baesrode prope Termonde. TEUL. 7) Mullen inter Gent et Audenarde. TEUL. 8) Eessene prope Dixmude. 9) Wormhoudt (dép. Nord, arr. Dunkerque) Teulet vix recte intelligit. 10) Ghoy? 11) Heppen (arr. Hasselt, cant. Beeringen). 12) Chièvres e meridie urbis Ath.

passione tenebatur, eadem in basilica per merita beatorum martyrum coram omni populo[a] curata. Erat 828.
eadem ancilla pertinens ad episcopium Turnacense de villa quae Werecundia[1] nominatur. In crastinum
vero, id est 5. Kalendas Octobris, altera quaedam femina nomine Ramburga de villa Bettingaheim[b], simili Sept. 27.
passione in inferiore corporis sui parte valde debilitata, cunctis qui aderant videntibus, coram eisdem
5 sanctorum reliquiis perfectam membrorum suorum firmitatem recepit atque a morbo, quo per decem
annos laborasse ferebatur, Deo volente, in momento temporis liberata est. Eodem die vir quidam (80)
caecus nomine Germarus de villa Scaltheim[2], quae iuxta ostium Scaldis fluminis in maritima Frisionum
regione posita est, cum ibi pro calamitate quam patiebatur Domini misericordiam et beatos martyres
invocasset, diu negatum lumen cum laetitia recipere meruit. Quarta[c] autem die postquam hoc signum
10 Domino volente contigit, id est 2. Kalendas Octobris, quaedam ancilla Sancti Bavonis vocabulo Gundrada Sept. 30.
de villa Aldingaheim[3], quae tribus fere annis solem non viderat, ubi se coram altari ad orandum pro-
straverat, lumen quod amiserat, Christo domino per merita sanctorum suorum largiente, recepit'.

13. Tertium quoque libellum detulerunt mihi fratres de monasterio Sancti Servacii confessoris, (IX. 81)
quod situm est in ripa Mosae fluminis in vico qui hodieque Traiectus vocatur[4], et distat ab Aquense[d]
15 palatio octo circiter leugas estque habitantium et praecipue negotiatorum multitudine frequentissimus;
cuius textus, si bene recolo, in hunc modum videtur esse compositus.

14. 'Adventus sanctorum Christi martyrum Marcellini et Petri ad vicum Traiectum contigit pridie
Nonas Iunii. Nam ipso die venit eis obviam de eodem vico inmanis multitudo populi ad susceptionem Iun. 4.
illorum congregata, laudans et benedicens Deum super inmensa atque inenarrabili misericordia sua, qua
20 per tantos patronos populum in se credentem et confidentem visitare dignatus est. Cumque his laudibus
et laetitia spiritali usque ad basilicam beati Servacii perventum est, celebratisque cum magna[e] omnium
gratulatione missarum solemniis, et universis ad sua reversis, feretrum, quo sacri cineres advecti sunt,
a dextris altaris iuxta cancellos[f] collocatum est; totusque ille dies cum ingenti eodem in vico consi-
stentis populi exultatione atque iucunditate consummatus est. Cumque ad vespertinum officium iuxta (82)
25 consuetudinem celebrandum eandem basilicam fuissemus ingressi, aderat inter caeteros puer quidam
nomine Berngisus[g], quem propinqui sui, de pago Cundrusio ante paucos dies illuc venientes, adduxerunt,
caecus a nativitate. Qui subito coram omnibus in pavimentum cecidit ibique aliquandiu velut sopore
depressus iacuit, moxque apertis oculis lucem, quam numquam ante vidit, Christo domino per merita
sanctorum suorum donante, conspexit. Exin quinta die, id est 6. Idus Iunii, homo quidam cognomento Iun. 8.
30 Hildimarus[h], qui surdus erat et mutus, coram eisdem sacris sanctorum reliquiis et auditum pariter et
loquellam per virtutem Christi recepit. Eodem quoque die puella quaedam de familia Sancti Landiberti[i, 5] (83)
nomine Adallinda[k], quae non solum surda[l] et muta, sed etiam caeca totoque corpore tam miserabili
modo ex nervorum contractione erat complicata, ut genua pectori iungerentur, iuxta sacras martyrum
reliquias a suis posita, et visum et auditum, loquellam etiam omniumque membrorum rectitudinem ac
35 salutem coram omnibus qui aderant mirabili celeritate divino munere consecuta est. Postridie[m] vero,
id est 5. Idus Iunii, quidam servus regius nomine Berohadus[n] de villa Cresciaco[6], in dextera sui corporis Iun. 9.
parte per totum ex nervorum contractione debilitatus et inutilis factus, cum ante memoratas sanctorum
reliquias venisset, statim erectus et sanitati quam desiderabat sine mora est redditus. Similiter et
puella quaedam de ipso vico Traiecto vocabulo Theothildis, cuius dextera manus erat simili contractione
40 in tantum complicata atque distorta, ut ad omnem usum esset inutilis, haec eadem die ante easdem
sanctorum reliquias pari modo curata est. Quibus visis, populus in basilica congregatus coepit prae (84)
nimia exultatione atque laetitia in hymnis et laetaniis, sublatis in altum vocibus, laudes Domino de-
cantare, cum subito intravit puer quidam surdus atque in media plebis multitudine stupefactus et attonito
similis constitit; ac deinde, cum ante altare sancti Salvatoris, quod in media ecclesia positum est, per-
45 venisset, erumpente protinus de naribus eius sanguine, quo diu privatus fuerat auditus officio donatus
est. In crastinum autem, id est 4. Idus Iunii, visum est nobis, ut feretrum, quod sacros martyrum Iun. 10.
cineres continebat, altius elevari deberet, ad hoc videlicet, ut aliquanto eminentius esset quam altare
cui adpositum erat et facilius ab accedentibus cerni potuisset. Idque nobis facientibus et inter faciendum
laetanias cum Dei laude canentibus, puella quaedam de familia Sancti Servacii, a nativitate sua pedibus
50 ex contractione distortis, manibus etiam ex nervorum distentione dissolutis, insuper et muta, quam paulo
ante in basilicam sui detulerunt et coram feretro posuerunt, subito sanitati est reddita, ita ut eadem
hora et loqui et incedere et manibus ad omnia necessaria perfecte uti potuerit. Femina quaedam de
ipso vico Traiecto, cum haberet ancillam caecam nomine Adalgardam, ingressa basilicam, tradidit eam
sanctis martyribus Marcellino et Petro, ut per eorum sancta suffragia visum recipere mereretur, ibique
55 dimisit. Quae cum[o] post peractum vespertinale officium in eadem ecclesia substitisset, subito velut ab
aliquo inpulsa in pavimentum cecidit, atque ibi diu volutata, tandem cum ingenti circumstantis populi
stupore atque admiratione clare videns surrexit. Contigit hoc Idibus Iuniis ad vesperum, ipso noctis Iun. 13.
incipiente crepusculo. Homo quidam de provincia Burgundia ex territorio Gennavense nomine Theot-
garius, ea passione laborans, quam medici Graeco vocabulo spasmon appellant, Latine autem ab assidua[p]

60 a) est *post add.* 2. b) Berting. *ed.* c) Quinta *corr.* Quarta 2. d) Eq. *corr.* Aq. 2. e) magno 2. f) can-
cellis *corr.* cancellos 1. 2. g) Berngissus 2. h) Hildem. 2. i) di *erasum* 1; Landeb. *corr.* Landib. 2. k) Ada-
linda 2. l) muta et s. 2. m) Postridie *corr.* Postpridie 2. n) Beroadus 2. o) *post add.* 1. 2. p) asidua 1.

1) Warcoing prope Tournai. 2) Schaltheim. 3) Audeghem in Flandria orientali. 4) Maastricht.
5) Leodiensis. 6) Crecy vel Cressy (dép. Somme). TEUL.

membrorum agitatione tremulosa non incongrue[a] vocari potest, venit in basilicam atque in media populi turba, quae ad audienda missarum solemnia, ut in die dominico moris est, fuerat congregata, constitit. Cumque post recitatam euangelii lectionem christianae credulitatis symbolum caneretur, tremulosus ille subito ad terram corruit, et dum divinum officium peragitur, pene inmobilis ac mortuo quam viventi similior iacuit, multoque ex naribus eius sanguine manante, post completum sacrum officium cum magna inspectantis populi admiratione sanus ac sine ulla trepidatione surrexit. Factum est hoc miraculum 18. Kalendas Iulii, die dominico, sicut superius comprehensum est. Quarta autem feria, id est 15. Kalendas Iulii, puer quidam nomine Folchardus de monasterio quod Meldradium[1] vocatur, qui erat cruribus ac pedibus miserabili contractione distortus, eodem in loco coram omni populo curatus est. 11. Kalendas Iulii venit quidam homo ad ecclesiam et inter caeteros intravit, cuius dextra manus simul cum brachio modo mirabili movebatur in gyrum, acsi molam vertere deberet, idque incessanter agebat. Is dicebat, ob hoc sibi hanc inquietudinem accidisse, quia die dominica contra vetitum moleret, et iam annum integrum evolutum esse, ex quo huiusmodi poena multatus est. Qui[b] cum ad sacras martyrum reliquias adpropiasset ibique fideliter eos invocasset, molaris illa commotio subitanea quiete sopita est. Hic homo de monasterio[c] Scottorum quod Fossae vocatur[2] se venisse Dothiumque appellari dicebat. In vigilia sancti Iohannis[d] baptistae, quae est die nono Kalendarum Iuliarum, venit quidam vir Traiectum ad basilicam sancti Servacii, qui se de civitate Turnaco esse fatebatur. Is, ut ipse aiebat, fuit ab infantia surdus et mutus; ductusque a suis ad sanctum Sebastianum[3], coepit ibi audire[e] et loqui, sed inefficaciter, quoniam verba eius vix intellegebantur. Ipse quoque, cum alii ad eum loquerentur, tenuitatem auditus sui dissimulare non poterat. Qui ubi ad matutinum officium venit, coram sacris reliquiis procumbens, obdormivit. Nec multo post velut aliquo excitante evigilans, quis os suum pugno percussisset, a circumstantibus inquisivit; cui cum omnes, neminem hoc fecisse, respondissent, surrexit, eademque hora sanus[f] factus, perfecte sine ullo impedimento et audivit et loqutus[g] est. Eadem die, dum sacra missarum solemnia celebrantur, femina quaedam nomine Madallinda duos caereos ad lumen in ecclesia faciendum detulit, quorum unum dextra manu cuidam ex custodibus, ut accenderetur, porrexit, alium autem[h] interim quasi de illo postea inluminandum manu sinistra retinuit; sed mirum in modum, dum custos sibi datum accendit, ille qui in manu feminae remansit, cunctis cernentibus, divinitus accensus est. Monasterium sanctimonialium Eike vocabulo[4] situm super Mosam fluvium est, in quo quaedam Deo sacrata nomine Saliga toto corpore, excepto dextro brachio, diro[i] paralysis morbo dissoluta iacebat. Huic per quietem quidam ex vicinis suis adstitisse ac tali sermone [eam[k]] compellasse visus est, ut diceret: "Quid agis?" Cui cum illa non aliud quam se in lecto suo quiescere respondisset: "Audistine", inquit, "aliquid de sanctis qui in Traiecto ad Sanctum Servacium venerunt?" Cui cum nihil de his se audisse respondisset: "Surge", ait, "velociter atque illuc properanter venire contende! nam ibi es omnium membrorum tuorum receptura sanitatem". Sed cum expergefacta nihil de his facere curasset, iterum sequenti nocte ab eodem simili modo est ammonita, ut Traiectum pergeret. Illa tamen ut prius, spreta monentis voce, quo iubebatur distulit proficisci. Tertia vero nocte vidit eundem sibi adstare et cum quadam severitate, cur monita sua contempsisset, interrogare baculoque, quem[l] tunc manu tenere videbatur, latus eius percutere atque, ut Traiectum velociter pergeret, imperare. Nec illa iam ausa trinae visionis auctoritati resistere, accitis ad se propinquis et amicis, Traiectum, ut sibi iussum erat, deducitur et in basilica beati Servacii iuxta sacros martyrum cineres collocatur. Cumque ibi promissae sanitatis praestolatur[m] eventum, quinto demum die postquam illuc venerat cum magna omnium admiratione perfectam totius corporis sui meruit recipere sanitatem'.

15. Restant adhuc duo valde praeclara miracula, quae non solum silentio tegenda non censeo, quin potius illorum conscriptione convenientissimum quarto volumini, quod in manibus habetur, finem me facturum esse confido. Et licet eadem signa beatis[n] Marcellino et Petro cum aliis sanctis possint videri communia, ex eo quod unum ex his in adventu reliquiarum sanctorum Proti et Hyacinthi[o] et iuxta ipsas reliquias gestum est, alterumque in die natalicio sancti Hermetis sub ipsius reliquiis contigisse certum est, ideo tamen ipsis praecipue adscribenda videntur, quoniam in ea basilica facta sunt in qua eorum sacratissima corpora requiescunt. Gestorum autem fides ad nos pertinet, qui praesentes fuimus et quibus ea divina pietas videre concessit. Ac proinde, omissa praefatione, ad ipsa quae dicenda sunt miracula veniamus.

16. Gregorius Romanae urbis episcopus, qui Eugenio simulque Valentino in pontificatus honore successit, cum titulum sancti Marci euangelistae, in quo presbiter fuerat, ampliare et in eo monasterium vellet exstruere, quaesivit per cymiteria et ecclesias longius ab Urbe constitutas, sicubi sanctorum martyrum corpora posset invenire, inventaque titulo, quem opere magnifico exstruxerat, curavit inferre. Casu igitur factum est, ut eo tempore, quo sepulcrum beatissimi Hermetis erat aperturus ac[p] sacrum illius corpus inde fuerat sublaturus, unus ex nostris, qui eodem anno supplicandi gratia, ut moris poenitentibus est, Romam venerat, congregatae ad basilicam martyris multitudini cum caeteris peregrinis interesset. Is, negotio quod agebatur diligenter inspecto, spem adipiscendarum memorati martyris reliquiarum, licet corde simplici, tamen non sine causa concepit, et Deusdonam diaconum, cuius in primo libro crebram

a) incongruae 1. b) Qui — invocasset *eadem manu in loco raso* 1. c) monasteria 2. d) Ioannis 2. e) et audire 2. f) et s. 2. g) loqutus 1. h) *superscr.* 2. i) dira 2, *corr.* diro 1. k) *deest* 2; *post add.* 1. l) cum *corr.* quem 1. m) *ita* 1, *corr.* prestolaretur 2. n) martyribus *add. ed.* o) Hyacinti 2, *et ita mox.* p) et 2. *ed.*

1) Meldert prope Tirlemont. 2) Fosses, dioec. Leodiensis. 3) Suessiones. 4) Aldeneyck prope Maeseyck, dioec. Leodiensis.

fecimus mentionem, adiens, obnixe oravit, ut ex his quantulumcumque a custodibus loci acciperet mihique deferendum sibi praestaret. Qui confestim precibus eius annuens, id se sine mora facturum pollicetur; datoque custodibus pretio, non solum sancti Hermetis, sed etiam sanctorum Proti atque Hyacinthi, quorum in eadem basilica corpora erant posita, reliquias accepit; et illas quidem per quendam familiarem 5 suum, cui Sabbatino cognomen erat, simulque et nostrum, qui ei ut hoc faceret persuasit, mihi mittere curavit. Quod autem de corpore beati Hermetis potuit adipisci ipse ad nos veniens pro ingenti munere detulit. Cum autem de adventu reliquiarum sanctorum Proti et Hyacinthi nobis esset indicatum, obviam illis processimus, easque, ut par erat, honorifice suscipientes atque basilicae cum hymnis et orationibus inferentes, propter corpora beatorum Marcellini et Petri cum feretro quo venerant collocavimus. Ubi 10 cum in crastinum mulier quaedam de proximo praediolo quod Baldradesstat nuncupatur, daemone possessa, cum caetero populo fuisset ingressa, coepit nequam spiritus fremere ac prostratam in pavimento conlidere suamque malitiam coram omnibus confitendo publicare. Cumque a presbytero se exorcizante fuisset interrogatus, quis esset, unde venisset, quando et cur in eam intrasset, ad singula respondit, seque non solum daemonem, sed etiam omnium viventium pessimum esse, testatus est. Et cum presbyter ab eo 15 causam tantae nequitiae requisisset, malam voluntatem hanc sibi tribuisse fatebatur. Rursus cum ab eo quaereret, si umquam in caelo fuisset: in caelo se fuisse et inde propter superbiam deiectum esse, confessus est. Eidem percontanti, utrum Christum dominum necne vidisset, ait, in inferno eum a se visum, tempore quo pro humani generis salvatione mori atque illuc descendere dignatus est. Ubi vero ad id (92) ventum est, ut eum interrogaret, si nomina martyrum nosset quorum reliquiae pridie eidem ecclesiae 20 inlatae sunt: 'Notissima', inquit, 'mihi sunt eorum nomina; quia, quando passi sunt, praesens adstabam ac de illorum sempiterna gloria ingenti torquebar invidia; quos etiam hic modo patior infestissimos; cruciant enim [me[a]] tormento incredibili atque invitum de hoc vase, in quo diu latitabam, exire compellunt'. Cui presbiter: 'Cum exieris', inquit, 'quo perrecturus es?' 'Ego', ait, 'in viam pessimam perrecturus et longinquas desertasque regiones petiturus sum'. Post haec cum[b] et occasionem et modum in-25 gressionis suae [in[c] eam] iubenti presbitero exposuisset, conversus ad feminam: 'Ego', inquit, 'infelix mulier, antequam exeam, ossa tua conlidam atque confringam teque debilem ac nostrae societatis memorem relinquam'. Et cum illa velut infirmitatis suae sibi conscia coepisset voce supplici atque submissa sanctorum auxilium inplorare, ille statim per os ipsius cum ingenti austeritate fremens et increpitans loqui volenti silentium imperavit. Erat enim nobis, qui praesentes eramus, ad videndum valde mirabile, 30 quod ille spiritus inmundus per os eiusdem mulierculae tam diverso modo loquebatur et nunc masculinae, nunc femininae vocis qualitatem sic ad purum exprimebat, ut non una, sed duae in ea acriter altercantes seque adinvicem conviciis lacessientes personae esse viderentur. Et revera duae erant, diversa inter se voluntate dissidentes, daemonis una, possessum a se corpus conlidere cupientis, mulieris altera, hoste quo tenebatur liberari desiderantis; quae diversitas voluntatum ex disparitate[d] vocum ac dissimili-35 tudine verborum, quae inter se alternando iactabant[e], satis clare atque aperte poterat intellegi. Completo igitur iuxta consuetudinem mysterii caelestis officio[f], nobisque ad curanda corpora de basilica egredientibus, iussimus, feminam cum custodibus ibidem, donec reverteremur, opperiri, fiduciam habentes, quod per virtutem Christi et merita martyrum[g] suorum perfidus possessor eius cito foret exiturus; neque nos spes nostra fefellit. Nam post refectionem ad ecclesiam regressi, exacto daemonio, sanam 40 illam et incolomem ac per omnia mentis suae compotem atque in Dei laudibus exultantem invenimus. Et hoc quidem signum in adventu reliquiarum beatorum Christi martyrum Proti et Hyacinthi iuxta modum a nobis comprehensum constat esse completum; illud autem quod sancto Hermeti adscribitur quo sit ordine gestum, praesenti narratione clarebit.

17. Colonia metropolis est in finibus Ribuariorum super Rhenum posita; ex qua femina quaedam (93) 45 erat, a renibus deorsum diutina nervorum distentione in tantum debilitata, ut, negato sibi crurum ac pedum officio, non aliter quam sedens, porrectis in anteriora pedibus, ac manibus in terram positis innitens seque hoc modo promovens, vicem ambulandi explere potuisset. Haec, auditis miraculis atque virtutibus, quas Dominus per sanctos martyres suos Marcellinum et Petrum in curatione infirmorum atque debilium operatus est, ad basilicam eorum venire gestivit; et quoniam aliter commode nequiverat, in nave 50 mercatorum, qui illo ad festivitatem eorundem sanctorum ibant, advecta est; venitque illuc ad diem natalicium, atque ibi[h] spe recuperandae salutis aliquandiu morata est; sed ubi vidit, curationem suam esse dilatam — et revera dilata erat, non negata, quia non alibi[i], sed ibi, neque tunc, sed alio tempore fieri debuit —, statuit Mogontiacum proficisci; erat enim in proximo festivitas sancti Albani martyris, cuius apud eandem urbem et basilica et percelebre monasterium est. Quo cum venisset et apud 55 memoriam martyris pro restitutione salutis suae Domino supplicasset, vidit per soporem quendam iuvenem clericum sibi adsistentem ac novos calceos manu ferentem atque ut eos acciperet pedibusque indueret imperantem; se quoque ita fecisse; illum deinde praecepisse, ut his calciata ad locum unde illo venerat reverteretur ibique adventum medici praestolaretur, qui eam esset procul dubio sanaturus. Quae ubi evigilavit, visioni fidem accommodans, quanta potuit celeritate ad sanctorum martyrum salutifera limina 60 reversa est; ac per duos menses in eodem loco inter alios pauperes conversata, pollicitationem visionis opperiebat[k]. Cum interim circa medium fere mensem Augustum Deusdona diaconus, cuius in primo 830. Aug. huius operis libro crebram fecimus mentionem, Roma veniens, unum articulum digiti beati Hermetis mar-

a) *post add.* 1; *deest* 2. b) et *corr.* cum 2. c) *post add.* 1; *des.* 2. *ed.* d) disparilitate 2. e) litigabant 2. f) offio *corr.* officio 1. g) sanctorum s., *in marg. eadem m.* al. martyrum suorum 2. h) ibi *post* spe *superscr.* 2. 65 i) *corr.* aliubi 1. k) *ita* 2, *post corr.* opperiebatur 1.

830. tyris pro magno nobis munere detulit. Quem accipientes, capsula reconditum in superiori parte basilicae supra ipsum occidentalem ecclesiae introitum collocavimus. At femina, quae, ut dixi, visione divinitus admonita illuc venerat et duobus iam exactis mensibus nihil promissae opis sibi advenisse cernebat, delusam se vano somnio existimans, reditum in patriam meditari coepit; statuitque cum negotiatoribus, Aug. 28. qui se reducerent, ut proxima dominica, quae quinto Kalendarum Septembrium die simul cum anniver- 5 saria sancti Hermetis solemnitate erat futura, navem eorum in regionem suam reversura conscenderet. Iamque instante nocte quae diem profectioni condictum erat sine dubio praecessura, cum nos secundum consuetudinem, completo nocturnali officio, ad quiescendum ecclesia fuissemus[a] egressi, caeteris exeuntibus, femina illa introire volens, in ipso limine consedit; ibique coram omnibus stupore quodam oppressa, parumper opticuit; ac deinde, erumpente ex omnibus pedum unguibus aliquanto sanguine, ad se reversa, 10 manum circumstantibus porrexit, erectaque in pedes, ad sepulchrum martyrum ambulare coepit. Quo cum pervenisset, ad orationem coram altari prosternitur; ibique tam diu iacuit, quoadusque hymnus, quem exultantium simul atque mirantium multitudo Deum laudans devotissime cantabat, compleretur. Quo finito, sana surrexit, sed in patriam ulterius redire noluit. Merito igitur miraculum istud beato Hermeti adscribitur, cuius die natalicio et sub cuius reliquiis gestum esse constat; sed nequaquam 15 sanctissimi martyres Marcellinus et Petrus eiusdem operis exsortes esse possunt, in quorum basilica patratum est, et quos ipsa quae curata est femina toto peregrinationis suae tempore, ut se adiuvarent, semper invocavit.

(94) 18. Haec sunt, quae de innumeris sanctorum virtutibus, aut a nobis visa aut fidelium veraci relatione comperta, litteris ac memoriae mandare decrevimus; quae Christi amatoribus ac martyrum eius 20 veneratoribus ad legendum grata fore non ambigo; quoniam nihil eis videtur inpossibile, quod ut fiat, Deo omnipotenti placuerit; incredulis autem ac sanctorum gloriae derogantibus, quia fastidiosa esse non dubito, ne omnino legere velint, censeo suadendum, ne forte vilitate nostri sermonis offensi, blasfemiam et invidentiam devitare non valeant, ac sic Deum et proximum, quos amare iubentur, se odisse declarent[b].

a) fuisemus *corr.* fuissemus 1. b) *f.* 74'. *recentior manus add.:* Explicit 1. 25

EX MIRACULIS S. QUINTINI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Cum S. Sebastianus a. 826. *in monasterium S. Medardi Suessionense translatus innumerabili 'signorum ac prodigiorum multitudine clareret', S. Quintinus quoque in monasterio canonicorum oppidi Viromandensis de suo nomine vocati sepultus*[1], *solito plura miracula patrare coepit, etiam duobus hominibus, quibus S. Sebastianus sanitatem desideratam dare noluit, ipse restituit. Quibus commotus sodalis*[2] *quidam monasterii S. Quintini anno* 827. *exeunte aut paullo postea*[3] *libellum de gloria posthuma sancti patroni conscripsit. Capita* 1—7. *ex Gregorii Turonensis Miraculis in gloria martyrum et Audoeni Vita Eligii composuit, quae c.* 8—13. *narrat 'a patribus' tradita accepit, reliqua c.* 14—37. *ipse vidit. Unde patet, eum Karolo imperatore regnante*[4], *ante a.* 814. *igitur, aliquanto vero tempore postquam Fulradus abbatiam S. Quintini adeptus est*[5], *in eandem receptum esse. De abbatibus S. Quintini, Fulrado praesertim, quaedam et alia nonnulla notatu digna memoriae tradidit. Brevis notitia de translatione corporis S. Quintini a.* 835. *facta aut ab eodem auctore aut, quod facilius crediderim, ab alio canonico, qui eam praesens vidit, libro postea, ante a.* 844. *vero*[6], *subiuncta est*[7].

Facere non potuimus, quin etiam fragmentum adderemus Sermonis de tumulatione SS. Quintini, Victorici, Cassiani. Horum enim sanctorum corpora post Normannicam cladem in monasterium S. Quintini reducta, ineunte saeculo X. celebriter iterum deposita sunt. In cuius rei memoriam dies ille deinceps festus habitus est. Sermo iste, ipso die tumulationis habitus, saeculo XI. compositus esse videtur, quoniam ubique syllabis in fine enunciatorum consonis, more eo saeculo consueto, exornatus est. Ut vero partem eius exhiberemus, eo inducti sumus, quod auctor ex Annalibus S. Quintini Viromandensibus perditis, multo amplioribus iis qui SS. XVI, p. 507 *sq. editi sunt, eos titulo 'annalis chronicae' citans, locum non parvum a.* 879—886. *excerpsit, non quidem ad verbum eos transscribens, sed verbis haud paucis certe alteratis lecta exprimens.*

1) Cuius basilica nova et splendida, a Fulrado abbate aedificata, eodem anno 826. perfecta est. 2) Non quidem satis patet, num canonici regulares an monachi tunc in monasterio S. Quintini extiterint, exeunte vero saeculo IX. certe canonici idem incoluerunt. 3) Narrat 17 miracula a. 827, mensibus Maio — Octobri acta. Postremum est diei Oct. 31. eiusdem anni. 4) Quae enim c. 15. traduntur Karolo vivo gesta sunt. 5) Quae de Fulrado abbate c. 13. tradit auctor auditu percepit. Quo anno Fulradus abbatiam S. Quintini adeptus sit, non constat. 6) Quo anno Hugo abbas obiit, qui in hac relatione 'nobilissimus atque bonae indolis' vocatur, cum decessor eius Fulradus 'bonae memoriae' dicatur. 7) Huic enim relationi praecedit *Epilogium harum virtutum,* quo auctor posteros obsecrat, ut miracula subsequentia addant. Ecquis credet, inter a. 827—835. nullum miraculum notatu dignum accidisse? — Saeculo X. inter a. 977—988. brevis libellus miraculorum in coenobio S. Quintini de Insula factorum iussu Liudulfi (quod nomen editores in Lindulfum corruperunt) episcopi Noviomensis conscriptus est, Acta SS. Oct. XIII, p. 812—814.

Multa quidem cum Annalibus Vedastinis conveniunt, alia vero neque in iis neque alibi leguntur; quare hos in annalibus perditis exscriptos esse affirmare non ausim.

Miraculorum et Sermonis postremam editionem paravit R. P. B. Bossue in Actis SS. Oct. XIII, p. 801—812. *et p.* 816—820, *usus codicibus*

1) *Ecclesiae Sancti Quintini mbr., saec. XII. in. a Raimberto, quem canonicum Bellovacensem et S. Quintini fuisse coniiciunt, aut exaratus aut ecclesiae S. Quintini donatus*[1]*; ubi teste A. Molinier etiamnum servatur. Ex quo codice Hemeraeus, Augusta Veromanduorum illustrata, Regest. p.* 8—22. *et Colliette, 'Mémoires pour servir à l'histoire du Vermandois' I, p.* 297—299. 372—381. *et p.* 385—391, *utrumque librum negligentius ediderunt*[2].

2) *Bruxellensi nr.* 7460, *mbr., fol. max., saec. XII. ex. —XIII. in., parte magni legendarii Valcellensis, postea patrum Bollandianorum. Quem V. Cl. E. Ouverleaux benevole in nostrum usum exscripsit.*

3) *Parisiensi nr.* 5575, *mbr., saec. X, qui sola miracula, non sermonem continet. Non paucis quidem mendis a scriba imperito maculatus est, nonnumquam vero veras lectiones, in* 1 *et* 2 *alteratas, solus praebere videtur*[3]. *Quem codicem V. Cl. A. Molinier contulit.*

Textum, in quo constituendo Bossue solum fere codicem 2 *secutus est, denuo recensuimus*[4]. *O. H-E.*

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO MIRACULORUM SANCTI QUINTINI[a].

Intemerata fides nostraeque religionis cultus multam consequitur summam, cum sanctorum martyrum veraciter tenet miracula et puris verbis ea quae mirabiliter acta sunt fideliter pronunciare conatur. Nec taceri[b] fas est acta militum Christi, cum eos hoc in presenti honore sublimari meritisque fulgere concedit. Quam enim optineant in caelestibus dignitatem, in terris choruscantibus miraculis demonstratur mortalibus. Quam ob rem quaedam beatissimi Quintini[c] martyris facta[d] narrare non ab re visum est mihi. Quae aliqua ex[e] ipsius testis Christi corporis revelatione breviter recursa, aliqua autem ex Gregorii Turonici episcopi scriptis ad verbum assumpta, aliqua vero[f] parvitati meae a fidelibus patribus scriptis[g] indita et verbis enarrata[h], aliqua quippe[i] propriis meorum aciebus oculorum constat[k] contemplata.

EXPLICIT PROLOGUS[l].

INCIPIT TEXTUS SIGNORUM[m] ET VIRTUTUM BEATI QUINTINI MARTYRIS.

7. . . . Haec Gregorius Turonensis episcopus hisdem verbis eisdemque syllabis protulit; sequentia vero aliorum fidelium patrum relatione sunt explosa.

8. De quodam perverso et ab ipso sancto Quintino correpto.

Fuit quidam nobilissimae stirpis et magnarum opum divitiisque preclarus homo nomine Wilericus, qui ob fastum[n] superbiae suae et intemperantia morum magna ex parte Creatorem suum delinquendo offenderat beatissimumque Quintinum martyrem non minus de pravis[o] operibus exasperare contigerat. Quem beatissimus martyr quasi exosum habebat, sed, ut verius proloquar, diligebat; quem saepe in sompnis admonens, redarguebat eius pertinaciam. Sed ille mentis tumore pertinax, cum nollet monitori acquiescere, eum quadam nocte verberibus attigit; quam caedem iussit ut Leoditio[p] sui martyrii custodi[5], immo omni ostenderet populo. . . . . . .

a) Inc. textus virtutum egregii martyris Quintini enucleatus. Incipit prologus 3. b) tacere 3. c) m. Q. 1. d) miracula 1. 2. e) ex — al. vero *des.* 3. f) autem 2. g) scr. i. et v. *des.* 3. h) narrata 3. i) vero 3. k) extant inspecta 1. 2. l) E. p. *des.* 3. m) t. miraculorum sancti Q. 2; *hic titulus et c.* 1—7. *des.* 3. n) factum 1; fastu 3. o) parvis 3. p) Leodicio 1.

1) Cf. Acta SS. l. l. p. 727 sq. 2) Permulta menda quae Bossue huius codicis lectiones affert nonnisi ex apographo patribus Bollandianis transmisso, ab amanuensi huius rei imperito facto, qui exempli gratia *ut (vel)* in codice scriptum *ut* legit, orta sunt, quod ex editionibus Hemeraei et Collietti satis apparet. 3) Auctor nempe non raro regulis grammaticis adversa scripsit, verba deponentia ut passiva usurpavit, aliorum verborum deponentium formas activas effinxit. Talia aliave offendentia scribae mutare studuerunt. 4) Capitum divisionem quam codices praebent restituimus, in margine vero ascripsimus numeros capitulorum editionis Bollandianae. 5) De quo non constat. Putant, eum saec. VII. exeunte vixisse.

10. De[a] iudice protervo et subdito sibi caeso. (13)

Temporibus Lagbardi abbatis[1] cum accideret casu, ut quoddam aedificium aedificare conaretur infra claustra[b] monasterii, et in modum palatii perficeretur, quidam homo nomine Guntlagus[c], prepositus de predio quodam[d] nuncupante[e] Hartliaco[2], eiusdem operis artificibus preerat. Cumque ad eius imperium omne illius fabricae opus incumberet pariter et efficeretur, contigit, ut quidam homo nomine Rementianus tardus in exequendis operibus deveniret. Qua de re ille crudelissimus iudex, non humane tractans, sed, ut erat crudelis, crudeliter, iussit eum flagris caedere. Cumque illuc ministri discurrerent et eum vellent iniunctis flagris aptari, lapsus eorum manibus, fugae expetivit auxilium velocique cursu usque ad ostium basilicae beati martyris pervenit. Unde ipse nequissimus iudex scelestis manibus extrahere eum precepit. . . . . . .

11. De quodam infirmo et aliquo[f] claudo et ferramento eius furato, atque[g] de reo ipsius furti. (14)

Sed nec pretereundum, quanta non solum in Christo vivens, verum etiam in ipso iam dormiens, eiusdem[h] martyris fuerit pauperum cura. In diebus namque Pipini[i] strenui regis, avi[k] nobilissimi imperatoris Hludowici[l], vir quidam Ebruinus[m] nomine in quandam decidit infirmitatem. Quem prefatus princeps Hieronimo[n] abbati[3], qui tunc loco ipsius martyris preerat, dirigens, solatia suorum medicorum ei impertiri mandavit. Ille autem preceptis[o] regalibus parens, hospitium in domo Wineridi[p] quondam presbyteri dedit; ubi et quidam pauper claudus vocabulo Vincelinus[q] hospitans, quoddam ferramentum habebat, quod vulgi raslum vocant, hocque vasa minuta cavans, victum operando manibus quaerebat. Quem prefati viri infirmi famulus furto auferens, secum in propria, videlicet ultra Renum fluvium, deportavit. Cui dato quieti sanctus martyr Quintinus astans, ait: 'Cur[r] pauperem expolians mercimonium suorum ciborum furasti[s]? Vade quantocius ad dominum tuum et malum quod illo ignorante perpetrasti ne moreris confiteri; ipsique[t] meis precipias iussis, ut idem furtum referre faciens Silvino, mei loci custodi, reddere iubeat'. . . . . . .

12. De fure et[u] eius tormento. (15)

Quae vero ultio sequatur de sanctificatis furto ablatis, sequenti significatum est miraculo. Turris[v] quaedam erat innexa ipsius martyris martyrio[w], quae in excelsum tria habens altaria, sublimius in memoria sancti venerabatur archangeli[x] Michahelis. Quam quidam[y] dolosus pauper dolose aggrediens, poma eminentioris altaris auro et argento fabricata furtim auferens, in sinu suo abscondita, in domum Frederberti[z] quondam clerici devexit. . . . . . .

13. De stipendio fratrum ab[a] abbate minorato, et de invasore ipsius stipendii, necnon[b] et de muto mirabiliter curato. (16)

Qualem itaque in eius martyrio Deo famulantibus habuerit sollicitudinem, reticendum non est. Villa quaedam[c] nuncupante Villare[4] in stipendiis eorundem Deo famulantium mense integro[d] olim fuerat deputata. Quam Fulradus abbas[5] casu subtrahens, sibi famulanti nomine Roderico dedit[e]. Unde maximus fratrum rumor pullulans in magnam[f] murmurationem propter[g] stipendii minorationem devenit. Quorum inediae ipse misertus, cuidam terrae agricolae ex villa Pontrudio[6], in cultura telluris laboranti, fatigatione magni[h] soporis depresso, nomine Amalwino, pauperi, viride[i] canicie florenti, sanctus Quintinus ceu sol rutilans illi[k] sopori dedito apparens, nuncupato nomine proprio, ait: 'O homuncule pauper, mondialis[l] pompa aliis arridet, alios vero allidit[m]. Unde constans esto et ea quae auribus tuis intimavero cordis auribus commendato! Abbas quippe nostris fratribus prelatus nomine Fulradus pro parva mundi pompa maximam inter eosdem fratres fecit oriri murmurationem. Ideoque vade et ei meo[n] iussu innotescere stude, maximam culpam eum incurrisse, eo quod stipendium[o] ipsis fratribus minuens, villam, qua solito mense integro eis administrabatur, auferens, homini laico sibi seculoque famulanti pro re modica presumpserit dare. Idcirco ei expresse iubeo velociter[p] eam recipere[q] et[r] suetum stipendium eisdem fratribus suete administrare[s]; precipio etiam, quin ista accelebratione[t] hoc fieri. Crux siquidem lignea supra[u] ipsius

a) *capitum tituli ante librum in indicem collecti sunt* 3. b) claustram 3. c) Gunthl. 2. d) quoddam 2. 3. e) vocato 1; Harthliaco vocato 2. f) alio 2; quodam 1. g) et 1. h) eidem 3. i) Pippini r. str. 1. k) aut 1. 2; avii 3. l) Ludovici 2; Hludoici 3. m) Ebroinus 2. n) Iher. 2. o) prefectis 3. p) Wimer. 2. — quendam 3. q) Winc. 1. r) Quur 3. s) furatus es 1. 2. t) ipseque 3. u) eiusque 1. v) Turrio 3. w) monasterio 1. 2. x) archangelis 3. y) quidem 1. z) Fredebenti 3. a) et abb. minoratore 1; min. ab abb. 2. b) *deest* 1. 2. c) quae dicitur V. 1. 2. d) integra 1. e) dedig 3. f) maximam 1. g) pr. st. m. *des.* 2. h) magnis operis 3. i) viridi 1. 2. — caniciae 3. k) illic 3. l) mondalis 1; mundalis 2. m) alludit 2. n) i. m. 2. o) stipendiam 3. p) eam vel. 1. q) recipens 3. r) *deest* 2. s) administrans 3. t) accelerat. 1. 2. u) super 1.

1) Non satis constat de eius tempore. Colliette, 'Mémoires du Vermandois' I, p. 267, eum circa a. 684. abbatiam S. Quintini suscepisse, putat. 2) Harly (arr. St. Quentin). BOSS. 3) Sane probabile est, quod scriptores historiae S. Quintini omnes censent, hunc fuisse filium Karoli Martelli, cuius filius Fulradus postea eandem abbatiam habuit, licet certum testimonium huius rei non praesto sit. 4) Forte Villers-le-Sec (arr. St. Quentin, cant. Ribemont). 5) Fulradus obiit a. 826 (Ann. Laub., SS. IV, p. 13). Quo anno abbatiam S. Quintini susceperit, non constat, ut videtur vero, ante a. 804, quo in epistola Karoli huic anno attribuenda (Jaffé, Bibl. IV, p. 387; Reg. Imp. I, nr. 399) abbas vocatur. 6) Pontru (arr. St. Quentin, cant. Vermand). BOSS.

villae portam in pactum ipsius invasoris erigatur, quatenus deinceps et villae beneficium et aditus ipsius portae in perpetuo denegetur'. Quibus pauper auditis: 'Mi domine', ait, 'quantae potentiae ipse sit abbas, melius nosti. Quid putas, qualiter eius colloquiis uti potuero[a]?' Ad haec ille: 'Vade', inquit, 'iam, quia eius potentiam caves, cuncta quae tibi intimavi tu[b] iudici tuo videlicet renovato ad liquidum, et ille abbati prefato mea monita pandat'. Igitur pauper evigilans, quid audisset, quid vidisset, quidve[c] de his ageret, angebat, timens severitatem iudicis, metuens tanta a[d] tanti viri auctoritate occultare commissa; sed, ut vulgus, severitate prefati iudicis territus, elegit silentium. Hinc alia nocte isdem martyr rediens, pro contemptu inobedientiae eum increpavit, quantocius[e] iam sibi monita iterum iterumque iussit monere. Cuius preceptis parens, ad iudicem venit eique sibi revelata ex parte manifestavit. His ille auditis pertinaci voce eum amentem vocans, acerrime exasperavit atque a se recedere iussit; qui velociter viam (17) arripiens, ultra de his nihil audebat inferre. Unde tertio isdem martyr veniens, eum increpavit, quare sua monita importune distulerit proferre. Cui ille: 'Mi domine', inquit[f], 'quid de his egerim, qualiter pro his exasperatus fuerim, quamve auster[g] ipse est iudex meus, puto prudentiae tuae non esse incognitum'. At[h] ille mox super os illius digitum ponens: 'Noveris te', ait, 'nihil olim locuturum, nisi dum libuerit, ut meorum eliceas[i] monita verborum'. Quibus dictis[k], mox denuntiatum secutum est signum. Ergo mutus effectus, ad eius confluens martyrium, in pistriuio[l] eorundem fratrum coepit hospitari. Ubi non longo post tempore eidem dedito[m] sopori ipse enituit martyr, percussoque eius latere, iubet surgere ecclesiamque quam cito inhianter appetere. Cui et haec: 'Fratribus', inquit, 'more solito antelucanos[n] cantus Domino ibidem[o] persolventibus coram adesto; statimque ad altare venerationis memoriae beati Michahelis archangeli[p] ascendens, cambottam sancti Amandi, quae pro reliquiis ipsius viri religiosi in dextera parte fabricata dependit[q], manibus sumens, coram altari mei martyrii, ipsa tribus deosculata (18) vicibus[r], ea quae iussi audacter proferre studeto. Cuius monitis sicut saepius iam resistere non audens, secundum mandatum ecclesiam intravit, ante altare terrae corpore prostratus, ingentes gemitus emisit. Hinc surgens, custodem, scilicet Veradum, summis aciebus oculorum sollicite requirebat, nutibusque digitorum ei innuens, ut viam liberam[s] scansionis, quae ducit ad turrim, ei carpere permitteret. Qui, utpote nutu Dei ipse custos conatus eius intelligens, subdito sibi, videlicet Gentfredo[t] presbytero, precepit, ut ei, ostio turris aperto, aditum daret, monens providere caute, quid agere vellet. Qui preceptoris precepto accelerans, ab ipso muto instito[u] usque ad[v] ostium turris insequebatur gressu; porro ostio turris aperto, fit mox preitor qui erat olim insecutor[w]. Ergo ad memoriam prefati archangeli prior veniens, cambottam[x] designatam accepit, festinus exiliens repedavit, eamque manu[y] ferens, usque ad altare memoriae[z] sancti Petri pervenit. Equidem intuens intuentes, tertio deosculans, oculis ad caelum directis, totis nisibus mente Deo[a] gratias referens, primo hoc astantibus: 'Ita', inquit, 'mihi precepit sanctus Quintinus'. Ast[b] vero custos et ceteri haec audientes nimis stupefacti, percunctantur sollicite, quid illi preciperet ipse martyr egregius. Ille autem prefatam cambottam manu tenens, sudore guttatim fronte[c] eius uberrime ipso hyemis in[d] tempore defluente, viriliter omnem ordinem gestae visionis atque de villa et dempta locutione diligenter explanavit. Quibus abbas auditis, post stuporem et extasin statim villam ablatam fratribus, fratres vero Creatori atque procuratori suo laudes debitas reddiderunt. At[e], si inquisiveris, lector, quare cambottam totiens posuerim[1], accipe, optime et libere tantillus ego, amaritudinibus mundi undique attritus, dicere quivi, quod tantus miles Christi, eius iam in caelestibus dulcedine remuneratus, eadem nuncupatione[f] voluit appellare.

(19) 14. De claudo in porta sanato[g].

Hactenus a fidelibus patribus nobis exposita, nunc propriis ocellorum aciebus inspecta fideli sermone adnotabimus[h]. . . . . . .

(20) 15. Item[v] de modico[i] claudo in ipsa porta sano effecto[k].

Eodem siquidem anno[2] noster natus nosterque alumpnus, puer nomine Angalharius, patrem secutus, in Grani palatium Aquis pervenit; qui ibidem diu a patre detentus, officio gressuum repente toto[l] est destitutus. Quem bonae memoriae imperator egregius Karolus[m] intuens arcersitum[n], percunctatur, unde loco, quo pago quave esset familia. At ille: 'De vico', ait, 'Sancti Quintini Vermandensis, famulus eiusdem sancti martyris atque Fulradi abbatis'. Cuius ipse agustus[o] divina inspiratione miseratus, litteris proprio anulo signatis[p] mandavit de loco ad locum ducere, sumptus et vehicula omnibus admodum ministrare eumque ad locum nativitatis proprium usque perducere ac deinde Fulrado abbati victum ei prebere. Quid plura? Adductum miramur cuncti. 'Heus!' aimus[q] universi, 'olim exilientem, nunc terrae repentem'! Consilio quoque nutu divino accepto, in porta predicta[3] deponitur claudus. Cui parvo post tempore solita virtus martyris meritis saepius nominati[r] affuit divina, vocato ex nomine, surgere et ire iubetur. Prorsus surrexit, exiliens abiit, sanus effectus est.

a) potero 2. — At 3. b) *deest* 2. — iuditi 1. c) quid vae 3. d) ac 1. e) quanto ocius 1. f) inquid 3. g) austerus 2. h) Ad 3. i) *ita* 2. 3. k) dicis 3. l) pristino 1. 2. m) deditum 1; ditum 3. n) antelucanus 3. o) *deest* 3. p) archangelis 3. q) *ita codd.* r) vitibus 3. s) *deest* 2. — scantionis 3. t) Gentfrido 2. u) infesto 3. v) *deest* 1. w) secutor 1. 2. x) cambotam 1. 2, *semper.* — designitam 3. y) manus 3. z) alt. predictum perv. 1. 2. a) Domino 1. b) At 2. c) fonte 3. d) *deest* 1. e) Et 1. f) noncupatione 3; compellatione 1. 2. g) curato 1. h) adadnot. 3. i) *deest* 1; medico 3. k) p. curato 2. l) est t. 2. m) Car. 3. n) accers. 2; arcess. 3. o) *ita* 1. 3. p) signatus 3. q) aim 3. r) nominatis 1.

1) Quod scilicet est vocabulum vulgare, baculum significans. 2) Annus antea non indicatus est. 3) C. 14 (19): *in porta quae annexa est foro et vico.*

17. De intermissione eiusdem[a] aedificii templi et prefectis ipsius operis, ac[b] de claudo effecto pro eadem re ab[c] eodem martyre immonito[d], atque de eius[e] sanatione et[f] interemptione prefectorum.

Operae pretium reor nequaquam silentio preteriri[g], qualiter idem beatissimus[h] martyr, videlicet[i] sanctus Quintinus, templum sui martyrii voluerit preeuntibus signis ostendere perfectionemque illius ad calcem usque perducere. Etenim cum decem circiter vel eo amplius annis structura[k] eiusdem templi aedificaretur[1], (c. 824) quidam Nivellae[l] natus Ragembaldus[m] nomine pro suis sceleribus loca sanctorum plurima peragrans[n], usque Turonis, interventum[o] sancti Martini oratu et precibus quaerens, ire disponebat. Itaque in vicum singulariter Sancti Quintini vocatum veniens, hospitium Ecfredi[p] vulgaris petiit. Ubi nocte quadam isdem martyr ceu sol rutilans, dormientem pulsans, vocato ex nomine, blande eum[q] alloquitur: 'Dormisne, Ragembolde?' Cuius pulchritudinem ac vocem vix ferre valens, tremula voce: 'Mi domine, ita, plane dormio', ait. Cui ille: 'Respice', inquit, 'et animo vigilanti sensuque intelligibili ea quae a me audieris perspicaciter attende! Indulgentia[r], quam piis supplicationibus interventu sanctorum quaeris, valde grata habetur; ceterum opus meae basilicae intermittendo valde neglegitur. Quam ob rem maturius surgens, preceptori, immo provisoribus eius, nostro[s] ex nomine intimare stude, magnam eis velocemque imminere[t] ultionem, nisi paratius hoc accelerare studuerint. Nam alius aliis deditus operibus, alii vero a deputatis operariis pretium accipientes, quoslibet ad propria remeare permittunt. Sicque opus coeptum manet imperfectum. Ideo[u] contestare et preveni eos nostra ex iussione monendo, ut cito corrigantur, ne forte incorrecti[v] et immoniti laqueum suae dampnationis incurrant'. . . . . . .

20. Item[w] de virtutibus quae tempore[x] allationis reliquiarum sancti Sebastiani efferbuerunt. (27)

Haec diversis temporibus audita et a nobis visa; reliqua quae sequuntur efferbuerunt ea[y] tempestate, qua Suessionis sancti Sebastiani allata fuerunt reliquiarum ossa. (826.)

21. De quodam caeco. (28)

Milo de pago Camaracensi[z], ex villa nuncupante[a] Hermiscurte, 12. Kalendas Iunii[2] a Suessionis[b] (827. Mai. 21.) civitate cum contubernalibus[c] suis dolendo pro non adepta sanitate revertens, in vicum, sicut superius dictum est[3], specialiter Sancti Quintini vocatum veniens. . . . . . .

22. De aegro sanato. (29)

In ipso igitur diei fervore, cum strepitus tumultuantis populi pro re prefata ventilaret, alter nomine Herricus[d] de eodem[e] pago, ex Monte Vitberto, exitiali, ut ita dicam, tabescens aegritudine, sanitate recepta, ad propria rediit.

24. Item de caeco. (31)

In crastino autem Hamnon de pago Hostrevanto, ex villa Sancti Amandi nuncupante[f] Fierinas[4] (Mai. 22.) lumen sibi ablatum recepit.

28. De[g] quadam caeca. (35)

Altera femina Goda vocata ex pago Hagnauno[h] de predio vocabulo Spalst[i.5] Non.[k] mensis eiusdem (Iun. 5.) in porticu templi eiusdem martyris proprium assecuta est visum.

30. Item[l] de altera[m] caeca. (37)

Item femina nomine[n] Adaltrudis de fisco nuncupante Vienna[6], ex ministerio Gunthardi comitis[7], sed et eo tempore prelati monasterio prescripti martyris[8], altera iam vice ad loculum[o] beatissimi[p] veniens martyris Sebastiani, angustiis ac furore[q] commota, querelas in ipsum martyrem voce flebili prorumpere coepit, queritans[r], cur eius preces, iam ad ipsum altera vice veniente[s], pre omnibus sperneret. Cuius querimoniis custodes ipsius loci carere[t] cupientes, arcersitam[u] sciscitantur, quae vel unde esset. Quibus cum respondisset se et viduam et ex ministerio Gunthardi esse comitis: 'Vade!' inquiunt, 'quia ex eius

a) *deest* 1. 2. b) et cl. 1. c) ab — de *des.* 1. d) monito 2. e) eiusque 1. f) et i. pr. *des.* 1. g) preterire 1. h) beatus 1. 2. i) v. s. Q. *des.* 1. k) struictura 3. l) Nivillae 3. m) Ragemboldus 1. n) peragras 3. o) interventu 1. 2. p) et fredi 3; cuiusdam 1. 2. q) ei 1. r) Indulgentiam 2. s) ex nostro 2. t) ult. imm. 2. u) Ideoque 1. 2. v) incorrepti 2. w) *deest* 1. 2. x) tempora 3. y) eo tempore quo 1. 2. z) Camerac. 1. 2. a) nuncupata 1. b) Avessionis 3. c) contubertunalibus 2; conbernalibus 3. d) Henricus 1. 2. e) eadem 3; p. e. 2. f) nuncupata 1; nuncupanta 2. g) *hoc et praecedens capita des.* 3. h) Hagnanuo 2. i) Spalt 1. k) nono 2. *edd. falso, quia res secundum ordinem temporis narrata sunt; praecedit c.* 27. Kal. (Iun.), *sequitur c.* 29. 8. Idus (Iun.) *etc.* l) *deest* 2. m) alia 1. n) nomen Adeltr. 3. o) locum 1. p) *deest* 1. — m. v. 2. q) forore 3. r) queritas quare 3. s) venientis 1. t) arere 3. u) accers. 2.

1) Theodulfus, Poet. Carol. I, p. 130, a. 814. basilicam coeptam esse dicit; secundum Ann. S. Quintini Viromand., SS. XVI, p. 507, a. 813. coepta, a. 826. perfecta est. Auctor sermonis de tumulatione S. Quintini etc. (infra) eam a. 825. perfectam esse putavit. 2) Quoniam reliquiae S. Sebastiani die Dec. 9. ad S. Medardum allatae sunt (cf. Transl. S. Sebast. c. 23, infra), haec. a. 827. gesta sunt, ut etiam ex c. 30. apparet. 3) C. 17. 4) Férin non procul Duaco. BOSS. 5) L'Espaix a. 1461. urbi Valencenis adiunctum. BOSS. 6) Voyenne (arr. Laon, cant. Marle), ut censet Cl. de la Fons. 7) Viromandensis. 8) Possedit abbatiam S. Quintini ab a. 826, quo Fulradus obiit, usque ad a. 834, quo Hugo eam suscepit, ut ex relatione translationis infra patet.

ministerio non hic, sed in domo sancti curabuntur[a] Quintini'. Quae quasi pro omine accipiens rapiensque verbum ex ore eorum, ad ipsum confluxit locum. Ubi supra pavimentum ipsius templi portici tribus[b] iacens diebus, 5.[c] Idus predicti mensis, in sollempnitate magni diei pentecostes[1], persolvente[d] matutinorum officia[e] cantore, equidem antiphonam intonante euangelicam, videlicet: *Accipite Spiritum sanctum,* lumen sibi[f] demptum continuo recepit optatum.

827 Iun. 9.

(39) 32. De muliere quae die dominico[g] opus lanificii[h] exercuit.

Ermengardis femina ex Senonas civitate die dominico[i] in lanificiis[k] servile quoddam, globorum videlicet, exercuit opus. Haec de his a sacerdote et contribulibus correpta[l], post diem tertium iter ad[m] sanctum arripiens Sebastianum, manibus, unde ipsum perpetraverat[n] nefas, eadem stigmatis forma, absque ullo interveniente recessu, ita[o] morem globorum[p] rependere coepit[q], acsi idem pre oculis conficere cerneres[r] opus. Quam ob causam ad loculum[s] perveniens eiusdem sancti, ibidem duas ebdomadas fecit[t]; sed solutione minime adepta, ambigebat, quidnam agere deberet. Unde a Hroduino[u, 2], ipsius loci preposito, admonita, ad nostrum confluxit martyrem; ubi unum et dimidium complens diem, 3. Kalendas mensis eiusdem[3], persolventibus matutini clericis officii cursum, sanitati antiquae enituit restituta.

Iun. 29.

(45) 38. Epilogium[v] harum virtutum.

Haec, sicut saepius[w] prefatus sum, temporibus[x] diversis gesta, aliqua mihi in[y] scriptis et verbis a patribus narrata, aliqua a parvitate mea intuita, fideli, prout potui, sermone paginis commendare curavi. Abhinc vero quae secuta[z] fuerint, obsecro, ne segnitie et otio vacent, sed statim ut effloruerint absque neglegentia et tepore[a] quantocius stilo et[b] cartulis adnotentur[c].

De translatione corporis ipsius martyris[d].

His ita patratis, valde congruum mihi videtur, ut de translatione corporis sanctissimi Quintini martyris hic sicut et vidimus[e] et novimus summatim perstringamus. Igitur bonae memoriae quondam Fulradus abbas, egregia prosapia[f] ortus[4], templum novum, quod et nunc decenter ornatum nitet, in honorem Dei[g] et eiusdem martyris construere curavit[5]. Cuius[h] postea abbas nobilissimus atque bonae indolis serenissimi Karoli augusti filius Hludovicique[i] imperatoris frater Huh nomine sepulturam prefati[k] martyris maximo dilexit honore magnificentissimeque decoravit[l]. Sed situ loci impediente, aliter hoc nequivit accelerare, nisi sepulchrum illius remotum fuisset. Qua de causa anno octingentesimo tricesimo quinto Christi incarnationis, siquidem Hludowici[i] imperatoris vicesimo secundo, necnon ipsius abbatis secundo[m, 6], die octavo Kalendas Novembris, consultu[n] prefati imperatoris aliorumque[o] bonorum hominum plurimorum Eichardum[p] episcopum Noviomacensem et Simeonem[q] pontificem Laudunensem ac Patratum[7] Saxoniae presulem duosque eorum coepiscopos[r] atque sacerdotes et alios Dei quam plures ministros convocans, ipsum sacrum de loco quo eum sanctus posuerat Eligius corpus elevans, optimo loco, quo et nunc optime iacet tumulatus, aromatibus conditum, olosericis et vestibus deauratis involutum, decentissime sepelivit[s].

835. Oct. 25.

a) *deest* 1. b) i. tr. 2. c) d. videlicet pr. 3. d) clero *add.* 2. e) officium 1; officio 3. f) *deest* 2. g) dominica 1. 2. h) lanificum 2; servile opus 1. i) dominica 1. k) lanef. 3. l) correcta 2. m) arr. ad s. 1. n) perpetravit 1. o) item oraem 3. p) vel glomorum *add.* 2. q) coeperat 1. r) cerneret 1. 2. s) locum 1. t) *ita* 2. 3; stetit 1. u) Roduino 2. v) Epilogus 1. w) superius 2. x) d. t. 2. y) *deest* 1; in — verbis *des.* 3. z) secute 3. a) torpore 1. b) *deest* 2. c) adnotetur 3. d) corp. eius 2. e) nov. et vid. 2. f) prosapie 3. g) D. et *des.* 3. h) Cui 3. i) Hludow. 1; Ludov. 2. k) beati 2. l) decorare 1. 3; *forte* studuit *excidit.* m) secundi 2. 3. n) *quae sequuntur recentiore manu rescripta sunt* 3. o) *deest* 2. p) Ech. 3. q) Sym. 2. r) corepisc. 1. s) Explicit liber primus *add.* 2.

1) Qui a. 827. in hunc diem incidit. 2) Eodem qui teste Odilone Miracula S. Sebastiani composuit; cf. Transl. S. Sebast. c. 1. 46, infra. 3) In c. 31 (38) videlicet: 8. *Kal. mensis Quintilis.* 4) Fuit enim filius Hieronymi, filii Karoli Martelli; Folcuini Gesta abb. Lob. c. 9, SS. IV, p. 59; Vita Folquini ep. Morin. (infra). Et in Sermone de adventu reliquiarum S. Praeiecti, ap. Colliette, 'Mém. du Vermandois' I, p. 560, haec leguntur: *Tempore namque regni Caroli Magni strenuissimi regis monasterium Sancti Quintini, quod situm est in pago Viromandensi super fluvium Somenae, Fulradus abbas regebat strenue. Hic enim Fulradus filius Hieronymi, fratris Pipini regis, fuit, qui fuit pater Caroli Magni. Audiens ergo de virtutibus sanctorum martyrum, adiit praefatum regem Carolum, humiliter deprecans, ut darentur illi reliquiae de beati martyris Praeiecti corpore. Quod rex libenter annuit, et illi dari iussit cerebrum, quod Radebertus gladio a capite martyris excussit, et aliud membrum corporis, quod alam vocant Latini.* 5) Cf. supra c. 17. 6) A. 834. igitur abbatiam adeptus est; non a. 833. exeunte, quia tunc Ludovicus imperator, a cuius parte Hugo frater stetit, depositus erat. Abbatia haec ei forte fidei servatae praemium fuit. 7) Baduradum Paderbornensem episcopum, qui a. 835, Febr. 2. synodo in Theodonis villa celebratae interfuit. Cf. Hincmar. De praedest. c. 36, Migne, Patrol. CXXV, col. 390.

EX SERMONE
IN TUMULATIONE SS. QUINTINI, VICTORICI, CASSIANI.

. . . .[1]

Haec libuit breviter paucissima dicere, fratres,
5 Nubibus ut sparsis ad causam festivitatis
Succincti istius dicturi quid veniamus.

Cum igitur superni Regis iustitia pro nostrorum peccaminum negligentia nos castigare[a] vellet feroci paganorum saevitia, inclyti testis Quintini monimenta et pretiosi confessoris Cassiani membra a propriis sunt tumulis elevata et ad Lauduni Clavati moenia, prout timor[b] cogebat, noctu delata. Proch scelus! 10 Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum, ut plorem et lugeam non tantum unius civitatis excidium, sed totius terrae flagellum. (Ier. 9, 1.)

Heu! cogor scriptis depromere rem veritatis!

Christianorum invalescente noxa, paganorum nequiter frendente audacia, multa sanctorum corpora a sepulchris eiciuntur, ecclesiae innumerabiles incenduntur, utriusque sexus homines passim iugulantur, 15 omnis iustitia graviter conculcatur, lex et veritas nimium annichilantur, bestiarum incursu multi lacerantur, famis inopia plurimi moriuntur. Re etenim veridica[c], ut sanctus loquitur psalmista, venerunt gentes in hereditatem Dei, polluerunt templa sanctorum, posuerunt omne regnum in desolationis obprobrium; (Ps. 78, 1.) [et[d] alibi]: Deus, reppulisti nos et destruxisti nos; iratus es, quia commovisti terram et conturbasti eam. (Ps. 59, 1. 2.) Sed cuius miserationis opera superexcellunt omnia, nolens mortem peccatorum, aliquantisper tantae severitatis tem- 20 peravit flagellum.

Hic autem, ut lucidior sit sermonis sensus et intelligatur manifestius, ex annali chronica[2] inserenda sunt pauca. Et quoniam bis eorundem sanctorum corpora cum moerore ad Laudunum sunt devecta et bis ad nos cum honore relata, libet apertius prodere et fugae causam et reversionis eventum.

25 Anno siquidem octingentesimo octogesimo primo a Domini[e] incarnatione, Kalendis Ianuarii, Normannorumque[f] metu cogente, a bustis prius emota suis, ad prefatum montem primum delata sunt. (881. Ian. 1.) Nam priori[3] anno in Carlopoli Compendio Karolides Ludovicus nimia infirmitate pregravatus[g], in parasceues[h] die spiritum exalavit vitae. (879 Apr. 10.) Quapropter eius filii, alter Ludovicus alterque[i] Karlomannus dicti, reges sunt constituti. Eodem quoque 30 anno multa paganorum multitudo a transmarinis partibus veniendo[k] Gandum monasterium occupaverunt et cuncta in circuitu crudeliter vastaverunt. Ipso siquidem[l] anno rex transrenanus Ludovicus Franciam venit partemque regni Lotharii a suis nepotibus extorsit, et

a) castigari 1. b) timore 1. c) vera 1. d) et a. *des.* 1. e) dominica 1. f) Normanor. 1. g) gravatus 1. h) parasceue 1. i) alter 1. k) veniens part. 1. l) etiam 1.

35 1) Quae praecedunt sumta sunt ex Passionibus dictorum sanctorum, ex capite de translatione S. Quintini praecedente et ex Adventu S. Cassiani (Colliette, 'Mém. du Vermandois' I, p. 382; Acta SS. Aug. II, p. 66), ex quo haec exscribimus: *Anno* 40 *igitur dominicae incarnationis octingentesimo quadragesimo, praesidente Augustodunensium cathedrae Moduino venerabili episcopo, Hugo abbas monasterii Sancti Quintini mittens ad eum legatos suos, corpus beatissimi Cassiani, quod per semet ipsum prius* 45 *postulaverat, expostulavit. Cuius petitioni supra nominatus episcopus propter multum amicitiae respectum reverentiaeque modum concessit effectum, contuens observantiam excellentissimorum imperatorum, quorum ipsius abbatis Carolus caesar augustus genitor* 50 *erat, alter vero frater beatissimus imperator Ludovicus. . . . . . . Carolus rex, utpote nutu divino inspiratus, praefatam adiens basilicam* (S. Quintini), *de eiusdem Christi confessoris corpore coepit tractare officiose; in quo haud diutius immorans, anno siquidem octin-* 55 *gentesimo quadragesimo quinto Christi incarnationis et sui equidem regni quinto, indictione octava, die Nonis Martii ad praescriptum pontificis Christi Cassiani reverenter accedens tumulum, cum duobus episcopis, scilicet Wanilone Senonensi archiepiscopo et Immone praesule ecclesiae Noviomacensis, aliisque quam pluribus Dei amatoribus . . . . . . sancti efferens corpus, perfusum balsameis liquoribus et thymiamatibus odoriferis, insertum palliis quoque et vestibus sericis decentissime involutum, infra cryptam basilicae praefati martyris Christi Quintini, ad dexteram videlicet lateris ipsius testis Christi, optime ac pulcherrime tumulavit, tradens ad amborum sanctorum luminaria et ornamenta maximeque ad tumbam beati Cassiani fabricandam fiscum unum nomine Tuniacum cum omnibus appendiciis et adiacentiis suis in perpetuum habendum. Cuius autenticum ad caput tumuli cum desuper posuisset sanctissimi Cassiani, haec verba ait: 'Si quis hoc donum his duobus praepollentissimis sanctis nunc a me traditum et confirmatum partibus eorum auferre temptaverit, habeat sibi iudicem Deum et hos praefulgidos nostros perpetuos quaestores'.* 2) Exscripsit, ut videtur, Annales S. Quintini Viromandensis perditos. Pleraque quidem sequentium cum Annalibus Vedastinis conveniunt, nonnulla vero in his non leguntur. 3) Quae proxime sequuntur a. 879. gesta sunt. Res duorum annorum in unum coegit.

880. bellum contra Normannos in fisco Timion[a,1] exercuit. Magnam quippe caedem illis[b] intulit, Deo favente, victor extitit, perditoque filio[2], tristis ad propria remeavit. Tandem vero nostri Ludovicus et Karlomannus adierunt[c] Ambianis ibique principum consilio regnum certis limitibus inter se diviserunt. Hinc Burgundiam una petierunt ac Bosonem a regia dignitate depresserunt[3] et uno ibi pene anno manserunt. Interim pagani Cortraium invadentes et Franciam sine rege et principibus vacuam reperientes, usque Peronam Scotorum venerunt eamque igni succenderunt. Quod audiens rex[d] iuvenis Ludovicus, animi dolore permotus[e], fratrem in[f] Burgundia reliquit ipseque[g] Franciam remeavit. At vero[h] pagani successibus sibi prosperis acriores effecti, nullum sibi posse[i] resistere confisi, cum exercitu impio et terribili de Curtraio sunt egressi et per quadraginta seu
881. amplius milia diffusi, usque ad internitionem universa sunt depopulati. Quod cum prefatus rex[4] pro certo comperisset, vallatus Francorum multitudine, suffultus Dei solamine, super eos venit insperate. Tantam denique eorum multitudinem dicitur peremisse in villa Seulcurte[5], quantam in Francia alias nunquam credimus cecidisse. Qua de causa et illi qui evaserunt et reliqui qui Curtraio remanserunt[k], terrore nimio perculsi, effugerunt[l] et
881. Febr. 1. Batuam petierunt[m] et cuncta circa Mosam loca atrociter vastaverunt. Anno denique[n] sequenti corpora sanctorum Quintini et Cassiani Kalendis Februarii a Lauduno descendentia cum incredibili[o] populorum caterva et laudum et[p] ymnorum melodia in die purificationis
Febr. 2. sanctae Mariae virginis[h] in propriam relata sunt basilicam. Ipso siquidem tempore, cum prefatus rex[6] Andegavis disponeret ire pactumque cum Alstenio[7] facere, in infirmitatem decidit indeque ad Sanctum Dionisium rediit ibique, [proch[q] dolor!] spiritum [vitae[r]] exalavit. Post cuius obitum Franci regem constituerunt Karlomannum. Quod pagani[s] ut audierunt, Scaldum cum[h] navibus introierunt et usque Condatum pervenerunt. Quapropter prefa-
883. torum[t] corpora sanctorum secundo delata[u] sunt ad montem Laudunum. Postea Normanni ad hunc locum perventi[v], plures gladio interfecerunt, multos etiam captivos duxerunt, sicque est ecclesia domni[w] martyris Quintini crudeliter incensa[8], quae habebat a perfectione sui annos quinquaginta novem[9]. Ita pene omni loco desolato[x], pagani hac illacque[y] progredientes, ad alia sunt profecti.

Exinde variis casibus afflictis undique omnibus, Christo favente, anno quinto[10] domnus
886. comes et abba Teutricus[11], prudenti consilio usus[z], muros istius loci coepit[a] aedificare
Apr. 20. duodecimo Kal. Mai die[b]; quo[c] acutissimo fretus ingenio, prout necessitas cogebat, fecit accrescere cito. Unde preciosa sanctorum corpora, Quintini videlicet et Cassiani, innu-
Oct. 30. merabili[d] stipante caterva, tercio Kalendas Novembris ad propria sunt[e] iterum relata[f] et intra muros succensae domus locata.

...... Quorum [Victorici et Fusciani] corpora cum beati Gentiani carpento sepulta per multorum temporum[g] curricula Ambianensis servavit patria, donec, disponente Deo, a quodam memorabilis vitae, pridem eiusdem loci canonico, tunc autem Ambianensis ecclesiae episcopo nomine Otgero sollicite quaesita et sagaciter sunt inventa. Is ergo episcopus pro amore divino ac[h] suae benignae devotionis studio membra prescripti[i] martyris Victorici huc magno[k] cum honore devexit et iuxta gloriosi testis Christi Quintini pignera collocavit. Anno quippe a dominica incarnatione octingentesimo nonagesimo tercio,

a) Fumon 1. b) eis 1. c) Amb. ad. 1. d) i. r. 1. e) motus 2. f) fr. Burgundiam 2. g) et in 1. h) *deest* 1. i) r. p. 1. k) remanserant 1. l) fugerunt 1. m) petentes cuncta 1. n) autem 1. o) ingenti 1. p) hymnorumque 1. q) p. d. *des.* 2. r) *deest* 2. s) ut p. 1. t) predictorum 1. u) ad m. L. del. s. 1. v) pervenientes 1. w) beati 1. x) devorato 1. y) et illac 1. z) usi 1. a) coeperunt 1. b) *deest* 1. c) quos ac. freti 1. d) innumera stipata 1. e) proprias it. 2. f) delata 2. g) c. t. 1. h) et 1. i) predicti 1. k) c. m. 1.

1) Non Thuin, ut plerique credunt, sed Thiméon (arr. Charleroy, cant. Gosselies), ut Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 27 sq., n. 3, ostendit. 2) Hugone. 3) Auctor vix verba Annalium retinuit. Boso remansit rex. 4) Non postremo dictus Ludovicus III. rex occidentalis Franciae, ut auctor perperam intellexit, sed Ludovicus, filius Ludovici Germanici, orientalis Franciae rex. 5) Saucourt (dép. Somme). Pugna celeberrima 881, Aug. 3. commissa est. 6) Ludovicus III. rex occidentalis Franciae. 7) Alstingo principe Normannorum; Ann. Vedast., SS. II, p. 199. 8) Cf. Ann. Vedast. a. 883, p. 200; Ann. S. Quintini, SS. XVI, p. 507. 9) A. 825. eam perfectam esse censuit (cf. supra p. 269, n. 1). Qui supra scripsit: *Hinc anno dominicae incarnationis* 825. *ab Hugone monastico abbate et a Drogone, Metensium videlicet pontifice, ab ipso loco iterum* [corpus S. Quintini] *elevatur; dedicata quidem episcopali benedictione basilica, a Fulrado memorabili abbate honorabiliter constructa, Christi martyris Quintini membra in honorabili crypta tertio tumulantur* (a. 835). Haec vero confuse scripta, a. 825. enim Hugo nondum abbatiam tenuit. 10) Hunc annum ab a. 881. supra nominato computatum esse, apparet infra, ubi a. 893. ab hoc septimus dicitur. 11) Idem, ut videtur, quem Ann. Vedast. a. 888. inter Odonis regis sectatores eminuisse tradunt.

die[a] tercio Kalendarum Novembrium, et transacto decem annorum spacio, postquam est a paganis succensa beati Quintini ecclesia, regni equidem[b] Odonis regis quinto et a murorum constructione anno septimo, cum[c] Dei clementia nostri voluisset misereri ac sui solaminis suffragia largiri, incendiorum sedavit discrimina, paganorum depressit saevitiam, pacem et concordiam tribuit, fructus[d] etiam terrae habundanter contulit. Quocirca a fidelibus huius loci tractatum est salubriter, quatinus eorundem corpora sanctorum suis in mausoleis reponerentur decenter. Adveniens namque venerabilis antistes Noviomensis ecclesiae Raubertus[1] nomine, prudenti fretus simplicitate ac simplici decoratus mansuetudine, cum ceteris fratribus inibi Deo famulantibus saepe dictorum carpenta trium sanctorum suis in criptis hodierna die[2] suppliciter tumulaverunt. . . . . . .

893. Oct. 30.

a) *deest* 1. b) quidem 1. c) vero *add.* 1. d) fructuum 1.

1) Sedit saec. X. ineunte, post a. 902; occurrit a. 909; Gallia christ. IX, col. 990. 2) Scil. anniversaria qua hic sermo ad memoriam illius rei celebrandam habitus est; Ian. 12.

AGOBARDI ARCHIEPISCOPI LUGDUNENSIS LIBRI DUO PRO FILIIS ET CONTRA IUDITH UXOREM LUDOVICI PII.

Cum opera varia et epistolae Agobardi archiepiscopi[1], *qui (a.* 814—840*) turbulentis Ludovici imperatoris temporibus negotiis publicis quam maxime erat implicatus, non parum ad ea cognoscenda et diiudicanda faciant, pauca tamen sunt quae huic scriptorum collectioni inseri possunt, nullum prorsus quod re vera historicam praebeat narrationem. Duo tantum opuscula, quae in medias res inducunt, filios a.* 833. *patri iterum rebellantes defendentia, uxorem acriter accusantia, omittere noluimus, quippe quae etiam minus recte inter epistolas inseri, in monumentorum serie vero vix desiderari possint. Hucusque sub titulo Apologetici pro filiis Ludovici erant coniuncta, nuper vero V. Cl. B. Simson, duas secernendas esse partes, docuit, alteram vere vel aestate, alteram autumno a.* 833. *scriptam*[2]. *Utrique convenit, quod St. Baluzius dixit*[3]: *'liber in publicum emissus ac per omnes ubique provincias, ut patet, vulgatus ad probandum iustas fuisse causas quibus moti Lotharius fratresque eius arma adversus patrem moverunt'; sed prior scriptus est cum pater contra filios pugnaturus procederet, alter cum victus esset et imperio privatus. In utroque auctor in Iudith imperatricem acriter invehitur, et ob eius causam etiam imperatorem, qui depositus poenitentiam agat, dignum habet, exemplis et locis quam plurimis ex Sacra Scriptura allatis, sed paucis tantum de ipsis rebus tunc gestis adnotatis*[4].

Exstant in codice Parisiensi nr. 2853, *olim Thuaneo, saec. IX, unico qui pleraque Agobardi opera servavit, fol.* 297, *nullo titulo inscripta, sed littera maiuscula, ut monuit Baluzius, ab epistola ad Ludovicum imperatorem data (de comparatione utriusque imperii), quacum primus editor Massonius eam coniunxit, discreta. Codex ille negligentissime exaratus, mendis et emendationibus postea alia manu additis scatet, ita ut mirari vix possis, quod Massonii editio (Paris.* 1605*) iustis desideriis parum satisfecerit, Baluzius vero in*

1) De quo v. praesertim Ebert, 'Gesch. d. Literatur des Mittelalters' II, p. 210 sqq. 2) 'Jahrbücher d. Fränk. Reiches unter Ludwig d. Fr.' I, p. 397. Cum eo facit Ebert p. 218. 3) Op. II, p. 111. 4) Nescio, an recte Ebert initium deesse censeat; sed acute monuit, quae de mendacio c. 1. dicuntur iis esse opposita quae contra filios eorumque asseclas, qui imperatorem in campo mendacii dicto deseruerunt, tunc ferebantur.

altera, quam a. 1666. *publici iuris fecit*[1], *satis ingeniose, interdum vero nimis audacter, verba restituisse dicendus sit. Nam etiam Agobardum nonnunquam contra grammaticae regulas peccasse concedes. Liber apologeticus qui dicitur exstat II, p.* 61 *sqq. Unde nonnullis omissis repetitus est ap. Bouquet VI, p.* 248. *Cum hac editione codicem contulit socius noster B. Krusch, omissa vero non omnia supplevit*[2]. *G. W.*

I.

1. Audite haec omnes gentes, audiat terra et plenitudo eius a solis ortu et occasu, ab aquilone et mari, et sciant et recogitent pariter, domni et imperatoris Ludwici[a] filios iuste fuisse et esse indignatos et bene sentire et intendere ad expurgandum paternum palatium a sordibus facinorum et iniquis factionibus et regnum ab amarissimis et tumultuosis inquietudinibus; tantum ut inter eos germana[b] fides et fraterna sinceritas Deo digna et omni fideli populo beneplacita persistat et inviolabiliter perseveret!

2. Igitur cum predictus domnus et imperator quietus esset in domo et florens[c] in[d] palacio suo, cum adhuc iuvenem coniugem sub sui reverencia[e] custodiret et secundum apostolum uxorium debitum illi persolveret, in processu vero dierum cum coepissent haec primum tepescere, deinde frigescere, ac per hoc et mulier resolvi in lasciviam, cessantibus licitis, conversa, immo adversa ad inlicita, adscivit sibimet aptas personas ad perpetranda turpia, et primum latenter, deinde impudenter[f]. Cognoverunt autem hoc inicio pauci, deinde plures, ad postremum autem multitudo palacii et regni ac finium terrae; quam rem inridebant minores, dolebant maiores, omnes autem clari viri intolerandum iudicantes. Concitati[g] itaque sunt spiritus filiorum inperatoris racionabili zelo, videntes maculatum stratum paternum, sordidatum palacium, confusum regnum et obscuratum[h] nomen Francorum, quod actenus clarum fuerat in toto orbe. Et surgentes singuli uno et pio consensu in emundatione scelerum, convenerunt simul[i], et alios comprehensos, alios effugatos, auctricem vero malorum exclusam a palacio, inclusam custodiae, mutato abitu regali, induto abitu sanctimoniali, reddiderunt patrem quieti et aliquantulae honestati. Cumque per nimiam filiorum remissionem bene acta dissolverentur, per carnalium[k] blandimenta et cupidorum scelestos favores atque indecoras adolationes iterum mulier tanquam legitima domina revocata est in palacium et prelata consiliis et consiliariis; cuius instigacionibus mutata est mens rectoris, et cepit duris cornibus ventilare filios et conturbare populos. Sicque factum est inauditum antea mortalibus, [ut[l]] non tam persecuti iniuste sustinerent persecutiones, quam persecutores inviti et coacti exercerent, et non solum exercerent, sed et sustinerent, dum violentissime in diversa et contraria iuramenta compelluntur.

1. Cor. 7, 3.

830.

831.

3. Adtendite et videte, si factum est unquam huiusmodi! Iuratum est ergo imperatori seniori, et eodem iubente idem ipsi iuraverunt imperatori iuniori[3]; et iterum ipso faciente aliqui ex ipsis iuraverunt regi fratri[4], et ad postremum poene[m] omnes conpulsi sunt iurare puero[5]. Et ne ibi quidem remansit. Sed, quasi nihil horum fuisset, adhuc extorta[n] sunt iuramenta. *Numquid super his non visitabo? dicit Dominus*; et inulta remanebit despectio Dei et pollutio nominis eius? sicut scriptum est: *Non peierabis nec polllues nomen domini Dei tui.* Ecce, patefactis abissis[o] stultitiarum, ad[p] quid perventum est? Cum enim deberent exercitus mitti adversus exteras gentes, et ipse imperator adversus barbaras nationes dimicare, ut eas fidei subiugaret ad dilatandum[q] terminum regni fidelium — sic namque orat universalis ecclesia in solemnibus[r] illis oracionibus diebus passionis dominicae pro imperatoribus: *Ut Deus illis subiectas faciat barbaras nationes* —, nunc e contrario omne regnum cum extremitatibus suis conglobatur in unum in medio sui, diversa tamen intentione, dum alii parantur ad intestina viscera disrumpenda, alii ad pacandam, si fieri potest, iniustissimam discordiam; qui omnes pia mente perpendere debuerant quod dicitur in

Ier. 5, 9.

Lev. 19, 12.

a) *ita c.;* Hludowici *ed., et ita post.* b) dicare *add., sed del. c.* c) flores *corr.* florens *c.* d) *sex litterae erasae c.* e) revenrencia *c., corr.* f) imprudenter *c., corr.* g) Conciti *corr.* Concitati itaque *c.* h) obsecratum *corr.* obscur. *c.* i) siimul *c., corr.* k) *quatuor litterae erasae c.* l) *deest c.* m) *e corr. c.* n) exorta *c. ed.* o) abisis *post corr.* abyssis *c.* p) at duid *c., corr.* q) dilant. *c.* r) solemnis *c.*

1) Recepta in Bibliothecas patrum Lugdunensem et Gallandi et Patrologiam Lat. a Migne curatam (t. CIV).
2) Codicis scripturam plerumque retinui, non tamen ubique *c* pro *t*, *cc* pro *ct*.
3) Lothario.
4) Ludovico.
5) Karolo.

predictis orationibus, ubi sacerdos ammonet, dicens: *Oremus et pro christianissimo imperatore nostro, ut Deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem.* (1. Tim. 3, 15.) Domus ergo Dei, 'quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis', orat, ut christianissimo imperatori barbari subiciantur, non[a] ut subiecti conturbentur et barbarizentur. Neque enim christianissimi imperatoris est subiectos exturbare et unitos dividere.

4. O domine Deus caeli ac terrae, cur permisisti fidelissimum et christianissimum servum tuum imperatorem nostrum in tantam[b] devenisse negligenciam, ut videre nolit, quibus malis circumdatus sit? Diligit enim odientes se et odit diligentes se. Quid, si verum est, quod plerique, qui subtilius intelligere videntur, affirmant, quod scilicet sint aliqui in latere eius, qui inianter expectant exterminium filiorum eius? Quod si viderint, conlatum habent inter se, ut in imperatorem[c] mittant manum et disperciant sibi regnum. Hoc utrum verum[d] sit, ipsi norunt. Multi tamen sunt, qui non ambigunt, illos de quibus dicitur ita (cf. Ps. 61, 4.) incumbere regno tanquam 'parieti inclinato[e] et maceriae inpulsae'; unde[f] constat, quia, nisi Deus subvenerit, aut exteris dabitur regnum aut in multos tirannos dispercietur aut forsitan antichristo, cui[g] preparabitur, quod in hoc assimilatur, quoniam imperator, qui adversus barbarorum reges bella iusta[h] disponere debuerat, adversus dilectores sui filios iniusta agere parat.

5. Dicunt etiam aliqui, quod domina palacii senioris[1], extra illa quae de eius occultis et non occultis dicuntur, ludat pueriliter, spectantibus[i] etiam aliquibus de ordine sacerdotali, et plerisque conludentibus, qui secundum formam quam apostolus scribit de eligendis (1. Tim. 3, 4. 5.) episcopis, dicens: *Domui suae bene prepositum, filios habentem subditos cum omni castitate; quia si quis domui suae preesse nescit, quomodo ecclesiae Dei diligenciam habebit?* predicare debuerant dominae ludenti: si qua regina semet ipsam regere non novit, quomodo de onestate[k] palacii curam habebit, aut quomodo gubernacula regni diligenter exercet? Reducere quoque ei ad memoriam debuerant, quod supradictae sententiae congruenter aptari potest, quantum tamen ad exteriorem sensum pertinet, quod in alio loco Sacra Scriptura dicit: (Prov. 12, 4.) *Mulier diligens corona est viro suo; et putredo in ossibus eius quae confusione res dignas* (ib. 27, 15. 16.) *gerit;* et iterum: *Tecta perstillancia in die frigoris et litigiosa mulier comparantur. Qui*[l] *retinet eam, quasi qui ventum teneat et oleum dexterae suae evacuet.* Sed forte dicturus est aliquis: hec non est litigiosa, sed suavis et blanda. Quibus verbis respondendum est, nonne[m] esse maius[n] litigium, quam boni patris bonos filios irritare[o], exacerbare[p], exhonorare et poenitus a patre alienare velle. Quae quia propter solam pulcritudinem a viro inofficiose diligi[q] fertur, inculcandum utrique fuerat quod iterum eadem Scriptura dicit: (ib. 31, 30.) *Fallax gratia et vana*[r] *est pulcritudo. Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.*

6. Nunc igitur omnes timentes et amantes Deum, regem quoque et regnum, pacata[s] societate, res mundi utentes, res divinas fruentes, omni conamine dare operam debent, ut exprimatur vulnus iniquitatis et obducatur cicatrix[t] sanitatis, absque[u] sanguinis effusione, absque strage interfectionis, absque amaritudine iurgiorum, absque turbulenta et fetida (Marc. 16, 18.) commixtione spirituum immundorum; ut vere dicatur de ecclesia huius regni: *Haec est domus Dei et porta caeli. Portae autem inferi non prevalebunt adversus eam;* et iterum: (Soph. 3, 17.) *Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse salvabit*[v]. *Gaudebit super te in laetitia, silebit in dilectione tua et exultabit super te in laude. Nugas, qui a lege*[w] *recesserant*[x], *congregabo,* (1. Par. 16, 36.) *quia ex te erant; ut non ultra habeas super eis obprobrium.* Et dicat omnis populus: Amen, Amen, et imnus[y] Deo!

II.

(7) 1. Sicut veritas non est tantum in dictis, sed et in factis — sic enim apostolus demon- (Ephes. 4, 15.) strat, dicens: *Veritatem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est*[z] *caput* (1. Ioan. 3, 18.) *Christus;* et alius apostolus: *Filioli, non diligamus verbo nec lingua, sed opere et veritate;* et

a) *e corr. c.* b) tanta *corr.* tantam *c.* c) imperatore *post corr.* imperatorem *c.* d) *bis scr., sed alterum del. c.* e) incliti *corr.* inclinato *c.* f) umde *c.* g) qui *c.* h) iusti *ead. m. corr.* iusta *c.* i) expect. *c.* k) ostnest. *corr.* onest. *c.* l) Qua *corr.* Qui *c.* m) non *ed.* n) magis *c.* o) inrit. *ed.* p) ex *bis scr., alterum eras. c.* q) diliggi *c., corr.* r) ua *c.* s) pacata *eadem m. corr.* paccata, *sed altero* c *postea deleto c.* t) cicatris *c.* u) turbulenta *add., sed del. c.* v) laudabit *c.* w) le *add., sed del. c.* x) recesiserant *c.* y) hymnum *ed.* — Deo *in ras. c.* z) aest *c.*

1) Ludovici imperatoris.

iterum: *Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur et non*[a] *facimus veritatem* [1. Ioan. 1, 6.] —, ita quoque mendacium[b] non est tantummodo verborum, sed et factorum; sicut in Apocalypsi loquitur Dominus, dicens: *Ne intrabit in eam* [Apoc. 21, 17] — haud dubium, quin civitatem caelestem — *aliquid quoinquinatum et fatiens abhominacionem et mendacium*[c]; et paulo post: *Qui*[d] *amat et facit mendacium*; [ib. 22, 15.] et Dominus in euangelio de inventore omnium malorum ait: *Ille homicida erat ab inicio et in veritate non stetit.* [Ioan. 8, 44.] Si ergo illa veritas — de qua et in psalmis cantamus: *Prope esto*[e], *Domine, et omnes*[f] *viae tuae veritas* [Ps. 118, 151.] — omnium hominum mentes possideret, etiam sine rectoribus et principibus res mundi concordi societate pacatae manerent. Nunc autem, quia ille qui in veritate non stetit contra veritatem agere nunquam desistit et dormientibus hominibus scandalorum zizania seminare non cessat, apta sibi corda satis inveniens, quae foveant et nutriant semina eius, redundat malum[g] commotionis, quod quietem pacis et unitatis insano furore conturbet. Propter quod sollicite vigilandum est et sagaciter agendum contra corruptores veritatis et pacis lingua et manu, ut aut[h] cohibeantur aut conprimantur.

2. Commotio itaque huius temporis et harum regionum, quae[i] mira omnipotentis Dei (8) suavitate et dulcedine sine conflictu armorum sedata est, non segniter memoranda est, sed debet corda fidelium in laudibus Dei et gratiarum actione alacriter succendere et ad sollertiam cautelae sollicita reddere. Quae commocio et conturbacio quale habuerit inicium vel originem, non est penitus reticendum. Igitur cum christianissimus et piissimus imperator domnus Ludwicus bonae coniugis fide et moribus sibi congruentis consorcium amisisset, necesse fuit, ut aliam sibi acciperet[k], quae ei posset esse adiutrix in regimine et gubernacione palacii et regni. Sed occulto Dei iudicio talis assumpta est, quae, licet in primis annis, viri[l] et domini sui virtute[m] et potestate pressa, subdita fuerit, tamen in processu temporis talis inventa est, quae magnorum fluctuum commocio et conturbacionis largus thesaurus esse posset; quae non solum plebes ac populos sive principes, verum etiam elegantissimos[n] filios imperatoris, etiam coniugatos et gubernacula regnorum possidentes, affligeret, contristaret et conturbaret et pene attereret et exterminaret. Cumque talibus incrementis viderent hi, quibus curae erat de statu et honore regni ac tranquillitate pacis et quiete populi, dehonestari palacium, obscurari claritatem regni et ad ignominiam deduci nomen regnantium, ceperunt queri et murmurare ac dolere et deplorare. Inter haec concitati sunt spiritus virorum honoratorum et filiorum regis; et crescente conludio, accedente etiam consilio, convenerunt singuli de loco suo et coniuncti ad palacium, effugaverunt ministros sceleris et reginam, quae totius mali causa erat, excluserunt de domo et honore regni et constituerunt in retrusionem exilii; ac deinceps, quasi iam liberatum bonum patrem [830.] de laqueo ruinae, gaudebant se implesse quod inscriptum est: *Eice derisorem, et exibit cum eo iurgium, cessabuntque causae et contumeliae.* [Prov. 22, 10.] Hoc tam inreprehensibile factum et omni laude dignissimum cum conplessent filii, redierunt ad sua, restituto patre honori et gloriae suae.

3. His ita transactis, inimicus omnis boni auctorque omnis mali, qui non reliquerat (9) corda possessa, sategit instaurare et redintegrare malum suum; et regina, quae mutato habitu regali putabatur perdurare in habitu sanctimoniali, sicut ordo poscebat[o] et rectitudo iudicii docebat, reducta est in palacium et assumpta in consorcium quasi legitima coniux, [831.] quod esse iam nullatenus poterat. Conlocata[p] itaque turpiter et indecenter in fastigio regali, prius malum auxit et multiplicavit. Ad quod bonus filius quid agere debuit? Numquid dissimulare? Numquid silere? Numquid quiescere? Non ita placuit illi indormitabili oculo, qui custodit Israel suum; sed suscitavit[q] spiritus filiorum, et convenerunt[r] iterum ad succidendam[s] recidivam malorum stirpem. Timebant enim, ne patri eveniret illud quod de quodam rege Scriptura Sancta loquitur, dicens: *Igitur non fuit alter talis ut Ahab*[t], *qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Domini. Concitavit enim eum Iezabel uxor sua, et abominabilis factus est.* [3 Reg. 21, 25. 26.]

4. Sed forte aliquis diversae voluntatis homo amovere nitatur haec verba Scripturae (10) Sanctae tanquam inconvenientia, eo quod sequatur: *in tantum, ut sequeretur idola Amor-* [v. 26]

a) n. f. v. *in ras. c.* b) mencium *c., post corr.* c) mendaciam *c., corr.* d) Omnis qui *ed.* e) estu *c.* f) omnis *c.* g) ma::lum *c.* h) aud *c.* i) qui *corr.* quę *c.* k) accipiret *c.* l) *duae litt. erasae c.* m) vert. *c., corr.* n) eleg:an:tissimos *c.* o) *e corr. c.* p) Coloc. *c.* q) suscitabit *c.* r) converunt *c., post corr.* s) succedendam *c.;* succindendam *ed.* t) Haba *post corr.* Haab *c.;* Achab *ed.*

reorum. Noverit, quisquis ille est, non posse evacuari congruentiam eorum in hoc loco, quoniam tempore legis in veteri populo idola et simulacra significabant omnes errores in novo populo, tempore videlicet graciae. Nam et ipse ordo horum verborum ita intellegendus est: Abominabilis factus est diversis cupiditatibus et inlecebris, ut etiam evidenter ad cultum rueret idolorum. Quisquis autem aliter hic sentire vult, penset, qualiter contradicat apostolo[a] dicenti: *Et avariciam, quae est simulacrorum servitus,* et videat, quam veraciter dictum sit: *Radix omnium [malorum[b]] est cupiditas, quam quidam appetentes[c], erraverunt a fide.* Si ergo cupiditas errare facit a fide, et avaricia simulacrorum est servitus, quod malum remanet, quod non de radice cupiditatis oriatur? Propter quod fideliter colligendum est, omnes appetitores[c] divitiarum, gloriae et honoris secularis atque primatus quam non longe absint ab idolorum cultura.

Col. 3, 5. 1. Tim. 6, 10.

(11) 5. Haec propterea dicimus, ut ostendamus, mala et bona antiquorum malis et bonis congruenter aptari et his qui errant in novo populo. Et quanquam Ahab[d], concitante se uxore sua, erraverit a fide et ea auctrice perpetraverit facinus illud de morte Naboth Hiezrahelitae, correptus tamen ab Helia propheta, non correctus, compulsus est agere penitentiam; qua actione penitentiae mala sibi imminentia distulit, non abstulit. Hoc si recte perpendatur, liquido demonstrat, quantum noceant uxores malae viris suis. Iehu autem, quem Dominus suscitavit in regem ad puniendam domum Ahab et eius deceptricem uxorem, licet aeternam vitam non promeruerit, eo quod a peccatis Hieroboam non recesserit, quia studiose exercuit ultiones Domini de Iezabel et domum eius, quem illa concitaverat, concessum est ei, ut filii eius usque ad quartam generationem regnarent. Post eum beatus quoque Ioiadas et sanctus pontifex, quia Athaliam impiissimam interfici iussit et Ioas in solio patris collocavit et Hierusalem a sordibus et immundiciis purgavit, tali eum laude exornat Scriptura Divina, dicens: *Senuit autem Ioiada plenus dierum, et mortuus est, cum centum triginta esset annorum, sepelieruntque eum in civitate David cum regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel et cum domo eius.* Ecce iste pius sacerdos et temporali et aeterna retributione remuneratus est, Iehu autem tantum temporali.

4. Reg. 9. cf. 4. Reg. 11. 2. Par. 24, 15. 16.

(12) 6. Videamus quoque, quid Samson contigerit, quem apostolus in catalogo virorum iustorum enumerat. Amavit itaque mulierem non amantem se, quae plus obtemperavit inimicis eius quam amico amanti se. Et quia ille vir iustus credidit mulieri infideli, ideo et lumen oculorum amisit et ducatum Israheliticae[e] gentis perdidit. Cui licet postea restituta sit virtus pristina et ignominiosam vitam gloriosa morte finierit, aeterna quidem vita non caruit, tamen ducatum pristinum non recuperavit. Sic ergo dignetur domnus dudum imperator pie perpendere, ut caeleste et sempiternum regnum non perdat, qui deceptus a muliere terrenum et temporale amisit. Cedat divinis[f] iudiciis, quia nihil in terra sine causa! Voveat et reddat domino Deo terribili et ei qui aufert spiritum principum! Bonorum enim regum est dicere: *Semper quasi tumentes[g] super me fluctus timui Deum.* Haec dixit beatus Iob, qui conanti se decipere uxori suae non consensit, sed rigida invectione redarguit, dicens: *Quasi una de stultis mulieribus locuta es*; qui et in alio loco de Deo dicit: *Apud ipsum est fortitudo et sapientia. Ipse novit et decipientem et eum qui decipitur;* et: *Balteum regum dissolvit et precingit fune renes eorum;* et iterum: *Qui immutat cor principum populi terrae et decipit eos, ut frustra incedant per invium;* quod et ipsi beato Iob contingeret, si suasionem uxoris suae libenter audisset. Ideo ergo terribilis Dominus, non tantum populis terrae, sed et ipsis principibus populi; de quo quidam rex superbus et humiliatus confitetur coactus, dicens: *Altissimo benedixi et viventem in sempiternum laudavi et glorificavi, quia potestas eius potestas sempiterna et regnum eius in generationem et generationem. Et omnes habitatores terrae apud eum in nihilum reputati sunt; iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus caeli quam in habitatoribus terrae, et non est qui resistat manui eius et dicat ei: 'quare fecisti?'* et post pauca: *Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo et magnifico et glorifico Regem caeli; quia omnia opera eius vera et viae eius iudicia, et gradientes in superbia potest humiliare.*

Hebr. 11, 32. Ps. 75, 13. Iob 31, 23. ib. 2, 10. 12, 16. v. 18. v. 24. Dan. 4, 31. 32. v. 34.

(13) 7. Neque ullo modo haec idcirco dicimus, ut domnum condam nostrum imperatorem impiis et infidelibus regibus comparemus. Sed, quia permisit se a muliere iniqua decipi, contigit illi quod scriptum est: *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos.* Per quam

Prov. 11, 29.

a) apopulo *c., post corr.* b) *deest c. ed.* c) apet. *c., post corr.* d) Achab *ed.* e) Isra:hel. (s *eras.*) *c.* f) dinis *c., post corr.* g) timentes *ed.*

conturbationem et ventorum possessionem perpetrata sunt innumerabilia periuria et depredationes inmensae cum homicidiis, adulteriis et incestis; pro quibus omnibus peccatis[a] necessarium est religiosissimo quondam imperatori, ut redeat ad cor suum agatque penitentiam, humiliatus sub potenti manu Dei, cui non est inpossibile tribuere illi exaltationem[b] 5 eternae vitae, quia exaltatio temporalis vitae iam non congruit illi, qui, conturbata domo et mente, divina dispensatione et iudicio cessit alteri et locum dedit non cuilibet inimico aut extraneo, sed carissimo filio. Propter quod in omni iucunditate[c] et exultatione cordis sui summas gratiarum actiones summo omnipotenti Deo indesinenter persolvere debet, quia, sicut semper obtavit, non successit illi in regnum inimicus expugnator, sed filius amator. 10 Nunc ergo audiant omnes in commune tumultuosi et quieti prophetam dicentem: *Sileat omnis terra a facie Domini!* (Hab. 2, 20.) et psalmistam: *Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem; quoniam ipse dixit, et facta sunt*[d] (Ps. 32, 8. 9.) etc.!

In[e] nomine Dei ac domini nostri Ihesu Christi anno incarnationis eius octingentesimo tricesimo tertio ego Agobardus.

15 a) penitentiis *c. ed.* b) ex *bis scr., sed alterum eras. c.* c) iucumd. *c.* d) ipse mandavit et creata sunt *ex Ps. inserit ed.* e) *haec des. ed.*

EX MIRACULIS S. MARTIALIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

In codice B r u x e l l e n s i *nr.* 8550, *membr.* 8°, *saec.* X[1], *f.* 17'—24. *tres libelli Miraculorum S. Martialis Lemovicae gestorum leguntur, quos D. Papebrochius, Acta SS. Iun. V, p.* 553—559, *ex 'vetusto ms. membraneo' Bollandistarum, haud paucis lectionibus a Bruxellensi recedente edidit. Quo tempore primus libellus conscriptus sit, non apparet, quem nihil memoratu dignum continentem omisimus. Alter libellus duobus minimum auctoribus debetur, quorum alter, qui duo miracula saeculo VII. gesta narravit (c.* 2. 3*), iam saeculo VIII. ineunte vixisse videtur, alter paullo post a.* 832. *(c.* 6*) scripsit. Qui num forte hunc libellum collegerit miracula antea scripta suis coniungens et prologum praemiserit, non satis apparet; certe capita* 1—3. *sermone rudi multum a capite* 6. *differunt. Tertio libello monachus quidam S. Martialis miracula inter a.* 852—854. *acta non multo postea retulit. In utroque libello inveniuntur quibus hanc collectionem carere non licuit; quae V. Cl. W. Arndt cum codice contulit. Adhibuimus etiam editionem Papebrochii ex alio codice sumptam*[2], *cuius lectiones aut annotavimus aut — paucas quidem — recepimus. Ex eadem Bouquet, SS. R. Gall. III, p.* 506. 580. *VII, p.* 370, *excerpta dedit.* *O. H-E.*

EX MIRACULORUM LIBRO II.

1. Cum dominus[a] Ihesus Christus ad salutem humani generis in terris[b] descendere dignatus est in carne humana et discipulos suos docuit predicare in universum[c] mundum, dicens: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quaecunque mandavi vobis,* tunc beatus apostolus[d] Petrus iure beatissimum Marcialem cum duobus presbiteris in Gallias ad civitatem Lemovicinum[e] et eam sibi commissam iussit predicare, ut populus[f], qui a demoniis in ipsa urbe vexabatur et idolatria[g] turpissima, quae[h] nescientes[i] colebant, ad gratiam[k] Christi domini revocaret. Quod ipse infra paucorum dierum spatia[l] ipsius iussionem adimplevit, et in vita sua multas[m] virtutes faciens[n], populis ostendit, et post obitum suum multa miracula per eum Dominus in loco ubi ipse requiescet[o] dignatus est ostendere, caecos illuminare[p], surdos audire et mutos loqui, manus aridas et menbra dissoluta restituere[q], vel qui a demonibus vexabantur frequenter curavit[r]. Sed quia hoc[s] actibus suis scriptum est, studentes brevitatem[t], repetere vitamus, sed quod[u] Dominus postea per eum operatus est, de multis aliquid[v] vobis indicare decrevimus.

Matth. 28, 19. 20.

2. Cum quodam tempore Hlotharius[w] rex Francorum[3] in suo regimine consisteret, et secundum consuetudinem pontifex Lemovicum civitatis defunctus fuisset, ad venerabile sepulchrum sancti Marcialis concives urbis eiusdem deprecantes venerunt, ut[x], quem in ipsa urbe ad episcopatum[y] culminis ordinare deberent, ostenderet. Sic eis visum fuit, ut mathorarium[z, 4], qui et custos sepulture eiusdem erat, ipsum[a] ad

a) D. N. *Pap.* b) terras *Pap.* c) universam *c.* d) P. a. *Pap.* e) Lemovicinam *Pap., qui suppl.:* misit. f) populum *Pap.* g) idola *Pap.* h) *deest Pap.* i) nescienter colebat *Pap.* k) aram *Pap.* l) secundum *suppl. Pap.* m) v. m. *Pap.* n) *om. Pap.* o) requiescit *Pap.* p) illuminari faciens *Pap.* q) restitui et q. *Pap.* r) curari *Pap.* s) q. hactibus *c.;* q. hoc in a. *Pap.* t) brevitati *Pap.* u) quae *Pap.* v) aliqua *Pap.* w) *ita postea c., h. l.* Lotharius; Clotharius *Pap. semper.* x) et *c.* y) episcopatus culmen *Pap.* z) matricularium *coniecit Pap.* a) ad i. *Pap.*

1) Cf. 'Arch.' VIII, p. 513. 2) Ut quidem coniiciendum est, licet supra dictus codex olim fuerit Bollandistarum, ni Papebrochium nimiae temeritatis nimiaeque incuriae arguere vis. 3) II. huius nominis Aquitaniam a. 613—629. rexit. 4) Quid sit, nescio; cum vero eadem vox bis occurrat (infra: *martharario;* an custos martyrii, id est ecclesiae sepulcralis?) Papebrochii emendationem recipiendam esse non censeo.

regem dirigerent et nomina conscripta de duobus sacerdotibus, Lupi[a] et conpresbiteri[b] eius, cum honore regio mitterent, et quem ipse vel optimates sui consentiebant, ipsum in prefata urbe secundum pastorale offitium surrogaret. Sed vix predicto[c] martharario nomine Lupo compellere potuerunt, ut eundem[d] regem adiret. Cum[e] iter ceptum ad aulam regis festinus adiret[f], multos obtimates[g] de sua peticione rogavit, ut in auribus regis eam innotescerent; sed nullus ei adquievit. Cumque ille cum lacrimis diebus ac noctibus[h] Domini misericordiam et beatissimi sancti[i] Marcialis intercessionem petisset, ut locum potuisset invenire, quomodo regi suam peticionem innotesceret, accidit, ut subito febris validissima filium regis invaderet et eum vehementer flagellaret, in tantum ut vix cognoscerent, utrum eius anima in ipso[k] corpore anhelaret. Et[l] cum regina illis triduano ieiunio cum gemitu et luctu celebraret, sic paululum, aurescente celo, obdormivit. Et ei visum fuit, ut[m] predictus sacerdos, qui ex cenobio Sancti Marcialis ibidem[n] advenerat, missam celebrasset et communionem in ore pueri posuisset, et quasi ipse expergefactus calicem amplexasset[o], et quod in calice sacrificium habebat[p] totum bibisset, et sic sanus factus restitutusque fuisset. Et cum fervore prefata regina evigilans, cepit diligenter requirere[q], num[r] de Galliis Lemovicum ibidem sacerdotem reperissent. Sed cum a nullo de eius habitaculo certum fateretur[s], surgentes ministri eius[i] circumsallare[t] ceperunt palacii sui amenitatem, ut, si quispiam eum invenire potuisset, festine ad cubiculum, ubi puer fessus iacebat, introduceret[u]. Cum hinc et inde universa loca servi regis perlustrassent et ipsum non invenissent, regina cepit vocibus[i] flere et Dominum deprecari, ut ipsum famulum beatissimi sancti Marcialis ei ostenderet[v]. Ipse vero hora diei nona secundum morem in oraculum regis ingressus est. Cumque preces cum lacrimis funderet, eundem obtimates regis[i] invenerunt et velociter ante iam dictam reginam ad cubiculum pueri perduxerunt. Et ipsa presencialiter cognovit, quem in visu antea viderat, et provoluta ad pedes eius, eum rogabat, deprecans, ut festinanter missam celebraret et communionem filio suo inferret. Sed et ipse cum lacrimis visionem[w] regine implevit et communionem puero in ore porrexit; et amplexato calice, totum quod ibidem sacrifitium invenit velociter ausit; et sic sanus factus apparuit, quasi numquam infirmatus fuisset. Et statim ad regem Hlotharium puerum sanum eadem hora detulerunt; et quantus ei dolor antea accesserat, tantum gaudium tam ei quam universis assistentibus obvenit; et per singula peticionem suam iam dictus famulus Dei in auribus regis intulit, quem[x] ipse percunctanter omnem peticionem suam adimplevit, et honorem, quem aliis pollicitus fuerat, intercedente sancto Marciale, sibi Dominus multiplicavit[1]. Insuper munus[y] quod portaverat secum retulit[z], et multis muneribus tam a rege quam a regina acceptis, una cum calice aureo, et in ipso nomen ipsius scriptum, sancto Marciali[a] plenum solidis aureis direxit; qui usque hodie ministerio ipsius basilicae cernitur adesse. Et ipse Dei famulus, qui cum asello humiliter ad aulam regis perrexerat, predictus rex equum cum sella laminis aureis mirum in modum composita eum sedere fecit, et cum magno triumpho, intercedente sancto Marciale, auxiliante Deo, accepto pontificatus offitio, reversus est in pace.

3. Quodam tempore, cum Ebroinus comes palatii, maior domus Francorum regni[b], in[c] aula regis adesset et omnes nequitias seu iniquitates, quae in[d] universa terra fiebant, superbos et iniquos homines super eorum facinus[e] viriliter subpremebat[f, 2], et[d] pax per omnem terram plena et perhacta[g] adrisit[h]. Tunc surrexit puer unus nomine Lupus, qui et auctor nominis sui adesse voluit, ad Felicem, nobilissimum et inclitum patricium[i] ex urbe Tholosanensium, qui et principatum super omnes civitates usque montes Pireneos[k], super gentem nequissimam Wascorum[l] obtinebat. Eo defuncto, antedictum[m] Luponem principem super se omnes statuerunt, et omnes vagi profugique ad eum adeserunt, et tanta plurima[n] ad eum assistebat, ut ei[d] ex diaboli consensu elatio[o] inreperet, ut regem Francorum debellaret et in sedem regiam se astare faceret, et cum universo agmine[p] iter arriperet et illis in partibus festinanter incederet. Advenit et pontificem ex ipsa urbe[3] et omnes concives ad se adunare iussit, ut fidem eorum extorqueret et eos ad suum regimen perstringeret[q]. Cum vero in cubiculum, ubi sanctus Marcialis sepultura meruit tumulari, fuisset ingressus, cepit perspicere eius sepulcrum. Quod cernens, vidit ibi lumbare aureum cum preciosis gemmis ornatum et eum exinde cogitavit auferre. Sed cum ingressus ad limen ostii ipsius speluncae esset, sic iubente Domino et intercedente beato Marciale, quidam homunculus ex ipsa civitate [cui[r]] nomen Proculus arripuit gladium et eum in cerebrum eius defixit. Cumque sui sodales hinc et[s] inde eum sustentare cepissent, de oleo beati viri, quod in lucerna accendebatur, in ipsa plaga iussit deferri. Sed eadem hora, multis[t] cernentibus, flamma cum fumo de ipsa plaga exilivit, et tantus tremor ibidem advenit, ut vix aliquis ex ipsis concivibus noctem se speraret attingere[u]. Sed nutu Dei

a) L. et *om. Pap.* b) compresbyteris *corr. Pap.* c) praedictum matricularium *(e coniectura)* n. Lupum *Pap.* d) praedictum *Pap.* e) Qui cum *Pap.* f) ageret *Pap.* g) obviantes *Pap.* h) d. actibus *c.* – Dei *Pap.* i) *deest Pap.* k) corp. eius *Pap.* l) Cumque illius [*suppl.* mater] reg. ieiunium quotidianum *Pap.* m) acsi *Pap.* n) adv. ib. *Pap.* o) complex. *Pap.* p) habebatur *Pap.* q) inquir. *Pap.* r) non *c.* s) faretur *Pap.* t) circumfallare *c.*; circumcursare *Pap.* u) introducerent *Pap.* v) ostenderent *c.* w) iussionem *Pap.* x) cui i. percunctanti *Pap.* y) manus *corr.* munus *c.*; mandatum *Pap.* z) det. *Pap.* a) sancti Martialis *Pap.* b) regiae *Pap.* c) an *c.* d) *deest Pap.* e) facinoribus *Pap.* f) supponebat *Pap.* g) perfecta *Pap.* h) adesit *corr.* adresit *c.* i) *sic corr. Pap.*; papam *c.* k) Spir. *c.*; et *add. Pap.* l) Wasconum *Pap.* m) supradictum *Pap.* n) turba apud e. *Pap.* o) illatio *Pap.* p) exercitu *Pap.* q) perstringerent *c.* r) *deest c.* s) atque *Pap.* t) multi *c.* u) attingeret *c.*

1) Dicere vult, Lupum episcopum Lemovicinum institutum esse, qui a. 632, Nov. 22. chartae Eligii subscripsit; Gallia christ. II, Instr. col. 187. 2) Haec ad primum Ebroini principatum c. a. 664–673. pertinere videntur, cum, dum secundo maioratum domus obtineret, gravissima bella gererentur. 3) Lemovicensi.

et intercedente beato viro, hora nona diei ipsis pax et gaudium inenarrabile nutu[a] Dei advenit. Iam[b] et palatio regis Francorum et omnes urbes et castella timor et tremor et[c] murmur nimius ipsius invaserat, unde Domini misericordia, adiuvante et intercedente famulo Dei, beato viro sancto Marciale, pax restituta continuo omnibus fuit.

4. . . . . . . Nam cum inter populorum catervas, quorum frequentibus studiis haec limina expetuntur, quidam rusticus magis furandi studio quam causa orationis ad nocturnum officium advenisset ac in sacris divinisque cultibus male conscius mixtusque vigilaret, suae animadversionis non immemor, cum finito offitio eundum ab ecclesia videretur, ipse furandi deliberatione aditum investigans, egressis aliis, in cryptam, ubi conditum corpus sanctissimi confessoris quieverat, introgressus, se in tertia cryptella retro tumulum ducis quondam Stephani occultavit. . . . . . . At latro latibulo quo ante celabatur egrediens, poma quae ibi odorandi gratia dependebant suae famis rabie primo cepit velut amens manducanda expetere et sic ad rapienda aurea, quae plurima tunc ibi et varia splendebant insignia, manum impavidus vulnerata mente porrigere, qua libere tantum sacrilegium sibi concilians, hirsuta manuum tegumenta, quae manufollia rustice nuncupantur, preciosis periculis compos voti adimplevit. . . . . .

832. 6. Quodam denique tempore, residente Ludovico imperatore[1] cum magno Francorum exercitu Geguntiacum[d] palatio[2], plurima circumquaque vicina[e] loca in rapinis et predium[f] pascuis, quae supradictus devastabat exercitus, vexabantur. Erat enim usque ad hanc urbem Lemovicam[g] Francorum diffusus exercitus et circumquaque residens, equis segetes et pascua depascebat. Nulla enim sanctorum reverentia, quorum pignora nostra[h] urbs excolit, eos ab hac populatione, licet pacifice ac religiosi[i] naturaliter habeantur, frenabat, quippe quorum merita nec legerant nec miraculis coruscantibus cognoscebant; qua de re sine differentia etiam huius sancti confessoris segetem cuiusdam Franci famulus expetens, falce metendam adierat. Quam dum sine respectu divino carperet[k] et pugillarem manipulum abscidisset, acsi iniuriam sancto Dei faciens, cui in colligenda segete nullam[l] reverentiam presumptuosus detulerat, manum[m] cum manipulo contractam aspexit. Qui dum facti penitens vellet ab altera iam pavidus falcem proicere, et hanc simul obriguisse stupidus mirator[n] indoluit. Erat enim iuxta murum in[o] quo ipsius monasterium cingitur campus aquilonaris, ubi divina ultione messis populator famulus horrescebat confusus. Quo facto Franci qui audierant vel viderant conturbati, non modica turba ad spectandum miraculum convenerunt. Ubi dum stupentem suae gentis hominem conspexissent et contractum ambabus manibus condolerent ac[p] lumine viduatum conspicerent, communi satisfactione suae humilitatis ei implorare veniam qui percussus fuerat prudenti consilio elegerunt. Tunc discalciantes se pariter, cum magna mentis humilitate et ardentibus cereis medium ipsum qui percussus fuerat ante huius sancti confessoris[q] presentiam nudis gressibus adduxerunt. Ubi dum lacrimabiliter veniam pro ignorantia suae neglegentiae[r] implorarent, non distolit[s] solitam eis[q] pius adlaeta Domini conferre postulantibus pietatem. Nam et pro quo rogaverant sanum et incolomem reddidit et suam ita eis cognitionem ab ipso tempore largitus est ac donavit, ut nulla in pascuis ac[p] segetibus eius deinceps a Francis haec videntibus populatio inferretur. Ita enim ab eis in omnibus venerabilis postea fuerat et colendus, ut sibi invicem predicarent, ne ullus suorum in rebus sanctissimi Marcialis aliquid tollere aut accipere sine digno precio presumpsisset.

EX MIRACULORUM LIBRO III.

1. Haec sunt ex multis pauca miracula, quae pro merito egregii[q] confessoris sui[t] Marcialis Dominus operatus est post translationem corporis ipsius. Anno ab[u] incarnatione domini nostri Ihesu Christi octingentesimo quinquagesimo secundo, indictione 15, regnante per provincias piissimo Galliae rege Karolo, filio Hludovici quondam augusti, suffragantibus meritis et orationibus beatissimi Marcialis confessoris Christi, super diversos infirmos in diversis locis virtus divina pollere cepit, precipue tamen circa basilicam ubi preciosum corpus illius requiescit. . . . . . .

852.

4. Eodem nempe tempore morbus qui podagra vulgari locutione[3] dicitur multitudinem populorum percussit, adeo ut manus et pedes illorum vasto incendio cremando ad nihilum converterentur; ex quibus etiam multi ad prefatam ecclesiam delati sunt, qui etiam sanitatem recipere meruerunt. . . . . . .

6. Eo namque in[q] tempore circumquaque Gallia Aquitanica graviter[v] a Normannorum vastabatur gente, qui pene omnia usque ad internecionem vastantes quae circa maritima fuerant, securitate accepta, Lemovicas usque pervenerunt[4]. Cernensque populus terrae illius[w] vim illorum ferre non posse, maxime quia inter se divisus tunc erat, relicta civitate, huc illucque dispersus est. Quibus diebus in predicta civitate quidam homo nomine Eliseus erat, qui ex Albiensi solo ad sepulchrum prefati[x] viri aliorum manibus fuerat delatus. . . . . . . Fugatis siquidem civibus, cum nullus ei in eundo misereretur[y], nimio

a) n. D. *des. Pap.* b) Et iam palatium *Pap.* c) n. et m. *Pap.* d) Geguntiaco *Pap.* e) l. v. *Pap.* f) praedonum *Pap.* g) Lemovicinam *Pap.* h) u. n. *Pap.* i) religiose quasi nat. *Pap.* k) capperet *c.* l) nullum honorem *Pap.* m) manu *c.* n) miratus *Pap.* o) m. quo ipsum *Pap.* p) hac *c.* q) *deest Pap.* r) neglentiae *c.* s) destitit *Pap.* t) sancti *add. Pap.* u) A. incarnationis *Pap.* v) a N. gr. *Pap.* w) se *add. Pap.* x) beati *Pap.* y) miseretur *post corr.* misereretur *c.*

1) A. 832, Oct., cum contra filium Pippinum exercitum moveret; Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 24 sq. 2) Le Palais, olim Jouac dictum, 7 km. a Limoges ad fl. Vienne. 3) Vix credendum est, Aquitanos hac voce morbum sacri ignis indicasse. 4) Quando hoc factum sit, non constat, forte a. 853. — Lemovicas a Normannis captas esse, testantur etiam Adrevaldus c. 33 (infra) et Ermentarius, Mirac. S. Filiberti II, prol. (infra p. 296).

terrore permotus, metuens, ne civitas iuxta morem ipsorum[a] barbarorum ureretur igne, et ipse cum ea, divino nutu, una tantum manu atque genibus reptans, a civitate in platea[b] se subtraxit. Illisque circumeuntibus atque girantibus civitatem, ita ut pene pedum eorum calcibus tunderetur, sic divinaeum protexit gratia, ut non homo, sed ab[c] eis belua vel aper[d] videretur; et plurimis in[e] civitate presumptive remanentibus interfectis, iste illesus permansit. Recedentibus vero illis a civitate atque ad ea ex quo[f] venerant revertentibus, et concivibus remeantibus. . . . . . .

7. Inter cetera virtutum suarum insignia beatissimus et[g] adleta Domini Marcialis unum quod precipue novo[h] in tempore gessit stupendum visu miraculum non est silentio transeundum. Cum fraternam pacem Hludovicus, filius Hludovici regis Germanici, irrumpendo Equitanicos[i] fines divideret et patrui Karoli[k] gubernacula sibi vindicare et ad se transferre moliendo presumeret, tirannico more, ut in tali milicia assolet, per huius regni civitates et loca plurima cupidus gloriae ferebatur[1]. Cuius illicitos conatus perniciosa cohors subsequens imitata, agrestem manum cum urbanis populis milite nefario devastabat. Erat enim ex Francis bello potentibus ac Toringis, Alamannis quoque ac[l] Bawariis[m] promiscuae multitudinis commixtus exercitus; nec erat cunctis properantibus[n] ad rapinam reverentia aut modus temperans aut onestus[o]. Quorum quidem unus, genere nobilis Alamannus, nomine Scrotulfus, dum in temeraria populatione prestantior sine moderamine moribus indomitis grassaretur[p], ita quidem, ut nec calce[q] aecclesiarum ostia infringere[r] formidaret, censoria[s] divinae ulcionis sententia enerviter[t] in toto corpore est percussus. Quod cum sui et omne sotiorum ac propinquorum collegium tristi[u] contemplaretur intuitu et gemebundo pectore lamentaretur[v], vexationis illius magnitudinem sancti huius Marcialis antistitis meritis et[w] sacris intercessionibus iudicaverunt absolvi. Erat quippe dolor intolerabilis et viscerum cruciatus enormis, in tantum quidem ut omnium menbrorum destitutus officiis, vitalis animus solo palpitaret in pectore, et plus[x] imago mortua cerneretur quam aliqua pressus[y] infirmitate. Visum enim cum auditu perdiderat, et consueta locutio cum omnium[z], ut dixi, menbrorum naturali motu defecerat, adeo ut toto corpore rigidus immotis[a] palpebris iaceret[b] apertis luminibus. Talem namque[c], id est omni corporis[d] parte emortuum, ad huius sancti venerabile ac salubre sepulcrum collegarum tristis societas eum detulere curandum. Iacebat denique miserabilis ac ab omnibus intuentibus mirabilis et plangendus; et sola, teste propheta, vexatio intellectum dabat auditui. Mirabantur enim eum inter ceteros venientes episcopi, et pre nimia tormentorum dolorumque penuria[e] stupore horribili aderant huius cladis[f] et pestilentiae trepidi patratores[g]. Quod dum ad[h] aures regis sui, non solum propinquorum, sed et aliorum videntium relatio retulisset, rogaverunt, ut ipse de[i] illo monachos hic deservientes[k] expeteret, ut pro eo[l] Domino et sancto eius Marciali pontifici oracionum[m] peticionem funderent et parentum lacrimis condolerent. Quod dum factum est, cum magna devotione et fide ante huius confessoris sepulchrum prostraverunt sanandum. Interea, dum ausus[n] cupidos et nefanda molimina Karolus rex cum Francis adveniens, iunctis armis Aquitanicis, expulisset nepotemque fuga precipitem[o] propria repetere compulisset[p], ingravescente morbo pestifero, pervasor hic unus cum paucis dumtaxat hominibus suae servitutis relinquitur et, malum quod sociorum consensu peregerat, hic hanelis gemitibus solus[q] penaliter angebatur. . . . . . .*

[Margin: 854. — Es 28,19.]

*) *Ex Aimoini Translatione SS. Georgii et Aurelii l. III, quam ex pervetusto codice S. Germani edidit Mabillon, Acta IV, 2, p. 52 sq., addimus locum, quo de Ludovici Germanici expeditione a. 858. relatum est.*

5. Is etiam Bovo saepe admirans referebat non huic dissimile factum. A cuius denique domo sanctorum eductis corporibus[2], evenit diem post quartum, ut ex Hludwici Beiwariorum regis exercitu in eam intrarent[r] atque illam per aliquot dies ibidem commorantes inhumane vastarent. Ergo, licet merito hac spe frustratus, ad hoc idem Hludwicus a quibusdam proceribus invitatus exierat, quatinus fratris sui domni Caroli contra Danos navali tunc classe in Sequana decertantis regnum usurpans invaderet[3], sed et victoriam, pro dolor! veluti iam prae manibus suspectam huiusmodi infelicissima visus est distulisse tyrannide. Nam rege insalutato cum paucis in navi relicto, omnes ei subdole adhaerentes discedunt, et praecisis eiusdem navis funibus, ne rex quolibet auxiliaretur praesidio, ad eundem Hludwicum, eum sibi regem facientes, accedunt; quod eis dignam in contumeliam cessit. Rex ergo divinitus liberatus, statim parvo, quem fides sibi retinuerat, exercitu collecto, fratrem a regno nobiliter expulit, atque cum vivum capere posset, ei locum abeundi viscerabiliter indulsit, suosque fugaces, cum in eis regali censura ulcisci potuerit, sublimi collectione ad se revertentes solita pietate recepit, sceptro potitus et regno. Itaque supradicti hostes substantiam domus quam intraverant praeter mensuram exterminantes, ex supra memorati viri Bovonis vino non minus, ut fuit putatum, quam sexaginta modios abstulerunt. Sed illis recedentibus, rursus sanctorum meritis, Bovone teste, quantitas totius vini integra reperitur.

[Margin: 858.]

a) ipsarum *c.* b) plateam *Pap.* c) hab *c.*; ab eis sed *Pap.* d) apis *c.* e) e civitatibus *c.* f) ea unde *Pap.* g) b. Dei athl. M. *Pap.* h) nostro *Pap.* i) Aquit. *Pap.* k) Karolo *c.* l) hac *c.* m) Baŭuariis *c.*; Baiovariis *Pap.* n) populantibus *c.* o) honestas *Pap.* p) crass. *c.* q) calcea *c.* r) effringere *Pap.* s) consona *Pap.* t) enormiter *Pap.* u) tristo *c.* v) lamentare *c.* w) s. et *Pap.* x) sola *Pap.* y) pressura infirmitatis *Pap*; infirmitatis *c.* z) omni *Pap.* a) immotus *c.* b) et *add. Pap.* c) itaque *Pap.* d) *deest Pap.* e) pressura *Pap.* f) clavis *c.* g) peccatores *c.* h) *deest c.* i) pro *Pap.* k) Dei serv. *Pap.* l) ut pio D. *Pap.* m) p. M. orationem petitionis *Pap.* n) post cursus rapidos *Pap.* o) praecipiti *Pap.* p) cumpul. *c.* q) solo *Pap.* r) *suppl.* quidam.

1) V. de hoc bello Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 364 sqq. 2) Quorum geruli c. 2. 3. *in villam quae in* Autisiodorensi *pago nuncupata fertur Puteolis* (Putot, arr. Auxerre, cant. Courson, comm. Merry-Sec) in domum Bovonis declinasse dicuntur. 3) Vide de hac expeditione a. 858, Sept. — 859, Ian. facta Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 410 sqq.

EX TRANSLATIONE S. BALTECHILDIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Brevem relationem de translatione S. Baltechildis reginae, quam monitu Ludovici Pii imperatoris Hegilwich abbatissa Kalensis monasterii, mater Iudith imperatricis, a. 833. *elevari fecit, aliquanto tempore post hanc rem gestam, videlicet post obitum Erkanradi II. episcopi Parisiensis*[1] *(† 856), anonymus quidam clericus, non monialis Kalensis, conscripsisse videtur. Quam ex codice Corssendoncano Bollandus, Acta SS. Ian. II, p.* 747—749, *et emendatius Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. IV,* 1, *p.* 450—453, *ediderunt; fragmentum repetivit Bouquet, SS. R. Franc. VI, p.* 309. *Quam hic damus dimidiam fere partem libelli emendavit V. Cl. A. Molinier ex codice Parisiensi nr.* 18296. *(Corbeiensi* 17*), mbr. saec. X, a Mabillonio adhibito*[2]. *O. H-E.*

INCIPIT TRANSLATIO CORPORIS BEATISSIMAE BALTECHILDIS REGINAE QUAE FUIT FACTA ANNO AB INCARNATIONE DOMINI 833. ET CELEBRATUR 16. KAL. APRILIS.

Cum morem inolevisse cernimus per omnem aecclesiam catholicam, tam de pristinis quam etiam de modernis describere plures actibus bonorum virorum ac sanctarum sanctimonialium, censuimus et nos quod ad laudem Dei ac sanctorum pertinet fidelibus sanctae Dei aecclesiae, quibus habile scire est, pandere, qualiter venerabile corpus sanctissimae Baltechildis a loco ubi prius humatum fuerat, ubi nunc decentissime recolitur et frequenti inspectione veneratur, cum summa veneratione delatum est.

FINIT PROLOGUS.

833. Lectio 1. Anno vigesimo imperante cum magna felicitate Hludowico serenissimo augusto in regno Francorum, venit[3] Kala monasterium[4], ubi venerabilis abbatissa Hegilwich, genetrix[5] Iudith imperatricis, magno gregi sanctimonialium preerat, actusque et conditionem beatissimae Baltechildis, quia vere[a] erat Dei cultor et sanctorum amator, magno desiderio inquirere cepit sibique reperta recitari iussit. Cuius admirabilem conditionem sanctamque vitae conversationem miratus, tactus ilico Dei ac sanctae Baltechildis amore, predictae Hegilwich abbatissae, quae tunc octavo anno ipsum sanctum locum sub regimine sancto gubernabat, suadendo precepit, ut sanctum et venerabile corpus beatissimae Baltechildis[6] a loco ubi iacebat in sanctam aecclesiam Dei genetricis Mariae, quo multitudo sacrarum virginum die noctuque laudes Deo personabant, transferret, quatinus eiusdem intemeratae semper virginis partem laudis haberet, quam, dum vixerat, summo devotionis studio et omni admiratione dilexerat. His ergo freta iussis sacratissima abbatissa, prout citius oportunitas[b] temporis accessit, quod ipsa iam mente conceperat, desideriis operam dedit.

a) vera *c.* b) oportunitatis *c.*

1) Legitur c. 7: *qui tunc sedem Parisiacae urbis regebat.* 2) Qui etiam altero codice Corbeiensi, haud dubie Parisiensi S. Germani nr. 460, saec. XIII. in. ('Arch.' XI, p. 279) usus est. 3) Scil. Ludovicus imperator, mense Ianuario a. 833; cf. Reg. Imp. I, p. 328. 4) Chelles (arr. Meaux). 5) Fuerat ergo coniux Welfi, qui Iudithae imperatricis pater erat, forsan mortuus ante annum 825, quo Hegilwich Kalensi monasterio praeesse coepit; siquidem *octavo anno* eius regiminis, ut inferius legitur, haec translatio facta est. Haec mihi videtur esse Helvidis abbatissa, cuius mentio fit in fastis Corbeiensibus, his verbis: 13. *Kal. Martii commemoratio Helvidis abbatissae Calensis coenobii.* MAB. Eius nomen Eigilwi audit ap. Theganum c. 26, SS. II, p. 596. 6) Quae in monasterio Kalensi sepulta erat; cf. eius Vitam, Acta SS. Ian. II, p. 742.

833. Febr. 26.

Lectio 2. Igitur quarta Kalendas Martias, quae tunc aeque in quarta feria evenerat, iam dicta venerabilis Hegilwich abbatissa, perfusa gratia Dei eiusque adiutorio, accersivit cleri Dei sacerdotes sanctasque virgines et viduas pudicas et quod votis conceperat quodque ei a domno imperatore iussum fuerat omne enarravit. Illi itaque alacres unanimiter effecti, Deo gratias egerunt sanctamque matrem exortati sunt, ut nullam moram ageret, sed freta de Dei clementia ac sanctae Baltechildis auxilio, citius perficere satageret quod facere desiderabat. Venientes autem in hac devotione simul in aecclesiam sanctae Crucis, quam ipsa sancta Baltechildis sicut et omnem locum a fundamento construxerat, et ubi sanctum eius corpus humatum iacebat, missarum sollempnia cum suplicatione salutari celebraverunt; in quibus suplicationibus ipsa sacratissima Hegilwich abbatissa omnem clerum tam virorum quam et faeminarum admonuit, ut totis viribus Dei pietatem et clementiam exorarent, quatinus eis largiri dignaretur sanctum corpus suae fidelissimae effodere et manibus propriis contingere et de ipso loco ad alium honorabiliter transferre.

. . . .

Lectio 7. Nuntiantur autem haec sacra miracula Hludowico serenissimo augusto et in palatio tam principibus quam et omnibus imperatori militantibus divulgabantur. Exultat caesar, iocundantur principes, laetantur omnes et in honore tantae matris laudes attollunt. Cupiens vero sanctae ac beatissimae Baltechildis gratiam promereri atque eius auxiliis adiuvari, villam Colon cum omni integritate, sitam in pago Meldico, eidem in translatione sanctissimi eius corporis contulit, quatinus de collatione eius terrena famulantes in eodem coenobio subsidium haberent et pro statu imperii eius ac pace, coniugis ac filiorum eius sanitate Regem caelestem exorarent. Octavo decimo autem die[1], postquam corpus venerandum a terra effossum fuerat, secundum postulationem sacratissimae abbatissae Hegilwich evocatus sacer episcopus Erkanradus, qui tunc sedem Parisiacae urbis regebat, cum caterva clericorum venit. Non enim antea locus veniendi fuit. Et ab eadem sacrata Deo abbatissa honorifice susceptus, causam accersionis, licet iam[a] audisset, amicabiliter requisivit. Vidensque sanctissimum corpus ut positum fuerat integrum et cernens in duorum sanitate restituta divinum miraculum, exhilaratus corde, exhilaratus et animo, gratias egit omnipotenti Domino, qui prestat intueri humanis visibus, quantum meritum habeant in caelestibus, qui eum puro et mundo corde semper dilexerunt eiusque vestigiis inherentes fideliter amaverunt.

Mart. 17.

Lectio 8. Cum omni igitur clericorum ordine et sacrarum virginum condenso munimine post celebrationem missarum sanctarum veniens predictus pontifex ante sanctum corpus, in horationem se cum omnibus dedit, cunctosque[b] suggessit, ut, qui hominem ad imaginem suam protoplasmaverat, Deum exorarent, quatinus auxiliator illis[c] adesset sanctumque corpus suae fidelissimae exinde transferre concederet. Peracta itaque oratione, mox venerabile corpus contingunt et cum divinis laudibus in aecclesiam genetricis Dei ac domini nostri Iesu Christi semperque virginis sanctae Mariae, quam domna Gisla[2] a fundamentis struxerat, detulerunt ac retro altare mediano[d] condigne posuerunt. Fiuntque ibi meritis beatae Baltechildis divina cotidie miracula, et declarantur continuo beata eius merita. Ibi caeci recipiunt visum, surdi auditum, claudi gressum, infirmitatibus et variis febribus laborantes sanitatem; ibi daemoniaci curantur, et, ut ita dicam, per intercessionem beatissimae Baltechildis omnes quotquot devote pro necessitate qualibet eam deprecati fuerint celeri consecuntur effectu.

Lectio 9. Pontifice preterea urbis Parisiacae ad propria remeante cum laetitia et exultatione, contulit secum venerabilis abbatissa, ne vacuus relinqueretur locus ubi sanctum Baltechildis positum fuerat corpus. Divina vero gratia administrante, consilium duxit dignum, ut, quia mater exinde sublata fuerat, filia eius, quae septimo aetatis suae anno nomine Radegundis[3] ab hoc seculo migraverat, collocari deberet. Pro hac siquidem, sicut in eius Vita sancta reperimus, ante horam obitus sui Deum postulavit, ut eam in morte precederet. . . . . .

a) piam *Mab.* b) *ita c.;* cunctisque *Mab.* c) eis *Mab.* d) *ita c.;* medianum *Mab.*

1) Potius 20. die post elevationem (c. 2). Translatio enim, ut titulo opusculi indicatur, die Mart. 17. celebrata est; quae fuit dominica. 2) Soror Karoli Magni, abbatissa Kalensis monasterii. 3) In Vita S. Baltechildis, Acta SS. Ian. II, p. 741, haec tantum de hac infantula inveniuntur, cuius nomen ibi non traditur: *Et erat aliqua quaedam tunc infantula sua filiola, quam praecepit, ut secum iret; quae et ipsa subito e corpore exiit et eam ad tumulum praecessit.* Nec plura in posteriore Vita l. l. p. 745. de ea leguntur.

TRANSLATIO SANCTORUM ALEXANDRI PAPAE ET IUSTINI PRESBYTERI

ED. W. WATTENBACH.

Translationis huius, quae a. 834. *facta est, historia, a clerico quodam aequali, qui ei ipse interfuit, bene et dilucide scripta est, sermone etsi non a mendis immuni, satis tamen pro illo tempore puro et eleganti. Versuum fragmenta quae ibi occurrunt, ut 'totam concitat urbem', 'sua tecta tenebant', 'sua signa ferebant', casu quodam irrepsisse arbitror. Scripsit autem vivente adhuc Hittone episcopo, qui anno sequenti obiit. Translatio ipsa commemoratur in carmine illo de Timone comite*[1], *quod scriptum est, cum reliquiae Roma advenissent, sed in S. Stephani ecclesiam, quae tunc aedificabatur, nondum illatae essent. In Kalendario Frisingensi saec. XII. et in adnotationibus, quae Conradi sacristae codici in Viti Arnpeckhii codice adspersae sunt, translationis mentio est*[2], *sed narratio scripta omnes latuit, donec Gamansius e codice Univ. Ingolstad. excerpta quaedam exigua et mendis plena Stiltingio mitteret*[3]. *Nos codice usi sumus, quem Dümmlerus indicavit, Monacensi Lat.* 13101, *olim civ. Ratisponensis, saec. XII. nitide scripto; praecedit Vita Corbiniani*[4]. *Errores non ita frequentes librarius ipse correxit; alter qui priorem excepit paulo negligentius egit. Primam opusculi editionem dedimus in: 'Sitzungsberichte der Kön. Preuss. Akad. d. Wiss.'* 1884, *p.* 12—15; *hoc loco codicem, utpote unicum, fideliter expressimus, exceptis diphthongis* ae *et* oe, *quas suo loco restituimus, cum in codice modo* ę *modo* e *scriptum sit.*

Berolini, d. 7. *Ian.* 1885. *W. Wattenbach.*

Quomodo sanctus papa Alexander et Iustinus prespiter ab apostolica sede Frisingam translati sunt.

Translatio sanctorum Alexandri papae et Iustini prespiteri[a].

*f. 107'. 834.

1. Volentes satisfacere quaerentibus, quando, quomodo vel unde sancti translati sint, Alexander videlicet atque Iustinus, litteris subiecta mandavimus. Quae quidem non verborum compositione, sed rerum veritate constare, fidelis facile lector advertat; incredulus vero de dubietate sibi ingerat caecitatem, porro sanctis nichil honoris, nichil adimat gloriae. Itaque anno ab incarnatione Christi 834, indictione 12, 10. Kal. Iun. Hitto[5] venerabilis antistes Romam devenit, a sua sede Frisingiensi profectus. Quem Romanus papa Gregorius[6] in ipso die pentecostes honorabiliter excipiens, legationis eius causas diligenter audivit. Erat autem tantummodo pro sanctis supra iam nominatis. Sed et epistolae regis[7] per eum

Mai. 23. Mai. 24.

a) *utraque inscriptio altera post alteram a rubricatore scripta est, qui etiam primum textus versum scripsit, et verborum* quando, quomodo, unde *ultimis litteris accentus imposuit.*

1) Dümmler, Poet. Lat. II, p. 120. 2) SS. XIII, p. 51, n. 8, et SS. XXIV, p. 320, l. 36. 3) Acta SS. Sept. V, p. 472. 4) Catal. Monac. II, 2, p. 104. 5) Secundum Meichelbeckium, Hist. Fris. I, p. 117, sedit a m. Apr. 811. usque ad a. 835, quo d. 10. Dec. obiit. 6) Gregorius IV. a. 827—844. 7) Ludowici tunc Bawariae regis.

directae identidem flagitabant. Post crebras ergo locutiones instantissimasque preces vix tandem aliquando cor apostolici manu Dei miserentis est emollitum, scilicet ut in assensum petentis animum inclinaret, cuius pridem postulationes nec spernere poterat nec exaudire volebat. Aderant nostrae partis plurimi rogatores, quos vel xenia vel familiaritas nobis ante conciliaverat. Quibus intervenientibus inpossibilitatem suam saepius causabatur, dicens, non debere Romam martyribus usquequaque destitui. Sed misertus est Deus, qui non deseruit sperantes in se; nam adventus nostri sexta demum die papa nuntium boni nobis [Mai. 28.] aegre iam sustinentibus mittens, memoratum pontificem rursum ad se manicare[1] praecepit. Quo iussa complente, deliberatae iam dispositionis *pandit archanum. Et primo quidem secreto diutius sermocinantur, [* f. 108. 834.] deinde latentem thesaurum soli prodit pontifici. Postremo quoque qui pro foribus praestolabamur omnes optatis donis potimur, Deo gratias, Deo laudes ad lacrimas usque medullitus decantantes. Efferimus ergo preciosi ponderis nobilem sarcinam. Cives subito mirati concurrunt; fama facti totam concitat urbem, praecipue propter sanctum Alexandrum, qui quintus post Petrum, in ordine vero septimus, pontificalem cathedram tenens, martyrio coronatus est et septimo ab Urbe miliario via Numentana, ubi decollatus fuerat, erat sepultus[2]. Huius namque memoriam populus sollempniter frequentabat, eo quod, sicut ipsi ferebant, infirmorum plurimae fierent sanitates. Sed et sanctum Iustinum presbiterum, cuius mentionem facit Passio levitae Laurentii[3], quem etiam praefatus presbiter sepelivit, sibi de Roma tolli vehementer dolebant. Universis itaque deducentibus ad quos in momento fama pervenerat, sanctos apud aecclesiam Salvatoris recondimus dignisque ut mos est vigiliis excubamus. Porro autem quid interim acciderit, memoriae non absurdum aestimo commendandum. Denique cum sollicitus de his qui nobiscum venerant, circa gestatorium quod tanto muneri parabatur quidam discurreret, inproviso lapsu de muro cecidit, casusque per mediam venit cervicem[a]. At nos ab alto despicientes, eum mori continuo putabamus: cum repente ecce surrexit exiliens, atque ad opus quod reliquerat, nihil mali passus, citissime rediit. Quis dubitet hoc ad sanctorum gloriam provenisse, ut eorum operarius et periculum vitae susciperet et salutis non *subiret? Sequenti vero die, id est 3. Kal. Iun., convenit tanta populorum multitudo, [* f. 108'. Mai. 30.] quantam vix totam[b] posse crederes civitatem. Eximus ergo celeres atque gaudentes. Sed egressum nostrum plebisque concursum subitus imber ac nimius probare quivit, inhibere non valuit. Densabatur nichilominus constipatio catervarum; vulgus simul ac nobiles, omnes in commune pergebant, una voce Dei laudes canebant, sanctorum suffragia postulantes. Quis ibi se a lacrimis tenuit? Cuius clamorem creber singultus non intercidit? Si tales affectus ac vota Deum non laudant, quid eum per ora mortalium laudare possit, ignoro. Hinc iam per totam viam sanctorum praesentia cuncti solaciamur, ad quorum subvectionem certatim sibi portantium quaternio succedebat. Erat in ferendo veluti quaedam votiva pertinaxque contentio. Portare namque quaerentes equis plerumque desiliebamus, sed persistentibus eis qui iam dudum ferre coeperant, ambulando fessi animalia rursus ascendere cogebamur. Et mirum in modum insequentium maior quam vehentium labor erat, nec tantum prosequi vacuus poteram, quantum feretro suppositus ambulare. Fiebat etiam creber interdiu noctuque concursus ad tabernaculum, quo depositas gazas sollicitis servabamus excubiis. Aderant et infirmi, quibus incommoditate corporum continua fatigatis, integra fides praesumptam reddidit sanitatem, quorum quidem nomina quaedam recolo, quosdam vero mihi fateor elapsos memoria. Ut igitur lectoris de reliquis ambiguitatem submoveam, non ab re puto, si compendio studens huic narrationi pauca breviter inseram, quibus apud merita sanctorum sese fiducia postulantis suimet incitatrix accendat.

2. Geroldus *quidam, pontificalium custos equorum, cum Romam proficisceremur, inter eundum tertiana [* f. 109] coepit febre vexari. Is per totum iter nulli ministerio utilis fuit, sed viribus negatis oneri potius ceteris erat, nam singulis paene horis suprema fati suspectans, anhelos artus in viae crepidine deponebat. Ita maximum iter incredibili necessitate confecit, cottidię egressu maturior et tardior in perventu. At postquam Roma regressi quarta, ni fallor, excipimur mansione, a custodibus anxius impetrat, ut subter feretrum sibi liceat pertransire, quo sanctorum pignora gerebantur. Quo facto, mox incolomitate recepta sanissimus redditur, sospesque factus, sospitantes se debita veneratione subiectis humeris baiolat. Engilboldus etiam senex quartanae febris laborabat incommodo, qui, sicut ipse ferebat, duobus iam circiter annis nulla poterat medicatione curari. Is nobiscum Romam perrexit, unde reversus inolita nihilominus angebatur infirmitate. Iam sui desperationem longaeva fecerat aegritudo, cibique prope carentiam fastidia veterna[c] contraxerant; aestus frigore nimio generatus effeta membra depaverat. Hic igitur superioris exemplo miraculi suscitatus sanctos adiit, suique iam iamque miserationem supplici prece deposcit. Nec votis effectus defuit; continuo namque sanitate donatus, omnium bonorum datori gratias egit. En tria sanitatum dona, quae per nos ipsi probavimus, utcunque protulimus. Sed et alia quam plura, quae testibus roborata veracibus, nemo qui pie sapit inficietur, ut illud de nostro coco nomine Sindker, qui mente captus, quis esset vel quid ageret, nullo poterat monente doceri. *A sociis ergo trahitur, immo deportatur [* f. 109'.] ad tabernaculum, ubi pro eo pluribus supplicantibus surgit incolomis. Necnon et Anamot quidam de nostris in itinere sensim caecutientibus oculis visum perdiderat[d]. Sanctis itaque per manum tractus se postulat exhiberi. Adest, et lumen recepit quod amiserat.

3. Huiusmodi quapropter gratiarum rumore comperto, quaque proficiscebamur neminem vicinorum civium oppidanorumque sua tecta tenebant. Et erat iam quadam lege sanccitum, non necessitatis ali-

a) *ita c.* b) continere, capere, *vel tale quid excidisse videtur.* c) *abhinc manus altera pergit.* d) perdididerat *c.*

1) An idem quod mane venire? 2) Verba haec leguntur in Gestis pontt. Rom., quae etiam in numerandis pontificibus auctor secutus est. 3) Acta SS. Aug. II, p. 519. e Martyrologio Adonis.

cuius, sed omnino promtissimae[a] voluntatis, ut ab occurrentibus catervarum turmis eo usque per octo ferme vel amplius spatia milium sancti deducerentur, donec quoque aliarum villarum plebes cum crucibus obviam properarent. Singuli turmarum globi sua signa ferebant, quibus praeeuntibus confuse multitudo maxima permisceretur. Nonnunquam vero vel profundae paludes vel asperrimae cautes aquarumve lapsus et angusti tramitis fauces proruptae[b] prosequentes praepediebant, quoniam, sicut superius memini, 5 cum portantibus currendum potius erat quam ambulandum. Sed omnia vincit amor, et ob hoc illi cedebant amori[1]. Terentianus versus est[2]: *Nihil tam facile est, quin difficile fiat, quod invitus facias.* Quem nos istic ita converso possumus ordine dicere: 'Nihil inquam tam difficile est, quin facile fiat, quod voluntarius agas'. Quis alius eis hunc ardorem, nisi tu, Iesu bone, donaveras? Tu enim solus etiam tunc vincis cum iudicaris, et idcirco tuos semper invincibiles facis, ut ille castrorum tuorum miles et invictissi- 10 mus adhleta: *Quis, inquit, nos[c] separabit a karitate Christi? tribulatio? angustia?* etc. Item: *Sed omnia superamus propter eum qui dilexit nos.* Me miserum! fateor toties ipse membris etiam intremuisse, quoties vel ad vehendum manus admovi vel ad supplicandum promtulus adii. Quiddam enim supra humanam naturam adesse sentiebatur, ab eis utique qui fideliter accedebant.

(Marginal notes: * f 110; Rom. 8, 35; ib. v. 37)

4. Novi lectorem miraculorum lectionibus amplius delectari. Quae quidem cum plura sint, a collo- 15 quente melius quam dictante narrantur, quam qui necessario compendiis excludamur[b]. Non enim tam luculenter auditorem mulcere quam quaerentem simpliciter cupimus[d] edocere. Sed et cottidie languentibus apud sanctorum memoriam beneficia divina proveniunt. Nam cum ista dictarem, affuere nonnulli, qui me quasi redarguere conabantur, eo quod maxima gestorum pars a nobis omitteretur. Referant illi quibus hinc maiora videre donatum est; porro nos ea dixisse sufficiat, quae sub oculis ipsi conspeximus, 20 qui materiae succumbentes[3], copia magis rerum quam inopia velud inertes excipimur[c].

a) protissime *c.* b) *ita c.* c) *deest c.* d) cępimus *c.*

1) Cf. Vergilii Ecl. X, 69. 2) Terentii Heautontim. IV, 6, 1: *Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet, Quam invitus facias.* 3) Verba sunt Sulpicii Severi, V. Mart. c. 26, ut monuit Holder-Egger.

VITA ET TRANSLATIO S. SEVERI AUCTORE LIUTOLFO PRESBYTERO.

ED. L. DE HEINEMANN.

Cum Otgarius Moguntinae sedis archipraesul a. 836. *corpora S. Severi Ravennatis episcopi eiusque coniugis Vincentiae et filiae Innocentiae in Moguntinam diocesim, non multo autem post S. Severum in Erfordiam Thuringiae civitatem transtulisset, de sancti viri eiusque sociarum vita in Teutonicis partibus omnino nihil erat cognitum. Quare Liutolfus, ipsius, ut videtur, Moguntinae ecclesiae presbyter*[1], *cum apostolorum aliorumque sanctorum limina visitandi gratia Italiam intrasset, in S. Severi sacram historiam investigandam valde incubuit. Quod cum prospere ei cessisset, Erlarium diaconum Moguntinum*[2] *de his, quae in monasterio S. Severi in Classe prope Ravennam a monachis de sancto eidem coenobio furtive ablato audierat, post a.* 858. *schedis transmissis certiorem fecit, addens huic narrationi translationem S. Severi Moguntiam indeque Erfordiam, S. Innocentiae vero in Altum-monasterium Moguntinum factam, quarum ultimae Erlarium ipsum interfuisse commemorat*[3]. *Ex hoc libello notae in codicibus Lamberti Hersfeldensibus annis a.* 836. 858. *insertae sumtae videntur esse.*

Hoc Liutolfi satis fructuosum opusculum en damus ex codice Vindobonensi *nr.* 576 *(Hist. eccl.* 145*), membr. saec. X, fol.* 40—54, *cum Jafféi editione (Bibliotheca III, p.* 507—517*), ex eisdem schedis excussa, denuo collato. Iam antea autem, scilicet a.* 1658, *Iohannes Bollandus libellum hunc typis exprimendum curavit Act. SS. Febr. t. I, p.* 88—91. *ex codicibus Ultraiectensi et Budicensi, qui narrationem saepius amplificarunt. Translationem, ceteris omissis, edidit Mabillon, Act. SS. ord. S. Bened. IV,* 2, *p.* 61 *sq. Bollandi lectiones notis ascribendas duximus (B signatas).* *L. de Heinemann.*

Venerando fratri atque ulnis non fictae caritatis amplectendo[a] Erlario diacono Liutolfus presbiter indignus. Si tibi scripsero[b] quod ad aliquam pertinet utilitatem, forsitan gratanter accipies. Neque enim ingratus fore poteris, cum te ab aliquo errore correctum videris, si tamen dictis[c] meis fidem accomodare volueris. Igitur quae in Italia positus didici tibi legenda destinavi, obnixe postulans, ut ea legendo[d] corrigas et recitata retrans-

a) amplaectendo *c.* b) carissime *add. B.* c) f. d. m. *B.* d) relegendo *B.*

1) V. c. 2, p. 290: *in istam — translata sunt parrochiam.* Quod quamquam etiam in Erfordiae parrochiam referre possimus, tamen mecum facies, cum paulo infra de translatione S. Severi in Moguntia et depositione iuxta altare S. Albani auctor dicat: *sicut usque huc cernentibus liquet.* 2) V. c. 7, p. 291: *Igitur quando in aecclesiam sancti Albani orare ire volueris.* 3) V. Transl. c. 5, p. 293: *sicut ipse vidisti.*

mittas. Tibi enim soli meas nugas ostendere praesumo, quoniam mea rustica[a] quasi aliorum diserta legere non spernis. Vale itaque[b], faciens uti postulo; et me tibi fidissimum in omnibus noveris amicum.

1. Quodam tempore cum[c] in secretiore loco positus plurima de exitu animarum et de diversa retributione earundem pro qualitate meritorum in Dialogis sancti Gregorii aliorumque visionibus legissem[d], timore iudicii et formidine poenarum perterritus, delicta iuventutis meae, quae humana fragilitate contraxi, non sine lacrimis ad memoriam revocavi. Sed cum mente confusus angustiaque vallatus cogitassem, qualiter illa quibus Deum offenderam aboleri[e] potuissent[f], occurrit animo, ut apostolorum limina aliorumque sanctorum visitarem et eorum intercessionibus funes peccatorum meorum summo studio disrumpere procurarem. Velamen etenim[g] iuxta sententiam beati Iob non habentes amplexantur lapides. (Iob 24,8.) Accepta igitur licentia, iter laboriosum arripui et, variis incommoditatibus maximeque[h] imbrium inundationibus nimiis[i] praepeditus, vix decima ebdomada Romam perveni. Ibique per octo dies positus, modo solus, modo cum aliis comitibus coram apostolorum memoria humiliter prostratus, Dominum totis postulavi praecordiis, ut gratuita gratia sua et sanctorum precibus exoratus mihi de praeteritis criminibus veniam dare, de praesentibus continentiam largiri necnon de futuris sub illius tuicione inmunem finetenus me conservare dignaretur. Sed his paucis necessario praelibatis, iam ad racionem[k] veniendum est, quam tibi adiuvante Domino explicare disposui.

2. Aput Ravennam Italiae urbem positus, diligenter investigare studui de vita sanctorum, Severi videlicet, Vincentiae atque Innocentiae, quorum corpora inde sublata, in istam versis nominibus translata sunt parrochiam[1], de quorum translacione Christo propitio alias disputabo. Cumque nihil inde certi a quoquam percipere potuissem, non modicum, fateor, contristatus sum. Sed Deus, merentium consolator, consolatus est me per quendam monachum, qui de monasterio eorundem sanctorum in civitatem abierat — distat enim hoc monasterium haud[m] procul ab urbe Ravenna — quosdam amicos suos visitandi gratia. Quem ego de civitate ad monasterium revertentem conspiciens, conveni atque inter caetera collocutionis nostrae verba aliquid mihi de vita sanctorum, si quid nosset, referre postulavi. At ille: 'Crastina', inquid, 'die veni ad monasterium nostrum, et ibi super hac re voti compos efficieris. Ego enim demonstrabo tibi virum, qui viva voce indicare poterit quod quaeris'. Erat namque de Galliae partibus, Latino eloquio exprimere non valens quod volui. Idem quoque retulit, se bis numero ab hostibus captum, una quidem vice a Danis in Gallia, altera vero in eodem monasterio ab Agarenis conprehensum, sed per Dei gratiam ab utrisque liberatum.

3. Sequenti itaque die illius pollicitationem, utrum vera esset necne, explorare volens meoque desiderio satisfacere cupiens, perrexi ad monasterium, non paucos habens itineris sotios. Fratres autem illius loci nos benigne suscipientes, usque[i] in praesentiam abbatis sui[i] perduxerunt. A quo etiam caritative suscepti, omnes in monasterio una cum illo consedimus, consedentibus[n] numerosis eiusdem loci monachis. Deinde requisitus, unde essem vel ob quid illo venissem, utrumque coram omnibus exposui. Tunc unus ex monachis, qui nobiscum residebant, innuente sibi abbate, hanc mihi Latino sermone reddidit racionem[o].

4. 'Severus[p]', inquiens[q], 'cuius tu[q] vitam scire desideras[r], non fuit martir, sed confessor. Denique[s], longo tempore in laicali habitu constitutus, vitam pauperem in hac[t] urbe Ravenna secundum saeculum gerebat. Hic[i] quandam feminam[u] in matrimonium sortitus est nomine Vincentiam, de qua genuit filiam vocabulo Innocentiam. Cum quibus opera muliebra, victum quaeritans[v], operabatur; nam lanam nere more feminarum atque texere solebat, unde vulgo lanarius vocabatur. Qualis autem meriti idem vir fuerit apud internum Iudicem, etiam hominibus idem Arbiter innotescere curavit, sicut in sequentibus demonstrabitur. Nam[1], cum praesul memoratae civitatis obisset, iussus est populus a principe civitatis triduanum agere ieiunium, ut Deus per aliquod signum ostenderet, quis in locum defuncti succedere debuisset. Dum haec geruntur, dixit Severus Vincentiae coniugi suae: "Vadam ad aecclesiam videre, quis hodie eligatur episcopus". Cui illa cum indignatione respondit: "Quid tu pannis obsitus inter nobiles et purpuratos viros quaeris? Vel quid pertinet ad te magnatorum super episcopi electione consilium? Utilius tibi est, ut more solito alicui servias, unde mihi et filiae tuae victui necessaria ministrare valeas". Ad haec ille: "Quid", inquit, "nocet, si vadam?" At illa ait[i]: "Utinam illuc veniens colaphizatus recedas"! Ille autem verba uxoris floccipendens, ad aecclesiam properavit et ingressus pene iuxta principem constitit. Orante autem populo, ecce subito columba quaedam desuper volitans, super caput ipsius, cunctis cernentibus, consedit. Quod quidam pro signo accipientes, eum sacerdotio dignum iudicabant; alii vero, indigne ferentes, quod tam vilibus vestimentis indutus inter primos civitatis stare praesumpserit, eum inhoneste, sicut ei uxor evenire optaverat, de aecclesia exire compulerunt. Altera autem die, in aecclesia latitare volens, etiam[w] per columbam proditus, sollicitabat corda intuentium. Tertia vero die, cum in aecclesia positi aliquod[w] signum a Deo praestolarentur, ille qui non in facie, sed in corde videt et iudicat, quasi duriciam illorum increpans, eum sicut prius per columbam sacerdotio dignum palam omnibus demonstravit. Tunc omnes una voce dixerunt: "Quem possumus eligere, nisi quem Dominus ecce iam tercio elegit?" Et apprehendentes eum, de turba in eminentiorem locum reluctantem pertrahunt ac, mutato habitu, clericum fecerunt, deinde iuxta morem aecclesiasticum episcopum consecrarunt. Currens

a) rusticana *B.* b) dilectissime *B.* c) *post* positus *ponit B.* d) legerem *B.* e) abolere *B.* f) *post corr.* potuissem *c., et ita B.* g) enim *B.* h) maxime *B.* i) *deest B.* k) narrationem *B.* l) *in medio verbo tres litterae erasae sunt c.* m) h. p. *des. B.* n) quoque nobiscum *add. B.* o) ita incipiens *add. B.* p) Incipit vita S. Severi I. *in marg. alia manu add. c.* q) i. *et* tu *corrector lineis subductis del. c.;* i. *deest B.* r) *corr.* desideratis *c.* s) Hic nempe *B.* t) *linea subducta del. c.* u) s. f. in m. V. n., *omisso* est, *B.* v) quaesitans *c.* w) *in loco raso post corr. c.*

1) Similem de electione S. Severi narrationem praebet Agnellus c. 17 (SS. rer. Langobard. p. 285), quam a multis senioribus se accepisse dicit.

autem quidam de astantibus[a] nunciavit Vincentiae, quod maritus eius[b] esset episcopus. At illa subridens, haec nuncianti non credidit, sed irridendo subiunxit, dicens: "Scio, quia Severus, grammatica caeterisque artibus imbutus, bene potest esse episcopus, nam pater monasteriorum longo tempore extitit plurimorum[c], idcirco exempla conversationis illius caeteri debent imitari". Ille vero qui nuntiaverat, verum se dixisse, affirmavit. At illa: "Qui hactenus", inquit, "per plateas incedendo, fila de colo tendere atque in fusum colligere solebat, in cathedra episcopali non inmerito sedere perhibetur!" Dum haec loqueretur, alter et tertius venerunt, priori nuntio similia refferentes. Tum[d] illa admiratione ducta, surrexit atque una cum filia ad aecclesiam cucurrit, vidensque vera quae audierat, Deo gratias aegit. Statimque utraque illarum sacro velamine cooperta, una quidem in viduitatis, altera vero in virginitatis proposito pie vivendo perdurarunt. Sanctus vero Severus cottidie in Dei servitio proficiens et miraculis coruscans, magnum populo de se praebuit spectaculum. Nam omnes illius temporis in sua vicinitate viros vitae sanctitate et doctrinarum studio sanctarum superabat, tantamque illi Dominus gratiam contulit, ut omnibus qui eum nosse potuerunt amori fuerit et honori. Nec mirandum, quod homo plebeius et idiota subito magister et doctor aecclesiae fieri potuit; nam dominus noster Iesus Christus non rethores, non philosophos, sed piscatores elegit et per universum mundum praedicare destinavit. Nulla quippe in discendo mora est, ubi Spiritus sanctus doctor adest et, in quocumque habitare dignatur, ardentem pariter et loquentem facit. Contigit autem, iam fatas[e] mulieres viam ingredi universae carnis, quas ille in sepulchro, quod sibi paraverat, sepelire[f] praecepit. Succedente[1] etiam[g] tempore, cum vir Domini iam senio fessus diem ultimum sibi imminere conspiceret, sacerdotalibus vestimentis indutus, missam nonnullis astantibus celebravit. Qua completa, unumquemque in sua redire iussit[h], excepto uno scolastico, qui eius nutu omnes aecclesiae ianuas clausit. Deinde accedente beato viro ad locum ubi sanctae mulieres conditae fuerant, statim tumulus ille ultro apertus est. Tunc ille: "Soror", inquit, "et filia, hoc sepulcrum mihi praeparavi vobisque indigentibus utendum praestiti, sed quia modo ad factorem meum, illo vocante, proficiscar, date mihi locum vobiscum dormiendi, ut, qui in[i] saeculo communiter viximus, etiam communi sepulchro[k] utamur". Quibus ilico locum dantibus, vivus tumulum, ceu sanctus Iohannes fecisse legitur, introivit atque, signaculo sanctae crucis se muniens, obdormivit. Puer autem, qui intus erat in aecclesia, videns beatum virum ingredi sepulchrum, lapidemque superiorem in locum pristinum quasi ab hominibus volvi, cum clamore valido cucurrit, et apprehendens quandam particulam de casula[l] illius, quae casu de sacrofago foras pependit, ad se trahere nitebatur. At hii qui pro foribus erant obstupefacti irruerunt per ostia, sciscitantes puerum, cur ita clamasset. Quibus ait puer: "Dominus meus episcopus hoc sepulchrum ingressus est, adiuvate quamtotius, ne intus suffocetur". Viri autem illi maturioris aetatis causam Dei voluntate peractam intellegentes et eius animam iam ad caelestia migrasse cognoscentes, in ymnis et laudibus benedixerunt Dominum, condignum confessori illius obsequium praebentes. Quanta vero ibi postea per merita sancti confessoris largiente Domino in[m] infirmorum sanitate[n] facta sint miracula, tibi longum est explicare'.

5. Post haec interrogavi de festivitatibus sanctorum, in quotis[o] essent celebrandae Kalendis. 'Sancti Severi', inquit, 'festivitas in Kalendis Februarii celebratur, sanctarum vero feminarum, quoniam propter infestationem paganorum lapsa est de memoria, idcirco una cum illius solemnitate in supradictis colitur Kalendis[2]'. His auditis, Croesi opes habere me putabam. Deinde non modicam illorum fratrum experti sumus humanitatem; nam et[m] pane et vino refecti, iter nostrum laeti peregimus.

6. Haec, frater karissime, de vita et obitu sanctorum, sicut ab ipso monacho in praesentia plurimorum audivi, litteris tradidi tuoque nomini dedicavi, ob hoc maxime, ut te super nominibus et festivitate sanctorum certum redderem et cum haec nescientibus errare non sinerem. Si[p] adhuc de istis haesitans mihi non credideris, vade in Italiam et quaere locum memoratum inter Ravennam et monasterium Sancti Apollinaris, et[m] ibi procul dubio huius narrationis tot testes inveneris[q] quot monachos. Quodsi etiam idem monachus in huiuscemodi narratione me, quod absit, fefellit, mendatii sui poenas absque dubio luiturus est, illo cogente, qui nullum peccatum impunitum dimittet[r]. Ego vero scio, me nulla nisi ab illo audita scripsisse.

7. Igitur quando in aecclesiam sancti Albani orare[s] ire volueris, ad australem plagam eiusdem aecclesiae veniens, ibi ossa sanctae mulieris Vincentiae, non[t] viri, condita scias, et de eadem aecclesia sanctum Severum in Thuringiam sanctamque Innocentiam ex parte ad Altum[u]-monasterium[3], nomine[v] Paraciaten[4], translatam noveris. Quorum meritis et intercessionibus[w] Omnipotens concedere dignetur, ut hic taliter conversemur, qualiter in tremendi examinis die a iustissimo Iudice cum his qui a[x] dextris[y] statuendi sunt remunerari mereamur.

INCIPIT[z] TRANSLACIO SANCTI SEVERI CONFESSORIS, QUOD EST 11. KAL. NOVEMBRIS.

In priore libello[a], mi Erlari, me[b] scripturum esse pollicitus sum[5] de translatione sanctorum, quorum ibi mentio facta est. Quod nunc, donante et adiuvante illo qui dat omnibus affluenter et non improperat, quantum potero, adimplere non differam. cf Iac 1, 5.

a) assistentibus *B.* b) illius *B.* c) *post corr. ex* pluriorum *c.* d) Tunc *B.* e) fatas *post corr.* praefatas *c.* f) sepeliri *B.* g) autem *B.* h) praecepit *B.* i) hoc *add. B.* k) sepulchra *corr.* sepulchro *c.* l) p. casulae *B.* m) *deest B.* n) sanitatum *B.* o) quibus *B.* p) autem *add. B.* q) invenies *B.* r) dimittit *B.* s) oratum *B.* t) n. v. *des. B.* u) alterum *B.* v) non *c.*; Paraciatense *B.* w) nobis *add. B.* x) ad *corr.* a *c.* y) eius *add. B.* z) *haec des. B.* a) carissime *add. B.* b) s. me *B.*

1) De obitu quoque S. Severi similia affert Agnellus c. 15 (l. l. p. 284), quem a Liutolfo nondum in usum vocatum esse, recte statuamus. 2) Cf. Agnellus c. 15: *Defunctus est sub die Kalendarum Februarium.* 3) Altenmünster in Moguntia, cuius notitiam non ante saec. X. inveniri, Rettberg I, p. 583. minus recte dicit. 4) Quid hoc vocabulum significet, nescimus, neque Jaffé intellexisse videtur. 5) Cap. 2.

1[a]. Fuit quidam clericus de Galliae partibus nomine Felix[1], utrum factis necne, non est meum iudicare. Quem, dum puer essem, me[b] vidisse memini. Huic erat consuetudo per diversas vagari provincias et sanctorum reliquias, ubicumque potuit, furari questus causa. Hic ad praedictum monasterium, quod inter urbem Ravennam et Sanctum Apollinarem situm esse diximus, cum quibusdam sociis venit. Ibique[c] quasi peregrinus susceptus est tantamque illorum fratrum expertus est humanitatem, ut cottidiana[d] quasi unus ex ipsis acciperet stipendia. Qui etiam, ne illi fratres aliquid de eo suspicarentur sinistrum, sacramento firmavit, se numquam de eodem monasterio discessurum[e]. Postea[f] iunxit se custodi aecclesiae eique sedulum exhibebat obsequium. Tempus autem oportunum ad id propter quod venerat nanctus[g], ossa praedictorum furatus est sanctorum et cum suis complicibus fugam iniit. Quod cum fratres comperissent, miserunt nuntios ad optimates Italiae, ut omnes exitus viarum de Italia praeoccuparent, ne[h] inde labi potuisset. At ille, cum loca sibi effugiendi denegata cognovisset, per devia noctu incedens, Ticinum venit ibique aliquanto latuit tempore.

836. 2. Interea Hludowicus[i] imperator Otgarium Mogontiensem archiepiscopum[2] et Hilti[k] Viridunensem[l, 3] antistitem duosque comites, quorum alter Warinus, alter Adalgisus[4] vocabatur, ad Hlutharium[m, 5] filium suum, qui eo tempore Ticini morabatur, destinavit pro pace et amicitiis inter eos renovandis[n], quae pravorum hominum machinatione ex aliqua parte erant turbatae. Quo cum pervenissent, praedictus Felix cum sanctorum reliquiis, quas furatus fuerat, ad hospicium Otgarii se contulit et qualiter fecisset indicavit. Quas Otgarius cum gaudio suscipiens, suis abscondit in scriniis et, ne alicui ad illa[o] patesceret aditus, propria ea[p] signavit sigillo. Mane autem facto, Hilti et praedicti comites ad mansionem Otgarii convenerunt, quatinus invicem conferrent, qualiter legationem sibi iniunctam concorditer peragerent. Cumque introissent cellulam[q], ubi sanctae[r] servabantur reliquiae, horror et timor nimius irruit super eos, ita ut tremore agitati vix residerent. Quos Otgarius pallentes et trepidantes videns, interrogavit, quae causa esset tanti timoris. At illi: 'Forsitan', inquiunt, 'in hac legatione finem huius vitae sumus habituri, nam nec contra hostes in bello positos talis tantusque timor nos umquam invasit'. 'Nolite', inquit Otgarius, 'timere, nullas enim in hoc itinere, Deo nos protegente, patiemur angustias. Sed, si vultis gratanter accipere, ego dicam[s] vobis causam huius timoris. Hesterna quippe die allatae sunt mihi sanctorum reliquiae, quas penes me in istis habeo scriniis, quibus quoniam huc ingredientes condignum non praebuistis honorem, merito incidistis in timorem'. At illi haec audientes, genua flectunt et sibi prospera evenire per suffragia sanctorum postulabant. Quod et factum est. Nam sequenti die a Hluthario honorifice suscepti sunt, et legatione peracta, voti compotes redierunt ad imperatorem, qui miserat eos. Praedictus autem Felix[t], acceptis ab Otgario equis[u], inter homines illius latitans[v], de Italia egressus[w] est et sic[x] Italorum praeparatas devitavit[y] insidias.

3. Otgarius vero[z] de palatio imperatoris Mogontiacum veniens, ossa sancti Severi iuxta altare sancti Albani in loculo posuit et sanctae Vincentiae ad australem plagam sanctaeque Innocentiae ad septentrionalem plagam[a] eiusdem aecclesiae, ut in priore libello praefati sumus, collocavit[b], constructis desuper lectulis, quos vestivit auro et argento, sicut usque[c] huc cernentibus liquet. Evoluto autem aliquanto tempore, reliquias[d] sancti Severi transtulit in Thuringiam ad locum regalem qui vocatur Erphesfurt, comitantibus presbiteris et clericis diversi ordinis turbaque populi non modica. Sed antequam illuc[e] pervenirent, in[f] itinere miraculis claruerunt, quorum pauca de pluribus hic non piget inserere. Nam, sicut illi retulerunt qui eidem translationi se interfuisse testati sunt, sorores quattuor de Thuringia cum caetera multitudine obviam sanctis venerunt reliquiis, quarum unam, quae maior natu erat, spiritus malignus invasit et coram omnibus qui aderant graviter vexavit. Erat autem in eodem itinere presbiter quidam nomine Reginharius, postea chorepiscopus, quem tu quoque saepissime vidisti, cui Dominus tantam gratiam in eiciendis daemoniis contulit, ut nullus ei daemon resistere auderet, quin statim ad nutum eius ab homine[g] exiret. Solebat enim dicere, quando ad hominem daemone[h] possessum accessit: 'Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam'! Is cum libellum exorcismi super daemoniacam legere cepisset, spiritus nequam per os mulieris dixit: 'En eicis me hinc per verbum Domini et merita sui confessoris, sed antequam ad Erphesfort[i] pervenias, invenies me non semel neque bis tibi adversantem'. Quibus dictis, vas possessum derelinquens, sororem illius ingressus est et simili modo vexavit. Inde per divinam gratiam expulsus, tertiam arripuit et non minus caeteris insanire compulit. Qua etiam per Domini clementiam[k] sanata, quartam, id est ultimam, earundem sororum invasit et supra modum

a) *in marg. cap. numerum* 1. *alia manu add. c., et ita post, quos in marg. posuimus.* b) *super lineam eadem manu add. c.* c) religionis gratia *add. B.* d) inibi *add. B.* e) recessurum *B.* f) Cumque tam familiariter eo loci aliquamdiu conversari coepisset iunxit *B.* g) nanctus *corr.* nactus *c.* h) aut ne ullatenus *B.* i) Ludowicus *B.* k) Hildi *B., et ita infra.* l) Wird. *B.* m) Lotharium *B., semper.* n) reparandis *B.* o) illas *B.* p) eas *B.* q) cellam *B.* r) in scriniis *add. B.* s) v. d. *B.* t) cum suis sociis *add. B.* u) et aliis muneribus *add. B.* v) latitantes *B.* w) egressi sunt *B.* x) *deest B.* y) devitarunt *B.* z) *B. perg.:* peracta legatione de p. i. M. v. sanctorum reliquias cum summa veneratione suscipi a clero et populo praecepit. Quo facto. a) *deest B.* b) honestissimis in locis iuxta singula altaria c. *B.* c) hucusque *B.* d) r. idem venerandus archipraesul Otgarius volens sanctas illas r. ad maiorem sacri cultus venerationem perlucere, ossa s. *B.* e) a. sacratissimi cineres i. p. in it. multis Deo operante m. *B.* f) *deest c.* g) h. invaso *B.* h) a d. *B.* i) Erfesfort *B.* k) et sancti confessoris sui merita *add. B.*

1) De quo cf. Dümmler, 'Gesch. des ostfränk. Reichs' I, p. 858, n. 39. JAFFÉ. 2) Sedit a. 826—847. 3) A. 824—847. 4) Inter legatos paulo post denuo ad Lotharium directos fuit Adalgarius comes; v. Ann. Bert. a. 836, ed. Waitz p. 12. 5) Post 25. Dec. a. 835; v. Ann. Bertin. a. 836, l. l. p. 11; cf. Dümmler I, p. 112, n. 3.

miserabiliter cruciavit. Tunc praedicto praesbitero libellum exorcismi[a] legente, apostata spiritus dixit, audiente populo[b]: 'Vae nobis miseris, qui hanc regionem diutissime a nobis possessam deserere modo debemus propter adventum sancti Severi; non enim deinceps talem in ista regione habebimus potestatem, sicuti hactenus habuimus'. Et haec dicens, discessit[c]. Mulier vero a daemonis infestatione liberata, feretrum sancti confessoris usque ad Erphesfurt[d], Deo gratias agens, secuta est.

4. Ossa autem eiusdem sancti in aecclesiam in honorem sancti Pauli apostoli dedicatam translata sunt[1]. Ubi dum adhuc in loculo, sicut allata erant, inhumata iacerent, tanta signorum et prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere sanitatum per divinam gratiam enituit, ut a nullo mortalium eorundem miraculorum aut numerus comprehendi aut varietas valeat enarrari.

5. Defuncto autem Otgario et successore illius Rabano, Karolus, Pippini[2] regis filius, eiusdem episcopatus honore sublimatus est[e]. Qui annuens praecibus sanctimonialium in Alto-monasterio consistentium, partem quandam de reliquiis sanctae Innocentiae ad praedictum coenobium, sicut ipse vidisti, transtulit[3]. Ubi non paucas virtutes per eas[f] Dominus facere dignatus est, quas si scire volueris, ab illis[g] sanctimonialibus discere poteris. 856.

En habes, frater karissime, meam pollicitationem, non ut volui, sed prout[h] potui, effectui mancipatam. Quaeso igitur te, ut illum depreceris pro me, qui suo simplo nostro duplo subvenit, quatinus gratuita gratia sua et eorundem sanctorum precibus exoratus, saltim in die iudicii cum electis suis aliquam partem habere me faciat, quoniam melius mihi erat non nasci quam in[i] aeternum ab eis separari.

EXPLICIT[k] OBITUS ET MEMORIA SANCTI SEVERI ET SANCTAE VINCENTIAE ATQUE INNOCENTIAE.

a) exorcisimi *corr.* exorcismi *c.* b) omni populo qui aderat *B.* c) abscessit *B.* d) Erphesfort *B.* e) sublimatur *B.* f) eiusdem sanctae virginis merita *B.* g) his *B.* h) ut *B.* i) ab e. in aet. s. *B.* k) *haec des. B.*

1) Die 22. Oct.; v. supra p. 291. Cf. Lamberti Ann. interpol. (SS. III, p. 45) a. 836: *Otgarius archiepiscopus ossa sancti Severi episcopi sibi delata transtulit in Erphesfurt, Thuringiae civitatem, et in Alto-monasterio reposuit 11. Kal. Novembris.* Male Altum-monasterium Erphesfurti collocatur. 2) I. regis Aquitaniae. 3) Cf. Lamberti Ann. interpol. (l. l. p. 49) a. 858: *Karolus archiepiscopus quandam partem de reliquiis sanctae Innocentiae transtulit ad Erphesfurt.*

TRANSLATIO ET MIRACULA S. ADELPHI EPISCOPI METTENSIS.

EDIDIT L. DE HEINEMANN.

Nova Villa sive Novum Villare[1] *in Alsatia monasterium a Sigebaldo episcopo Mettensi in honorem SS. Petri et Pauli fundatum*[2] *interventione Drogonis episcopi eiusdem civitatis S. Adelphi, qui eandem ecclesiam non satis constat quo tempore rexit*[3], *corpus venerandum accepit. Quae translatio quo anno facta sit, dubitari potest. Nam cum secundum translationis paginam tempore Ludovici Pii imperatoris et Drogonis supra memorati episcopi S. Adelphi reliquiae Novam Villam venerint, inter a.* 823.[4] *et* 840. *elevationem illam factam ut ponamus necesse est. Quibus tamen obstant quae leguntur:* anno ab incarnationis Domini 846. *Quare in numero anni mendam irrepsisse apparet, ita ut*

1) Neuweiler a Zabern civ. in septentrionem. 2) Pauli Gesta epp. Mett., SS. II, p. 267: *Hic (sc. Sigebaldus) . . duo monasteria condidit, unum Ebriacum vel etiam Nova-cella* (St. Avold) *dicitur, alterum quoque Novum-quod-Villare vocitatur.* 3) Decimus in serie episcoporum Mettensium fuit et secundum Chr. Univers. Mett. (SS. XXIV, p. 502) ab a. 231. usque ad a. 248. sedem tenuit. Sed haec prorsus dubia sunt. 4) Drogo aestate a. 823. sedem Mettensis ecclesiae adeptus est; cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 196.

826. aut 836. restituendum videatur[1]. *Hunc vero praetulimus. Translationis et miraculorum tunc factorum narrationem auctor coaevus*[2] *composuit, qua occasione data permultas Alsatiae villas recenset, praemittens S. Adelphi vitam prorsus fabulosam*[3]. *Cui operi postea miraculum a. 1197. factum annexum est.*

Vitam et translationem Iacobus Wimpheling, exemplar a Iacobo Scheidio, 5 *capellano comitis Philippi in Hanaw nactus, a. 1506. publici iuris fecit, cuius editionem, a Bollandianis, Act. SS. Aug. VI, p. 504 sqq., repetitam, nos quoque, codice destituti, ex bibliotheca Monacensi benivole transmissam, in his excerptis secuti sumus, ita tamen, ut, ubi littera* e *pro* ae *posita erat, in libro saec. IX. hanc formam restituendam esse duxerimus.* *L. de Heinemann.* 10

(14) Nunc autem, quomodo gloriosissimi antistitis Adelphi reliquiae in eum, in quo nunc reconditae sunt, locum devenerint, et quaedam ex miraculis, quae vel in translatione vel postea per eum Dominus fecit, quae aut vidi aut fideli relatione audivi, ad Dei et ipsius honorem et legentium vel audientium aedificationem, quanto expeditius potero, scriptis explicare studebo. 15

836? 1. Anno igitur ab incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo sexto, regnante gloriosissimo Ludovico imperatore[4], regente praedictae urbis[5] ecclesiam Drogone archiepiscopo, praefati regis germano et sacri palatii summo capellano[6], Lantfrido vero coepiscopo, qui Lantfridus Neovillam, quam Romani Novum-villare appellant, singulari coluit dilectione. Hic ergo Drogonem venerandum pontificem obnixe rogavit, quatinus virum 20 Dei Adelphum ad praedictum locum evehi mandaret. Quod huius rationis auctoritate affectavit, cum quia locus ille bonis Sancti Stephani[7] inscribitur, tum quia in regione illa rarissima sanctorum corpora repperiebantur, praecipue vero eam ob causam, quia locum ille, ut supra diximus, specialiter gratum habuit. Idcirco autem tanto eum amore amplexus est, quod ibi erat coenobium Sancti Petri apostolorum principis, religiosos habens homines 25 ac Deum metuentes, et loci facies habilis videbatur et pulcherrima. Est etenim Neovilla agris fecunda, vineis opulenta, arboribus consita, fontibus optimis irrigua, silvis et pratis amoena, ea videlicet in parte sita, qua mons Scaurus[8] Alsaciam determinat. Et quia, ut diximus, loci qualitatem coepiscopus vehementer adamabat, moresque inibi degentium quam maxime ei complacebant, diligentissime hoc, ut beatus Adelphus eo transferretur, 30 agere curabat. O egregium et laudabilem virum, memoria et celebritate dignum, qui tanta opera satagebat ob salutem languentis Alsaciae Neovillam talem advectare patronum! Ipse accipiat benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo, eo quod talem nobis suo impetratu patrem advexit! Praefatus namque antistes petitioni eius contraire nolens et temere et inconsulto rem aggredi veritus, triduanum populo indixit ieiunium. Quo per- 35 acto, coepiscopi supradicti impetratu omniumque qui aderant consensu beatissimi viri corpus efferri feretroque imponi praecepit. Hoc autem bonis et religiosis sacerdotibus iniunxit officium, ut videlicet bonus a bonis, etsi non aeque perfectis, congrue gestaretur.

. . . .

(16) 3. . . . Haec et alia multa sancto Dei in via faciente miracula, cum magna prosperitate et laeticia 40 praefatae villae appropinquare coeperunt. Mox omnes fratres et fere 9 milia hominum cum crucibus et cereis ingenti gaudio obviam veniunt et pastorem suum iam in caelo regnantem recipiunt receptumque cum grandi reverentia et exultatione in locum praeordinatum reposuerunt. Haec nos pauca de pluribus, quae Dominus per eum in itinere egit, miraculis excerpsimus.

(17) 837? Aug. 29. 4. Nunc restat, ut quae in proxima post eius translationem festivitate facta sunt, prolixitatem 45 vitantes et ideo multa omittentes, brevi et simplici, sed verissima relatione dicamus. Primum itaque quod

1) Quocum facit, quod dierum series, in quibus miracula per sanctum Dei facta esse auctor dicit, si a. 846. accipimus, turbata est, optime autem congruit cum a. 826. vel 836. 2) V. prol.: *et quaedam ex miraculis quae vel in translatione vel postea per eum Dominus fecit, quae aut vidi aut fideli relatione audivi.* 3) Nota, quod de praedecessore Adelphi Rufo scribit c. 4: *avunculo suo . . . subregulo seu rectori palacii ac regis consiliario;* et c. 5, de Adelpho, quem *regis domesticum et consiliarium* dicit: *sic denique curas episcopales gerens, quod tamen primatum palatii . . . retineret.* Quae ex Vita Arnulfi sumpsisse videtur. G. W. 4) Pio. 5) Mettensis. 50 Drogo a. 823—855. sedit. 6) V. Simson, 'Ludwig d. Fromme' I, p. 22. 7) Ecclesiae episcopalis Mettensis, cui Adelphus *possessiones, quas ultra Lierim habuit* tradidisse narratur, Vita c. 8. 8) Vosagus mons. 55

in iam dicta festivitate contigit signum hoc fuit. Puer quidam manum habens aridam et brachium sanatus est. Postea homo quidam nomine Waltmundus nullam membrorum sospitatem habens sanus effectus est. Deinde mulier quaedam de villa proxima quae Buswilre[1] dicitur, cuiusdam Wilonis filia, Rumildis nomine, ex multis annis muta, loquelam recepit. . . . . . . (837?)

5. . . . Alia femina Hiltegundis nuncupata de villa Otenwylre[2] nata, cum a daemonio possessa esset et sancti Adelphi adventum angelum nunciasse dixisset, liberata est. Item alia femina a die nativitatis muta loquelam recepit. Alia quaedam femina Regnisindis nomine de villa Alsaciae Schildenchen[3] vocata lumen oculorum, quo diu caruit, recepit. Femina quaedam de Brunwylre[4], contractione debilium membrorum laborans, a sancto Dei confortationem et medicinam salutis meruit recipere. Item alia femina de Alsatia omnium membrorum, qua diu caruit, sanitatem recepit. Quidam Udalricus de villa quae Pressigin dicitur, non valens nisi cum croceis seu brachiorum fulcimentis incedere, erectionem diu negatam recepit.

6. Dominica quinta post ipsius festum femina quaedam Diethildis nomine de quodam opido Alsaciae Fridesheim[5] vocato, quae credendo caeca accessit, videndo recessit. Alia quaedam de Metensi civitate Mulieba vocata, desiderium habens invisere sancti Adelphi pignora, palpando et sine visu et auditu tristis fuit adducta, quae videndo et audiendo simul et gaudendo remeavit ad sua. Quidam Gualterus nomine de villa Griesbach[6], cum in festo sancti Remigii, qui etiam in eadem ecclesia, in qua sanctus Adelphus nunc requiescit, celebris habetur, cum falce ad herbam in prato secandam abisset, falx manui eius adhaesit, nec absolvi potuit, donec ad sanctum Adelphum cucurrit. ((18) Sept. 30? — Oct. 1.)

7. Dominica sexta post ipsius sancti Adelphi festum cuidam feminae de Prumwiler[4], Adelmudis vocata, gressus incolumitatem, quam debilitas sibi negavit, eiusdem sancti oratio restituit. Item alia de eadem villa nomine Hergardis, quam malignus spiritus possederat, sole occumbente diei dominicae adducta, ipso crepusculo subsequente a daemonio purgata est. Quaedam paupercula femina et advena cui nomen erat Sillaberta, quae utroque oculo fuit orbata, sancto Dei donante, unum recepit, sed divino, licet occulto, nunquam tamen iniusto iudicio, altero privata remansit. ((19) Oct. 7?)

8. Dominica septima quaedam Hiltebirdis de villa, quam supra diximus, Buszwilre vocata brachii dextri diu aridi manusque contractae recuperationem recepit. Gundelindis monialis femina de loco qui dicitur Freistat[7] in Mortenaue sito in manibus, quae integro anno debiles permanserant, sanari promeruit. Infans quidam, qui manibus, tibiis pedibusque debilis erat omnibusque despicabilis, integritatem recepit. ((20) Oct. 14?)

9. Dominica octava nullum conspicuum peractum est signum, nisi quod quidam pauperculus, ut asserebant, de paupertate sua cum tortam panis super altare misisset et cum ad socios ad sarcinas quas ferebat reversus esset, panem, quem super altare posuerat, panno quo portaverat involutum reperiebat. 10. Kal. Novembris puella quaedam Willigota, adhuc materna lambens ubera, de villa quae Hirslanden[8] dicitur adducta, quae tribus et eo amplius mensibus caeca fuit, visionis donum recipere meruit. ((21) Oct. 21? — Oct. 23.)

10. Dominica nona post praefatam solemnitatem monialis femina Reginisindis[a] dicta de quadam villa Alsatiae quae Illenkirche[9] vocatur, in manibus et pedibus ac tibiis debilis existens, a sancto Dei meruit iuvamen sentire. Item Gundelindis femina monialis, quam supra curatam diximus, cum domum rediret, in via acrius et deterius quam prius contrahi coepit, sed ad nota subsidia recurrens et intentius se in orationem prosternens, sancti Adelphi interventu curata est. Frousindis puella parvula de Alsatia ex loco qui dicitur Stille[10], tibiis per tres annos retro contracta, sospitatem recepit. Item quidam puer introrsus incurvatis pedibus legitimam erectionem pedum habere promeruit. Quaedam femina, cuius oculos densae nebulae texerant, clarum lumen recepit. Alia femina Herlindis nomine de Rumoldeswiler[11], quae iugiter 14 noctibus dire et acriter cunctis languebat membris, ita ut saepe in ignem prae doloris magnitudine se iactare vellet, ad sanctum Adelphum in carro deducta est ibique per omnia sospitatis salubre recepit auxilium. Quaedam puella de partibus Winidorum advenerat et per annum maligni spiritus vexatione ita cruciabatur, quod etiam teneri non posset. In quam cum quidam adolescens manum misisset, ut eam constringeret, manum retrahere non valuit, donec iussu astantium ad sanctum Dei acceleravit, ibique manus eius, quae constricta erat, erecta est. Turibulum etiam ad fumandum miserrimum allatum est; sed cum presbiter in carbones pene extinctos sufflaret, scintilla de turibulo egressa prope altare stantem, cunctis videntibus, candelam incendit. Item quaedam femina palpando adducta, videndo et gaudens est reducta. ((22) Oct. 28?)

11. Quodam tempore cum fratres ad vespertinum officium persolvendum processissent, lampas cum oleo ibidem dependens lumine divino inflammata est. Quaedam mulier de Sarburgo[12] illic etiam illuminata est. . . . . . . ((24))

12. . . . Mulier quaedam paupercula de villa quae Hoffelden[13] dicitur duos denarios per quendam vicinum suum misit, ut sibi necessaria compararet. Quos cum ille per negligentiam perdidisset et ideo infecto negocio cum ingenti tristicia rediret, praecipue cum mulieri fere nihil amplius reliquerit, nec ipse per quod dampnum restituere posset habuerit, sicque quidnam agere deberet animo revolveret, ad quoddam venit pratum, ibique genibus fixis, Dei et sancti Adelphi misericordiam et solatium super hac re postulavit statimque deorsum respiciens in herba nummos quos perdiderat reperit; quos etiam ad sancti ((25))

a) Regnisindis *ed.*

1) Buchsweiler. 2) Ottersweiler prope Zabern. 3) Schiltigheim prope Strassburg. 4) Prinzheim? 5) Friedolsheim a Zabern in orientalem et meridiem. 6) Prope Buchsweiler. 7) Freistett in territorio Badensi a Kehl in septentrionem. 8) Hirschland. 9) Illkirch ad Ill fl. prope Strassburg. 10) Still prope Molsheim. 11) Romansweiler prope Wasselnheim. 12) Saarburg ad Saar fl. 13) Hochfelden.

Adelphi ecclesiam portavit. Quidam de villa Rotbach[1], cum esset caecus, per Dei sanctum recepit visum. De Gengenbach[2] mulier surda venit, quae auditum recepit. Quidam nauta de Ferstat Trobertus nomine cum quibusdam, eo quod ad sanctum Adelphum ire vellent, dum eos navigio transmittere derogaret, vindictam propter hoc expertus divinam, cum aliis, licet invitus, ire coactus, et poenitentiam de iniuria sancto Dei illata agens, gratiam Dei et ipsius electi Adelphi, quam superbiendo perdiderat, se humiliando recuperabat. Mulier quaedam de Buthenhem[3] a daemonio liberata est. Alia mulier de Wimenawe[4], fere duorum spacio annorum clauda, sed ad sanctum Adelphum portata, sanata per se ipsam pergebat ad propria. Item alia mulier de Vendenheim[5] auditum, quo diu caruit, ibidem recepit. Alia quaedam mulier, quam pater ipsius claudam ad sancti Adelphi reliquias portavit, sana redivit. Quidam de Rumilvingen etiam claudus iuxta criptam sancti Adelphi per septem ebdomadas iacebat, postea, restituta sanitate, ad propria remeavit.

(26) 838? Aug. 29. 12. In die festivitatis eiusdem dilecti Dei Adelphi, quae facta est secundo translationis eius anno, multa per eum facta sunt signa. . . . Quidam de Rimilingen a nativitate mutus ibidem loquelam accipere meruit. . . . Quaedam mulier de villa in partibus Alsatiae Rodeshem[6] vocata per quattuor annos tanta aegritudine laboravit, quod nec etiam domum egredi potuit; quae in curru posita venire coepit, et cum ad sanctum Adelphum appropiaret, sana facta est et propriis pedibus remeavit. Alia mulier de Sarburgo netum in manu dextra cum fuso tenuit et sinistra alabrum coepit circumvolvere, sed nescio quo eius peccato, sive ut opera Dei et sancti Adelphi manifestarentur per illam, utrumque manibus ipsius adhaesit. . . . Quaedam mulier de Spirekowe trium annorum spacio debilis existens, cum illuc deduceretur et iam appropinquaret, quasi miliario uno distans ab eo, in quo sanctus Dei quiescit loco, statim sanata est.

(26) Haec de signis et prodigiis, quae per dilectum suum Adelphum Dominus operatus est, plurima, sicut praediximus, tum propter brevitatem, tum propter incredulitatem, quomodo videlicet septem mortuos resuscitavit, et multa alia omittentes, prout expeditius potuimus, perstrinximus. Solet enim ex huius temporis hominum fragilitate contingere, ut, quae modo fieri non vident, aliquando facta fuisse, non facile credant.

(27) 1197. Post multos etiam annos gestum est in basilica ipsius insigne prodigium, quod convenit audire devota mente aures fidelium. Nam eo tempore, quo Henricus reverende memorie Romanum rexit imperium, ortum est inter fratrem prefati imperatoris, Othonem scilicet, et Conradum Argentinensem presulem impaciens prelium[7]. In quo comes Otho multitudinem militum congregavit ac adversus fratrem episcopi Huneburg[8] properavit. Cum vero in presentem villam venisset et hic multas opes reperisset, placuit sibi, ut istic exercitus pausaret, donec sequens dies adproximaret. Huic exercitui quidam diaboli cliens intererat, qui multa peccata, ut in sequentibus patebit, commiserat. Hic dum sancti Adelphi ecclesiam cum sociis suis spe prede circuiret, contigit, ut ferreum hostium, quo preciosus thesaurus corporis ipsius claudebatur, inveniret. Quod cepit irreverenter ac sine pavore pulsare terribilique voce clamare. Quod videns quidam fidelis presbyter nomine Ulricus, eiusdem ecclesie canonicus, sancti pontificis patrocinium invocavit ac deinde, ne pateretur dispendia, hostium clave reseravit. Ille vero, dum nihil invenisset, quod manus eius rapere potuissent, egressus monasterium, repente cepit furere necnon et proprias manus more canis ossa rodentis rodere. Vultum etiam miserabiliter dilaniavit seseque in sanctum Adelphum peccasse proclamavit. Insania igitur hec in illo non diu duravit; nam die sequenti spiritum exhalavit. Comes igitur cum militibus suis, cum comperisset, quod ille tam cita atque crudeli morte periisset, ipse et alii non pauci penitentiam de peccatis suis egerunt multaque que abstulerant reddiderunt. Taliter hoc signum, Deo teste, est peractum, et ideo monasterium eius tunc et post hec 1198. longum tempus a predonibus mansit intactum et illesum. Nam sequenti anno advenit exercitus Suevorum[9], qui destruxere circumquaque loca sanctorum; sed nullus accessit ad eius monasterium nec ad loculum, pariter metuentes incurrere mortis periculum. Innumerabilia quidem et alia signa pietas Domini per eum in Argentinensi civitate multocies dignata est facere, sed ego non spero, me ad cuncta dictanda posse sufficere. Hec autem scripta sunt, ut sciatis, quante virtutis sit apud Deum et potestatis. Patratum est igitur istud signum anno ab incarnatione Domini milesimo centesimo nonagesimo septimo, regnante Christo rege piissimo, qui est rector universorum regnorum per omnia secula seculorum. Amen.

1) Rothbach prope Ingweiler. 2) In Badensi territorio ad Kinzig fl.? 3) Boozheim prope Markolsheim? 4) Wimmenau. 5) Vendenheim prope Strassburg. 6) Rosheim. 7) De Ottonis palatini comitis Burgundiae cum Conrado II. episc. Argent. contentionibus v. Winkelmann, 'Philipp v. Schwaben' p. 13. 45. 8) Hünenburg castrum prope Neuweiler. — Cf. Chron. Ebersheim. c. 35, SS. XXIII, p. 448: *Interea frater Philippi Oddo dictus de Anelant partibus Alsatie se dedit invasorem et sine obstaculo dimicans ad castrum quod dicitur Hunenburc venit et ibi fratrem Conradi episcopi Argentinensis . . telo traiectum occidit.* 9) De expeditione Philippi regis contra Conradum II. episc. Argent. autumno a. 1198. in Alsatiam facta v. Winkelmann, 'Philipp v. Schwaben' p. 135.

EX ERMENTARII MIRACULIS S. FILIBERTI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Nortmannis Herium insulam Galliae littori oceani Atlantici adiacentem crebris invasionibus vexantibus, monachi abbatiae S. Filiberti in eadem insula sitae coenobium suum deserere et ad Deense coenobium effugere coacti sunt. Demum a. 836. *etiam corpus patroni sancti ex insula ad novam sedem transtulerunt. Quae in hac translatione et in novo domicilio facta sunt crebra miracula iussu Hilbodi abbatis Ermentarius monachus S. Filiberti*[1] *a.* 837. *exeunte vel primo spatio semestri anni* 838.[2] *conscripsit. Cum vero etiam nova haec sedes monachis parum tuta videretur, Ermentarius Vitam S. Filiberti a monacho Gemmeticensi olim conscriptam et suum libellum Miraculorum, epistola et versibus, in quibus nomen suum prodit, praemissis, a.* 840, *mense Iulio vel Augusto, vel, quod maluerim, a.* 842.[3] *ad Hilduinum abbatem S. Dionysii*[4] *misit, rogans, ut ille a Karolo rege novum locum monachis S. Filiberti impetraret. Quem quidem tunc, Hilduino abbate paullo postea defuncto, non sunt nacti.*

Postea vero a. 847. *Deensi coenobio a Nortmannis combusto, monachi Conaldum, quod monasteriolum a.* 845. *a Carolo obtinuerant, recesserunt et illuc a.* 857. *corpus sancti patroni transtulerunt; quod denique a.* 862. *Mesciacum delatum est. Tunc Ermentarius, iam abbas vagae congregationis S. Filiberti, ut videtur, constitutus*[5], *a.* 863.[6] *alterum librum composuit, partim miracula in Deensi*

1) *Gemeticensis* scripsit Mabillon, Acta II, p. 816, nonnisi leviter memoria lapsus. 2) Narrat I, 69. miraculum a. 837, Aug. 20. factum et I, 1. de Pippino rege Aquitaniae, qui a. 838, Dec. 13. obiit, ita loquitur, ut eum tunc vixisse appareat. Porro ibidem Lotharii, Pipini, Ludovici, filiorum Ludovici Pii, a. 836. regnantium mentionem facit, Karolum, qui a. 838, Sept. rex coronatus est, non commemorat. Quem si regem esse iam cognovisset, cum scriberet, haud dubie hoc notavisset, cum in epistola ad Hilduinum abbatem postea data dixerit: *Nomen denique Caroli gloriosissimi regis nostri idcirco in miraculorum praefatiuncula inter fratres tacetur, quia, quando haec gesta fuerunt, in aula regia puer nutriebatur.* Inter a. 837, Sept. et 838, Aug. igitur liber I. Miraculorum compositus est. Cf. etiam quae prologo libri II. annotavi. 3) Hilduinus a. 840, Sept. a Karolo rege ad Lotharium imperatorem illi bellum inferentem defecit (Nithard. II, 3), et in hac re eius postremo mentio fit. Obiit die 22. Nov. a. 841. vel 842, cum a. 843. successor eius Ludovicus occurrat. Nisi statuere vis, epistolam Ermentarii paulo postquam Ludovici Pii obitus innotuit datam esse, quod vix credendum est, exea apparet, Hilduinum postea in gratiam Karoli receptum esse, apud quem plurimum valere et secundum locum post eum tenere dicitur. Sane probabilius videtur, hanc epistolam a. 842. scriptam esse, postquam mense Iunio inter fratres aliquatenus compositum est, cum iam certius constaret, Galliam Karolo remansuram. 4) Ermentarius quidem non dicit, Hilduinum huic abbatiae praefuisse. Quia vero eum abbatum summum appellat, et eo tempore non alius abbas eiusdem nominis in regno Karoli eminuerit, abbatem S. Dionysii haud dubie alloquitur. 5) Ut Falco in Chronico Trenorciensi c. 22 (ap. Juenin p. 18) scribit, Ermentarius post Axenium abbas electus quinque annis sedit. Quo anno electus sit, non constat. Falco c. 21. quidem dicit, translationem a. 862. Axenii abbatis tempore factam esse, in his vero parum fide dignus est, quippe qui c. 18—21. ex Miraculis S. Filiberti sumpserit, praeter haec solo catalogo abbatum, ut videtur, usus; qui falso translationem a. 857. sexto anno Axenii factam esse dicat, cum tamen Hilbodus, praedecessor Axenii, etiam a. 854. superstes fuerit, quo in duobus diplomatibus Karoli occurrit. Immo cum in narratione translationis a. 862 (II, 12) Ermentarius nullius abbatis mentionem faciat et prima persona pluralis in narrando utatur, ipse tunc congregationi praefuisse videtur. 6) Ut ex II, 8. patet, ubi dicit, se retulisse quae per 27 annos, ab a. 836. videlicet, gesta sunt.

monasterio acta, quae vero primo libro omiserat, partim in Herio insula ante a. 836. gesta, partim quae in translationibus a. 857. et 862. patrata sunt enarrans.

Pauca quae ex his duobus libris excerpsimus ex editionibus inter se collatis sumpsimus. Quarum primam dedit P. Chifflet in Historia abbatiae Trenorciensis[1]*, mihi non visa; sed eandem, codicibus collatis, repetivit Juenin, 'Nouvelle histoire de l'abbaïe de St. Filibert et de la ville de Tournus', Dijon 1733, inter probationes p. 40. 51—79; denuo recensuit codicibus collatis Mabillon*[2]*, Acta II, p. 817. IV, p. 539—560. Et eius editionem recudi fecit Guill. Cuper*[3]*, Acta SS. Aug. IV, p. 81—95. Excerpta dedit Bouquet VI, p. 307 sq. O. H-E.*

Hilduino abbatum summo sit vita salusque,
Sit felix vita, gloria perpes! Amen.
Tu meritis almi fultus valeas Filiberti,
Vitam et virtutes cuius habenda cape!
Sis memor, oro, sui, nostri quoque sis miserescens,
Utque tui ille memor sit, memor esto sui!
Ille preces pro te Dominum fundendo precetur,
Ut felix vivas et iugiter vigeas.
Tu quoque posce pium regem Carolum reverenter,
Quo nobis tandem det miserando locum.
Vive diu felix, gaudens per tempora multa!
Ermen- enim vester -tarius ista cupit.

Vitam beati Filiberti atque miracula in eius translatione declarata, quae[4] ego tunc temporis tirunculus minus culto composui stilo, claritudini vestrae mittere curavi, quatenus talia recolentes de eius iterum transpositione consideretis, quia, sicuti optime nostis, propter Normannorum infestationem a nullo ei praebetur officium, praesertim cum nec ibi consistere nec alicubi locum, quo transferri possit, obtinere valeamus. Si vero hoc negotium vestro peractum fuerit adiutorio — potestis namque id facillime perficere, si posse comitatum fuerit velle; secundum quippe post regem locum in omnibus tenetis —, vobis quam maxime non modo inpraesentiarum, verum etiam in futurum prospicietis. Nomen denique Caroli gloriosissimi regis nostri idcirco in miraculorum praefatiuncula inter fratres tacetur[5], quia, quando haec gesta fuerunt, in aula regia puer nutriebatur, erudiebatur, instruebatur. Igitur si vestra benignissima suggestione eiusque liberalissima largitione ammonita effectum obtinuerint, sequens libellus, qui iam dicti confessoris miracula quae supersunt vel quae adhuc, ut creditur, pandentur continebit, vestro assignabitur nomini. Gratum sane iudicavi sagacissimum vestrum petitum ire ingenium, ut, si secus ac decet perspicacissimus in his vester inspexerit intuitus, non mordaci, sed leni poliatur pumice.

Ut valeas iugiter, Dominum deposco frequenter,
Supplico suppliciter, ut valeas iugiter.

EX LIBRO I. MIRACULORUM.

1. Miracula, quae omnipotens ac piissimus Deus ostendere dignatus est, cum corpus beatissimi Filiberti ab Herio[a, 6] oceani insula illum in locum transferretur, qui antiquo vocabulo Deas[7] nuncupatur, scribere cupiens, necnon et illa quae in eodem loco caelitus acta coram positi vidimus seu quae a fidelibus veraciter relata cognovimus pandere sata-

a) Hero *J.*

1) In hanc abbatiam nempe (Tournus, ad Arar fluvium) a. 880. Geilo abbas corpus S. Filiberti transtulit, ibidemque vagi monachi sedem invenerunt. 2) Qui libro titulum translationis indidit, sed Ermentarius miracula se scripsisse ter profitetur. 3) Qui se codices 'nostros', i. e. societatis Iesu Antwerpiensis, contulisse dicit, sed uno tantum loco lectionem depravatam ex codice 'nostro Belfortiano' affert. 4) Scil. Miracula sola. Vitam transmisit a monacho Gemmeticensi olim conscriptam, quae incipit: *Inclytus ille arbiter.* 5) I, 1, ubi tres reliqui filii Ludovici Pii regnare dicuntur. 6) Noirmoutier nunc dicta. 7) St. Philbert de Grandlieu (dép. Loire-inférieure) ad lacum de Grandlieu.

gens, primo totis viribus ipsi omnipotenti ac piissimo supplico Domino, ut, qui tanta mirabiliter confessoris sui meritis dignatus est demonstrare, dignetur etiam mihi ad ea explicanda sermonem conferre.

Sed priusquam haec aggrediar, operae pretium fore credidi, si[a], quid causae extiterit, ut ab eo loco quem prae caeteris coluit, ubi etiam Deo animam, terrae corpus reddidit, transferri debuerit, intimarem. Quod quamvis praesentibus pene omnibus sit notum, propter eos tamen qui futuri sunt dicam, quia[b] istius rei impedimentum Nortmannorum subitanei atque improvisi occursus fuere; qui cum ad praefatae insulae portum saepius convolarent eamque, utpote gens admodum effera, acerrime subinde devastarent, exemplum sui domini insulani secuti, elegerunt magis fugae subsidium quam quotidie proprium operiri exterminium, et hoc qualitate temporis exigente. Aestivo quippe tempore, quo navigandi arridet temperies, Deas monasterium, quod ob hoc fuerat constructum[1], petentes, hiemis tantummodo tempore Herium[c] insulam repetebant[2]. Tali namque discrimine monachis, ipsius videlicet loci incolis, eorumque familia laborantibus, coeperunt pericula addi periculis, et crebris Nortmannorum accessibus praedicti insulani non modo deterreri, verum etiam suorum dampna perpeti ac nimiis tribulationibus affligi. Re enim vera hoc quam maxime pertimescentes erant, ne beati Filiberti sepulcrum perfidi homines effoderent et quae intus invenissent hac illacque dispergerent vel potius in mare proicerent, quemadmodum in partibus Britanniae de cuiusdam sancti viri cineribus noscuntur egisse, sicut ab illis qui hoc viderunt et ab eorum gravissimo dominio fuga elapsi sunt nobis relatum est. Enimvero, quoniam[d] persecutionem pax solet subsequi — Dominus enim non derelinquit sperantes in se, qui suis ait discipulis: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* —, allegandum est tandem aliquando, quo fine vel tempore iam dicta insula a tanto patrono expoliata et a generali sit habitatione monachorum derelicta[3]. Nolo tamen mireris, cur persecutionem pacem subsequi dixerim. Nimirum non modica pax[e] nobis esse videtur, quia tali in loco collocatum sanctissimum[f] habetur corpus, ubi die noctuque sine barbarica infestatione Domino famulari suis conceditur servulis. Matth 28,20.

836. Anno igitur incarnationis domini ac redemptoris nostri Iesu Christi octingentesimo trigesimo sexto, indictione quarta decima, Ludovico vero gloriosissimo imperatore vicesimo et tertio regni sui anno feliciter imperante, filiisque eius Lothario Italiam, Pippino Aquitaniam, Ludovico quoque Noricam divina protegente clementia regentibus, Hilbodo etiam venerabili abbate gregem praefati confessoris Christi Filiberti Domino favente secundum regulam sancti Benedicti gubernante, cuius iussu ego, non dico operibus, sed etiam verbis omnium suorum infimus monachorum, haec narranda suscepi, cum repentini atque intempestivi, veluti dictum est, Nortmannorum minime cessarent occursus, praedictus pater Hilbodus, qui propter ipsam perfidam gentem in memorata insula castrum condiderat, una cum consilio fratrum suorum regem adiit Pippinum, suggerens eius celsitudini, quid super hoc decernere vellet. Tunc vero gloriosus rex suique optimates — generale siquidem regni sui placitum existebat — istiusmodi rem sollerti cura pertractantes, nequaquam ibi auxilium pugnandi assidue administrari posse repererunt, scilicet quia ipsa insula, ledonibus[4] maxime impedientibus, non semper accessibilis esse potest nostratibus, cum Nortmannis cunctis temporibus, quibus mare tranquillatur, inaccessibilis esse minime dinoscatur. Sed elegerunt re vera quod salubrius esse iudicaverunt. Annuente quippe Pippino serenissimo rege, pari consensu omnes ferme Aquitaniae provinciae episcopi, abbates, comites caeterique fideles, qui illic adfuerunt, insuper et alii quam plures, qui hoc scire potuerunt, decreverunt, multo melius fore, beati Filiberti corpus inde transferri debere quam ibi derelinqui; quod effectum esse constat anno incarnationis domini nostri Iesu Christi supra scripto. Sed esto! Nunc ad eius miracula digerenda stilum vertamus.

a) *deest M.* b) quod *J.* c) Herum *J.* d) quomodo *J.* e) n. p. *J.* f) h. s. *J.*

1) Ab Arnulfo abbate, Hilbodi praedecessore; cf. Ludovici imp. diploma datum a. 819, Mart. 16, Reg. Imp. I, nr. 667, ubi: *propter incursiones barbarorum, qui frequenter ipsum monasterium depopulantur.* 2) Cf. eiusdem diploma datum a. 830, Aug. 3, l. l. nr. 846. 3) Cf. Ann. Engolism., SS. XVI, p. 485: 834. *mense Iunio Herus insula a generali monachorum habitatione destituitur;* inter quos et nostri relationem quandam affinitatis rationem intercedere, facile animadvertitur. Chron. Aquit., SS. II, p. 252, falso ad a. 830. 4) Id est maris aestuationibus. MAB.

836. Iun. 7. 2. Suffosso igitur septimo die Iunii[1] mensis sepulturae loco, cum ipso venerabili tumulo elevatur cum laudibus[a] sanctissimum corpus, ponitur in navi, circio flante, cursu citissimo fertur ad portum qui Furcae vocatur. Inde vero sacerdotum, levitarum simul ac monachorum humeris elevatum[b] ad Ampennum suam defertur villam atque in ecclesia collocatur. . . . . . .

c. Iun. 10. 10. Interea elevatur[2] gratissimum onus humeris sacerdotum, levitarum simul atque[c] monachorum. Egreditur inde cum magnis laudibus, tenditur ad locum qui Varennae[d] vocatur, iuxta quem fixis tentoriis c. Iun. 11. noctem illam transegimus; sed antequam illuc perventum esset, quid in itinere actum sit, narrabo[e]. . . . . .

17. His ita patratis, noctem, ut supra dictum est, transmittentes, cum aurora tenebras caelo depulisset, sole iam altius adscendente, choris psallentium[f] praeeuntibus, atque universo agmine subsequente, tendimus ire ad locum receptioni praeparatum, qui Palus nuncupatur; ibi namque tentoria fixa erant. Cumque illuc pervenissemus, deponitur ibidem tumulus cum gratissimo pignore. . . . . . .

c. Iun. 12. 25. Tum denique sole oceano ruente, nocte decursa, aurora diem porrigente, discessum est istinc et ad Deas monasterium[3] properatum est. Igitur cum monasterium ingressi fuissemus atque in medio ecclesiae, quae est[g] instar crucis constructa, scalam cum sacro tumulo, in quo sanctissimum corpus habebatur, deposuissemus, turbis undique confluentibus atque ingredi cupientibus, inseruit se illis quidam latrunculus, qui praeterita in[h] nocte fasciolam cuiusdam furto subducens in sinu gestabat absconditam. . . . . . .

29. Interdum[4] venerandum sepulcrum cum sacratissimo pignore de scala deponitur et in dextro cornu ecclesiae, quae, sicut diximus[5], in modum crucis constructa est, collocatur, atque in sinistro latere ecclesiae scala ipsa appenditur. Non enim ad sepulturam capiendam fundamenta ipsius ecclesiae apprime iacta fuerant; sed postea a praedicto Hilbodo venerabili abbate, pariete primae frontis disiecto, et quidquid altitudinis est crucis funditus everso, copiose extensa[i], atque locus sepulturae mirifice est transvolutus, tribus perinde absidis circumcirca adiectis. Haec de ecclesiae adiectione dicta sint. Sed redeamus parumper[k] unde discessimus.

30. Non magno quoque evoluto temporis curriculo, curritur undiqueversum ab omnibus, curritur, inquam, certatim ad huius sancti limina ab omni sexu, omni gradu omnique aetate. Dubitatur, utrum femineus sexus[l] cum ceteris fidelibus admitti debeat necne, utpote cuius frequentatio, postquam monachi[m] ibi habitare coeperant, nulla omnino extitisset. Decerniturque saniori consilio, quatenus accessus eis communis tribuatur usque ad expletionem unius anni, id est a festivitate ipsius sancti, quae vigesimo mensis Augusti die celebratur, usque ad eandem vertente anno festivitatem; atque ita contributum est.

837. Aug. 20. 69. Volvitur interea annus, et populi pene innumeri ad huius sancti confluunt festivitatem. Adest copiosus sexus femineus, gaudens de tanto patrono dolensque de sui ingressus prohibitione. . . . . . .

72. Accessu vero feminarum prohibito, figitur crux in signum longiuscule a forinseca monasterii porta, quousque uterque sexus admitti debeat, causa scilicet negotii, quia ibidem nundinae exercentur; in quibus, quid quadam die acciderit, dicam. Plebeia namque multitudo oratum ad sacrum venerat sepulcrum, votisque completis, reverti cupiebat. Tunc unus e turba tabernam ingressus est, ut sibi vinum emeret. Venumdabatur enim, nisi fallor, illis diebus sextarius vini uno denario. Emptor vero nonnisi dimidium sextarium emere volebat, sed integrum, non dimidium habebat denarium. Convenit autem inter illos, ut venditor integrum acciperet denarium et daret emptori unum dimidium denarium et vini dimidium sextarium. Sed qui vendebat non bene suo intendens negotio, sextarium vini et dimidium dedit denarium. Emptor namque haec considerans, noluit innotescere venditori; sed abiens ad prandium, vinum cum suis ebibit. At ille qui dampnum patiebatur in semet reversus, intellexit, se plus vini quam debuerat dedisse, insuper et pretium reddidisse; qui parumper expectans, revertitur idem vir cum ipso dimidio denario, postulans pro eo iterum sibi vinum dari. Tunc[n] ille qui[o] proximo in negotio deceptus fuerat: 'Bene', ait, 'tibi iocaris, amice; non enim tuum, sed meum adfers; tulisti quippe meum et vinum et pretium'. At ille coepit cum iuramento affirmare, nonnisi suum detulisse, atque ad ultimum tali se vinculo, nullo cogente, devinxit: 'Non placeat', ait, 'beatissimo Filiberto, si verum est quod in me dicis, ut hinc mecum vinum quod bibi deferam'. Nec mora, vix citius[p] hoc dicere potuit, quam cum dedecore quod iniuste potaverat coram omnibus reiceret; potu siquidem vacuatus, dimidium reddidit denarium et confusus abscessit. Perpendant hinc qui nomen omnipotentis Dei in vanum assumunt, quid mereantur, cum sancti confessoris nomen tanti valuerit.

82. Eodem vero tempore contigit, a partibus Britanniae naves ad iam dictum portum qui Furce vocatur negotiandi gratia devenisse. Sed inter negotiandum viri tantum unius navis, gubernatore nesciente, partim furando, partim emendo, et hoc cleptim[6] ex plumbo beati confessoris, quod in ipso portu custodiebatur, quodque etiam propter Nortmannos a saepe dicta insula elatum fuerat, non modicam subripuerunt partem. Negotio quippe expleto, cupiunt reverti; sed vento cessante secundo, detinentur quinque diebus. Sexto denique adveniente die, subsolano leniter flante, funibus solutis, parant iter aggredi,

a) *al.* gaudio *M.* b) elatum *J.* c) ac *J.* d) Varinnae vocitatur *J.* e) narrem *J.* f) psallendo *J.* g) i. cr. constr. est *J.* h) *deest M.* i) atque cop. extenso *M.* k) u. p. *J.* l) *deest J.* m) ibi mon. *J.* n) Tum *J.* o) quia *J.* p) hoc c. *J.*

1) A. 836, Iun. 7. etiam Ann. Engol. et Chron. Aquit. l. l. et Ann. Normann., SS. XXVI, p. 494 sq., adscribunt translationem S. Filiberti. 2) Circa Iun. 10. hoc factum esse ex praecedenti miraculo apparet, ubi: *tertius namque adfuerat dies*, videlicet postquam Ampennum advenerunt, ut videtur. 3) Deé sur la Boulogne, dioec. Namnetensis. 4) Id est *Interea.* MAB. 5) C. 25. 6) Id est *furtim.* MAB.

navibusque in altum deductis, adveniunt, velint nolint, ad nostrae insulae portum qui Concha[a] nuncupatur, iactisque anchoris, vento quiescente, consistunt. Demorantur nihilominus istic novem dies. Dantur vero eis ab insulanis quae necessaria erant ad comedendum vel bibendum veluti alienigenis. Non enim ex suo comedere poterant commercio; annonam quippe non[b] attulerant, sed sal tantum deferebant. Decimo autem die sole oriente subsolanus pariter consurgit. Nautae vero gaudentes sublevant cornua antennarum dantque carbasa vento. Cumque longius a terra separati fuissent, subsolano cessante, ab austro africo ad quandam Britanniae insulam cui Bafus nomen inditum est deportantur, ibique, quia prosperum flatum non merentur, diebus septem detinentur, et hoc merito. . . . . . . Octavo autem die, flatu surgente secundo, credunt se mari. Cumque, vento uberiore impellente, cursu celerrimo spumigeros montes sulcante carina, altius naves sese extollerent, ostenditur eis non tantum mirabile quantum terribile signum. Proreta namque, qui in prima erat navi, iter subsequentium observans navium, ne in arenas[c] inciderent, cernit repente equitem adversum se tria gerentem spicula cum tanto impetu ac tanta potentia equo emisso currere, ut omnes perimendi vel etiam demergendi habere videretur potestatem; quem nullum alium nisi sanctum credidit esse Filibertum. Hoc quoque impetu facto, proreta tantum, qui furti erat conscius, intuente, disparuit eques, atque subsolano compresso, circio spirante, revertuntur ad litus Bafi insulae, unde discesserant. Nautis vero animo consternatis et quid agerent nescientibus — nullus quippe furtum, nisi tantum qui illud perpetraverant, sciebat —, eadem nocte beatus Filibertus cuidam viro in ipsa insula, qui multo contractus permanebat tempore, apparens in somnis: 'Surge', ait, 'o iuvenis, in nomine Domini sanus esto, et vade, dic illis Britannis, quia meum plumbum, quod furati sunt, deferre secum non debent; et hoc illis in veritate dixeris, quia, quousque reddatur illud, flatum prosperum habere patriamque adire non poterunt'. Dato denique die, surgere homo[b] a lectulo festinat, sed veluti inscius ambulandi, gressu titubante, baculo tamen suffultus, pergit ad ecclesiam ipsius insulae et visum quod viderat presbytero illic commanenti innotescit. Aufertur omnis scrupuli dubitatio, ut nihil obstet ita credi, praesertim cum claudus sanus effectus[d] talia referret. Pergit itaque cum presbytero qui sanus effectus fuerat ad naves Britannorum; dat sacerdos[e] eis sermonem praedicationis, intimat vir[f] de furto in eorum navibus absconso. Mora posthabita, scrutantur omnium naves, inveniuntur apud unam quam plures plumbi crustae, redduntur presbytero; dant Britones confessionem, agentes facti poenitudinem. Redditur eis ventus, redeunt ad diu optata litora. Presbyter vero ille crustas plumbi in fusiles vertens massas, ab ipsa insula navibus portum nostrum adeuntibus transmittere curavit, et qualiter sancti confessoris merita in contracto ostensa fuerint, narrari iussit. De Britannis vero ita se res habet. . . . . .

83. . . . . . . His itaque breviter digestis, non quod miracula defecerint, finem facimus loquendi, sed quia multiplicia exstant, et beatissimi Filiberti nondum transpositum est corpus. Ideo sequenti adnectenda sunt operi sive quae nostris diebus, exceptis supra scriptis, seu etiam nonnulla, quae olim[g] sicut ab antiquis, quae nullo tenentur scripto, referuntur miracula, necnon insuper ea quae in eius transpositione Domini pietas dignabitur, sicut credimus, operari. Supplico praeterea omnibus qui haec forsitan, non propter stili nitorem, sed propter almi confessoris amorem, lecturi sunt, ut eius precibus apud piissimi Domini misericordiam peccaminum meorum veniam impetratum iri[h] precentur, cuius meritis me novi tertio tertianis et semel quartanis liberatum typis, domino Iesu Christo pro nobis nato atque in carne passo praestante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

EX LIBRO II. MIRACULORUM.

Qui virtutum insignia praeclaraque miracula in praecedente libello, quem de beati Filiberti virtutibus, etsi minus digne, ut debui, prout tamen tunc temporis poteram, composui, et in sequenti pollicitus fueram[1] ea quae supererant, seu etiam quae divina dedisset virtus, me scripturum, cogor non tam miracula, pro dolor! quam pene cunctorum occidentalium regnorum pandere aerumnosa discrimina. Non enim seriem rationis rite conservare poterit oratio, nisi temporum fuerint protelationes relatae. Neque vero Hildoino, qui dudum obiit[2], sicut pollicitus fueram[3], sed cuilibet scire cupienti ista scribuntur. Cum enim Redemptoris omnium Christi incarnationis 800. et tricesimus sextus volveretur annus, paxque Ludovico imperante aliquantula arrideret, atque immensis populorum gaudiis translatio iam dicti confessoris, sicuti digestum est, celeberrime ab omnibus honoraretur, veneraretur, glorificaretur, non multo post, duobus scilicet semis annis decursis[4], praefatus moritur imperator; parique emenso spatio[5], Normannorum naves sexaginta[i] septem repentino Ligeris ingrediuntur alveum cursu, Namnetum capiunt civitatem, episcopum[6]

840.
843.

a) Concha *M.* b) *deest J.* c) aras *J.* d) factus *J.* e) eis sac. *J.* f) intimatur de *M.* g) ol. s. *des. J.* h) impetraturi *M.* i) sexa. . . sept. . . *Ch. J.;* sexag. . . sept. . . *M. Boll.*

1) In epistola ad Hilduinum data, supra p. 295, et c. 83. 2) A. 842, Nov. 22, ut videtur. 3) Cf. epist. ad Hilduinum, supra p. 295. 4) Falsus est hic numerus, si ab a. 836. computatus est; sed forte ab eo tempore exordium capit, quo Miraculorum liber I. desinit, id est aut a. 837. exeunte aut a. 838. 5) Tribus annis plenis post obitum Ludovici Pii, a. 843, mense Iunio. 6) Gunhardum.

clerumque cum maxima populi multitudine in ore gladii trucidant, quod vero restat, captivitati dedunt. Porro successor regni Ludovici imperatoris Carolus extiterat, qui aula in regia nutriebatur, quando supra scripti eius fratres, suo quisque — Lotharius videlicet et Ludovicus, Pippino ante patrem mortuo — potiebantur regno. Sed quia brevitati in talibus studendum est — non enim idcirco id aggressi sumus, ut gesta potius silenda vel deflenda quam miracula sancti confessoris referantur —, fit primo inter supra scriptos discordia fratres, tunc demum inter regni primores. Deinde insurgunt fratres iuniores Ludovicus et Carolus in Lotharium seniorem fratrem; conglobantur horribilia bella veluti intestina; cedit victoria lugubris atque miserabilis iunioribus fratribus; illorum discordia addit vires extraneis; relinquitur fas, pergitur per nefas; deseritur custodia litorum maris Oceani; cessant bella extrinsecus, grassantur intrinsecus; augescit[a] numerus navium, crescit innumerabilis numerus Nortmannorum; fiunt passim christianorum strages, depraedationes, vastationes, incensiones, sicuti, quamdiu saeculum stabit, manifestis patebit indiciis. Capiuntur quascumque adeunt civitates, nemine resistente; capitur Burdegalensium, Petrocorium, Santonum, Lemovicensium, Egolisma atque Tolosa civitas; Andecavensium, Turonensium perinde et Aurelianensium civitates pessumdantur. Asportantur[b] sanctorum cineres quam plurium[c]; fit pene illud quod per prophetam Dominus minatur: *Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terre.* Fugimus et nos in locum qui Conaldus[1] vocatur, in territorio Andecavensi, super alveum Ligeris, quem Carolus iam dictus rex gloriosus propter imminens periculum, antequam Andecavis caperetur, nobis dederat ob causam refugii[2], corpore beati Filiberti adhuc in monasterio quod Deas dicitur relicto, quamvis a Nortmannis incenso[3]. Non enim adhuc Herbidilica tellus[4] a tanto exspoliari patiebatur patrono, quamdiu pars aliqua ibi commorari poterat monachorum.

Deinde post aliquantulos annos innumerabilis pene multitudo navium Nortmannorum ingreditur Sequanam fluvium. Nihil enim illis in partibus minus grassatur malum. Invadunt[5] Rotomagensium civitatem, populantur, incendunt; Parisiorum perinde, Belvacensium atque Melduorum capiunt civitates, necnon Melidunensium devastant castellum; capitur Carnotis; Ebroicas populantur atque Baiocas reliquasque undique secus civitates invadunt. Nullas pene locus, nullum intactum remanet monasterium; omnes fugam arripiunt, rarus est qui dicat: 'State, state, resistite, pugnate pro patria, liberis et gente!' Sicque torpentes atque invicem dissidentes, quod defendere debuerant armis, tributis redimunt, ac christianorum pessumdatur regnum. Hispanias insuper adeunt, Rhodanum intrant fluvium, Italiam populantur[6]. Dum vero tanta ubique domestica et peregrina desaeviunt bella, incarnationis Christi octingentesimus et quinquagesimus septimus defluxerat annus. Et quia spes aliqua remeandi ad propria, quae tamen cassa probatur adhuc esse, nobis inerat, cum huc atque illuc diversis hospitaremur fugitando in locis, corpus beati, sicut dictum est, Filiberti in proprio derelictum erat solo, quia, malis ubique grassantibus, nullum certum obtinere poteramus securitatis locum. Sed cum nullum alicubi vel aliunde praeberetur refugium, non ferentes, quin nobiscum quaquaversum circumferretur sanctissimum corpus, de ipsis prope Nortmannorum manibus rapitur potius cleptim quam transfertur festivis cum laudibus atque in memorato qui Conaldus dicitur collocatur loco, ita tamen ut, cum necessitas incumberet, transferri aliorsum potuisset; quod factum esse constat anno dominicae incarnationis octingentesimo sexagesimo secundo, quando de Conaldo motum ad Mesciacum[d, 7] suam est villam translatum. Ubi quanta gloriosis eius meritis miracula claruerunt, cum ea quae in fine praecedentis libelli superesse diximus scripta fuerint[8], subsequenter adnotata clarescent. Sed quia nec persecutio cessat paganorum, nec volubilitas stare novit temporis, mihique momentaneis minuuntur soles decursibus, iam tempus resque exigit, ut pandantur.

a) augetur *M.* b) Transport. *J.* c) plurimum *M.* d) Messiacum *h. l. M.*

1) Cunault (comm. Trèves-Cunault, arr. Saumur). 2) Carolus Conaldum a. 845, Nov. 18. Viviano comiti Turonensi donavit (Bouquet VIII, p. 480, nr. 57), qui idem monasteriolum congregationi S. Filiberti a. 845, Dec. 27. tradidit (v. chartam ap. Juenin l. l., 'Preuves' p. 82), et hanc donationem Carolus eadem die confirmavit (Bouquet VIII, p. 483, nr. 61). 3) Cf. Ann. Engolism., SS. XVI, p. 486: 847. *Normanni 4. Kal. Apr. Dius monasterium incendunt.* 4) Herbauge pagus Pictaviae, qui Brittanniae adiacet. 5) Ut supra clades civitatibus Aquitanicis compluribus diversis annis illatas, etiam hoc loco comprehendit quae a. 851—862. gesta sunt. 6) Quae a Sarracenis a. 845—852. gesta sunt ad Normannos referre videtur. 7) Messay (dép. Vienne, arr. Loudun). 8) C. 83.

1. Cum vero de Hero Oceani insula ad Ampennum villam, indeque per Variunas ad locum qui Palus dicitur ventum esset, atque hinc Deas monasterium cum sancto fuissemus, sicuti relatum est, pignore ingressi, tanta utriusque sexus adfuit populi multitudo, ut innumerabilis esse penitus censeretur. . . . . . .

5 8. Iam vero quia quae recordari potuimus — multa quippe per septem et viginti annos a memoria recesserunt — retulimus, restat, ut illa quae veterum relatione in Hero insula gesta fuisse didicimus, innotescant[1]. . . . . . .

9. Dicitur etiam vera relatione, quod Britannorum classis numerosior ad nostrae insulae portum qui Conca dicitur venerit causa praedationis; cumque armati de navibus prosilivissent[a], tanta inter se 10 mutua caede bachati sunt, ut nullus praeter unum evaderet, qui haec insulanis nunciaret; sicque Christi miseratione ac sancti meritis confessoris, qui praedari atque devastare ceteros cupiebant, invicem dimicantes perierunt.

10. Narratur insuper, quod navis Saracenorum, cuius tanta aestimabatur magnitudo, ut murus pene ab intuentibus putaretur, ad Oiam[2] venerit insulam; quae cum in ea quidquid voluisset explesset, voluit 15 devenire ad nostrae insulae portum; et cum iam medium esset iter emensum, tanta avium multitudo in nostro consedit[b] litore, quanta numquam, ut fertur, alicubi visa fuit aliquando; quas Saraceni intuentes, nihil aliud quam innumerabilem crediderunt esse bellatorum exercitum, talique territi visione retrorsum abeuntes, non ausi sunt nostram adire insulam. Haec tria quae relatione veterum miracula didicimus hunc habeant in nostro opere locum.

20 11. Nec inconveniens esse reor, si narrem, qualiter duobus[3] antequam ab Hero insula sanctissimum transferretur corpus annis a nostratibus contra Nortmannos in ipsa pugnatum est insula, vel quomodo cuidam in Corbeia monasterio per visum revelatum esse dignoscitur. Accidit, ut quidam ex nostris illuc pergeret monachus. Cumque sancti Filiberti festivitatem, quae decimo tertio Kalendarum Septembrium celebratur die, nocte eadem celebriter coluissent monachi, mane iam facto, venit eiusdem mona- (835. Aug. 20.) 25 sterii monachus ad illum, qui nostra de parte illuc venerat, monachum illique ait: 'Volo unanimis scire te, frater, quia hac fui in vestra insula per visionem nocte'. Tunc demum retulit illi situm insulae, monasterii positionem, sicut ei per somnum ostensum fuerat et sicut revera sese res habebat, addiditque: 'Et ut vere scias, quia vera sunt quae dico: vidi hac nocte nuntium de portu advenisse maris, qui novem Nortmannorum adesse nuntiaret naves. Tunc sanctus Filibertus de proprio consurgens tumulo, 30 sicut mihi videbatur, vestibus indutus candidissimis, aureum ferens dextera evaginatum manu mucronem, multitudine dealbatorum subsequente, exiit per occidentalem monasterii castelliquec[c] portam; et cum ad portum qui Conca[d] dicitur quantocius properaret, invenit multitudinem Nortmannorum, qui armati ad monasterium festinique pergebant. Nec mora, sub unius horae curriculo omnes sanctus perimit Filibertus ac deinde monasterium revertitur atque in suo se collocat tumulo. Et mihi indubitanter crede, 35 quia hodie in vestra insula contra Nortmannos pugna peracta victoriaque est a vestris consecuta'. Quod ita contigit evenisse[4]. Ipsa denique festivitatis eius die de novem navibus, hora etiam nona pugna inchoatur, quae vespere finitur, in qua quadringenti octoginta et quatuor ceciderunt Nortmanni, uno tantum ex nostris corruente, equis quam pluribus interfectis, equitibus nonnullis vulneratis. Haec ita esse, qui interfuit narratum iri censuit.

40 12. Abhinc quae in Mesciaco seu in itinere, cum illuc iretur, ostensa sunt miracula ordinatim breviterque adnotata subsequantur. Gratum tamen esse credo, si primitus, cur illuc corpus almi confessoris translatum fuerit, dicatur. Nortmannorum siquidem quatuor continuis annis in Ligere fluvio hiemantium subitaneos non valentes sustinere occursus, praedictus pater noster Hilbodus abbas regem (854.) adiit Carolum atque ab eo partem aliquarum in pago Pictavo meruit obtinere villarum[5], in Matronis 45 videlicet atque Mesciaco, in Apciaco et Estivali, in Crusaco et Maximiaco[e] ac Prisciaco partem necnon et villam quam Asinarias[6] vocant in territorio Briossensi[7] super Vultonnam fluvium[8] cum omni integritate accipiens. Has utique villas filii Belial, regi non pleniter obtemperantes, monachorum gregem odio gratis habentes, invaserant; sed cum diu multumque in illis adquirendis laboratum nihilque esset adquisitum, tandem muneribus non paucis datis, vix eas de invasorum manibus recipere potuimus, Maximiaco atque 50 Asinarias villis sibi iniuste ad tempus retentis. Tunc visum est et propter paganorum infestationem et christianorum persecutionem, ut illuc sanctum deferretur corpus, quo saltem ob illius reverentiam mitius a perversis ageretur hominibus. Hac igitur necessitate urgente, ipso Kalendarum Maiarum die de Conaldo (862. Mai. 1.) egredientes, cum sacro pignore et laudibus ac populi plurima multitudine venimus ad Fabricas ipsius sancti villam; in qua vigiliis ac debitis obsequiis cum nox decursa esset solisque ortus advenisset, cum (Mai. 2.) 55 immensis laudibus exitur inde atque ad Taisacum tenditur. Cumque ad Toarum flumen[9] ventum. . . . . . .

a) prosiluisset *J.* b) concedit *J.* c) monasterii|,que castelli *M.* d) Concha *M.* e) Massiniaco *dipl.*

1) C. 8—11. igitur continent quae ante a. 836. gesta sunt. 2) Dieu vel l'île d'Yeu. 3) Non anno pleno ante corpus translatum. Cf. Ann. Engolism. l. l.: 60 835. *Hero insula Rainaldus* 13. *Kal. Sept. cum Normannis congreditur*, et Chron. Aquit. l. l.; Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 142. 4) Simson l. l. hoc fide indignum censet, quia Ademar. III, 16, SS. IV, p. 120. scribit: *Rainoldus . . . cum Normannis in* 65 *Herio insula dimicat et fugatus est;* qui vero hanc notam ex Chron. Aquitan. sumsit, et cum nihil de victoria habita in illo legeret, ipse addidisse videtur: *et fugatus est.* 5) Cf. Caroli diploma datum a. 854, Ian. 19, Bouquet VIII, p. 528, nr. 118. 6) Asnières (dép. Deux Sèvres, arr. Melle, cant. Lezay). 7) Brioux-sur-Boutonne (dép. Deux Sèvres). 8) Boutonne, qui in fluvium Charente influit. 9) Touë. MAB.

GESTA ALDRICI EPISCOPI CENOMANNENSIS.

Qui de Gestis Aldrici scripserunt neque de auctore neque de aetate qua sunt condita consentiunt. De Aldrici obitu nihil refertur, neque ultra a. 838.[1] *narratio progreditur, quamvis ille ad a. usque* 856. *sedem Cenomannicam retinuerit. Sunt quae eo vivo, immo eius iussu scripta esse videantur*[2], *cum alia, iam tempus aliquod post res narratas praeteriisse, ut credatur persuadere possint*[3]. *Magnam quidem libri partem, quae nunc cum Gestis est coniuncta, postea demum esse additam, facile est intellectu. Hac enim continentur scripta varia praesertim ad litem de monasterio Anisola actam pertinentia, relatio de Aldrico episcopo eiecto et episcopatu vastato, a Gestorum indole longe diversa, epistolae et chartae ipsius Aldrici, Hludowici imperatoris aliorumque indigesto ordine collectae: omnia ita constituta, ut ea postea sine certo consilio esse congesta primo pateat aspectu. Id quod etiam verbis primo additamento praemissis confirmatur:* Placuit etiam in hac scedula, que de quibusdam actibus pontificum Cenomannica in urbe degentium usque ad Aldricum eiusdem urbis episcopum conscripta esse dinoscitur, inserere relationem sive memoriale *etc. Haec enim a Gestorum consuetudine prorsus recedunt et tunc antecedentium episcoporum actus conscriptos fuisse aperte indicant, qua de re in illis nihil legitur, immo cum eorum verbis hoc pugnat*[4].

Sunt quidem qui 'Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium', a Mabillonio ex eodem codice qui Gesta Aldrici continebat editos, horum auctori vindicandos esse putent[5]. *Sed nullo modo hoc concedi potest*[6]. *'Idem', inquit*

1) Quae de a. 840. narrantur procul dubio post addita sunt. Etiam quae de a. 838. referuntur ei qui maiorem libri partem scripsit fortasse non sunt tribuenda; v. infra p. 304. 2) Cf. praesertim c. 16: *Idcirco hoc facere studuit, ut, si, quod absit, futuris temporibus aliqua ex hoc causatio orta fuerit et predicta precepta aliquo ingenio ablata vel perdita fuerint, exemplaria amborum in his repperiantur scedulis preceptorum et in hoc inveniantur inserta libello, quatenus ex hoc procuratores iam dictae sedis aecclesiae, si necessitas fuerit, adiutorium et recuperationem habere valeant;* c. 25: *ut Dominus absolvat animam Aldrici* ***peccatoris*** *episcopi,* quod nemo nisi ipse scribere potuit; c. 26: *tam in vita ipsius Aldrici quam et post eius obitum ita fiat.* Quae nescio an eo explicari possint, quod auctor chartas Aldrici expresserit; quod certe alibi factum est, ubi legitur c. 22: *orantes autem et deprecantes Domini misericordiam obnixe, ut anima ipsius Aldrici episcopi quiete eterna frui valeat et requiem sempiternam una cum sanctis et electis Dei habere mereatur. Amen.* Et similiter c. 24. 25. Verba vero c. 23: *Oremus, fratres, ut Dominus animae predicti pontificis Aldrici tribuat primae resurrectionis partem* etc. etiam eo vivo dici potuisse, haud negarim. 3) C. 43: *sicut in posteris actum esse Domino annuente probatur;* c. 3: *quae et adhuc . . . repperiri hodierna die queunt;* c. 18: *nomina super ea hactenus adscripta esse videntur.* 4) Certe in continua episcoporum Cenomannicorum historia scribi non potuit quod c. 1. legitur: *Episcopatum quippe et quoddam, cuius vocabulum est Cenomannis . . . . . commissum.* 5) Mabillon l. l. p. 392; Papebroch, Acta SS. Iun. I, p. 710; Roth, 'Beneficialwesen' p. 451. 6) Recte de hac re iudicavit Rivet, 'Hist. litér.' V, p. 145 sqq.; quocum facit Piolin, 'Hist. de l'église de Mans' II, p. 116.

Mabillon, 'in omnibus genius ac stilus idemque scopus, nempe inprimis, ut abbatia sancti Carileffi aliaeque in ius ecclesiae Cenomannensis afferantur'. Sed in genuina Gestorum parte hoc breviter tantum attingitur, neque quidquam aperte falsi refertur. Sermo et libri dispositio similes quidem sunt[1], *sed satis tamen inter se differunt*[2]. *Qui Actus, sive, ut eius verbo utar, Gesta episcopalia composuit ubique fere se ipsum narrantem, monentem, ad iam relata lectorem remittentem inducit*[3]; *quod in Gestis Aldrici raro fieri monendum est. Econtra horum auctor dicendi genere utitur valde prolixo et contorto; semper easdem locutiones repetens, lectoribus revera taedium movet; Actus vero stilo facili et satis eleganti sunt conscripti, aliquoties vero verba praebent quae in Gestis frustra quaeras*[4]. *Sed ne hoc quidem plane constat, librum illum uni deberi auctori. Nam modo de rebus antiquis saeculi V. ad testes provocat tunc vivos*[5], *modo multo post Aldrici tempora se scripsisse profitetur*[6]; *quod cum Mabillonio*[7] *ita inter se componendum videtur, ut dicamus, auctorem 'quaedam prae oculis habuisse monumenta de Principio ab eius*

1) Capita saepius piis imprecationibus finiuntur; Gesta c. 4: *cui omnipotens Deus assidua intercessione predictorum sive omnium sanctorum tribuat vita aeternaliter una cum eis frui sempiterna. Amen*; c. 22. 23. 24 (supra p. 301, n. 2); c. 26: *et memoria ipsius nominis ab eis devotissime celebretur, qualiter cum sanctis Dei in caelestibus letari et beata requie frui mereamur. Amen*; c. 27: *quatenus eorum et aliorum servorum Dei precibus remissionem omnium peccatorum et vitam perpetuam habere mereamur in caelis. Amen.* — Actus c. 3, p. 66: *cuius assiduis deprecationibus auxiliante Domino omnium scelerum nostrorum remissionem et indulgentiam percipere mereamur et aeternam adipisci una cum sanctis et electis Dei vitam valeamus; cum quibus et nunc et per cuncta saecula vivere mereamur. Amen*; c. 14, p. 194: *ubi et cum sanctis exultat in aeternum, cum quibus et nos omnium precibus laetari et beata requie frui perpetualiter mereamur, ipso praestante qui vivit et regnat per cuncta saeculorum saecula. Fiat*; cf. c. 12, p. 149; p. 160[a]; c. 13, p. 180; c. 19, p. 249; c. 20, p. 251; c. 21, p. 272; c. 22, p. 274. Ne haec quidem plane conveniunt.

2) Roth ad sententiam suam probandam ea praesertim affert quae chartis insertis praemitti solent. Sed haec non ubique concordant. In Actibus ita legitur: *ut, si, quod absit, aliqua negligentia authenticum perditum aut concrematum fuerit, his in gestis reperiatur eius exemplar insertum, per quod sciatur, qualiter hoc actum fuerit*; c. 8, p. 80: *ut, si, quod absit, casu aliquo eadem precaria perdita fuerit, exemplar eius his in pontificalibus gestis insertum reperiatur, per quod recuperatio fiat et sciatur, qualiter actum fuerit*, p. 84; cf. c. 11, p. 112; c. 12, p. 162; c. 16, p. 230; c. 21, p. 258. et p. 271, ubi etiam longius de hac re agitur. — Cf. quae in Gestis c. 16. de ipso Aldrico leguntur (supra p. 301, n. 2); c. 8: *Idcirco in hoc opusculo predictum privilegium nobis inserere placuit, ut, si, quod absit, futuris temporibus de sepe iam dicta abbatia aliqua questio orta fuerit et prefatum privilegium aliqua machinatione aut malo ingenio aliquis occultare vellet, in hoc opusculo exemplar eius inveniretur, cum quo et solatium fideles eiusdem sanctae Dei aecclesiae haberent* etc.; c. 10: *Similiter in hac scedula vel in hoc libello inserere placuit exemplar precepti . . . ut, si necesse fuerit, hoc exemplar futuris appareat fidelibus prescriptae aecclesiae, qualiter omnibus notum sit supradicta causatio.* De recuperatione c. 12, sed aliter quam in Actibus sermo est.

3) C. 1, p. 52: *ut credimus*; p. 57: *quae per singula numerare et scribere propter taedium scriptoris sive lectoris dimisimus*; p. 59: *petimus, ut ab omnibus liberemur malis bonisque omnibus aeternaliter perfruamur*; p. 60: *quae apud nos memoriter retinentur*; c. 7, p. 72: *ut praelibamus, sicut ab ipsis didicimus*; c. 11, p. 110: *sicut diximus*; c. 14, p. 189: *His vero breviter praelibatis, transeamus ad reliqua*; c. 17, p. 242: *Actus quoque antedicti G. ideo non descripsimus*; c. 21, p. 257: *nonnulla descripsimus*; p. 271: *calamo imperavimus et in hoc opusculo inscripsimus.* Unum tantum eiusmodi locum in Gestis invenies, c. 44: *quorum igitur nomina hic [propter] prolixitatem et taedium scriptoris atque lectoris non inseruimus*; aliter iam c. 16: *quae in his scedulis propter prolixitatem vel fastidium audientium vel legentium sive taedium scribentium inserere minime libuit.*

4) C. 13, p. 178: *quae in archivo nostrae matris ecclesiae hactenus servantur* (cf. c. 14, p. 189: *quod in archivo nostrae matris ecclesiae conservatur*); — c. 12, p. 160: *in fine huius suae parvae commemorationis in comparatione magnorum quae fecit ideo inserere placuit* (cf. eadem fere verba c. 13, p. 215).

5) C. 6, p. 72. de Principio episcopo, qui Anastasii imperatoris et Chlodovei regis Francorum tempore vixisse dicitur: *sicut ab ipsis didicimus qui cum eo conversare solebant et suis studiis instruebantur . . . ut praedicti sui discipuli nobis retulerunt.*

6) C. 1, p. 62: *Longe autem post mortem Aldrici episcopi . . . post longa translationis tempora visum est ecclesiae clero et illius temporis episcopo.*

7) Anal. p. 395. Ita etiam Roth p. 453. Idem de alio loco dicendum esse puto, cum c. 19, p. 248. de Merolo episcopo, qui Karoli Magni tempore obiit (c. a. 780), scribat: *ut fertur a veridicis sacerdotibus bonisque hominibus, pluvia ingens erat. Nam, ut ipsi qui hoc viderunt veraciter protestantur, loculum, in quo praefatus d. Merolus iacebat, et homines qui eum deferebant ipsa pluvia minime tetigit.*

discipulis tradita, quibus ipse usus sit in eius elogio concinnando'. Nam certe ad posteriores saeculi IX. annos eius aetas iam eo referri videtur, quod librum de translatione S. Benedicti vix antea editum exscripserit[1]*. Non semel vero veterum episcoporum vitas*[2]*, necnon aliam illorum historiam laudat*[3]*, quam perditam dolemus, quamvis de eius aetate et fide nihil compertum habeamus. Vitam Victurii se scripsisse, auctor dicit*[4]*, ita ut fortasse reliquas quoque ipsi tribuere liceat. Neque quod Gestis Aldrici subiectum est additamentum, quod ad Actus priorum episcoporum provocat, ipsi abiudicaverim, cum revera hic et illic nihil aliud agatur quam ut ius episcopatus Cenomannici in abbatias dioeceseos, praesertim Anisolensem, vindicetur et chartis aperte falsis defendatur*[5]*. Et quamquam ne hae quidem quae Gestis insertae sunt omni falsitatis suspicione liberae sunt*[6]*, minime tamen ea recepta sunt instrumenta quae postea 'inutilia et falsa' sunt iudicata*[7]*. Domnoli episcopi chartas tam Actus quam Gesta exhibent, sed ita ut verba non prorsus conveniant*[8]*; quare eidem scriptori haec tribui nequeunt. Alio loco ita concordant, ut Gestorum narrationem exscriptam esse et auctam facile sit intellectu*[9]*. Quae cum ita sint, nullus dubito, quin iis consentiam qui statuerunt, Actus episcoporum Cenomannensium post Gesta Aldrici esse confectos, et ita quidem ut illorum auctor haec imitatus sit*[10]*. Idem translationem Iuliani ab Aldrico factam uberius exornavit*[11]*, fortasse etiam, ut diximus, illa collegit quae additamenti titulo notavimus, a diversis, ut primo patet aspectu, conscripta*[12]*. His vero demptis, Gesta genuina, etiamsi verba quaedam paullo posterius tempus indicare videntur*[13]*, Aldrico vivo, certe ante a.* 855, *quo in synodo Brogilensi monasterii Anisolensis immunitas est confirmata*[14]*, immo ante a.* 841, *quo aliquamdiu ex episcopatu ille eiectus est, nec uno ductu esse conscripta, ex ipsis concluserim. Id quod luculenter carmine confirmatur in Aldrici honorem ipso vivo*[15] *confecto, quo hic 'libellus' apertis verbis affertur et exscribitur*[16]*. In hoc similiter ut in titulo discipulis Aldrici*

1) C. 13, p. 167 sqq. 2) C. 1, p. 59: *in alia schedula, in qua eius Vita continetur inserta, scripta esse reperiuntur;* c. 5, p. 69. de Victurio: *Hi vero sive ceteri actus sui plenius in eius Vita inscripta reperiuntur;* c. 9, p. 99: *Cuius in vita multas eius meritis Dominus virtutes ostendit, sicut in eius Vita liquet.* 3) C. 3, p. 66: *sicut in schedulis, in quibus praefixae urbis aliorum episcoporum virtutes et signa sunt scripta, reperiri potest;* c. 7, p. 73: *in aliis schedulis, in quibus aliorum pontificum vitae et miracula praedicta in urbe Domino degentium scripta sunt, invenire poterit;* c. 8, p. 79: *in aliis schedulis, in quibus et aliorum praescriptae Cenomannicae urbis pontificum virtutes insertae sunt, scripta reperire poterit.* 4) C. 6, p. 70: *in libello, quem de eius vita et moribus composuimus, plenius et uberius descripsimus.* 5) Uno tantum verbo monasterium Aldrico 'redditum' monetur c. 42, ubi confer notam. 6) Cf. c. 8, n. 11, n. 16, n. 7) Mansi XV, p. 672; cf. de lite a. 862/63. acta Roth l. l. p. 458 sqq. Commentationem ab Haureau scriptam 'Episode judiciaire des temps Carlovingiens. Fausses chartes de St. Calais, Revue de l'instruction publique' 1862. Nr. 35, non vidi. 8) Gesta c. 7. 8; Actus c. 9, p. 100. Cf.

G. c. 7.	A. c. 9.
Puppa cum filio suo Populonio, cum Leudomundo et Leudomanda, cum libertos omnes predicti presbyteri. Pari modo et locello ad Bucces, quem de Eutelio presbytero accepimus.	*Pupa cum filiis, Pupilonio cum porcis quos custodit, Leudomadum, Mundofoedam et Leudomandam comlibertos omnis iam dicti presbyteri. Pari modo et locellum ad Buccus, quem de Eutherio presbytero accepimus.*

Subscriptiones chartae diverso plane ordine leguntur. 9) Actus c. 2; Gesta c. 44, ubi conf. notas. 10) Rivet l. l. p. 146: 'S'il s'est proposé pour modèle les acts de St. Aldric, comme il y a beaucoup d'apparence'. 11) l. l. c. 2. 12) Certe c. 52. 53. et 57, quae easdem res bis, sed diverse tangunt, non uni tribui possunt auctori. 13) Supra p. 301, n. 3. 14) Mansi XV, p. 21; cf. Bouquet VIII, p. 527. 15) Dümmler, Poet. Car. II, p. 629, v. 7:

Aldricus, magnae Cenomannis episcopus urbis,
Quem servet nobis omnipotens Dominus!

p. 632, v. 143:

Hunc tu pontificem conserva, Christe redemptor,
Ut devota omnis plebs lacrimando rogat!

Cf. etiam p. 635. 16) Ibid. p. 632, v. 139:

Actibus ex eius recte conscriptus opimis
Hinc a discipulis cuncta libellus habet.

liber tribuitur[1], *ita ut non de uno auctore cogitetur. Quod quamvis eodem dicendi genere et narrandi animo refelli videatur, eo tamen confirmatur, quod res nullo certo ordine referuntur, et versus ad calcem c.* 43. *positi libri fini conveniunt. Sed etiam c.* 30 *sqq. post addita esse crediderim, quippe quae supplementi speciem praebeant et a praecedentibus eo differant, quod lemmata praemittuntur antea non usitata.*

Qui librum condidit de Aldrici natalibus, studiis et primis ecclesiasticae dignitatis gradibus satis accurate retulit, deinde quae episcopus Cenomannicae civitatis constitutus ad ecclesiam restituendam, ordinandam, ornandam fecit diligenter exposuit, rerum quas tradit bene gnarus, et ipse procul dubio Cenomannicae ecclesiae sodalis[2], *sed nimis fere in rebus levioribus enarrandis prolixus, negotia ecclesiastica magis quam publica curans.*

Haec, quamvis a nostro consilio remotiora, recipienda duximus, cum rerum ecclesiasticarum ordini saec. IX. vigenti non parum lucis afferant, chartas vero quam plures narrationi insertas omisimus alio Monumentorum volumine edendas.

Codicem sequimur bibliothecae publicae C e n o m a n n e n s i s *nr.* 354, *olim ecclesiae cathedralis, antea nr.* 99. *notatum, saec. XI. Avesgaudi episcopi († a.* 1035*) tempore scriptum, in quo catalogus episcoporum usque ad hunc continuatus f.* 1, *et carmina in Aldrici honorem composita supra laudata f.* 1'—4'. *praecedunt, foliis* 59 *constans. Mendis non paucis maculatus est; ubi vero contra grammaticae regulas peccat, hoc potius auctoribus quam librario tribuerim, quare pauca tantum emendavi, scripturam tamen saeculi IX. in nonnullis verbis restitui. Alius codicis apographum nacti sunt St. Baluze et Mabillon*[3], *qui tam Actus episcoporum quam Gesta Aldrici continuit, ab hoc Regestum pontificale cathedralis ecclesiae dictum. Apographum illud, ut ipse dicit, mendosissimum, edidit Baluze tomo III. Miscellaneorum (p.* 1 *sqq.; nova edit. p.* 79*), menda vero ope quorundam fragmentorum ex iisdem Gestis ab erudita manu excerptorum se sustulisse monet, sed haec certa fide carent. Etiamnum hi duo codices in bibliotheca Cenomannensi exstare videntur*[4], *sed recentiore praetermisso, in illo acquievimus, quem V. Cl. A. Molinier diligentissime cum editis contulit. Baluzii editionem repetivit Migne, Patr. Lat. CXV, p.* 29. *Fragmenta receperunt Bouquet VI, p.* 299; *Cauvin, 'Géographie ancienne du diocèse du Mans'*[5] *p. LII sqq., codice usus; ex cuius libro locorum nomina explanare potuimus.* G. W.

Quae in eodem codice legitur oratio:

Da mihimet verbi claram splendere lucernam,
Ut valeam retinenda patris conscribere facta
Praesulis Aldrici Cenomannica rura regentis!

ad ipsa Gesta spectare videtur Dümmlero. Sed poeta discipulos qui libellum de vita scripserunt vix ita laudasset, si ipse ex eorum numero fuisset. 1) Etiam v. 125, p. 632:

Hinc bona plura sacer quae praesul fecerit ipse
Eius scripsere omnia discipuli
Necnon aecclesias quas condidit atque dicavit,
Quas fecit magnas multiplicesque domos,
Vel quae fundavit monachorum habitacula plura,
Seu quot pontifices ipse sacravit ovans,
Quotque sacerdotes reliquos benedixerit atque
Multiplices, Christo auxiliante, gradus; etc.

Eadem fere quae in carmine narrantur in Gestis brevioribus Aldrici, quae Mabillon inter Actus c. 23, p. 273, edidit, ubi in fine legitur: *si quis hoc investigare aut scire voluerit, in alia scedula, quae de eius actibus est causa memoriae et utilitatis conscripta, plenius invenire poterit;* et additur: *Quae tamen si quis perscrutando enucleatim legerit, saepius revolverit et quaedam memoriae commendaverit, indubitanter magnum lucrum ad defendendam et custodiendam canoniceque et regulariter sive legibus ecclesiam Cenomannicam regendam invenire Domino auxiliante poterit.* 2) Cf. c. 43: *Ipsam enim scedulam aput seniorem custodem matri et civitatis aecclesiae reperire poterit si quis voluerit.* 3) Certe hoc teste (Analecta III, p. 391) ex eodem pontificali, ex cuius apographo ipse Actus episcoporum primus edidit, Baluze Gesta Aldrici accepit. Minus recte igitur Dümmler l. l., Baluzium codice illo antiquiore usum esse, dicit. 4) Hänel, Catal. p. 201, ubi nr. 99. Gesta Aldrici, nr. 224. Gesta episcoporum continentes afferuntur, praeterea nr. 97. Vitae episcoporum Cenomannensium s. XVIII, sive apographum sit, sive recentius opus. Minus recte ibi nr. 99, nunc 354, in saec. IX. collocatur. Duobus codicibus se usum esse, mihi retulit V. Cl. Arndt, qui diplomata regum contulit; 'N. Arch.' II, p. 241. 5) 'Institut des provinces de France. Mémoires. 2. serie' T. I.

GESTA DOMNI ALDRICI CENOMANNICE URBIS EPISCOPI A DISCIPULIS SUIS.

1. Domnus Aldricus Cenomannicae urbis episcopus, natione[1] patris ex parte Francus sive Saxho, matris quoque ex parte Alamannus atque Baiuvarius; pater quoque eius nominabatur Syon, mater enim eius Gerildis[a]. Predictus ergo episcopus regia ex progenie ortus atque aliis nobilissimis ex parentibus est procreatus[2]. Ab infantia autem cum episcopis enutritus atque ab eis nobiliter eruditus et sapienter est instructus; aecclesiasticis quoque disciplinis voluntarie se submittens, ordinabiliter congruenterque est inconexus. Iam enim duodecim annos habens a iam dicto patre suo ad palatium deductus est et glorioso Karolo Francorum rege[b] atque denuo Hludowico eius filio honorifice commendatus et ab eo est decenter susceptus. Ipse videlicet omnibus bonis moribusque dulcibus ornatus, (cf. 1. Cor. 9, 22.) omnia omnibus factus est et tam regi quam et omnibus suis obtimatibus vel regi famulantibus, Domino annuente, placere meruit. Per diem itaque regi et fidelibus suis amabiliter militans, Deo autem nocte et secrete totis nisibus vigiliis et orationibus serviens, gratiam divinitus adsequi meruit. Sed sollicitus enumerat[c], ut, quandocumque ei locus eveniret, in aecclesia sanctae Mariae, quae est constructa in Aquisgrani palatio regio, secrete psalmos decantare[b] et orationes facere[b]. Quadam autem die in predicta aecclesia sanctae Mariae in Aquisgrani palatio in sinistra parte altaris secrete psalmos suos decantans, instinctu Dei corde ammonitus est, ut militiam secularem dimitteret et Domino solummodo famulari studeret. Ipse quoque tenerae adhuc aetatis erat atque pubetenus tunc primo isse incipiebat; timens valde, ne hoc illi diabolica ex parte suggereretur, obnixe Deum deprecatus est, ut intercessione beatae Mariae, in cuius aecclesia orabat, si divinitus iam dicta voluntas in eius corde verseretur[b], manifestum ei pro sua misericordia faceret; sin autem diabolica inmissio esset, similiter et hoc illi notum faceret. Totis itaque nisibus et flectendo ienua[b] pectusque tundendo ante predictae sanctae Mariae aram deprecatus est, ut Domini ex hoc meruisset facere voluntatem, et diabolus eum seducendi nullum haberet locum. Ipse enim divinitus in antedicta bona voluntate confortatur et firmius iubiugatus est et plenius corroboratus. Deinde coepit toto corde rogare Deum, ut, si diaboli esset exhortatio, recederet ab eo, et si divinae maiestatis esset gratia, pleniter eam secundum Domini voluntatem adimplere meruisset. In hac tamen intentione ferme dimidium annum corde angens, angelica et divina confortatione suffultus, ad regem[3] deprecaturus accessit, ut militiam secularem dimittere ei liceret et militiae spirituali se coniungere atque eum Domino famulari permitteret. Nullo tamen nisi tantummodo uno Deo[b] timenti amico suo et karissimo familiari hoc confessus est, timens quippe, ne, si hoc sui intelligerent parentes vel amici, ei hoc facere minime permitterent. Rex autem haec audiens, oppido tristatus est, promittensque ei duodecim vel eo amplius comitatus se daturos[b], si hoc dimitteret et in sua perseveraret militia. Ipse quoque a rege haec audiens, inquiens ait, etiamsi dimidium regnum suum ei daret, ipsam voluntatem propter hoc non dimitteret. Videns autem rex, se illum a sua intentione non posse avertere, concessit ei et licentiam et locum ubicumque in suo eligeret regno. Tunc ergo ipse, inspirante divina gratia, petiit locum sibi dari in quadam civitate cuius vocabulum est Mediomatricis, quae et alio nomine Mettis vocatur, sibique cum suis duobus clericis tantummodo postulavit dari prebendam. Rex autem et hoc concessit et quantum volebat sibi dare spopondit. Tali enim conditione licentia accepta, a rege osculatus est et ad iam dictam urbem festinando profectus est; ibique amabiliter et devote ab omnibus susceptus et clericus ab episcopo eiusdem civitatis et cuncto clero divinis benedictionibus decantantibus et hymnis spiritualibus modulantibus tonsoratus est et vestimentis clericalibus indutus et manuum impositionibus ab episcopo et a cunctis sacerdotibus clericali benedictione consecratus, inter seniores fratres est collocatus[4]. Deo igitur ibi totis

a) Gerhildis *carm.* b) *ita c.* c) evenerat *Bal.*

1) Haec iisdem fere verbis in carmine l. l. p. 629. leguntur. 2) Anno 800; v. carmen l. l.:

Bis quadringentos dum mundus volveret annos
Instabili currens nocte dieque gradu,
Ex quo Salvator terras invisere venit,
Virginis intactae viscera casta petens,
Funditur in lucem propriae tunc matris ab alvo
Temporibus Karoli principis eximii.

3) Si Karolus imperator intelligitur, hoc ultimo vitae eius tempore factum sit oportet, cum post duos annos a Gundolfo, qui mense Ian. a. 816. episcopatum suscepit, diaconus sit ordinatus. 4) Anno 820, si carmini fides, v. 85.

nisibus die noctuque deserviens, factus est, ut multos Deo lucrifacere posset. Cantum quippe Romanum atque grammaticam sive Divinae Scripturae seriem humiliter discere meruit, quibus et Donato omnium domino pleniter atque doctissime instructus est. Post duos quoque clericatus sui annos ab episcopo eiusdem civitatis nomine Gundulfo[1] in 5 aecclesia sancti Stephani diaconus est ordinatus[2]. In ipso igitur gradu tres ferme annos militans, mirabiliter et docte cotidie diaconatus sui adimplere certavit officium. Mortuo quoque iam dicto Gundulfo, predicto ordinatore suo, alius episcopus in eadem civitate nomine Drogo, filius Karoli piissimi imperatoris, subrogatus et ordinatus est[3]. Qui videns predicti Aldrici levitae intentionem et studium bonum, quod tam in ministerio suo quam et 10 erga omnes habebat, coepit eum exhortare, ut sacerdos efficeretur. Noluit autem iam dictus diaconus Aldricus neque ausus est divinam repellere benedictionem, ad quam sepissime vocabatur a Drogone eiusdem civitatis episcopo et successore iam dicto ordinatore[a] suo[a]; dum nobiliter degebat in diaconatus officio, eligente eum clero vel populo, presbiter est ordinatus[4]. Ipse autem melius ac melius virtutum pollens in actibus multosque 15 erudiens suis predicationibus sive bonis exortationibus, multos et innumerabiles Deo et sanctae aecclesiae lucrari meruit. Demum quoque eligentibus fratribus, et suadente sive exortante episcopo suo Drogone, licet coacte, senior cantor ibi sublimatur. In scolis, in quibus vero iam magister erat constitutus, sapienter multos et innumerabiles in supradictis artibus erudiens, magnum lucrum in sancta Dei aecclesia facere meruit, quoniam[b] 20 innumerabiles in iam dictis artibus doctissime erudivit. Videns igitur eum antedictus pontifex domnus Drogo et cunctus clerus sive populus in iam dictis ministeriis et doctrinis magnum habere studium et multos doctores et magistros nobiles fecisse, in maius eum ministerium, quamvis coacte, sublimaverunt et primicerium secundum Romanum ordinem eum esse constituerunt totumque clerum tam civitatis quam et monasteriorum sive tocius 25 illi[a] civitatis parrochiae ei subditum esse preceperunt et magistrum omnium eum constituerunt. Ille enim in his studiosissime Domino serviens, omnibus bonis hominibus amabiliter famulari meruit; eumque cuncti boni ita amabant quasi semet ipsos et quicquid eis imperabat libenter faciebant. Audiens autem Hludowicus imperator Francorum eius opinionem, ad se eum vocavit et in suo palatio, volente vel nolente, eum seniorem sacerdotem 30 suumque confessorem inesse instituit. Qui et ibi omnibus palatinis bonis placens, ut solitus erat, omnibus omnia factus, ab omnibus honorabatur atque venerabatur. Ita quoque omnes eum diligebant, si fieri potest, quasi semet ipsos eiusque iussionibus in omnibus quasi senioris voluntarie et bono animo obtemperantes erant. Quatuor autem menses cum imperatore in suo palatio nobiliter degens eique amabiliter serviens, nec ad unum diem licen- 35 tiam exinde evadendi et in patriam pergendi impetrare valebat. Episcopatum quippe ei quoddam, cuius vocabulum est Cenomannis, eligente eum eiusdem provinciae archiepiscopo Landramno atque comite eiusdem parrochiae Rorigone[c] sive omnibus prefixae parrochiae nobilibus hominibus atque cunctis palatinis et clero vel populo, per bacculum[a] Landramni Turonicae civitatis et predictae parrochiae metropolitani[5] iam dictum episcopatum in sua 40 presentia et eo instigante a Hludowico gloriosissimo imperatore, ortantibus[a] cunctis, cura pastorali commissum; qui et hoc refugiens et nolens predictum episcopatum suscipere, omnibus tamen, licet coactus, hortantibus, ipsum sacrum suscepit ministerium[6]. Ordinatus quoque a predicto suo metropolitano et ceteris nobilibus et sapientibus episcopis in id ipsum convenientibus, eligente eum clero vel populo, in predicta civitate et in ipsa matre aecclesia

822 823 832.

45 a) *ita c.* b) q̄m *c.* c) *ita B.; Morigone c.; sed de Rorikone comite agitur.*

1) Qui Ian. a. 816. episcopatum suscepit, cum post 6 annos et 8 menses d. 7. Sept. 822. obierit. 2) Haec in carmine v. 85 sqq. aliter, sed vix recte narrantur, cum clericus factus 'sequenti anno' ostia- 50 rius et lector, anno secundo exorcista, tribus post annis (fortasse tertio anno) accolitus, 'succedente anno' sequentem gradum adeptus, post aliquot menses levita (id est diaconus) a Gundulfo sacratus dicatur. 3) De tempore v. Simson, 'Jahrb. Ludwig d. Fr.' I, 55 p. 196. 4) *Transacto lustro*, Carmen. 5) Qui sedit a. 816—835. 6) Minime igitur Aldricus abbas S. Amandi fuit, ut in codice quodam Annalium Bertinianorum de illo episcopo Aldrico refertur, qui a. 833. cum Drogone Mettensi et paucis aliis partes imperatoris Ludowici tenuit. Sed notitia in codice illo post addita aperte falsa est. Nam Aldaricus, qui in catalogo abbatum S. Amandi, SS. XIII, p. 386, post Arnonem ponitur, a. 785. archiepiscopum Salzburgensem electum, iam a. 819. obiit secundum Ann. Elnonenses, SS. V, p. 11, neque umquam episcopatum adeptus esse videtur.

832. Dec. 22. die 11. est Kal. Ianuariarum[1], anno igitur incarnationis domini nostri Ihesu Christi 832. episcopus est consecratus. Tercio autem die post ordinationem suam iam dictus domnus imperator in suam adveniens civitatem[2] gratiasque agens Deum laudavit, quod iam ordinatus erat episcopus. Predictus ergo pontifex domnum Hludowicum imperatorem cum silentio[a] et hymnis et canticis sive crucibus et ceteris divinis oraculis benigne et sapienter 5 suscipiens eumque ad aecclesiam manu tenens et deducens, per altaria orando suis precibus eum Domino commendavit. Suprascripto igitur imperatori omnibusque suis nobiliter Dec. 25. et dulciter famulari studuit, ibique domnus imperator Hludowicus nativitatem domini nostri Ihesu Christi, prefato Aldrico episcopo et suo clero sapientissime et honorifice officium peragente, sollempniter celebravit. Octo quoque dies in eadem civitate domnus imperator 10 residens, villam quandam quae Brogilus vel Novavilla[3] nuncupatur cum omnibus ad se pertinentibus, quae dudum inde abstracta et in beneficium data fuere, per suum preceptum ei atque aecclesiae suae sedis sive clericis et Dei servis inibi Domino famulantibus iure firmissimo perhennis temporibus possidendo reddidit.

2. Predictus quoque pontifex in primo pontificatus sui anno aquam per aquaductum[b] 15 in predictam civitatem Cenomannicam, quam nullus hominum ibi antea venire viderat, suo opere et bono ingenio adducere meruit omnibusque, qui antea valde aqua indigebant nec etiam nisi per magnum laborem eam habere poterant, sufficienter, auxiliante Domino, habere fecit. Unum siquidem vel duo modia aquae infra civitatem antea emere nemo valebat, nisi unum denarium afferentibus eam de Sarta vel de aliquo fonte dedisset, quoniam 20 nec puteum inibi aliquem habebant; ideo tam kara erat. In ipso quoque anno claustrum, ubi canonici sui conversare regulariter et canonice possent, aedificare coepit, qui antea numquam, ut fertur, claustrum habere meruerunt, sed per civitatem huc vel illuc[c] vagantes vel dormientes et discurrentes tam in nocte quam in die per diversa domicilia manere solebant et propter hoc impedimentum ad officium divinum occurrere, ut decebat, minime 25 valebant; eisque suam domum, in qua manebant, et solarios sive cellaria et alia aedificia, quae ad suum opus habebat, tradidit. Et non in hoc sufficiens erat, sed etiam alias domos per circuitum[d], sicut ad hoc opus decebat, construere nobiliter certavit.

Prefatus ergo pontifex fuit vir mitissimus et sapiens valde, lingua eruditus, psalmos omnes per ordinem memoriter retinens et in eorum sensibus subtillissima exercitatione 30 limatus, lingua quoque in lectione polita et exortator omnium bonorum operum plebique florentissimae salutaria predicans fidei catholicae et apostolicae, inmutilate[e] conservare perhenniter sua monita salutaria predicans, corda fidelium corroborans, ortodoxae fidei aemulator ac defensor fortissimus, paupertatis amator et in[b] erga inopum[f] provisionem non solum mentis pietatem[b], sed studii sui laborem[b] sollicitus, captivorum etiam redemptor, 35 orphanorum quoque et viduarum largitor, necessaria tribuens, amator religiositatis christianae normae et religiose volentibus vivere et Dei timore[b] habere in suis precordiis dilecto[g] residens. Vir vero erat mitissimus atque suavis omnique bonitate ornatus, amator cleri, omnis[h] populi christiani, tardus ad irascendum et velox ad miserandum, nulli pro malo malum reddens neque vindictam secundum meritum tribuens; sed pius et misericors 40 omnibus erat, cunctos attrahens neminemque dissipans. Magnum gregem adunare in unum et ingens lucrum, amminiculante Domino, infra sinum sanctae Dei aecclesiae tam infra sua[b] parrochiam quam et extra facere meruit et multos Domino lucrare certavit.

Fecit igitur predictus Aldricus pontifex in prescripto claustro tecta nova et dupla, in quibus et diversas mansiones ad opus fratrum et ad eorum necessitates procurandas mira- 45 biliter et nobiliter construxit. Insuper et in iam dicto claustro fecit aecclesiam in honore sancti Stephani a novo, quam et in honore prefixi sancti Stephani et omnium sanctorum Nov. 10. quinto Iduum Novembrium sollempniter consecravit. In qua et in ipso die consecrationis eius signum apparuit mirabile. Quidam enim sacerdos inibi suos mantes[4] perdidit, dum

a) *ita constanter c., ubi Bal.* psallentio *scripsit; sed singularis vocabuli scriptura auctori deberi videtur.* b) *ita c.* 50 c) illud *c.* d) nobiliter *etiam h. l. add. c.; et ita B.* e) immaculate *B.* f) inopem *c.* g) *ita c.;* dilectio *Bal.; sed nec sic locus sanus videtur.* h) omni *c.*

1) Iam antea Nov. 9. constitutus, ut c. 6. narratur. Cf. carmen, quo Franco episcopus 6. Nov. a. 833. obiisse dicitur:

Nec magis ergo fuit sedes sine praesule dicta
Quam geminos, Christo auxiliante, dies.

2) Cf. Ann. Bertin. a. 833. 3) Neuve-ville-sur-Sarte e septentrione Cenomannicae urbis; cf. infra c. 10; de charta v. Mühlbacher Reg. nr. 888. 4) Quid sit, nescio; 55 nam de vestis genere vix cogitari potest; fortasse *wantes* vel *wantos* i. e. chirotecas cum Baluzio legendum est.

predictum sacrabatur templum; quos quidam clericus inveniens, furtim de ipsa aecclesia nova exportare cupiens, de predicta sancti Stephani et omnium sanctorum aecclesia exire non potuit nec ipsos mantes secum deferre valuit, antequam eos in ipsa aecclesia videntibus multis eiecit et fuga lapsus evasit. Fecit namque in predicta aecclesia altaria sex; 5 quorum unum sursum posito[a] in media absida collocato[a] in honore sanctae Sophiae sacravit et reliquias domini nostri Ihesu Christi tam de spongia quam et de sandaliis eius propriis in confessione in eo facta collocavit. Fecit quoque atque sacravit iam dictus pontifex in superiori et in dextera parte ipsius aecclesiae aliud altare in honore sancti Sebastiani[b] et sancti Vincentii ac sancti Gervasii sanctique Privati sive sancti Quirini atque sancti Naboris 10 necnon et sancti Nazarii martyrum Christi et in eo decenter eorum reliquias collocavit. Fecit namque in superiori et in sinistra parte ipsius aecclesiae tercium altare atque sacravit in honore sanctae Dei genitricis Mariae sive sancti Clementis Romanae aecclesiae apostolici ac martiris et sancti Albini sanctique Amantii ac sancti Arnulfi seu sancti Martini atque sancti Clementis proti Metensis urbis episcopi atque sancti Audoeni necnon et sancti 15 Marcialis ac sancti Benedicti sanctique Paterni et sancti Silvestri confessorum Domini et in eo propriis manibus decenter predictorum sanctorum reliquias in confessione ipsius altaris collocavit. In subteriori ergo parte et in absida ipsius aecclesiae fecit et consecravit quartum altare in honore sancti Stephani et omnium sanctorum et in eo sancti Stephani atque aliorum multorum sanctorum reliquias propriis manibus decenter collocavit atque 20 conclusit. In dextera igitur et in subteriori parte ipsius aecclesiae quintum fecit altare, quod et consecravit in honore sancti Pauli et sancti Iacobi apostoli et sancti Mathei apostoli et euvangelistae et in confessione ipsius altaris predictorum sanctorum apostolorum reliquias propriis manibus decenter composuit atque conclusit. In sinistra[c] scilicet et in subteriore parte ipsius aecclesiae sextum fecit altare, quod et consecravit in honore sancti Theodori 25 et sancti Iuliani atque sancti Lamberti martirum Christi et in confessione ipsius altaris eorum pignora propriis collocavit manibus.

3. Anno siquidem incarnationis domini nostri Ihesu Christi 834[1], indictione vero 13. et anno imperii domini Hludowici piissimi imperatoris 22, anno vero ordinationis prescripti Aldrici episcopi 3. predictam aecclesiam iam dictus pontifex sollempniter et decenter dedi- 30 cavit. In prescripto namque Kalendarum die Turonis metropolis civitate per consensum et electionem Landranni[a] predictae Turonicae urbis archiepiscopi sive aliorum episcoporum atque multorum abbatum ac comitum necnon et aliorum innumerabilium prudentium virorum a Hludowico prescripto imperatore cura Cenomannicae urbis et sollicitudo tocius populi ipsius urbis parrochiae Aldrico prefato episcopo commissa est; cui omnipotens Deus, 35 suppliciter oramus, una nobiscum tribuat requiem sempiternam et vitam aeternam! Prescripto videlicet anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi, undecimo quoque Kalendarum Decembrium die[2] sollempniter consecravit iam dictus Aldricus pontifex absidam matris et senioris civitatis aecclesiae, quam a novo fundavit et mirabiliter ornavit atque fabricavit, in qua et altare mirabiliter fabricatum et compositum construxit. Iam dictam 40 quippe absidam una cum prefato altari consecravit in honore sancti Salvatoris et sanctae Dei genitricis Mariae et sanctorum martirum Gervasii et Prothasii, sed et sancti Stephani; in quo et reliquias domini Salvatoris et sanctae eiusdem Dei genitricis Mariae atque de proprio corpore sanctorum martirum Gervasii et Prothasii sive sancti Stephani in sepe dicto altari propriis manibus decenter collocavit et mirabiliter composuit. Aliam quoque partem 45 prescriptae matris et civitatis aecclesiae, cuius consecrationis dies penitus ab omnibus ignorabatur, in predicto domini salvatoris nostri Ihesu Christi nomine et sanctae Dei genitricis Mariae sanctorumque martirum Gervasii et Prothasii atque sancti Stephani reconciliavit et sollempniter dedicavit. In prefata namque aecclesia seniori altaria construxit et a novo fundavit atque in supradicta die sacravit numero decem et nomina super ea eorum 50 sanctorum, in quorum memoriis ea consecravit, desuper adscribere iussit; quae et adhuc per singula altaria inserta singillatim et distincte ac diligenter investigantibus repperiri hodierna die queunt. Deambulatoria siquidem[d] sursum per totum in circuitu ipsius aecclesie

834? Nov. 21.

a) *ita c.* b) Stephani *B.* c) sinis *c.* d) sequidem *c.*

1) Aliae temporis notae potius a. 835. conveniunt. 2) Manu saec. XIV. in marg. additur: *Hoc est* 55 *vigilia sancte Cecilie.*

fecit, in quibus et altaria quinque nobiliter construxit atque sacravit. Primum enim in dextera et in orientali parte altare in predictis deambulatoriis positum sacravit in honore sancti Martini et sancti Hilarii ac sancti Germani sanctique Vedasti sive sancti Domnoli atque sancti Karilephi et sancti Rigomeri confessorum Christi et pignora predictorum sanctorum in eo propriis manibus decenter et aecclesiastico more collocavit. Aliud vero altare in supradicta dextera parte et in eodem deambulatorio in medio positum sacratum in honore sancti Petri et sancti Iohannis apostoli et euvangelistae atque sancti Andreae necnon et omnium apostolorum et reliquias eorum in ipso collocavit altari. In occidentali quippe parte ipsius aecclesiae, in ipso solario fecit atque sacravit altare in honore omnium sanctorum, in quo et multorum sanctorum pignora propriis collocavit manibus. In sinistra autem parte ipsius aecclesiae et in sinistro deambulatorio in orientali parte fecit et consecravit altare in honore sancti Dionisii et sancti Laurentii ac sancti Remigii sanctique Medardi seu sancti Bonefacii et sancti Rustici necnon et sancti Eleutherii martirum et confessorum Christi et eorum reliquias in ipso propriis manibus collocavit altari. In predicto videlicet sinistro solario vel deambulatorio in medio aliud fecit et sacravit altare in honore sanctae Dei genitricis Mariae et sanctae Anastasiae ac sanctae Ceciliae necnon et omnium sanctarum virginum et pignora sanctarum virginum in eo multa propriis collocavit manibus. Deorsum quoque et in dextera sive orientali parte prefatae aecclesiae fecit et consecravit altare in honore sancti Ambrosii et sancti Benedicti sanctique Gregorii ac sancti Augustini sive sancti Iuliani atque sancti Hieronimi necnon et sancti Vigoris Christi confessorum et eorum in eo decenter et aecclesiastico more collocavit reliquias. Extra chorum scilicet et in dextera parte ipsius aecclesiae fecit et consecravit altare in honore sancti Georgii et sancti Felicis ac sancti Symphoriani sive sancti Syxti atque sancti Tiburcii, sanctorum quippe Marcellini et Petri, et eorum in eo decenter collocavit reliquias. In sinistra namque et in orientali parte ipsius aecclesiae fecit et sacravit altare in honore sanctae Scolasticae et sanctae Agnetis ac sanctae Luciae atque sanctae Hlodesindae sive sanctae Afrae sanctaeque Geretrudis et sanctae Aldegundis virginum Christi et in eo earum reliquias propriis decenter collocavit manibus. Extra chorum autem in sinistra parte ipsius aecclesiae fecit et consecravit altare in honore sanctae Agathae et sanctae Felicitatis ac sanctae Sabinae sanctaeque Eufemiae sive sanctae Perpetuae atque sanctae Brigidae necnon et sanctae Genovefae virginum Christi et earum in eo decenter propriis manibus collocavit reliquias. In media quoque aecclesia fecit altare, in quo et crucifixum domini nostri Iesu Christi auro et argento mirabiliter fabricatum erexit et ipsum altare in media aecclesia positum in honore sanctae Trinitatis . . . .[b] in eo decenter propriis collocavit manibus.

Antedictus igitur Aldricus Cenomanicae prefatae urbis episcopus anno incarnationis (835?) domini nostri Iesu Christi 835.[1] et anno imperii piissimi Hludovici imperatoris 23, anno siquidem ordinationis suae 3, inditione[a] 14, (Iun. 21.) undecimo vero Kalendarum Iuliarum die sollempniter consecravit occidentalem partem saepe dictae matris et Cenomanicae civitatis senioris aecclesiae, quam et a novo fundavit et mirabiliter ornavit, ad effectum quoque usque perduxit. In qua et altare fecit in honore sancti Iohannis baptistae, quod et in supradicto Kalendarum die et in honore sancti Iohannis baptistae sollempniter consecravit et predicti sancti Iohannis baptistae sive aliorum multorum sanctorum reliquias propriis manibus in eo decenter collocavit. Aliud ergo in dextera parte ipsius occidentalis partis aecclesiae fecit altare et in prescripto die consecravit in honore sancti Christophori et sancti Yppoliti atque sancti Saturnini martirum Christi et eorum reliquias in confessione ipsius altaris propriis decenter collocavit manibus. In sinistra namque parte ipsius occidentalis partis senioris aecclesiae in suprascripto Kalendarum die tercium consecravit altare in honore sancti Victuri[a] et sancti Victurii[a] ac sancti Briccii sanctique Arnei[c] atque sancti Baiumadi[d] seu sancti Almiri seu sancti Ulfacii et sancti Iuliani primi ipsius urbis episcopi atque sancti Turibii et sancti Pavatii necnon et sancti Liborii confessorum Christi et eorum reliquias propriis manibus decenter in supradicto collocavit altari. Prescripto namque 11. Kalendarum Iuliarum die antedictus Aldricus pontifex est de utero matris suae natus; cui omnipotens Deus assidua intercessione predictorum sive omnium sanctorum tribuat vita aeternaliter una cum eis frui sempiterna! Amen.

a) *ita c.* b) *quaedam deesse patet.* c) *ita c.*; Arvei *B.* d) Baumadi *B.*

1) Anno 836. annus Ludovici 23, ind. 14. conveniunt.

4. Dedit quippe prefatus Aldricus pontifex villam quandam canonicis suis cuius vocabulum est Buxarias[1] cum omnibus ad se pertinentibus una cum silva cuius vocabulum est Folicionis[a], de qua et plenius predicti canonici eorum mererentur habere stipendia et delectabilius Domino famulari sive pro imperatore antedicto Hludowico et coniuge sua Iudit, 5 sed et pro liberis regalibus sive pro universo exercitu eorum atque pro sepe dicto Aldrico ipsius urbis episcopo orare certatim studerent, et delectabilius sive studiosius eis Domino militare delectaret. De prefixa videlicet villa censuit atque suis successoribus contestando in suo privilegio, quod de eadem villa predictis canonicis suis fecit, adiuravit, ut fratres et canonici Cenomannica in urbe degentes haberent plenam refectionem in 11. Kal. Ianuaria-10 rum die, quando mater et civitatis aecclesia senior Cenomannica in honore sancti Salvatoris et sanctae eiusdem Dei genitricis Mariae et sancti Gervasii et Prothasii sive sancti Stephani est a iam dicto Aldrico episcopo sollempniter dedicata. Similiter censuit, ut de prefata villa plena predictis fratribus et canonicis 11. Kal. Ianuariarum die fieret[b] refectio; in quo die et sepe dictus Aldricus in prescripta civitate et in prefata aecclesia est 15 canonice et sollempniter a nobilissimis et doctissimis atque sanctissimis episcopis pontifex ordinatus. Similiter censuit, ut in 11. Kal. Iuliarum die[c] antedictis canonicis et Dei servis de prefata villa fieret plena et optima refectio, in quo die et prefixus Aldricus episcopus est de utero matris suae natus atque occidentalis pars prescriptae matris et civitatis aecclesiae ab eodem pontifice est sollempniter dedicata. Similiter in assumptione sanctae Dei geni-20 tricis Mariae, quae est 18. Kal. Septembrium die, in cuius honore prefata aecclesia a sancto Iuliano sacrata fuit, cuius consecrationis dies ab omnibus penitus ignorabatur, sed modo renovata et reconciliata sive consecrata est in honore predictae sanctae Dei genitricis Mariae seu sanctorum Gervasii et Prothasii sive sancti Stephani sollempniter et canonice in prescripto Kalendarum die a prefixo Aldrico episcopo, constituit fieri et plenam refectio-25 nem iam dictis Dei servis ministrari. In his quoque predictis quinque festivitatibus censuit ut predicti canonici et Dei servi acciperent de prefata villa de pane optimo per singulos predictarum festivitatum dies modios 4, arietes optimos 6 et de vino optimo modios 2 et de potione optima modium 1 et cetera, sicut in eius testamento, quod de eadem re fecit, continentur inserta[2].

30 5. In ipso ergo ordinationis atque consecrationis prescriptae matris et Cenomannicae civitatis aecclesiae anno primo virtutes in suprascripta aecclesia apparuerunt multae, videntibus, Domino insigniter tribuente, multis . . . .

6. Antedictus enim domnus Aldricus prefate urbis episcopus quando in predicto quinto Iduum Novembrium die a largitione domni Hludowici piissimi imperatoris per consensum 35 et electionem multorum nobilium virorum, sicut supra dictum est, accepit iam dictum episcopatum, quidam aemuli sanctae Dei aecclesiae et sui intimaverunt atque firmiter protestati sunt prefixo domno Hludowico imperatori, quod abbatia Sancti Vincentii non esset de iure antedicti episcopi, sed fiscus sepe dicti domni Hludowici imperatoris esse debebat. Domnus igitur Hludowicus imperator ad hoc inquirendum atque veraciter investigandum 40 suos strenuos et fideles misit missos, qui hoc inquirerent, si fiscus esse debebat, an de iure et dominatione antedicti episcopi esse deberet. Aldricus vero in hoc valde angebatur tristabaturque, quod tali occasione a iure et dominatione sepe dicti episcopii iam dicta abbatia Sancti Vincentii perdita[d] et iniuste ablata fieret. Non enim habebat ibi cognitos homines neque ipsam rem cognoscebat, sed Dominum obnixe deprecabatur, ut sua negligentia 45 ipsa abbatia Sancti Vincentii de iure predictae aecclesiae [nec[e]] perdita nec alienata fieret. Quem nempe Dominus in hoc exaudivit et oppido illum consolatus est, et ipsas res, amminiculante Domino, evindicare meruit et ad ius suae sedis aecclesiae iure firmissimo retinere, licet in ipso die introitus sui, quando primo in festivitate sancti Martini in ipsam civitatem Cenomannicam est ingressus, ipsa inquisitio facta fuisset, ubi et testes habuit, qui ad ius 50 prefixi sui episcopii ipsam abbatiam testificaverunt atque confirmantes dixerunt, quod sub dominatione et iure prefati episcopii esse deberet. Privilegium ergo, quod domnus Domnolus de prefata abbatia fecit, quando prefatum monasteriolum et iam dictam aecclesiam de rebus suae sedis aecclesiae ditavit, ipso tempore minime invenire quivit, quod ei tunc ab-

Nov. 9.

Nov. 11.

a) Felicionis *B.* b) plena *iterum add. c.* c) *deest B.* d) perdicta *c.* e) *deest c. B.*

55 1) 'On ignore la position de ce domaine'. Cauvin p. 86. 2) Legitur c. 31.

sconditum fuit. Sed posteaquam illud iam evindicatum et per preceptum confirmatum monasteriolum habuit, ipsum privilegium, Domino amminiculante, invenire et adipisci meruit. Idcirco in hoc opusculo predictum privilegium nobis inserere placuit, ut, si, quod absit, futuris temporibus de saepe iam dicta abbatia aliqua questio orta fuerit, et prefatum privilegium aliqua machinatione aut malo ingenio aliquis occultare vellet, in hoc opusculo exemplar eius inveniretur, cum quo et solatium fideles eiusdem sanctae Dei aecclesiae haberent, qualiter ipsa abbatia nunquam a iure et dominatione prefatae aecclesiae perdita fieret. Similiter et privilegium, quod iam dictus domnus Domnolus de colonica ad aecclesiam sancti Vincentii et ad opus fratrum ibi degentium cum consensu canonicorum suorum atque aliorum tam episcoporum quam et aliorum nobilium virorum fecit, hic inserere placuit[1].

. . . .

9. Placuit etiam in hoc opusculo inserere[a] exemplar precepti, quod iam dictus Aldricus a domno Hludowico piissimo imperatore, quando res de sepe dicta Sancti Vincentii abbatia et ipsam abbatiam adiudicaret[b], adipisci meruit[2].

. . . .

10. Similiter in hac scedula vel in hoc libello inserere placuit exemplar precepti, quod supradictus domnus Aldricus de villa quae Brogilus vel Novavilla nominatur cum omnibus ad se pertinentibus tam villulis quam mancipiis sive reiculis atque forestibus necnon et omnibus ad eas iuste pertinentibus accipere meruit, ut, si necesse fuerit, hoc exemplar futuris appareat fidelibus prescriptae aecclesiae, qualiter omnibus notum sit supradicta causatio[3].

. . . .

11. Insuper libuit in hoc opusculo inscribere exemplar precepti, quod sepe dictus domnus Aldricus prefixae urbis episcopus de nonis et decimis vel restaurationibus aecclesiarum sive de censibus tam monasteriorum quam et cellularum sive villarum, que regia largitione vasalli dominici adipisci, licet iniustę et contra canonicam auctoritatem, meruerunt[c]. Nam oblatio fidelium ab episcopis et ministris eorum secundum canonicam institutionem dispensanda et gubernanda est, non a laicis vel secularibus hominibus; quoniam, qui hoc facere ex secularibus vel laicis hominibus aut agere presumpserint, sub anathematis nomine a sanctis patribus districte feriuntur. Illis quoque hoc valde cavendum est, ne pro temporalibus, quod absit, aeternam vitam perdant et pro secularibus negotiis vel dignitatibus huius seculi a deliciis caelestis regni perpetuis[d] alienati, quod absit, fiant[4].

. . . .

12. Placuit etiam in hoc scripto inserere exemplaria preceptorum, que prefatus domnus Aldricus saepe dictae urbis episcopus de monasteriolo Sanctae Mariae, quod est situm intra murum civitatis et fluvium Sartae, accepit, quod etiam domnus Ludovicus[e] piissimus imperator propter amorem Dei et reverentiam sanctorum sive propter dilectionem et amorem predicti Aldrici suprascriptae urbis episcopi ad matrem et civitatis seniorem aecclesiam potestative et legaliter tradidit. Quam antedictus domnus Aldricus in honore domini nostri salvatoris Iesu Christi et eius Dei genitricis Mariae sive sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii atque sancti Stephani renovavit sollempniterque consecravit atque reconciliavit, congregatis scilicet episcopis atque sacerdotibus multis nobilibus sive reliquis Christi et sanctae Dei aecclesiae ministris, cum consensu videlicet absentium multorum et innumerabilium nobilium episcoporum predictam matrem aecclesiam in supradictorum memoriis consecrare sollempniter ac studiosissime meruit. Primo siquidem hoc accepit

a) *deest B.* b) adiudicare et *B.* c) *supple:* accepit. d) *locus nonnullis litteris vacat c.* e) *ita h. l. c.*

1) Chartas Domnoli c. 7. 8. omisimus; quas vide ap. Brequigny ed. Pardessus I, p. 134. 144. Illam interpolatam, hanc falsam iudicavit editor. 2) Ludovici diploma genuinum est Mühlbacher nr. 882. 3) Mühlbacher nr. 888. 4) De charta a. 829, Dec. 29. data v. Sickel Acta p. 345; Mühlbacher nr. 883. Eam interpolatam esse, ille mihi non satis probavit. Nam quod monasterium S. Mariae et S. Petri, 'quod aliquandiu ab eorum iure et ditione subtractum fuit', anno 835. episcoporum dominationi iterum est subiectum, minime cum eo pugnat, quod iam hoc anno inter ea monasteria recensetur, quae ecclesiae Cenomannicae census debent 'ab ipsis qui eadem coenobia nostro beneficio tenent' solvendos; cum a. 835. beneficium sublatum et monasterium prorsus usui ecclesiae sit restitutum.

preceptum, quoniam putabat, quod predictum monasteriolum donatio regum et fiscus esset imperatorum. Sed postquam invenit tradiciones et precarias sive privilegia et strumenta multarum cartarum in vestigario sive armario predictae aecclesiae, qualiter prefatum monasteriolum Sanctae Mariae ad iam dictam matrem et civitatis aecclesiam a Deo devotis et 5 liberis atque nobilibus utriusque sexus hominibus traditum fuerat, aliud inde accepit[a] preceptum, sicuti in eo continetur insertum. Idcirco hoc facere studuit, ut, si, quod absit, futuris temporibus aliqua ex hoc causatio orta fuerit, et predicta precepta aliquo ingenio ablata vel perdita fuerint, exemplaria amborum in his repperiantur scedulis preceptorum et in hoc inveniantur inserta libello, quatenus ex hoc procuratores iam dictae sedis aecclesiae, 10 si necessitas fuerit, adiutorium et recuperationem habere valeant[1].

. . . .

16. Predicta quoque precepta in hoc opusculo ideo inserere placuit, ut, sicut dictum est, si futuris aut modernis de supradictis rebus aliqua questio orta fuerit, exemplaria antedictorum in hoc libello inveniantur inserta preceptorum, quatenus per ea fideles supra- 15 scriptae aecclesiae et rectores atque gubernatores eiusdem ex his exemplariis adiutorium habere queant. Nonnulla etenim alia precepta prefatus domnus Aldricus iam dictae urbis episcopus accipere pro firmitatis causa studuit, quae in his scedulis propter prolixitatem vel fastidium audientium vel legentium sive taedium scribentium inserere minime libuit.

17. Predictus quoque Aldricus sepe dictae urbis episcopus collegit quaedam capitula 20 canonum valde utilia et necessaria, quae et suis consacerdotibus sepissime legenda sive memoriae commendanda tribuit. Ex quibus enim canonibus atque edictis patrum prefata capitula strictim colligere curavit, in suo preemio[b] continetur insertum. Primo vero collexit capitula nonnulla ex duodecim conciliis sive ex decretis Romanae sedis apostolicorum[c], quorum prefationem in primo fronte predicti operis valde utilem posuit. Demum 25 quoque quae secuntur ex aliis collexit canonibus atque edictis patrum diversarum provinciarum atque nonnulla ex his quae cum aliis sanctissimis et doctissimis episcopis in sinodis pariter sancxit sive ex capitulis christianissimorum imperatorum in sinodis episcoporum decretis tam tempore Pipini quam et Karoli sive Hludowici, sicut in prefationibus ipsius libelli a diligenter investigantibus inveniri potest. — Sepe dictus quoque Aldricus 30 episcopus fecit tugurium, quod et ciborium nominatur, super altare seniori, quod est sacratum, ut prefixum est, in honore domini Salvatoris et sanctae Dei genitricis Mariae atque sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii sive sancti Stephani necnon et simul in veneratione et honore omnium sanctorum. Ipsum enim ciborium auro et argento mirifice, sicut hodie apparet, fabricare studuit; in quo et kannas argenteas et deauratas desuper 35 configere precepit, sicut actenus a conspicientibus predictum opus intuetur. — Hic namque fecit in loco in quo olim canes et meretrices sive latrones habitare solebant monasterium supra fluvium Sartae miliario et semis a iam dicta urbe distante in honore sancti Salvatoris et sanctae Dei genitricis Mariae et sanctorum martyrum Stephani, Gervasii et Prothasii atque omnium sanctorum, in quo et dormitorium novum decenterque compositum 40 fecit, et in ipso dormitorio absidam in orientali parte mirifice construxit et in ea altare erexit; ipsam vero absidam una cum predicto altare in die 4. Iduum Septembrium una cum suis reliquiis in honore sancti Benedicti confessoris precipui sollempniter consecravit, et ubi antea latratus canum et ululatus pauperum, qui a latronibus inibi inhabitantibus expoliabantur[d], resonabant, ibi hymnos angelicos et propheticos sive ceterarum Divinarum 45 Scripturarum laudes decantare et resonare die noctuque Domino constituit. — Fecit quoque in ipso monasterio refectorium novum et nobiliter compositum, et cetera officina fratrum, tam cellaria quam et alia officina, mirabiliter et decenter construxit et regulariter ordinavit monachisque ad inhabitandum contradidit. In ipso ergo loco Kal. Maias fundamenta aecclesiae et claustri coepit ponere et construere; in quo opere mira et magna virtus Dei 50 est declarata, quoniam, quae in duos aut tres annos minime putabant esse consummata, in quatuor et quinto dimidio mensibus, Domino amminiculante, consummatum est, id est a Kal. Mai usque 16. Kal. Octobris; in quo Kalendarum die et ipsa aecclesia est consecrata, et

Sept. 10.

a) precepit *add.* c. b) premio c. c) apostolorum c. d) expoliabant c.

1) De chartis Ludovici a. 836, Mart. 17. et 22, quarum prima, nescio an recte, falsa creditur (Sickel I. l. 55 p. 350) v. Mühlbacher nr. 926. 927.

ipsi monachi in dormitorio inibi novo ceperunt dormire et in refectorio inibi novo manducare; quae nullo modo fieri potuissent, nisi Domini misericordia et eius magna virtus hoc operata esset. Unde et ipse laudatur, qui hoc prestare et concedere atque divinitus operari dignatus est; cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

18. In predicto itaque monasterio aecclesiam mirifice et ordinabiliter compositam a novo construxit, in qua et quatuordecim altaria erexit et ea in memoriis et nominibus atque honoribus eorum sanctorum dedicavit et consecravit et eorum pignora in eis collocavit, quorum nomina super ea actenus adscripta esse videntur. Ipsam ergo aecclesiam, ut prefixum est, in honore domini Salvatoris et sanctae eiusdem Dei genitricis Mariae sive sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii atque sancti Stephani necnon et simul in honore omnium sanctorum sollempniter decenterque in die 16. Kalendarum Octobrium consecravit. Dum ergo consecratio predictae aecclesiae a iam dicto episcopo et a suis ministris preparabatur, mira res et minime celanda accidit. Venit quoque quidam homo, nemine monente hominum aut vocante, sed divina clementia inspirante compunctus, nomine Salahardus, nobilis genere, ad prefatum locum et ad iam dictum episcopum et ad ipsam congregationem, qui dixit, se velle suum tradere proprium ad eandem devotionem et ad prefixum locum et suos filios binos ad supradictam aecclesiam tradere servituti, ut et ibi, si Domino placuerit, monachi fierent et cunctis diebus vitae illorum inibi Domino deservirent. Quod ita post consecrationem supradictam peractam, Domino annuente, factum est. Tradidit itaque prefixus vir, multis nobilibus coram adstantibus, prefixo episcopo una cum suis sacerdotibus et monachis, supra prescriptum altare sancti Salvatoris votum eius suscipientibus, de proprio suo quantum, ut reor, cum mille solidis argenti preciosi nemo emere poterat. Unde predicto episcopo et suis sacerdotibus atque monachis inibi Domino famulantibus cartam legalem fecit et fideiussores ex eodem proprio nobiles et electos condonavit. Ista igitur miracula, nisi instinctu Dei, nullo modo fieri possent. Idcirco et ea hic inseruimus, ut cuncti servi Dei pro eis qui haec legerint orent, qui suis votis Domini famulatum amplificare magnificareque atque adimplere cupiunt sive cupierunt.

19. Consecratione igitur sollempniter et canonice peracta, ad ipsam aecclesiam sive ad ipsum altare, quod in predictorum honore sanctorum consecravit, et ad fulciendam fratrum necessitatem ibidem Domino servientium, una cum suis consacerdotibus et clericis sanctę viventibus, cum consultu et consensu videlicet universi cleri et populi, contradidit quatuor euvangelia mirifice conscripta et calicem aureum [1] una cum patena sua. Per ipsum enim euvangelium et per predictum calicem aureum Deoque sacratum, una cum ceteris episcopis et consacerdotibus manibus eorum desuper imponentibus, et cunctis reliquis consentientibus ac exortantibus, ibidem de rebus suae sedis aecclesiae cum consultu omnium contradidit, multis testibus coram adstantibus, nobilibus et liberis hominibus videntibus, id est villam Apiacum [2], in qua sanctus Ulfacius confessor Christi requiescit in corpore, cum omni integritate, et villam Luciacum [3] cum omni integritate, et medietatem de villa Canon [a.4], et medietatem de villa Berus [b.5], et illas culturas duas iuxta prefatum monasterium infra illam silvam coniacentes, una cum prato ex alia parte monasterii consistente, sicut termini ipsorum monachorum dividunt, et illa molina duo iuxta monasterium supra fluvium Sartae constructum, et villam Salnariam [c.6] cum aliis villulis iuxta eam adiacentibus, cum manentibus 30, et illam vineam indominicatam, quae iuxta ipsum monasterium consistit. Hoc totum prefixae aecclesiae et predicto altari in dotem sive monachis ibidem Domino regulariter famulantibus, cum consensu piissimi Hludowici imperatoris et episcoporum multorum, maxime conprovincialium, et consacerdotum suorum, monachis ibidem degentibus perpetualiter ad possidendum contradidit, deprecans ac contestans humiliterque implorans, ut nemo ea inde auferat, sed plura adaugeat, et sicut vult unusquisque, ut ea [d] pia facta stabilia permaneant, ita et nostra, licet perpauca, perpetualiter manere inconvulse permittat. In quo die et in qua sollempnitate constituit, ut monachi in ipso monasterio degentes et regu-

a) Cañ *c. B.* b) Bernis *B.* c) Salvariam *B.* d) sua *B.*

1) Cf. carmen VIII, p. 633, ubi Iudit imperatrix calicem aureum Aldrico donasse narratur, quem hic ad altare S. Mariae, S. Stephani, Gervasii et Prothasii dedit. 2) Apilli ad Bray fluvium; Cauvin p. 20. 3) Lucé; sed tres eius nominis parochias recenset Cauvin p. 378. 4) Conlongé ad rivum Çanon vel Chenon; ib. p. 103. 5) Berus; ib. p. 60. 6) La Saunière; ib. p. 492.

lariter viventes fratribus canonicis matri et seniori civitatis aecclesiae famulantibus dent plenam refectionem, quae et in subsequentibus commemorabitur. Ipsam ergo refectionem clericis matri et seniori civitatis aecclesiae famulantibus dare censuit; quae etiam similiter in honore domini Salvatoris et sanctae eiusdem Dei genitricis Mariae sive sanctorum mar- 5 tirum Gervasii et Prothasii atque sancti Stephani necnon et simul in veneratione et nomine omnium sanctorum noscitur a predicto Aldrico episcopo reconciliata et sollempniter, ut prefixum est, sacrata esse; ad cuius similitudinem et imitationem et hanc aecclesiam in iam dicto monasterio consecravit. Quae igitur quoniam subiecta est matri et seniori civitatis aecclesiae, idcirco et in ipsorum memoria, quorum predicta mater aecclesia est con- 10 secrata, et hanc consecrare disposuit. Quod et ita ordinabiliter et sollempniter, Domino adiuvante, factum est.

20. In die namque consecrationis prescriptae aecclesiae, ut superius commemoratum est[1], censuit supradictis canonicis et Dei servis matri et seniori civitatis aecclesiae famulantibus dare de iam dicto monasterio Sancti Salvatoris de pane optimo modios 4 et de 15 vino optimo modios 3 et quartum de potione optima, friscingas vero vervecinas 2 et porcinas similiter 2. Constituit etiam, ut iam dicti canonici pleniter et decenter venirent cum silentio[a], id est cum crucibus et reliquis divinis obsequiis et ornamentis ut decet nobilibus, ad vesperas et vigilias iam dictae festivitatis et dedicationis domini Salvatoris et ipsius monasterii aecclesiae, in qua tam vespertinale quam et matutinale seu missale officium de- 20 dicationis aecclesiae, sicut in sacramentorio et lectionario sive antifonario atque in ceteris sanctorum patrum institutis et rationabiliter ordinatis a prudentibus sanctae Dei aecclesiae cultoribus invenitur, agatur et pleniter decenterque et rationabiliter atque sollempniter una cum monachis ibidem degentibus et Domino famulantibus devotissime ab omnibus perficiatur, et post vesperas in ipsius dedicationis vigilia predicti canonici in refectorio cum 25 ipsis monachis talem refectionem sicut ipsis[b] monachis una cum eis habeant. Missa vero crastina in die ipsius sollempnitatis canonicę et sollempniter peracta, faciant ipsi canonici, utrum episcopus vel magistri eorum melius et racionabilius iudicaverint, aut in ipso monasterio reficiant pleniter, aut predicta stipendia ad eorum refectorium famuli eorum deferant, in quo et ipsi pleniter et decenter reficiant, letantes quippe et gaudentes de predicta 30 sollempnitate.

Aug. 15.

21. Constituit etiam predictus Aldricus iam dictae civitatis episcopus et humiliter deprecatus est, ut in prefixae sollempnitatis die unusquisque tam civitatis sacerdos quam et suburbanus sive prefati monasterii presbyter unam decantaret, dum in presenti peregrinatione vixerit, pro eo vivente missam, post obitum quoque eius, quando Dominus voluerit, 35 similiter constituit et suppliciter deprecatus est atque una cum eis pariter sanxit, ut pro anima eius predicti sacerdotes in iam dicta die decantent devotissime unusquisque missam unam, et reliquus clerus, cuncti videlicet monachi et canonici, unusquisque psalmos 50 devotissime decantet, orantes namque Deum caeli, ut vitam habere predictus Aldricus mereatur sempiternam. Porro similiter constituit, ut in die 11. Kal. Ianuariarum dedicationis 40 matris et senioris aecclesiae civitatis sacerdotes et clerici missas et psalmodia, sicut et in dedicatione aecclesiae sancti Salvatoris iam dicti monasterii, pro Aldrico episcopo studiosissime decantent, id est unusquisque sacerdos missam unam vel eo amplius, si libuerit, et unusquisque clericus psalmos [50[c]] vel eo amplius, si placuerit, orantes et deprecantes Dominum caeli, ut anima ipsius vita sempiterna perfrui et requie aeterna mereatur. Amen.

45 22. Similiter ergo et in dedicatione aecclesiae sancti Stephani, quam infra claustrum canonicorum iam dictus Aldricus episcopus a novo construxit, decretum est, ut predicti canonici et ipsius civitatis Dei servi et suburbani omnes presbiteri et clerici ad ipsam sollempnitatem dedicationis aecclesiae sancti Stephani mane prima revestiti convenientes, unusquisque sacerdos in ipsa aecclesia pro anima predicti Aldrici pontificis cantet missam 50 unam; et si amplius voluerit, in ipsius erit benignitate et potestate, ut faciat. Et unusquisque clericus psalmos 50; et si amplius voluerit, in ipsius erit benignitate et misericordia sive[d] remuneratione et potestate, orantes autem et deprecantes Domini misericordiam obnixe, ut anima ipsius Aldrici episcopi quiete aeterna frui valeat et requiem sempiternam una cum sanctis et electis Dei habere mereatur. Amen.

55 a) psallentio *B.*; *v. supra p.* 310, *n.* a. b) ipsi monachi *B.* c) *ita B.*; *deest c.* d) sine *B*

1) Cap. 4.

23. Sancxit quoque antedictus domnus Aldricus episcopus una cum fratribus et coepiscopis ac canonicis suae sedis aecclesiae consideravit, ut in die ordinationis eius omnes presbiteri tam urbani quam et suburbani sive monasteriales reliquusque[a] clerus ad vesperas et vigilias ipsius festivitatis, sicut in nataliciis episcoporum constitutum est sollempniter agere, pariter et sollempniter convenirent et ipsa officia sollempniter cum ipsis canonicis et devotissime peragerent et post vesperas peractas in refectorio una cum ipsius aecclesiae canonicis ter biberent et ad nocturnas vel ad matutinas pleniter postea venirent et matutinale[b] sinaxin una cum ipsis canonicis sollempniter et decenter peragerent. In ipsius quippe sollempnitatis die constituit atque sanxit una cum sapientissimis episcopis et sacerdotibus, ut mane prima omnes sacerdotes tam urbani quam et suburbani revestiti infra ipsam matrem et seniorem aecclesiam conveniant, et reliquus clerus una cum eis adveniat, et unusquisque presbiter pro iam dicto Aldrico pontifice missas devotissime decantet 3, et unusquisque clericus per se psalterium decantet unum, aut simul omnis clerus versa vice unum decantet in choro psalterium; haec vero officia et missarum sollempnia pro Aldrico venerabili episcopo devotissime completa, simul omnes ad legitimum et canonicum tempus in publicum et sollempne introeant officium, sicut in nataliciis pontificum facere constitutum est. Post actum quoque publicum et sollempne officium simul tam ipsi canonici quam et omnes clerici ad predicta officia peragenda convenientes in refectorium, pariter et sufficienter sollempniterque reficiant de prebenda, quae eis ad predicta officia peragenda et ad ipsam sollempnitatem complendam a prefixo Aldrico dare de villa cuius vocabulum est Buxarias decretum est, sicut in testamento de ipsa villa[1] fratribus a iam dicto Aldrico episcopo prefato[c] et in eo scripto atque firmato a multis episcopis constitutum est. Predicta vero festivitas et antedicta refectio fratrum, quae modo agitur in 12. Kal. Ianuariarum[d] die, quae et una die anticipatur propter dedicationem prefixae matris et senioris civitatis aecclesiae, decretum et consideratum est a iam dicto Aldrico episcopo et a predictis sanctis coepiscopis et suis consacerdotibus et canonicis universis, ut transferatur in diem depositionis eius, quando eum Dominus de hoc seculo vocare voluerit, et in ipsa die agatur tam refectio predicta quam et antedicta sollempnitas; tantum enim, ut hoc, quod modo pro vivo in missis et psalmodiis et ceteris orationibus et cerimoniis agitur, tunc pro defuncto similiter, et predicto numero adimpleto, id est unusquisque sacerdos missas [3[e]] et unusquisque clericus psalterium unum, in die depositionis eius agatur pro defuncto episcopo, et tunc unusquisque devotius et sollempnius agere certet, quia maior necessitas est tunc quam nunc; quoniam non est amicus in vita, qui post mortem animam illius non diligit et pro ea orare non certat atque pro requie eius orare et certare neglegitur et dedignatur. Est namque a prefixis sacerdotibus et Dei servis consideratum et decretum, ut, quisque haec preterierit, aut cuius negligentia pretermissum[f] fuerit, sive in danda predicta prebenda seu in peragendis iam dictis officiis, ut ante tribunal districti[g] iudicis reddat ex hoc rationem et ibi sententiam suam accipiat. Videte, fratres et sancti successores antedicti episcopi, ut hoc[h] decretum non neglegatis, sed magis adimplere studeatis, qualiter non dampnationis poenam, sed retributionis premium in aeternum percipere valeatis! Amen.

Oremus, fratres, ut Dominus animae predicti pontificis Aldrici tribuat primae resurrectionis partem et vitam ei habere concedat in caelis, ubi et gloria aeterna perfrui una cum sanctis Dei aeternaliter mereatur, ipso dispensante et tribuente, qui vivit et regnat cum Deo patre in unitate Spiritus sancti, Deus per infinita secula seculorum. Amen.

24. Similiter etiam in festivitate dedicationis occidentalis partis matris et senioris civitatis aecclesiae, in quo[b] altare sancti Iohannis construxit et alia altaria tria facere censuit, id est, ut unusquisque presbiter, tam urbanus quam et suburbanus, sive cuncti monasteriales sacerdotes ad ipsam festivitatem, quae est 11. Kal. Iuliarum, mane prima revestiti conveniant et ibi pro iam dicto pontifice Aldrico venerabili episcopo missam unam decantent; et si amplius voluerint, in eorum erit potestate et misericordia sive[i] retributione, et unusquisque clericus psalmos 50 et eo amplius decantet pro anima Aldrici iam dicti episcopi, orantes quoque Deum caeli et deprecantes misericordiam eius, ut anima predicti Aldrici episcopi vitam aeternam habere valeat sive requiem sempiternam una cum sanctis et electis Dei aeternaliter frui mereatur per infinita seculorum secula. Amen.

a) reliquias *c.* b) *tla c.* c) prefacto *c.* d) die Ian. die *c.* e) *deest c.* f) premissum *c.* g) districtis *c.* h) hęc *c.* i) sine *B.*

1) Quod insertum est c. 31; cf. supra c. 4.

25. Constituit enim prefatus Aldricus venerabilis episcopus, ut omnes presbiteri, tam urbani quam et suburbani, sive monasteriales iuxta urbem degentes et omnes sacerdotes infra illam quintam commanentes ad predictas sex festivitates decenter et revestiti convenirent, id est 18. Kal. Septembrium, quando festivitas assumptionis sanctae Dei genitricis Mariae celebratur, et in festivitate consecrationis occidentalis partis matris et senioris civitatis aecclesiae, quae est 11. Kalendarum Iuliarum, et in festivitate dedicationis aecclesiae sancti Salvatoris infra monasterium monachorum, quod Aldricus sepe dictus episcopus supra fluvium Sartae a novo fundavit et in quo monachos habitare et regulariter vivere constituit, et in festivitate sacrationis aecclesiae sancti Stephani, quam iam dictus Aldricus episcopus intra claustrum canonicorum a novo fundavit, quae est 5. Iduum Novembrium, et in festivitate natalicii prefati Aldrici episcopi, quae[a] 12. Kalendarum Ianuariarum propter anticipationem unius festi diei, id est matris et senioris aecclesiae consecrationis, celebratur, et in festivitate consecrationis matris et senioris civitatis aecclesiae, quae est 12. Kal. Ianuariarum. Ad has ergo festivitates consideratum et decretum est, ut predicti sacerdotes revestiti mane prima conveniant et in iam dictis aecclesiis oblatas et vinum a custodibus ipsarum aecclesiarum accipiant et supradicta officia pro Aldrico episcopo mane prima ante horam terciam faciant, orantes humiliter et supplicantes flexisque poplitibus Domini misericordiam obsecrantes, tam sacerdotes cuncti quam et reliqui clerici omnes, ut absolvat Dominus animam Aldrici peccatoris episcopi ab omni vinculo delictorum, quatinus in resurrectionis gloriam inter sanctos et electos Dei resuscitari mereatur et vita sempiterna una cum eis perfruatur per infinita secula seculorum. Amen.

Hec ergo officia pro Aldrico sepe dicto episcopo devotissime et bono animo peracta, hora tercia in publicum et sollempne ipsius diei officium omnes introeant, et officium sollempne decenter sollempniterque peractum, in refectorio una cum predictae sanctae matris aecclesiae canonicis in predictis 6 diebus et festivitatibus plenam et condecentem refectionem, sicut ipsi canonici habeant, gaudentes et letantes plaudentesque in predictis festivitatibus persistant, laudantes et benedicentes Dominum, qui eis tanta bona tribuere non dedignatus est, orantes quoque et supplicantes Deum caeli, precibus incumbant, ut hanc vitam pacifice et decenter sanctęque et pie degere valeant et postmodum, quando Dominus voluerit, vita aeterna in caelestibus una cum sanctis Dei frui mereantur; quod ipse prestare dignetur, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Hanc quicumque cupit dissolvere . . . . . .[b]
Membris aecclesiae dissociatus eat.

26. Fecit igitur antedictus Aldricus episcopus monasterium in loco ubi dudum monasterium fuerat in honore sanctae Mariae constructum, quod et ipse legibus et per strumenta kartarum a domno imperatore Hludowico ad ius sepe dictae aecclesiae adquisivit, sed pene destructum atque dirutum et absque ulla religione[c] neglectum. In loco vero supradicto, ubi illud predictum monasterium fuerat, id est inter murum civitatis et fluvium Sartae, monasterium predictus Aldricus episcopus, ut dictum est, fundavit et a novo, prout melius potuit, construere studuit. Aecclesiam namque inibi fecit maiorem, quam ibi destructam invenisset, eamque in honore domini Salvatoris et sanctae eiusdem Dei genitricis Mariae sanctorumque martirum Stephani, Gervasii et Prothasii quarto Id. Octobrium canonice atque sollempniter sacravit. Et propterea hoc illi visum fuit agere, quia in eorum sanctorum nomine et honore in quibus capud ipsius monasterii, id est mater aecclesia civitatis, sacrata erat, ut in ipsorum memoria et honore et membrum constructum sacratumve foret, et sicut predicta mater aecclesia in honore domini Salvatoris et sanctae Mariae sanctorumque martirum Gervasii et Prothasii dedicata erat, ita[d] et ipsa in eodem monasterio aecclesia fuisset, qualiter eorundem sanctorum memoria ab omnibus ut decet inibi futuris veneratur[e] temporibus. Porro claustrum iuxta ipsam aecclesiam fecit, id est refectorium, dormitorium, cellarium et cetera officina que ad monasterium pertinent nobiliter composuit, et ita constituit, ut in medio claustro fons vivus et bonus surgeret et inde per eorum officina aquam eis ministrando discurreret. In ipso quoque monasterio monachas instituit secundum regulam sancti Benedicti degentes, quas per licentiam domni imperatoris Hludowici et domnae imperatricis Iudit ab Intramnis[1] monasterio primitus ibidem [collocavit[f]]. Et hoc decrevit

a) quae est *c. B.* b) tabula *corr.* rabula *vel* trabula *c.; om. B. Versus hi litteris capitalibus vel uncialibus scripti sunt.* c) regione *c.;* ratione *corr. B.* d) ipsa *c.* e) *ita c.* f) *deest c.;* mon. misit ibidem *B.*

1) Entrames dioec. Cenomannensis; Cauvin p. 352.

atque sanxit pariter cum suo metropolitano et suis conprovincialibus et aliis multis episcopis auctoritate predicti imperatoris Hludowici, ut futuris temporibus semper monachas[a] regulariter viventes et secundum regulam sancti Benedicti degentes inibi permanerent, et si quis haec destruere aut infringere nisus, quod absit, fuerit, ante tribunal aeterni Iudicis inde tremebundam redderet rationem. Ipsis quoque sanctimonialibus et monachis villas dedit, ut inde eorum stipendia et vestimenta atque cetera suplementa[a] per singulos annos pleniter haberent, ut absque ullo impedimento aut indigentia regulariter vivere possent, id est villam Macerias[1] in condita Conedralinse[2] cum omni integritate et aliam in condita Vivoniense[3] cum omni integritate quae Taumiacus[4] nominatur, et est sita super fluvium Sartae, terciam[b] vero super eundem fluvium Sartae quae Monasteriolus[5] vocatur, et quartam in condita Gabronense[6] quae Cambionis[7] appellatur. Constituit namque, ut de prefato monasterio et de supradictis villis ministri et monachae ipsius monasterii canonicis matris et [senioris[c]] civitatis aecclesiae[d] degentibus unam refectionem per singulos annos in sollempnitate predictae dedicationis aecclesiae, id est quarto Idus Octobris, plenam et bonam facerent, et ipsi canonici ad officium dedicationis ipsius aecclesiae revestiti veniant et illud inibi per singulos annos, sicut in libris officiorum continetur, sollempniter[e] celebrent atque pro predicto Aldrico episcopo inibi missas et psalmodia devotissime cantent, id est unusquisque presbiter missam unam aut 2, et unusquisque clericus sive monacha psalmos 100 decantent, pro eo orantes Dominum caeli, ut vitam aeternam habere in caelestibus mereatur, insuper orantes et devotissime supplicantes, ut requiem aeternam donet ei Dominus, et lux perpetua luceat ei. Amen.

Supradicta enim refectio canonicorum talis debet esse, id est ut accipiant per singulos annos de pane obtimo modios 4 et friscingas porcinas optimas 4 et de vino obtimo modios 4: tam in vita ipsius Aldrici quam et post eius obitum ita fiat, qualiter ambobus congregationibus delectet semper pro eo orare tam in ipso die quam et in reliquis diebus, et memoria ipsius nominis ab eis devotissime celebretur, qualiter cum sanctis Dei in caelestibus letari et beata requie frui mereamur. Amen.

27. Prefatus ergo Aldricus episcopus ingressus villam sui episcopii, in condita videlicet Cormense[f, 8], monachos regulariter degentes instituit, ubi et monasteriolum, prout tunc temporis ratio dictavit et ipse melius potuit, aecclesiam et claustrum edificavit et futuris temporibus habitationes monachis regulariter viventibus preparavit. Et hoc constituit, ut semper ibi monachi essent et pro domno imperatore et pro eo sive pro universa aecclesia die noctuque orarent suasque animas inibi salvarent et aliorum lucrarent bonamque vitam perpetualiter regulariter viventes ducerent. Ipsis enim monachis ex rebus suae sedis aecclesiae sibique divinitus commissis ad eorum varias necessitates sufficienter fulciendas atque supplendas dare habundanter, prout tunc temporis exposcebat necessitas, non distulit. Unde et scriptum quoddam, sua ceterorumque venerabilium auctoritate episcoporum reliquorumque ordinum Deo servientium necnon et laicorum religiosorumque pariter ac nobilium manibus roboratum, futuris temporibus habendum et custodiendum propriis manibus tradidit, ut ex rebus in eo insertis eorum necessitates supplerent et Domino suisque successoribus regulariter militarent atque multos Domino lucrarent et pro regni nostri principibus et pontificibus, quibus subiecti esse debebant, atque pro cunctis sanctae Dei aecclesiae fidelibus futuris temporibus exorarent, quatenus eorum et aliorum servorum Dei precibus remissionem omnium peccatorum et vitam perpetuam habere mereamur in caelis. Amen.

28. Sepe dictus igitur Aldricus Cenomannicae matris aecclesiae episcopus quoddam monasterium monachorum in condita Auciacinse[g, 9], in loco qui dicitur Talipiacus[10], super fluviolum Rodani construxit, prout melius tunc temporis ratio permisit. In ipso enim monasterio Talipiaco aecclesiam in honore sancti Petri una cum claustro monachorum et molendinis et ceteris officinis, quae ad curam et regulam monachorum pertinent, prout melius potuit, predictus pontifex construere et ornare nobiliterque et sapienter componere studuit. In

a) *ita c.* b) tercium *c.* c) *deest c.; suppl. B.* d) ecclesia *c.* e) sollepniter *c.* f) Conedralinse *B.; cf. supra l.* 8. g) Duciac. *B.*

1) Mézières; Cauvin p. 384. 2) Connerré; ib. p. 274. 3) Vivoin; ib. p. 557. 4) Teillé? ib. p. 518. 5) Montreuil-sur-Sarte; ib. p. 419. 6) Javron; ib. p. 328. 7) Champéon; ib. p. 96. 8) Cormes; ib. p. 256. 278. 9) Oisé; ib. p. 29. 10) Teloché ad Rône fluvium; ib. p. 516.

prefato enim monasterio Talipiaco monachos de monasterio suo quod Anisola nominatur, in quo sanctus Karilephus corpore requiescit, misit, ut regulariter in eo viverent et multos ad Dominum attraherent suasque atque aliorum multorum animas inibi Domino multipliciter lucrarent et pro domno Hludowico imperatore seu pro filio eius Karolo atque pro prefixo Aldrico episcopo sive pro omnibus sibi commissis necnon et universis sanctae Dei aecclesiae fidelibus die noctuque fideliter exorantes rogarent, ut Deus omnipotens nobis omnibus suam semper tribuat facere voluntatem vitamque concedat degere felicem et insuper requiem tribuat sempiternam. Amen.

In memorato ergo monasterio Talipiaco prepositum suum nomine Iacob archipresbiterum abbatem constituit, qui monachorum curam ibi gereret eosque monachos iuxta regulam sancti Benedicti regulariter regeret suamque atque aliorum animas inibi salvaret atque ad supernam patriam, id est caeleste regnum, Domino adiuvante, deduceret, ut caelestibus in sedibus una cum sanctis et electis Dei perpetualiter vivere et cum eis regnare et gloriari, prestante domino nostro Iesu Christo, mereantur. Amen.

Has ergo villulas et res iam dictus Aldricus episcopus prefixo monasteriolo et monachis inibi Domino degentibus per suum privilegium confirmavit una cum licentia domni Hludowici piissimi imperatoris et una cum consensu Ursmari sui metropolitani[1] et ceterorum suorum conprovincialium sanctorum episcoporum, assensum etiam prebente universo ordini[a] et clero sibi commisso sive cuncto cetu Cenomannico in parrochia Domino militantium sacerdotum ac levitarum atque reliquorum sacrorum ordinum ministrorum.

29. [b]Memoratus namque Aldricus Cenomannicae matris aecclesiae episcopus, divino honore fervens pariter et amore, monasterium Sancti Vincentii iuxta Cenomannicam urbem situm quasi a novo reedificavit et renovare studuit, ipsamque aecclesiam sancti Vincentii teguminibus et aliis edificiis ornare interius exteriusque non distulit, et iuxta eum in aquilonari parte claustrum monachorum una cum aliis edificiis, quae ad curam et regulam eorum pertinere videntur, prout melius potuit, construere et ornare nobiliterque et sapienter atque decenter componere studuit. In prefato quippe monasterio prefixi sancti Vincentii, quod pene dirutum et quasi adnullatum invenit, iam magna ex parte reedificato, monachos posuit, ut regulariter in eo viverent et multos ad domini Salvatoris servitium et ad decorem sanctae Dei aecclesiae attraherent et ad lucrum animarum et corporum sive ad salvationem et exaltationem christiani populi multos adquirerent suasque atque aliorum innumerabilium animas multipliciter inibi[c] sanctę et iustę ac pie et regulariter viventes Domino lucrarent, et pro domno Hludowico imperatore sive pro eius coniuge Iudith imperatrice atque pro nobilissima prole eorum Karolo glorioso rege, quorum licentia et auxilio fultus hec agere cepit, et pro omnibus sibi commissis gregibus et populis fideliter et incessabiliter die noctuque implorarent seu pro omnibus sanctae Dei aecclesiae filiis incessanter exorarent, ut dominus Salvator noster, qui nos proprio sanguine redemit, die noctuque in suo servitio et ad suam peragendam voluntatem ubique custodiat semperque felicem vitam ducere concedat et ad societatem sanctorum, intercedentibus servorum et sanctorum Dei meritis, perducere dignetur.

30. Commemoratio[2] de mansionilibus et novalibus quae prefatus Aldricus Cenomannicae urbis episcopus ad utilitatem sanctae Dei aecclesiae suorumque servorum et sustentationem pauperum sive indigentium atque supplementum sibi famulantium et ad alenda sive nutrienda pecora construere et extirpare studuit.

. . . .

31. Placuit quoque hoc in opusculo inserere exemplaria privilegiorum prefixi episcopi et preceptorum ab imperatoribus et regibus super ipsa privilegia firmitatis studio a prescripto domno Aldrico episcopo impetrata, ne aliqua machinatione prefata privilegia quassentur, imperatorum et regum auctoritatibus confirmata, quae suis monachis et cano-

a) *sic!* c. b) Idem *add.* c. c) mihi c.

1) Archiepiscopi Turonensis a. 837—846. 2) Quae sequuntur ab alio 'discipulo' postea addita videntur; cf. praef. p. 307.

nicis de quibusdam rebus et villulis fecit, ut eorum stipendia pleniter haberent, et absque indigentia Domino servirent, et mater aecclesia suum privilegium pleniter retineret, sicut in subsequentibus haec scire et investigare volentibus inveniri poterit[1].

. . . .

43. De dedicatione senioris altaris Anisolae monasterii. Anno[2] incarnationis domini nostri Iesu Christi 838[a], indictione vero prima, anno siquidem 25. imperii domni Hludowici piissimi imperatoris, anno 6. ordinationis Aldrici[b] Cenomannicae urbis episcopi, quinto quoque Iduum Maiarum die, sollempniter seniore[c] dedicatum est altare senioris aecclesiae monasterii Anisolae a prefixo episcopo Aldrico in honore domini Salvatoris et sanctae eiusdem Dei genetricis Mariae sanctique Martini confessoris precipui. In prefixo ergo Kalendarum die, cum sillentio[d] susceptus est iam dictus Aldricus episcopus, primo postquam ei redditum fuit memoratum Anisolae[e] monasterium a domno Hludowico imperatore[3], a monachis et reliquis nobilibus hominibus in ipso monasterio; cui Dominus precibus predictorum et omnium sanctorum eternam tribuat vitam! Amen.

Mai. 11.

Presul ave[f] noster! cuncti te, Aldrice, rogamus,
Nunc altus dominus, nunc humilisque pater.
En tua fama sacri vulgans preconia facti,
Gallorum celsas venit ad usque domos.
Qui es pia spes patriae, solamen et optima virtus,
Ast murus fortis et clipeus validus[4].

44. De ospitalium constitutione et receptione et de sex sanctorum corporibus in sinu matris aecclesiae delatis et collocatis, quorum nomina hic habentur inserta, et de 12 signis in clocariis matris aecclesiae collocatis per singulis horis reboandis, et de consecratione episcoporum et sacerdotum ac reliquorum graduum sive sanctimonialium, et de commemoratione dedicationum aecclesiarum. Memoratus igitur Aldricus episcopus in prefata Cenomannica urbe duo hospitalia facere studuit. Unum itaque iuxta prefatam Cenomannicam[g] urbem supra fluvium Sartae a radice pontis sanctae Mariae propter habundantiam aquarum et pascuarum[h] construere certavit, ad receptionem videlicet episcoporum et comitum atque abbatum sive cunctorum adventantium, in quo et aecclesiam construxit, quam et in honore sancti Stephani sollempniter dedicavit, et alia edificia ad predictum opus faciendum racionabiliter et mirifice ordinabiliterque construxit et disposuit. Alterum ergo hospitale iuxta matrem et senioris civitatis scilicet aecclesiam infra urbem construxit, in quo pauperes et debiles, ceci ac claudi sive aliarum debilitatum subnixi et indigentes multi reciperentur; in quo constituit ut duodecim pauperes condigne reciperentur, quibus alimenta et lectorum stramenta sufficienter et discrete ministrarentur. Prefixa quoque hospicia iam dictus Aldricus venerabilis episcopus de rebus suae sedis aecclesiae nobiliter dotavit et villulas seu decimas, sicut in testamentis de eis factis continetur insertum, una cum consensu episcoporum multorum et suorum consacerdotum ad memorata hospitalia et ad usus hospitum ac peregrinorum atque pauperum sive reliquorum adven-

a) DCCCXXXIIII. *c.* b) Aldricę *c.* c) *ita c.; fortasse delendum.* d) *ita c.* e) Anibolae? *c.* f) ave Aldrice noster cuncti *c.; sed etiam D.* p. 635, *ubi hi versus exstant, cum B. convenit.* g) *ita B.;* canonicam *c.* h) pascuorum *corr.* pascuarum *c.*

1) Sequuntur: charta Aldrici, data Kal. April. a. 837; confirmatio Ludovici, Mühlb. nr. 937; altera Aldrici charta, eadem die data; confirmatio Ludovici, Mühlb. nr. 936; tertia Aldrici charta s. d.; confirmatio Ludovici, Mühlb. nr. 949; alia Ludovici diplomata, nr. 927. 929. 951. 928. 950. 941. 2) Idem prorsus carmine 10, p. 634. traditur. 3) Quod a. 838, Apr. 20. factum esse, verisimile est; etiamsi relatio hac de re scripta et post Gestis addita (v. infra p. 325) falsa contineat; cf. Mühlbacher nr. 945. Anno 963. a testibus coaevis probatum est, Aldrico non beneficii iure monasterium hoc esse largitum, 'nec . . . amplius quam duobus annis et dimidio habuit'; Mansi Conc. XV, p. 672. Id quod cum hoc loco pugnare, vix crediderim. Certe etiam in Carmine IX, p. 634. legitur:

Redditur Aldrico, Carilephus corpore sanctus
In quo iure iacet, rite monasterium,
Cum villis cunctis, cum rebus denique totis,
Confirmans scriptis optime cuncta satis,
A sancto atque pio Hludowico caesare summo,
Disponens regnum dum resideret Aquis.

4) Hoc loco auctor quidam calamum deposuisse potest videri.

tantium canonice rationabiliterque contradidit et per testamenta ab episcopis et sacerdotibus sive reliquis nobilibus et liberis hominibus roborata confirmavit.

Prescriptus quippe Aldricus iam dictae urbis episcopus venerabilis invenit quaedam corpora sanctorum 6, quae in desertis aecclesiis valde divinis officiis et luminaribus atque reliquis divinis cultibus negligebantur, quae una cum consilio consacerdotum suorum in gremio suae sedis aecclesiae et in confessione senioris eiusdem aecclesiae altaris decenter et rationabiliter collocavit, id est corpus sancti Iuliani prefatae urbis episcopi et predicatoris primi[1] et sancti Turibii, predicti episcopi Iuliani successoris, sanctique Pavatii iam dictae urbis tercii episcopi et predicatoris obtimi seu sancti Romani sacerdotis precipui et, ut fertur, nepotis sancti Iuliani et[2] Romanae aecclesiae ministri, quem ętiam sanctae Iuliae fratrem nonnulli esse testantur, atque sanctae Tenestinae precipuae virginis, quae et monasteriolum sanctae Mariae[3] in rebus senioris aecclesiae una cum adiutorio sancti Innocentis prefixae urbis episcopi construxit, sed et sanctae Adae, quae et Adrehildis alio nomine nominatur, quae, ut legitur, deprecante predicto sancto Innocente, de monasterio Sanctae Mariae, quod est situm in urbe Suasionis, ad Cenomannicam urbem venit et ibi in suburbio Cenomannico in prefato monasterio Sanctae Mariae regulam sancti Benedicti docuit et eam inibi decenter ordinavit, et partem corporis sancti Liborii supradictae urbis quarti episcopi et confessoris optimi et maximam partem corporis sancti Haduindi[a. 4]. Antedicta quoque corpora sanctorum in aecclesia[b], quam prefatus Aldricus prefixae urbis episcopus in honore domini Salvatoris et sanctae eiusdem Dei genitricis Mariae atque sanctorum martirum Gervasii et Prothasii sive sancti Stephani simulque et in veneratione omnium sanctorum sollempniter consecravit, et in memorata eiusdem aecclesia senioris altaris confessione predicta corpora sanctorum, ut[c] prefixum est, sollempniter[d] decenterque et ordinabiliter collocavit, ea videlicet ratione, ut inibi officia et luminaria et cetera ad divinum cultum et ad honorem sanctorum pertinentia pleniter haberent, et postmodum, ubicumque necessitas construendorum poposcerit monasteriorum, singillatum prefixa corpora in unoquoque monasterio collocaret; quatenus ex eorum memoriis et apertis[e] intercessionibus maior cultus cresceret divinus, et laus Dei in melius et multis modis multiplicaretur, sicut in posteris actum esse, Domino annuente, probatur. Ipse ergo Aldricus in prefata seniore et matre aecclesia civitatis 12 signa ex metallo optimo fundere et formare studuit, quae et in iam dicta seniore aecclesia decenter in clocariis collocavit et ad singulos cursus mirabiliter et ordinabiliter reboare et sonare disposuit, quatenus et per ea populum ad aecclesiam decenter et sollempniter convocaret, et ex eis plura et multimoda laus Domini exornaretur et cresceret, ut et in cymbalis bene sonantibus cuncti assidue Dominum laudarent, et quandocumque dulcis eorum sonus in auribus populorum reboaret, eorum sceleribus omnes recordarentur et pro eis Domini misericordiam singulis oris invocarent, quatenus remissionem[f] et absolutionem eorum percipere mererentur et mundi atque puri ab omnibus sordibus peccatorum fierent atque ad sempiternam pervenire gloriam mererentur. Prefatus igitur Aldricus episcopus tantae fuit dignitatis et honoris amorisque, ut usque ad Romanam sedem eius rumor pervenerit, eique domnus Gregorius Romanae sedis aecclesiae venerabilis apostolicus Roma in pago Cenomannico suum vestimentum sacerdotale miserat, illud scilicet vestimentum quo in pasca indutus fuerat. Misit etiam ei bacculum[g] pastorale[g], qui ferula nuncupatur, una cum sua epistola, vocans eum, ut, si possibile foret, usque ad eum perveniret, eique concessit, ut, qualemcumque petitionem et benedictionem a sede sancti Petri accipere vellet, aut per se ipsum aut per suum missum ei voluntarie et libenti animo mitteret atque concederet. Fuit enim memoratus episcopus consiliarius imperatoris et unus ex prioribus, quem tam domnus imperator quam et sui optimates et regni priores obtemperabant et oppido credebant atque in omnibus oboedientes ei se esse et benivoli dicebant. Sed inde valde tristabatur, quod sepissime eum in palatio retinebant, et propterea suum ministerium ei, ut desiderabat et

a) Baduindi *c.* b) ęcclesię *c.* c) et *c.* d) sollepniter *c.* e) *de hoc vocabulo non satis constat.* f) repromissionem *c.* g) *ita c.*

1) Actus c. 2. ita: *Effossa enim desuper sarcophago terra, invenit sancti confessoris miri odoris corpus redolens et circa eum quinque alia sanctorum corpora, quorum nomina invenit scripta, quae apud nos memoriter retinentur, sicut in consequentibus declarabitur.* 2) Cf. Actus p. 61, ubi eadem fere verba leguntur. 3) *sub muro urbis situm* add. Actus. 4) *duodecimi eius civitatis episcopi et confessoris, ut referunt, natione Scoti etc.* add. Actus.

volebat, perficere non licebat, quoniam erat persepe prope unus annus, quod de palatio non absolvebatur, sed ibi, licet invitus, morabatur; et ideo multa remanserunt tam in sua civitate quam et in suis monasteriis sive in sua parrochia inperfecta, sed et quaedam nec inchoata, quae ad divinum cultum explendum et ad laudem omnipotentis Dei magnificandam atque ad utilitatem sanctae Dei aecclesiae perficiendam facere prudenter disponebat et perfici desiderabat. Predictus quoque Aldricus episcopus fecit ordinationes per diversa et canonica tempora 60. Episcopos ergo sacravit 7, sacerdotes vero 800, levitas 900, subdiaconos quoque et reliquos ordines prout necessitas poposcebat; quorum igitur nomina hic [propter[a]] prolixitatem et tedium scriptoris atque lectoris non inseruimus, sed in alia scedula, in qua nomina eorum et testes et titulos et tempora et reliqua quae ad hoc pertinent plenius inseruimus, ut, si quis haec plenius nosse voluerit, in ea repperire valeat, ut, si aliqua altercatio de eorum ordinatione futuris temporibus orta fuerit, in ipsa scedula appareat pleniter declaratum, qualiter aut qua ratione sive ad quos titulos ordinati esse noscuntur. Ipsam enim scedulam aput seniorem custodem matris et civitatis aecclesiae reperire poterit, si quis voluerit. Sacravit etiam predictus pontifex virgines inter monachas et canonicas per diversa et canonica tempora 120. In monasterio videlicet Intramnensi monachas virgines canonicę sacravit 65. Et in monasterio Sanctae Mariae iuxta urbem supra fluvium Sartae, quod ipse a novo fundavit et ornavit, monachas virgines consecravit 38, et reliquas canonicas virgines per diversa loca Domino militantes 17.

45. De translatione corporis sancti Pavatii et dextri brachii sancti Liborii. Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 840, indictione 3, anno vero imperii Hludowici piissimi augusti 27[1], et anno 8. Aldrici huius parrochiae episcopi atque huius cenobii fundatoris, 7. videlicet Iduum Iuliarum die, sollempniter translatum est a prescripto episcopo et ab aliis episcopis et sacerdotibus et reliquis sacris ordinibus corpus sancti Pavatii et brachium dextrum sancti Liborii in hanc sancti Salvatoris aecclesiam hucque in nobilissima urna decenter a prefixis episcopis et sacerdotibus subsequentibus signis humatum; quorum precibus ab omnibus petimus liberari malis et cunctis frui eternaliter bonis, ipso auxiliante cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Iul. 9.

46. Constitutio Aldrici Cenomannicae urbis episcopi de luminaribus et incensibus aecclesiae senioris civitatis. Constitutum est ab Aldrico Cenomannicae civitatis episcopo, ut ardeant per cotidianas noctes in seniori aecclesia luminaria de oleo a vespere per totam noctem usque mane tria et de cera, quando tempus dictaverit, una, et ad nocturnas sive matutinas ardeant luminaria per cotidianas noctes de oleo 10 et de cera 5, tria ante seniore[a] altare et quarta ante altare sanctae Trinitatis vel crucifixum et quinta ante altare sancti Iohannis. Illa vero luminaria quae de oleo fiunt ardeant per altaria et loca destinata, una inter seniore[a] altare et sedem episcopalem, et alia ante gradus senioris altaris, et tercia in medio choro, et quarta in exitum chori, et quinta ante altare sancti Georgii et sancti Felicis atque sancti Symphoriani et aliorum sanctorum, quorum nomina super eo adscripta adesse videntur, et sexta ante altare sanctae Agathae et sanctae Felicitatis et sanctae Sabinae et aliarum sanctarum virginum, quorum[a] nomina super illud scripta adesse videntur, septima ante altare sanctae Trinitatis, et octava ante aram sancti Iohannis babtistae, et nona ante altare omnium sanctorum, et decima ante aram sancti Christophori et sancti Ypoliti atque sancti Saturnini et reliquorum sanctorum, quorum nomina super illud scripta esse videntur, et undecima ante altare sancti Victurii et sancti Brictii atque sancti Arnei[b] et reliquorum sanctorum, in quorum honore sacratum esse cognoscitur. In dominicis vero omnibus noctibus et in festivitatibus 20 sanctorum constitutum est, ut amplius incendantur et ardeant luminaria 30 de oleo et quinque de cera, et in festivitate sancti Iohannis apostoli et euvangelistae et in festivitate sanctorum Innocentium et in octavis dominicis[2] sive in octavis epiphaniae et in festivitate sanctae Agnetis seu in festivitate sanctae Agathae et in festivitate apostolorum Philippi et Iacobi et in inventione sanctae crucis et in festivitate sancti Petri, similiter et in festivitate sancti Pauli seu in festivitate sancti Laurentii et in decollatione sancti Iohannis babtistae sive in festivitate sancti

a) *ita c.* b) Arvei *B.*

1) Die 9. Iul. Ludovicus iam mortuus erat (Iun. 20); cuius rei nuntius fortasse nondum Cenomannos venerat. 2) Id est Ianuar. 1.

Michahelis archangeli atque in festivitate sancti Bartholomei apostoli et in festivitate sancti Mathei apostoli et euvangelistae sive in festivitate apostolorum Simonis et Iudae necnon et in festivitate omnium sanctorum Kal. Novembr. atque in festivitate sancti Martini et in festivitate sanctae Ceciliae virginis vel martiris atque in festivitate sancti Andreae 5 apostoli. In his quoque festivitatibus amplius agatur, id est in epiphania[a] et in purificatione sanctae Mariae et in ascensione Domini seu in pentechosten et in dedicatione occidentalis partis aecclesiae senioris et altaris sancti Iohannis baptistae, quae est 11. Kal. Iulii, et in nativitate sancti Iohannis baptistae et in assumptione sanctae Mariae et in nativitate sanctae Mariae seu in natale episcopi, quae agitur in die festivitatis sancti Thomae apostoli, atque 10 in dedicatione matris et senioris aecclesiae suae senioris altaris: in his namque festivitatibus constitutum est, ut ardeant luminaria triplicata, id est de oleo 90 et de cera 10, hoc scilicet 100 vel eo amplius, prout oportunitas et locus fuerit. Tamen nullo modo concessum est, ut minus fiat, sed amplius. In nativitate autem Domini tam festive constitutum est fieri, sicut illos dies decet, et in festivitate sancti Gervasii et Prothasii sive sancti Stephani, prout 15 melius potuerit, fiat. Est ętiam constitutum a predicto episcopo, ut incensum boni odoris offeratur per singula altaria et deferatur fratribus in aecclesiam convenientibus et populis ad aecclesiam venientibus ad matutinas et ad missam sive ad vesperas atque completorium. Haec autem per singulos cotidianos dies devotissime, in dominicis vero diebus et in festivitatibus amplius et sollempnius agatur.

20 a) ephphania *c.*

ADDITAMENTA.[1]

Placuit etiam in hac scedula, quae de quibusdam actibus pontificum Cenomannica in (47) urbe degentium usque ad Aldricum eiusdem urbis episcopum conscripta esse dinoscitur, inserere relationem sive memoriale, qualiter predictus Aldricus antedictae urbis episcopus 25 monasterium Anisolae, in quo sanctus Karilephus confessor precipuus corpore requiescit, ante domnum Hludowicum imperatorem legibus conquisivit, ut, si deinceps aliqua altercatio de eo orta fuerit, prefati memorialis exemplar in hac scedula conscriptum bonis hominibus ad relegendum appareat. Quod si aliquis ex hoc aliquam pulsationem predictae matris et civitatis aecclesiae deinceps suisque successoribus ullo umquam tempore facere 30 temptaverit, in hac scedula repperiatur, qualiter evindicatum fuerit, ut quod repetierit evindicare non valeat, sed subter inserta evindicatio firma et stabilis omni tempore permaneat.

. . . .[2].

Memoriale, qualiter Anisolae monasterium a iure Cenomannicae matris (52) 35 aecclesiae post obitum Hludowici imperatoris alienatum est. Si quis nosse desiderat, qualiter monasterium Anisolae una cum rebus suis de iure Cenomannicae matris aecclesiae post obitum Hludowici secundi Francorum imperatoris elapsum est, in hoc memoriale breviter comprehensum aliquid invenire poterit. Defuncto prescripto domno Hludowico piissimo augusto anno incarnationis dominicae 840, magna seditio orta est in 840. 40 imperio suo. Inter cetera autem mala surrexit quaedam tyrannica potestas in pago Cenomannico, quae resistere nitebatur Carolo, filio eius, cui predictus imperator inter ceteras regiones Nustriam dederat, et suos fideles valde infestabat. Prefate ergo tyrannicae potestati se coniunxit Sigemundus, qui dudum de prefatae Anisolae monasterio abbas fuerat, et Aldricus Cenomannicae aecclesiae episcopus, qui illud monasterium una cum

45 1) Haec post collecta et Gestis esse addita, in praefatione diximus. 2) Sequitur: *Incipit relatio vel evindicatio sive memoriale, qualiter monasterium Anisolae ad ius Cenomannicae matris aecclesiae ante domnum Hludowicum imperatorem ab Aldrico epi-* 50 *scopo canonice et legibus evindicatum fuit;* cui inserta sunt Mühlb. Reg. nr. 945. 944, et in fine legitur: 50. *Notitia de monasterio Sancti Karilephi in generali synodo in Carisiaco palatio regio facta* etc., de qua cf. Mühlb. nr. 951, necnon: 51. *De responsione Hludowici imperatoris et iudicio optimatum suorum contra precepta, quae monachi de monasterio Anisolae attulerunt coram eo, quando contra Aldricum episcopum de praedicto monasterio in rationes venerunt.* Omnia falsa.

840. rebus suis tunc tenuerat, fideliter Carolo seniori suo adherebat, et licet memorata tyrannica potestas eum ad se sepissime vocaret, et firmitatem ei facere vellent qui eam exercebant, qualiter ipse quereret, ut diebus vitae illorum suos honores non perderet nec inminerato[a] haberet, sed maiores et qualescumque in illa regione peteret adipisceret, si se illis coniungeret. Sed ille, hec omnia preposita[b], a predicto seniore suo se non subtraxit, sed inconvulse fidelis et pro viribus illi adiutor extitit et propter illum omnia sua dimisit et eum secutus est per omnia. Cessante vero iam dicta seditione, coepit Karolus rex predictus consilium, ut memoratos tyrannos aut a iam dictis finibus eiceret aut eos sibi fideles faceret; ad quos misit optimates suos, vocans eos ad se. Quibus responderunt: 'Nec ad illum veniemus nec illi fideles erimus, nisi nobis convictis concedat omnibus vitam et membra et tales honores, quales modo tenemus, quocumque modo eos habeamus'; inter quos prefatum Sigemundum et monasterium Anisolae cum rebus suis comprehenderit. Videns domnus Karolus memoratus rex, propter alias seditiones, quae undique crassabantur, sine magno discrimine aliter tunc non posse fieri, consensit petitionibus eorum et inter reliquos Sigemundo concessit memoratum monasterium habere et predicto Aldrico et suae sedis aecclesiae firmiter promisit illud cito redditurum; et tali occasione memoratum monasterium alienatum est tunc a iure Cenomannicae matris aecclesiae, non legibus evindicatum, sed tyrannice alienatum.

(53) Vertente autem tempore, et predicto[c] Sigemundu[d] ad memoratum regem, domnum videlicet Karolum, filium Hludowici imperatoris, minime veniente, et facto maximo prelio 841. in pago Altisioderense inter Karolum et Hlotharium, in quo a domino Deo et salvatore nostro data est iam dicto Karolo victoria, et eu[d] domum pace per partes Cenomannis Aug. 1. remeante, nec tum memoratu[d] Sigemundu[d] ad eum veniente, redditur Kal. Agusti in villa cuius vocabulum est Bona super fluvium Liz[1] in pago Cenomannico a prescripto domno Karolo legibus prefato Aldrico episcopo per iuditium multorum nobilium et sapientium virorum predictum Anisolae monasterium cum omnibus ad se pertinentibus; eique ibi missi boni et strenui dati sunt, qui eum et Cenomannicam matrem et sibi commissam aecclesiam legibus revestirent et plenam ei atque legalem vestituram ex eo futuris temporibus lega- Aug. 3. liter tenendam facerent. Quod et supradicto pretextu 3. Non. iam dicti mensis factum esse liquet. Et sic falsitas subditur veritati, atque iniuste alienata iuste restituuntur; quae et actenus a prefato episcopo et a suae sędis aecclesiae ministris legibus possidentur et canonice atque regulariter gubernantur.

. . . .[2].

(57) De eieccione[e] Aldrici Cenomannicae urbis episcopi et de invasione atque vastatione Cenomannicae matris aecclesiae una cum rerum. Decedente domno Hludowico Francorum imperatore secundo, filio videlicet Karoli Magni impe- 840. ratoris, anno incarnationis dominice 840, indictione 3, anno siquidem imperii sui 27, surrexit quaedam tyrannica pravitas inter cetera mala inter Ligerim et Sequenam[d], et maxime in pago Cenomannico, in quo Aldricus tunc octavum annum in episcopatus dignitate fulgebat. Et licet predictus imperator inter tres filios suos regna sua divideret, id est inter Hlotharium et Hludowicum atque Karolum, Lotharium in media Francia, Hludowicum vero in Hostria et Karolum in Nustria et Aquitania collocaret*, cetera vero regna et ducatus inter eos, sicut in annalibus eorum continetur, divise[d] consensu principum suorum partivit. Prefatum autem pontificem memorato Karolo, filio suo iuniori, per manus commendavit. Cui iam dictus pontifex Aldricus fidem debitam servans, ab infidelibus sanctae Dei aecclesiae et suis a prefata tyrannica potestate in supradicto anno a prescripto episcopio et a sua sede

*) *In margine eadem, ut videtur, qua codex manu scriptum est:* In libro miraculorum sancti Benedicti sic ista determinatur partitio: 'Maior natu Hlotharius Franciam cum Italia, Hluduicus Saxoniam omnemque Germaniam, Carolus iunior Burgundiam cum Aquitania accępit[3].

a) *ita c.;* imminutos *B.; fort.:* inminoratos *scribere voluit.* b) *fort.* postposita. c) predicti *c.* d) *ita c.* e) ieccione *c.*

1) Bannes ad Loir fluvium; v. Cauvin p. 65. Piolin II, p. 290. legere mavult Bonavallis (Bonnevau). 2) Sequuntur (c. 54. 55) epistolae Drogonis archiepiscopi Mettensis, (c. 56) *Summa de polecticis vel plenaris (plenariis?) fratrum Cenomannica in urbe Deo servientium, de rebus, quas Franco senior et Aldricus eorum episcopi eis dederunt et testamentis atque preceptis regalibus confirmaverunt.* 3) V. Adrevaldi Miracula S. Benedicti c. 33.

eiectus est; et propterea multa, quae in aecclesiasticis et aliis rebus pro amore Dei facere ceperat, inperfecta remanserunt. Nam paene predictum episcopium tunc vastatum est et quasi ad nihilum redactum. Habebat enim coeptum claustrum canonicorum et matrem aecclesiam in media civitate a fundamento una cum suis porticibus et paradisum inchoatam et maximam partem ex ea factam, similiter et edificia monasteriorum quinque una cum claustris et ceteris eorum. Habebat quoque ad utilitatem eiusdem aecclesiae fulciendam et ad pauperes recreandos congregatos greges iumentorum una cum amissariis amplius quam octuaginta, vaccarum et ovium atque caprarum sive porcorum amplius quam 200, annonam et foenum ac vinum tam ad opus congregationum ospitumque ac pauperum, quam et ad sibi aecclesiaeque sibi commissae servientium opus sufficienter. Sed quid amplius dicam? Ita habebat fundatum tam in aecclesiasticis quam et in aliis rebus predictum episcopium et res sibi commissas, qualiter non fuerunt a diebus antiquis vel a tempore quo alicuius viventis[a] hominis memoria retinetur. Sed haec et reliqua bona innumerabilia a predictis tyrannis, sive hospitalia 7, quae ad pauperes et hospites recipiendos et recreandos fecerat, funditus vastata et diruta sunt. Propter has vero insidias et alias multas haec et alia bona innumerabilia, quae facere voluit et coepit, in suo episcopio non apparent; quae a Domino illis requirantur a quibus haec subversa et vastata atque prohibita sunt, et non ab illo qui haec agere et adimplere voluit et prohibitus atque deiectus dimisit. Prescripti ergo tyranni de genere Herivei et Widonis superiorum tyrannorum remanserunt[1].

a) iuventis? *c.*

1) Sequitur *synodus habita ab Aldrico in urbe Cenomannica,* missae pro Aldrico habendae, chartae Aldrici, Hludowici imperatoris aliorumque. — Actus vero episcoporum epistolam exhibent Gregorii papae, *qualiter, si aliquis Aldricum Cenomannicae urbis episcopum accusaverit, causa eius non ab alio quam Romano pontifice terminetur,* et ipsam non falsitatis suspicione liberam (Jaffé Reg. ed. 2. nr. 2579); et addunt: *Domnus igitur Aldricus, accepta apostolicae auctoritatis epistola, sedi suae restitutus, cum annos* 24 *Cenomannensem rexisset ecclesiam, in pace defunctus est et in ecclesia sanctorum martyrum Vincentii et Laurentii honorifice sepultus.*

MIRACULA SANCTORUM IN FULDENSES ECCLESIAS TRANSLATORUM AUCTORE RUDOLFO.

Quae, cum reliquiae sanctorum virorum et feminarum Hrabani abbatis industria in Fuldenses monasterii ecclesias transferrentur, ostensa sunt miracula Rudolfus, qui tunc temporis inter auctores primum fere tenuit locum, scribenda sumsit, ut ipse dicit, grato et pio sanctorum cultu permotus, praeterea, ut suspicari licet, ut gloriam dilecti abbatis augeret et posteris traderet; nam summos quoque viros tunc temporis reliquiis colligendis et miraculis his attributis propagandis studuisse satis constat. Rudolfus iis quae narravit partim ipse interfuit (c. 3. 4. 11), alia a testibus ut sibi videbatur fide dignis conscripta accepit (c. 2. 12) et suo sermone reddidit, eodem modo quo in vita Leobae exponenda eum versatum esse supra (p. 118) vidimus. Non pauca vero memoria digna libello huic inseruit, versus ab Hrabano in sanctorum memoriam compositos servavit necnon occasione data de illius scriptis accurate disseruit. Quae Rudolfus narravit a. 835—838. gesta sunt; sed nonnullis annis post, cum Hrabanus, abbatis dignitate a. 842. deposita, in cella prope monasterium sita studiis vacaret, ante a. 847, quo ille archiepiscopus Moguntinus est constitutus, opus composuit, eo igitur tempore, cuius annales ipse libro in monasterio suo incepto addidit.

Rudolfi opusculum primus a. 1612. publici iuris fecit Brower, Antiquitates Fuldenses p. 223; idem paullo post, a. 1626, Colvenerius Hrabani Operum tomo I. praemisit, eundem fortasse codicem secutus[1], *quem etiam aliquoties accuratius expressisse videtur. Utraque editione usi sunt Henschen, Acta SS. Febr. I, p. 512, et Mabillon, Acta IV, 2, p. 2 (ex eo Migne Patrol. Lat. CVII, p. 41). Schannat, Hist. Fuld. Cod. probatt. p. 117, ad Browerum rediit, sed non pauca temere mutavit.*

Codice Fuldensi perdito, ad editiones illas recurrere debuimus, ita ut Broweri lectionem in universum quidem praeferamus, ubicumque vero apud Colvenerium genuinum Rudolfi sermonem et scribendi rationem deprehendere

1) Certe Rabani opera maximam partem in bibliotheca Fuldensi hucusque delituisse, in praefatione monetur; in quibus colligendis iam ante J. Pamelius occupatus fuit. ita ut iam ante Broweri editionem codex ille descriptus esse possit. Cap. 4. Colvenerius addit: 'Solenhoff in margine erat notatum', quod in editionem Broweri cadere potest videri; sed ne hanc exscriptam esse statuamus multa vetant, e. gr. eodem c. 4. legit: *Sualauel dominorum* pro *Sualaveldoni* Broweri. Quare etiam Browerus illa ex codice sumpsisse putandus est.

nobis visi simus, eum sequeremur, verba in priore editione omissa uncis includeremus. Ut ex locorum et personarum nominibus concludere licet, codex satis accurate librum saec. IX. reddidisse videtur, neque hanc editionem longe a genuino Rudolfi opere recedere confidimus. Capitum divisionem a Schannat institutam (litteris A—O indicatam) paucis tantum locis emendavimus. G. W.

Scriptores rerum ecclesiasticarum, cum sapienter, tum etiam utiliter instituerunt, vitas et facta iustorum et secundum divina praecepta viventium virorum per litterarum revelationes tradere posteris; merito a fidelibus magnis ideo laudibus extollendi, quod non invidiose silentes ea praetermiserunt, sed caritate, quae omnibus prodesse desiderat, abundantes, ad exemplum recte vivendi cunctis imitari volentibus, fidei veritate subnixi protulerunt. Si enim non ita fecissent, nequaquam scire potuissemus, quid sancti patriarchae, quid prophetae, quid apostoli, quid etiam ceteri sancti martyres et confessores Christi gesserint vel docuerint quibusque signis et virtutibus ante vel post mortem suam claruerint, nisi ex eorum scriptis credita et intellecta nosceremus, qui ea non captandae propriae laudis intentione protulerunt, sed ut per eiusmodi exempla ad emendandos pravos mores humanae praesumptionis et ad conlaudandam divinae maiestatis potentiam quorumcumque animos incitarent. Itaque eorum laudabile institutum pro modulo meo sequens, facultate qua valeo scribere nitor virtutes et miracula, quae Deus per sanctos suos modernis temporibus facere dignatus est, quorum sacri cineres regionem nostram inlati cotidie fidelibus causa salutis existunt, credens, me non inaniter, immo utiliter et mihimet ipsi et multis aliis laborare; mihi quidem, quia praemium laboris mei cum eis, quos ob laudem Dei in simili opere sudantes imitatus sim, me habiturum esse, per Dei gratiam confidens, aliis vero, quia rebus cognitis veneranda sanctorum solemnia fidelius amplectuntur, et maiore mentis devotione accensi, in laudem Creatoris sui laetius adsurgunt. Temporibus igitur Hludowici imperatoris, qui post genitorem suum Karolum Magnum imperatorem per annos 27 Francorum tenuit imperium, multorum reliquiae sanctorum ab urbe Roma in Franciam delatae sunt, quarum aliae quidem ab eis adductae sunt, qui iussu dominorum suorum, ut id efficerent, Romam profecti sunt, aliae vero per clericos sanctae sedis apostolicae et cives Romanae urbis allatae, vel per viam qua ferebantur vel in locis quibus susceptae et conditae sunt multis et magnis miraculorum signis, cuius essent apud Deum meriti, claruerunt. Constat namque, reliquias sancti Sebastiani martyris ab urbe Roma devectas et ab Hilduino abbate apud Augustam Suessorum[a] Galliae civitatem in ecclesia sancti Medardi confessoris venerabiliter conditas, tantis et tam[b] inauditis omnibus retro generationibus florere miraculis[1], ut relatio[c] eorum fidem excederet, nisi certum esset omnibus fideliter credentibus, quod deus et dominus noster Iesus Christus, qui gloriosus est in sanctis suis, mirabilis in maiestatibus faciensque prodigia, omnia quaecumque voluerit in caelo et in terra sine ulla difficultate potest efficere. Ossa quoque beatorum martyrum Marcellini et Petri, Proti atque Hyacinthi cum reliquiis sancti Hermetis non minore miraculorum gloria in diversis sanitatibus infirmantium cotidie fulgent, quae et ipsa a Roma translata et Einhardo[d] abbati adducta, iuxta Moenum Germaniae fluvium in villa, quae prius Mulinheim[e], nunc autem Saligunstat dicitur, digna celebratione a fidelibus venerantur; de quorum translatione simul et virtutibus, quas per eas[f] Deus operatus est, quia diligenter memoriae traditum est, hic dicere omitto. De ossibus vero Alexandri martyris et aliorum sanctorum, quorum nomina suis locis dicentur, scribendum esse censeo, qualiter et a quibus vel ad quae loca translata sint, quibusque signis et virtutibus, sive in itinere quo ferebantur sive in locis quibus condita[g] sunt, floruerint, memoriae mandandum[h], ut, cum de translatione et miraculis eorum secundum veritatem gestorum fuerit sermo prolatus, quibus in locis a fidelibus veneranda debeant inveniri, per haec scripta valeat agnosci.

1. In ea parte Germaniae, quam Franci qui dicuntur orientales inhabitant, locus est ex nomine vicini fluminis Vulda vocatus, situs in saltu magno, qui moderno tempore ab incolis

a) *ita C.*; Suessionum *Br., ubi in marg.*: Suessonum. b) *deest C.* c) revelatio *C.* d) *ita C.*; ab Einardo abbate *Br.* e) Mullinheim *C.*; Múlinheim *Br.* f) eos *C.* g) conditi *C.* h) tradendum *Br.*

1) Cf. narrationem paullo post scriptam infra.

illarum regionum Bochonia appellatur, quem sanctus Bonifacius martyr, legatus in Germaniam ab apostolica sede directus et episcopus Magontiacensis ecclesiae ordinatus, quia secretus erat et a populari frequentia valde remotus, impetravit a Karlmanno[a] rege Francorum, et cum auctoritate Zachariae sanctae sedis apostolicae summi pontificis monasterium in eo constituit monachorum anno ante passionem suam decimo, qui fuit ab incarnatione dominica 744. annus. Huic itaque monasterio quintus a beato Bonifacio praefuit in regimine Hrabanus[b] abbas et praeceptor meus, vir valde religiosus et in Scripturis Divinis adprime eruditus; cuius omne studium fuit in meditatione legis Domini et in doctrina veritatis curaque maxima circa disciplinam monasticam et profectum discipulorum. Mens eius ad ea disponenda quae ad cultum divinum pertinent semper erat intenta. Quotienscumque a curis saecularibus, quas, prout possibile erat, toto nisu declinabat, liber esse permittebatur, aut alios sacris litteris instruebat aut in legendo vel dictando Divinis Scripturis semet ipsum pascebat. Inter haec et alia, quibus in oratione, vigiliis et abstinentia ceterisque virtutum titulis formam se sibi subditis praebebat, monasterium totum domibus apertis et habitaculis congruentibus exstruxit et ecclesiam ex diverso metallorum preciosarumque vestium genere pulchra varietate decoravit. Per cellas quoque fratrum sibi commissorum et per alia loca multa ad se pertinentia, in quibus prius non erant, ecclesias cum permissione episcopi sui construxit, quas, collectis undecumque sanctorum reliquiis, eorum nomine et honore consecrari fecit. Erant etiam per diversas provincias praedia monasterio subiacentia, partim ex donis regum, partim ex liberalitate fidelium personarum propter amorem Dei et venerationem sancti martyris Bonifacii illuc collata; quorum alia quidem per villicos ordinavit, alia vero, et maxime illa in quibus ecclesiae fuerant, presbyteris procuranda atque disponenda commisit. E quibus qui in Italia praedium procurabat, quod Adumar quondam comes sancto Bonifacio tradidit[1], nomine Addo, inde rediens, inter cetera retulit, Alabingum quendam potentem in Italia virum mandasse abbati, quod cuiusdam sancti martyris ossa vellet ei transmittere, si congruus ab eo venerationi illius[c] locus exhiberetur, partemque hereditatis suae, quam in Francia, unde oriundus fuit, habebat, solemni donatione loco illi conferre disponeret ad deserviendum usibus eorum qui ibi essent servituri. Quibus ille auditis, quia multum in Domino gavisus, talium rerum desiderio non parum movebatur, absolutisque celeriter causis, propter quas presbyter venerat, remisit eum in Italiam, mandans memorato viro Halabingo, in translatione reliquiarum [sancti[d]] illius martyris non segniter agendum, quin potius propter varios eventus rerum omni velocitate, ut efficeretur, esse festinandum; iam se divinis officiis faciendis basilicam congruentem habere constructam, et omnia parata, quae ad susceptionem et cultum eiuscemodi[e] rerum usus exposcit, neque aliquid esse ex hac parte impedimenti, quin pollicitationem suam, si voluntas non defuerit, valeat implere.

2. Cumque profectus esset presbyter, ut in Italiam reverteretur, contigit, ut quidam diaconus Romanae ecclesiae nomine Deusdona[2] veniret in Franciam, specie quidem quasi pro quibusdam suis necessitatibus regis opem imploraturus, re autem vera sanctorum quas secum habebat reliquias daturus[f] alicui religiosorum in Francia virorum, cuius adiutorio posset inopiae suae aliquod capere supplementum. Transcensis igitur Alpium iugis, cum ad plana et campestria descendisset, in finibus Alamannorum venit ad quandam villam quae vocatur Kentibruto[3] in pago Turichgawe[g], ubi ecclesiam cum reliquiis ingressus, cum benigne a presbytero susceptus esset, dedit ei partem reliquiarum beati Alexandri martyris sub altare ecclesiae conlocandam. Quo facto, mox, quanti apud[h] Deum esset meriti, miraculis declarantibus coepit ostendi. Audientes enim populi, sanctorum [allatas[d]] reliquias esse, debiles et aegrotos et variis incommodis afflictos undique coeperunt adducere, credentes per orationes sanctorum pristinam recuperare sanitatem. Inter quos femina quaedam immundo spiritu possessa basilicam introivit; cumque a presbytero iuxta morem ecclesiasticum exorcizaretur, per os illius daemon respondit, si ab ea fuisset eiectus, statim in aliud vas, quod sibi in eadem regione concessum esset, ingredi deberet, et[i] Otmarum quendam, quem intraturus esset, ex nomine designans. Ad quem presbyter, qui[k] non procul habitabat, mox nuntium mittens, iussit, ut, confessione facta peccatorum, poenitentiam ageret, ne forte facinorum suorum merito[l] fieret inimici. Qui praeceptis obediens, ad poenitentiam, quam diabolus semper aversatur, tota mente confugiens, insidias evasit inimici. Daemon vero per virtutem sancti martyris ipsa die eiectus, feminam

a) Carlm. *Br.* b) Herbanus *C.* c) *deest Br., ubi* venerationis, *sed cf. infra.* d) *deest Br.* e) huiusm. *C.* f) al. r. in Fr. v. d. *C.* g) Zurichg. *Br.* h) q. m. ap. D. e. *C.* i) *deest C., ubi* Othm. k) quia *C.* l) *videtur deesse vox* obnoxius. *COLV.*

1) De qua re in Traditionibus Fuldensibus nihil legitur. 2) De quo cf. Transl. S. Marcellini supra p. 240. 3) Kempraten, ut videtur, (canton Sangallen).

quam tenebat sanae mentis et incolumem reliquit. — Item quaedam femina orationis causa veniens ad reliquias sancti, duas inaures aureas pro munere obtulit ad altare; quas ancilla, quae in eius obsequio erat, super altare positas concupiscens, cum inter ceteras mulieres quae advenerant orationi incumberet, optavit in corde suo, ut eas cum iustitia redemptas habere potuisset. Cumque inter orandum id animo volutaret, mox mirum in modum, aliis ab oratione surgentibus, ipsa se erigere ulla[a] arte non potuit, sed ita, ut super genua sua orationi incubuit, quodam rigore contracta permansit. Interrogata autem a presbytero causam peccati, cuius merito tam subito membrorum contractionem pertulisset, vel quid animo gereret, quando in oratione procubuit, respondit, nullam sibi aliam laesionis suae causam videri quam inaurium illarum concupiscentiam. Cui presbyter: 'Si sancti', inquit, 'Alexandri voluntas sit, eas[b] sicut desiderasti possideas; surge et tolle eas de altari'. Ad cuius vocem mox illa, sanitate recepta, surrexit, linteumque quod circa caput suum habuit ad altare volens offerre, nullo conamine de capite potuit abstrahere. Quod cum videret presbyter et ex recuperatione sanitatis intelligeret, puellae etiam inaures quas desideraverat divinitus esse concessas, datis ei inauribus, ait: 'Accipe munus quod desiderasti, idque[c] tibi gratis a sancto Dei, non pro temporali precio, cognosce esse donatum'. Illa vero gratias agens Deo et merita sancti Alexandri glorificans, domum cum domina sua gaudens reversa est. — Postea contigit, quasdam pauperculas mulieres orandi gratia ad sanctas illas reliquias devota mente properantes, venisse ad fluvium Thurihseo[d, 1], cumque non possent absque navigio transire, nec haberent quod pro naulo darent — non enim eis erant nisi quinque tantum panes ad viaticum —: nauta autem cum vehementer instaret naulum ab eis exigens, tandem obtulerunt ei quatuor panes, uno tantum sibi ob necessitatem victus reservato; sed cum ille adhuc non adquievisset, dederunt ei et quintum, magis eligentes ad tempus famem moribundi corporis perpeti quam victuram perpetuo animam sanctae orationis fructu privare. Recepto autem quinto pane, in alteram amnis ripam feminas miser ille navigio transposuit, assumptisque panibus ac ceteris, quas simili inhumanitate contraxerat, rebus, ad propria redire volens, subita nervorum duritia ita diriguit[e], ut de loco in quo erat ullo se conamine movere non posset, stabatque stupefactus, ac pavore perculsus cogitare coepit, unde ei tanti mali contingeret casus. Tandem accusante conscientia in se reversus, scelus quod commiserat recognoscit, commissique poenitens, ad sancti reliquias, quae iam tunc ab omnibus fere regionis illius incolis religiosa veneratione frequentabantur, pro absolutione sua ire desiderat, statimque divina miseratione gradiendi facultatem recipiens, proficiscitur, ecclesiam intrat, panes ante altare cum publica facinoris sui confessione deponit; quos ut mulieres receperunt, integram sanitatem adeptus, domum suam cum gaudio repetivit. — Item quidam de comitatu Geraldi comitis nomine Perahtgarius, filius Theodaldi, iter agens cum venisset secus ecclesiam, in qua sancti martyris positae sunt reliquiae, et vellet praeterire, ammonitus a puero, qui comitatus est eum, ut ad sacras reliquias causa orationis paululum declinaret, respondit, sibi tunc quidem esse festinandum propter legationem domini sui peragendam, tempore vero oportuno ad orationem esse veniendum. Inter haec verba subito equus cui sedebat invisibili potentia fixus, stabat immobilis, et licet nimium calcaribus fatigatus, nullo modo ad ambulandum poterat impelli. Unde factum est, ut confusus ac pavore perterritus descenderet de equo, et quod prius equitando facere contempsit implevit ambulando. Perrexit igitur ad ecclesiam, et coram reliquiis sancti Dei martyris expleta suppliciter oratione, agrum iuris sui, qui possessioni ecclesiae illius contiguus erat, pro salute animae suae solemni donatione ei contulit, sicque itinere suo, quo missus fuerat, libero cursu perrexit. — Alio quoque tempore contigit, ut vir quidam de orientalibus Alamanniae partibus cum sociorum suorum comitatu non modico causa orationis ad praedictas reliquias veniret, portans secum donaria ad sacrarium Domini offerenda. Quae cum posuisset super altare, protinus elapsa in terram ceciderunt, factumque est, ut tertio superposita nihilominus in terram corruerent. Unde presbyter intelligens, aliquid inesse latentis nequitiae menti vel actibus offerentis, ait ei, ut sua tolleret et ad propria remearet, monuitque eum, circa salutem animae suae esse sollicitum ac pura confessione et dignis poenitentiae fructibus conscientiam suam mundare, quo orationes eius et munera deinceps Deo potuissent esse placabilia. — Erat vir quidam in eadem regione Sygibaldus[f] nomine, ex cuius servis inter ceteras multitudines, quae ad orandum confluebant, unus ad ecclesiam venit, susceptusque a germano suo, eiusdem ecclesiae servo, apud eum diebus aliquot mansit; cum autem reverteretur, subito in itinere quo gradiebatur obmutuit. Qui vero cum eo erant, cognito quod acciderat, duxerunt illum ad dominum suum eique gestae rei ordinem per omnia pandebant. Dominus vero servi statim eum remisit ad ecclesiam, et quia per merita sancti martyris Christi, recuperata pristina sanitate, curatus est, tradidit eum in loco reliquiarum eius perpetuo serviturum. — Multa quidem et alia in eodem loco divinitus fieri miracula a commeantibus celebri sermone nunciantur, quae huic operi, ne forte prolixa[g] narratio legentibus fastidium generaret, inserere nolui; haec autem quae commemoravi in quodam libello inde allato suscepi et eodem ordine quo scripta erant, licet non eis verbis, quia certa esse videbantur, inserui, ut ex his cetera quae vulgari sermone referuntur veracius credi et certius valeant sciri.

3. Supradictus autem diaconus itinere quo coeperat in Franciam venit; ac primum se ad Einhardum contulit, cuius supra mentionem feci, — erat enim ei familiaris —, deinde, commendatis sub signaculo sanctorum reliquiis ibi in ecclesia beatorum[h] martyrum Marcellini et Petri conservandis, Mogon-

a) nullatenus p. *C.* b) sic eas s. *C.* c) atque *C.* d) Thurisco *C.* e) der. *C.* f) *ita C.*; Sig. *Br.* g) pr. n. *des. Br.*, *ubi* generarent. h) SS. (sanctorum) *Br.*

1) Zürchersee.

835. tiam profectus est, ubi tunc erat quidam presbyter ex monachis nostris nomine Theotmar[1], pro causis quibusdam ab abbate ad Otgarium archiepiscopum missus. Is cum diaconum vidisset, cognito quod esset Romanus, percontatus est, ob quam causam tam procul a patria peregre esset profectus; auditisque causis itineris, hortari eum coepit, ut partem reliquiarum quas se habere confessus est suo donaret abbati, sciens, se procul dubio ob id bene ab eo fore remunerandum. Placuit diacono suadentis consilium, factaque promissione, dimisit presbyterum, die qua tunc inter eos convenerat ad locum ubi reliquias dimisit obviam ei reversurum et, si abbati conventio eorum placuisset, reliquias suscepturum. Ille autem cum festinatione ad[a] monasterium revertens, primum responsa archiepiscopi retulit abbati, deinde, quomodo cum diacono de reliquiis condictum habuerat, intimavit. Quibus ille auditis, valde gavisus est, volensque velociter experiri fidem sponsionis, remisit eum et alterum cum eo presbyterum ex fratribus nostris nomine Artharium[2] cum munusculis, sicut promissum erat, diacono perferendis. Ad cuius hospitium cum venissent, allatis muneribus, reliquias quas promiserat reposcebant. Tum ille: 'Deliberatum', inquit, 'habeo vobiscum pariter ad monasterium proficisci, et non solum partem reliquiarum, sicut promisi, sed etiam totum quod modo habeo, ex omnibus quas ad hanc terram adtuli, vestro abbati offerre eiusque fidei

Iun. 2. me cum eis pariter committere'. Erat autem eo tempore festivitas sanctorum martyrum Marcellini et Petri; ad quam quia magna multitudo populi confluxerat, et diaconus quosdam ex eis apud quos hospitabatur suspectos habebat — veritus est enim, ne forte eorum machinationibus vel fraude vel violentia reliquias amitteret —, visum est eis non prius loco egredi, quam, transacta festivitate, populus ad sua remearet. Miseruntque ad abbatem, diaconi voluntatem nuntiantes. Ipsi interea quae itineri suo et subvectioni sanctarum reliquiarum necessaria videbantur parare curabant. Erat etiam non procul ab eis presbyter unus ex fratribus nostris [nomine[b]] Anthadus[3], praepositus locorum in illis partibus monasterio subiacentium, cui iniunctum erat, ut statutis temporibus inde necessaria fratribus amministraret. Hunc statuerunt accersire[c], quo facilius id quod inchoatum habebant et efficere moliebantur, fraterno roborati consilio, implere potuissent. Qui cum venisset, et populus[d], finita solemnitate, ex maxima parte iam recessisset, paratis omnibus quae itineris eorum usus postulabat, loculum quo sanctae reliquiae erant conditae[e] elevantes[f], cum hymnis et laudibus ferre coeperunt, undique per viam confluentibus populis et elata in excelsum voce divinas laudes canentibus. Ac sic iter eorum, Domino prosperante, cum turba non modica, quae feretrum sequebatur, die altera ad monasterium venerunt. Fratres autem occurrerunt

Iun. 4. eis cum crucibus et[g] cereis, adventum eorum praestolante abbate in ecclesia beati Iohannis baptistae, quae erat in itinere eorum[h] distans a monasterio africum versus quasi stadiis novem. In quam pridie Nonas Iunii cum sacris reliquiis intrantes, populo, qui eos de diversis veniens per saltum secutus est et iam reverti volebat, orandi ac vota solvendi spatium dabant. Quibus peractis, levantes loculum, ad monasterium venerunt, ac basilicam beati Bonifacii martyris cum laude et laetitia ingressi, iuxta altare in parte meridiana feretrum cum sacris cineribus posuerunt. Altera autem die Deusdona diaconus et germanus frater illius nomine Theodorus laicus primo mane cum abbate ac duobus presbyteris, quorum ego alter eram, [seorsum[b]] basilicam ingressi, loculum aperuerunt et singulorum ossa sanctorum, sicut in pulvinis semotim condita fuerant, proferentes, abbati dederunt, coxam videlicet ac pedem sancti Alexandri papae et martyris et brachium Felicissimi diaconi; caput sanctae Concordiae martyris ac partem de ossibus sanctorum apostolicorum[i] Faviani atque Urbani martyrum Christi; pedem beati Castuli ac dentem sancti Sebastiani; de ossibus sanctorum Pamphili presbyteri et martyris, Papiae, Mauri atque Victoris; sanctae quoque Felicitatis matris 7 filiorum et sanctarum virginum ac martyrum Emmerentianae atque Basillae[k] partes non parvas, [in[b]] singulis sacculis seorsim conditas. Quas cum ille venerabiliter suscepisset et cum honore ac reverentia deosculatas loculo reconderet, post paucos dies remuneratum diaconum ac fratrem eius remisit in patriam, promittentes, se cum aliis sanctorum reliquiis, si eis vita comes ac divinus favor adesset, iterum ad eum esse venturos. Postquam illi reversi sunt, ut irent in patriam suam, evolutis diebus admodum paucis, memoratus abbas cum auctoritate Otgarii archiepiscopi Mogontiacensis ecclesiae per Reginbaldum corepiscopum eius ossa sanctorum martyrum Alexandri et Fabiani cum magno honore intulit in ecclesiam beatae Dei[a] genitricis Mariae, ad septentrionalem plagam monasterii sitam, atque in arca saxea inclusis eorum plumbeis loculis, ad orientem altaris collocavit

Iul. 29. 4. Kal. Augusti, erigens desuper ligneum aedificium mechanica arte fabricatum, quod argento et auro atque lapidibus pulchra varietate decoravit, addens etiam versus, quibus, unde et quo et ad quae loca[l] translati sunt declaratur, metrica lege compositos et litteris aureis scriptos, hoc modo[4]:

Pontifices summi, Roma[m] huc quos misit habendos,
Rectores fuerunt sedis apostolicae.
Hos servus[m] Christi Hraban suscepit ovando
Illorumque ossa hic condidit et loculo,
Levitae ergo duo praedicta ex urbe secuti,
Venerunt istuc digni et honore suo;

a) *deest C.* b) *deest Br.* c) accersiri *Br.* d) f. s. p. *C.* e) recond. *C.* f) elevant, *add. in marg.* '*fort.* elevantes' *C.* g) ac *C.* h) eo *C.* i) episcoporum Fabiani *C.* k) Basiliae *C.* l) ad quem tr. *C.* m) servos *C.*

1) Cui Rabanus nuncupavit librum de ordinibus sacris. MAB. Idem, ut videtur, qui post corepiscopus constitutus obiit a. 857, Ann. necr. Fuld., SS. XIII, p. 177. 161. 2) Artheri presbyter obiit a. 857, Ann. necr. Fuld. p. 177. 3) Anthadus presbyter obiit a. 844, ibid. p. 175. 4) Dümmler, Poetae Carol. II, p. 212.

835

Quos idem famulus Domini mox obvius, astans
Supplex accepit hicque simul posuit.
Martyr Alexander, martyr Favianus[a] *et ipse*
Huc venere simul, doctor uterque pius;
5 *Discipuli Xisti*[b] *papae dignique ministri*
Felicissimus hic Agapitusque[c] *manent*[d].
Omnes hi pariter aulam hanc sacris[e] *ossibus ornant,*
Virgo Dei genitrix quam dicat et meritis.
Vos quoque qui intrastis templum istos cum prece fusa
10 *Patronos vobis quaerite in auxilium!*

Reliquorum vero sanctorum ossa, qui supra nominati sunt, in arca, quam ad instar arcae foederis Dei ex ligno fabricatam atque deauratam cum Cherubin ac vectibus[f] suis in basilica beati[g] Bonifacii martyris in absida orientali posuerat, condidit[h], donec venerationi eorum locum congruum pararet. Quod et postea cum divino[i] adiutorio quam celerrime potuit devotus implevit. Haec autem gesta sunt anno ab incar-15 natione Domini 835, indictione 13, regnante domino nostro Iesu Christo, qui cum Deo patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

4. Post haec autem anno sequente venit quidam laicus ab urbe Roma Sabbatinus nomine cum sociis suis in Franciam, ferens secum reliquias; auditoque nomine supra memorati abbatis, cuius devotionem in divino servitio de[k] veneratione sanctorum longe lateque fama divulgabat, venit ad eum 8. Kal. Maii (836. Apr. 24.) 20 deditque illi ossa sancti Quirini martyris, qui fuit in Siscia urbe Pannoniae quondam episcopus, et ossa beati Romani militis, qui a beato Laurentio baptizatus, statim capitali sententia consecutus est martyrium; de corpore sancti Cornelii papae ossa 13 et de corpore sancti Calisti[l] papae ossa[m] 10, de corporibus vero sanctorum Nerei et Achillei ossa 16, sancti autem Turturini[n] ossa 10 et sancti Stactei de cineribus corporis maximam partem et ossa 10. Ille vero universa haec venerabiliter suscepta in arcam, quam 25 supra sub duobus Cherubin positam diximus, supplici devotione collocavit. Igitur dum haec agerentur, Addo presbyter abbatis, quem supra ad Alabingum quendam pro suscipiendis alicuius sancti ossibus Italiam missum fuisse retulimus, corpus beati Venantii martyris in territorio Ariminensis urbis inventum sustulit et in Franciam redire festinavit. Ac primo quidem propter metum incolarum illud occulte ferebat, deinde vero, postquam Alpium iuga transiit et in fines Baioariorum pervenit, iam securior effectus, feretro 30 impositum, confluentibus undique populorum turbis et excelsa Deum voce laudantibus, detulit in cellam quae vocatur Suolenhus[1] in regione Sualaveldoni[o] et ad australem plagam altaris ecclesiae in feretro, sicut allatum erat, honorifice posuit. Erat autem eo tempore praepositus cellae illius ex fratribus nostris nomine Santharatus[2]; qui statim misso nuntio omnem rei gestae ordinem mandavit abbati, rogans sibi renuntiari, utrum sanctas [illas[h]] reliquias eo in loco ubi tunc erant permanere voluisset an sibi ad 35 monasterium transferri. Omnes enim populi regionis illius hoc[p] petebant idque summis votis optabant, ut corpus sancti martyris ibi habere mererentur, cuius opem in diversis infirmitatum sanitatibus cotidie sentiebant. Abbas vero cum audisset, mox de suis duos monachos presbyteros misit ad praedictum fratrem, praecipiens eis, quanta potuissent celeritate sanctas illas reliquias sibi adferrent. Erat enim iam tunc per omnes pene regiones illas celebre nomen sancti Venantii martyris propter virtutes et miracula, 40 quae Christus dominus et rex martyrum per eum facere dignatus est. De quibus, quae facta sunt in eodem loco, priusquam venirent qui ab abbate missi fuerant, paucis arbitror esse perstringenda. Nam cum adhuc feretrum cum sacris ossibus iuxta altare esset positum, quaedam femina de ipso pago, quae ante sex annos oculorum lumen amiserat, rogavit se illuc adduci, credens sibi per merita et orationes sancti Venantii Dominum propitiari; cumque perducta esset et ante feretrum prostrata suppliciter orasset, 45 visum recepit. Post haec altera mulier filium suum sexennem ex utero claudum ante reliquias sancti martyris posuit, et expleta laude vespertina ceteris ad sua regressis, ipsa cum puero pernoctavit. Mane autem facto, sublatum adhuc sicut fuerat debilem domum reportans, in lectulum posuit cellariumque suum, ut puero panem daret, intravit; a quo cum fuisset egressa, filium suum, quem claudum in lecto reliquit, cum aliis eiusdem loci pueris in platea ludentem repperit, ita sanum, ut nec signum aliquod in 50 eo pristinae debilitatis remaneret. In quo liquido ostenditur, quod, suffragantibus meritis sancti Venantii, puer ille sanatus sit per virtutem eius, qui et filium reguli et puerum centurionis verbo curavit (Ioh. 4. Matth. 8.) et in omni loco praesentia suae maiestatis quaecumque voluerit facillime potest efficere, Iesus Christus salvator noster, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen[h]. Haec quidem duo miracula quae modo retuli ab eis qui praesentes erant et ea se vidisse testati sunt didici; cetera vero quae scripturus sum 55 ipse coram positus vidi, qui[q] ex eis qui ad perferendos sacros cineres missi fuerant unus eram.

5. Igitur cum venissemus ad locum quem Suolenhus vocari supra diximus, paratis celeriter omnibus quae ad devectionem sanctarum reliquiarum necessaria videbantur, prima luce post completum matutinum officium celebratis ex more missarum solemniis, cum ingenti luctu ac moerore eorum qui ibidem erant

a) Fabianus *C.* b) Syxti *C.* c) Agapetusque *Br.* d) manet *Br. Dümml.* e) satis *Br. Dümml.* f) *ita C.*; adspecti-60 bus *Br.*, *ubi* adfectibus *in marg.* g) S. (sancti) *Br.* h) *deest Br.* i) Dei *C.* k) ac *C.* l) Calixti *C.* m) *deest C.* n) Turturinini *C.* o) Sualauel dominorum *C.* p) id *C.* q) quia *C.*

1) Idem quod alibi dicitur Solenhoven (Eberhard. c. 29; ed. Dronke p. 61); i. e. Solenhofen ad Altmühl; cf. ibid. 44, 19: *curtis Solenheim.* V. supra p. 151. Iam in codice *Solenhoff* in marg. notatum fuisse videtur; cf. praef. p. 328, n. 1. 2) Obiit a. 855, Ann. necr. Fuld. p. 177.

836. remansuri sanctum illum thesaurum sustulimus, atque iter ingressi, portare coepimus; erat enim caelum grave nubibus obscurissimis, et quae cito in ingentem pluviam resolvi possent, nisi id virtus divina fieri prohiberet. Nam tota nocte illa sine intermissione pluebat, ita ut nobis iter illud ea die inchoari posse minime videretur; sed superna gratia per merita sancti sui id quod timebatur longe aliter esse fecit. Nam ut pergere coepimus, mox dissipatis nubibus, caeli serenitas venit, et per viam luti parum inventum est, rivi quoque, qui in tam magna et iugi pluvia, ut ea nocte erat, crescere solebant, paene[a] nihil crevisse reperti sunt. Pergentes autem per singulas villas, obviis populorum turbis excipiebamur, qui nos in dicendis laudibus divinis et [in[b]] sacro onere ferendo non segniter adiuvabant, donec veniremus in locum qui vocatur Holzkiricha[c], situm in Alamannia[1]. Ubi congregata maxima multitudine promiscui sexus et aetatis, cum ingenti laetitia suscepti sumus. Erat autem ibi oratorium non grande, quod intrare et[d] feretrum inferre volentes, prae multitudine turbarum, quae praeibant et quae sequebantur, minime potuimus, ac per hoc sub divo[e] in loco editiore altari erecto, ac feretro iuxta illud posito, rursus missarum solemnia celebravimus. Ubi inter celebrandum duae mulieres spiritibus[f] immundis obsessae vexari coeperunt, et mox per virtutem Christi ac merita sancti Venantii fugatis daemonibus, integerrimam mentis et corporis meruerunt recipere sanitatem. Expleta autem missarum celebratione, cum populus ad sua revertisset, oratorium, quod vicinum erat, sanctos cineres intulimus ac feretrum pone altare posuimus, ordinatis qui ibi excubias ducerent atque divinis laudibus dicendis operam darent, ipsi nos in hospitium recepimus. In ipsa autem nocte, cum ad nocturnas vigilias divinae laudes dicerentur, quaedam mulier muta per merita sancti martyris, soluto linguae vinculo, loquelam recepit. Nec multo post altera mulier spiritu immundo possessa et brachium habens aridum per orationes sancti martyris, eiecto daemonio, ita perfecte corpore et mente sanata est, ut die crastina feretrum ipsa[g] cum ceteris portaret. Mane autem facto, cum missarum solemnia agerentur, quaedam mulier, quae tribus semis annis caeca fuerat, visum recepit. Et altera dextram manum habens debilem per merita sancti consecuta est integram sanitatem. Cum autem inde promovere parassemus, et in ipso profectionis nostrae articulo solemniter a sacerdote diceretur oratio, unus ex clericis qui nobiscum erant nomine Otheri, cui suscipiendorum munerum, quae a populo offererebantur, cura commissa fuerat, partem quandam allatae pecuniae fraudans[h], subito cecidit, et in conspectu totius multitudinis, quae innumerabilis undique confluxerat, spiritui traditus immundo, vexari coepit et eo usque a daemonio possessus est, donec, a circumstantibus allata pecunia, quam in zona absconderat, per merita et orationes sancti Dei martyris tam perfecte curatus est, ut ab eodem loco incolumis cum laude Dei et[d] publica sceleris sui confessione feretrum comitaretur, donec loco suo reliquiae[i] sanctae conderentur. Neque enim prius aliquid huiuscemodi insaniae ab infantia usque ad tempus illud in eo auditum aut visum est; sed nec postea quamdiu vixit potestas in eum data est inimico. Igitur inde profecti, venimus in villam quae vocatur Truhtmuntiga[k. 2], ubi iuxta sacros cineres in ecclesia positos quatuor mulieres in ipsa nocte ab immundis spiritibus liberatae sunt.

6. Nec praetereundum esse[l] arbitror miraculum, quod merito huic sancto Dei adscribitur. Ante[m] enim quam ad praedictam villam ventum esset, quaedam matrona nobilis, audito quod per regionem illam sancti Dei reliquiae veherentur — erat enim in via ad alium quendam locum ire volens —, relicto[n] quo tendebat itinere, obviam nobis properavit fibulamque suam auream, quam lingua Francorum spangam vocant, in ipso transitu perdidit[o]; quam cum diu cum omni comitatu suo, qui erat non modicus, quaereret et minime reperiret, coeptum iter carpebat, dicens: 'Si domino nostro Iesu Christo placet, cuius sancti famuli reliquiis supplex occurro[p], fibula quam perdidi facile est ut a quolibet inventa mihi restituatur'. Venit ergo, et adoratis reliquiis oblatisque muneribus, cum rediret, occurrit ei quidam homo ignotus, eandem fibulam prae se ferens in manu. Quam cum illa suam fore dixisset: 'Recipe', inquit, 'quia per orationes sancti, cuius reliquias venerata es, reddita est tibi'. Atque ita mulier, accepto quod suum erat, itinere suo pergebat, laudans et benedicens Deum. — Altero[q] autem die, celebratis primo mane missarum solemniis, cum sanctis cineribus iter ingressi, venimus in locum qui vocatur Hassareodt[r. 3], in quo monasterium est monachorum. Qui egressi cum crucibus et capsis sanctorum reliquias continentibus, divinas laudes concinentes, ex illa parte fluminis[4] adventum nostrum expectabant. Nos vero, cum venissemus ad pontem fluminis, propter multitudinem, quae ab Alamannia[s] nobiscum venerat et iam redire volebat, ut orandi locum haberet, parumper constitimus. In quo loco ex accolis regionis illius non minima pars populi e diverso nobis occurrit. Inter quos femina quaedam vellus lanae ferens, cum manum ad feretrum munus oblatura extenderet, lana quam tenebat velut fumus evanuit. Quod cum vidisset illa, pavens ac tremens coepit quaerere presbyterum, cui peccatorum suorum confessionem daret, consiliumque suae salutis acciperet. Interrogata autem, si lana quae de manibus eius evanuit esset furtiva, confessa est, non a se furatam, sed a quadam socia sua sibi fuisse donatam. Cumque res diligenti inquisi-

a) pede *C.* b) *deest Br.* c) Holzkircha *C.*; Holtzkiricha *Br.*, *et ita post.* d) ac *C.* e) dio *C.* f) spiritus *C.* g) c. c. i. p. *C.* h) fraudatus *in marg. Br.*; furatus al. fraudatus *C.* i) suo s. r. *C.* k) Truhtimintiga *C.* l) s. e. *C.* m) Antequam enim *Br.* n) recto *C.* o) perdidisset *C.* p) occurri *Br.* q) Altera *C.* r) Hassarodt *Br.* s) Alim. *C.*

1) *In pago Waldsassin*, qui ad Franciam orientalem pertinuit; v. Dipl. Karoli M., Dronke Cod. dipl. 51, p. 33. Situm est inter Wurzburg et Wertheim. 2) Trutmundingen ab Eberhardo nominatur, 44, 11, p. 125, sed in Suevia ponitur; eodem fortasse sensu quo pagus Waldsazzi Alamannis tribuitur. 3) Hasareoda in charta Iordani, Dronke Cod. dipl. 145, p. 81. Neque de huius situ constat. Nam de monasterio Hasenried prope Ansbach cogitari nequit. 4) Moeni, ut videtur.

tione vestigaretur, inventum est, quod ovis, a qua vellus illud sumptum erat[a], proprio possessori fuit[b] fraude sublata. Ibi quidem turba illa, quae nos, ut diximus, ab Alamannia prosecuta est, adoratis atque osculatis sacris reliquiis, domum reversa est. Monachi vero, qui nos in altera fluminis ripa operiebantur, et alia multitudo, quae nobis ibi occurrit, comitati sunt nos cum[c] divinis laudibus usque ad eum locum, in quo simili modo ab aliis occurrentibus excipiebamur. Quae tunc[d] similiter ut prior, facta oratione, ad sua reversa est. Hoc modo per singulos dies a mane usque ad vesperam, comitantibus nos et Kirie eleison cantantibus populorum turbis, cum ingenti gaudio gradiebamur. 836.

7. Cum autem adpropinquassemus villae quae vocatur Hamalunburg, sita super fluvium nomine Sala, quae fuit quondam fiscus regius, donec ex largitate Pipini[1] regis Francorum partibus sancti Bonifacii martyris solemni donatione collata est, occurrerunt nobis cum cereis et crucibus fratres nostri, qui habitabant in Cella, quae ob hoc quod ab eo quondam est habitata Baugulfi vocatur, et cum eis ingens multitudo virorum ac mulierum ex diversis locis undique confluentium. Inter quos erat claudus quidam de ipsa villa quam supra nominavi, qui propter cruris ac pedis unius imbecillitatem, duobus se baculis ad incedendum sustentabat. Is, nobis[e] paululum consistentibus, ut populus qui occurrit sacras reliquias adoraret, in conspectu multitudinis per merita sancti martyris tam perfecte curatus est, ut ultra in ambulando baculorum amminiculo non egeret. Cum autem, pergentibus nobis et sacrum onus ferentibus, ventum esset ad fluvium, invenimus abbatem nostrum cum sacerdotibus ac monachis et magna multitudine hominum in altera ripa fluminis adventum nostrum expectantem. Erat quidem ibi transitui nostro navis parata, sed non in apto loco ad terram subducta; idcirco praeceptum est nautis, ut eam nobis obviam ducerent, qui longe sursum ab eo loco ad litus venimus. Illis vero festinantibus, ut iussa explerent, cum funem solvissent et in navem descendere parassent, subito e manibus eorum lapsa in amnem vi quadam[f] invisibili contra impetum fluminis acta ferebatur, donec ad locum quo sacrum onus susceptura erat litori adplicita pervenit. Transpositis autem reliquiis, et in prato adiacente missarum solemniis propter multitudinem sub divo[g] celebratis, cum in oratorium quod in villa erat feretrum cum sacris cineribus poneremus, mulier quaedam nervorum contractione ita curvata, ut penitus ad videndum caelum se erigere non posset, cunctis qui aderant videntibus, coram sancti Dei reliquiis ab incommodo, quo iam per multos annos laborabat, in momento temporis virtute divina liberata est.

8. Postera die inde profecti, venimus in locum vocabulo Lihtolvesbah[h, 2], qui est in saltu Buconia quatuor leucis distans a Vuldensi coenobio. Ubi suscepti ab accolis silvae, quorum magna multitudo obviam venerat, cum in oratorio feretrum posuissemus, quaedam mulier paupercula filium suum sexennem a nativitate surdum et mutum in ulnis ferens, ante sancti reliquias posuit, ibique pernoctans, die crastina, ut populi dicebant, audientem et loquentem reportavit. Nos vero, completis matutinarum laudibus missarumque solemniis rite peractis, cum populis divinas laudes concinentibus iter ingressi, cum venissemus ad conspectum monasterii, ecce abbas noster, qui nos pridie praecessit ad ordinandam susceptionem sanctarum reliquiarum, obviam venit, et cum eo omnis multitudo fratrum nostrorum, exceptis quos vel aetas vel infirmitas exire prohibuit, cum crucibus et cereis, portantes in loculis ossa beatorum martyrum Urbani et Quirini, quae de Roma nuper allata supra memoravi. Erat etiam cum eis et Reginbaldus corepiscopus[2] et infinita hominum multitudo, quippe[i] propter letanias maiores quae tunc Idibus Maii mensis de diversis locis ad monasterium convenerant. Cumque suppliciter adorassent, cum summa veneratione susceptum corpus beati Venantii martyris, ecclesiam sancti Iohannis baptistae, quae distat, ut praefatus sum, a monasterio quasi stadiis novem, cum hymnis et laudibus intulerunt. Quod Reginbaldus corepiscopus, facta oratione, in absida ecclesiae ad orientem altaris in arca saxea condidit[k] cineresque sanctorum martyrum Urbani et Quirini pariter adposuit, singulos seorsum in singulis loculis inclusos. Ubi orationibus eorum fideliter Deum deprecantibus beneficia praestantur usque in praesentem diem, ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi, qui cum Deo patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Abbas vero desuper ligneum erexit aedificium, quod ex auro et argento decenter ornavit, scriptis in circuitu metricis versibus gestae rei causam declarantibus, hoc modo: Mai. 15.

Praecursor Domini, Christum qui tinxerat undis,
Hanc aulam inhabitat sanctificatque domum.
Quatuor hancque viri, Christi magnalia scriptis
Qui tum[l] *expresserunt, ecce colunt pariter.*
Sed homines sancti valde et sacro ordine clari
Non minus exaltant nobilitantque locum,
Quos huc diversis duxit ex partibus orbis
Servorum Domini strenuus actus amor,
Urbanum Roma, Quirinum Siscia misit,
Quos pie suscipiens continet iste locus;
Insignis praesul sanctus Venantius atque
De Arimino veniens hic simul ipse manet.

a) est *C.* b) erat *C.* c) *deest C.* d) cum *C.* e) cum n. *C., ubi mox* ut *deest.* f) quidam *C.* g) dio *C.* h) Lihtolvesbach, *in marg.* Lichtesbach *Br.*; al. Lichtersbach *add. C.* i) qui *C.* k) recond. *C.* l) iam *C.*

1) Non Pippini, sed Karoli M. exstat donatio, Dronke, Cod. dipl. 57, p. 36 (Mühlbacher Reg. 201). 2) Qui obiit a. 853, Ann. necr. Fuld. p. 176; eius epitaphium scripsit Rabanus, Poet. Car. II, p. 242, ubi Dümmler alia quae ipsi hic inscripsit recensuit.

Hos quoque susceptos Hrabanus[a] *sorte locavit*
Sacrofago hoc, digne edidit et titulum,
Deposcens omnes templum qui gressibus intrent[b],
Ipsum ut commendent rite Deo precibus.

9. Post haec allatae sunt ei[c] reliquiae sanctorum episcoporum Cornelii atque Calisti[d] et sanctorum martyrum Agapiti, Georgii, Vincentii et Maximi, sanctarum quoque virginum Ceciliae et Eugeniae, Dignae et Emeritae[e] atque Columbanae. Attulit autem eas quidam clericus Italicus nomine Felix[1] anno ab incarnatione Domini 838, die quinto mensis Aprilis. (838. Apr. 5.) Post cuius reditum non multis diebus interpositis, Theodorus, frater Deusdonae, cuius supra[2] mentio facta est, cum quodam socio suo Sabbatino ab urbe Roma profectus, Alamanniam venit, et sicut dudum promiserat abbati, sanctorum reliquias secum detulit, ossa videlicet beati[f] Quirini, qui[3] in Siscia Pannoniarum oppido quondam episcopus erat et temporibus Diocletiani imperatoris sub Amantio praeside inter multas quas pro Christi nomine pertulit passiones, ligata ad collum mola, in flumen praecipitatus est, cumque diutissime super undas nataret, cum spectantibus locutus[g] est, ne suo terrerentur exemplo, et vix oratione a Domino, ut mergeretur, obtinuit. Cuius corpus inventum et a fidelibus honorifice sepultum est 2. Non. Iun., incursione autem barbarorum in partes facta Pannoniae, populus christianus, accepto corpore beati Quirini martyris, Romam fugit et sacras reliquias via Appia miliario[h] tertio [ab[i] Urbe] in ecclesia apostolorum Petri et Pauli, ubi[c] aliquandiu iacuerunt, sepelivit in loco qui dicitur Catacumbas. Detulit item[k] et reliquias Urbani papae et confessoris, cuius doctrina suo tempore multi coronati sunt martyrio; ossa quoque sanctae Ceciliae virginis, quae sponsum suum fratremque eius Christo lucrata martyres fecit, et ipsa deinde martyrizata, ignem quidem superans, sed ferro occisa, sub Almachio Urbis praefecto; necnon et ossa sanctorum Tiburtii et Valeriani[4] atque Maximi, quorum primi quidem sub praedicto Almachio Urbis praefecto fustibus caesi et gladio sunt percussi, ultimus vero tam diu plumbatis verberatus est, donec redderet spiritum. Attulit quoque ossa sanctorum Agapiti, Ianuarii et Magni diaconorum beati Xisti[l] papae, qui [una[a]] cum eo sub Decio decollati sunt, sicut in Gestis pontificalibus legitur[5]; Zenonis quoque diaconi et Ypoliti[m] martyris ossa, qui tempore Decii imperatoris ligatus pedes ad colla indomitorum equorum et per cardetum tractus emisit spiritum. (Act 18.) Aquilae etiam atque Priscillae, ut Actus apostolorum testantur, quondam comitum Pauli, sacrosanctas reliquias detulit. De quibus per viam qua ferebantur magnum atque inauditum contigit miraculum. Vero enim cruore visae sunt maduisse; nam tantus humor sanguinei coloris de loculo in quo conditae fuerant distillavit, ut vestes quoque portantium inficeret mentesque spectantium rei novitate percelleret.

10. Igitur cum venissent, suscepit eos Santhratus frater noster, quem cellulae Suolonis praepositum fuisse supra diximus[6], et adventum quidem eorum cum celeritate nuntiare curavit abbati; reliquias vero (Iun. 1.) in loco qui vocatur Holzkiricha[n] honorifice collocavit sabbato sancto pentecoste[o] id[p] est Kal. Iun. Convenit autem illuc multitudo magna virorum ac mulierum. Inter quos adducta est puella quaedam duodennis a nativitate caeca et brachiis cruribusque contracta, quae per merita et orationes in ipsis vigiliis et sanitatem membrorum et visum[q] recepit oculorum. Inde post dies duos[r] vel tres mulier quaedam caeca visum recepit et hominis cuiusdam a nativitate muti[s] ad loquendum lingua restituta est. Post haec die tertia quaedam mulier tribus[t] continuo annis nihil videns per merita sanctorum lumen recipere meruit; et sequenti die alterius mulieris manus contracta pristinae restituta est sanitati. Igitur dum talia apud reliquias sanctorum divinitus agerentur, venerunt qui ab abbate missi fuerant[u] ex monachis nostris presbyteri tres, quorum unus vocabatur Megingoz[v, 7], alter Oedoltus[8] dicebatur, tertius autem Theotmarus[w] erat, idem cuius feci mentionem in translatione reliquiarum beati martyris Alexandri[9]. Qui secundum mandatum quod habebant, acceptis sanctorum ossibus quae allata fuerant, cum honore et reverentia ferre coeperunt. Comitata est autem eos multitudo magna virorum ac mulierum psallentium et divinas laudes gratulabunda voce canentium. De pagis quoque et de villis certatim populi confluxerunt, adducentes secum spiritibus immundis obsessos et diversis infirmitatum generibus afflictos, credentes per merita et orationes sanctorum desideratam recipere sanitatem. Inter quos adducta est mulier daemoniaca nomine Hruodwi[x]; erat enim de potestate sancti Kiliani martyris, habitans in villa quae vocatur Aschbah[y, 10]. Mox igitur ut pervenit ad conspectum loculi quo sanctorum reliquiae ferebantur, arrepta ab immundo spiritu, diu multumque torquebatur, donec per Dei gratiam in conspectu multitudinis tam perfecte curata est, ut deinceps incolumis et sanae mentis in Dei laudibus perseveraret, quae prius frequenter huiusmodi (Iul. 19.) incommodo laborare solebat. Hoc quidem gestum est 6. feria 14. Kalendarum Augustarum[11].

11. Abbas vero circa honorem sanctorum magnam gerens sollicitudinem, me et quosdam ex fratribus obviam misit, praecipiens, ut ossa sanctorum martyrum Ianuarii et Magni dimitterentur in

a) hic *add. C.* b) intrant *C.* c) *deest C.* d) Calixti *C.* e) *ita Br. et C.;* Emerentianae *corr. Schannat.* f) S. (sancti) *Br.* g) allocutus, *add. in marg. 'fort.* collocutus' *C.* h) t. m. *C.* i) *des. Br.* k) etiam *C.* l) Sixti *C.* m) Hippolyti *Br.* n) Holtzkiricha *Br.;* Holtzkircha *C.* o) pentecostes *C.* p) I. *C.;* V. *Br.; id quod a.* 838. *minime convenit; quo anno sabbatum pentecostes die prima Iunii fuit.* q) usum *Br.* r) dies 8 m. *C.* s) muta *Br.* t) quae *add. C.* u) fuerunt *C.* v) Megingor *C.* w) Theothm. *C.* x) Hruodmuui *Br.;* Hruoduiunt *C.; fort.* Hruodwit. y) Aschach *C.*

1) Idem de quo in Translatione S. Severi c. 1, supra p. 212, narratur. 2) C. 2. 3) Cf. Acta SS. Iun. I, p. 381. 4) Iidem qui antea sponsus Ceciliae eiusque frater dicuntur; cf. Acta SS. Apr. II, p. 204. 5) Muratori III, p. 100. 6) C. 4. 7) Obiit a. 846, Ann. necr. Fuld. l. l. 8) Nomen, ut videtur, corruptum; fortasse Ortolt; ibid. a. 858. 9) C. 4. 10) Eschenbach. 11) Id quod recte in a. 838. cadit.

monasteriolo quod vocatur Holzkiricha[a] situm in provincia Waldsazi[1], ceterorum vero sanctorum reliquiae ad se ducerentur. Occurrimus autem eis in villa quae dicitur Biscofesheim[2]. Ubi in Dei laudibus pernoctantes et excubias ducentes, altera die, quae erat dominica, ad Holzkiricham cum sanctis reliquiis pervenimus; positoque in ecclesia iuxta altare feretro, cum sacra missarum solemnia celebrarentur, mulier quaedam a daemonio curata est; nam cum miserabiliter in conspectu populi cruciaretur, musca nigerrima et mirae magnitudinis ab ore eius visa est avolare; post cuius egressum, recepta mentis sanitate, curata est. Sequente[b] autem die, dimissis[c] ibi, ut praeceptum erat, ossibus sanctorum martyrum Ianuarii et Magni atque in loculo, sicuti allata fuerant, pone altare venerabiliter positis, cum ceteris sanctorum reliquiis profecti sumus, prosequentibus nos fratribus et magna multitudine hominum regionis illius. Undique etiam ducebantur infirmi et variis passionibus affecti; inter quos puella quaedam nomine Selina in ipso itinere quo gradiebamur arrepta a daemonio, cucurrit, et morsu feretrum adprehendens, mox sanae mentis effecta est; acceptoque sanctae crucis vexillo, gaudens et laudans Deum sanctorum reliquias praecedebat. Cumque venissemus ad Moenum fluvium, sanctimoniales de monasterio quod vocatur Zellinga[3], cum crucibus et cereis egressae, nos susceperunt. Ingressique cum sacro onere in[d] ecclesiam, ut populus, qui nobiscum venerat et iam tunc reverti volebat, locum haberet orandi ac vota solvendi, sexta hora diei solemnia celebravimus; quibus expletis, cum omni illa multitudine venimus ad navem. Erat etiam ex adverso in altera ripa fluminis turba non modica adventum nostrum opperiens. Nobis autem cum sacris ossibus navem adscendentibus, ecce ancilla quaedam Mahthildae abbatissae monasterii illius nomine Liobsuind, morbo contracta vetusto et humo ita adclinis[e], ut ad videndum caelum nequaquam se erigere valeret, venit, reptans pedibus et[d] manibus scamnellis innixis; cumque navem vellet adscendere nec posset, unus ex nostris fratribus nomine Gozmundus[f] elevatam posuit in navem. Transpositis autem nobis et in litus alterum cum sacris ossibus[g] egressis, mox mirum in modum per virtutem Dei et merita sanctorum mulier ita curata est, ut sine cuiuspiam adiutorio se erigeret et[h] scammelis[i, 4], quibus catenus innitebatur, summitatem feretri tangeret. Stabat etiam adhuc innumerabilis multitudo promiscui sexus et aetatis ex utraque parte fluminis, inter quos erat Reginolfus quidam presbyter Humberti episcopi[5]; qui, adscenso editiore loco, mulierem sanam populis in divina laude clamantibus ostendit, ut gesti[k] miraculi multi testes, multi [etiam[l]] Dei fierent laudatores. Sed et domina illius attestata est, ex multis annis illo[m] morbo contractam illam et inutilem effectam usque ad id temporis perseverasse, quo per Dei gratiam et sanctorum eius orationes ab eiusmodi incommodo liberata est. Inde profecti, cum divino adiutorio die tertia, hoc est 8. Kal. Augusti, ad monasterium pervenimus. Egressi autem fratres cum crucibus atque cereis, occurrerunt nobis in clivo montis qui vocatur Hurodleichesberg[n]. Turba autem non modica ex accolis eremi, partim quidem nobiscum, partim vero obviam veniens, illuc confluxerat. Substitimus paululum, ut convenientibus spatium daretur orandi; et ecce mulier quaedam, quae erat ab annis 10 et eo amplius clinica, portabatur; cumque perlata a portantibus feretrum tetigisset, continuo recepta omnium sanitate membrorum, gaudens et laudans Deum remeavit ad propria. Fratres vero susceptas sanctorum reliquias cum hymnis et laudibus in ecclesiam beati Bonifacii martyris intulerunt, positasque cum loculo, sicut allatae fuerant, iuxta altare beatorum apostolorum die noctuque congrua veneratione frequentabant[o].

12. His ita gestis, cum dies aliquanti transissent, vir venerabilis Hrabanus abbas Humbertum Wirziburgensis ecclesiae episcopum invitavit ad monasterium quod Holzkiricha vocari iam supra dictum est. Et quia ad eius diocesin locus pertinebat, cum illius auctoritate ossa sanctorum martyrum Ianuarii et Magni venerabiliter ibi in arca saxea ad orientem altaris collocavit 8. Kal. Novembr. Super quam ligneum erigens aedificium, auri argentique metallo pulchra varietate decoravit, scriptis in circuitu metricis versibus litteris deauratis, hoc modo:

Ecce[6] viros istos praeclaros valde patronos
Roma, decus orbis, miserat huc pariter.
Quos[p] quoque Hrabanus humilis susceperat abbas,
Praesule cum Humberto rite locavit et hic.
Hic Magnus[q] pausat martyr Ianuarius atque,
Officio insignes atque sacris meritis,
Qui cum pontifice Xisto[r] mucrone perempti
Levitae, caelo reddiderant animas.

Igitur ex eo tempore, quo eorum sacrae reliquiae ibi conditae sunt, divina usque hodie populis praebentur beneficia. Per orationes enim et merita eorum debiles et infirmi curantur, et ab obsessis corporibus daemones effugantur, ac desiderata fideliter orantibus vota praestantur. Ex quibus pauca miracula, quae ab his qui praesentes erant et ea se vidisse testati sunt ad meam notitiam litteris denotata, breviter intimare curavi. Villa est ab eo monasterio passibus mille distans[s] ad meridiem nomine Gundichenhus, ex qua mulier quaedam nomine Adalburg, cum sedisset ad mensam [una[l]] cum marito suo,

a) Holtzkiriha *C.* b) Sequenti *C.* c) relictis *Br.* d) *deest C.* e) adclivis *C.* f) Goxm. *Br.* g) reliquiis *Br.* h) ac *C.* i) *ita h. l. Br., ubi in marg.: forte* scamnulis; scamnellis *C.*, scabellis *A. SS.* k) gesto miraculo *C.* l) *deest Br.* m) eo *C.* n) *ita Br. et C.; fort.* Hruodl. o) frequentabantur *C.* p) Hos *D.* q) p. M. *D.* r) Christo *C.* s) stans *C.*

1) V. supra c. 5. 2) Bischofsheim, inter Fulda et Neustadt situm. 3) Inter Wirzburg et Karlstadt. 4) Scabellulae, quibus reptantes manibus innituntur; cf. Ducange VI, p. 90. 5) Wirzburgensis. 6) Dümmler l. l. p. 214, ex Broweri Antiq. p. 141.

838. ut[a] cibum caperet, subita contractione nervorum ita diriguit[b], ut, unguibus in palmam defixis, nequaquam digitum a digito potuisset explicare. Quod cernens eius maritus, quanta potuit celeritate praedictam ad monasterium presbyteris et fratribus loci illius praesentavit, supplicans, ut pro sanitate illius divinam clementiam precarentur. Ducta est igitur ad memoriam martyrum, fratribusque vespertinum celebrantibus officium, et illa coram altari prostrata et orante, dextera [et[c]] manus restituta est; altera autem die circa horam tertiam recepta etiam sinistrae[d] manus sanitate, cum gaudio remeavit ad propria. — Altera quoque villa est etiam non longe ab eodem monasterio nomine Hohhus, in qua puella quaedam, cum staret ad textrinum opus, subitaneo impetu spiritus maligni arrepta, manibusque contractis, inutilis effecta est; cumque per continuos tres dies ac tres noctes aestuans et vociferans multa ignota quasi cognita loqueretur, sanctam Gerdrudam adpellabat aliorumque sanctorum nomina proclamabat; inter cetera quoque adfirmabat, Luciam de caelis descendentem se admonere, ut ad sanctos Ianuarium Magnumque martyres properaret, aiebatque, se[e] praedictos sanctos videre, et usque ad locum ubi requiescunt, nominatim exprimens, ire desiderabat. Quo cum fuisset a parentibus adducta, presbyteris ac monachis loci illius eadem ex ordine replicavit. Pater autem puellae tres denarios super contractam filiae suae manum positos, dextra sua manum illius ad altare cum munere porrexit. Quod cum factum fuisset, mox mirum in modum per orationes sanctorum in uno eodemque momento et denarii super altare ceciderunt et puellae integra mentis ac manus sanitas restituta est. — Erat etiam illis temporibus mulier quaedam in villa quae dicitur Erlabah[f, 1], distans a monasterio leucis[g] 12, quae per decem annos continua immundi spiritus vexatione laborabat; hanc parentes sui plena fide perduxerunt ad memoriam sanctorum martyrum, stante Eburhardo presbytero iuxta altare ac missas celebrante; cumque pro ea fuisset oratum, subito immundum nescio quid ac fetidum evomuit; pariterque cum vomitu egresso daemonio, curata ac sanae mentis effecta est, factaque peccatorum suorum confessione, gaudens et laudans Deum reversa est ad domum suam. — Vir quidam erat in regione illa Frevivricus[h] nomine de villa quae vocatur Betinga[i], cuius ancilla vocabulo Gersuind subito obmutuit ac per septem continuos dies muta permansit, octavo autem die ad memoriam martyrum [adducta[k]], per merita eorum pristinae restituta est sanitati. Nam cum in ecclesia publice missarum agerentur solemnia, et lectio legeretur euangelii, stantibus omnibus iuxta morem cum silentio et reverentia, illa repente quasi vi quadam acta erupit in vocem et Kyrieleison coram omni populo exclamavit, ac sic per virtutem Dei et merita sanctorum martyrum recepta locutione, domum reversa est. — Dies erat natalitius sanctorum martyrum Ianuarii et Magni; praeceptum est omnibus ad ius monasterii illius pertinentibus, viris ac mulieribus, ut eo[l] die a rurali ac servili opere vacarent diemque festum dicarent. Contigit in villa quadam, quae a Schlavis[m] christianis habitabatur, ut unus eorum parvipendens honorem [sanctorum[k]] cum suis exiret in[k] agrum, metensque[n] segetem et messem congregaret in acervos, ceteris solemnes ferias celebrantibus. Interea igitur aer densissimas crevit in nubes, et tempestas saeva exorta est, fulgura ventique vehementer undique ferebantur, coruscationes quoque valde terribiles et fulgura discurrentia horrorem nimium mortalibus ingerebant, factumque grande miraculum, Domino discernente inter venerantes et festa sanctorum eius contemnentes. Omnes enim acervi frugum, quos miser ille eo[o] die messos congesserat, caelesti igne consumpti sunt, ceteris, quos vel ipse vel concives eius pridie messuerant, inlaesis permanentibus. Tantusque timor ex hoc omnes perculit in circuitu, ut deinceps festa sanctorum summa colerent reverentia. — Contigit etiam in die solemnitatis, ut puella quaedam de villa Munbrunnosi[p] nomine Selina[q], filia Bernalahi, de cotidiana vexatione maligni spiritus tam perfecte sanaretur, ut ab ea die nequam spiritus numquam eam invaderet. — Talibus quidem miraculis et aliis innumerabilibus, quae brevitati studentes omittimus, dominus noster Iesus Christus declarare dignatus est merita sanctorum suorum Ianuarii et Magni, quorum ossa ordine supradicto translata et condita esse constat. Ceterorum[r] vero corpora sanctorum, quae vel eodem quo isti vel alio tempore adducta sunt, quo translata et condita sint, iuxta fidem gestorum declarabo.

13. Locus est a monasterio Fuldensi decem et eo[s] amplius leucis distans ad boream nomine Rathesdorph[t, 2], a monachis quidem habitatus, sed ad praefatum monasterium eo tempore ad Hrabanum abbatem pertinentibus, in quo pulchram et divinis officiis congruentem noviter exstruxit ecclesiam, quam picturis et diversorum varietate metallorum decenter ornavit, altaribus et crucibus auro[u] argentoque paratis vasisque diversi generis, quae divinus cultus exposcit, congruenter adhibitis. In quam cum auctoritate Humberti[v], qui Herilolfum[w] presbyterum illuc vice sua miserat, ossa beatae Ceciliae virginis et sanctorum martyrum Tiburtii et Valeriani intulit atque in sarcophago[x] saxeo post altare posuit, singulorum ossibus in loculis singulis seorsim[y] conditis, erectamque desuper, ut ei moris erat, ligneam tumbam auro paravit et argento. Titulum quoque rei gestae seriem declarantem metrico carmine compositum litteris deauratis in circuitu conscripsit, in hunc modum[3]:

Postquam rex regum Christus super aethera celsa
Victor conscendit, arbiter omnipotens,
Servorum turbam hic liquit plebemque fidelem,
Qui verbo et factis plurima lucra darent;

a) et *Br.* b) der. *C.* c) *deest Br.; fort.* ei. d) sinistra *C.* e) semper dictos s. se v. *Br.* f) Erlabach *Br.* g) leugis *Br.* h) Freuuericus *C.* i) Bettinga *C.* k) *deest Br.* l) ea *C.* m) Schavis *in marg. Br.*; q. aschavis *C.* n) *'fort.* meteret' *COLV.* o) ea dies *C.* p) Munbrunnon? q) Solina *C.* r) Caetera *C.* s) octo *C.* t) Rathesthorph *C.* u) ex a. *C.* v) Hunb. *C.* w) Herlolfum *C.* x) sacrofago *C.* y) seorsum *C.*

1) Erlenbach. 2) Rasdorf ex occidente Geisa. 3) Dümmler l. l. p. 213.

Inter quos isti, quorum hic membra quiescunt,
Virtutum titulis eximii fuerant.
Hi pompam mundi spernentes, rite tenebant
Martyrii palmam virgineumque decus.
5 *Germani ecce duo hic pausant, quos virgo beata*
Lucrata est Christo dogmate Caecilia.
Valerianus adest unus, Tiburtius alter,
Nomine praeclarus, clarior et meritis.
Has tres personas Romana ex arce meantes
10 *Suscepit Hraban, Christe, tuus famulus,*
Patronosque sibi exoptans fieri, arte magistra
Ornavit tumulum, condidit et titulum.

14. Aedificavit etiam ecclesiam valde conspicuam in monte excelso 12 fere stadiis ad orientem a suo monasterio distantem; quam cum ex praecepto Otgarii archiepiscopi per Reginbaldum corepiscopum 15 eius in honorem beatorum apostolorum, patriarcharum, prophetarum, martyrum, confessorum atque virginum omniumque sanctorum spirituum caelestium fecisset consecrari, intulit in eam ossa sanctae Felicitatis, matris 7 filiorum martyrum, et sanctae Concordiae sanctarumque[a] virginum Basillae, Emerentianae[b], Candidae et Eutropiae; quibus addidit ossa ac vestimenta sanctorum Aquilae et Priscillae 4. Kal. Octobris, erectamque desuper, sicut et in ceteris fecerat, ligneam fabricam auro argentoque decoravit, scriptis ex 20 utraque parte versibus, qui gestae rei ordinem declararent, hoc modo[1]: 836. Sept. 28.

Hic locus ecce tenet sanctorum condita rite
Ossa, simul memorans et pia facta colit.
Mater Felicitas, sancta et Concordia, nutrix
Hippolyti, hic pausant, Candida et Eutropia.
25 *Pauli namque hospes Aquila hic et Prisca quiescunt,*
Eugenia hic virgo atque Basilla manent;
Virginis Agnetis hic conlactanea sistit,
Nempe Emerentiana, martyr et ipsa sacra.

Transtulit quoque eadem die ossa beatae Leubae virginis, cuius vitam atque gesta brevi dudum libello com- 30 prehendi, et posuit ea in[c] crypta eiusdem ecclesiae post altare in honorem sanctae[d] Dei genitricis, sanctarumque[e] virginum Christi dedicatum in arca saxea, quam etiam ligno circumdatam auri argentique metallo decenter ornavit. Sequenti autem die per manum praedicti corepiscopi collocavit reliquias sanctorum episcoporum Cornelii, Calisti[f], Sixti, Sinisii[g], Nicasii et Felicis, Stactei quoque et Pamphili presbyterorum et sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani, Nerei et Achillei, Sebastiani quoque, Castuli 35 et Romani, Papiae[h] et Mauri atque Valeriani, sanctarumque[e] virginum Ceciliae, Eugeniae atque Anastasiae martyrum Christi in ecclesia beati[i] Bonifacii [martyris[k]] in loco quo prius sanctum corpus illius quiescebat. Aedificavit enim ibi turrim lapideam post altare, in cuius turris summitate media condidit praedictorum ossa sanctorum, arca saxea diligenter inclusa, super quam culmen ligneum[l] columnis quatuor sustentatum erigens, auro ornavit et argento; intra quod arcam oblongam quadrangulo scemate factam 40 posuit; quam etiam auro et argento atque lapidibus ornans, singulorum sanctorum imaginibus decenter expressis decoravit, versusque quasi ex persona eiusdem arcae prolatos in circuitu conscripsit, hoc modo: Sept. 29.

Nomine[2] quos noto locus hic et imagine signat,
Praeclaros Christi ecce Dei famulos,
Qui corde impavido rubuerunt sanguine sacro,
45 *Pro Christo iam animas exposuere suas.*

Sed et in turre subiecta versus conscripsit, quatuor quidem in uno latere et quatuor in altero, elegiaco carmine hoc modo compositos:

Martyribus Christi, quorum hic ossa quiescunt,
Hrabanus humilis condidit hunc tumulum.
50 *Horum tu, lector, si noscere nomina curas,*
Arca superposita pandit et ipsa tibi.
Roma, decus mundi, laus rerum, summa potestas,
Hos iam lectores pontificesque habuit,
Cum quibus hic pausant sumpti de partibus orbis
55 *Virtute clari, Christe, tui famuli.*

a) quoque *C.* b) Emmer. *C.* c) eam c. *Br.* d) V. *Br.*; Virg. *Sch.* e) que *deest Br.* f) Calixti *C.* g) Sinitii, Nichasii *C.* h) Pappiae *C.* i) S. (sancti) *Br.* k) *deest Br.* l) *deest C.*

1) Haec ex Browero p. 162. ed. Dümmler l. l. p. 210; ubi sequentia praemittuntur: *Anno Domini* 808 (corr. 60 836), *ind.* 15, *dedicatum est hoc oratorium iussu Otgarii archiepiscopi a Reginbaldo corepiscopo* 6. *Kal. Octobris in honorem beatorum — — virginum et sanctae Felicitatis — — martyrum, sanctae Concordiae, sanctae Basillae, sanctae Eutropiae, sanctae Candidae, sanctae Emerentianae, sanctorum Aquilae et Priscillae et sanctae Leobae virginis.* 2) Dümmler p. 213.

In reliquis vero duobus lateribus Asclepiadeo[a] carmine hos versus scripsit[b]:

Felices nimium atque beati,
Quos rex Christus ovans arce superna
Sanctis pro meritis collocat astris,
Vitam perpetuam reddit et illis. 5
Qui templum Domini gressibus intrant,
Hos nunc ammoneo corde benigno,
Christum suppliciter ut prece poscant,
Quo[c] cum martyribus sidera praestet.

Aliorum autem sanctorum reliquias de diversis partibus orbis plurimas congregavit 10 atque in oratoriis, quae tempore sui regiminis numero 30 construxerat, et ab episcopis, in quorum diocesi fuerant, dedicari fecerat, honorifice collocavit. De quorum locis et consecrationum auctoribus atque temporibus sanctorumque nominibus, quorum spoliis[d] inlustrantur, si vita comes et divinus favor adfuerit, locis oportunis scire volentibus declarabo.

15. Cum igitur vir ille venerabilis monasterium sibi commissum per annos 20 nobi- 15 liter rexisset et[e], deposito curae pastoralis pondere, ad ecclesiam, quam ad orientem monasterii [sancti[f] Petri] in monte constructam esse supra dixi, se contulisset[g], ibi manens ac Deo serviens, caelesti philosophiae vacabat. Erat enim in scripturis a pueritia valde studiosus et secundum donum sibi caelitus datum lectionem divinorum librorum plurimum adamavit atque in his saepius meditatus est. Unde etiam hortatu fratrum suorum atque 20 amicorum adgressus est scribere expositiones divinorum[h] librorum tam Veteris quam Novi Testamenti. Nam, ut ipse testatus est, primum scripsit anno aetatis suae circiter trigesimo in laudem sanctae crucis duos libellos[1], hoc est unum metrico stylo cum figuris mysticis, quae in divinis libris longe ante praenotatae sunt, ut in his manifestaretur Christi passio et redemptio nostra in figura sanctae crucis esse praenunciata; in quo etiam soluta oratione 25 subiecta est uniuscuiusque figurae explanatio, et sic 28, excepta superliminari pagina, videntur in ea contineri figurae simul cum expositionibus suis. Sequentem autem libellum ideo conficiendum putavit, quem etiam in 28 capitulis breviavit, ut locutionem metri[i] prioris libelli in eo lucidiorem faceret. Post haec scripsit ad Heistolfum archiepiscopum de institutione clericorum libros 3, in quibus de ecclesiasticis ordinibus et officiis diversis 30 quae in ecclesia geruntur ratio demonstratur, et ordo discendi ac modus docendi verbi Dei declaratur. Ad quem etiam scripsit tractatum super euangelium Mathaei, consummans illum 8 libris. Cuius et hortatu fecit homilias diversas per totum annum ad diversas festivitates. Et de variis vitiis atque virtutibus subiunxit sermones ad praedicandum populo Dei. Post haec rogatu episcoporum, Frecholfi[2] videlicet et[e] Fridurichi[3] et Humberti, scripsit in 35 octoteuchum[k] commentariorum libros 29, hoc est in Genesim libros 4, in Exodum libros 4, in Leviticum libros 7, in Numeros[l] libros 4, similiter et in Deuteronomium libros 4, in Iesu Nave[m] libros 3, in Iudicum libros 2, in Ruth quoque librum 1. Fecit etiam rogatu Hiltwini abbatis libros 4 in expositionem[n] libri Samuelis et Regum. Similiter, Hludowico imperatore hortante, in Paralipomenon edidit libros 4. Scripsit praeterea expositionem in historiam 40 Iudith librum 1 et in historiam Hester similiter librum 1, quos tradidit Iudith augustae. Librum quoque Machabaeorum priorem, petente Geroldo archidiacono, libellis 2 explanavit, sequentem vero libello uno. Librum quoque qui nuncupatur Sapientiae hortatu Otgarii archiepiscopi in tribus libellis, prout potuit, enodavit. Et librum Iesu filii Sirach[o] qui appellatur Ecclesiasticus 10 libris similiter elucidavit. In Hieremiam[p] quoque prophe- 45 tam 20 libros expositionis iuxta sensum maiorum edidit. In epistolas quoque Pauli hortatu Lupi diaconi collectarium[q] fecit, colligens de diversis opusculis sanctorum patrum sententias eorum et in ordinem disponens, in 30 libris illum determinavit. Sunt quoque alia opuscula eius, quae ad interrogata diversorum ei respondere necessarium fuit; quorum unum est de corepiscoporum[r] ordinatione, super quo ad Drugonem archiepiscopum[4] 50 scripsit librum 1. Ad Notingum quoque episcopum Veronensem[s] de praescientia ac praedestinatione Dei, de gratia et libero arbitrio scripsit librum 1, in quo, quid recte sentien-

a) ascleadeo *C.* b) conscripsit *C.* c) Quod *C.* d) stolis *C.* e) *deest C.* f) *des. Br.* g) contulit ibique *C.* h) l. d. *C.* i) metrici *Br.* k) pentateuchum *C.* l) Numerorum *C.* m) N. quoque libros 4. Et in *C.* n) expositione *C.* o) Syrach *C.* p) Ier. *Br.* q) collectaneum *Br.* r) coep., *add. in marg.: 'fort.* chorep.' *C.* 55 s) Veroniensem *C.*

1) De quibus cf. Dümmler l. l. p. 156. De celeris Rabani operibus agere non huius est loci. 2) Lexoviensis. 3) Ultraiectini. 4) Mettensem.

dum esset, ostendit. Nam ad Hluduicum imperatorem scripsit librum 1 contra eos qui oblationem secundum regulam sancti Benedicti destruere volebant. Cui et misit epistolam consolatoriam post calamitatem, quae ei accidit ex parte filiorum suorum et optimatum; in qua ex divinis testimoniis ostendit, quod falsum iudicium non potest recte condemnare in-
5 nocentem; in qua etiam novissime provocat eum ad indulgentiam in se commissorum. Postea hortatu eiusdem fecit collectarium unum de sententiis divinorum librorum, in quo primum testimoniis divinis probavit, observandum esse honorem parentum et subiectionem[a] potestati a Deo ordinatae[b]; deinde de diversis speciebus virtutum et e contrario vitiorum testimonia de auctoritate divina in eodem opere subiunxit, demonstrans, qualiter cuicum-
10 que[c] ordini in ecclesia Deo militandum sit; quod opus 40 capitulis consummavit. Ad interrogata quidem Bonosi abbatis respondendo, quomodo cognationis commixtio declinanda sit et magica ars devitanda, confecit librum unum. Scripsit quoque libellum 1 ad Otgarium archiepiscopum, in quo primum de poenitentia legitima et spe indulgentiae, deinde diversa capitula de canonibus diversorum conciliorum subiunxit ad corrigenda hominum vitia et
15 instituta religionis christianae roboranda. Praeterea quoque Machario monacho petente de computu[d] confecit dialogum unum[e].

a) subiectione *C.* b) ordinata *C.* c) unicuique *C.* d) computo *C.* e) *octo puncta add. Br. et in marg. add. 'Desiderata nonnulla in MS.', ita ut codicis defectum indicasse videatur.*

PASSIO FRIDERICI EPISCOPI TRAIECTENSIS AUCTORE ODBERTO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Non fons purus, ex quo verae historiae cognitio hauriri posset, sed fallax, fucosa, commenticia haec est Passio Friderici episcopi Traiectensis, duobus circiter saeculis post obitum eius composita. Cum usque ad sua tempora de eo nihil fere traditum esset, auctor commentus, Fridericum iussu Iudith imperatricis occisum esse, quod connubium eius cum Ludovico Pio incestum esse dixisset eosque separandos esse censuisset, longam rerum Ludovico Pio regnante gestarum relationem effinxit; ad quam componendam Thegani Vitam Ludovici et Reginonis chronicon adhibuit ita, ut quae apud eos invenit non integra transsumeret, sed ad enormem mendaciorum telam contexendam alteraret, adulteraret, in contraria verteret, rerum ordinem et tempora et ipsas res mutaret, multis commenticiis ampliaret, omnes rebelliones filiorum, episcoporum, magnatum contra imperatorem propter incestum eius connubium ortas esse confingens. Et in hac re tanta versutia usus est, ut non tam simplex et rerum vulgari rumore traditarum credulus quam mendax et fraudulentus appareat. Multa alia addidit, partim prorsus efficta, ut quae de iuventute, electione, ordinatione Friderici narrat, partim, ut quae de rebus apud Frisones gestis tradit, ex Vita Odulfi presbyteri[1] *sumpta et ampliata*[2]*. Effinxit multas longissimas orationes et preces, permultis Scripturae Sacrae locis refertas, sermonem ipsum monstruosis quibusdam verbis*[3] *e lingua Graeca mutuatis exornare opinatus est.*

In codicibus nostro 2 *et Bodecensi perdito Passionem Friderici iisdem verbis atque ea quam edimus incipientem, sed breviorem et aliquoties alteratam, praecedebat prologus metricus, editus Acta SS. Iul. IV, p.* 457, *quo Odbertus quidam testatur, sub Adalboldo II. episcopo*[4] *(a.* 1010— *c.* 1025*) se parvulum Traiectum advenisse ibique a quodam 'seniore', qui ipsum in ecclesiam cathedralem ad sepulcrum Friderici adduxisset, de vita huius sancti edoctum esse; quae ab eo aliaque 'seniore plebe' (v.* 18*) didicisset se puerum decennem conscripsisse. Cum tempore indicato*[5] *convenit, quod c.* 21. *Passionis dicit, plurimos adhuc*

1) Damus infra quaedam eius fragmenta. 2) Invenit etiam (c. 14) notitiam quandam de dogmate sanctae Trinitatis huic episcopo attributam. 3) E. gr. *arcomegistus, encefalus, epithomia, filassere, filima, iereus, archyereus, ierosilia, ireneus.* 4) De primo huius nominis, qui saec. IX. exeunte sedit, cogitari nequit. 5) Cum dicat auctor (v. 4) se 'moenia antiqui templi' (S. Martini) a. 1015. destructi vidisse, Vitam inter a. 1012 - 1015. scripsisse censendus est.

superstites esse testes cuiusdam miraculi temporibus Balderici episcopi (a. 917 —977) *facti. Sed quod dicit, se decennem hunc libellum composuisse, haud dubie mere mentitus est; neque ipsi multa de vita sancti narrata esse homini fide tam indigno crediderim, cum pleraque ex iis quae scripta invenit effinxisse* 5 *appareat.*

Wattenbach, 'GQ.' ed. 5, *p.* 360, *monuit, huius Vitae forsan non autenticam formam ab Odberto editam, sed retractatam iam ad nos pervenisse. Et sane sunt quae ut hoc credamus suadere possint. Willelmus enim Malmesburiensis in Gestis pontificum Anglorum*[1] *historiam Friderici cum hac Vita ita* 10 *convenientem narravit, ut eum similem libellum legisse coniicere oporteat, non vero eundem, cum nonnullas res sententiasque ita narraverit, ut ea ex fonte quasi magis autentico hausta esse videantur. Et uno quidem loco Willelmus Heda, auctor saeculi XVI, qui Vitam Friderici laudat*[2], *magis cum Willelmo quam cum illa convenit*[3]. *Porro cum legeris c.* 19*:* villae nomine Dorested 15 quondam magnae, quae nunc Wiick vocatur, *haec extrema verba multo post saeculum XI. scripta esse, pro certo habebis. Sed, si facile concesserim, nonnullos locos postea mutatos esse, pleraque tamen ab Odberto scripta integra servata esse evinci potest, cum saepissime, quamvis non ubique, terminationes articulorum orationis more saeculi XI. consonae sint effectae, et cum loci ab* 20 *Odberto ex aliis auctoribus ad verba exscripti etiam in hac recensione integri legantur. Et hos esse Odberti, certo certius constat; quos enim si detraxeris, narratio inter se nullo modo cohaerens quasi corruit*[4].

Duos tantum codices Passionis exstare compertum habemus, quos contulimus:

25 1) *Gandavensem nr.* 162 (421), *chart.,* 8° *min., complectens folia* 43 *una manu saec. XV. exarata, quorum p.* 1—17. *continent Vitam Odulfi, p.* 17—18. *Epitaphium Friderici*[5]*:* Traiecti sanctus requiescit, *p.* 18. 19. 22 (*p.* 20. 21. *vacuis relictis) Odberti prologum, p.* 22—85. *Passionem hanc.*

2) *Bruxellensem nr.* 380—382, *membr., fol. min., saec. XV, olim cano-* 30 *nicorum Vallis Sancti Martini in Lovanio, qui inter alias Vitas sanctorum f.* 98—106'. *hanc continet, addita in fine notitia de elevatione sancti Friderici a.* 1362. *In hoc codice nonnulla minus bene dicta alterata esse apparet.*

Codices hi recentioris aetatis ubique e *pro* ae *et* oe *habent, quae restituimus, leviores scripturae varietates et aperta menda haud notavimus.*

35 *Guill. Cuper edidit Acta S. Friderici, Acta SS. Iul. IV, p.* 460—470, *ex codice S. Salvatoris Ultraiectini, nostri* 2 *simillimo, in calce eandem notam a.* 1362. *habente*[6]. *Et vel eodem codice vel nostro* 2 *vel eorum simillimo eandem notam continente usus est Surius, qui primus hunc libellum 'mutato stilo' edidit, Vitae SS. (Colon.* 1572) *IV, p.* 233–244; *ed. nova (Aug. Taurin.) VII, p.*311–328. 40 *Excerpta dedit Bouquet, SS. R. Gall. VI, p.* 327—330. *O. Holder-Egger.*

1) SS. X, p. 454 sq. 2) Ed. Ultraiect. 1643. p. 49. 3) Nempe ubi Vita c. 18: *percusserunt illum in extis,* Willelmus Malmesbur. habet: *alter a pectore ad inguina, alter per media ilia sicas duxere,* et 45 Willelmus Heda l. l.: *confossus inguina per ministros regios.* — Iohannem de Beka, ed. Ultraiect. p. 23, et auctorem Chronicae de Traiecto, apud Matthaeum V, p. 316 sqq., qui longiorem Vitae epitomen dederunt, hanc Vitae recensionem aut aliam 50 legisse, nec affirmare ausim nec prorsus negare. Certe cum hac recensione magis quam cum Willelmo Malmesbur., sed etiam magis inter se quam cum Vita servata conveniunt; etiam uterque haud dubie verba Vitae quae legit non retinuit, sed alteravit. 4) Codicem Bodicensem perditum, de quo Cuper p. 457. agit, recensionem autenticam Odberti praebuisse, vix et ne vix quidem crediderim. Codex enim ille Bodecensis haud dubie magnum erat legendarium, quod Bollandistis permultas Vitas praebuit; sed eas saepe alteratas et breviatas fuisse, multis locis hi referunt. 5) Editum Acta SS. Iul. IV, p. 458. 6) Bollandistae etiam alium codicem chartaceum habebant, qui Passionem abbreviatam continebat; ibid. p. 457.

QUALITER[a] ODBERTUS SANCTUM COGNOVIT FREDERICUM.

Parvulus Odbertus[b] dum veni, nempe puellus,
Praesule Adalboldo[1] Traiectum cum venerando,
Ex cuius studio locus ille nitet modo magno,
Sum mox antiqui ductus per moenia templi[2]
5 Orandi vere causa a quodam seniore.
Qui mihi, lustratis sanctorum rite sepulchris,
Ostendit magni tumbam sancti Frederici.
Is cuius vitam flens narravit venerandam,
Qualiter et cultris fuerat percussus in extis,
10 Quod suadente Iudit[c] Ludowicus rex quoque iussit.
Usque solum prorsus studui tunc sternere corpus
Viribus atque eius veniam deposcere totis,
Esset quo Dominum meus[d] intercessor ad[e] almum;
Et quod poscebam post haec cito comperiebam.
15 Propterea parvam cupio componere cartam,
Si mihi nunc Cristi concedit gratia summi,
Ipsius ex vita, quo non admestia[3] magna[f]
Hoc nobis tollat, senior plebs quod modo narrat.
Est[g] quia combustus iam Danis forte libellus[4],
20 Ex ipso factus fuerat qui[h] magnus et amplus,
Cum multis aliis[i], veteris dum funditus urbis
Traiecti muros heu! diruerent venerandos.
Idcirco memores fore non possunt seniores
Nostri, quid faceret, vivus dum carne maneret.
25 Sed quidquid recolunt vel quae verissima norunt,
Nunc sulcante stilo lentus peragrare studebo.
Et[k] quisquis scedam[l], rogo te, perspexeris istam[m],
Irridere velis ne me, tu domne: decennis[n]
Et puer indoctus nam feci, scito[o], rogatus.

INCIPIT[p] PASSIO SANCTI FREDERICI.

1.[q] Sanctus igitur Fredericus, Fresonicae[r] gentis archyereus[s], nobilis ex genere, sed nobilior extitit sanctitate. In prima etenim aetate sua magis angelicam quam terrenam ducebat vitam, quoniam coetibus virorum Deum timentium se intermiscens, omnino lusibus suorum se subtraxit coaetaneorum. Ad ecclesiam libenter currebat, et quicquid[t] ibi legebatur vel cantabatur, intente audiebat, domumque rediens, matri suae verba, quae intelligebat, referebat. Ob hoc mater sua laeta facta, non voluntate patris, ad litterandum eum quibusdam[u] commisit patribus, ipsosque muneribus frequentans et precibus, rogavit, ut eum sanctae religionis docerent semitam malique vitare consuetudinem.

2. [Qualiter[v] Traiectum venit.]

Interea caelitus visum est ei in conticinio, ut puerum inde tolleret et sancto Ricfrido Traiectensis ecclesiae pontifici[5] commendaret. Quae mox ingenti repleta gaudio, quia divinam eum sciebat regere clementiam, patre licet invito simul eunte, Traiectum usque perduxit et pontifici iam dicto commendavit[6]. Praesul autem spiritu[w] praevidens prophetiae, quod in pontificali regimine post mortem sibi deberet succedere, quasi filium et heredem liberalibus simul et ecclesiasticis ad liquidum imbuit doctrinis. Ipse vero conversabatur in melius et semper gradus sanctarum ascendit[x] virtutum.

a) *ita* 1; *carmen deest* 2. b) Oetbertus *ed.* c) vidit 1. *ed.* d) ms 1. e) et 1. f) mağ 1. g) Et 1. h) quod 1. i) libris *ed.* k) En *ed.* l) sceclam 1. m) *ita ed.; deest* 1. n) decemus 1. o) *ita ed.;* cito 1. p) Incipit vita sancti Frederici episcopi Traiectensis quod est XVI. Kalendas Augusti 2. q) *numeri capp. des.* 1. 2. r) Frison. 2. s) archuereus 1. 2. t) quitquit 1, *saepius.* u) quibusquam 2. v) *ita* 1; *rubricae des.* 2, *ubi nulla capitum divisio.* w) prev. spir. 2. x) ascendebat 2.

1) A. 1010—1025. vel 1026. 2) Ecclesiae cathedralis S. Martini, quam Adalboldus a. 1015. destrui et reaedificari fecit; cf. Mirac. S. Walpurgis Tielensia (infra). 3) Hanc vocem corruptam ex Graeca ἀμνηστία = *oblivio* affert Ducange-Henschel s. v. ex Gloss. Biturig. 4) Certe nunquam extitit liber de vita Friderici. Cum Traiectina urbs a. 834. a Danis vastata est, vivebat Fridericus. 5) Si fides est Catalogo supra p. 79, n. 2. laudato, Ricfridus circa a. 804. episcopus constitutus est, sedit a. 815 (Reg. Imp. I, nr. 558). 6) His sane nihil fidei attribuendum. Ante episcopatum Fridericus Hrabano abbati *fidus amicus* adhaesit; v. Hrabani carm. 17, 3; Poetae Carol. II, p. 181.

3. [De quatuor benedictionibus.]

Bis binis etenim benedictionibus dum adolescens sanctissimus adhuc sub scolis degens foret auctus, suum, quod ei fuerat iniunctum, non neglexit officium, sed cunctis tam maioribus quam et[a] minoribus per se perspicuum tribuebat dogmatum. Quosquos infra domum Dei risu vel alio quolibet[b] ioco[c] vidit errantes, blande suaviterque, ne ita facerent, ammonuit eosque, quid[d] cultus religionis agere deberent, edocuit. Multos vero, qui primi parentis noxia detenti fuerant culpa, cathezizavit, lucisque perpetuae praeco, quae mundum illuminat cunctum, lucifugos ex eis depellebat daemones. Ad euangelizandum populis Dei euangelium semper erat paratus, recolens Scripturae dicentis: *Clama! ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam et annuncia populo meo scelera eorum.* (Es. 58, 1) Audiens eum prudens, prudentior fiebat, et eo loquente, digitum ori suo ponebat. (cf. Iob 29, 9.)

4. [De subdyaconia.]

Deinde cum manum ad aratrum mitteret nec retro respiceret, quo regno Dei aptaretur, subdyaconus ordinatur. Actutum[e] sanctioris vitae epithomia[f] vigiliis et orationibus ieiuniisque iugibus pro Cristi nomine corpus suum coepit affligere gloriamque pro nichilo ducere humanam, sciens, quoniam, cum interierit homo, non sumet omnia, neque descendet[g] cum eo gloria[h] eius. (Ps. 48, 18.) Quicquid etiam poterat[a] suorum bonorum per manus miserorum in regnum fecit deportari caelorum, quo nec erugine vel tineis demolirentur nec furibus effoderentur. (cf. Matth. 6, 20.) Quapropter in illa caelesti theca semper cor habuit intentum, in qua suum thesaurum sciebat esse reconditum. Erat enim verus Israhelita, cuius in spiritu nullus nutriebatur dolus, aut cuius ex ore nullum aliquando auditum[i] est exisse mendacium. Neminem laedebat, neminem defraudavit vel odio habuit, nemini quod sibi noluit[k] fecit. Ad communionem corporis et sanguinis Domini sacrorum[l] portitor vasorum, custodivit se ab uxoribus mundum et castum et pene ab omni immundicia[m] carnali liberum, sicut hiis qui[n] huiusmodi sunt ordinis per prophetam iubetur dicentem: *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* (Es. 52, 11.)

5. [De dyaconia.]

Postquam vir[o] gloriosus factus est dyaconus, qualiter in Dei servimine desudaret die et[p] nocte, nullius oratoris lingua versatilis valet comprehendere dictis. Erat itaque iuxta praeceptum apostolicum (1. Tim. 3, 8.) pudicus, non bilinguis, non multo vino deditus, non turpe lucrum sectans, ineptas fabulas devitans, seniores non increpans, minores non contempnens, habens fidei dindimum[1] in conscientia bona. Exemplum vere[q] fuerat fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate, in pacientia, in humilitate, in temperancia, in omni morum probitate gradum sibi acquirens optimum et fiduciam multam in Cristo Ihesu. Tantus etiam ardor fuerat in eo Spiritus sancti, ut nec de adversis posset frangi nec de prosperis extolli. Idcirco dominus Ricfridus, cum talibus eum fulgere videret[r] in virtutibus, nimio repletus est gaudio, quod talem mereretur habere successorem, illumque post eum iubens esse secundum[s], quamquam invitum, ordinavit presbiterum. Nomen autem eius, divina providente clementia, per universam terram[t] subito factum est encefalum, ut etiam regales verberaret aures, et a cunctis veluti vir honoraretur apostolicus.

6. [De obitu domini Ricfridi episcopi.]

Tunc[u] pontifex Ricfridus, vir omni bonitate praedicandus, febre paululum tactus, plenus dierum, sicut a Deo fuerat praeordinatum, terrae reddidit[v] terrenum, Domino autem quod suum fuerat[w], perpraeclarum stipatumque selectibus[x] angelorum remiserat spiritum[2]. Quo honorifice sepulto, clerus et populus sancti[y] Spiritus inspiratione simul inspiratus dicit, se non alium eligere aut superponi[z] episcopum quam Fredericum, videlicet[a] hominem venerandum. Interim rex Lothowicus[b], Karoli Magni principis filius, in una civitatum forte veniens iuxta Hrenum[c], Iudith[d] coniugem suam secum adduxerat[e] consecrandam[f], quoniam, ne excommunicaretur ab episcopis, eo quod eius esset neptis, eam in partibus Galliae tenere non audebat. Qui etiam, comperto praesulis obitu, per legatos mandaverat suos senioribus sanctae Traiectensis ecclesiae, ut beatum Fredericum sibi vellent in[g] episcopum acclamare et eum summo honore electum ad eius ducere palacium, nesciens, quod velle foret[h] omnium, quod et ipsius suorumque fuerat[i] primatum. Statim ut haec vir Dei cognovit, se indignum[k] tanti honoris humiliter excusavit et per scelerosum[l] populum magis dixit esse se sceleratum[m], si pontifex fieret eorum. Populo autem contra[n] clamante, neminem illo posse inveniri[o] digniorem, quem vellent habere rectorem, vir Dei ingemens obtor-

a) *deest* 2. b) vel aliquo 2. c) loco 1. d) ut 2. e) Accūtū *corr.* Accūctū 1; At cum 2. f) *ita* 1. 2, *i. e.* ἐπιθυμία; epithymia *ed.* g) descendit 1. h) domus *add.* 2. i) est aud. 2. k) fieri *add. ed.* l) sacrarum 1. m) carn. imm. 2. n) q̄ 1, *saepe pro* qui. o) gl. vir 2. p) ac 2. q) vero 1. r) viderat 1. s) ipsum *add.* 2. t) in tantum *add.* 2. u) Cum 2 v) tradidit *corr.* redidit 2. w) erat 2, *ubi et add., sed del.* x) selestibus 1; selectionibus 2. y) sancto spiritu inspirati dicunt 2. z) *ita* 1. 2; velle *suppl. ed.* a) hom. vid. 2. b) *ita h. l.* 2, *postea etiam* 1, *ubi h. l.* Lodow. c) Renum 2 *semper.* d) vidit 1. e) adduxit 2. f) execrandam 1. g) *deest* 2. h) q. voluntas esset 2. i) fieret 1. k) dignum 1. l) scel. — esse *des.* 2. m) sceleratus 2. n) econtra 2. o) invenire 2.

1) Cf. 1. Tim. 3, 9: *habens mysterium fidei in conscientia pura;* dindimum videtur de voce quadam Graeca corrupte effectum esse; an de ἔνδημος auctor cogitavit? Nota vero etiam Dindymum montem Cybelae sacrum. 2) Quando Ricfridus obierit, non constat.

puit, lacrimatusque[a] coram cunctis, ait: 'Cum sim homo peccator, quomodo possum[b] Dei ovium[c] existere pastor? Cur me, qui, proch dolor! regere[d] me nescio, vultis habere rectorem, quorum omnium me cognosco citeriorem et obsoletiorem? Sinite', inquit, 'sinite et ad alium digniorem me vos vertite; quia nil quod Deo sit placabile in me invenietis stabile. Igitur Paulo attestante apostolo, veluti nostis, episcopum oportet esse irreprehensibilem, sobrium, prudentem[e], ornatum[f], pudicum, hospitalem, doctorem, ireneum, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, non neophitum, non[g] in superbiam elatum, bonum a cunctis habere testimonium, suae domui bene praepositum. Idcirco, dum domui meae praeesse nescio, qualiter ecclesiae Dei diligenciam habebo? Et qui peccati trabem de oculo meo eruere non valeo, quo pacto festucam de oculis aliorum amputabo?'

[1 Tim 3, 2–4. 6.; cf. ib. 5.]

7. [De missis secundo legatis.]

Hiis et aliis iam dictis similibus, missi sunt iterum viri potentes ex palacio, qui nunciaverunt illi[h], si regis[i] vellet habere gratiam, ut ad eum quantocius posset cum maioribus natu citra Hrenum venisset. At ille sine mora consurgens: 'Non est', inquit, 'contradicendum regis nostri[k] imperio, sed ad eius obsequium quodcumque iusserit nobis est faciendum'. Haec enim loquens, aestimabat apud regem excusare, se praesulatus dignum non esse plebisque scitum prodigere. Hrenumque sic transiens, ad regis usque pervenit regiam. Quem ut Lothowicus elevatis oculis ex adverso sibi videret astare: 'Bene te', ait, 'serve Dei, gratulor advenisse', dataque[l] filima[1], sessum super appositam eum rogavit ire sellam. Tunc cunctis qui aderant accersitis[m] arcomegistis et magnatis[n] palatii, rex plebem interrogat Traiectensem, quem desideraret[o] habere rectorem, seseque promittit eundem illi superponere, quem ipsa vellet eligere. Cui omnes, dum ad hoc[p] conquiescerent[q] a minimo ad maximum, tale dederunt[r] responsum: 'Vivit dominus Deus sanctus[s], quia non eligitur[t] a nobis hodie alius quam dominus, qui praesens est, Fredericus. Hunc cognoscimus, hic ab infantia sua nobiscum est conversatus; opus quod Deo fuit placitum hactenus est operatus'. Quo dicto, rex beato viro iubet, ut sacerdotali veste vestitus accedat ordinandus, dicens, hoc esse Dei velle, quod omnes habebant in mente, et econtra se[s] nullo modo debere resistere. Vir autem ut[u] haec hausit sanctissimus, obortis[v] surrexit lacrimis regemque pronus adoravit et infit: 'Precor te, domine mi rex, ne eis acquiescas in hoc quod postulant; sed sanctiorem me, te iubente, eligant[w], et quicquid iure hereditario possideo tibi, si[x] in hiis mihi adiutor fueris, firma stipulatione tradidero[y]. Non valet itaque pastor, qui, veniente lupo, nec ipsius nec gregis valet esse defensor. Filassere[z, 2] gregem[a] Domini nequeo, quia lupum a me ipso abigere non valeo. Timeo vir probrosus[b] plebis sanctae fieri episcopus, quia quod infirmum fuerit ignoro[c] solidare, aegrotum sanare, confractum alligare, abiectum reducere, perditum quaerere. Est horrendum, Paulo attestante apostolo[d], incidere in manus[e] Dei viventis, cuius per prophetam vox ista est comminantis: *Ve pastoribus, qui pascunt semet ipsos!* Et item: *Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum et sanguinem pereuntis in die tribulationis*[f] *exigam ab eis*'. Taliter cum sermonem suum duceret in longum, rex illi[g] per nomen adiurato Cristi baculum tradidit pastoralem eumque ordinari episcopum in sua praecepit praesentia. At ille, cum se[h] videret nullo modo posse excusare, mestus, sequente multitudine militum, ordinaturus[i] sanctum intravit[k] templum, pansasque ad caelum erigens palmas, huiusmodi orationem gemendo fudit ad Dominum[l]: 'Domine Deus omnipotens, qui in Trinitate perfecta dominaris et regnas, cui secreta nota sunt omnia, qui es scrutator renum et cordium, tu scis, quod invitus et coactus ad regendum suscipio[d] praesulatum, quia non cognosco me talem in mente et corpore, qualem te scio me velle habere; tamen super haec omnia credo, Domine piissime et amantissime, quod voluntas tua sit ista; propterea te totis exoro gemitibus, quoniam tibi soli peccavi et malum coram te usque in praesens feci, ut delicta iuventutis meae et ignorantias meas[m] mihi dimittas et de praesentibus malis veniam concedas atque de futuris custodias, quo reductus ad viam veritatis nocte et die legem tuam meditari scrutarique valeam et facere, quod in tuis placitum sit oculis. Sana me, Rex aeternae gloriae, medicus medicorum, cura languidorum, recuperatio cunctorum hominum in te sperantium, salvum me fac! et salvus ero; quia tu es laus mea, lux mea, pax mea, spes mea, gloria mea, pulchritudo mea, beatitudo mea, refugium meum, vita mea, fortitudo mea, consolatio mea, illuminatio[n] mea, corona mea, qui vivis et regnas per omnia secula seculorum. Amen. Misericors et miserator, qui neminem vis perire, sed omnes salvos facere, poenitet me de meis criminibus, quae contra tua hactenus feci praecepta; idcirco recipe me poenitentem et peccatorem in tua misericordia confidentem, quia tu dixisti: *Vivo ego, non*[o] *volo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat*. Exaudibilis Domine, exaudi me orantem, sicut exaudisti latronem, dum in cruce penderet, sero poenitentem, et da mihi spiritum sapientiae et intellectus, spiritum scientiae[p] et pietatis, spiritum consilii et fortitudinis spiritumque timoris[q] tui, et pone verbum tuum in ore meo, quo populum tuum docere possim[r] secundum velle tuum, et fac me fortem et stabilem in tuis cerimoniis, ut

[cf. Ezech. 34, 4.; Hebr. 10, 31.; Ezech. 34, 2.; ib. 10.; Ezech 33, 11.]

a) que *deest* 2. b) possim 2. — Dei *deest* 1. c) oim̄ 1. d) regem nescio 1. 2. *ed.* e) *minio del.* 1. f) *deest* 1. g) non — testim. *des.* 2. h) sibi 2. i) vellet regis 2. k) irā 1. l) d. filuna 1; datoque osculo 2. m) exercitis 1. n) *sic* 2 *et infra c.* 16. *etiam* 1; magnatibus *h. l.* 1. o) desiderat 2. p) hec 2. q) conquiniscerent 1. r) dedere 2. s) *deest* 2. t) *minio corr.* eligetur 1. u) *deest* 1; a. Dei ut hec hausit ob. 2. v) abortis 1. w) elegant 1. x) in hiis si *corr.* si in hiis 2. y) trado 2. z) filascere *(del.)* filassare, *corr. minio* sed lassare 1. a) gregi Dei 2. b) proposus 2. c) nescio 2. d) *deest* 2. e) manu 1. f) retribucionis 2. g) per n. illi 2. h) vid. se 2. i) *ita* 1. 2. k) introivit 2. l) *minio superscr.* Oratio 1. m) *post superscr.* 2. n) ill. m. *des.* 1. o) nolo m. 2. p) sapiencie 1. q) tui tim. 2. r) possum 1.

1) i. e. φίλημα, falso ab auctore ut generis feminini usurpatum. 2) i. e. φυλάσσειν.

armis tuae circumcinctus protectionis omnes meos gregisque tui mihi commissi visibiles et invisibiles devincam contrafacientes. Confirma me in omni opere bono et dirige gressus meos in semitis tuis, et non veniat mihi pes superbiae, neque manus peccatoris moveat me. Poneque custodiam ori meo et ostium circumstantiae labiis meis, ne verbum ex eis egrediatur in conspectu tuo[a] falsum, sed quod tibi sit omni tempore placitum. Custodi etenim gregem tuum, Rex regum et Dominus dominantium, pastor pastorum, cui ego criminator praeferendus[b] sum pastor, ne lupus rapax circuiens quem devoret, ovem ex eo[c] aliquam abstrahat vel dilaniet. Sed tua sancta dextera semper illum protegat atque foveat. Tu scis, Domine, cui rei indigeo et quid petere debeo; propterea[d] fac in me, quemadmodum spero et confido in te'.

8. [De ordinatione episcopi et prandio regis.]

Cum[e] finis vix foret orationis, rex cum aliis superveniens episcopis, sanctum ordinare fecit supra memoratum[f], mirum in modum frequens circa ministerium[1]. Clerus autem et populus de benedictionibus[g] illius multum laetificatus[h], quid laudis, quid gratiarum actionis Domino redderet, longum et[i] fastidiosum est narrare per singula. At ubi fuit peractum quod[k] ad opus pertinebat divinum, imperator clerum et omnes qui aderant nobiles atque[l] ignobiles ad suum invitavit pastum[m], ac per amorem viri beatissimi diem illum quasi festum maximum cum magna laeticia perducebat ad vesperum. Domnus vero Fredericus, Ceciliani[n] memor exempli[2], quamvis corpore videretur interesse convivio, tamen[o] spiritu epulabatur cum Domino, istos secum tacite revolvens versiculos: 'Ciba me, Domine, pane vitae et aqua sapientiae (cf. Ps. 59, 5. 6) vinoque conpunctionis pota me, quoniam dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus'. Deinde consumpto surgens ex prandio, more solito vacabat in[p] divino eloquio, remediumque[q] suorum scelerum deposcens a Domino, non parvipendebat[r] hoc in animo, quod sibi commissum fuerat in episcopio.

9. [Rex, ut se excuset, alios accusat.]

Transcurso igitur tempore nocturno, et fugato lucifero iam sole surgente secundo, rex secum revolvens[s] in animo, propter connubium illicitum a beato Frederico se forte maledici posse in futuro, iussit illum accersiri, et coram qui aderant praesulibus placando dictis alloquitur talibus: 'Elegit te, karissime, Dominus sibi in sacerdotem magnum, quia ad opus hoc te cognovit fore[p] ydoneum; sed ut praedicationis et ammonitionis in studio de te manat[t] salus[p] ferocium, suppliciter rogo[u], maritimarum gentium. Est enim insula Walachran[v] nominata, tibi, ut reor, satis nota, in qua, proch dolor! quod ad meas nuper devenit[w] aures, quisquis neptem[x] aut, quod peius est, sororem vel ipsam in matrimonio ducit genitricem. Ipsam vero, sicut notum est omnibus, aratrum non circumspiciendo recte tenentes, sancti tui excoluerunt antecessores et quod remansit incultum tibi sine dubio reliquerunt excolendum. Quapropter te per Deum vivum adiuro[y], ut, si quis nobilis aut ignobilis, dominus aut[z] liber aut servus, dives[a] vel inops a religione erraverit cristiana et talibus, ut supra diximus, se polluerit criminibus, cum primum ad tuum pervenerit auditum, corrigas illum, et si correctus de prava sua non fuerit reversus[b] via et te vel ecclesiam non audierit, ex communione omnium in Deum credentium auctoritate tibi tradita separes et condempnes, et[c] sit tibi sicut ethnicus et publicanus, donec ad Dominum nostrum, qui semper paratus[d] est ad miserandum, vera[e] poenitencia ductus fuerit conversus'. Quo dicto, praesul gloriosus ingemuit et e contrario respondit: 'Magno quidem, domine, ligasti me iuramento; sed, si salva gratia tua haec fecero, mihi dicito'. Cui rex, quasi iam securus sui, dixit: 'Non solum salva[f] gratia mea haec feceris, sed etiam, si volueris, adiutorem me in omnibus habueris'[g]. Ad quod ille repletus Spiritu sancto et memor sermonis ad Iheremiam dicentis: *Probatorem dedi te in populo meo robustum, ut scias et probes viam eorum*, (Ier. 6, 27) regi inclinavit et infit: 'Dic mihi, quaeso, domine mi imperator, an rectius sit ad caput vel ad caudam manducando incipere piscem, aut primum in[h] altum ducere murum et postea collocare fundamentum[i]?' Rex autem ut haec[k] hausit, quid[l] sibi talis vellet interrogatio, secum ammirans, ajt[3]: 'Piscis, ut opinor verum est, ad caput manducando incipitur, et sic ad caudam usque consumitur. Fundamentum inprimis collocatur, et deinde murus in altum erigitur, quia sine fundamento minime opus stabilitur'. 'Bene', inquit sanctus Fredericus, 'iudicasti. Propterea per[m] verius caput et fundamentum, quod est dominus noster Ihesus Cristus, adiuratus, te, quem[n] quasi post se caput et fundamentum sanctae suae praefecit[o] ecclesiae, ut bonum cunctis existeres ad exemplum, aggrediar, et demptis in capite viciis, ac fundamento firmiter collocato, per corpus ad caudam pro posse meo Dei auxilio pervenero[p] et murum in altum erexero[p]. Itaque, domine, putas te stare, idcirco, quamvis gravis casus, cave, ne cadas[q] gravius. Habes enim

a) *deest* 1. b) profer., *minio corr.* prefer. 1. c) ea 1. 2. d) promptum 2. e) Nundum 1. f) supermem. 2. g) benedictioni 1. h) letificans 1. i) et f. *des.* 2. k) quid 1. l) ad 1. m) convivium 2. n) Cecilie 2. o) tunc 1. p) *deest* 2. q) que *deest* 2. r) parvipendat 2. s) volvens 2. t) *ita* 1. 2. u) s. mi rogito 2. v) Walacharan *corr.* Walachran 1; Walacran 2. w) pervenit 2. x) nepte 2. y) et verum *add.* 2. z) aut l. *des.* 2. a) *deest* 1. b) via rev. 2. c) ut 2. d) est par. 2. e) si vera 2. f) gr. h. f. salva mea 2. g) habebis 2. h) vel in 2. i) Piscis — incipitur *iam hic add., sed del.* 2. k) *deest* 2. l) qui *minio corr.* quid 1. m) per — adiuratus *des.* 2. n) te verum caput 2. o) eccl. pref. Deus 2. p) pervenio . . . erigo 2. q) gr. cadas 2.

1) Quo anno Fridericus ordinatus sit, non constat. Occurrit episcopus in chartis d. d. 828, Ian. 26; 834, Dec. 25; cf. supra p. 344, n. 5. 2) Cf. Vit. S. Caeciliae, Surius, Vitae SS. VI, p. 505. 3) Eandem fabulam narrat Will. Malmesb. in Gestis pont. Angl., SS. X, p. 454.

in coniugio[a] Iudith, neptem tuam, Welpi Bawariorum[b] ducis[1] videlicit filiam, quam si non dimiseris et pro commissis dignam Deo poenitentiam non egeris, permaximum excidium regni tui tibi praedico esse futurum, et hunc sermonem dominicum in te veraciter complendum: (Luc. 21, 10.) *Surget gens contra gentem et regnum adversus regnum.* (Matth 10, 21.) *Tradet enim*[c] *frater fratrem in mortem et pater filium, et exurgent*[d] *filii in parentes et morte eos afficient*[2]. Haec si tuis non fuerint temporibus impleta, ista pro certo poteris Deo propitio[e] frui femina. Ceterum completa si extiterint, scito, quod nuptiae tuae in conspectu ipsius gratae non fuerint. Scriptum est enim: (Levit. 18, 6.) *Omnis homo ad proximam*[f] *sanguinis sui non accedat, ut reveletur turpitudo eius.* Et iterum: (ib 29.) *Anima, quae fecerit*[g] *quippiam ex istis, peribit de medio populi sui.* Et in suis Salomon[h] dicit[i] Proverbiis: (Prov. 6, 32–34) *Qui autem adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam. Turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non delebitur, quia zelus et furor non parcet in die vindictae.* Et Paulus apostolus ad Chorintheos scribens ait: (1 Cor. 6, 18.) *Fugite fornicationem! Omne peccatum quodcumque facit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Et item: (Hebr. 13, 4.) *Fornicatores et adulteros diiudicabit*[k] *Deus.* Tibi etenim, domine, si foret coniunx legitima, non ex tuo sata sanguine, deberes animadvertere, quod idem adhuc divinitus sermocinator edocet vivificus: (1 Cor. 7, 29.) *Qui habent uxores, tamquam non habentes sint.* Beatus vero Gregorius quid in canonibus dicat de talibus, ne irascaris, si dixerimus[3]: *Si quis duxerit neptem in coniugio, anathema sit,* et[l] rursus: *Si quis feminam de propria duxerit cognatione, anathema sit.* Propterea si tormentum vis evadere perpetuum et ad regnum pervenire sidereum[m], vera ductus poenitencia, spretoque tali connubio[n], convertere ad Dominum, ut tibi tuum dimittat commissum; quoniam vana huius mundi[o] est gloria, et omnis caro fenum' (cf Es. 40, 6.). Ad haec etiam dum circumstantes in multis faverent pontifices et ad destruendum tam invisum coniugium de Sacris plurima proferrent in testimonium[p] Scripturis, vidit beatus Fredericus ea regem non animadvertere, ut debuerat, si[q] felix extitisset; et ad fandum rursus os aperiens[r] suum, dixit: 'Imperator bone, secundum apostolum [Domini[o]] Deum debemus timere eiusque mandata custodire, te autem honorare et bonis in actibus consentire et[s] obedire, malis vero[t] resistere atque corrigere, Domino teste, qui ait: (Ezech. 33, 8.) *Si non fueris locutus, ut custodiat se impius a via sua, et ipse impius in impietate*[u] *sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram.* Quapropter, domine, si tibi tua non annunciavissemus peccata et non arguissemus te, ut[v] ab impietate tua converteres et viveres, et nos, qui non increpavissemus, et[w] te, qui, nobis tacentibus, peccares, flammis perderet perhennibus. Est igitur nostrum officium, ut sanemus spirituali consilio peccatis infirmum'. Vix ut ea erat fatus praesul Deo dignus, imperator erubescebat[x], et ad tempus poenitencia ductus, est lacrimatus[y], demissisque[z] in terram luminibus, suspirans ait: 'Peccavi et a vera[a] erravi via; reum me reddo, vestroque subiectus iudicio, libenter me[b] de commissis emendabo'. Cui e contrario sanctus[c] dixit episcopus: 'Quod si ex corde feceris, a Deo recipieris, qui, ut aiebas, multum est misericors ad miserandum, et erit tibi in patrem, et tu illi in filium, si saltim retro ab illo non recesserit cor tuum. (cf. Matth. 7, 26. 27.) Domum tuam noli aedificare super harenam, ne, dum venerit ymber, et influxurus est fluvius, et flaturus est ventus, impingant in[d] illam, et cadat, et fiat[c] ruina eius magna; sed leva de harena et pone super petram. Nos autem[e] non cessemus[e] pro te orare et postulare, ut implearis agnitione voluntatis[f] Dei in omni sapientia et intellectu spirituali et ambules digne coram illo per omnia placens. Tu autem te ipsum tempta et proba, si es in fide. Reddet pro certo in die iudicii tremendo unicuique secundum opus suum'.

10. [Quomodo ordinatus Traiectum venit episcopus.]

Hiis tandem finitis sermonibus, cum ceteris pontificibus beatum virum rex vocabat ad prandium et[c] deinde salutatum cum summo honore direxit[g] Traiectum. Et dum perventum fuerat ad Hrenum, clerus qui remansit et populus vulgusque[h] promiscuum[i] ex illa regione in unum congregatus, illi ruit in[c] obviam protinus, ac Deo pro pastore optato gratias agens innumerabiles, cum condignis ad castrum duxerunt[k] eum laudibus et infra[l] sanctum templum beatae[m] virginis atque genitricis[n] Dei Mariae, in quo et[c] sepultus cum sociis continetur martir Bonifatius[4], est inthronizatus[o]. Ipse enim more de[c] solito singulorum orando altaria lustravit sanctorum[d], cantansque illo in die missam, sermonem[p] suum fecit ad populum, dansque ei benedictionem, post completum officium valedixit et abire permisit. Mansit vero in eodem castello tempore non modico, docensque[q] et pacem faciens in populo, et quicquid pago[r] vetusti erroris colebatur in illo, divino exstirpavit atque peremit eloquio. Non exaltabat se de dignitate praesulatus, sed iuxta sermonem divinum, quanto fuerat magnus, tanto humiliabat se in omnibus. In dandis elemosinis, ut prius fuerat, largus, in receptione peregrinorum assidue paratus, captivorum et compeditorum liberator maximus, infirmorum visitator, nudis vestium dator, cunctis affabilis et amabilis, vigiliis et orationibus deditus, dicens Domino psalmistae Davidis ad exemplum septies in die [ac[s] nocte]

a) tibi vinctam *add.* 2. b) Bavar. 2. c) autem 2. d) insurgent 2. e) sine crimine *add.* 2. f) proximum 1. g) fecit 1. h) Salemon 1; Salmon 2. i) prov. dicit 2. k) iudicabit 2. l) et — anathema sit *des.* 2. *ed.* m) celorum 2. n) coniugio 2. o) *deest* 1. p) prof. testimonia 2. q) si f. e. et *des.* 2. r) s. ap. 2. s) et ob. *des.* 2. t) *deest* 2, *ubi* atq. corr. res. *corr.* res. atq. corr. u) iniquitate 2. v) ut — convert. *des.* 1; ut *deest* 2. w) *deest* 2. x) erubuit 2. y) lacr. est 2. z) dimiss. 2. a) a via err. vera 2. b) de c. me 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) cessabimus 2. f) Dei vol. 2. g) dixerit 1. h) vigiliisque 1. i) promiscuus *corr.* promiscuum 2. k) eum dux. 2. l) in sui t. sanctum 2. m) Marie 1. n) Dei gen. 2. o) intronisatus est 2. p) et s. 2. q) que *deest* 2. r) q. in p. illo v. err. col., div. 2. s) ac n. *des.* 1; nocte *e corr.* 2.

1) Haec effecit ex Thegani V. Hludow. c. 26, SS. II, p. 596, ubi: *filiam Hwelfi ducis sui, qui erat de nobilissima progenie Bawariorum,* falso existimans eum ducem Bawariae fuisse. 2) Cf. Ebbonis Apologeticon, Bouquet VII, p. 281. 3) Nusquam hos locos inveni. 4) Nota errorem mirum.

laudem. Semper uno eodemque extitit animo, odium et irae in eo dominatae sunt nullae, sed pacem et concordiam gerebat in pectore, longeque remotus a bile[a], nulli secundus morum probitate fuerat et bonitate. Quicquid etiam in moenibus[b] templi et domiciliis fratrum[c] atque in muris castri fuit lapsum restaurans, religiosioribus ex numero clericorum et laycorum pagum[d] illud[e], ne quid erroris nasceretur, commendavit[f] ad custodiendum. Ipseque[g] sibi commissum cupiens lustrare pontificium, ad insulam iam dictam primum ob euangelizandi studium iter disposuit suum.

11. [Qualiter Walachran ivit.]

Salutatis quidem ex ordine fratribus domus[h], navim[i] conscendit episcopus et vento prospero, ut libuit, Walachran applicuit, ingrediensque insulam, causa[k] orandi perrexit ad ecclesiam et [interim[l]] viridibus in pratis suum figi[m] iussit tentorium. Quem dum incolae illius senserunt[n] adesse patriae, multi, quibus sana fuerat mens, undique confluxerunt ad eum et cum honore condigno susceperunt; plurimi[o] vero supradictis polluti criminibus, adversus eum iam arma parabant velut ad praelium, dicentes, illum interimi, si ipsis aliquid quam[p] placeret faceret incommodi. Hoc dum ad praesulis pervenisset auditum, sanctam iussit cunctis synodum[q] annuntiari, et quicumque non veniret, se sciret fore excommunicandum et post huius[i] vitae transitum aeternum subire[i] supplicium atque[r] inde non exire, donec minimum Domino persolveret quadrantem. At illi cum ista pro nichilo ducerent et in incepto[s] permanerent, soli senes[t] ad sanctam venerunt synodum et in omnibus, ut iustum fuerat, extiterunt obedientes. Beatus autem pontifex, ut vidit indurata iniquorum[u] corda et se frustra in acquisitione eorum[l] laborare, flendo omnes qui aderant suppliciter rogitabat senes, ut in destruendis tam invisis coniugiis, quam melius possent, adiutores existerent et Domino talentum duplicatum offerrent. Quod illi complentes, ubique perrexerunt, supradictos ammonentes et postulantes, ut ita non facerent, sed veniam episcopi, cui ad regendum erant commendati, quaererent et culpabiles[v] se in omnibus redderent, ne, si forte haec negligerent, Dominus plagis, aut in barbaris aut aliis in pestibus vel in fame, totam illam consumeret terram, eo quod illum quem[w] superposuit illis despicerent pastorem. Ipse enim[x] cum clericis in sancta remansit ecclesia, gemitibus inenarrabilibus orans et deprecans Dominum, ut aperiret corda illorum[y] et daret eis sensum agendi poenitentiam ac bono in opere permanendi constanciam, ne post emendationem scelerum veluti canes redirent ad[z] vomitum. Tum[a] eius oratio exaudita est pro certo[b]. Nam die sequenti illo cum clericis de Divina sermocinanti Scriptura, ex villis per girum fit ad eum populi concursio maxima, quaerens ex corde veniam, et dignam[c] promittit agere de omnibus poenitenciam. Praesul de talibus continuo mirum in modum laetus effectus, sanctam intravit synodum et dixit eis, nullam posse agere dignam poenitenciam, nisi feda prius relinquerent et execrarent coniugia et iuramine firmarent, ne ea postea[d] repeterent. Quod dum cuncti devote peregissent, etiam poenitenciam susciperent secundum commissum, vir Dei per aliquos inibi mansit dies, docens illos ea quae sunt Dei. Ut autem inde abiit, magnae sanctitatis ad custodiendam plebem illic reliquit presbiteros; valedicensque omnibus ordinatim, suas in redeundo lustravit[e] parrochias, cunctisque bene dispositis, Traiectum venit et[f] aliquamdiu [ibi[g]] moratus est[h]. Deinde praedicando et ecclesias construendo totum circuiens episcopium, Domino suo, non minimus agricolarum, vineam plantavit[i] perpulchram ac familiae, super[k] quam fuerat positus, cibum dedit in tempore, ut, cum veniret[l] Dominus, inveniret eum vigilantem et sic facientem et talentum simplum sibi traditum duplum reddentem, et[h] constituisset[m] eum supra bona sua atque suum duceret in gaudium.

12. [Qualiter imperator pecuniis sanctum obcaecare[n] iussit episcopum, et de Bernardo.]

Imperator ergo, ut novit omnia erga beatum Fredericum fieri prospera, et nichil dyabolici erroris in illa pullulare patria, timuit illic[o] diutius cum prohibita manere femina, sed versus[p] Galliam remeans, salutavit eam[h] et dixit: 'Hunc nobis contrarium ob causam nostram si potes ullis flectere precibus aut obcaecare[n] pecuniis pontificem, facito; si vero non vales[q] extorquere, tu me sequere'. Quod illa ad iussum domini sui[r] plerumque temptans, aliquando precando[s] per epistolas, nunc innumerabiles praebendo gazas, sanctum virum, qui nullis speravit[t] pecuniae in thesauris, ad id conabatur flectere, ut sibi tradita auctoritate coeundi et in coniugio permanendi eis licenciam vellet concedere. Ad haec dum ille saepe reluctaretur et talia sine summi pontificis et aliorum praesulum iudicio fieri non posse diceret, regina ut comperit, in iram exarsit, miserabilique[u] obcaecata amore, secus haud iussa imperatorem est secuta, multisque in[h] causis Deo carum coepit accusare pontificem, iam tenens in mente, qualiter eum posset in futuro perdere. Tali etenim, ut fertur, post haec mansit in flagitio, ut non solum ei videretur satis cum caesare peccavisse, sed etiam quendam Bernardum[v], imperatoris[1] in baptismate filium, adole-

a) ab illo nullus 2. b) eciam iuvenibus 1. c) factum 2. d) papum 2. e) *ita* 1. 2. f) ad cust. comm. 2. g) que *deest* 2. h) demus 1. i) *deest* 2. k) c. or. *des.* 2. l) *deest* 1. m) iussit figi 2. n) viderent 2. o) plurimique 2. p) q. pl. *des.* 2. q) annunciare syn. et ut q. 2. r) atque — quadrantem *des.* 2, *ubi add.* minabatur. s) perversitate sua 2. t) seniores 2. u) ind. c. eorum 2. v) culpantes 1. w) illum superpositum illis 2. x) *superscr.* 2. y) eorum 2. z) vom. ad *corr.* ad v. 2. a) Tunc 2. b) serio 1. c) prom. dign. 2. d) post hec 2. e) *deest* 1; ecclesias et *add., sed del.* 2. f) atque 2. g) *deest* 1. h) *deest* 2. i) replantavit speciosam ac 2. k) supra 2. l) v. D. *des.* 2. m) constitueret 2. n) obsecare 1. o) illuc 2. p) versum 1. q) v., minis ext. nitere. Quod 2. r) *superscr.* 2. s) predicando 1. t) pec. sper. 2. u) more *add., sed del.* 2. v) Barnardum 1.

1) *imp. in b. f.* ex Thegan. c. 36, p. 597. Reliqua omnia auctor impudenter effinxit ex hoc quod apud Theganum legit, Bernhardum et Iudith adulterii accusatos esse.

scentem videlicet Deum timentem, ut quondam Ethiopissa Ioseph patriarcham, est aggressa et, ut secum concubuisset[a], saepe postulabat. Hoc ille Dei inspiratione inspiratus dum denegaret[b] et maximum peccatum esse diceret perpetrare se[c] adulterium, Iudith, proch dolor! tali nomine nec digna, excanduit, timensque tam nefandam ipsius denudari suggestionem, omni spurcicia et dolo plena, iuvenem adhuc innocuum more Ethiopissae coepit frequenter accusare ad caesarem, quod eam vellet ultro[d] rapere atque rem illicitam secum perpetrare. Quam rem ut iam dictus cognovit Bernardus[e, 1], voluit se de imposito (831.) sibi stupro purificare[f] ac imperatori cum duobus filiis Lothario et Lodowico[g] consedenti in palacio Theodonis omnem facere iusticiam; sed non erat aliquis, qui cupientem armis pugnare ausus esset aggredi. Ista autem cum dominus comperisset Fredericus, multum doluit et more Samuelis pro Saul orantis inenarrabilibus pro caesare suaque perfida coniuge, ut resipiscerent, ad Deum intercedebat precibus.

13. [De sancto Odulpho, Bogiso de patre oriundo.]

In ipsa vero tempestate quidam sacerdos nomine Odulphus[2] in vico qui dicitur Oerschot[h] deguit[i] sanctissimus, nobili de patre Bodgiso satus, praedicator populorum non minimus[k], Sacris deditus Scripturis et bonis in actibus nulli fuerat postponendus. Hic cum quadam nocte in suo fessus requiesceret stramine[l], vidit in visione angelum Dei sibi astantem, claro de[c] lumine circumseptum[m] et talia roseo ore verba proferentem: 'Surge, serve Ihesu Cristi, [surge[n]]! Oportet te adire castrum cui nomen est Traiectum et cum ceteris Dei famulis [ibi[n]] ad tuum conversare[o] exitum, et ad praedicandum populo[p] beati Frederici, cuius est[q] illud pontificium, te decet esse fautorem in quocumque iusserit locorum'. Extimplo vir Dei, tali visione perterritus, de nocte surrexit et quod ei in itinere fuerat necessarium praeparavit usque ad diei crepusculum, memorque sermonis Domini dicentis: (Matth 19,29.) *Omnis, qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut[r] uxorem aut filios aut agros propter nomen meum*[s], *centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit*, relictis mundanarum rerum[t] omnibus, secutus est Dominum Traiectumque, quemadmodum illi fuerat iussum, pervenit post triduum. Et cum sanctam ingressus esset urbem, praesul illi obviam cum clero ruit Fredericus, talisque viri laetus[u] effectus adventu, suscepit eum cum gaudio et honore condigno, sanctissimaque[v] facta oratione in templo, dedit illi ad habitandum in australi parte castri hospicium satis decorum simul et viridarium. Ipse ergo talis in bonis permansit operibus, ut lucerna lucens ante Dominum illis resplenderet omnibus, et ob hoc ab ipso pontifice cunctisque fratribus pater monasterii est vocatus.

14. [De rebellione Fresonum[w].]

Per idem fere tempus, dyabolo instigante et amministrante, Fresonicus[x] populus de agnitione sanctae et individuae Trinitatis a Deo multis[y] erravit in locis, ut Sabellii Arriique[z] sectam secundo putares esse disseminatam et exortam[3]. Quod dum praesulis verberaret aures, excanduit citusque flendo et eiulando Alechmere fluvium transmeavit, pagos et villas docendo peragrans; sed proch[a] nephas! neque per semet ipsum neque per suos commilitones diram nequibat corrigere et[b] revocare gentem. Tunc[4] athleta Dei fortis quid agere vellet[c] ignorans, tandem capto[d] consilio, Traiectum suum[e] misit legatum, ut dominum[f] Odulphum, quam citius posset, ad eum in Fresiam pergere rogitasset[g], si forsitan Deus aliquam illi populo per eum daturus esset salutem. Misso[h] autem ad urbem veniente et legationem suam narrante, vir Dei protinus desiderio martirii ductus, quasi ad epulas surrexit[i] invitatus, transmensoque iam dicto fluvio, ubi pontifex mansit, Stavron[5] pervenit. Quo viso, episcopus ingenti[k] repletus est tripudio[l], datoque invicem osculo, ambo divini verbi armati gladio, totam illam regionem circuierunt praedicando et populum prius[e] cor gerentem beluinum Domini vivifico pascentes pabulo, mitigatum velud agnum ad fidem catholicam reduxerunt continuo. Scripsit etenim beatus praesul huiusmodi cartam de sancta Trinitate confectam[m], quam ad se pertinentibus per[e] parrochias misit sacerdotibus, ut, si scisma ulterius fieret in populo, frequenter legeretur in publico[6]: *Aeternus est igitur*[e] *Pater, aeternus*[n] *Filius, aeternus et Spiritus sanctus; distinctio enim in personis, unitas cognoscitur in natura. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens*[n] *Spiritus sanctus. Trinum*[o] *quidem nomen, sed una virtus et potentia. Filius a Patre inconprehensibiliter genitus, Spiritus sanctus a Patre et Filio ineffabiliter procedens; potestas non accidens, sed perpetua et individua manens, summitas sociabilis, regnum sine fine, gloria sempiterna, quae sola creat, sola peccata dimittit et caelorum regna concedit.* Insuper ad placandam sanctam Trinitatem orationem de se[p] compositam pro salute plebis singulis diebus tribus[q] vicibus, videlicet mane, meridie

a) concumberet 2. b) negaret max. 2. c) *deest* 2. d) vellet vi opprimere a. 2. e) Barnardus 1. f) imp. crimine excusare ac expurgabat imper. 2. g) Lodewico *h. l.* 2. h) Oreschot 2. i) *ita* 1. 2. k) minus 1. l) lectulo 2. m) circumceptum 1; fulgentem 2. n) *deest* 1. o) *ita* 1; manebis 2. p) populum 1. q) ill. est 2. r) aut — filios *post in marg. suppl.* 2. s) *superscr.* 2. t) Rel. igitur omn. Dom. est sec. 2. u) adv. l. eff. 2. v) sanctissimoque 2. w) *in marg. eadem manu* 1: De sancto Odulpho. x) Freson. *corr.* Frison. 2. y) erroribus *add., sed del.* 2. z) Ariique 2. a) per 1. b) et rev. *des.* 2. c) quid ageret ign. 2. d) accepto 2. e) *deest* 2. f) sanctum 2. g) rogaret 2. h) Legato 2. i) inv. letus surr. 2. k) magno 2. l) gaudio 2. m) constructam 2. n) et *add.* 2. o) Primum 2. p) orat. de sancta Trinitate comp. 2. q) tr. v. *des. h. l.* 1.

1) *Bernardus — aggredi* ex Thegani V. Ludovici c. 38, p. 598. 2) Cf. Vit. S. Odulfi c. 1. 2 (infra), quam auctor legisse videtur, licet nonnulla de hoc sancto afferat, quae ibi non inveniuntur. 3) Haec ridicula ex Vit. Odulfi c. 3. effecta videntur. 4) Cf. Vit. S. Odulfi c. 3. 4. 5) Staveren. 6) Sequentem notitiam Friderico attributam auctor invenisse videtur; unde reliqua effinxit. De Friderici studio litterarum vide Hrabani Mauri prologum expositionis libri Iosue, quam huic dicavit, Migne, Patrol. CVIII, p. 999.

atque[a] vespere, iussit recitare[b]. Beato autem Odulpho cum consilio cleri necnon[a] fidelium illius patriae laycorum, quamvis invito, Stavrensem[1] ad regendum commendavit ecclesiam, cunctisque bene dispositis, Traiectum reversus est.

15. [De Murmano rege.]

Interea volens Dominus gloriosi praesulis Frederici propheticum implere sermonem, anno incarnationis ipsius[c] octingentesimo[d] tricesimo quinto[2] immisit in cor Murmani regis Brittonum[e], ut invaderet regnum Francorum et arma levaret contra imperatorem, eo quod propter mulierem a vera errasset via et eius praeceptum[f] neglexisset et legem. Tunc iam dictus tyrannus, quasi harenam maris collectis fortium militum copiis, quo patuit aditus regnum Francorum est ingressus, et urbes ac[g] vicos capiens et debellans, est depopulatus atque in ore gladii innumerabile mactabat hominum genus, multisque ditatus spoliis, illaesus ad patriam suam est reversus. Quem imperator totis[h] fere in unum congregatis[h] Francigenis insequens, cum eo bellum iniit, sed minime praevaluit, plurimosque de suis in praelio perdidit primatibus. Quod dum persaepe ex utraque gessissent parte, quasi victus imperator Lothowicus[i] alteri cessit, et inenarrabilia donans munera, pacem petivit et calumpniatus amicum sibi facit. Populus vero, quam[k] ob causam Deus sanctam permisit affligere[l] ecclesiam, cognovit, atque de coniugio imperatoris illicito murmur multus[m] erat in eo.

16. [De adulterio reginae.]

Transito vero illius anni curriculo[n], regina pacificandi causa Bernardum, quamquam invitum, ad se vocavit supradictum, et amore obcaecata venereo, quasi misericordia super illum mota, regis gratiam ei acquisivit et plerumque secum retinuit. Qua de causa varia ac inanis persaepe inter ipsos[o] erat colloquacitas, et ut fieri solet, corrumpunt mores[p] bonos colloquia mala, de assiduitate execrandorum colloquiorum, dyabolica perpetrante astucia, ut ferunt[q], cum regina dormivit et cum illa concubuit. (1. Cor 15,33) Tunc, hac denudata et divulgata fama[r], Pippinus, de Hirmingarda[s] imperatrice caesaris filius[3], tali de causa multum contristatus, cum[4] Iesse[t] Ambianensium[u] episcopo et Hilduvino[v] videlicet archicappellano suo[w] et (830.) Malfrido[x] ac Eliazar[y] abbate atque Godefrido[z] aliisque quam pluribus de regni primatibus patrem adiit, et consanguinitatem uxoris multaque alia ei obiecerunt atque[5] de iam dicto reginam accusaverunt stupro. Quibus cum caesar ad hoc nullum vellet dare responsum, sed agitando caput torvis eos inspiceret luminibus, vi[6] reginam rapuerunt atque[a] velaverunt, atque in unum mittentes templum, ad sua reversi[b] sunt loca. Paucis quidem post haec translapsis mensibus, imperator, sua recepta coniuge, Noviomagum[c] adiit castrum[7], captoque cum multis Iesse pontifice, qui in[d] cordis sui simplicitate ad emendationem vitae velamen imposuit reginae[8], de pontificatus dignitate — quod cunctis Deum timentibus displicuit — cogens ad hoc episcopos, deponere iussit[9], aliosque custodiae mandavit et exilio dampnavit. Hac re beatus papa comperta Gregorius, mirum in modum tristis est[e] effectus, et exiens de Romana civitate, transitis Alpium iugis, pervenit ad caesarem et ob malum quod gesserat fortiter increpabat et, ut resipisceret cum coniuge, rogitabat ac ieiunium causamque poenitendi illis prostratis et veniam quaerentibus imponebat. Episcopis autem tam praesentibus quam et[e] absentibus, ut, illo recedente, eum suamque coniugem profanam ammonerent ac spiritualibus pascerent eloquiis, apostolica iussit auctoritate, et si poenitenciam illis iniunctam neglexissent et implere noluissent, veluti ethnicos et publicanos eos haberent et perpetuo anathemate condempnarent[10]. Tunc imperator rursus prostratus se reum reddit et obedientem in omnibus fore promittit, et pro se regnique sui statu ad Deum ut vellet orare, rogans, multis[11] regalibus eum ditavit muneribus. At mox vir apostolicus, istis donis non obcaecatus, sed prudens ut serpens, simplex ut columba, de supradictis caesarem corrigens transgressionibus, secum quae deferebat ad salutem ei suisque magnatis plurima sanctorum contulit pignora, dansque de vita perpetua saluberrima monita[f], ut

a) et 2. b) vicibus *h. l. add.* 1. c) dominice 2. d) DCCCCXXXV. 1; oct. tric. *ead. manu in loco raso* 2. e) Britonum 2. f) precepta 2. g) et 2, *ubi in marg. alio atram.* ac. h) tota . . . congregata Francia 2. i) Lodowicus *h. l.* 1. k) q̄, 1. l) *deest* 1. m) *ita* 1. 2. n) circulo reg. c. pac. 2. o) eos 2. p) b. m. 2. q) fertur 2. r) infamia 2. s) Heirmingrarda 2. t) contr. de :esse, *littera erasa* 2. u) Abian. 2. v) Hilduuuno 1. w) nuo 1. x) Macfr. 1. y) Elyazar 2. z) Godfr. 1. a) et 2. b) reversa 2. c) Noviomagium 1. d) c. sui in 2. e) *deest* 2. f) monimenta 1.

1) Cf. Vit. Odulfi c. 5. 2) Hoc totum caput haud dubie effictum est ex his Reginonis verbis ad a. 836, p. 567: *Brittones foedera violant et rebellare incipiunt cum duce suo Murmano; contra quos exercitum producit; sed non adeo praevaluit.* Re vera autem bellum contra Murmanum iam a. 818. prosperrime gestum, et dux in eodem occisus est; cf. Simson, 'Ludwig d. Fromme' I, p. 134, n. 7. 3) *de — filius* ex Thegan. c. 4, p. 591. 4) *Pippinus* et *cum — patrem adiit* ex Thegan. c. 36, p. 597. 5) *atque — stupro* ex eodem cap. Cf. Regin. a. 838, p. 567: *Fuit autem haec deiectio ex permaxima parte facta propter multimodam fornicationem Iudith, uxoris eius.* Quo loco fultus effinxit auctor quae de adulterio Bernardi et imperatricis tradit. Audacissime sane mentitus est, hoc factum esse post ea quae c. 12. de duello a Bernhardo oblato ex Thegani c. 38. retulit, quod tamen antea factum esse, apud Theganum legit. 6) *vi — templum* ex eodem cap. 36. Thegani. 7) Ex Thegan. c. 37. 8) Hoc ex Thegani c. 36. falso coniecit, quia ibi solus episcopus Iesse inter rebelles enumeratur. 9) Hoc ex Thegan. c. 37, ubi: *Et ibi Iesse iusto iudicio episcoporum depositus est.* 10) Imperatorem et papam convenisse, didicit auctor ex Thegan. c. 42, reliqua haec omnia commentus est. Nota eum legisse apud Thegan. c. 37: (coniugem) *honorifice suscepit* (imperator) *iubente Gregorio Romano pontifice cum aliorum episcoporum iusto iudicio.* 11) *multis — muneribus* ex Thegan. c. 42.

fuit salutatum, cum suis Romanam repedavit[a] ad urbem. Nec mora — quod nephas est dicendum[b] — ad[c] manducandum suum reversus est vomitum et peius quam fecerat[d] postea coram Domino egit peccatum. Actutum per Germaniam[e] et Galliam episcopi, domini papae memores praecepti, per semet ipsos et epistolas, ne id ageret, eum rogabant et, quem sequi debuisset[f], ut cognosceret, hortati sunt. Idcirco palam, prout ausus fuit, eos odio habuit, sed[g] sanctum maxime Fredericum, quoniam ipse divino repletus afflamine et[h] suam denudavit pravitatem ac iniquitatem et[i] nil quod iustum fuerat reticuit, et ut se de commissis emendaret, semper plus ceteris, aliquam[k] non ob invidiam, sed propter Dei amorem[l] et timorem, ne periret, postulavit. [Et[m] talia dixit: 'Non licet mulieri sanctum velamen, postquam acceperit, dimittere, Zacharia sanctissimo papa in hac testante epistola Francigenis et Gallis directa: *Qualicumque modo*[n] *mulier, permittente canonice viro suo, aut eo defuncto, velum sanctum acceperit in caput, aut sponte aut invita in eo permaneat omnino nec dimittat*].

17. [De imperatore a filiis comprehenso.]

833. Anno vero dominicae incarnationis octingentesimo tricesimo[o] octavo[1], regni autem imperatoris vicesimo quinto[p], convenientibus in unum filiis suis, factum est consilium inter eos et episcopos ac duces atque primates, ut propter[q] ignominiosum coniugium eum, et quia summi pontificis transgressus est praeceptum, derelinquerent et ad locum ducerent secretum, quo tam diu custodiretur, donec poenitentiam sibi iniunctam digne perageret et Deum votis suis aeternum placaret[2]. Quo facto, reginam, iam a pontifice Iesse velatam[3], miserunt ad civitatem Tartunam[4], et inde si rediret aut effugeret[r], mortem minati sunt. Post non multum ergo temporis Lothowicus[5] minor ex fratribus, paternis visceribus commotus, congregatis quos potuit Francigenis, genitorem, necdum poenitencia vix incepta, eripuit de custodia ac[s] Aquis honorifice in sua sede collocavit et aula. Extimplo imperator Ebbonem Remorum[s] archipontificem, ut potest cognoscere qui libros vult[t] eius perlegere[6], virum vere Deum timentem, iussit comprehendere[7] et rursus, ad hoc cogens episcopos, sine causa deponere[8]. Hiis ad votum completis, ut[9] coniugem reducerent, legatos misit versus Ytaliam; quam illis reducentibus, cum maximo honore suscepit et gaudio. Et[u] propter metum pontificum relicta Francia, in unam civitatem secundo venit iuxta Renum, deinceps[v] cotidie in conviviis illorum[w] cytharis et lyris[x], tympanis et tybiis[y] resonantibus. Tunc cernens gloriosus pontifex Fredericus, quod induratum esset cor eius, ut vellet eum, nisi conversus fuisset, excommunicare, per epistolam annunciavit; in qua et multorum sanctorum[u] patrum dicta ponens[z], sic ait: 'Cur, si te servum[a] Cristi asseris[b], servos eius[c], id est pontifices[d], videlicet Anshelmum[e] Mediolanensium, Wolfoldum[f] Cremonensium, Theodolfum Aurelianensium[10], Iesse Ambianensium, Ebbonem Remensium sine ulla diiudicasti causa? Numquid haec[g] praecepit agere tibi ille, qui per suos dicit prophetas: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et rursus: *Numquid vos ultionem reddetis*[h] *mihi? Et si vos*[i] *ulciscimini contra me, scitote, velociter reddam vicissitudinem super caput vestrum.* Audisti[k] apostolum dicentem: *Tu quis es, qui iudicas servum alienum? Suo domino cadit aut stat.* Tu etenim servum tuum ab alio quam abs te iudicari[l] non vis; quod si etiam aliquis perpetrat[m], aut nimia indignatione irasceris, aut ultionem super eum quaeris. Et quod tibi non vis fieri, quam[n] ob rem Domino dominorum intulisti? Pessime egisti, quia a Deo, non ab hominibus[o] sacerdotes summi sunt iudicandi, haut[p] a[q] pravae vitae hominibus lacerandi, sed potius ab hominibus[r] fidelibus portandi. [Praeterea[q]] cythara et lyra et tympanum et tybia secundum[s] prophetam in vestris cotidie[t] sunt conviviis, et opus Domini[u] non respicitis nec opera manuum eius consideratis. Propterea faciet Dominus in vos vindictam servorum suorum, et dilatabit infernus animam suam et os suum, nisi vosmet ipsos corrigatis, aperiet, et descendetis ad eum, atque vestri sublimes tunc deprimentur oculi, eo quod posuistis amarum in dulce et dulce in amarum'. Talibus igitur ammonitionibus caesar magis contra virum Dei iratus, qualiter eum morti tradat, tractat et reginae haec semper persuadenti ad perficiendum tale nephas commendat.

cf. Es 5, 12. — Zach 2, 8. — Ioel 3, 4. — Rom. 14, 4. — Es. 5, 12. — ib. 14. 15. — ib 20

18. Ipso autem tempore[v] caesar[w] Franciam adiit et profanam, ut festinaret in occisione viri Dei, iuxta Renum, ubi consederat, reliquit reginam, et ut factum foret, post se ire ne tardaret, praecepit. Tunc illa beato sacerdoti plurimas parans insidias, [cum[x] ipsum nec precando nec innumeras gazas promittendo a proposito flectere potuisset], quadam aestate, dum ille Traiecti[y], paucis militibus secum

a perrexit 2. b) ad dic. 2. c) dic., imperator iterum suum rev. est vom. ad (*corr.* ad vom.) 2. d) faceret 1. e) Germanam 1. f) deberet 2. g) et 2. h) ei 2. i) ac nichil 2. k) non ob al. 2. l) am. et *des.* 2. m) *sequentia usque in finem cap.* (dimittat) *des.* 1. n) mulier modo *corr.* modo mulier 2. o) vicesimo 2. p) primo 2. q) eum pr. ign. coniug. 2. r) aufugeret 2. s) *post superscr.* 2. t) eius vult 2. u) *deest* 2. v) deinde 2. w) eorum 2. x) lyras 1. y) typiis 2. z) ponit 2. a) Chr. s. 2. b) asserens 1. c) *post superscr.* 2. d) episcopos 2. e) Anschelmum 1; Ancelmum 2. f) Vulfoldum 1; Wolfuoldum 2 g) prec. hec ag. tibi 2. h) redditis 1. i) ulc. vos 2. k) Audistis 2. l) diiudicari 2. m) perpetrat' 2. n) quem 1. o) humanis 1. p) aut 1. q) *deest* 1. r) a fid. (hom. *deest*) 2. s) sec. pr. *des.* 2. t) s. cot. 2. u) Dei 2. v) in temp. 2. w) Lothowicus *add.* 2. x) cum — fl. potuisset *des.* 1. y) Traiectum 1.

1) Annum falsum ex Reginonis Chron. p. 567. sumpsit. 2) Quae in his vera sunt auctor ex Thegan. c. 42. et Reginon. a. 838. sumpsit, sed solita cum impudentia adulteravit et corrupit, ut sua mendacia effingeret. 3) Cf. supra p. 351, n. 8. 4) *reg. mis. ad civ. T.* ex Thegan. c. 42. 5) Haec — *collocavit* ex Thegan. c. 45. 48. et Reginon. Chron. a. 838. 6) Eius Apologeticon intelligere videtur. 7) Hoc ex Thegan. c. 48. 8) Hoc ex Reginon. Chron. a. 839: *Ebbo episcopus Remorum in generali synodo deponitur.* 9) *ut — gaudio* ex Thegan. c. 51. 10) Hos tres depositos esse, didicit auctor ex Thegan. c. 22, p. 596, de reliquis duobus ex eodem c. 37. 56; Regin. a. 839.

retentis[a], more solito maneret cum fratribus et praescius inibi diem exspectaret sui[b] exitus, ante dies caniculares, convocatis undique ad se caesaris[c] suisque fidelibus, verbis alloquitur talibus: 'Quantae et quam magnae prae ceteris pontificibus Fredericus praesul Fresonicus[d] mihi et domino meo sit molestiae, vestrae, ut opinor, notum sit ignaviae. Quapropter vos, quibus nostra[e] fas est capessere iussa, totis adoro praecordiis, ut mihi super[f] eum vindictam faciatis et ingeniose, non publice, unde nobis magnum potest evenire periculum, occidatis, et quicquid nostri boni pro mercede desideraveritis vel regni, ad dandum fuerimus[g] parati'. Talis enim[h] sermo Deum timentium[i] dum displiceret in oculis omnium, duo iuvenes superbi ac cupidi surgentes promiserunt, se ad voluntatem illius haec omnia agere, si mercedem eis in futuro vellet reddere. Quo promisso, ne[k] quis innotesceret episcopo, iuramine firmato, sumptis secum cultellis in manicis, eo die quo sol vertitur in leonem Traiectensem venerunt ad urbem et familiare de parte reginae narraverunt cum pontifice se velle habere colloquium. (Iul. 18.) Hoc dum illi ad missarum sollempnia se praeparanti a suis esset nunciatum, caput et palmas ingemiscendo levabat ad caelum, et Deo perplurimas propter tempus optatum reddens gratiarum actiones, ad[l] circumstantes vultu[m] angelico respexit et infit: 'Quid isti volunt, scio, sed, ut exspectent, donec missa sit[n] peracta, praecipio. Deinde more pontificali a sua surgens[o] cathedra, missam, ut pulchre et[p] optime cum Dei timore novit, celebravit atque post lectionem euangelicam sermonem suum fecit ad populum, et ne contristaretur — quoniam diligebat eum ut patrem —, obitum suum praedixit per allegoriam, et eodem die cibum perpetuum se cum sanctis in regno caelorum de[q] Deo esse accepturum; dansque corpus et sanguinem Domini, omnibus valedixit. Et pastor fidelis pastori bono domino nostro Ihesu Christo lacrimando oves, quas illi commiserat, repraesentabat et commendabat. Clerus etenim et[r] populus prae dolore flebat universus et, quid in talibus significaret episcopus, ignorabat. Sacro autem rite celebrato Dei servicio, vestitus ut erat intravit[s] sacrarium sancti Iohannis euangelistae[1], in quo et illius steterat sarcophagus[t], exclusisque cunctis praeter unum suum cappellanum deforis, patrocinia sanctorum lacrimis et suspiriis implorabat omnium et ad se missos introducere fecit infra[h] sacrarium. Qui cum essent introducti, clericum retro altare sancti[u] Salvatoris praecepit ambulare, et ne rediret, donec eum vocaret, iniungens. Illo exeunte, filios Belial vidit titubantes et ait ad eos: 'Vestram, sicut vobis est[v] praeceptum, implete legationem, et ne terreamini; priusquam huc venissetis, scivi'. Hoc ut audierunt illi, cernentes, quod ultro festinaret ad mortem, extractis duobus longis de manicis cultellis, percusserunt illum[w] in extis[2] et irridentes dixerunt alternando: 'Nostra de te ulta est regina'[3]. Actutum martir Dei viribus quibus poterat, ne sanguis et intranea exirent, vulnera restrinxit et homicidas illos, ne comprehenderentur, cum festinatione abire[x] praecepit. Quibus velociter abeuntibus, ut[y] paululum est moratum, ad se suum vocavit clericum et iussit, ut ad videndum, si nuncii adhuc transissent Renum, supra muros ascenderet et, cum quali festinatione pergerent, illi renunciaret. Hoc ille sicut[z] iussus fuerat implens[a], est reversus, dicensque, eos iam Renum transisse et quasi fugam maturare; diligenterque mutatam domini[b] sui respexit in faciem, et velud exanimatus, quid illi foret vel accidisset, interrogavit[4]. Cui[c] sanctus, ne contristaretur postulans[d], ait: 'Percussus sum, fili mi. Advoca fratres et commilitones meos, voca et[e] populum Dei, ut[f] reddat me, unde egressus sum, terrae terrenum et oret[g], ut spiritus meus, quamvis non sit dignus, dirigatur ad Dominum, cuius[h] pro lege[i] hodie sanguis meus fusus est in terram[k]. Quod ille ut hausit[l], suos evellens capillos[m]: 'Ve, ve et vach[n]!' clamare coepit. Et haec[o] ut cunctis narravit, quid planctus, fletus[p] et lamentationis ibi oriretur, Ihesu bone, quis valet[q] enarrare, nisi qui praesens dicitur affuisse! Tunc[r] tandem clero et populo in unum congregato et sancto Odulpho ceterisque omnibus: 'Cur nos, pater et[s] pie, relinquis[t] orphanos'? clamantibus[u], gloriosus martir Dei[e] lacrimatus, prophetando dixit: 'Fratres et[e] filii[v] mei karissimi, si qua[w] pars mihi est cum sanctis in caelis, non vos desolatos relinquam, sed vestrae semper inter-

a) retinentibus 1. b) sibi exp. ex. 2. c) suis et cesaris 2. d) Frison. 2. e) vr̄a 2. f) m. vind. de eo 2. g) erimus 2. h) *deest* 2. i) timentibus cum displ. omnibus 2. k) et ne 2. l) et 1. m) placido et *add.* 2. n) per. sit 2. o) consurgens, con *del.* 2. p) *deest* 1. q) a 2. r) ac 2. s) ut cantavit sac. s. euangelii Ioh. euang. 1. t) sarcophagum 2; intravit *add.* 1. u) Salv. sancti *corr.* s. S. 2. v) prec. est 2. w) eum 2. x) adire 1. y) et 1. z) secus haud iussus 1. a) impl. est *des.* 1. b) in d. s. resp. 2. c) Quem 2. d) rogavit et dixit 2. e) *deest* 2. f) et 1. g) orat 1. h) pro c. 2. i) et amore *add.* 2, *ubi* hodie *h. l. deest.* k) hodie *h. l. add.* 2. l) audivit 2. m) flevit *add.* 2. n) wahe 1. o) ut hec 2. p) et fl. et 2. q) poterit 2. r) Tandem s. Od. ipsius sancti episcopi cooperatore cum clero et populo cet. omn. in u. congr. et hiis omn. clam. 2. s) et p. *des.* 2. t) orph. derelinquis 2. u) *deest h. l.* 2. v) fili kar. mei 2. w) q̃ 1.

1) Intra ecclesiam cathedralem S. Martini; cf. epitaphium Friderici ex cod. Bodecensi editum Act. SS. Iul. IV, p. 454:

In dextra altaris tumulatus parte Iohannis
Qui in coena Christi iacuit pectus super almi.

2) Cf. praef. p. 343, n. 2. 3) Fridericum episcopum occisum esse, apud nullum coaevum scriptorem legitur; neque auctor Vitae Odulfi (infra) c. 6. quidquam de occisione eius scivisse videtur. Ideo facile crediderim, etiam hoc effictum esse, nedum iussu imperatricis interfectus sit. Quo anno obierit, non constat. Posteriores scriptores Ultraiectini, Ioh. de Beka, Chron. de Traiecto, ap. Matthaeum V, p. 319; Ann. Tiel., SS. XXIV, p. 22; Will. Heda, omnes hanc Vitam secuti, a. 838. eius mortem ascribunt, quia supra c. 17. falso huius anni mentio facta est. Cum Hrabanus Maurus prologum in expositionem librorum Iudicum et Ruth, Migne, Patrol. CVIII, p. 1109, ad Humbertum episcopum Wirzeburgensem († 842) scribebat, Fridericus nuper defunctus erat; obiit ergo inter a. 835. (supra p. 347, n. 1) et 841. 4) Simillima his narrat Will. Malmesb. l. l. p. 454, praeter quod de cubiculario episcopi dicit quae hic de clerico traduntur.

cessor ero[a] salutis et incolumitatis. Tamen sciatis[b], quod propter imperatoris et[c] coniugis suae nequitiam[d] suorumque primatum ad nichilum de incursione Danorum totum depopulabitur regnum, quod[e], proch dolor! ob scelus[f] nostrum, quia[g] saepius mansit nobiscum, civitas haec[h] et istud comperiet et luet pontificium[i]. Quo vix dicto, suam super populum fecit[k] benedictionem, ac vivens sarcophagum intravit et[l] psalmodias, quae solent cantari ad exequias mortuorum, ipse primum incepit et inquit[m]: [Ps 114, 9] *Placebo Domino in regione vivorum.* Deinde persaepe hunc repetens[n] versiculum: *In manus tuas, Deus*[o] [Ps. 131, 14] *meus, commendo spiritum meum,* caelum resupinus intuens[p], dixit: *Haec requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Tunc eius sacro[q] spiramine emisso, clericis corpus[r] adhuc humantibus, mira odoris fraglancia tota adeo impleta[s] est ecclesia, ut omnis praesens turba perspicue sensisset[t] angelicam adesse catervam, quae beati martiris animam ad regna cum triumpho perduxit syderea, ubi per ipsius merita nos[u] perducat filius[v] Dei, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

19. [De praedatione Northmannorum.]

Eodem igitur[w] anno propheticus sermo beati praesulis coepit impleri; nam Northmanni[x], id est aquilonares viri, in unum quasi harena maris congregati, mare transierunt et villae nomine Dorested[1] quondam magnae, quae nunc Wiick[y] vocatur, in qua etiam, ut ferunt, in[z] Dei sanctorumque suorum honore quinquaginta quinque fuerant constructae ecclesiae, applicuerunt, et vastantes et[a] comburentes, ad nichilum redegerunt[b] et cum spoliis multis populum captivum duxerunt[2]. Deinde per totam navigaverunt[c] terram, et sanctam[d] affligentes et deprimentes ecclesiam, [in[e] sua redierunt; sed] post non multos annos redierunt et urbem armis[f] capientes[3] Traiectensem, alicui non pepercerunt nec[g] reliquerunt mingentem ad parietem. [cf. 3 Reg 16, 11.] Unde factum est, ut post obitum domini Alfrici, germani sanctissimi martiris Frederici, et Liudgeri[h] episcoporum, fugatis de rure populis, pagus et urbs staret destructa, desolata et deserta, donec pium Baldricum[4] illis locis pontificem divina praefecit clementia, sub cuius temporibus, quamvis[i] antiquis non similia, tamen bona surrexerunt moenia.

20. [De periurio imperatoris et reginae].

Pontifices autem per Germaniam et Galliam, innocua sancti Frederici nece comperta, unanimiter surrexerunt in reginam et caesarem, dicentes eos de regno debere expelli et anathematizari, ac alteris melioribus illis regnum tradi[k], qui populum Dei regere, non interimere scirent[l] et eius in[m] mandatis atque cerimoniis ambularent. Qua de re imperator multum est[n] perturbatus, et timens, ne eum derelinquerent ac de regno expellerent et ad filios suos[o] se converterent ac eligerent, iuravit ipse et regina in conspectu omnium, de occisione pontificis se inculpabiles fore neque in consilio aut voluntate se reos esse, et eos qui hoc egerunt homicidium nullis in locis posse invenire. Hoc facto, episcopi, qui convenerant, unusquisque in suum reversi sunt[p] locum, et missis militibus longe terrarum in[q] spatiis, hos iusserunt apprehendere[r] viros. Illi autem, ut audierunt, quoniam essent filii mortis, acceptis a regina pro mercede pecuniis, de regno profugi[s] perrexerunt ad regnum, donec mors[t] venit eis in obviam subitanea et duxit vinculatos ad infernum. [Regino a. 840] Imperator ergo periurus et homicida, dum filium suum trans Renum causa occidendi persequitur Lothowicum[u], subito gravatus est morbo, et in navim missus, iuxta Enghelem[v] in una moritur insula. Deinde ad basilicam sancti deportatus[w] Arnulphi, sepelitur; et monstratum est populis[x] omnibus, quamvis diceretur Pius, qualis in suis fuerat actibus. Quid vero reginae accidisset, et[y] quem obitum habuisset, quia scriptum non invenitur, ignoratur. Sed tamen ob tale factum[z] diro non evasit ex orco[a]. Sanctus quidem martir Fredericus multis fulsit in[b] virtutibus, sicut et[c] facit hactenus et est medicamentum et medicus omnibus eum invocantibus.

21. [De discipulo aeditui incenso.]

Sunt autem adhuc plurimi testes promiscui sexus superstites, qui narrant, temporibus pii praesulis[d] Baldrici quendam virum profanum res et omnem veteris templi post aedituum procurasse thesaurum; qui ad visum hominem se quasi mitem reddebat agnum, sed ipse lupus rapax factum in abscondito perpetrans lupinum, suo nesciente domino, donaria, quae offerebantur ad altaria, rapuit et[e] candelas ad effugandas nocturno tempore tenebras in venerabili monasterio positas detruncavit libidinoseque consumpsit. Hic vero dum persaepe mediae[f] noctis in vigilia sanctum potus[g] intraret templum et maius[h] quam dici potest ageret sacrilegium, divinum, quo cotidie sacra celebrabatur[i] missa, sumpsit vestitum

a) sal. ero 2. b) q. scias 1. c) *deest* 2, *ubi* sue *corr.* sueque. d) s. pr. neq. t. ab inc. Dan. ad n. 2. e) et 2. f) celus 1. g) q. s. m. n. *des. h. l.* 2. h) ista 2. i) quoniam semper mansit nobiscum *h. l. add.* 2. k) ben. fecit 2. l) ac 2. m) dixit 2. n) versum rep. 2. o) D. m. *des.* 2. p) inhians 1. q) sancto 2. r) a. c. eius 2. s) repleta 2. t) ang. sens. 2. u) *superscr. post* ubi 2. v) f. D. *des.* 2. w) ergo 2. x) Normanni 2. y) Wick 1. z) LV eccl. in D. et sanct. honore f. c. 2. a) atque 2. b) redigerunt 1. c) navigantes 2. d) t. sanctamque 2. e) in — sed *des.* 1. f) Tr. a. c. nulli pep. 2. g) ibidem aliquem *add.* 2. h) Lutgeri 2. i) ant. non sim. q. 2. k) dari 2. l) sciret 2. m) *deest* 1. n) exstitit 2. o) se verterent suos *corr.* se suos vert. 2. p) reversus est 2. q) *deest* 2. r) conprehendere 2. s) perrex. prof. 2. t) eis m. v. obv. 2. u) Ludowicum 2. v) Hengelheim 1. w) portatus Arnolphi 2. x) omn. pop. 2. y) aut 2. z) pactum 2. a) ev. extorto 2. b) *deest* 2. c) f. et 2. d) B. pr. 2. e) r. candelasque 2. f) media 2. g) post 2. h) magis 2. i) celebratur 2.

1) Wijk by Duurstede. 2) Iam a. 834. 835. 836. Duurstede urbs ter a Danis vastata est, minime vero a. 838; a. 837. Dani ab eadem civitate tributa exegerunt. 3) Quod iam a. 834. factum est, minime aliquot annis post a. 838. 4) A. 917—977. De muro ab eo exstructo v. Heda p. 77.

et in sacrario sancti euangelistae Iohannis, quo etiam supradictus requiescit martir[a] beatus, quia ibi stabat[b] suus lectus, sub se posuit, et[c] sepulchra sanctorum mingendo ventremque purgando adeo defoedavit[d], ut, quicumque causa orandi vellet accedere, horresceret appropinquare. Interim per opaca cuiusdam[e] noctis silencia astitit illi dormienti sacer pontifex Fredericus, cuius facies praeclara vestis et rubra resplenduit in aedificio, velud sol fulget[c] in caelo, et sequebantur eum dominus Alfricus et Liudgerus[f], qui post illum[g] tenuerunt pontificium et in eodem sepulti[h] sunt sacrario, magni splendoris et ipsi, baculosque gerebant in manibus pastorales. Tunc elevato suo sanctus Dei martir baculo, percussit virum in pectore ebrium, et excitans eum a somno, ait: 'Quid, frater[i], hic iaces resupinus? Cur divina sub[k] te ausus es sternere vestimenta et[l] nostra foedare sepulchra? Tuum foras proice lectum, purga et locum, sanctis, quod[m] rapuisti, bonum restitue ecclesiasticum, poenitens minue delictum; ex quo recessisti, repete Deum. Haec si neglexeris, vita cum tormento praesente carebis et aeternum subibis supplicium, ubi est fletus et stridor dentium'. Talia ut hausit ille, luce et claritate perterritus, timuit quamdiu eos vidit; sed post abscessionem[n] eorum timorem abiecit et hoc fantasmati deputavit. Mane autem consurgens, aedituo interroganti, si aliquam illa in nocte cerneret[o] visionem, dicit[p], se angelos tres videre episcopos[c], illosque secum loqui et, ne[q] diutius dormiret in templo, prohibere; sed, si verum fuisset an fantasma, quo saepe deluditur homo, fatebatur se ignorare. De ceteris[r] vero causis, quibus fuit et ammonitus, id est de[s] divino, quod sub[t] se posuit, vestimento et sacrilegio sacrorumque pollutione tumulorum tacuit, quia, si confiteretur, luiturum se timuit. Tunc dominus eius, ut inquireret nomina horum[u], praecepit, si secundo eos videret per visionem, et loquerentur secum. Ille enim[v] tali visioni[w] Deo gratias non reddens, permanebat in incepto, et inebrians se potu, medio noctis in conticinio solus suum rursus repetebat lectulum. Et mox, dum[s] necdum[x] oculos clauderet et dormitaret, sed adhuc pene vigilaret, astiterunt ei secundo tres ierei[y] eiusdem habitus quo fuerunt[z] et prius; sed[a] quasi iratus cum baculo illum percutiendo Dei martir a sompno excitavit et dixit: 'Quam ob rem caeleste[b] nostrum transgressus es praeceptum et ammonitionem? Quod[c] vidisti domino[d] tuo retulisti, sed quod iussum est tibi tacuisti et implere noluisti. Adhuc sume consilium, confitere commissum[e], lacrimis et bonis operibus repete baptismum, quod culpabilis perdidisti per sacrilegium. Nam si dimiseris et factum tuum confiteri nolueris, morte tu[f] morieris;" nostra vero domino tuo, ut rogavit, dicito nomina, Fredericus ac germanus eius Alfricus et Liudgerus[g] pastor bonus[h] et probus'. His dictis, abscesserunt et ultra non apparuerunt. Timor autem et[i] horror tantae[k] visionis non irruit super hominem illum; sed induratum est cor eius, quia mansit in eo dyabolus, et haec pro nichilo ducens, coepit dormire in sua sepultus ebrietate. Et ut facta est dies, aedituo visionem et nomina retulit sanctorum, sed[a] de ierosilia[l] rursum reticuit et confiteri noluit. Tunc aedituus secum admirans, ait ad eum: 'Cave, ne contra sanctos Dei aliquid habeas perpetratum, unde perpetuus tibi veniat interitus. Nam si talis esses in mente, qualis videris in facie, tibi, ut opinor, comminando tuum non iussissent foras proicere lectum. Si etiam verum narras, nescio. Sed ne dicat aliquis, te propter meum perire praeceptum, fac ut tibi est iussum, et ante fores templi dormiens, habeto grabatum[m], donec novero, quid apud pontificem de[n] hac re fuerit collaudatum'. Quod et[o] ille periturus transgrediens, plus solito bibit ex poculo et in galli cantu dormitum venit in sacrario. Illa igitur[p] nocte quid erga eum sit gestum, nescitur; sed diei[q] crepusculo, dum nullus ad laudes[r] matutinales pulsaret campanas, fratres parvam ex cardine levaverunt ianuam, et intrantes, dum excitare vellent, invenerunt eum ardentem et lectum suum[s] iam igne sulphureo consumptum et[t] sacrarium mictu[u] et caccatu eius foedatum. Quod cum[v] cernerent, propter [hoc[w]] scelus eum cognoverunt esse combustum, et advocantes[x] omnem pagum ad videndum tale factum, extra castrum gerebant[y] eum[z] sepeliendum. Et dum portabatur, extra[a] corpus suum ignis exivit quasi per aera fulgetrum, et est populis demonstratum, quale et quam magnum contra sanctum Fredericum eiusque successores egisset peccatum. Post illum ergo diem quisquam in sacrario illo vel in venerabili[b] templo usque in praesens non dormiebat, sed posito lectulo ante fores, custos requiescebat et penetralia seris muniebat. O quam felix est homo, cui sanctus iste est in animo! Beatus ille, qui sibi apud Deum talem quaerit intercessorem! O quam securus perpetuo[c] vivendi, qui isti adhaeret dulcedini! O quam[d] felicem nauta occupat portum, qui sibi hunc praeviderit gubernatorem! O quam sapientem dico viatorem, qui eum habuerit[e] insinuatorem! O quam prudens omnia bona faciendi, qui eius vult sequi[f] vestigia. Qui de rebus suis honorificaverit illum in terris, centuplum cum sanctis Dei recipiet in caelis. O civitas Traiectensis, tu felicior et sanctior multis, de tuis[g] apud Ihesum Cristum dominum nostrum semper[h] laetare patronis! Pugnat contra hostem tuum pars innumerabilis exercitus[i] caelestis. In cuius[k] collegio pretiosus martir Fredericus divino circum-

a) b. m. 2. b) suus st. lectulus 2. c) *deest* 2. d) fedavit 2. e) cuidam 2. f) Luydgerus 1; Ludgerus 2. g) ipsum 2. h) sunt sep. 2. i) hic fr. 2. k) ausus es sub te 2. l) ac 2. m) et *add.* 2. n) abcess. 1. 2, *et ita post.* o) vis. vidisset 2. p) dixit se tr. ang. 2. q) diut. ne 2. r) causis v. cet. 2. s) *deest* 1. t) super 2. u) eorum 2. v) autem 2. w) visione 2. x) nec oc. necdum 2. y) *post superscr.* sacri sacerdotes 1; tr. sacri sacerdotes 2. z) fuerant ut 2. a) et 2. b) sceleste 1; n. cel. 2. c) quam 2. d) et d. 2. e) delictum 2. f) *deest* 2. g) Luydgerus 1; Lutgerus 2. h) b. et *des.* 2. i) *post superscr.* 2. k) vis. t. 2. l) *i. e.* ἱεροσυλία; sacrilegio 2. m) lectum 2. n) hac de 2. o) mox 2. p) ergo 2. q) in cr. d. 2. r) mat. l. 2. s) eius 2. t) ac 2. u) urina et stercore illius fed. 2. v) dum 2. w) *deest* 1. x) convoc. 2. y) tulerunt 2. z) et 1; eum ad s. 2. a) e corpore illius ig. 2. b) t. ven. 2. c) perpetue 2. d) quam (*post corr.* quanta) felicitate n. 2. e) habuit 2. f) vest. sequi 2. g) semper *h. l. add.* 2. h) *deest h. l.* 2. i) cel. exerc. 2. k) *deest* 1.

cinctus gladio, nocte et[a] die viriliter non[b] desinit te defendere, [praestante[c] domino nostro Ihesu Christo, cui est honor et imperium et sine fine permanet in secula seculorum. Amen*].

EXPLICIT LEGENDA SANCTI FREDERICI[d].

*) 2 *add.*: Anno autem Domini millesimo tricentesimo 62, 28. mensis Iulii die, dum circa supradicti martiris sepulchrum renovaretur tumba, extractum fuit per venerabilem patrem Folkerum epi- 5 scopum Gibeletensem, tunc temporis vices episcopi Traiectensis in pontificalibus gerentem, ipsius martiris caput et argento et auro inclusum ad omnipotentis[e] Dei gloriam et laudem et dicti martiris ampliorem veneracionem et honorem[f].

a) ac 2. b) te non des. 2. c) *reliqua des.* 1. d) *ita* 1. e) omipot. *c.* f) *ita desinit c*

APPENDIX. 10

EX VITA ODULFI PRESBYTERI.

Quae de Odulfo presbytero Stavrensi, apud Frisones occidentales sancto habito, qui Ludovico Pio regnante vixit, vulgari traditione referebantur rudiore sermone conscripsit saeculo X. exeunte vel XI. ineunte[1] *anonymus quidam; ea vero incerta, dubia, non magni momenti. Cum hanc Vitam auctor Gestorum Friderici* 15 *legisse et in usum suum vocasse videatur*[2], *quaedam excerpta illius opusculo subiungimus, usi codicibus:*

1) *Audomarensi nr.* 775, *membr.*, 4°, *saec. XI, olim S. Bertini, f.* 1—6.

2) *Bruxellensi nr.* 9636. 9637, *membr., fol., saec. XI—XII, olim monasterii S. Laurentii prope Leodium, f.* 214—216, *ubi multa rudius scripta alterata sunt.* 20

Inspeximus etiam codices 3) *Bruxellensem nr.* 380—382, *membr., s. XV. et* 4) *Gandavensem nr.* 162 (421). *chart., s. XV; cf. supra p.* 343.

Integram Vitam edidit G. Henschen, Acta SS. Iun. II, p. 592 *sqq. Mutato stilo suo more edidit Vitam sine prologo Surius, Vitae SS. (Colon.* 1572) *VI,* 25 *p.* 601—606; *ed. nova (Aug. Taurin.) VII, p.* 545—550. *Recusa est haec editio Migne, Patrol. CXXXIII, col.* 857—862, *ubi nomen auctoris Cappidi presbyteri Stavriensis indicatum est, de quo Suffridus Petri, De scriptoribus Frisiae p.* 35, *quaedam plane incredibilia vel potius commenticia tradit, dicens, eum circa annum* 920. *vixisse et multos libros de rebus gestis Frisiae conscripsisse. Pro-* 30 *logum, ex quo de auctoris aetate vel conditione nihil cognoscitur, et qui in codicibus a nobis visis non habetur, omisimus.* *O. H-E.*

INCIPIT[a] VITA SANCTI ODULFI CONFESSORIS[b].

1.[c] Temporibus Ludhowici[d] piissimi augusti erat quidam vir venerabilis ex nobili prosapia Francorum oriundus nomine Bodgis[e], de quo, Deo praedestinante, procreatus est filius nomine Odulfus[f]. 35 Qui mox cum sacratissima baptismatis unda renascitur, caelesti rore divinitus irrigatur. Ablactatus autem ilico sacrae eruditionis additur studiis et sanctis ac Deo devotis hominibus canonica religione commendatur erudiendus. Cui[g] Deus tale discendi studium tantaeque sollertiae contulit ingenium, ut aevo maiores mirum in modum in discendo praecelleret suamque aetatem adhuc annis immaturam divino dogmate non segniter decoraret. Crevit autem aetate, sapientia nihilhominus et sanctitate in tantum, ut his qui tunc 40 temporis religiose Deo deservire conarentur[h] novus Samuel[i] exoriri videretur. . . . . . .

a) Inc. *deest* 2. b) et presbyteri *add.* 2; quod est pridie Idus Iunii *add.* 3. c) *numerus* 1. *deest* 1; *numeri capp. des.* 2. 3. d) Ludovici 2; Lothowici 3. e) Ludgis *ed. falso.* f) Odulph. 3 *semper.* g) etenim *add.* 3. h) conaretur *corr.* conarentur 2. i) Samuhel 2.

1) Post obitum Radbodi episcopi Traiectensis a. 917. defuncti, qui c. 7. *beatae memoriae* appellatur. Strictius aetas auctoris ex eo cognoscitur, quod iam haud raro terminos sententiarum consonos effecerit, et quod eius libellus ab auctore Passionis Friderici 45 lectus sit. 2) Exscripserunt hanc Vitam auctor Chronicae de Traiecto, apud Matthaeum, Vet. aevi anal. V, p. 319, Iohannes de Beka et Willelmus Heda.

2. . . . Omni virtute proficiens, per gradus aecclesiastici ordinis ascendit et iuxta divinam, ut credendum est, praedestinationem ad sacerdotalis officii pervenit benedictionem, atque cooperante Spiritus sancti gratia, sacerdos effectus est Regis altissimi. Quo rite peracto, statim sibi delegavit in animo, quod propter piae conversationis studium ad quoddam sanae religionis tendere properaret monasterium. Quem sui parentes rogaverunt non ita velle agere, sed ut voluntati eorum assentiret atque aecclesiam quae nuncupatur Orescot[1] cum populo regeret; nam illic natus extitit et nutritus. Quorum precibus evictus, votis eorum pro tempore paruit vel invitus. Sed non multo post visum est ei adire summae reverentiae locum nomine Traiectum, more prisco Wilteburg nuncupatum, ut inibi, quandiu in hac luce viveret, cum aliis Dei famulis ibidem sub castris Christi degentibus Christo regi militaret . . . . . . Quo in loco tunc temporis erat magnae sanctitatis episcopus nomine Fretherieus[a]; qui sanctum virum cum magno suscepit gaudio et honore condigno, omnesque secum unanimiter servi Dei, qui inibi erant coadunati, Domino congratulantes[b], tam sanctum tamque religiosum eos[c] adventasse Dei famulum.

3. . . . Non enim aliud ab illis omnibus et ab ipso praesule, ut dignus habebatur, quam pater monasterii vocabatur. Ad eius oris imperium omnes decrevere[d] habere consilium, quia omnibus omnia factus est[e], ut ait apostolus, ut omnes lucrifaceret Christo. (1. Cor. 9, 22. 19)

Eodem namque contigit tempore, quod[f] Fresones[g], viri videlicet feroces, in tanti erroris dementiam devenirent[h], quod supradictus episcopus neque per semet ipsum neque per suos archidiaconos ad viam veritatis posset eos revocare. Statim quoque litteras inde cum[i] legato fideli Traiectum direxit sanctumque Dei famulum voluntarie poposcit, ut, quanto citius valeret, transmenso sinu maris qui nuncupatur Almere ad se usque perveniret. Qua legatione vir Dei letus in tantum efficitur, quasi iam ad caeleste convivium invitaretur, cupiens cum proprio pastore sub eodem agone, si ita res se haberet, palmam martyrii subire. Cumque vir Deo[k] plenus, transmenso itinere, perveniret ad praesulem, confestim praesule[l] viso, ultra[m] solitum inestimabili repletur gaudio. Salutatis[n] autem invicem[o] in osculo sancto, seseque consolantes vicissim divinae pacis solatio, ut summi Regis praecones inclyti caelesti rumphea viriliter armati, coeperunt per aecclesias simul iter agere, iterum atque iterum easdem[p] repetere, populum praedicando et ad viam veritatis euangelica eruditione convertendo[q] crebrisque ammonitionibus arguendo, increpando[r], donec homines, qui erant ante velut lupi feroces, salutari dogmate in mansuetas converterentur oves.

4. His ita per ordinem digestis, idem pontifex, inito consilio cum clericis non modicaque eiusdem patriae laicorum multitudine, sanctum Dei virum obnixe poposcerat, quo infra ipsius patriae fines persisteret ac populum, qui nuper in se ipsum reversus est[s], erudiendo sanaret et ab antiqui hostis mortifera fauce salubriter eriperet. Quod vir Dei multum renitens, asserebat aetate[t] se fore provectum et prorsus inbecillem ad id ministerium. Ast sibi non assentit[u] episcopus, quia suis eum flectere conatus est[v] precibus. Tandem vero[w] Odulfus, nolens[x] volens, suo pastori paruit populique votis consensum praebuit, ea tamen ratione, quod aliquantis quandoque transactis annorum curriculis sibi Traiectum revisere liceret, quoniam illic in Dei servitio carnis[y] vitam finire promiserat[z]. Quid plura? Vir Spiritu sancto plenus[a] non cessabat populum[b] Dei praedicare caelorumque regnum instanter euangelizare. . . . . . .

5.[c] Sed inter haec non[d] silendum puto, quod beatus Odulfus in tantum repletus erat spiritu prophetico, ut ita ventura praediceret, quasi iam facta cerneret. Ex quibus quam plurimis pauca nobis huic lectioni libuit inserere, quin[e] fides audientium[f] tardior fiat eadem animadvertere[g]. Cum autem[h] a loco qui dicitur Stavron[2] se praepararet discedere, antequam coepisset iter inde movere, accidit maximam Fresonum[i] multitudinem illuc convenisse, quatinus sua saluberrima munirentur ammonitione. Quos etenim[h] Domino commendans benedixit, quin etiam caritative eos ammonuit, ne viam veritatis umquam desererent, quam iterum sine gravi vindicta repetere non valerent. 'Scio etenim', inquit, 'vos id facturos; quapropter paganos super vos praenuntio venturos, qui istam devastantes patriam, vos et quae vestra sunt secum deducent in captivitatem'. Quod ita fieri, ut[k] prophetavit vir sanctus, postea rei probavit eventus.

6.[l] Sanctus vir, qui futura per spiritum prophetiae praevidit[m], adhuc eidem populo astans, aliud magnae ammirationis praesagium intulit, ita dicens: 'Cernitis', inquit[h], 'hanc?' — ostendit[n] eis non modicae magnitudinis petram, quae iacebat ante ipsius domus ianuam — 'Scitote[o], quod sine humano labore devolvetur in flumen quod dicitur Flé, ibique latebit sub undis, quandiu divinae pacis munimine carebitis. Cum autem videritis eandem absque humana subvectione huius litoris oram subire[p], procul dubio corpus meum creditote[q], licet post mortem carnis, hanc patriam revisitare vobisque pacem impetratam subpeditare, donec[r] cum superbia, periurio, homicidio, adulterio totiusque generis peccato Deum

a) Fredericus 2. b) congratulabantur 2. c) ad eos 2. d) hab. decr. 2. e) erat 2. f) quod, d *eraso corr.* quo 1. g) Fresiones 2. h) devenere 2. i) per legatum fidelem 2. k) Dei, *multo post corr.* Deo 1. l) eo 2. m) ultro *post corr.* ultra 1. n) Salutantes 2. o) se i. 2. p) it. verbum salutis repetendo eis inculcare, predicationis sedulitate corripere et correptos blanditiis *(ead. m. superscr.)* confovere et ad v. 2. q) convertere crebris 2. r) et demulcendo *ead. m. add. supra lineam* 2. s) erat 2. t) ętatis se senio prov. 2. u) assensit 2. v) conabatur 2. w) sanctus *add.* 2. x) v. n. 2. y) *deest* 2. z) proposuerat *ed.* a) in Fresia remoratus *add.* 2 *super lineam.* b) populo D. mandata 2. c) *hic nulla capitis divisio* 1. d) non p. sil. 2. e) ne 2. f) solius famę simplicia verba audiens *(super lineam) add.* 2. g) si non confirmentur litterarum verissima assertione *add.* 2. h) *deest* 2. i) Fresionum 2. k) *superscr. ante* fieri 2. l) V. 1. m) providit 1. n) tunc ost. 2. o) inquit *h. l. add.* 2. p) or. fausta volubilitate repetere 2. q) credi licet 2. r) Interim 2.

1) Oirschot, prov. Nordbrabant. 2) Staveren ad fretum Zuiderzee.

offendatis[a], ut concessae pacis donum auferat a vobis'. Huius etenim[b] obstupendae prophetiae signique mirabilis multi homines, qui hoc se vidisse testantur, adhuc sunt[c] superstites. Est etiam[d] ibidem in aecclesia eadem petra perdurans immobilis, non minus in testimonium credulis quam ad confusionem incredulis. Postmodum vero contigit Traiectensem aecclesiam existere pastore viduatam, illo scilicet hinc ad caelestem migrante patriam. Nec mora, convenientibus[e] in unum clericis, ut cum beato viro conspirarent de electione pontificis; diu etenim illis inter se altercantibus, quem promovere vellent ad curam regiminis, tandem praepositum aecclesiae nomine Craft[f] elegere. Ille quidem locuples divitiis, fastu[g] arrogantiae inflatus, respondit: 'Habeo rerum quod sufficit. Cur me cura tanti oneris[h] aggravatis[i]?' Beatus autem Odulfus id responsum indigne ferens, ait ad eum: 'Quid inquis[k], misserime? Spernis plane, quod non mereris attingere. Forsitan, si nolles id inire, verumtamen deberes dicere te indignum fore tanti honoris culmen ascendere. Nunc autem, quia propter tuam innumeram possessionem apostolici ordinis sprevisti dignitatem, in eodem membro, cum quo pertinaciter prolocutus es id nefandum, iam nunc in proximo huius vitae pro vindicta patieris interitum'. Quod[l] non multo post subsecutum est. Conventu autem clericorum adhuc titubante, singuli eos qui sibi optimi videbantur elegere[m]. Sacerdos vero Domini non respiciens ad personam, sed potius ad meritum, dicebat, inter eos probabiliorem inveniri posse pontificem, nihil tamen illos vituperans quos[n] sibi elegerant. Ostendit ergo eis quendam presbiterum nomine Hungerum, qui, quamvis esset aspectu deformis, tamen clam hominibus, palam Deo, non minus merito quam opere claruit insignis. Cunctis autem[o] huic electioni consentientibus, statuto tempore secundum Dei voluntatem pastoralis officii suscepit benedictionem[1]. Per gratiam vero Spiritus sancti sic impleta est prophetia viri iusti, quod post sanctos pontifices, videlicet Wilbrordum[p] et Bonifatium[q], in illa sede nequaquam inveniretur, qui sanctioris vitae tramitem usque ad obitum sui sequeretur.

c. a. 856.

7.[r] Nec pretereundum est, quod vir Deo plenus, iam provectae aetatis, fessus senio, nequibat aecclesiam adire, nisi[s] suffulciretur baculo, in cuius etenim[t] summitate ceratam[u] habebat tabellulam, in qua[v], si ita res eveniret, nomina fidelium denotaret[w], donec congruo tempore describeret ea in libro vitae. . . . Eundem quoque[x] baculum post illius[y] obitum super sepulchrum eius fratres posuerunt infixum; qui in eodem loco, ubi fixus fuerat, usque ad tempora[z] beatae memoriae Radbodi[a] episcopi[2] perduraverat. . . . . . .

Celebratur autem eius sollempnitas pridie Idus Iunii. Fiunt etenim in Traiecto, verum etiam in Stavron eius intercedentibus meritis miracula innumerabilia per gloriam et honorem domini nostri Ihesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto coaeternus vivit et gloriatur Deus per infinita secula seculorum. Amen.

a) offendetis 2. b) mirae *(superscr.)* et *add.* 2. c) testes *super lineam add.* 2. d) etenim 2. e) conveniunt in u. clerici 2. f) Crást 1. g) statu 2. h) honeris, h *erasum* 1. i) aggravabit 2. k) obsistis *super lineam add.* 2. l) Quod — est *des.* 2. m) eligére *corr.* elegere 1. n) ipsi *super lineam add.* 2. o) *ead. manu in marg. suppl.* 1. p) Willebrordum 2. q) Bonefacium 2. r) VI. 1. s) ni 3. t) *deest* 3; etiam 2. u) seratam 3. v) quā 2. w) annotaret 3. x) Eundemque 3. y) ipsius 3. z) tempus 3. a) Rabbodi 2.

1) Hungerus demum a. 856. circiter, postquam Friderico Aelbricus et Liudgerus successerunt, episcopatum Traiectensem suscepit. 2) A. 899 917.

EX VITA REGINSWINDIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Parochus, opinor, ecclesiae Laufensis S. Reginswindi dedicatae fuit[1], *qui eius Vitam conscripsit — si tamen lubet hoc nomine vocare libellum quo de puellula septenni a saeva ancilla necata agitur. Quo vero tempore is vixerit, iam nullum indicium superest*[2], *cum et unicus qui olim exstabat codex Bodecensis*[3] *iam perierit, ex quo Guil. Cuper, Acta SS. Iul. IV, p.* 90—92, *opusculum edidit. Sed equidem id saeculo XII. ex ratione narrandi et sermonis nimis affectati attribuere vix dubito. Quae rumore populi de puellula sancta a.* 840. *circiter defuncta — quae unde sanctitatem adepta sit, non satis intelligitur — parentibusque eius tradebantur auctor pie narravit; quae vero quam sint incerta dubiaque, nemo non perspicit.*

Excerpta nostra ex editione indicata sumpsimus, codice nullo superstite.

O. H-E.

Dum omnium sanctorum merita veneranda iure beata mater ecclesia per quadrifidi orbis climata praecordiali amore veneretur obsequiis et armonicis concrepet laudibus, qui iam Aegypti singulariter peregrinationem, vario licet agone, non tamen dispari studio, paschalis illius agni veri, non typici, patrocinante cruore, viriliter egressi, paradisiaca repatriaverunt laetabiles moenia, specialius tamen quodammodo et quasi solitarie gratulatur, se per diversa loca proprios possidere patronos, quos auspice Divinitate et propugnatores contra inimici iaculationes semper habeat indefatigatos et pro excessibus quotidianis interventores propitios. Nos proinde, nos humilibus contenti locellis, non martyrum fulti praesentia sepulchrali, qui cordatissima veritatis assertione Christum in propatulo omnium seculorum regem esse praedicaverunt, sicque proprii sanguinis effusione rubricati, ipsi Regi regum, cui dimicaverunt atque vicerunt, perpetuo laureandi victricia de hoste vexilla reportaverunt, sed virgineae parmati coessentia glebae, quae antiqui serpentis enecata rancore virgo martyrque tenella innocentiae penna glorianter subvecta aethereum pervolavit ad aulam, ea quae a sacerdotalibus personis de eius innocenti morte ad nostram pervenere notitiam, qualicumque calamo, sapientibus simul et insipientibus, patronatu ipsius confisi, pandere hinc aggredimur.

1. Divae memoriae pius Ludewicus semper augustus quo tempore Francorum monarchiam imperii sui freno moderari praepropere desudabat, quippe qui tres praestantiores Europae species solidum satis corpus sceptrigero sibi dominatu, Deo propitio, subegit, Italiam videlicet, Galliam atque Germaniam, postquam hinc inde imperiali maiestate bellorum contrarios compescuit flatus, apud Vindelicensem urbem, quam Augustam vocant, fortuito consedit[4]; in qua aliquamdiu commorans, omnibus iudicia habentibus ad liquidum, uti decuit, lubens satisfecit. Eodem vero tempore quidam e militibus armipotens et famosus, Noricus genere, Ernestus nomine[5], familiaritatis locum apud illum promeruit non ultimum, partim generositatis, partim piae conversationis experimento. 832?

3. Est autem locus in Australis Franciae partibus, quae membrum Germaniae dicitur, in territorio sanctae Herbipolitanae ecclesiae, quem incolae ob impetum pervalidum Neckaris fluvii, egregii comitis Rheni, lingua Theutonica Loufun[a.6], id est decursum, appellant. Visum est ergo venerando augusto

a) Loufum *h. l. ed.*

1) Quod ex prologo maxime coniicio, ubi: *nos humilibus contenti locellis, non martyrum fulti praesentia sepulchrali.* 2) Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I, p. 239, opusculum non ante saec. XII. compositum censet, quod nomen Herbipolis pro Wirziburg in eo occurrat. Hoc vero nomen occurrit quidem saec. XI, ut in Othloni Vita Wolfkangi c. 4, SS. IV, p. 528, et in Bertholdi Ann. a. 1073, SS. V, p. 276, sed verum est, non ante saec. XII. idem in communem usum transiisse. 3) De quo cf. quae supra p. 343, n. 4. monui. 4) Semel Ludovicus Augustae fuit, a. 832, mense Maio; Reg. Imp. I, p. 323; cf. Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I, p. 253, n. 1; summo vero iure Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 20, n. 6, hanc relationem parum fide dignam censet. 5) Comes marchiae Bohemicae. 6) Lauffen oppidum in districtu Neckariensi regni Würtembergici.

eundem locum venandi gratia adire debere et praefato Ernesto aulico suo sub testificatione herilis gratiae in omnibus quae augustam decent celsitudinem naviter aptandum credere. Qui iussis obtemperans, non mediocri annisu cuncta quae ad id negotii instrumenta pertinent, raris interpositis solibus, opplevit. Sed cum nec situ loci nec copia venandi talem videretur maiestatem posse morosius iocundari, ad augustum non segnius rediens, de loci qualitate ac rerum circumstantia, prout res sese habuit, fideli relatione peroravit.

4. Cumque prae manibus hac de re nonnullos haberet contestatores satis idoneos, de prospicientia praesumens divina, in haec prorupit verba: 'Si', inquit, 'vestrae sedisset dominationi pro beneficio pusillitatem meam locum illum promereri, ad honorem vestrum fortassis aliqua ibi manus mea invenire posset commoda'. Quibus princeps celerem adhibens credentiam, divino quodam attactus instinctu, devoti militis extemplo deliberans satisfacere precamini: 'Si', inquit, 'ita est, mi carissime, ut asseris, praesertim quia imperialis me enormitas curae ad alia compellit teterrima tendere loca, nostra te volumus in posterum[a] uti munificentia, ita dumtaxat ut eundem locum nostrae fiscalitatis subicem amodo absque cuiusvis impeditionis obice, quoad vivas, manu semper potestativa possideas, omnia quae nostri iuris ibidem habentur exin tibi vice nostra obsequantur, quo iugiter dignitas nostra abundantiorem obsequii tui experiatur affectum'.

5. His ad calcem perductis, Ernestus imperialem haud floccipendens delegationem, coniugem suam nomine Frideburgam cum tota domo ac familia omnique supellectili sua de pristina habitatione Noricae telluris eduxit et antefatum locum strenuus accola quantocius possedit. Qui, succedentibus prosperis, adeo est eodem in pago fortuitis rebus locupletatus, ut paucis comprovincialium parvo interstitio inveniretur inferior; nec immerito, quippe qui euangelici non immemor decreti quae Dei sunt Deo et quae caesaris caesari reddere satagebat, ut et Divinitati religionis conamine atque caesareae dignitati stricto placere quivisset cingulo militiae.

6. Contigit autem illum post aliquot annorum curricula[1] feminei pignoris laetabile munus de christianissima coniuge sua ibidem accipere, unde sibi divina providentia perpetui corollarium tripudii disposuit destinare; qui cum more fidelium natam sobolem regeneratrici gratiae daret nomenque illi Reginswindis imponeret, postquam illam de Iordanicis undulis dominici agni vellere trabeatam recepit, gracili statim infantiae unam e famulabus, huius officii gnaram, providit paedagogam. . . . . . .

8. Evolutis ergo septenis temporibus aetatulae sanctae virginis Reginswindis[b], accidit baiulae ipsius germanum equinum domini sui pascere gregem, qui agrestes equarum turmulas studio sagaciore iussus fuerat providere[c]. Is itaque cum multoties, uti in id conditionis solet evenire personis, crescente desidia, remissius erga gregem ageret dampnumque non modicum domino suo, neglecta pastoralitatis cura, inferret, quadam die rationem de sibi creditis equabus in praesentia domini sui reddere est coactus. Cumque in iudicio positus, nullo se sagacitatis praetextu defendere potuisset, omni interim apologia depressa, aspera illum flagelli censura[d] dominus, secundum quod meritus fuerat, multari praecepit, ut et illum de cetero emendaret et ceteris metum imponeret.

9. Tali autem infortunii acerrimo dolore soror illius, nutrix videlicet sanctae Reginswindis[e], ultra modum stomachata, tanta coepit impatientiae vertigine debachari, ut novo quodam furoris genere insani capitis municeps, nunc se phreneticam, nunc lethargicam simulans, ad ultimum miserabilem dominis suis rependeret talionem. Surgens igitur male merita auspicata opportunitatis hora, sacram arripuit furens ac furibunda puellam, et Neckarem fluvium festina adiens, primum gutture intercepto, cervicibus retortis, vita privavit ac deinde, toto vesaniae furore conducta, mediis iniecit fluctibus. . . . . . .

14. . . . Iam vero sanctae virgunculae parentes, nativa habitatione Norici salsuginis revisa, cum omnibus mobilibus suis Francigenis dorsum dederunt, et quod superna clementia erga natam suam ageret, minime scire potuerunt.

15. Praefuit autem tunc temporis sanctae Herbipolensi ecclesiae Deo amabilis episcopus nomine Humbertus[2]. Cui dormienti quadam intempestae noctis hora astitit aliquis e civibus caeli, dicens: 'Surge quantocius et locum qui dicitur Loufun in ripa Neckaris fluvii situm diligenter ab omni ineptia emundare curato atque oratorium mihi cum magna festinantia aedificare studeto, quia margaritam Domini, quae hucusque incautius humanis subiacuit plantis, magnifico oportet honore in illud asportari et, quamdiu huius mundi orbita volvitur, missarum ibidem hymnorumque ecclesiastico more sollempnia convenit celebrari.' . . . . . .

17. . . . Hoc modo tandem rei veritate expertus episcopus . . . sumptuum adhibita copia, caementarios undecumque collegit et oratorium, prout iussus erat, in praedicto loco construens, pro posse illud decoravit.

18. Cumque extremam divino operi manum imposuisset et statuto die, hoc est 3. Idus Iulii, in quo Phoebus naturali cursu penultimam tropici cancri partem annuatim ignire solet, more episcopali ecclesiam consecrasset, cum maximo coetu monachorum, clericorum ac ceterorum utriusque sexus fidelium sacrae virginis glebam intus devotissime transportavit et in decentissimo locello collocavit. . . . . . .

a) impost. *ed.* b) Regisvindis *h. l. ed.* c) praevidere *ed.* d) *forte legendum:* caesura. e) Reginsvindis *h. l. ed.*

1) Aliquot annis post a. 832. nata dicitur Reginswindis, infra septennis necata, et tamen Humbertus episcopus, qui a. 842. obiit, oratorium haud brevi tempore post mortem illius aedificasse fertur. 2) Sedit a. 832—842; cf. Schäffler in 'Archivalische Zeitschrift' III, p. 13.

MIRACULA S. GOARIS AUCT. WANDALBERTO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Iussu Marcwardi abbatis sui, viri celeberrimi et litterarum studiosi, Wandalbertus[1] *monachus Prumiensis et diaconus, iuvenis etiamtum viginti sex annorum*[2], *anno* 839.[3] *Vitam S. Goaris ab anonymo iam pridem conscriptam in elegantiorem formam redegit et altero libro subiuncto miracula post a.* 765. *in Cella S. Goaris (St. Goar ad Rhenum), Prumiensi abbatiae subiecta, quae ipsi ab Herirado presbytero aliisque provectioris aetatis monachis Prumiensibus et a Theodrado Cellae S. Goaris clerico*[4] *et Ekkibaldo praeposito eiusdem*[5] *et ab ipso Marcwardo abbate*[6] *narrata erant, conscripsit, ordine temporum ita servato, ut quae sub quoque trium abbatum Prumiensium ab a.* 765—839. *sibi succedentium gesta sunt tribus partibus collecta describeret. Addita Commemoratione retulit, quo modo Cella S. Goaris abbatiae Prumiensi tradita et confirmata sit. Haec praesertim notitia non parvi pretii est, sed etiam inter miracula nonnulla notatu digna etiam de regibus relata invenies, alia quae ad commercia in Rheno amne facta cognoscenda faciunt; quare integrum secundum librum hoc loco edere placuit; prioris vero libri solam praefationem damus, ubi plura de miraculis quam de Vita S. Goaris disserit, loco quo de litteris regum Karolorum liberalitate suscitatis et provectis loquitur memorabilem. Ceterum primo libro eadem quae antiquior biographus S. Goaris narravit; perpauca quae addidit illius opusculo*[7] *alibi edendo subnotanda erunt. Wandalbertus, ab ipso Marcwardo abbate, ut videtur*[8], *eruditus et doctus, apto et satis eleganti sermone excellit, ut eius librum non aegre legas.*

Usui nobis fuerunt codices:

1) *Parisiensis nr.* 13764 *(S. Germani* 1040*), membr., saec. X, olim S. Remigii Remensis, a V. Cl. Molinier collatus, optimae notae*[9], *quamvis erroribus non plane vacuus sit.*

2) *Wiesbadensis nr.* 34, *membr., saec. X—XI. in., formae minutae, olim liber Sancti Heriberti Tuitiensis, compluribus manibus elegantius exaratus, solum opus Wandalberti, Vitam scilicet et Miracula, continet, multis iam foliis evulsis*

1) Vide quae de Wandalberti vita et scriptis nuper disseruere Dümmler, Poetae Carol. II, p. 567, ubi p. 569—622. eius carmina collecta habes, et 'N. Arch.' IV, p. 305 sqq.; Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 243; Ebert, 'Allg. Gesch. d. Literatur d. Mittelalters' II, p. 185 sqq. 2) Natus a. 813, quia, cum a. 848. Martyrologium metricum componebat, 35 annorum se esse dixit, Martyrologii Conclusio str. 4, Poetae Carol. II, p. 603; Dümmler l. l. 3) C. 34. Die Iul. 6. eiusdem anni iam manum libro conscribendo imposuerat, sed eum nondum ediderat. 4) Mirac. prol., c. 24. 27. 29. 32. 34. 5) C. 32. 6) C. 30. 7) Quod vide Mabillon, Acta II, p. 276—280; Acta SS. Iul. II, p. 335—337. 8) Cf. prol. l. I: *cui totum quod possim debeo.* 9) Cf. 'Arch.' VII, p. 259. VIII, p. 293.

mutilum et fine destitutum, nunc tantum 54 *foliis constat. Haud paucis quidem mendis maculatus, tamen ad codicis* 1 *vitia emendanda efficit*[1].

3) *Bruxellensis nr.* 98, *membr., fol. maximi, saec. XIII. in., f.* 61'—70', *eleganter quidem exaratus, sed in hoc libello parvi aestimandus. Codices* 2 *et* 3 *ipse exscripsi*[2].

Commemoratio libro II. subiecta exstat etiam manu saec. XII. scripta in Libro aureo Prumiensi[3], *in bibliotheca Trevirensi servato, f.* 109'; *quem a V. I. G. Waitz collatum littera L signavimus.*

Surius, Vitae SS. prob. (Colon. 1583) *IV, p.* 92—110; *ed. Gastaldi (Aug. Taurin.* 1877) *VII, p.* 114—138. *edidit Wandalberti opus ex codice nostri* 3. *simili. Bonam editionem paravit Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. II, p.* 281—299, *ex codice Remigiano, nostro* 1. *Io. Pinius, Acta SS. Iul. II, p.* 337—346, *solum librum secundum dedit, qui Mabillonii recensionem auxilio Surii et editionis principis mancae (Moguntiae* 1489), *a nobis non visae, nonnisi depravavit. Mabillonii editionem repetivit Migne, Patrol. Lat. CXXI, col.* 639—674. *Excerpta parva dedit Bouquet V, p.* 453. *VI, p.* 308.

O. Holder-Egger.

IN[a] CHRISTI NOMINE PROLOGUS WANDALBERTI[b] DIACONI IN VITAM[c] ET ACTUS ATQUE MIRACULA BEATI GOARIS, EDITUS[d] AD INLUSTREM VIRUM MARCWARDUM[e] ABBATEM MONASTERII PRUMIAE, INCIPIT FELICITER.

Miracula divinorum operum humano generi fide semper integra esse suspicienda[f] et devota glorificatione narranda, Scriptura Sancta commonente et angelo hoc ipsum Tobiae sancto praecipiente, didicimus; plurima tamen eorum quae aut per semet ipsam Christi potentia efficit aut per sanctos viros mundo in exemplum propositos operatur propterea nostro tempore minus interdum nota et clara habentur, quod aut caducis rebus intenti parum haec et leviter contuemur aut ea etiam quae in admirationem sui nos magnitudine permovent non tam rerum ignorantia quam animi desidia futurae post nos aetati scribendo transmittere dissimulamus. Qua in re longe est[g] nostra quam maiorum nostrorum cum manifestior tum inexcusabilior culpa. Quippe apud Gallias multos annos litterarum studia iacuere, nec facile plures per transacta retro spatia liberalium artium munere functi esse repperiuntur, quoad[h] nostra aetate principum liberalitate et optimorum virorum sollertia adeo disciplinarum studia profecerunt, ut invidiam criminis merito nunc sustinere cogamur, si gesta sanctorum virorum, quae quidem ad nostram potuerint pervenire notitiam, posterorum scientiae deperire sinamus. Neque vero audiendi sunt qui tantum aetati preteritae tribuunt, ut nunc quoque fieri quae digna litteris aestimentur absoluto praeiudicio negent, cum divina providentia singulis mundi temporibus ita semper quae humano generi pro modo et ratione congruant ordinet[i], ut neque nos priscorum hominum felicitatem desiderare conveniat, neque illos nostrorum temporum statum, si qualis nunc agitur praescire potuissent, dampnaturos fuisse credibile sit. Quippe nunc quoque sunt in ecclesia multi virtute vitae clarissimi, et ad merita declaranda sanctorum in sacratis ecclesiarum domibus stupenda sepenumero miracula fiunt, quae propterea pauci aut prope nulli mirantur, quoniam sui frequentia duris iam hominum cordibus viluerunt. Quoniam itaque me, sancte et amantissime pater Marcwarde[e], novo operi manum imponere compellitis, ut actus sancti confessoris Christi Goaris, qui actenus vili admodum stilo et sermone multorum auditus offendente constiterunt, accuratius debeam explanare, additis ex novo miraculis, quae apud eius memoriam a pluribus gesta fideliter referuntur, breviter eis quos haec for-

Tob. 12, 7.

a) Incipit prologus in vitam et miracula sancti Goaris 3. b) v̄ū. 2. c) vita 2. d) aeditus 2. e) Marcuard. 2. f) suscipiendae 2. g) tam *post add.* 2. h) quousque ad nostram aetatem 1. i) et *e corr.* 2.

1) Cf. 'N. Arch.' IX, p. 226, ubi hic codex falso saec. XII—XIII. tributus est. 2) Cf. 'Arch.' VIII, p. 486; 'N. Arch.' II, p. 242. Exstant plures codices, quos negleximus, Namucensis nr. 53, saec. XII ('N. Arch.' II, p. 265); Oxoniensis Bodl. nr. 1161; Dusseldorpiensis chart. saec. XV ('Arch.' XI, p. 750); Cheltenhamensis nr. 11914. saec. XV ('N. Arch.' IV, p. 599). 3) Cf. 'Arch.' XI, p. 444.

tassis mea scripta movere poterunt[a] satisfacio, me neque praesumptive corrigendi eius operis, cui maiorum studia cesserint[b], auctoritatem assumere, neque arroganter novae condendae scripturae litterariam operam adhibere, sed, ut simpliciter oboedientiae debitum servem, quod in principio posui, perpendere, quod opera Dei secundum Scripturam gloriosum sit enarrare et sanctorum gesta aetati post nos hominum profutura mandare. Equidem in hoc opere suscipiendo cum sancti viri meritis plurimum confido, tum vestro imperio, cui totum quod possim debeo, non leviter moveor, neque rumusculos vel praeiudicia quorumlibet mihi fore magnipendenda existimo, habituro apud benivolos, si res bene cesserit, absolutum veritatis et fidei testimonium. (Prov 25, 2.)

EXPLICIT IN CHRISTI NOMINE PROLOGUS.

INCIPIT LIBELLUS DE VITA ET ACTIBUS SANCTI GOARIS, CUIUS FESTIVITAS CELEBRATUR PRIDIE NONAS IULIAS.

. . . .

INCIPIT[c] ALTER DE MIRACULIS QUAE GESTA SUNT APUD MEMORIAM SANCTI GOARIS, EX QUO ECCLESIA EIUS AEDIFICARI COEPTA EST FELICITER.

Explicitis iam quae de vita et actibus beati Goaris scripturae a maioribus utcumque mandata repperi, quaeque hortatu vestro, pater in omnibus amplectende, ut potui corrigere studui, aggrediendum mihi novum opus video, ut, quemadmodum in prioris libelli praefatione promisi, ea quae de miraculis apud sacratissimam memoriam supradicti confessoris divinitus gestis a fidelibus didici memoriae posterorum scribendo proponere debeam. Quippe ea[d] tam esse[e] clara pervideam, ut, quod actenus preter paucissimos, quos eis interesse vel ab his qui interfuerint audisse contigit, reliquis omnino latuerunt, non levi culpae deputandum crederem, nisi hanc scriptorum excusaret inopia et usus ille, qui quorundam desidia et torpore surrepsit, quo neglegentius divina opera suspicere et beneficia nostris concessa temporibus ut levia parvi pendere consuevimus. Ego vero in his describendis fidem eorum qui haec mihi retulere plenissime[f] subsequens, ea tantummodo comprehendam quae vel praesentes se ipsi vidisse vel ab eis qui viderint accepisse confirmant. Quanquam ea quoque tot sint ac tanta, ut, si omnia litteris tradere cupiam, modum me videam iusti voluminis excessurum[g]. Unde aestimare facile possumus, quanta illa fuerint, quae per longa retro temporum spatia geri meritis eius viri et virtute potuerint, cum in tantam excreverint quantitatem quae ab annis plus minus 6 et 70[1] gesta et ad nostram notitiam perlata noscuntur. Neque enim credibile est, sancti viri merita in exhibitione miraculorum nostris primum diebus coepisse clarescere, et non etiam priori tempore eadem quae nunc conferuntur credentibus et devotis per illum beneficia esse collata, tametsi ea qui posteris scripto traderent defuere. Id etiam cunctos, in quorum haec manus venient, scire velim, me in horum assertione non quibuslibet fidem accomodasse, sed viris fide dignis, et de quorum veraci relatione vos ipsi, venerabilis pater, arbiter[h] fueritis, praecipueque Herirado vestrae congregationis monacho[i] atque presbitero et Theodrado[k] Cellae Sancti Goaris clerico, qui et aevo iam maturiores essent et a puero circa locum ipsum diversati fuissent.

1.[l] De translatione corporis sancti Goaris.

Sed ut ad narrationem veniam, Cella Sancti Goaris post multos quam ipse decesserat annos, cum in ea iam et clerici, qui divina officia agerent, alendi stipendiis ecclesiae haberentur, et populi frequentia maior in dies excresceret, a religioso Francorum[m] principe Pippino, patre[n] augustae memoriae imperatoris Caroli[o], venerabili Asuero[p], qui tum monasterio Prumiae, quod tertius nunc ab illo, pater optime,

a) potuerunt 2. b) *sequentia usque ad finem prologi des. 2, uno folio exciso.* c) Inc. libellus miraculorum beati Goaris confessoris et de translatione eius 3. d) *deest* 1; tam eam (*corr.* ea) 3. e) cl. p. e. *corr.* e. cl. p. 3. f) plenissimae 2. g) excussurum 3. h) a. f. *des.* 2. i) monacho — meritis beati *sequentis capitis des., folio exciso,* 2. k) Theodado 3. l) *numeri et inscriptiones capitum des. 3; numeri fere omnes des.* 2. m) Frankorum 3. n) patrae 1. o) Kar. *plerumque* 3. p) Assuer. *semper* 3.

1) Wandalbertus annos computat haud dubie ab eo tempore, quo Cella S. Goaris in conventu Attiniacensi Asuero abbati Prumiensi tradita est (cf. Commem. infra p. 376); qui cum a. 839. scriberet, circa a. 763. hoc factum esse putavit. Quia vero hoc anno Attiniaci nullus conventus habitus est, hanc rem a. 765. gestam esse, recte Oelsner, 'K. Pippin' p. 393, coniecisse videtur.

768. regitis, primus praeerat[a, 1], est commissa[2], ut eius studio et locus melioraretur, et qui in ipso degerent clerici in religionis cultu et studio docerentur. Quam ille susceptam omni nisu excolere ac nobilitare desiderans, basilicam supra corpus viri sancti aedificare coepit, quae et amplitudine sui populo recipiendo sufficeret et decore congruentior meritis beati confessoris[b] existeret. Quippe prius ibi duae ecclesiae non multo a se spatio distantes erant, quarum quae situ minor erat corpus venerabile in terrae sinu continere credebatur, sed locus ipse sepulcri incertus omnibus[c] erat. Ea in sui integritate relicta, fundamentis per circuitum iactis, hanc quae nuncusque[d] manet suprascriptus abba construxit; nec prior est ante diruta, quam omne praesentis aedificium compleretur. Quo in tempore rem miram qui bene noverunt provenisse testantur, quod, donec aedificata[e] est basilica omnis, nihil aquae penitus ex imbribus tametsi copiosissimis in omne loci spatium sit delapsum[f]; sed, cum forte pluviae fierent, ad medium Rheni spatium et cacumen montis per circuitum pluvia decidens, reliquum quod intererat intactum penitus relinquebat. Ita divino miraculo palam fiebat, quam gratum illud aedificii opus superno respectui foret, cuius instantiam imbres aliquatenus impedire prohibebantur. Perfecta basilica, ubi iam[g] tempus, quo divino nomini esset consecranda, successit, missi sunt ab excellentissimo principe Carolo Lul Mogontiaci[h] archiepiscopus, vir ex[i] Anglorum gente moribus et vita laudabilis, Basinus Nemeti, quae civitas nunc Spira vocatur, et Mehingodus urbis quae trans Rhenum sita sermone barbaro Wirziburc appellatur, episcopi, qui omnes a beato Bonefacio[k] pontifice et martyre fuerant ordinati[3], ut per eos et ecclesia consecrari et corpus viri[l] beatissimi in eum quo nunc situm est locum transferri deberet[4]. Ventum erat ad locum, et consecrata domo, translatio corporis parabatur, aderat Asuerus abba cum monachis nonnullis, et infinitum vulgus undecumque confluxerat. Visum est episcopis triduano prius ieiunio Domini voluntatem quaerendam, et sic ad levandas reliquias corporis accedendum. Eo igitur ab omnibus devote peracto, Lul archiepiscopus in antiqua aede suos fodere praecepit, uti reppertae[m] reliquiae venerabiles levari transportarique deberent. Sed cum omne eius[n] solum defossum pertemptatumque[b] esset, nec tamen eius qui quaerebatur thesauri aliquod reppertum indicium, turbatus episcopus ex abbate quaerit, si in loco aliqui qui Deo servirent clerici haberentur. Cum ille sex esse tantummodo respondisset, eos ad se pontifex accitos hortatur, uti pro inveniendo patroni sui corpore divinae misericordiae supplicarent; alios qui aderant in sua ad[o] tempus se recipere mandans, ipse cum abbate et coepiscopis ad convivandum abscessit. Tum qui remanserant clerici sollicite Christum rogare[p], ut, ubinam venerandae reliquiae conditae laterent, repperire valerent. Erat inter alios quidam Madalbertus nomine clericus, manu dextera gressuque debilis. Is, correpto ligone, simpliciter: 'Nunc', inquit, 'si Deus volet, ubi meus[q] dominus situs sit, palam erit'. Confestimque extra spatium illius antiquae aedis progressus et non longe ab orientali eius pariete terram ligone percutiens, laterem ictu motum[i] levavit; quo levato, et modico foramine patefacto, debilem[r] manum adhibuit et olosericam vestem, qua infra septum latericio pariete structum sarcofagum corporis tegebatur, comprehensam traxit, moxque manus eius[i] antehac debilis sanitati est restituta. Itaque festine detecto sarcofago, et ad rem novam signorum commotione episcopis et populo convocatis, omnibusque qui aderant Deo laudes et gratias referentibus, corpus viri sancti intra sarcofagum in locello plumbeo reppertum est. Quod ilico levatum atque in feretro compositum, ex eo loco ad oratorium beatae Mariae, quod ex antiquo in vicino situm erat, sublatum est, referendum paulo post[s], spectante populo, in aedis novae locum ei recipiendo paratum. Visum deinde episcopis est, ut, quoniam propter angustias loci — nam ex altera parte Rheno flumine, ex altera monte altissimo cingitur — vulgus omne coire in unum non poterat, in longum circa radices montis diffunderetur, et ita reliquiae venerandae propter frequentiam et desiderium multitudinis paulo longius exportatae, per superiorem viam, quae circa radices montis deducit, in ecclesiam novam revocarentur. Hoc probato[t] consilio, cum levare feretrum episcopi voluissent, ita est praegravatum, ut moveri omnino non posset. Hinc omnibus suspensis diutissime[u] et haerentibus, archiepiscopus, Deo, ut post claruit, inspiratus, alloquitur plebem, beatum Goarem, quod vixerit, inanem gloriam mundi plaususque hominum et favores ut rem fragilem et caducam amore bonorum perennium contempsisse, ea ipsa[v] nihilominus eum post obitum quoque contemnere. Proinde oportere corpus eius[i] simpliciter et cum humili devotione levatum ab ipsa ecclesia in novam domum per illud quod intererat spatii[w] reportari, neque ad vulgi favorem[x] longius, ut statuerant, circumduci. Vix pontifex verba finierat, et motum continuo feretrum tanta facilitate levatum est, acsi oneris aliquid habuisset nunquam; relataeque in aedem novam per episcopos et abbatem reliquiae venerabiles, in eo quo nunc coluntur loco cum summo honore[y] sunt[z] et reverentia conditae. Denique pallium, quod supra sarcofagum reppertum supra diximus, hodieque super[a] altare ecclesiae incorruptum perseverat. Sic per

a) *modo* prę, prae, *modo* pre 1. 2, *semper vero* preter 1. b) *pergit* 2. c) hominibus 3. d) usque *bis scr.* 1. e) est edif. 3. f) delapsa 1. g) iam — defossum pertemp *des., folio exciso,* 2. h) Mogontie 3. i) *deest* 3. k) Bonifatio 3. l) beat. viri 3. m) reperte, *et ita raro* e *pro* ae 1. n) solum eius 3. o) propter 3, *ubi* in sua pr. *in loco raso.* p) ceperund *add.* 3. q) dom. meus 3. r) m. d. 3. s) ante *post corr.* post 3. t) prolato 1. 3. u) diutissimae 2. v) eaque nichil. 3. w) spatium 2. x) favore 3. y) *sequentia usque ad c. 6. des. 2, tribus foliis excisis.* z) et rev. sunt 3. a) supra 3.

1) Asuerus abbas primo occurrit a. 762, Aug. 13 (Reg. Imp. I, nr. 93), obiit a. 804. Cum vero Wandalbertus in Commem. (infra) eum 45 annis sedisse dicat (itemque Catal., SS. XIII, p. 302), eum a. 759. institutum esse, probabile est. 2) Cf. Commem. (infra). 3) Basinus Spirensis episcopus minime a Bonifatio ordinatus est, qui non ante a. 760, Aug. episcopatum suscepit. Cf. Oelsner, 'K. Pippin' p. 358, n. 4. De Megingandi ordinatione v. supra p. 58, n. 5. 4) Inter a. 768—782. hoc factum est, probabilius vero non multo post a. 768.

longioris aevi tempora vestis illius integra manet, cuius apud Deum merita semper indefecta perdurant. Consummata in omni opere suo basilica, et[a] memoria sancti viri ut oportebat ornata, coeperunt miracula ibi beneficiaque divina subinde cumulari; de quibus hinc aliqua, si possim, temptabo perstringere, quid sub quo gestum fuerit abbate ordine servato commemorans.

2. De vino quod excrevit in cupa sub Asuero abbate.

Asueri, qui primus coenobio Prumiae[b] praefuit, tempore forte accidit, ut assolet, ex terrae sterilitate, minorem in Gallicis regionibus vini copiam provenisse. Iamque novae vindemiae tempora propinquabant, et clericis in cella viri sancti[c] degentibus una solummodo vini cupa supererat. Ea cum coepisset expendi, et cotidie cum eisdem clericis, tum hospitibus, quorum ibi frequentia non minima semper existit, ex ea pocula preberentur, spatio novem sive octo dierum transacto, cum vix media eius parte vel tertia vinum contineri putaretur, repente in ea ad summum usque reppertum est excrevisse, ut subiacens quoque pavimentum vino excrescente fuerit madefactum. Et merito, quoniam vir beatus hospitalitatem proprie et sincere quoad vivit exercuit[1], actum est, ne vel ipsis servientibus vel hospitibus qui supervenirent unde vinum ministraretur deesset.

3. De vino quod aperto cupae cuniculo mansit.

Et ut miraculum simile subdam, quodam tempore, cum cellararius[d] loci nomine Horduinus[e] imminente iam noctis quiete vinum de cupa quadam hausisset, casu contigit, ut cupae cuniculum, aliud forte meditans, infirme clauderet et abiret[f]. Cumque sequenti die regressus ad eandem cupam venisset, cuniculum quidem apertum invenit et ante illum ductam aranei telam, sed ita vinum in cupa steterat, ut ne unius quidem guttae de ea lapsae indicium in pavimento repperiri valeret.

4. De servo Widonis cuiusdam claudo et sanato.

Per idem tempus, cum ad locum Widonis cuiusdam de nobilibus servus claudicans advenisset, meritis sancti viri sanatus, ecclesiastico se servitio, permittente suo domino, mancipavit, ac non post multum temporis presbiter factus, adhuc cum haec scribebantur in hac vita supererat.

5. De quodam Freculfo mente capto.

Sub eodem Asuero quidam maior regiae villae quae non longe posita Wasalia[2] dicitur, Frecholfus nomine, mente captus, cum esset a suis ad venerandam memoriam deductus, mentis sanitatem recepit.

6. De Waltario homine nobili daemoniaco.

Waltarius[g] quidam homo[h] secundum saeculum nobilis, qui nunc usque superest, cum vexationem gravissimam pateretur et indubie spiritu daemonico ageretur, insutus corio, ad venerabilem tumulum est deportatus. Ubi cum aliquamdiu iacuisset, protensis manibus, se ipsum suaque omnia sancto Goari magnae vocis professione subiecit et optimam insuper vineam dedit, quae nunc usque in eiusdem cellae possessione perdurat, continuoque ea quam diutissime[i] passus fuerat amentia caruit. Is hodieque, licet in libertate propria maneat et interdum avaritiae aestu succensus, ut a multis incusatur, aliena quoque diripiat, servum se tamen sancti Goaris et ab eo sanatum esse, voce liberrima protestatur.

7. De Reginario, eiusdem Waltarii patruo, pro superbia punito.

Eiusdem Waltarii patruus nomine Reginarius, homo licet nobilis, moribus tamen et actu crudelitati atque avaritiae subditus, cum locum sanctum sperneret et omnes Romanae[3] nationis[k] ac linguae homines ita quodam gentilicio odio execraretur, ut ne videre quidem eorum[l] aliquem aequanimiter vellet ac, si quos forte ex eadem familia comprehendere potuisset, crudeliter nonnumquam adficeret. Cumque eodem stulto odio et animo barbaro venerabilem Asuerum eiusque nonnullos monachos detestaretur, casu ipso abbate in cella degente, per locum coactus est itineris necessitate transire; et cum iam ecclesiae propinquasset, rogat servum qui comitabatur, ut, si possit[m], ea se via ducat, qua conspectum basilicae Goaris Romanorumque hominum, Asueri scilicet abbatis et eius comitum, praesentiam valeat declinare. Tanta[n] eius animum innata ex feritate barbarica stoliditas apprehenderat[o], ut ne in transitu quidem Romanae linguae vel gentis homines, et ipsos quoque bonos viros ac nobiles, libenter aspicere posset. Promittit servus, posse se quod petebatur implere. Ut ergo itineris aliquantulum confecerunt, et ad ipsum monasterii basilicaeque locum perventum est, monet dominum[p] servus, si conspectus eorum quos horreat vitare velit, brevissimo tempore pallio caput operiat. Ille cum e vestigio quod monebatur implesset et extra loci spatium processisset: 'Modo', inquit servus, 'retro cave ne[q] respicias, nam[r] aliter eorum, quos ut posses declinare petisti[s], conspicies neminem'. Vix ea servus impleverat, confestimque et sub eodem pene momento praedictum Reginarium ventris apprehendit effusio, nec magna mora secuta[t], post pacuissimos dies vitam finivit. Ita qui stultissimo, immo superbissimo animo loci venerandi virorumque bonorum conspectus horruerat, iusto Dei iudicio et luce mortalibus communiter attributa et vita caruit.

a) et — ornata *des.* 3. b) Prummie 3. c) Dei 3. d) cellerarius 3. e) Horduuinus 3. f) habiret 3. g) *pergit* 2; Waltharius *h. l.* 3. h) *deest* 2. i) diutissimae 2. k) nationes 3. l) al. e. 2. m) posset 2. n) enim *add.* 3. o) apprehenderet 2. p) s. d. 3. q) *deest* 1. r) non *add.* 3. s) pecisti 2. t) secutus 2.

1) Cf. Wandalberti Vit. S. Goaris c. 5, Mabillon, Acta II, p. 282. 2) Oberwesel. 3) Id est Gallicanae. MAB. Asuerus enim eiusque monachi ex monasterio S. Faronis Meldensi a Pippino asciti sunt; cf. dipl. 'Mittelrhein. UB.' I, nr. 16 (Reg. Imp. I, nr. 93); Oelsner l. l. p. 19.

8.[a] De piscibus in festivitate sancti Goaris divinitus datis.

Iul. 6. Cum ad festivitatem beati[b] Goaris quodam anno ex monasterio Prumia Asuerus[c] abba venisset[d], unaque ex monachis nonnulli, accidit, ut propter Rheni fluminis inundationem pisces, qui abbati et fratribus possent ministrari, deessent. Cumque iam ipse sollemnitatis dies illuxisset, et ante ecclesiam mane pauci e[e] fratribus residerent, Ansegilus quidam bonae vitae monachus[f] una residens, per iocum locutus[g], ait: 'O beate Goar, ecce quam bonus es mercedis recompensator; nos tibi servimus et in vigiliis atque psalmodia[h] tuae festivitatis gratia laboramus, hodie ne unum quidem nobis quo reficiamur pisciculum prebes'. Vix haec ille verba finierat, et non post longum temporis[i] intervallum in vasis[k] ex vimine salicum ad piscandum paratis, quae nuper a piscatore de quadam arbore in praeripio[1] fluminis suspensa, excrescente postea flumine, in aqua remanserant, duo non modici pisces, quos vulgo seluros[l] dicimus, repperti sunt atque in praesentiam[m] fratrum eo quo consederant[n] loco delati. Hoc autem pisce causa infirmitatis abba non utebatur. Tum ille qui et prius: 'Pro nobis', inquit, 'nunc bene egisti, pisces nostrae refectioni providens, sed illum senem abbatem tuum neglegere non debebis[o]; non enim his ille poterit uti'. Haec monachus; et modico tempore lapso[p], cum a molendino farinam navicula pistor deveheret, piscis quem lucium vocamus navem[q] saltu ingressus, comprehensus est a pistore et in consessu monachorum — necdum quippe de[r] loco surrexerant — expositus. 'Nunc', inquit monachus, 'integrum[g] munus, beate Goar, implesti, cum et nobis et seni tuo alimenta congrua providisti'. Res mira ludentis potius quam rogantis voces tam facile exauditas! Sed haec meritis beati confessoris non sunt dissimilia, quoniam, qui in carne vivens indigentibus sua pro Christo tribuerat et hospitum[s] refectionem gratam semper habuerat, merito post obitum quoque potuit sibi servientibus talia procurare. Nam quantum apud divina iudicia meritum habeat virtus hospitalitatis, quam vir beatus singulariter dum vixit excoluit, quantumque reverentiae loco illi in quo beata eius membra quiescunt sit omni tempore dependendum, testantur ea quae vel illum[t] frequentantes divino beneficio consecuntur vel neglegentes et aliqua dissimulatione pretereuntes divino nihilominus iudicio patiuntur; quod ipsum manifestius exempla subiecta monstrabunt.

9. De Heriwino comite flagello divino commonito.

Comes quidam nomine Heriwinus, cum per locum transiens declinasset et, licet a suis, ut oraret, admonitus, pro festinantia itineris distulisset, non longe profectus, de equo cecidit, gravissimoque lapsu contritus, ad ecclesiam suorum manibus reportatur; ibi brevi decumbens, apud memoriam venerandam sanitatis est beneficium assecutus.

10. De Eufimia abbatissa similiter emendata.

Eodem modo abbatissa nobilis ex urbe Mediomatricorum Eufimia[u, 2], cum iter agens illuc devenisset[v], nec oratum ut omnes consueverant descendisset, paulo post de equo cecidit, et effracto crure, quae sponte noluerat, ad ecclesiam portatur invita, et sanitatem, quam suo perdiderat, merito beati viri recepit.

11. De imperatore Carolo ob dissimulationem[w] periclitato.

Neque dissimilis meritorum eius potentia in[x] puniendis monendisque etiam regibus extitit. Nam[3] 790? Carolus[y] excellentissimae memoriae imperator augustus a palatio suo, quod in praeripiis Rheni fluminis ab[z] ipso constructum Ingilinheim[a] dicitur, quodam tempore navigabat in castellum quod situm est super confluentem Mosellae et Rheni[4] descendere, ibique disponens nocte manere, sequentibus eum in singulis navibus filiis Carolo atque Pippino. Cumque ad monasterium confessoris[b] sancti imperator navigio pervenisset, obvius illi factus abba Asuerus rogat, uti ad beatum Goarem exire et in cella eius caritatem, ut verbo usitato loquar, facere debeat. Negat suam praesentiam imperator, et post se conversus, manu cognomini filio annuit, ut navim ad ecclesiam oraturus egrediatur; ipse proposito tendit[c] itinere. Egresso ad terram augusti filio, alter eius filius Pippinus, qui post fratrem navi veniebat, putans patris esse navim, quam litori videret appulsam, egressus et ipse est fratrique nesciens in ecclesia sociatus. Ibi, quod inter eos graves aliquamdiu simultates et inimicitiae fuerant, inspirante superna clementia et opitulante confessoris sanctissimi merito, in fraternam concordiam et foedus amicitiae coierunt. Cibo deinde potuque sumpto, alacres et laeti ad locum supra nominatum, quem cum patre petere coeperant, omnibus suis incolumibus, pervenerunt. Imperator vero[d], qui, filiis egressis[e], solus cum suis in navi remanserat, cum ad praedictum locum tendere vellet[f], coorta repente densissima nube, et nebulis tenebrosissimis subsecutis, ita in flumine deerravit, ut neque ipse neque comitum[g] quispiam, sed neque navis gubernator, quo tenderent quove navim agerent, ullatenus scire vel videre valerent. Sic per reliquum quod supererat diei in pelago fatigati, vix, postquam suam culpam imperator agnoscere et beato Goari supplicare coepit,

a) *numerus deest h. l. etiam* 1. b) sancti 1. c) Aesuerus *h. l. etiam* 2. d) venissed 2. e) de 3, *ubi* m. p. de fr. *in loco raso.* f) mon. una res. *des.* 3. g) *deest* 3. h) spalm. 2. i) tempus, s *e corr.* 2, *ubi* int. *deest.* k) vasi 3. l) selures *corr.* silures 1; se *in loco raso* 3. m) presentia 3. n) sederant 2. o) debebis *corr.* debes 1. p) lapsa 3. q) navim 3. r) de l. *des.* 2. s) hospitium 1. 3. — refectionemque 1. t) freq. illum 3. u) Eufemia 3. v) devenissed 2. w) dissimulatione 2. x) impun. 2. 3. y) Kar. *h. l.* 2. z) *sequentia des., folio exciso,* 2. a) Hengilinheim 3. b) s. c. 2. c) tetendit 3. d) *pergit* 2. e) egressus 2. f) let *erasum* 2. g) eius *add.* 3.

1) Id est in loco ripae proximo; quo vocabulo Wandalbertus iterum c. 11. et 28. usus est. MAB. 2) Abbatissa monasterii S. Petri Mettensis, quae occurrit in diplomate Karoli Magni a. 781, Reg. Imp. I, nr. 236; cf. Rettberg I, p. 511. 3) Sequentia a. 790. facta esse, coniecit Mühlbacher, Reg. Imp. I, p. 204. Cf. Simson, 'Karl d. Gr.' II, p. 475. 4) Confluentiam.

multa iam die et ingruente nocte in continentem egressi sunt, tribus tamen aut paulo amplius a loco in quem proposuerant egredi milibus, ubi et ea manere nocte non sine rerum necessariarum inopia compulsus est imperator. Factoque die, publice testatus est, sui esse peccati et meriti, quod periclitatus in flumine, quod a commoditate itineris et apparatu regiae mansionis sit longissime disparatus; non frustra sibi haec accidisse, sed beatum Goarem poenas pro contemptu[a] meritas repetisse, seque[b] supplicia expendisse merentem. Vovere se et firmissime[c] polliceri, numquam locum viri[d] sanctissimi ulla quamvis magna itineris festinantia, si ad eum in vicino veniat, declinaturum, quem tali incommodo sit expertus posse de his qui se neglegendum putaverint expetere quam voluerit ultionem. His votis, ad cellam viginti libras argenti et pallia oloserica duo misit, nec deinceps omni vita sua quod voverat aliqua ex[e] causa neglexit. Denique is qui tum regiae navis gubernator fuit nunc usque superest reique gestae indubitabile testimonium perhibet. Nec inmerito regum illi fides et devotio subiacet, qui pro Christo non solum magnos et appetibiles, sed omnes penitus mundi honores et caducas dignitates contempsit, et cum posset[f] episcopus fieri, noluit[1] potiusque in humili statu manere delegit quam honorum fascibus praegravari. Quanquam in christianis principibus haec circa servos Dei affectio tam sit spontanea et devota, quam se noverunt tanto magis Deo gratiores fore, quanto qui ad tempus elevari per tumorem maiestatis regiae poterant, eligunt servis Christi humili se mente summittere.

11. De regina Fastrada ibi sanata.

Eiusdem principis coniunx[g] Fastrada cum vehementissimo dentium dolore torqueretur et ad locum ob remedium eius doloris oratum venisset, continuo ut supplex facta est incommodo caruit[2]. Ob quam rem data est ab imperatore villa quae Nasonia[3] nuncupatur, et in iure loci hactenus retinetur.

12. De eo qui ambulans super glatiem periclitatus est et salvatus.

Per idem tempus accidit[h], Rheni fluminis aquam nimio frigore congelascere[i], ita ut incessus quoque quorumlibet animalium et vehiculorum ferre valeret. Erat[k] quidam regiae villae colonus quam supra[4] Wasaliam[l] diximus appellari, cuius vinea haud[m] procul a monasterio vineis beati Goaris coherebat; et[n], ut nonnumquam evenit, hac ille occasione solebat interdum particulas aliquas earundem praeripere vinearum et suae fraude[o] humani ingenii sociare. Is cum die quadam super glatiem fluminis ambularet et ad eius medium prope venisset, repente in multiplices partes per latissimum[p] fluminis spatium glaties est resoluta, atque ille glatiei fractae superincumbens, secundum flumen ferri tremens et anxius coepit. Erat res summi periculi et desperationis extremae[q], hominem vi[r] fluminis rapidissimi atque[s] latissimi fragmento glatiei tenuissimae ferri, nec esse remedii quicquam, quoniam, illi quemadmodum humano auxilio subveniri posset, erat omnino nihil. Tum ille, cui evadendi periculum nec spes ulla nec aliquod[t] consilium superesset, divinae solummodo misericordiae supplicare et beati[u] Goaris merita in sui liberationem exposcere magnisque vocibus veniam et auxilium flagitare. Ad ultimum, cum salutem penitus[v] desperasset, eductam manicam de manu proiecit, respiciensque basilicam, vineam suam sancti viri dominio tradidit. Nec mora, acta virtute divina glaties instar naviculae ad litus evexit hominem et incolumem in[w] continentem exposuit. Qui mox vineam, de qua diximus[x] supra, ecclesiae mancipavit, in cuius nunc etiam iure perseverat. Sic beati confessoris meritum hominem et pro culpa quemadmodum oportuit castigavit et anxium de periculo mirabiliter eripuit[y].

13. De quodam Isanhardo[z] procuratore villae regiae caeso et sanato.

Isanhardus[z] fisci regii procurator, cum inique multa contra familiam beati Goaris ageret, visitatus ab illo per somnium est et post increpationem severissime caesus, ita ut die postero gressu non valens incedere, navi ad ecclesiam duceretur. Ubi aliquamdiu decubans, integram sanitatem, excepto genitalium pondere, meruit. Quae etiam[a] infirmitas indubitanter causa salutis illi relicta cognoscitur.

Haec[b] inter alia quae compendii causa suppressi temporibus Asueri abbatis[5] divina in loco virtute et confessoris beati merito provenerunt. Diebus vero Tancradi[c, 6], qui Asuero feliciter ex hac vita subtracto in regimine monasterii[d] Prumiae[e] simulque Cellae Sancti Goaris successit, haec quae, superna misericordia tribuente, subicere cupio contigerunt, quae et illi quibus referentibus horum notitiam attigi maxima ex parte coram positi aspexerunt.

14. De nimia rivuli exundatione et turriculae salvatione mirabili[d].

Accidit aliquando, ex pluviarum copia subito rivulum quem Woccaram[f] nominari in libello priori diximus[7], adeo exundasse, ut in magnam molem exurgens, obvia quaeque non sine periculo et damno

a) comt. 2. b) sed 2. c) firmissimę 2. d) *deest* 2. e) ex c. *des.* 2. f) possed 2. g) coniux 2. — Frastrada, r *exp.* 3. h) ut *add.* 2. i) congelescere 3. k) Eratque 3. l) Was||saliam 3. m) haut 2; aut 3. n) coh. quod et nunquam ev. 3. o) fraudae 2. p) latissimi 2. q) extraemae 1. r) in 1; *in loco raso* 3. s) ac 3. t) aliquando 2. u) cepit *add.* 3. v) poenitus 2. w) in cont. *des.* 3. x) s. d. 2. y) eruit 2. z) Isnard. 2. a) aetiam 2. b) H *littera init. deest* 2. c) Tankrad. *semper* 3. d) *deest* 2. e) *ita omnes codd.* f) Wocaram 2; Wohcaram 3.

1) Cf. Wandalberti Vit. Goaris c. 23—25, Mabillon Acta II, p. 286 sq. 2) Hoc factum est inter a. 783. et 794, Aug. 10, quo tempore Fastrada uxor Karoli fuit. 3) Nassau. A. 790, Iun. 9. dedit Karolus rex abbatiae Prumiensi *res aliquas . . . . per loca denominata Nasongae* etc., 'Mittelrhein UB.' I, nr. 35; Reg. Imp. I, nr. 298. 4) C. 5. 5) A. 759?—804. 6) A. 804—829. 7) Vita Goaris c. 4, Mabillon, Acta II, p. 282.

multorum eruerit. Quippe cum exundare primo coepisset, incertum quo obstaculo a cursu suo prohibitus, descendentibus ex concavitate montium aquis, in tantum excrevit, ut ad ultimum ruptis obicibus profluens, etiam grandes et firmissimas domos a fundamentis erutas[a] in Rhenum vi sua deiecerit. Quo in tempore res miraculo digna provenit. Nam in quadam earum quae erutae sunt domorum[b] turricula, de qua signa penderent, stabat extructa, quae nunc usque tecto ecclesiae superposita manet; quae cum multo[c] infirmioris esset structurae quam domus ipsa, in qua parabatur, et aquis supervenientibus ad medium ferme cursus impetum esset obvia facta, penitus tamen inlaesa duravit; quodque maioris miraculi fuit, domus in qua stabat integris compactisque inter se parietibus eruta, neque secum illam trahere potuit, et qua eam sui apertura et solutione transierit, nullus hominum deinceps scire vel deprehendere valuit. Denique postquam agmen illud aquarum preteriit, in imo eius turriculae duae cum oleo ampullae reppertae sunt, quas qui hominum posuerit vel unde provisae sint, nunc usque nescitur.

15. De muliere quadam Scotticae[d] nationis ibi sanata.

Mulier quaedam de natione Scottorum[e] nomine Brigida debilis gressu a parentibus suis et civibus ab Urbe redeuntibus aegra ibi relicta est. Et cum aliquantulum ibi temporis transegisset, sub die sollemnitatis annuae, astante plebis multitudine, sanata est et erecta[1]. Iul. 6.

16. De ancilla cuiusdam Hadebaldi[f] bis sanata.

Item Hadebaldi[g] cuiusdam noti hominis ancilla, quae et caeca esset et muta, ad memoriam venerandam populo teste sanata est. Sed cum, his agnitis, dominus, qui infirmam miserat, ad suum servitium iam incolumem revocasset, mox in illam prior debilitas rediit. Coactus itaque evidenti miraculo eius dominus manumissam ad locum reverti fecit; nec multo post sanitas, quae collata ante fuerat, sed[h] temeritate hominis praepedita, correcto domino, ancillae est restituta; quae et reliquum vitae suae in eodem loco peregit. Denique adhuc ibi soror eius degit et certissima rei gestae testis assistit.

17. De alia caeca.

Per idem tempus et alia mulier caeca sub abbatis Tancradi praesentia visum recepit, pluresque ibi postea vixit annos.

18. De cuiusdam ancillae filio parvulo caeco et muto.

Quodam item tempore, praesente eodem abbate cum populo, quaedam ex ancillis monasterii filium parvulum, qui ab ortu caecus manebat et mutus, ad ecclesiam deportavit; quam ut est puer[i] ingressus, continuo cum matre loqui et basilicae picturas ei digito coepit ostendere. Mirata rem[k] mater, sed propter repentinum eventum insperati miraculi non est ausa publice[l] quod viderat confiteri. Quae mox ut est domum regressa cum parvulo, confestim in illum debilitas pristina rediit, ut palam fieret, non debuisse matrem quod divino sibi beneficio collatum esset silentio premere. Itaque causam illa pertractans culpamque intellegens, arreptum festine filium ad ecclesiam retulit et rem omnem ut se haberet abbati et populo patefecit. Nec dilatum est diu beneficium, cui ad horam fuerat impedimento timiditas matris, sed ut illa finem narrandi fecit, incolumitatem ilico puer optinuit.

19. De muliere clauda ex urbe Mogontiaco.

Ex urbe Mogontiaco[m] ad festivitatem beati Goaris mulier clauda posito[n] coram abbate Tancrado venit, et cum in vigiliarum die vespertini psalmi[c] a clero complerentur, sanata est. Iul. 5.

20. De figulis ob contemptum[o] punitis et infante liberato.

Sed ut ea nunc quoque commemorem, quibus palam fiat, qui beati viri meritum et reverentiam contemnere aliquatenus praesumpserunt, quemadmodum vel[c] emendati sint vel puniti: Quodam tempore cum per Rhenum flumen quidam figuli ollas praetio distrahendas in navicula veherent, accidit una cum illis feminam quandam fidelem cum parvulo filio adverso flumine navigare. Cumque ad monasterium ventum esset, rogat mulier comites, uti aut omnes oratum in ecclesiam pergant, aut, si id nolint, appulsa litori navicula, se in continentem exponant paululumque in loco certo sustineant, donec possit ipsa ab oratione reverti. Egressa itaque[p] sola pergit oratum, relicto in navi cum comitibus filio admodum parvulo. Illi, deducta in superiorem locum navi, cum eam aliquamdiu sustinuissent, moras eius non ferentes, abducta navi, iter propositum persequuntur. Sed ultio divina mox consecuta est, qua manifestum fieret, non debuisse illos vel abeunte illa oportunitatem orandi neglegere vel finem[q] sustinendi moras eius praesertim breves contemnere. Nam cum adverso flumine navim agentes contra eum locum venissent, ubi ex latentium sub aqua saxorum voragine et undarum conlisione rapidissima gravia sepe navigantes discrimina patiuntur, qui locus in flumine ab ecclesia beati Goaris passibus fere centum aut paulo longius abest, rapta submersaque navicula, perierunt. Sed inutilis esse non potuit[r] devotae mulieris oratio, cuius etsi comites aqua submersit, filium tamen divina virtute salvatum et merito sancti protectum nequaquam perdere valuit. Quippe illa, ut ab oratione rediens ollas super aquam ferri conspexit, intellexit quod erat, socios navemque perisse, sollicitaque pro filio, quem una perditum suspicabatur, oculos[s] cum

a) erutis 2. b) turr. dom. 3. c) *deest* 2. d) Scoticae 2. e) Scotorum 3. f) Adeboldi 2. g) Hadeboldi 2, Hadelboldi 3. h) sub 2. i) ingr. puer 2. k) re 2. l) publicae 2. m) Mogontiaca 3. n) *ita codd.* o) contemptu 2. p) igitur 3. q) fidem 2. r) poterant 2. s) occulos 2.

1) Cf. c. 31.

fletu maximo hac illacque circumtulit, sed repente videt undarum dorso sublatum parvulum ripae fluminis propinquare. Tantaque fuit miraculi claritas, ut infantem mater excipiens invenerit eum a medio corpusculi aquae superextantem litora attigisse[a], quod ne[b] virorum quidem ullus aliquando natandi peritia et viribus corporis potuit optinere.

21. De infante qui equo trans Rhenum incolumis vectus[c] est.

In dissimili causa non dissimile miraculum sub eodem tempore extitit, quod propter similitudinem rei gestae praecedenti subiunxi. Mater cuiusdam infantis fere quinquennis, cum eo qui ipsum infantem de sacro fonte susceperat, navi circa ripas tracta, per fluvium ascendebat, puerumque equo superpositum — id enim ex matre et patrono puer ipse petierat — iuxta in litore parens uterque fecerat ambulare. Tum equus ut sine rectore liber, navigantes[d] preteriens, sponte se in flumen dedit cum puero nec revocari ab aliquo potuit. Cumque saluti infantis omnes timerent, quippe quem in rapidissimum altissimumque fluvium ac latissimum equo, quem retinere nequivit, ferri conspicerent et Goaris suffragium magnis praecibus postularent, equus cum incolumi puero, tranato flumine, in ulteriorem ripam exivit. Quae res utique magno miraculo provenit, ut et equus sine rectore tantum flumen, loco praesertim propter saxa difficillimo et periculoso, transiret, et infans, qui ne in arido quidem equo sedere nosset, sine periculo ullo evaderet.

22. De Willigeldo[e] quodam daemonio[f] tradito et postea eruto.

Sed ut propositum persequar: Willigeldus quidam, qui nunc usque superest, cum vineam a matre datam de iure[g] et possessione ecclesiae sancti Goaris subtraxisset, saevo daemonio[h] est mancipatus. Diuque ab[i] eo vexatus, vineam reddidit et curari continuo meruit, ut hoc exemplo ceteri monerentur, voto parentum res iuri ecclesiae[k] mancipatas subtrahi ab heredibus filiis non oportere.

23. De quodam Wolvone presbitero.

Wolvo quidam ab ineunte aetate ibi a matre nutritus, cum postea presbiter esset, decimas, quae ex multo iam tempore ecclesiae beati Goaris agrorum iure competerent, suis usibus dolo malo conduxit. Nec magna subsequente mora, caecus et mutus effectus, ad basilicam viri sanctissimi a suis perducitur; ibi res patrimonii sui cum restitutis decimis tradidit et sanitatem, placato eo quem offenderat, meruit.

24. De negotiatore nomine Badoardo propter caesum servum mortuo.

Negotiator quidam Badoart dictus cum Rhenum navi ascenderet, unus servorum, qui illum forte offenderat, supplicium metuens, de navi prosiliit et concitus ad ecclesiam fugit. Tum ille fugitivum secutus, ab ecclesia trahere coepit, prohibente fieri et nomine beati[l] Goaris rogante simul et comminante monacho Herirado[m], qui praesens forte residebat, quo haec ipsa referente cognovi[1]. Sed negotiator furore succensus, cum monachum rogantem aeque minantemque[n] contemneret, pro foribus ecclesiae ad contemptus augmentum tractum ab altari servum cecidit. Nec multum spatii intercessit, et ut cuius arbitrio paruisset[o] quemve contempsisset agnosceret, inmundo spiritui traditus, brevi vitam nimiis cruciatibus extortam finivit.

25. De cuiusdam Humfridi servo a vinculis mirabiliter soluto.

Item Humfridi cuiusdam clerici ecclesiae servus, cum pro culpa in dominum commissa a tergo vinctus brachia[p] traheretur et supplicia, quae sibi inferenda sciret, animo perhorresceret, quoniam aliter domini praesentiam subterfugere non valebat, ecclesiam respexit et ad eam se cum prece tacitus inclinavit. Res digna miraculo! Confestim vincula, quibus ligatus ducebatur, dicto citius laxata sunt et soluta, exutusque vinculis servus ad ecclesiam sese proripuit, nec repetitus a domino, offensam[q] suppliciumque vitavit. Tantum apud omnipotentem Deum supplicatio tacite viro sancto fusa convaluit, nec passus est Christus eum[r] manere ligatum, qui necessitate et animo ad sancti altaris auxilium confugisset; ut hinc quoque daretur intellegi, quantum intercessio illius ad animarum solvenda vincula praevaleret, cuius invocatio tanta facilitate ligamenta corporis dissolvisset.

26. De abbate Maximino ob dissimulationem[s] periclitato, sed salvato.

Quodam tempore, abbate Tancrado in cella posito, Maximinus monasterii Sancti Gereonis[2], quod apud urbem[r] Agrippinam, quae nunc Colonia dicitur, situm est, abba a provincia Vangionum ex vindemiis cum onusta vino navi et non paucis comitibus descendebat, et cum iam Sancti Goaris monasterio propinquasset, suadetur a sociis, uti, appulsa in continentem navi, oratum ad Sanctum Goarem ascendat. Ille moras sibi non necessarias hac in re fieri dicere, fore oportuniorem tempore alio orandi occasionem. Sic dehortatis comitibus, propositum iter persequitur. Sed non inpune illum ultio divina transire permisit. Quippe, ut in conspectum cellae navis acta pervenit, repente ex maxima sui parte demersa, lapsisque in aquam quae gestaverat vasis, praesentis iacturae et periculi metum cunctis incussit. Clamare

a) attigisset 2. b) nec 3. c) evectus 2. d) navigantens 1. e) Willigelmo *h. l.* 1. f) daemoni 2. g) iurae 2. h) demoni 2. 3. i) vex. ab eo 3. k) ecclaesiae 1; aeccles. 2 *semper fere.* l) *deest* 1. m) Herirardo 3. n) rog. aequanimiter 2. o) paruissed 2. p) brachiis 2. q) offensa 2. r) *deest* 2. s) dissimulatione 2.

1) Cf. prologum l. II. 2) Hic solo hoc loco occurrit, sed temere eum Rettberg l. l. I, p. 542. in dubium vocavit.

omnes et auxilium lacrimabiliter implorare[a], culpam abba confiteri et Goaris meritum exorare. Rem abba Tancradus ex loco superiori conspiciens et, quanto in periculo versarentur cuncti, considerans, suos e vestigio mittit, mandat subsidium laborantibus ferri. Deducuntur continuo naves, et subsidium modis quibus erat possibile ministratur. Ita cum abbatis auxilio et sudore multorum, tum maxime beati Goaris opitulatione recuperata navi, vasisque receptis et opibus, incolumis ad litus abba progreditur. Egressus[b] navim[c], oratum festinat, persuasum sibi perenniter adfirmans, ne locum tanti viri meritis insignem facile umquam sine supplicationis munere transeundum existimet[1].

27. De quodam Fresone similiter prope periclitato.

Consimili prope eventu cum quidam ex Fresonum gente negotiator navem[d] circa ripam ulteriorem ageret neque litori in quo monasterium situm est propinquare disponeret, ubi ad scopulos illos de quibus supra diximus[2] navis acta pervenit, subito rapta et in gurgitem undarum violentia tracta, praesenti cunctos discrimine perculit. Sed cum dominus navis Goaris sepe nomen et meritum iterans subsidium expetisset, in portum continuo navis inlaesa devehitur. Ille ut continentem attigit, oratum perrexit ac pro salutis[e] munere vestem olosericam venerandae memoriae tribuit; quae etiam vestis postea ab eo qui haec mihi retulit Teodrado[f] clerico ad Prumiam monasterium est delata.

28. De negotiatoris servo ex aquae periculo mirabiliter eruto.

Rem illaturus sum praecedentibus quidem[g] non omnino dissimilem, sed quae miraculi aliquid amplius habeat, et cuius tot sint pene fidelissimi testes, quot loci ipsius habitatores tempore quo gesta est esse potuerint. Negotiator ex supradicta Fresonum gente navim[h] per Rhenum flumen agebat et, ut moris est, quia adverso flumine navigabat, fune a suis navim[h] circa litus trahendam curaverat. Cumque iam cellae vicinia attigisset, monetur a suis aliisque in fluminis praeripio consistentibus, uti ad orandum navim egredi debeat. Ille sibi eius tunc rei copiam non esse dicere, impediri mora propositum cursum, nec se posse nisi continuato navigio quietis congruum locum attingere. Ita animo fixo navim agit, et ipse in ea clavum regens cum uno servorum residet[i], reliqui fune navim per litora trahunt. Erat inter eos unus, qui cunctos antecedens, extrema funis dorso et ventri circumvoluta teneret. Ventum erat ad fluminis illam de qua in superioribus egimus rapiditatem horribilem, cum repente navim[h] undae violentissimae rapiunt, nec gubernatore ullo praesidio valente resistere, longissime a litore subtrahunt. Ea rapta, cum vim ferre non possent, funem qui per ripas trahebant victi relinquunt; sed is qui cunctos[k] praecesserat, tam cito explicare se fune[l] non valens, navim secutus, in gurgitem trahitur; neque id dominus navis, qui in puppi residens laborabat, animadvertere potuit. Reliqui, qui a fune refugerant, magnis vocibus navi et socio, qui sub aqua trahebatur, opem divinam et beati Goaris merita succurrere[m] postulabant. Tantaque tum aquae vis et undarum vorago fuit, ut non ante navis in cursum dirigi posset, quam longissime[n] pulsa in ulteriorem ripam non sine magno[o] plurimorum metu atque horrore exportaretur. Negotiator vero ut terram attigit, funem, qui navi coherens per aquam fuerat tractus, a servo colligi mandat; quo collecto, in extrema eius parte servus sicut implicitus fuerat invenitur. Qui diligentissime[n] contrectatus et modis variis pertemptatus, non aliud potuit deprehendi quam mortuus. Denique, adhibito plurimo stramine et igne circumcirca[p] succenso, nihil caloris penitus persentire vel aliquod vitae indicium potuit edere. Quid plura? Devehitur rursus in citeriorem ripam, ac de sola sepultura dominus eius et comites agunt; rogatur ecclesiae custos, ut ad sepeliendum mortuum loci alicuius copiam faciat. Eo optento, dum sepulturam aperiunt, interim cadaver ut vere putabatur exanime[q] in custodis ad horam mansione deponitur. Tum[r] non post longum temporis intervallum incipit recalescere et paulatim os aperire ac spiritum ducere. Dehinc totum se elevans, parum sanguinis ore reiecit, et confestim surrexit incolumis, ita ut, oratione facta et gratiarum actione ab omnibus reddita, ad ducendam sicut prius navim cum sociis festinaret. Ea negotiator ut vidit, emendatum se et pro culpa castigatum magnopere gratulans, argenti libram altari sacro persolvit, et coepto dehinc itinere, suis omnibus incolumibus[s], abiit. Viderint, quid de re huiusmodi ceteri sentiant; ego confidentissime[n] dixerim, beati viri merita tanto esse post obitum clariora, quanto sollicitius dum viveret humanas laudes et iactantiam fugerit; neque in huiusmodi signis et miraculis exhibendis cuiquam sanctorum, apostolis et clarissimis ecclesiae martiribus dumtaxat exceptis, illum inferiorem videri, quippe qui in diligendo Deo et proximo non facile quoquam illorum iudicetur inferior, quique, tametsi in vita non multis quae homines noverint miraculis claruit, sed ea quae miraculis omnibus potior est caritate clarissimus extitit; ideoque post obitum cotidie in viventium fide tot tantisque virtutibus claret.

29. De lumine divinitus in lucernis ecclesiae succenso.

Preterea Heriradus[t] monachus, qui, ut sepe dictum est, horum mihi miraculorum certissimus relator extitit et verissimus, bis se adfirmat, nullo admovente[u] extrinsecus ignem[v], lampadem, quae coram

a) cepitque *add.* 3. b) Egressis *corr.* Egressi 3. c) navi or. festinant 3. d) navim 3. e) salutes *corr.* salutis 2. f) Theodrado 3. g) q. n. *des.* 2. h) navem 1. i) residens *corr.* residet 2. k) cuntos 1. l) n. f. v. *corr.* f. n. v. 2. m) succurre 1. n) -mae 2. o) *deest* 2. p) circa *erasum* 2. q) exanimae 1; exanimę 2. r) Cum 2. s) incolumi 2. t) Heiradus 3. u) admonente 1. 3. v) igne 1.

1) Hic mos, inquit Gelenius, in praesentem diem perseverat. Quippe nefas putant locum illum praetervehere, nisi, iniecto in collum vinculo, sese sancto Goari mancipaverint. MAB. Cf. Rettberg I, p. 483.
2) C. 20.

memoria veneranda dependet, infuso divinitus lumine splenduisse; quod ipsum praesenti anno quo ista descripsimus et superiori contigisse qui interfuerunt adfirmant. Sed id suo loco[a] erit dicendum.

Hactenus ea descripserim quae abbate Tancrado in hac vita superstite facta inter alia referuntur. Nunc adiutore[b] Christo ad clarissimi patris Marcwardi[c] tempora[1], qui hoc ipsum mihi opus imposuit, servato ut proposui ordine, veniam.

30. De imperatore Hludowico[d] ibi a pedum dolore relevato.

836? Et ut haec ipsa, rerum gestarum ordine aliquantulum postposito, exordio clariori incipiam: Excellentissimae pietatis singularisque clementiae et erga christianam religionem omnium imperatorum studiosissimus Hludowicus[e], qui adhuc superna misericordia providente rerum summa potitur, cum dolore pedum vehementissimo, qua olim infirmitate vir ille, etsi non continue, frequenter tamen affligitur, laboraret atque ex palatio suo, quod in litore fluminis Rheni situm Engilinheim[f] supra diximus[2] appellari, evectione navali descenderet[3], oratum ad Sanctum Goarem exiit, vix in terram pedes prae dolore nimio ponere valens et sustentantium magis quam suis gressibus nitens. Cumque in ecclesiam pervenisset, ante memoriam venerandam humillime se ac devote deposuit et in terra stratus diutius peroravit. Ubi vero surrexit, ad abbatem[4] et clarissimum virum Gerungum, olim palatii aedilem[5], nunc monachum[6], conversus: 'Deo', inquit, 'gratias! nunc meritis sancti Goaris levamen mihi datum persentio neque eo iam cum quo huc veni dolore laboro'. Sic a memoria regressus, laetus et alacer diem totum duxit. Haec ipso abbate qui coram adfuit referente cognovi, quanquam nec ego ipse multum afuerim[g], qui pridie eius diei imperatorem praedicto dolore gravissime laborantem in palatio viderim.

31. De muliere Scottica ibi[h] a claudicatione[i] sanata.

Sed ut huic rei gestae tempore paulo superiorem subiciam: Mulierem Scotticae nationis cives ab Urbe redeuntes aegram et gressu debilem ibi reliquerunt. Ea postquam sex in loco menses egit, sub die sollemnitatis annuae, quae agitur pridie Nonas Iulii, inter vespertinos psalmos gressus sanitatem recepit[7]. Iul 6

32. De infante daemoniaco apud memoriam sancti Goaris, promissa a patre api, curato.

838. Superiori anno post ea quae de imperatore retulimus[8] accidit, ut quidam ex rusticis filium parvulum doemone plenum ad ecclesiam cum fletu et supplicatione deferret. Quem cum ante memoriam heiulans multis praesentibus exposuisset: 'Sancte Goar', inquit, 'redde nunc[k] mihi meum filium et pulso qui eum vexat doemone sana! Ego[l] tibi pro munere apim unam' — sic enim[m] vocare rustici examen apum consueverunt — 'huc protinus afferam'. Non inanis fuit simplex haec hominis rustici postulatio, sed continuo sanatum integerrime parvulum laetus et gaudens pater domum revexit. Denique examen apum, quod ut pollicitus fuerat optulit, hodieque in hortis ecclesiae permanet. Haec cum saepedicto Teodrado[n] tum[o] Ekkibaldo ipsius loci praeposito, viro sane docto atque veraci, narrante cognovi.

33. De lumine bis in lampade succenso divinitus.

838. Apr. 14. Et ut illud inferam, quod supra leviter tetigi[9]: Anno preterito in die sanctissimo paschae, cum praepositus Ekkibaldus[p] sub ipso lucis exortu missas agere vellet, itemque hoc eodem anno quo ista conscripsimus, cum idem in quadragesima missas ageret, (839. Febr. 23) et lumen ecclesiae deesse quereretur, custosque, deposita lampade ac sine igne repperta, pro eo deferendo festinaret, subito, cernentibus multis, sponte in lampade lumen accensum enituit, quod ibi crebro factum plures viri fideles qui interfuere testantur.

34. De infante claudo, muto et surdo et item puella caeca ibi sanatis.

Sed ut haec miracula rerum nuperrime gestarum narratione de praesenti concludam: Sub idem tempus quo his[q] describendis manum imposui, necdum libello edito, cum ad annuam beatae depositionis sollemnitatem magna undecumque ita uti solet hominum multitudo confflueret, nota ex vicino mulier advenit (839. Iul. 6.) cum filio fere septenni, qui ab ortu ipso claudus, mutus surdusque permanens, infelici genetrici novos cotidie luctus et dolores afferret. Hunc mater fide devota cum inter nocturnas vigilias coram sepulcro venerabili exposuisset, circa finem psalmorum matutinorum, cum canticum euangelii clerus ecclesiae caneret, infantulus lento adnisu repente surrexit ac pedibus, quos usque ad id temporis numquam terrae fixerat, astans, matrem clamore iterato vocavit. Flens prae gaudio continuo mater accurrit et filium, quem tot pressum incommodis deposuerat, ambulantem simul et loquentem audientemque recepit. Neque fuit Christo difficile pro sui merito confessoris uno eodemque tempore et possibilitatem loquendi puero et scientiam, quam maiores audiendo numquam perceperat[r], dare, cum sit ipse sapientia Sap 10, 21.

a) c. 1. 2. b) adiuvante 2. c) Marcuardi 2; Marquardi 3. d) Hluodwico 2. — ibi *deest* 2. e) Hlodowicus 2; Ludewicus 3. f) Engilinheym *h. l.* 1; Enginlinheim 3. g) affuerim 2. h) *desinit* 2, *reliquis foliis amissis.* i) cladic. 1. k) mihi nunc 3. l) egoque 3. m) eum 3. n) Theodrado 3. o) cum 1. — Heccheboldo 3. p) Heckeboldus 3. q) is 3. r) perceperant 3.

1) A. 829—839. 2) C. 10. 3) Haec a. 836, Sept. — Oct. gesta esse, coniicit Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 160. Quod sane probabile videtur, cum ex initio c. 32. appareat, hoc non multo ante a. 838. factum esse, et imperatorem a. 837. in hac regione fuisse, non relatum sit. A. 838. demum mense Nov. — Dec. ad medium Rhenum fuit, neque vero Ingelheim visitasse tunc legitur. 4) Marcwardum. 5) i. e. ostiarium; vide de eo Simson l. l. I, p. 182, n. 5. 6) Prumiensem. 7) Eadem res narrari videtur hoc capite, quae iam supra c. 15. relata est. 8) C. 30. 9) C. 29.

Dei, quae aperit ora mutorum et linguas infantium disertas facit. Tum vero omnium qui aderant mentes tanti replet stupor miraculi, tota laudem Christi conclamat ecclesia, et unius infantuli salus mirabilis multorum ad fidem corda succendit.

839 Iul. 6. Eodemque die, cum missarum sollemnia populus spectaret, et divina a sacerdote mysteria agerentur, puella, eadem prope qua praedictus infans aetate, diu caeca, quae tum a parentibus fideliter fuisset illata, 5 amissum lumen recepit. Ita gemino miraculo sub uno die et sancti viri meritum palam cunctis enituit, et praesentium fides, Christi clementia quam non desit invocantibus ubique praesens, agnovit.

Haec[a] de miraculis beati Goaris merito ostensis atque exhibitis pauca brevi et aperto quantum potui sermone digessi, narrationem ad annum 839. incarnationis dominicae perducens eaque tantum, ut in libelli huius principio adnotavi, scripturae mandans, quae relatu virorum fidelium didici, quaeque non 10 eis modo qui retulere, sed omnibus pene locum frequentantibus haberi notissima comperi. Quanquam non omnia quae ab eis ipsis quorum fidei specialiter credendum putavi relata sunt scripserim; alioquin aut modum suscepti operis excessissem, aut auditoribus longior iusto prolixiorque fuissem. Neque hoc opere facultatem aliis de his scribendi praeripui, sed et haec ipsa quae utcumque videntur a me esse proposita poterunt qui volent pro ratione dignius explanare et quae in similibus miraculis forte pro- 15 venient, exemplo a vobis, pater amplissime Marcwarde, et a me sumpto, describere. Quippe, si divina opera nobis glorificanda dignissime proponuntur, oportet, ut, non cessante virtutis divinae beneficio, etiam scribendi non cesset intentio, et donec qui explere possint existunt, litteris digna admiratione tradantur. Quare etiam vacantes pergamenas huic libello subicere placuit, ut, edito opere praesenti, futuris posthoc temporibus quae inserenda prudens aliquis aestimaverit, oportune possit inserere. 20

COMMEMORATIO[b] QUEMADMODUM ET A QUO CELLA SANCTI GOARIS FUERIT MONASTERIO PRUMIAE SOCIATA INCIPIT[c] FELICITER.

Decursis[d] iam quae de miraculis viri sancti scribenda susceperam, videtur mihi necessario paucis esse monstrandum et post editos libellos duos quodam extraliminio memorandum, quemadmodum et qua ex causa Cella beati Goaris monasterio Prumiae fuerit 25 sociata, ut omni tempore sub regimine et potestate abbatis qui ei monasterio auctore Deo praefuerit ipsa quoque esse deberet.

Excellentissimae memoriae rex Francorum Pippinus, pater imperatoris famosissimi c. 752. Caroli[e], postquam, ut omnibus prope notum est, amore Christi et uxoris suae sanctae[f] recordationis Bertradae[g] rogatu provocatus, monasterium suprascriptum construxit[1], con- 30 759? stitutis in eo monachis, qui Deo sub regulari ordine militarent, venerabilem virum Asuerum[h] regiminis praefecit officio[2]. Qui etiam eidem loco annis 5 et 40[i] felicissime praefuit. Hunc cum pro suae vitae merito plurimum coleret, eiusmodi constitutionis ei auctoritatem dedit, ut, cum iter agens ad aliquem iuris regii locum venisset, licenter quae itineris essent necessaria sumeret. Cum ergo quodam tempore iter a monasterio in Vangionum[k] provinciam 35 ageret et occasione viae ad Sanctum Goarem declinasset, ubi tum rectoris nomine praeerat quidam Erpingus[l] nomine, neque commoditatem aliquam rerum necessariarum nancisci potuisset, rem ut erat gesta paulo post principi retulit, pessimum esse dicens eo loco humanitatem hospitalitatis[m] omnem negari, ubi quondam sub beato viro singulariter virtus eadem viguisset. Pollicetur rex fore haec emendanda, cum temporis oportunitas arrisisset. 40 Itaque non multo post positus in palatio quod Attiniacum[n] vocatur, cum ad generalem 765. populi conventum simul abba Asuerus venisset, evocatum ad se princeps[o] super his quae de cella beati viri dicta ab eo fuerant commonefacit eique regendam committit[3], hortatus, ut eam congrue disponere atque hospitalitati[p], quam in ea non sit expertus, competentem efficere debeat. Haec prima fuit cellae iam dictae cum monasterio Prumia facta ex regis 45 Pippini mandato et voluntate coniunctio, quando non ipsi monasterio et[q] monachis subiecta, sed abbati tantum est beneficii ad regendum iure commissa[r]. Regnante vero post patris obitum Magno Carolo, orta est inter Trevirorum[s] pontificem tunc Weomadum[4] et abbatem Asuerum pro eadem cella contentio, asserente episcopo, eam[t] ad suae ecclesiae ius pertinere, abbate contra dicente, esse illam regis lege hereditaria possessionem, neque 50

a) *haec usque ad finem cap. des.* 3. *Sur.* b) *rubra deest* 3. c) i. f. *des. L.* d) *littera initialis* D *deest* 3. e) Karoli *L. semper.* f) *deest L.* g) Bertę *L.* h) Assuer. 3 *semper.* i) V et LX *L.*; XLV 3. k) Wangionum 3. *L.* l) Herpingus 3. *L.* m) hospitalitatis *corr.* hospitalitati *L.* n) Atiniacum 3. *L.* o) principes 3. *L.* p) hospitalitatis *L.* q) ex *L.* r) commisset *L.* s) Treverorum 3. t) ad sue eam 3.

1) Pippinus monasterium Prumiense iam a. 720. ab avia et patre Bertradae, uxoris suae, fundatum (v. chartam 'Mittelrhein. UB.' I, p. 10 sqq., nr. 8; Hahn, 'Jahrb. d. Fränk. Reichs' 741—752. p. 151 sq.) a. 752. vel paulo antea cum uxore renovavit; v. eius diplo- 55 mata, Reg. Imp. I, nr. 66. 93. 95. 96; Oelsner, 'K. Pippin' p. 17 sq. 2) Cf. supra p. 364, n. 1. 3) Cf. supra p. 363, n. 1. 4) C. 760—791.

in ea posse sibi aliquid ecclesiam vindicare, quae et sibi esset a rege Pippino commissa et in dominium[a] clarissimi Caroli[b] successionis iure[c] transmissa. Ita eis diu multumque certantibus, et re ad controversiam sepe deducta, directi sunt ex latere regis et semel et iterum ac tertio legati fidissimi et veraces, qui causam diligenter inquirerent litemque congrue terminarent; quique rem examinantes, non aliud quam quod abba protestatus fuerat invenerunt, regii scilicet[d] quam ecclesiastici iuris possessionem loci sepedicti existere. Sed cum episcopo[e] haec nequaquam sufficerent, famosissimus princeps, habito in Saxonia super fontem qui Lippia[f] dicitur generali conventu[1], sub praesentia totius prope[g] regni primatum et utriusque ordinis clarissimorum virorum rem per se examinandam[h] suscepit, omniumque qui tum adfuere iudicio[i] iurisiurandi condicio causidico monasterii tunc Ratberto[k,2] nomine est constituta, qua ille postea cum aliis duodecim firmavit, possessionem sepedictam non ecclesiae Trevirorum[l], sed dominio regio tantum competere. Hoc ergo modo re definita, et episcopo tandem adquiescente, famosissimus rex cum suorum consensu cellam sancti viri monasterio Prumiae tradidit, edito traditionis eiusdem privilegio, quo firmavit testatusque est, se pro amore Christi et elemosina parentum suorum, Pippini videlicet regis et reginae Bertradae[m], cellam ipsam hac lege iam dicto monasterio subdere, ut omni deinceps tempore rectores monasterii eiusdem eam tenere et rebus eius libera condicione in usus suorum Deoque servientium fratrum necessarios uti ac sine ulla cuiusquam contradictione quae utilitati communi competerent de ea facere et ordinare deberent, neque rebus solummodo quas tempore eodem cellae dominium[a] retineret, sed et illis quae futuris successionibus adquisisset, iure firmissimo uterentur. Haec quemadmodum sint gesta atque statuta, poterit qui volet, relecto eodem, qui hodieque in archivis ipsius monasterii integerrimus manet[3], privilegio, scire. Nobis rem breviter commemorasse suffecerit, ne id quod esset utile cognitioni[n] penitus siluisse et in hac parte circa beatum Goarem officia defuisse merito redargueremur.

782.

Denique cum haec scriberemus, sicut in regimine monasterii Prumiae, sic etiam in possessione Cellae Sancti Goaris Asuero Tancradus et ei Marcwardus vicaria mutatione successerant[o]. De abbate porro Asuero et cella sancti viri ea quae primo retulimus ita esse gesta, quidam ex senioribus fratribus non indignus fide ab eodem abbate se audisse est protestatus.

COMMEMORATIO[p] QUEMADMODUM ET A QUO CELLA SANCTI GOARIS[q] FUERIT MONASTERIO PRUMIAE SOCIATA EXPLICIT FELICITER.

a) dominum 1. b) *deest L.* c) iurae *L.* d) potius *suppl. Mab.* e) haec ep. 3 (hec). *L.* f) Lipia 3. g) regni prope 3. *L.* h) examinandum 3. *L.* i) *bis scriptum L.* k) Raberto 1. l) Trever. 3. *L.* m) Berthrade 3. n) cognitione *L.* o) successerunt 3. p) Explicit *L.*, *ubi reliqua desunt.* q) Goris 1.

1) Cf. Abel, 'Karl d. Gr.' I, p. 348 sq., qui hoc a. 782, mense Iulio factum esse demonstravit. 2) Idem Ratbertus haud dubie, qui in duabus chartis Prumiensibus, 'Mittelrhein. UB.' I, nr. 13. et nr. 43, data a. 804, Iul. 25, testis occurrit. 3) Perditum est; cf. Reg. Imp. I, nr. 244.

EX TRANSLATIONE SS. CHRYSANTI ET DARIAE.

Miraculis S. Goaris addimus excerpta ex Translatione martyrum Chrysanti et Dariae, quos Marcuardus abbas Prumiensis (a. 829—853) a. 844. Roma in aliam cellam abbatiae Prumiensi subditam[1], videlicet Novum monasterium (Münstereifel ad Erft fluvium), apportavit. Brevem relationem cum multis miraculis minus memorabilibus aliquot annis post translationem[2] conscripsit aut monachus quidam Prumiensis[3], qui Marcuardum in itinere Italico comitatus erat[4], aut, quod mihi persuasum habeo[5], ipse Marcuardus abbas.

Excerpta nostra damus ex 1) codice Parisiensi nr. 13764 (S. Germ. 1040) saec. X, olim S. Remigii Remensis[6], a V. Cl. A. Molinier collato, ubi Translatio Passioni illorum martyrum subiecta est. Ex quo codice hoc opus edidit Mabillon, Acta IV, 1, p. 611—617. Unum locum emendavimus et lectiones nonnullas annotavimus ex editione quam Floss dedit, amplo commentario praemisso, in 'Annalen d. hist. Vereins für den Niederrhein' 1869, fasc. XX, p. 172—183, ex 2) codice civitatis Luxemburgensis nr. 50, chart., a. 1448. et 1449. exarato[7].

Mabillonii editionem recudi fecit Migne, Patrol. CXXI, col. 673—684. Bollandistae, codicibus quidem usi, his vero haud dubie recentis aetatis, recensionem ab hac non diversam dederunt Acta SS. Oct. XI, p. 490—494. ***O. H-E.***

1. Expleta sanctorum martyrum passione, non absurdum videtur cupientibus scire, quemadmodum vel quibus auctoribus ab urbe Romana in Galliam translata sunt[a] corpora, certaminis eorum annectendum libello. Igitur anno dominicae incarnationis 844, imperante Hlothario augusto, filio serenissimi imperatoris Hludowici, Marcwardus abba Prumiae monasterii Romam ire disponens, memorati principis impetravit licentiam et epistolas ad pontificem sedis apostolicae Gregorium, in quibus regia conveniebatur auctoritate, ut alicuius praeclarissimi martyris corpus ei dari deberet famae caelebrioris, de cuius passione ac veneratione nullus fidelium posset ambigere. Arrepto namque iam itinere, cum comperisset, antedictum papam obisse Gregorium, aliumque pro eo constitutum nomine Sergium[8], missa ad imperatorem relatione, receptisque mox ad nuper creatum antistitem mandatis, tandem post longa itineris spatia Romam ingreditur. Susceptus denique honorifice ab apostolico papa, epistolas ei regias tradidit. Ille

a) *post corr.* sint 1.

1) Non satis constat, eam a Marcuardo ipso fundatam esse. 2) C. 25: *ita ut hodieque vicini . . testantur.* 3) Vide c. 5. 4) C. 2: *adhuc nobis in Italia positis.* Non est, cur hunc Wandalbertum habeamus. 5) Has ob causas: In c. 1. Marcuardus nullo epitheto ornanti apposito commemoratus est. Narratur ibidem, eum a Cella S. Goaris fratres cum sanctorum corporibus Prumiam praemisisse, et auctor Transl., qui in itinere Italico adfuit, ita refert de fratribus praemissis, ut appareat, eum inter hos non fuisse; remansit igitur apud S. Goarem cum abbate aut fuit ipse abbas. Denique auctor dicit c. 5: *Cum vero iam decerneremus in locum ubi nunc adorantur sanctorum deduci corpora*, quod nemo nisi Marcuardus decernere potuit. 6) V. supra p. 361. 7) V. 'Annalen' XV, p. 188. Floss, ibid. XX, p. 194, dedit varias lectiones codicis Monasterii in Eiflia, chart., saec. XVIII, aliquatenus alterati; quas prorsus negleximus. Libellus exstat etiam in codice Bruxellensi nr. 206, saec. XIII, f. 125; v. Analecta Bolland. III, App. p. 116. 8) Gregorius IV. obiit et Sergius II. electus est mense Ianuario a. 844.

844 iussis imperialibus eiusque petitionibus favorabiliter in omnibus annuens, spopondit se cuncta facturum quae suggesserat. Post haec misit ei per Marinum episcopum librum sanctorum[a] continentem passiones iussitque passionem sancti Chrisanti et Dariae litteris tradere[1], pollicitus eorum corpora se ei daturum. Constituta itaque die ad Lateranensem properat ecclesiam. Cumque iussus ad Romanum ingressus fuisset pontificem, positis in locello super altare corporibus, atque ex utraque parte stantibus clericorum ordinibus et canentibus, tradidit ei cum summa veneratione et honore praefatorum martyrum corpora, sub invocatione nominis Domini praecipiens eum circa venerationem eorum intendere, quo uterque Dei omnipotentis offensam possit effugere, ipse quidem, quod dederit, ille vero, quod datis debitam non providerit venerationem. Tradidit ei quoque[b] reliquias 46[c] sanctorum martyrum ac praecepit in tumulo eas memoratorum recondi sanctorum. Susceptis itaque cum summa veneratione corporibus, omnes praecipitans moras, maturavit profectionem. Omnibus igitur incolumibus, quinquagesimo die[b] postquam ab Urbe gressum extulerant[2], in possessionem veniunt[d] monasterii, videlicet in Cellam Sancti Goaris; ubi per biduum commoratus, ordinatis fratribus, cum venerandis corporibus praemittit eos ad Prumiam monasterium. Quorum fratres adventu comperto cum maxima gratulatione, sacris induti, festinant occurrere[e] cum candelabris et crucibus. Quae[f] vero in hoc spatio itineris miracula Dominus ad ostendenda sanctorum suorum merita declaraverit, translatione eorum peracta, expediam. Cum ingenti itaque devotione et gaudio susceptis sanctorum reliquiis, omnibusque quae tempori congruebant canentibus, 4. Nonas Iul. deferunt[g] eas in Prumiam monasterium[3]; iacueruntque in eo quo delata fuerant feretro ad dexteram altaris usque 11. Kalendarum Novembrium die, scilicet quousque pars quaedam antiqui templi complanata in spatium prolixius extenderetur[h] [et[i] locus] tumulo dignus conderetur. Quo expleto tempore, memorata die translata sunt sanctorum corpora et ab episcopo Theganberto[4] admodum religioso 8. Kal. Novembr., videlicet passionis[k] eorum die, in loco quo nunc venerantur, scilicet[l] in possessione sancti Salvatoris, in cella quae Novum-monasterium[5] vocatur, cum summo honore omniumque gratulatione tumulata; ubi[m] nunc eorum intercessionibus ad laudem sui nominis orantes Christus exaudit, sicut ex subiectis comprobatur miraculis. Sed[n] antequam illa quae post eorum tumulationem acta sunt miracula proferantur, ea quae paulo superius promisimus reddenda prius in initio videntur.

[Mai. 14. — Iul. 2. — Iul 4. — Oct 22 — Oct 25.]

2. Igitur cum ab Italia digressi ad basilicam beati Goaris gressum dirigerent, femina quaedam non ignota civibus suis, cum nimio renium teneretur dolore, audito sanctorum adventu, petiit se eorum obviam duci. Cumque, hinc inde a duobus sustentata, vix ad locum pervenisset, mox ut tetigit feretrum quo sancta vehebantur membra, omnis ita fugatus est dolor, ut, omnibus inspicientibus, libero ante gestatorium gressu curreret. Haec prima nobis sanctorum enituit virtus, licet fidelis post viri relatione comperissemus, adhuc nobis in Italia positis, simili modo eorum orationibus quandam feminam fuisse erectam.

5. Cum vero iam decerneremus in locum ubi nunc adorantur sanctorum deduci corpora, multitudo innumerabilis processit mundare vias, per quas reliquiae deducendae erant martyrum. Cum igitur quaedam succideretur arbor, quidam non praecavens casum, cecidit super eum. Cum itaque putaretur mortuus, amota arbore, ut credimus, orationibus sanctorum ita incolumis repertus est, acsi nil pertulisset lesionis.

15. Redeunte tempore, quo beatissimorum martyrum corpora in locum ubi nunc adorantur delata sunt, cum celebritas anniversarii immineret diei, inter frequentiam multitudinis, quae pene illuc innumerabilis tunc accurrebat, contigit quandam feminam a pago Tulpiacense[o] ex beneficio Odrici advenire. Haec unicam filiam iam quinquennem nomine Ermenradam . . . habens. . . . . . .

[845. Oct. 25.]

16. Nam quaedam femina nomine Bertrada ex familia beati Maximini[6] de villa nuncupante Olgisesheim[p, 7]. . . . . . .

17. Fuit item in vico qui Sinciacus[q, 8] nuncupatur quaedam femina nomine Gaminildis ex familia sancti Petri[6], cuius facies in tantum erat deformata, ut intuentibus non parvum horrorem incuteret. Ore siquidem ad aurem prope contorto, oculisque[r] transversa tuentibus, monstrum quoddam extiterat. Haec dominam suam nomine Heritrudem deprecatur ad sanctorum ecclesiam properantem, ut candelam, quam ad modum capitis sui ut pauper effecerat, secum deferret, quatinus per intercessionem sanctorum Omnipotentis miseratio subveniret eius difformitati[s]. Annuens domina precibus famulae, secum detulit quod fuerat postulata Cumque pervenisset ad locum sacratum, candelam inter sacras vigilias accendit ex more. . . . . . .

18. Alius quidam Freosbaldus nomine de Bunna, pluribus inter suos auctus pecuniis — nam instituendis mercibus operam dabat —, valida opprimebatur debilitate membrorum. . . . . . .

a) c. s. 2. b) *deest* 2. c) quadraginta 2. d) venerunt 2. e) occurre 1. f) Quae — expediam *des. cod. Bruxell.* g) detulerunt 2. h) extenderet 2. i) et l. *des.* 1. k) *deest* 2. l) scil. — cella *des.* 2, *ubi:* qui N. m) ibi 2. n) Sed — videntur *des. cod. Bruxell.* o) Tulpaciense 1. p) Ocgisesheym 2. q) Syncziacus 2. r) oculosque 2. s) deform. 2.

1) Eandem haud dubie, quae in codicibus huic translationis historiae praecedit, incipientem: *Polemius vir illustrissimus.* 2) Cum die Iul. 2. apud S. Goarem advenisse videantur, die Maii 13. vel 14. ab Urbe profecti sunt. 3) Itineris Romani huius et sanctorum Romae acquisitorum mentionem facit Lupus Ferrar. in epist. 91. ad Marcuardum data, Migne, Patrol. CXIX, col. 566. 4) Chorepiscopo Treverensi, celeberrimo scriptore, Thegano alias vocato; cf. Simson, 'Forschungen' X, p. 229. 5) Münstereifel ad Erft fl. Eos huc translatos esse, iam meminit Wandalbertus in Martyrologio v. 682 sqq., Poetae Carol. II, p. 597. Mabillon falso de Nova-cella S. Naboris cogitaverat. 6) Treverensis monasterii. 7) Uexheim (circ. Daun). FLOSS. 8) Sinzig prope Rhenum fl.

19. Fuit quidam homo item ex familia sancti Petri[1] nomine Daguinus in villa quae vocatur Albiniaca[2]. . . . . . .

20. Erat quidam puerulus ex familia beati Petri, Novi scilicet monasterii, Berefridus nomine, cuius oculos ita cecitatis repleverat caligo, ut, omnino negato lumine, ductu regeretur alterius. Adveniente itaque dominicae nativitatis die, visum est patri eius, qui ut filius Berefridus vocabatur, quatinus ad memoriam clarissimorum deduceretur sanctorum. . . . . . .

21. Non longe a possessione praestructi[a] monasterii est villa quaedam, quam antiquitas[b] Tabernam[3] voluit appellare. In ea quidam erat homo nomine Alvoldus. . . . . . .

22. Alius item de eadem villa nomine Hubaldus[c]. . . . . . .

24. Tempore quo sanctorum[d] reconditae sunt reliquiae in memorato saepius loco, erant in villa nuncupante Crupta[4] duo carnis coniuncti copula, quorum alter nuncupabatur Wilhelmus, altera Engilsuindis[e], qui a coniunctionis suae tempore usque in id tempus bona semper roborati vixerant[e] valitudine. Accidit autem praedicto[f] tempore indissimili utrosque fatigari infirmitate. . . . . . .

25. Femina quaedam ex provintia Arduennae nomine[g] Immina, ex villa quae Binuzfelt[5] dicitur, cum iam diu esset surda et muta manibusque debilis, cum ad locum sanctum, comitantibus vicinis, et permittente domina sua Teotburga nomine, oratum venisset, diem integrum commorata, mox ut regredi coepit, primo unius manus et loquelae auditusque facultatem, mox deinde alterius quoque manus et totius corporis est sanitatem adepta, ita ut hodieque vicini et affines eius testentur, numquam eam in multo retro spatio ita ut nunc sanam extitisse.

27. Est consuetudo loci, ut die[h] sollemnitatis paschalis clerici[i] vespertinum celebrantes officium ita sacris induantur, ut in[k] missarum agitur celebratione. . . . . . .

28. Villa quaedam est non longe a monasterii possessione quae Wisa[6] vocatur. Huius igitur[l] habitatores condixerant sibi omnes pariter ad locum contendere, et ut non[m] vacua viderentur venire manu, conlatione facta, vas quod cupa dicitur cervesia impleverunt, ut etiam dono muneris Deo et sanctis martyribus vota persolverent. Cum igitur iam[n] properare disponerent, consilio habito, qualitatem prius temptare voluerunt potus[o], antequam iter arriperent. Cuniculo itaque facto, nec parva quidem eo digeri potuit gutta. Verum a ministro segniter hoc putantes peractum, alio delecto, succedere fecerunt, ut terebrato cupae fundo potum educeret. Huic aliis succedentibus, cum omnis eorum penitus frustraretur labor, ad semet reversi cognoverunt, eundem potum ea nocte quae dominica dicitur confectum. Agnoscentes itaque reatum, penitudinem piaculi gerentes, votum Deo ac beatis vovere martyribus, se nil ulterius tale in ea pertemptaturos nocte ipsumque potum egenis ac pauperibus erogaturos. Mox voto peracto, omnibus egressus foraminibus potus largissime coepit effluere. Hoc pro voto egenis distributo, alioque confecto, sicut disposuerant, ad memoriam venientes sanctorum, ibique proprii reatus confitentes culpam, votisque persolutis, ad propria sunt reversi.

a) prefati 2. b) antiquitus 2. c) Humbaldus 2. d) martirum *add.* 2. e) Engilswindis 2. f) in pr. 2. g) n. I. ex v. *des.* 2. h) in d. 2. i) cleri 2. k) *deest* 1. l) itaque 2. m) *post suppl.* 2. n) *deest* 2. o) pocius 2.

1) Novi-monasterii scilicet? Cf. c. 20. 2) Elvenich prope Zülpich (circ. Euskirchen). FLOSS. 3) Vix de Tawern (circ. Saarburg) cogitandum videtur. 4) Kruft prope Andernach (circ. Mayen). FLOSS. 5) Binsfeld prope Wittlich, quod Floss p. 181, n. 14. proponit, non in pago Ardennensi situm est. 6) Vettweis prope Zülpich. FLOSS.

EX TRANSLATIONE S. SEBASTIANI AUCTORE ODILONE.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Iubente Ingranno decano, qui saeculo decimo ineunte monasterio celeberrimo S. Medardi Suessionensi, tunc ab Heriberto II. comite Viromandensi possesso, in spiritualibus, ut dicunt, praefuit, a. vero 932. *episcopus Laudunensis constitutus est*[1], *Odilo monachus eiusdem coenobii, vir ab Hucbaldo celebri scriptore*[2] *ob praeclaram eruditionem magni factus, haud paulo ante a.* 932.[3] *amplum libellum de translatione corporum SS. Sebastiani et Gregorii in monasterium S. Medardi anno* 826. *facta et de miraculis ibidem perpetratis conscripsit et Ingranno illi, tunc in Italia degenti, transmisit*[4]. *Quod opus a nonnullis viris doctis aut nullius aut parvae fidei habetur*[5], *quippe quod multo tempore post factam translationem conscriptum sit. Animadvertendum vero est, quod Odilo c.* 46. *dicit*[6], *in archivio S. Medardi ipsius tempore asservatam esse schedulam Rodoini praepositi, qui ipse corpus S. Sebastiani Roma Suessiones transtulit, ad abbatem Hilduinum transmissam,* in qua numerosa plurimum capitulatione virtutum eius insignia breviata personaliter habentur inserta. *Ex qua schedula se ea quae de miraculis narrat comperisse, et ipse Odilo satis aperte indicat*[7] *et uno loco prodidit, ubi Rodoini verba, quae ipsi minime conveniebant, temerarie retinuit*[8]. *Sed etiam de translatione Rodoinum retulisse et Odiloni, ut ita dicam, materiam narrationis praebuisse, quamvis iste hoc non*

1) Cf. Flodoardi Ann., SS. III, p. 381. 2) Qui Odiloni librum suum de vita S. Lebuini examinandum et recensendum transmisit. V. Odilonis epistolam ad eundem datam, Martene et Durand, Coll. I, p. 266; Migne, Patrol. Lat. CXXXII, col. 627. 3) Translatio S. Sebastiani prius quam Vita S. Lebuini conscripta est, quem librum Hucbaldus ab Odilone expetivit, cum suum opusculum illi transmitteret (v. epistolam laudatam), quod post a. 917. composuit. Porro Hucbaldus, quem a. 930. senem nonaginta annorum defunctum esse dicunt, minor natu fuisse videtur Odilone, quippe qui ad illum scripserit l. l.: *Non debuissetis me annorum numero aestimare, nec sapientiam canis, sed canos sapientiae reputare.* Certe inde apparet, Odilonem iam tunc senuisse. Quando Ingrannus decanatum S. Medardi adeptus sit, ignoratur; non habemus igitur unde certius de tempore quo libellus iste editus sit statuamus. 4) Vide libri prologum. 5) Breviter Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 19, n. 5, verbis 'höchst unzuverlässig' id diiudicat et ita neglexit, ut quae Odilo c. 43. de Ludovico Pio a. 827. ad S. Medardum morato retulit alto silentio suppresserit. Multo aequius iudicat Mühlbacher, Reg. Imp. I, p. 299. Bene et caute Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 188, n. 1. 6) Quod bene monitum est 'Hist. litt. de la France' VI, p. 174. Nota codicis 2 lemmate opus ipsi Rodoino attributum esse. 7) Vide verba c. 46. post locum laudatum sequentia: *Itaque tam ingenti materia victus.* Cum igitur loco prologi iam a Mabillonio castigato miretur, quomodo miracula S. Sebastiani *usque ad hanc subprimi quiverint aetatem,* hoc ita intelligendum est, quod ea tunc nondum in publicum edita esse queratur. 8) Narrat enim miraculum a. 827, nocte Dec. 10—11. actum his verbis c. 34: *Sequenti nocte opportunum tempus synaxis matutinalis advenerat, cum ecce inter legendum residentibus nobis adducitur vir quispiam Baldegerus nomine.*

indicaverit, ut credam, nullus dubito[1]. *Non minus vero certissime constat, Odilonem non solum ea quae Rodoinus succincte annotaverat multis verborum turgidorum ambagibus exornasse et ampliasse, sed etiam orationes et colloquia papae et cardinalium et legatorum Hilduini aliaque quam plurima ex ingenio effinxisse. Quare huic libello minime omnem fidem denegare*[2], *sed cautissime eum consulere vellem.*

Operi suo (c. 44*) Odilo libellulum, qui minus apte Conquestio domni Hludowici imperatoris vocatur, inseruit, quo imperator ipse narrat, quae a.* 833. *gesta sint, cum ipse a filiis apud Sanctum Medardum inclusus esset, et posthaec, cum iterum idem coenobium adiisset, quae cum Theuthero praeposito collocutus sit. Quos codicillos minime ex ore imperatoris dictatos esse, omnes consentiunt*[3]. *Immo apparet, monachum quendam S. Medardi aliquanto tempore post obitum Ludovici Pii*[4], *specie imperatoris loquentis efficta, simplicius quam callidius eos conscripsisse, non tam stili exercendi causa, ut dicunt, quam ut quae de imperatore in coenobio suo gesta sint enarraret et eius erga patronum suum S. Medardum devotionem probaret. Qui rerum a.* 833. *ibi gestarum bene gnarus, etiam ipse tunc in monasterio adfuisse videtur*[5].

Ad ea quae ex amplo Odilonis opusculo exhibenda visa sunt edenda praesto fuerunt codices:

1) Parisiensis nr. 13345 *(S. Germani* 860*), olim monasterii S. Medardi, postea saec. XVII. ex. Claudii Iolii canonici Parisiensis, mbr., saec. X. a Gondacro monacho S. Medardi exaratus*[6].

1) Atrebatensis nr.* 1071 *(*274*), olim S. Vedasti, mbr., saec. X, multis foliis evulsis mutilus*[7].

2) Parisiensis nr. 18311, *olim monasterii Resbacensis, mbr., saec. X.*

Qui cum omnes eiusdem fere auctoritatis sint, ea recepi quae duo contra tertium communia praebent. Quorum 1 *et* 2 *V. Cl. A. Molinier exscripsit, ipse* 1* *evolvi.*

Ad Conquestionem annotavi praeterea lectiones codicum:

A) Vaticani Ottoboniani nr. 3064, *mbr., saec. XI. in.*[8], *f.* 227—228′, *quem V. Cl. A. Mau exscripsit.*

B) Vaticani reginae Christinae nr. 1244, *ubi in duobus foliis chartaceis codici membranaceo agglutinatis prior pars libelluli manu saec. XVI.*

1) Sane ea res aliquid offensionis habet, quod Odilo eos praesertim viros Romanos ad translationem perficiendam egisse narrat, qui in Annalibus Einhardi ab ipso prologi loco celeberrimo laudatis commemorati sunt. Ibi vero non legit Quirini titulum superistae, nulla ibi mentio facta est Ingoaldi abbatis, cuius sedem ignoravit Odilo, cuius nomen et dignitatem vero nonnisi ex Rodoini relatione comperire potuit. Piget me plura singula afferre, hoc monuisse sufficiat: Si Odilo nullam relationem de translatione scriptam legisset, tota eius narratio tam longa, tam uber, efficta iudicanda esset. Unde enim post centum fere annos haec discere potuit? Num quis vero ita iudicaret? 2) Quod quidem iustum et aequum esset, si recte Odiloni auctori commenticia illa relatio de translatione SS. Tiburtii, Marcellini, Petri etc. attributa esset, quam multo post Odilonem effictam esse, infra demonstravimus. — Sermones tres, Migne, Patrol. CXXXII, col. 629—644, eidem sine iusta causa attribuuntur 'Hist. litt. de la France' VI, p. 175. 3) Sickel, Acta Kar., Reg. 396; Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 199, n. 3; Simson II, p. 48 sq., n. 9; Mühlbacher, Reg. Imp. I, p. 334. 4) Vide verba: *Sanctum illum locum* (S. Medardi) . . . *quem non ultra me videre, sancti martiris agnoveram revelatione.* Et extrema verba: *qui* (fratribus S. Medardi) . . . *suppremum me sciebam transmittere vale.* 5) Non video, cur Simson II, p. 62, n. 9, ei omnino fidem denegandam esse censeat. 6) Qui ad calcem operis hos versus, unum pede longiorem claudicantem, scripsit:

Gondacri monachi, martir memorande, memento,
Codice qui parvo virtutum stemmata scripsi
Laude tua, possim quo regnum scandere caeli,
Adiutus sanctis precibus, quorum iuvamine multi
Corporis ac animae captarunt munera laeta.

7) Cf. 'Arch.' VIII, p. 402, ubi falso s. XII. in. impressum est. Forte Bethmann s. XI. in. scripserat, cui tempori scripturam attribui posse, non omnino negarim. 8) Cf. 'Arch.' XII, p. 372.

exarata est, unde eam A. Mai, Spicilegium Rom. VI, p. 197—200, *edidit, a me revisam.*

Primus Bollandus opus hocce edidit, Acta SS. Ian. II, p. 278—295, *ex codice bonae notae Vesontionensis ecclesiae, prologo quidem destituto, quare nomen auctoris indicare nequivit*[1]*; qua editione pro codice usi sumus*[2]. *Ex codicibus nostris* 1 *et* 2 *Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. IV,* 1, *p.* 385—410, *novam et integram editionem paravit, minime vero Bollandiana ubique meliorem. Iam ante Bollandum Duchesne, Hist. Franc. SS. II, p.* 334—338, *Conquestionem et excerpta brevia dedit ex codice Michaelis Subleti abbatis Vindocinensis*[3]*; eadem fere ex Mabillonii editione Bouquet VI, p.* 320—326. *Illam repetivit Migne, Patrol. Lat. CXXXII, col.* 575—622. *O. Holder-Egger.*

EPISTOLA[a] ODILONIS[b] AD INGRANNUM.

Merito magnificae fidei reverendo omnique laudum praeconio efferendo Ingranno[c] omnium sub norma coenobitalis disciplinae degentium peripsema. Suscepto paternitatis vestrae minime spernendo imperio, fateor, stupens hereo. Licet enim monachile cingulum in agonia spiritualis[d] militiae professus sim, et ad omnia, tametsi difficilia imponantur, paratum me esse debere, decretum sanciat[e] regulare, ingenue tamen testor, ad exequendum quod iniungitis nequaquam me fore idoneum. Exigitis enim, ut, qualiter quove ordine agonistae fortissimi, domni scilicet ac piissimi protectoris nostri Sebastiani, virtutiferum corpus ad nos usque perlatum sit, quaeve virtutum insignia et miraculorum magnalia cunctisque saeculis ammiranda gesserit, litteris festinato alligare satagam. Grande quidem opus et sui magnitudine adeo praestans, ut humanae imbecillitatis vires excedat; quod quidem nec ipse, si, vulgo ut[f] aiunt, Homerus emergeret[4], explere posset, quanto minus ego tantillus[g], sermone imperitus et gramaticae disciplinae omnimodis expers, qui nec quidem, ut ita dixerim, ipsos aiones[5] ad liquidum addiscere valui. Si tam grande onus flebilibus humeris imposuero, ante mihi[h] sub fasce ruendum erit quam gressu aliquo libere incedendum. Oportuerat denique me tantae rei magnitudinem diu expendere et, si quid pulchritudinis huiusce materiei dignis sensibus concipere possem, prius explorare, dehinc auxiliante Domino, si facultas explorata suppeteret, quod iniungebatis arripere. Ast cum praesens habeatur is qui Italiam praeproperus haec quae scribenda sunt perferre debeat, et vestra instantia in procinctu maturandum opus expostulet, librandum est vestrae sanctitati, ut, si perficere nequivero quod iubetis, non mihi imputetis, qui tantum opus subii, sed vobis, qui subire fecistis. Neque in eo verborum falera, non eloquii venustatem attendatis. Non enim qualiter quantumve volui, sed feci qualiter quantumve potui, et licet rustice, vera tamen edidi. Ut enim egregius doctor Hieronimus[i] ait: *Tolerabilius est vera rustice quam falsa diserte proferre.* Sed mirari non desino, quomodo tot emensa[k] sydera, tam ingentia et cunctis saeculis ammiranda virtutum insignia, quae per hunc speciali privilegio semper honorandum, excolendum ac venerandum martirem suum Christus operari dignatus est, inlaudabili silentio usque ad hanc subprimi quiverint aetatem[6], maxime cum notum sit, istiusce[l] congregationis alumnos animi sapientia et faceta urbanitate semper fuisse profusos, nisi forte id recipiamus, quod et ita esse ratione non spernenda conicitur, divina miracula ex assiduitate viluisse. Et dum hoc in loco continua signorum frequentia magis magisque fruerentur, et miris semper miranda succederent, recentium copia delectati, preterita, quae et numerum ipsum transgredi dicebant, litteris alligare inofficiosum et minus utile opinantes, torpenti studio obmisere[m]. Sed Agenardus cognomento Sapiens, ea qui tempestate habebatur insignis, huius reverentissimi caelicolae mentionem in gestis caesarum Karoli Magni et filii ipsius Hludowici[n] faciens[7], inter alia, quae annotino cursu dictabat, non inoperosum duxit mortalia acta inmortali astipulatione roborare, ita dicens: *Dum haec aguntur, Hilduinus abba monasterii Sancti Dyonisii Romam mittens, annuente precibus eius Eugenio sanctae sedis apostolicae tunc praesule, ossa beatissimi martiris Christi Sebastiani accepit et ea apud Suessionensem*[o] *civitatem in basilicam sancti Medardi collocavit. Ubi dum inhumata in loculo in quo*

a) *praecedit* 2: Incipit liber de miraculis sancti Sebastiani mart. b) Oydolonis 1; Odilini 1*; Rodoini 2. c) Ingramno 1*. — Rodoinus *add.* 2. d) spiritalis 1. e) sanctiat 1; sentiat 2. *Mab.* f) *in marg. suppl.* 1*. g) *deest* 1; tantilus 2. h) mei 1. *Mab.* i) Ieron. 1*. k) inmensa 1. *Mab.* l) huius 1; istiusc̄e 2; istius sanctae *Mab.* m) omis. 1. n) Luthdovici *h. l.* 1. o) Suesson. 1.

1) Sed ipse iam p. 262. de Odilone auctore cogitavit. 2) Bollandus contulit etiam apographum non integrum Belfortii ex archivio S. Medardi sumptum et in Conquestione Chesnii editionem. 3) Qui quidem prologum habuit, non vero nomen auctoris. 4) Haec sunt verba Sulpitii Severi, Vita S. Martini c. 26. 5) Haec vox ex hoc solo loco citatur ap. Du Cange ed. Henschel s. v. 6) Et tamen auctor in fine huius libri (c. 46) ait superesse in suo cartophylacio schedulam Rodoini, plurima sancti martyris miracula continentem. MAB. Cf. praef. p. 377. 7) Einhardus in Annalibus a. 826, SS. I, p. 215; quos ab eodem scriptos esse, hoc solo celeberrimo loco traditum est; cf. Wattenbach, 'GQ.' ed. 5, I, p. 188.

allata fuerant iuxta tumulum sancti Medardi iacerent, tanta signorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere sanitatum per divinam gratiam in nomine eiusdem beatissimi martiris enituit, ut a nullo mortalium eorundem miraculorum aut numerus comprehendi aut varietas verbis valeat explicari. Quorum quaedam tanti stuporis esse narrantur, ut humanae imbecillitatis fidem excederent, nisi certum esset, dominum nostrum Iesum Christum[a]*, pro quo idem beatissimus martir passus esse dinoscitur, omnia quae vult facere posse per divinam omnipotentiam, in qua illi omnis creatura in caelo et in terra subiecta est.* De his Agenardus ita. Nunc, pater aequissime, tua benedictione donatus tuisque beatissimis meritis praemunitus, quantum ipso eximio martire iuvante divina faverit clementia, praeceptioni vestrae humilis executor parere curabo; et quia non obedire culpabile iudicatur, et quod non est posse, velle praesumere praesumptibile dicitur, malo de imperitia potius quam de contemptu edicti[b] regularis a quoquam suggillari[c].

EXPLICIT EPISTOLA[d].

RELATIO MEMORABILIS CUNCTISQUE GALLIARUM POPULIS SOLLEMPNI EAM DEVOTIONE RECOLENTIBUS PERENNITER PROFECTIVA, QUALITER BEATISSIMI SEBASTIANI VENERABILE CORPUS A HLUDOVICO[e] CAESARE IMPERATORE[f] ET AB EUGENIO SANCTAE ROMANAE SEDIS PONTIFICE CONCESSUM[g], IN GALLIIS DENIQUE TRANSLATUM ET APUD SUESSORUM CIVITATEM PERLATUM, HONORIFICE SUSCEPTUM ATQUE DEPOSITUM EST DIE QUINTO IDUUM DECEMBRIUM.

814 1.[h] Anno incarnati Verbi octingentesimo quarto decimo, divae memoriae Hludowicus[i] caesar imperator augustus, Karoli Magni filius, post lacrimanda saeculis omnibus patris fata suprema[k] totius monarchiae principatum Francorum praeiudicio adeptus, nullo adversum se opposito, compacti regni sceptris fruitus ac stemmate donatus, universis quaquaversum applaudentibus, paterno est solio collocatus. Qui cum per immensae dignitatis gloriam fascibus imperialibus praepolleret, beatarum virtutum, quibus nunquam exui praevalet, inmortalibus infulis se magnificentius exornare procuravit, praecipue memoriam ac patientiam in omni actione sua circumplexus, sed et futurorum nonnunquam praescius. Hic inter cunctos imperii sui primates, quos consilio suo asciverat, Hilduinum abbatem[1] reverentissimum, virum quoque omni probitatis genere permodestum omnique sagacitate et industria praeditum, iustitia conspicuum, sanctitate praeclarum, in tantum amavit et extulit, ut ei specialius quicquid secretius tractandum esset committeret 819. eumque archicapellanum in omni imperio suo constitueret[2]. Hic itaque venerabilis abba inter plurima quae ei augustali benignitate commissa fuerant monasteria habebat in prospectu urbis Suessorum coenobium nobile, quod Chlotharius quondam rex Francorum filiusque eius Sigebertus in honore beatissimi Medardi confessoris Christi magnis construxerant sumptibus; in quo et eius sacratissima menbra tumulaverant[3]. Huius ergo loci fratres praedictus[l] pater Hilduinus videns monastica religione pollere et ecclesiasticis eruditionibus assuescere congratulans, eorum plurimum delectabatur provectibus et, ut magis magisque ad perfectionis culmen tenderent, monitis salutaribus sedulo hortabatur[m]. Denique tanto amore ac diligentia locum ipsum excoluit, extulit opibusque ditavit, ut nulli intra Gallias religione, scientia opumque copia haberetur secundus. Huius tunc sanctae congregationis praepositus Rodoinus habebatur, vir sagax, cuius astutiae et ingenio neminem nostri temporis aequandum puto. Hic ob meritum suae fidelitatis collataeque[n] sibi divinitus industriae tantam familiaritatis gratiam ab eodem patre sanctissimo Hilduino est consecutus, ut eum omnibus monasteriorum praepositis, qui suae ditioni subiacebant, praeferret. Hinc, fama vulgante, celebre nomen eius in aula regis habebatur. Itaque Deo amabilis imperator, comperta viri istius industria, privatim publiceque eum honorare coepit, liberam ei concedens facultatem, ut, quicquid sibi aut loco cui praeerat utilitatis aut commodi repperisset, absque ullius consultu ad eius tribunalia deferens, extemplo consecuturus esset. Nec multo post per divinam clementiam tantam ab eodem adeptus est gratiam, ut eum tam pro amore pii patris Hilduini, in cuius obsequio aulam regiam frequentabat, quam et pro sagaci industria, qua singulariter praeminebat, si quando de regni utilitatibus tractandum esset, eum inter eos qui a secretis erant libenter ammitteret.

2. Ea tempestate praedictus pater Hilduinus apicem, sicut iam diximus, in omni augusti monarchia super omnes sui habitus retinebat; quod quidem officium suae excellentiae dignitati congruum, acris[o] ut erat ingenii, decente[p] satis exercitio amministravit. Qui a piissimo caesare ad quorundam improbitatem compescendam, qua adversus summum antistitem Eugenium intumuerant, Romae delegatus[4], sic iudicium omne prudenti examinatione exercuit, ut et caesaris iussum expleret et pontifici satisfaceret et eos qui contra hunc superbe intumuerant, sedata eorum contumacia, pacatos redderet et quietos. His rite

a) *sequentia des., compluribus foliis excisis,* 1*. b) sed. 1. c) sugill. 2. d) ep. *deest* 1. e) Ludowico 2. f) imperatum 2. g) ac inventum *add.* 2. h) *numeri capitum des.* 2. i) Hludovic. *plerumque* 1. k) supprema 1. l) *deest* 1. *Mab.* m) ortab. 1. n) que *deest* 2. *Mab.* o) acri 2. p) decenti 2.

1) S. Dionysii et S. Medardi. 2) Primo occurrit archicapellanus in diplomate a. 819, Mai. 1; Reg. Imp. I, nr. 670. 3) Haec verba exscripta sunt in codice S. Germani Parisiensis Annalium Einhardi a Frehero adhibito; v. SS. I, p. 215, n. *. 4) Hilduinum a. 824—826. Romam missum esse, neque alibi relatum est nec credi potest; quo tempore Lotharius imperator res Romanas disposuit. Hilduinus in diplomatibus Ludovici Pii datis a. 824, Aug. 16. Sept. 20; a. 825, Ian. 3. occurrit in Francia degens.

patratis, clamor Urbis in favorem tanti patris attollitur, imperialia indicia approbantur, clementia per virum operata laudatur, pontificis amor ac devotio erga venerabilem ubertim succrescit patrem, et ut in huius dignitatis honore longo vivat tempore, senatus omnis ecclesiae summa implorat devotione. Iunguntur precibus multigena munera, quae tanta ac talia a quibusdam percepisse narratur, ut pretium excedere viderentur. Benedictione itaque petita et optenta[a], apostolorum principem sibi affuturum orantes, consecuta repedandi licentia, iter arripuere Deo favente ad propria. Interea hi qui eum familiarius unico diligebant amore aegre ferebant eius absentiam, videntes extra placitum, quo eum[b] sperabant tardius regredi. Spe incerta dubii, derepente[c] audiunt non sine magno gaudio, partes eum iam Galliarum adisse. Rodoinus interea et sui, patri ut erat fidissimus, quia res ei singulariter incumbebat[d] universa, cum apparatu honorificentissimo in obviam sui desiderabilis proficiscitur patroni; tandemque reperto et reviso, merore quo afficiebantur abiecto, paternis ab eodem amplexibus excepti, ingenti admodum[e] exultatione recreati, diu optatis perfruuntur gaudiis.

3. Post paternos amplexus et oscula praedulcia de his quae sibi accidissent avide percunctantibus prolixum habuit narrationis sermonem, qualiter quove honore a domno apostolico et a senatu sanctae Romanae ecclesiae fuerit exceptus, qua auctoritate et censura, quorundam garrulitate repressa, qua adadversus sacrum[f] antistitem contumaces extiterant, et ius imperiale servaverit et apostolicis sanctionibus paruerit et utriusque partis censor aequissimus fuerit, quamque ab omnibus Romanorum primoribus bene usus sit et amicabiliter obligatus; denique et hoc, quod et sibi praecipuum et suis erat gratissimum, quia cum gratia eiusdem domni pontificis etiam speciali contubernio eius amicitiae copulam habere meruit. Denique quicquid illud est, quod aut prospere cessit aut eventu fortuitu moleste accidit, Dei ineffabilia in omnibus sibi asseveravit affuisse praesidia. Sufficienter itaque Hilduino itineris ac legationis suae carissimis filiis referente discrimina, Rodoinus[g] ait: 'Gratias quidem omnipotenti Domino, pater inclite, habemus et agimus, quod, universis ab eo satis prospere concessis, salvum te et incolumem videre meruimus. Nempe et hoc noctu dieque, si nos exaudire dignatus sit, sine interpolatione expostulavimus, etsi non nostro merito, quod nullum esse decernimus, tuae tamen fidei bono tuisque sacris meritis, Deo amabilis pater, hoc nobis concessum caelitus iocundamur. Etenim quo in remoratione tua longaevior fuit molestia, eo, quia prosper fuit successus, in reexhibitione[h] hilarior exstat laetitia; qua utinam te valente patrono nos contingat perfrui, quousque vitalis flatus hos rexerit artus'! His pius pater Hilduinus alloquiis illectus ac plurimum iocundatus, coepit serere sermonem de dignitate apostolica ac religione ecclesiastica et de cultu sanctorum, quorum infinita multitudine urbs Romana pollebat, recensens quorundam ipsorum agones, merita quoque et nomina. His ergo iocundis recordationibus sibi blandiens venerabilis abba, in longum duxit sermonem.

4. Interea Rodoinus, sagacis quia erat animi, ut reor, caelitus animatus, oculata cupidine loco cui praeerat in futurum prospiciens, ait: 'Paulo ante, mi pater et domine, sermocinante te dixisse praeripui, quicquid tibi conducibile[i] aliquotiens esset aut placidum[k], a summo papa sedis apostolicae inviolabili astipulatione perpetim esse concessum. Experiendum nobis est, utrumnam habeat effectivam eius pollicitatio clausulam. Certe, ut reor, evenire poterit, ut aliquem eximii meriti ex his de quibus modo sermo habitus est caelicolam vobis conferre non abnuat. Quod si contigerit, quale vobis salubrius munus impertiri[l] valebit, quam oportunum etiam existeret, ut vestro in omnibus protectori, sancto scilicet[m] Medardo, collega vestra procuratione daretur? Ipso enim uno dumtaxat patrono fruimur. Erit autem hoc vestrae saluti idoneum ac memoriale sine fine mansurum totiusque patriae perenniter profectivum'. Summae reverentiae Hilduinus abba gratulabundus Rodoino ait: 'Tuae religionis locum, quantum datur intelligi, nos subrigere et extollere plurimum persuadere conaris; nec improbo votum tuum neque tuae petitioni dissentio, immo totum ingenium, quantum Deus annuerit, spondeo, teque huius negotii executorem esse decerno. Iudicium tamen nobis ex hoc imperiale expetendum est; cui si fuerit laudabile, tunc consequenter erit immutabile'. Cui Rodoinus: 'Optimum', inquit, 'pater, tuae sanctitatis decretum'. Directis denuo procul a caesare gloriosissimo ad deducendum venerabilem abbatem comitibus, iter accelerari suadent, asseverantes, magno imperatorem visendi eum desiderio affici. Hinc gratanter iter carpentes, ad Aquas usque Grani pervenere palatii. Tunc catervatim hinc inde universi eum constipantes atque supra modum exultantes, ad penetralia[n] induxere augustorum; a quo ut solito gratiose susceptus, omnem perfunctae legationis seriem pandit. Qua absoluta, gratulatur admodum pro bene gestis augustus, refert gratias, largitur et munera. Deposito imperii supercilio, augusta Iudith, celebris et famosa, procedit ex triclinio, solitoque affectuosius venerabilem excipiens abbatem, de eius plurimum exhilarata prospero iocundatur reditu; cohors quoque omnis in eius quasi in patris proprii laetatur regressu.

5. Postquam affatim gaudio sunt exhilarati, non inmemor bonae memoriae Hilduinus — hoc enim ei epiteton inerat — quod a suo fideli Rodoino ei suggestum fuerat, captata oportunitate, hoc ipsum augusti auribus intimare curavit. Cui benignissimus ut erat imperator: 'Non tibi improbabile esse debet, quod a tuo nostroque fideli prompta devotione suggeritur; erit enim hoc, si res effectum habuerit, non nobis solum, sed totius regni gubernaculis profuturum. Quem ergo delegisti nobis congruentius expetendum?' Evocatur Rodoinus regisque exhibitus praesentiae, de hoc ipso ab eodem conventus imperatore, ratam citamque reddidit sententiam, dicens: 'Silvestrum quondam sacrosanctum antistitem, si vestrae

a) optanta 1. b) pl. quorum 2. *Mab.* c) repente 2. *Mab.* d) incomb. 1. e) ammodum 1 *saepius.* f) sanctum 1. g) Roduinus *h. l.* 1. 2? h) rei exib 1. *Mab.* i) condulcib. 1. k) placitum 1. *Mab.* l) ri *e corr.* 2; impertire *Mab.* m) *deest* 2. *Mab.* n) penitr. 2

sublimissimae libet maiestati, arbitror expetendum'. Accepto fert augustus eius diffinitum[a] sermonem; itane omnibus complaceat assistentibus[b], sciscitatur. Fit unus omnium in hac re consensus, et ut felicem optineat exitum, votis imprecantur unanimis. Annuit imperator libens et ad hoc exequendum, quantum divina faverit gratia, plenum spondet obsequium; dehinc dilectum sibi abbatem cum Rodoino de expeditione tanti itineris hortatur ac commonet, Rodoino arripiendi itineris certa praefigit spatia, quibus excursis ut ad eius redeat praesentiam, imperat. Ille patriam locumque repetit alumnum, non segniter intercessae dilationis tempore utens. Denique in procurandis tanto itineri necessariis, quicquid illud est quod Galliarum fertilis humus proferre amabilius consuevit, satis abundeque apparatum suum instruere satagens, maximam pecuniae summam aggregare studuit. Post haec diebus indultae dilationis expletis, ad augusti praesentiam redit. Quo mox benignissime recepto, epistolas nomine et anuli sui inpressione signatas, de adipiscendis sanctorum iam dictis pigneribus omnifaria prece refertas, quibus beatissimum papam Eugenium rogabat, Rodoino cum suis Romae deferendas contradidit et, ut pro virium capacitate laboris et ingenii studium ad hoc exequendum impenderent, attentius commendavit.

6. A caesare his ita eleganter informati et ultra quam de tanta dignitate aestimare poteras praedulcibus osculis et sacris amplexibus viritim amplexati brachiis, gratiose[c] dimissi, iter frustra arripiunt inscii. Lingonensem usque ad urbem denique pertendunt; in qua aliquantisper recreandi vires aptissimum locavere tentorium. . . . . . .[1] Exinde[d] retrogradis passibus itinera convertentes, paulatim reflectere conantur ad propria, auctoremque huius negotii venerabilem patrem Hilduinum expetentes, rem divinitus gestam per ordinem pandunt et, ut per se ipsum ad augusti notitiam id[e] ipsum perferre dignaretur, anxie precantur. Diplomata quoque, quae magni Silvestri praesulis rogabant pignera[f], demutari in expetitionem incliti martiris Sebastiani obnixe deposcunt, et ne quod coepti itineris infortunium incurrant, maturari causam quantocius, qua audent importunitate insistunt. Perfert vir spectabilis Hilduinus ad notitiam pii principis divinae legationis archanum, pandit salubrem de adipiscendis tanti martiris pigneribus revelationem. Iubet augustus litterarum[g] scemata sub optentu emeriti militis multiplici referta prece instaurare; dehinc ut prius nomine et anuli sui inpressione signatas Rodoino cum suis reconsignat epistolas. Illi per divinam revelationem, salubrius aura spirante, gratanter viam relegentes nihilque de expletione negotii ulterius hesitantes, auream certatim expetunt Romam.

826. 7. Anno humanati[h] Verbi 826, imperii vero Hludowici caesaris 13, Rodoinus cum ingenti frequentia et copioso apparatu Romam intrat, impositae sibi legationis sacramentum artifici industria informatum prudenter exsolvit, elegantissimi[i] martiris Sebastiani[k] magnarum virtutum et sanitatum vivificos cineres implorat et impetrat. Sed antequam maiestatem apostolicam adeat, quosdam episcoporum et abbatum seu rei publicae primores, quos illic venerabilis pater Hilduinus fidissimos se habere monstraverat, exquirit et repperit. Erant prae omnibus ex his promptiores et dignitati apostolicae sedulo assistentes Quirinus superista[2], Theophilactus[l] numenculator[3] et Ingoaldus abba[4] reverentissimus, qui tum fortuitu aberat; siquidem ex praecepto imperatoris iter ad Beneventanos arripuerat, episcopium albo[m] curiae descripturus; sed concito insecutus veredario, amica evocatione interceptus, reflexit ad Urbem. Legatos hilari aspectu excepit, humane egit et, si secundis valeret successibus iam dictus pater Hilduinus, ante omnia sciscitatur. Prospera denique valitudine hunc haberi percipiens, Deo[n] pro hoc gratias egit, et ut provectioribus[o] per multa tempora incrementis sibi hoc vel, quia videre nequibat, audiri daretur, imprecatur ex animo; dehinc, quod[p] tam inpraecognite et insuspecte devenissent, percunctatur. Illi ad aurem familiarius ammoti, secretum universae rei fiducialiter pandunt. Quod aequanimiter accepit et eos in agendum, desperatione ablata, benignissime confortatus est; denique quod pollicitus est ore indefessa explevit intentione. Nam per illum via atque omnis ante domnum apostolicum illis patuit aditus. Tum demum viros honestissimos Quirinum et Teophilactum expetentes, missas tradunt epistolas atque pro his quae habebantur inserta geminabant preces et munera. Itaque illi, nomine martiris percepto, perculsi animo, vultuque pallore suffuso, apostolorum Petri et Pauli tertius si daretur patronus, quomodo expelli sine tumultuali praeiudicio posset, humani hoc ingenii protestabantur non esse, cum et imperatoris iussum et amici petitionem quam libentissime vellent stabilire. Econtra Rodoinus et sui nequaquam hoc obstaculo repulsi, importunius insistebant, imperatoris inevitabile votum et patris, a quo destinati fuerant, fiduciam, quam in eorum celsitudine collocaverat, replicantes. Talibus illecti, si permissio voluntatis Dei ac martiris foret, favere se ex animo indicant et, qualiter congruentius ordiretur, prudenter insinuant.

8. Denique in patriarchium ante domnum apostolicum deducti veniunt, solotenus genua curvati, prona sacris herent vestigiis oscula. Inde proferuntur diplomata, dantur et transmissa. Verborum copiis

a) diffinitivum *Boll.* b) assistant. 1. c) gloriose 1. d) *in omissis pergit* 1*. e) ad 2. *Mab.* f) pignora *corr.* pignera 1. g) sc. litt. 1. h) incarnati 2. *Mab.* i) *deest* 2. *Mab.* k) tandem *add.* 1 l) Theofil. 1* *saepius,* 2 *semper.* m) *ita scripsi (G. W.);* Albocuriae *edd.* n) pro hoc Deo 1. o) *folio exciso, sequentia des.* 1*. p) quid 2? *Mab*

1) Omissis narratur, S. Sebastianum cuidam aegroto in Lingonensi urbe apparuisse eique praecepisse, ut legatis illis referret, non S. Silvestri, sed ipsius ossa divinitus destinata esse ad S. Medardi coenobium transferenda. Quod mandatum ille sanatus executus est. 2) Quirinus a. 823. et 824. subdiaconus, a. 828. primicerius legationibus paparum ad imperatorem functus est; Ann. Einh., SS. I, p. 211 sq. 217. 3) Theophilactus nomenclator a. 826, circa Iun. 1. in conventu Ingelheimensi, legatus papae ad imperatorem missus, fuit; Ann. Einh. p. 214. Eum vero inde iam Romam reversum fuisse, cum haec circa Aug. — Oct. a. 826. gesta esse videantur, non est cur in dubium vocemus. 4) Procul dubio Farfensis.

pium patris demulcent animum, quatinus sic sibi forte inclinarent ad votum. Augusti pandunt auctoritatem, nominati et conscripti patris explicant fidelitatem. Si quid minus litteralia scemata protendissent, pro captu ingenii elaborabant. Hac collocutione nemo privatorum intererat preter Quirinum et Theophilactum. Graviter enim tunc infirmabatur, ita ut semivivus appareret, nec aliter quam lecto accumbens eorum legationem audire poterat. Cum ergo legerentur[a] epistolae, et ille vocabulum martiris audisset,

Obstupuit, vocis confudit et organa tristis
Mens, sancti non ferre valens discrimina tanti,

quippe quem post apostolos quasi tertium magnificis Romana plebs frequentabat muneribus ac laudibus. Quid animus volveret, pallentis facies praetendebat. Eo diu silente, suspensis animis stabant; et cum tandem, resumpto spiritu, responsionem dedisset, in ea spem omnem ademit et supra se negotium esse asseruit. Verum illi quanta audebant supplicatione importune insistebant genuaque eius ac plantas profusis lacrimis exosculabantur. Unde spatium, quo haec meditaretur et consilium cum prudenti Romano senatu exquireret, sine cuius consultu talia moliri non esse bonum aiebat, praestolari iussit. Rem sollicitius Rodoinus considerans prae suis, quem[b] cura instigabat amplius, non ilico[c] abscessit, sed angulo domatis memoratos viros Quirinum et Theophilactum segregavit et eos in sententia manere obnixe precabatur[d], dicens: 'Nostri misereri dignamini, qui spem totam vestrae commisimus celsitudini, et amicitiae illius vestri recordamini, qua et in praesenti optimarum deliciarum questus adipisci et gratiae Dei in caelestibus cum sancto valeatis participari. Si enim verum est quod vultus indicat, mentem patenter nobis cognoscere datum est, quia domnus papa aequanimiter nostra[e] non fert missatica. Quapropter quicquid illud est quod certi[f] investigare potestis, precamur, ut vestris fidelibus absque dissimulatione, priusquam abscedamus, manifestetis et insuspectos reddatis'. At illi ut prius fidem dant in ope, si tamen Dei et martiris esse posset voluntas. Patriarchio educti, hospitio sese recolligunt.

9. Sed quia biceps cura sacrum excruciabat antistitem, sancti quidem absentia et praecellentissimi abbatis amicitia, cui aliquando quaeque sui iuris essent concessa fuerant, indicto conventu privato sacerdotum et eorum qui a secretis erant, legationem exposuit, cuius absolutionem ut sano pectore diffinirent[g], praecepit. Tunc illi pariter turbati et ultra quam credi potest mirati, talem petitionem aut furentis aut sancti meritum nescientis esse reddiderunt[h], utque[i] res in prosperum non cederet, feliciorem imprecabantur fortunam. Nec verebantur propter papae praesentiam, si illis sanctum corpus daretur, dicere, eum praecedentium patrum actibus, qui sacramentis ecclesiasticis Romanam auxerant dignitatem, longius distare imparem. Quid amplius? Nec hoc fieri debere neque iuste fieri posse protestabantur. Econtra illustres viri Quirinus et Theophilactus fieri debere et posse dicebant. Et cum illi propter indiscretam et taediosam sonitus confusionem, quae sacrum videbatur fatigare[k] antistitem, secederent, et qui a secretioribus erant remanerent, congruam cum illis sermocinationem de eadem re coepit serere et melioris sententiae consiliis Deo, ut credimus, inspirante superintendere et voluntatem suam promptiorem manifeste demonstrare. Illi autem qui ob garrulitatis suae nausiam foras secesserant, invida sollicitudine explorare non verecundabantur, quid domnus apostolicus cum Quirino et Theophilacto de hoc ipso retractaret[l], et quia eos in gratiam sui domini se supergredi saepissima experientia didicerant, quoniam quidem erant arbitres[m] diffinitionis universae, ne ob hoc sine suo consilio illorum consultu res in prosperum cederet, ipsique quasi despicabiles haberentur, non vocati curiam repetunt, de his quibus interrogati fuerant, aditum reposcentes, rem gratam pronuntiant. 'Reminiscimur', inquiunt, 'optime pastor et domine, venerabilis Hilduini[n] filii vestri erga maiestatem sedis apostolicae uberrimam affectionem, sed nec sumus ignari supplicationis augustae in hoc ipso nobis manifestato negotio. Utrumque enim per divinam providentiam prudentiae vestrae incomparabilis beatitudo ita disponet, ut nec ille vosmet inhumanum, nec nos vos crudelem causemur. Summus olim pontifex domnus Adrianus, quo nescimus intentu, huius martiris aggressus tumulum, aut illum intra urbis moenia transferre, aut quibusque[o] ex eius corpore reliquias expetentibus volens tribuere, in primo conamine terribili horrore correptus atque repulsus, imperfectum reliquit; denique, quod sanus evasit, clementiae sibi parcentis sancti resignavit. Praesidente quoque beatae memoriae papa Leone, hoc ipsum ex eius praeceptione attemptatum fuisse, audivimus, ubi cum repentina coruscatione tempestas exorta templum omne fundetenus[p] submovit, ita ut superficiem super se cadere clerus pavens, melodiarum oblitus, acclamaret, unde nemo[q] se vivum abscedere posse putavit. Narratur et sub domno Paschali idem opus iam pridem initiatum, sed simili perturbatione diremptum[r]. Constat ergo totiens demonstrato sacramento, nullatenus illum[k] hinc migrare voluisse. Hinc et nos fiduciam captamus tribuendi nec amittendi. Quod si ita annuente Deo evenerit[s], a neutro vestra celsitudo iacturam videbit: illis plena satisfactio, nobis ablata querelosa[t] derogatio. Hi, quam erga vestram celsitudinem se habere dicunt, servabunt devotionem, nos pactae fidei tenorem. Est et aliud quod novimus certissimum, nullum inveniri Romanum, qui in eius tumulum, quantumvis coactus, audeat mittere manum. Utrumque erit, et dari poterit et haberi'. Haec domnus apostolicus audiens, tranquillo pectore favit, et accersiri Iohannem venerabilem episcopum[1] iussit. Qui ut advenit, secretius cum eo rei competentiorem exitum quaesivit et quod Dei instinctu futurum sanius erat libera auctoritate sanxit. Sed illud non tunc pluribus patuit.

a) 1* *pergit f.* 5. b) quam 1. c) illico *corr.* ilico 1*. d) postulavit 1. e) non fert nostra 1. f) certe 1. *Mab.* g) defin. 1. h) crediderunt 1*. i) *folio exciso, sequentia des.* 1*. k) *deest* 1. l) tràct. 1. m) arbitri 2. *Mab.* n) f. v. H. 2. *Mab.* o) quibuscumque 1. p) *ita* 1. 2; fundotenus *Boll. Mab.* q) se n. 1. r) direptum *Boll.* s) aeven. 2. t) querulosa *Boll.*

1) Silvae-candidae, qui a. 823. a papa ad imperatorem legatus missus erat; Ann. Einh. p. 211.

826. 10. Dum haec volverentur, vir illustris Ingobertus comes[1] supervenit, quem sibi sinistrum fore nostri autumabant, quod inscio eo causam eotenus produxerant[a]. Etenim erat praepotens et in omnibus apud summum antistitem valens, isque venerabili Hilduino abbati amicissimus existens. Propter quod eum indignari suspicabantur, quia de his notionem facere ei neglexissent. Unde concito gressu ad eum venerunt et ex nomine ac iussione illius haec ei intimaverunt, asserentes se[b], pro quo missi erant illi singulariter esse commissum. Ille quoque antiquae non inmemor amicitiae, omni ingenio ac studio sagacitatis in hoc se tantum hilarem exhibuit, quantum Deus vires concessit, et in agendum quae fuere necessaria ex propriis sumptibus ministravit. Insuper cum domno locutus est apostolico, quatinus eorum petitio ad effectum absque aemula impeditione perduceretur. Hoc[c] ita composito, rursum revocantur atque ante domnum apostolicum reducuntur. Et cum a circumstantibus pro petitionis eorum optentu deprecaretur, illique procul, vultibus in terram demissis, procumberent, tandem misericordia flexus, licet pavens ac trepidus, sancti annuit donari corpus. Minister huius largitionis aptissimus Iohannes condicitur episcopus. Nam quia, ut praemisimus, languore[d] afficiebatur nimio, hoc per se explere nequibat, cum velle plurimum non negaret. Quod, ut postea patuit, Dei dispensatione satis profecit. Assumpto itaque Iohanne, quem eis ordinarium praefecerat benivolum papa venerabilis, alacres simul vadunt ad locum non iam ignotum. Siquidem ex serie passionis eius a sancto Ambrosio luculenter editae didicerant[2], miliario tertio ab Urbe, loco qui ob stationem navium Catacumbas dicebatur, praecepisse per visum eundem beatissimum martirem Lucinae cuidam matronae sepeliri se ad vestigia apostolorum Petri et Pauli. Quem conditum aromatibus, prompta quod iussa fuerat executa est devotione.

11. Perendie[e] iniunctum devota mente frequentant ieiunium cum presbiteris et diaconibus ceteroque clero, inter quos et Ingoaldus archimandrites cum suis pro viribus adiutor fidelissimus. . . . . . .

14. . . . . . . Invento itaque sacratissimi martiris corpore, caelesti odore affatim, ut diximus, fraglanti, ilico ad Quirinum et Theophilactum missum est, quatinus peropportune hoc domno apostolico condicerent. Quod et factum; cum propter incommoditatem sui illuc venire non posset, venerabili episcopo Iohanni mandavit, ut ipse eis illud contraderet. Quod tota alacritate et veneratione excipientes, cum ipso Iohanne episcopo et Ingoaldo archimandrita aliisque plurimis Romanae ecclesiae clericis atque plebeiis abibant. Psallens verenter chorus dulcium melodiarum sonitum longius praeeundo respergebat. Hi laetitiae cantus, alii profunda suspiria et amaras querimonias dabant. Taliter ad praesentiam usque domni apostolici illud deportavere, eius ut anulo consignaretur ex more. Quod diligenter postquam ab illo perfectum est, in ecclesiam beati Petri perlatum atque ibidem die eodem depositum est. Unde plurimi Romanorum, malitia et invidia concitati, domnum apostolicum impetebant, crudeliorem eum omnibus praedecessoribus inclamare non veriti, qui talem ac tantum patronum suis e finibus expelli permitteret, quod nunquam alius concessit. Unde suadebant, ut solum brachium eis daretur et reliquum decenter inibi loco reconderetur condigno. Haec fraus Ingoaldum archimandritem latere non potuit, qui statim nostris id ipsum detexit; cautiusque simul rem exercentes, consilio habito, die illa siluerunt.

15. Preterea Rodoinus, quem vis amoris et desiderium impatiens pro adipiscendis sanctorum pignoribus affectu piae devotionis animarat, obaeratis affatim aedituis, quorum tunc erat officii sancti Petri servare basilicam, sub nocte eadem beatissimi Gregorii papae sacratissimum tumulum, qui ante secretarium erat, audacter aggressus, corpus eius cum summa reverentia sublatum ac decenter compositum, super altare beati Petri perlatum, iuxta iam dicti martiris venerabile corpus depositum est. Dehinc fidei pactum Rodoinus cum suis rogatus gratanter tulit superque eosdem martiris atque pontificis sacratissimos artus iurisiurandi sacramentum libenter exsolvit, scilicet ut nulli unquam mortalium quod gestum erat proderent aut publicarent, sed perenni silentio sepultum haberent. Hinc nostrates pia fraude laudabiles, duplicato gaudio tacito sub pectore magnanimes, sanctis inde sublatis corporibus, nullo praepediti obstaculo, ad monasterium Ingoaldi[3] transtulerunt.

16. In crastinum vero domnus apostolicus iussit eos sibi reexhiberi, neque enim adhuc licentiam redeundi consecuti fuerant, sed tantum in sua sanctum iam receperant. Quos mox interrogat, quonam sanctum haberent. Illi se nescire profitentur nisi tantum, quod iam eum suas in partes direxissent. 'Quicquid illud est', inquit, 'utrum nesciatis an non, praesentaliter eum huc referre curate; neque[f] haec immutari sententia poterit, ut hinc vobis facultas redeundi aliter tribuatur'. Illi plurimum timidi ac mesti iureiurando firmant, quod ita se res haberet ut dixerant, et impossibile omnino esse hoc quod iuberet. Quod vix ei persuaderi potuit, sed annuente Dei clementia, sicut coeperat ita permansit. Ab illis namque qui prius his faverant taliter immutatum est. Cum eius perturbatum sensissent animum, proximius ad aurem accedentes, dixerunt, oportere eos, quia flecti et converti nequiverant, meliuscule tractari, nec tam succense obiurgari, ne ut ingrati forte abscederent et munus maximum inlaudabile referrent. Hoc modo, tametsi difficillime, absoluti et benedictione donati, suis haud procul ab Urbe iuncti, magnis de magno thesauro excrescentibus gaudiis, gratia comitante divina, per prospera itinera revertuntur ad propria.

17. Dehinc ad urbem usque Placentiam perveniunt. . . . .

a) produxerunt 1. b) *ita codd. et edd.* c) 1* *pergit f.* 6. d) langore 1. e) Per die *spatio vacuo rel.* 1*. f) enim *add. Boll.*

1) Idemne qui a. 825. missus regius per provinciam Rotomagensem constitutus est, LL. Sect. II, Capit. I, p. 308, nr. 151, an qui a. 810. 814. in V. Hlud. c. 15. 21, SS. I, p. 614. 618, occurrit? Cf. Simson, l. l. I, p. 14, n. 5; p. 247, n. 1. 2) Acta SS. Ian. II, p. 278, c. 23; quae Passio falso S. Ambrosio auctori attributa est. 3) Farfam.

826

18. Ad montem Iovis celebris fama[a] virtutibus praeclara pervenerat martiris. Hic clericus nomine Benedictus, ipsius loci aedituus, per triginta continuatim dies letali tabescens incommodo, dicto audit, eum illuc, quia recta ducebat semita, declinari. . . . . . . Quem fide, non temeritate, hinc inde sustentatus, ulnis propriis excipiens, pristinae sanitatis mox augmentum meruit, et ita eum usque Octodorum[1] sospes et laetus invexit. . . . . . .

19. Denique in locum cui Granant[2] vocabulum est placido calle perventum est. . . . . . .

20. Perlatus cum honorifico agmine egregius martir Domini in Cellam Sancti Sereni[3]. . . . . . .

21. Inter frequentes ad sanctum concurrentes cuneos quidam plebeius surdus, mutus, mancus et claudus martiri inibi est exhibitus. . . . . . . Hic in testimonium suae reformationis, integram assecutus valitudinem, suis humeris Dei martirem beatissimum ad Calnomum[4] deportavit vicum. . . . . . . Sic gratanter viam legentes, ad diu praeoptati ruris fines perveniunt, sexto ab urbe miliario stationem collocantes, donec inobviam caelestis militis legio se praepararet omnis, gloriosissimo victori obsecutura, per quem et ipsa virtutum loricis obtecta disceret contra hostem saevissimum inexpugnabilia sumere certamina et eius sancta digne excolendo vulnera adquireret lauream et trophea perennia.

22. Antistes venerabilis Rothadus[b] antiquior tunc Suessorum regebat ecclesiam[5]. Hic ecclesiastica commonitione promotam totius ordinis clericorum ac vulgi manum, explorato repausationis loco, obviam fit sancto, omnigenis sacrorum officiorum cantibus et obsequiis[c] virtutiferum ambiens corpus, totis amplectitur viribus, percolit, veneratur; indeque sollempniter effert et ingenti frequentia ac festivo tripudio in urbem ovanter transfert. Omnis sexus et aetas ammirabili spectaculo extra moenia occurrens, turmis sanctum stipantibus laeta semet interserit, votiva munuscula mittit, agmen splendens in inmensum conficit. Profanum quisque deputavit, qui huic tam glorioso receptui interesse non potuit. Psallentibus placido modulamine choris, plaudentibus populorum concursibus, in basilicam maiorem beatorum martirum Gervasii et Protasii pompatico triumpho invehitur. . . . . . . Exhinc ad sanctae virginis Mariae monasterium[6] deportatur, magnifice excipitur. Quo tanta multitudo popularis excrevit, ut vix se in partem aliquis declinare aut etiam movere posset. Inde levatus ad flumen usque Axonam evectus est.

23. Occuparat iam gloriosior apparatus citeriores ripas fluminis, ut vis amoris et devotio desiderii ineffabilis exigebat. Religiosa monachorum concio, ecclesiasticis infulis redimita, stabat prospectans, unanimi devotione universalibus officiis animata, ut protectori ac patrono perenniter habituro[d] congrua suscipiendi ferret obsequia. Quem protinus ut in pulsu remigum se versus appropiare[e] videt, tellure ruit, laudibus demum canoris assurgens excepit. Ambiunt eum undique chori psallentium in himnis organisque dulcisonis, cum iugibus timiamatum diversorumque aromatum vaporibus, quibusdam vexilla micantia gestantibus, aliis crucis stigmata auro fulvo radiantia[f] gemmarumque diverso colore perlucida ferentibus, his timiamateria ac turifera, illis ceroferaria[g] deportantibus atque corusco lumine diem augentibus. Tali tropheo perpropere devectus in locum divina sibi provisione divinisque muneribus praeparatum, deponitur iuxta gloriosi confessoris Christi Medardi tumulum, exultantibus animis, parique concentu ista cunctis canore modulantibus: 'Insignes praeconiis, alme, tuae nobilitati consonant voces collaudantes. Verbo supplici prosequamur: Ave, inclite martir, angelorum consors, apostolorum socie[h], prophetarum concivis et martirum coheres, sancte Sebastiane, intercede pro nostrum[i] omnium salute!' Ea tunc[k] dominica dies[7] fuit, congruoque modulamine antiphona ad introitum praetitulatur: *Populus Sion, ecce Dominus veniet ad salvandas gentes*. . . . . . . (Dec. 9.)

26. Salubri iocunditate et sincera laetitia hanc diem ex restauratione plurimorum opulentissime refertam omnibus festivo triumpho ducentibus, non defuere quoque regiae auctoritatis nusquam reicienda testimonia. Praecellentissima namque Chludowici[l] augusti soror Berta[8] huic interfuit spectaculo, spectabilis et ipsa, mirari et magnificari[m] non desinens universa; quae, iubente antistite, comminus ad aram processit et ante sanctum diu constitit[n], certosque apud se fingens numeros salvatorum, discernebat causas singulorum, ut ea fratri augusto suique[o] palatii optimatibus congruo tempore referre valeret.

27. Altera die stationis persplendidae, dum inter sacra officia ambonem domnus[p] episcopus[9] conscendens, divini verbi praedicamenta in populos qui convenerant funderet et lumen verum sanctorum amare et appetere perdoceret . . . . . . (Dec. 10.)

29. Tabellarius quidam Rotfridi comitis[10], cuius quidem nomen memoria excessit, utroque pede claudicans, gradiendi amiserat libertatem. . . . . . .

32. Gislebertus Suessorum comes inter virtutum insignia, quibus probis pollebat moribus, elemosinarum quoque compendia Christo sedule committens, caelorum gazis tutius servanda locabat. Erat

a) perv. praecl. f. v. m. 1. b) Rothardus 1. c) officiis 1. d) abituro 1. e) appropriare 2. *Mab.* f) radientia 1. g) ceroferalia 2. *Boll. Mab.* h) socius 2. *Boll. Mab.* i) nostra 2. *Boll. Mab.* k) tum 2. *Boll. Mab.* l) Chludovici *h. l.* 1. m) *ita* 1. 2; magnificare *Boll. Mab.* n) stetit 2. *Mab.* o) que *deest* 1. p) domnum 1[a].

1) Vulgo Martinach (Martigny) in pago Sedunensi prope Agaunum. MAB. 2) Grenant (dép. Haute Marne, arr. Langres)? 3) Celle-sous-Chantemerle (dép. Marne, arr. Epernay). 4) Coulomme inter Farmoutier et Meaux, ut statuit Pécheur, 'Annales du diocèse de Soissons' I, p. 335, n. 5) A. 802—832. 6) Monialium, cui Thedrada, soror Adalhardi et Walae, praeerat. 7) Nempe dominica secunda adventus quo eiusmodi versus initio missae concini solet. MAB. 8) Cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 18, n. 4. 9) Rothadus. 10) Qui missus regius in provincia Remensi a. 825. cum episcopo Suessionensi constitutus est; LL. Sect. II, Capit. I, p. 308, nr. 151.

namque ei inter prandendum familiare inopum debiliumque, quos mensae suae dietarios delegeral, curam agere eosque ex his quae sibi ex industria subtrahebat pie refovere. . . . . . .

36. Longum valde ac cuiquam spermologo difficillimum est viritim ac personaliter ea prosequi quae per eius venerabilia merita vis divina exercere dignabatur in universalium passionum morborumque generibus, quae humanae conditioni aut originaliter naturali passibilitate accidunt aut fortuitu proveniunt. Cum enim ex diversa orbis latitudine fama virtutum eius excita innumerabilis hominum concurreret multitudo, ex omnibus tamen Galliarum Germaniaeque finibus, transmarinis quoque provinciis tanta populorum inmensitas confluebat, ut omnem loci ipsius situm, qui ampla satis latitudine dilatatur, locustarum instar praeöccuparet. . . . . . . Erat denique in diversis speciebus, quae votivis donariis ad confessionem huius praecellentissimi martiris ex diversis provinciis et regionibus pia fidelium offerebantur devotione, tam ingens copia, ut ponderis numerique summam pene viderentur excedere, adeo ut octoginta quinque modiorum diversorum nomismatum argenti cumulus excresceret preter monilia virorum ac mulierum, missoria quoque diversi ponderis aliaque vasa, auri quoque nongentarum librarum summa fieret.

37. Sed quia omne bonum semper e vicino invidia comitatur, coeperunt plurimi sacerdotum zeli rubigine uri, probibentes plebes sibi commissas ad eius toto orbe crebrius experta patrocinia properare suaque ad eius praeclara pignera vota perferre. Aiebant namque, rectius fore, ut ecclesiae, in quibus baptismi[a] fideique munus perceperant, ex his ditarentur stipendiis, et earum alerentur viduae ac pupilli; nec esse bonum, se egere et alios ditescere, se expoliare et alios induere. Huius livoris rubigo adeo excrevit, ut etiam quorundam episcoporum corda inficeret. Ex quibus Ostroldus, qui ea[b] tempestate Lugduni[1] praesidebat, dum sermonem de hac re habiturus ad populum pulpitum conscendisset, postquam diutino tractatu ad populum concionatus est, infit: ‘Quid’, inquiens, ‘Suessionis pervagando quaeritis, quasi Sebastianum[c] martirem illic reperturi? Noveritis sane, quia Romae dudum post sui delibationem sepultus, hactenus[d] ibi iacet, a nemine motus. Habetis hic venerabile Dei genitricis templum, hoc frequentate, in eo vota vestra vovete et reddite! Non opus est vobis aliorsum vagari et externa auxilia expetere. Per eam quae[e] fideliter poscitis omnia donabuntur a Domino’. Postquam affatim populum allocutus est, redierunt quique in sua; ipse diei ducens gaudia, vicina mestitia praepropere deturbanda, diem illam finetenus nox superveniens[f] clausit. Episcopus pransus, cubitum pergit. Menbra sopore resoluta[g], cum iam conticinii tempus incumberet, ecce vir quidam ephebus, eurithmiam[2] domni Sebastiani praetendens, ante stratum eius constitit, duobus secum dextra laevaque assistentibus similique fulgore rutilantibus, infulis tamen pontificalibus redimitis[h]. Ipse vero militari clamide amiciebatur, virgam auream manu ferens. Qua pulsato episcopo vocatoque ex nomine, his eum verbis increpando affatur: ‘Ego’, inquit, ‘sum Sebastianus, defensor ecclesiae, qui Roma[i] olim pro amore Christi oppetii, qua et corpore hactenus sepultus iacui; nunc vero Dei praedestinatione ob amorem Medardi Noviomagensis episcopi, quem ad laevam stare vides, ego et hic dexterior Gregorius Romanae urbis papa Suessionis missi sumus, uti locum illum et eius incolas nostro patrocinio custodiamus et custodiendo foveamus. Tu vero livore ductus procaciter egisti hesterno adversum me, avertens plebem tibi commissam, ne, ad confessionem nominis mei euntes, vota sua in obsequium mei deferrent. Insuper falso perhibuisti mea humana illic penitus non haberi. Ut autem omnis scrupulositas ex hoc ab animo tuo pellatur, his verberibus disce, me illic, sicut nunc cernis, absque ulla corporis diminutione olim depositum, iuxta confessoris Christi Medardi quiescere tumulum’. Haec fatus, virga, quam manu gestabat, cecidit[k] eum verberibus plurimis, praecipiens ita: ‘Vade Suessionis, pedibus nudis incedens, et stigmata verberum, quae tibi irrogavi, palam cunctis ostenta, ut norint omnes, me illic fore praesentia corporali, virtute quoque spirituali praeesse et prodesse non solum loci illius incolis, sed et[l] omnibus Galliarum populis Regi meo et Domino meo fideliter adherentibus, mihi quoque meisque consortibus, illius videlicet loci patronis, dignis obsequiis famulatum impendentibus’. His dictis, caelestia reposcit cum suis consortibus gaudia. Episcopus dolore verberum et confusione insomnis, ut festinato cursu lux diurna redeat, anhelus expectat. Qua mortalibus reddita, ascitis consecretalibus et necessariis amicis visionem pandit, ictus verberum tumentes ac lividos detegit. Illi vero anxii plurimumque turbati, operis[m] executione quod imperatum divinitus fuerat maturandum quantocius commonent. Denique instruitur iter, parantur et munera inclito martiri deferenda. Pedestrem ducem himnis canora turma lente subsequitur, quousque ventum est ad locum, in quo ingens frequentia populorum excubabat ante martiris tumulum. Omni deposito supercilio, deiectisque in terram profundo pudore luminibus, ruit prostratus in faciem tanta humilitate, quanta et divina correptus fuerat severitate. Oratio in longum protenditur, gemitus et suspiria ex profundo pectoris proferuntur. Explicita oratione, capitulo competenti a loci ipsius primatibus eius commendatur supplicatio, dehinc placabilia vota[n] proferuntur, exinde nobilis fratrum concio advocatur. Fit delicti confessio, ostenditur divinae censurae subsecuta correptio, spondetur per omne vitae suae tempus ferventior erga[o] beatissimum martirem permansura devotio. Itaque vir Dei verbere divino iam eruditior factus, mente sincerior, corpore vegetior, Lugdunensis cathedrae sublimia gratanter repetit fastigia. Huius rei exitus tanto nunc[p] notior omnibus extitit, quanto et personae dignitas famosior fuit, et situ loci in edito posito,

a) baptismatis 1. b) eo tempore 1. c) Sebasti . . . . *(locus rasus)* 1*. d) act. 1 *saepius*. e) quam 1. f) *sequentia des., folio exciso* 1*. g) soluta 1. h) redemitis 2. i) Romae *Boll.* k) cicidit 2. l) *deest* 1. m) operum 1. n) dona *Boll.* o) 1* *pergit f.* 19. p) tunc *Boll.*

1) Clavati scilicet, vulgo Laon. MAB. 2) Nomen Graecum εὖ et ῥυθμός, elegantem formam hoc loco significans. MAB.

res in sole gesta occuli sub modio minime potuit. Venerabilis ergo vir iam dictus Ostroldus episcopus ab optimo didascalo docte docilis factus, coepit libere privatim publiceque docere, nequaquam fore quempiam a divinis verberibus immunem, neque cuiquam impune cedere, qui Sebastiani martiris contemptui duxerit memoriam excolere. Sic cessit plurimorum invidia, martiris virtutibus victa, et per unius corporis 5 cutem a multorum cordibus invidiae virus tali est extusum malagmate.

38. In provincia Aquitaniae, in pago Alvernico, vico Tudurninse, est coenobium meritis huius praecellentissimi martiris ac nomine consecratum[1], cuius primariae constructionis ratio huiuscemodi veridica fertur relatione fuisse. Fuit in eadem regione sacerdos quispiam, morum probitate notabilis, actu ac[a] nomine Magnus; qui et ex eventu, quod ei non fortuitu, sed nutu deifico provenit, loco illi nomen in-10 didit, ut ab ipso Magnus-locus diceretur et esset. Siquidem inter cuncta eiusdem provinciae monasteria famosissimum hodietenus habetur ac nobile. . . . . . . Interea dominus fundi quo haec gerebantur, cernens tam mira ac stupenda in sua actitari[b] ditione deifica sacramenta, ascito de officio rei publicae tabellario, facta legaliter traditione, delegavit eam sancto iure perpetuo possidendam. Sic per incrementa dierum et cultus religionis et loci situs quorumcunque dapsilitate fidelium capiebat augmentum. Primo-15 que in eodem loco oratoria cella construitur, postremo, crescente devotione fidelium, monasterium inibi constituitur et honore ac nomine pretiosissimi martiris Christi Sebastiani episcopali benedictione consecratur, monasticae quoque religionis ordo sub abbatis regimine substituitur.

. . . .

41. Igitur necdum longaevo peremenso[c] spatio, beatissimo et omnifaria laude dignissimo martire 20 Sebastiano penes Suessorum urbem honorifice illato ac cum magno tripudio excepto, cum eius, ut praemisimus, prodigiorum atque signorum fama crebresceret, de ipsis quoque ultimae Tilae finibus ad eius fragrantia pignera confluerent, abba praedicti monasterii[2], de quo sermo habitus est, audiens hoc, gaudio repletus, commonet suos hortaturque, celerrimum illuc protendere gressum, se ducem et praevium itineris exhibens, ut, quod non poterant in toto, partem saltem vel modicam mererentur ex toto. Quo cum per-25 venissent et a Rodoino praeposito fratribusque ex more suscepti humanius agerentur, causam sui itineris, pro qua tantum onus subierint, lacrimabiliter fundunt. . . . .

42. Vidimus quosdam nec spernendae probitatis viros, qui Suessae[d] civitatis venturam, quam formidamus, ruinam ab his qui audiere se protestantur percepisse. Turricula erat in eadem urbe orientis occiduas spectans plagas, super quam spiritus ambiguus, cum iam noctis tetras aurora coepisset umbras 30 spargere, terribilis sententiae ter ingeminatam profudit vocem, dicens: 'Vae, vae, vae tibi, Suessio, Sodoma ut olim et Gomorra validis ignium flammis concremanda et in vacuos favillarum cineres redigenda!' Invisa nec a quoquam cognita persona, sui officii mysterio functa, gestu celeri[e] tenuis[f] sese perabdidit auris. Hanc loetiferam vocem, qui tunc, antequam diesceret, sicut praemisimus, vigilare poterant, horribiliter intonantem, non solum in ipsa urbe civiles, verum suburbani quaquaversum degentes audiere; 35 cuius fama de regione in regionem pervolans, omnibus celeberrima facta est. Quam rem a multis qui nostris superfuere[g] temporibus sine suspicione falsi consono relatu audivi eamque huic operi annectendum[h] ratum duxi ad correctionem omnium eandem urbem inhabitantium, maxime illorum qui se turpissimo et naturae improbo crimine foedare non verentur. Et hoc idem ipsi patres et praedecessores nostri, qui nobis ista narrabant, meritis et interventu huius nostri piissimi protectoris[i] deputabant, quod 40 nequaquam hoc sua tempestate impletum videbant. Adiciebant preterea, priusquam ille Roma deveheretur, horrendas saepius ibi reproborum spirituum per plateas perque aedes illusiones importune civibus machinatas. Sed eo veniente, vapor veluti fumi evanuere universa, quieta serenitudine[k] beneficio eius vulgo disposita et humanis commodis placido famulatu praestita.

43. Preterea memorandi caesaris Chludowici qualis quantave circa sanctum devotio fuerit, largissima 45 operis patefecit executio. Comperto namque, divini numinis praesentia per martirem Christi incircumscripta inibi patrari miracula, regali exutus purpura[l], calciamentisque tertio ferme lapide reiectis, cum coniuge nudis ad monasterium, quo iam locatus fuerat, processit plantis[3]. Et quia aliquos flagitiosos[m] audierat imperatrix Iudith vi quadam inpraefocabili in conventu publico crimina sua detexisse et odii livore interius perustos, palam exterius metuendo nimis examine ignibus[n] atrocibus concremari, pro eo 50 quod, priusquam loco devenirent, suorum criminum appetitus dignis confessionum ac poenitentiae remediis cohercere neglexissent, anxietatis nimiae procellis elisa, cum praecognovisset, illuc caesarem iter disponere, nec se ab eo absque sui rubore dirimi posse, totam se ad propitiam Redemptoris contulit omnipotentiam, agensque cum venerabilibus sacerdotibus culparum suarum secreti mysterii munus, cum psalmista orabat, ut ab occultis suis mundari et ab alienis mereretur absolvi. Elemosinarum interea 55 impendiis ceterorumque bonorum operum exhibitionibus[o] per spatium interiecti temporis, quod praescierat, incunctanter operam dedit, sicque demum religiosae maiestati votiva comes effecta, ad sancti martiris limina praeclaris meritis praecipua properavit. Cumque abba reverentissimus Hilduinus et fratrum ornata cohors, tantae celsitudini assurgens, festivo apparatu utriusque eorum prae foribus servans adventum, veniret et tandem susceptos ad tumbam martiris canoris vocibus concrepando deduceret, in

[827. Aug.] [Ps 18, 13]

60 a) et 1. b) attitari 1*. c) permenso *Boll. Mab.* d) Suescę 1. e) celebri 1. *Mab.* f) tenues sese per abd. auras *Boll.* g) fuere 1 h) *ita* 1. 2. *Boll.* i) proptect. 1. k) severitudine 2. *Mab.* l) porpura 2. m) *sequentia des., folio exciso* 1*. n) ignis 1? 2? *Mab.* o) exhitionibus 1.

1) Manlieu, dioec. Clermont-Ferrand. Cf. Gallia Christ. II, p. 360. 2) Magni-loci. 3) Quo tempore hoc factum sit, ex diplomate infra p. 388, n. 3. laudato apparet.

827. Aug. humili quo erant habitu solotenus cum multa nobilium phalange, substratis comminus sibi palliis, antequam margines attingerent altaris, extemplo in faciem ruentes, gemebundas ac lacrimarum rore madidas preces, militis ipsius merita recolentes piumque intercessorem invocantes, universali Domino protractis suspiriis effudere. Inde ab oratione surgentes, versu congruo omnium assistentium voto eorum commendatur oratio. Igitur aulam tantae sublimitati provisam introgressi, imperialia et ea quae tunc cultiora fuere ornamenta reinduti et diademate compti, missarum sollempnia caesar, consistorium scandens, in honore martiris fecit decantari. Qui, cum ad euangelium ventum est, calicem aureum cum patena, patris sui Magni Karoli monogrammate insignita, manibus propriis inter legendum ponderis ingentis tenuit et cum oblatione sacranda eidem dicavit. Post expletionem[a] quoque celebrem ad vestigia eius cum coniuge accessit; ubi cum sese prolixa oratione Deo per sanctum commendavissent, complexiva et omni aevo reminiscenda devotione, singillatim[b] a stemmate usque subuculam cultu regali exuti, uterque martiri inibi reposuere. Textum deinceps sacrorum euangeliorum, aureis caracteribus exaratum laminisque metalli eiusdem absque admixtione cuiusque[c] materiei inclusum[1], timiamateriumque 40 et 8 syclorum eiusdem speciei et vastam olei amphoram ad luminaria concinnanda mente promptissima obtulit[d]; monetam etiam publicam cum incudibus et trapezetam[e] perpetuo famulatu sacris ipsius deservitura subdidit. Abbatiam quoque protomartiris Stephani Cautiacum[f, 2], quae septingentarum familiarum esse perhibetur, ad templi fabricam spatiandam dedit et praecepto regiae auctoritatis, ne a quolibet temerario abriperetur[g], cum obtestatione et anathematis innodatione anuli sui inpressione signato roboravit[3]. Quod cum saepius monasterium inviseret, tanta devotioni pristinae postmodum[h] incrementa adiecit, ut, cum quadam die ad sanctae Sophiae capellam, quae palatio inherebat, oraturus procederet, ad limen substiterit, eamque aforis intuitus, optativum illud[i] David, quo in construendo Domini tabernaculo hanelabat, baculo flaventis auri innixus, decantaverit, dicens: *Haec requies mea in saeculum saeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* (Ps. 131, 14.) Mirum dictu! veluti assistentis martiris haec essent auribus data, ipsius eiusdem solis[k] vesperi prodiere magnifica triumphatoris egregii signorum trophea. Nam decem et octo sexus utriusque sanitatum curationes praesens sub eadem nocte, priusquam cubitum pergere disposuerit, cernere promeruit. Contuebatur itaque[l] istorum glaucomina, fugatis tenebris, iubare rutilantis luminis splendentia, aliorum uncas manus et arentia brachia laxa, suras enerves et vestigia retorta, vigore[m] magis dato quam reddito, directius protensa, quorundam aures sanguine fluentes, quas surditas diutina dampnaverat, nunc lenis et tenuis sonus approbabat valde perspicuas, pessimum[n] in quodam, sed devictum et exclusum potenter[o] sinistrum spiritum, leprae maculas abolitas, furentium insipientes rite demutatas mentes. His ad votum fruitus caesar, nullo incredulitatis errore eius pectore movente, amoris subpremi et incomparabilis affectum erga martirem sanctum sollicite in posterum se devovet conservaturum. Inenarrabiles gemitus et suspiria fletuum nimbis respersa multiplicans, eum, veluti carne praesentem cerneret, excolebat, venerabatur et deprecabatur. Et quia sine hesitatione quod expostulabat donari ab[p] eo sibi posse credidit, voti compos effectus, id ipsum adeptus est salubriter. Quid autem fuerit quod ita eum rogasse praemisimus, series subsequens, immo idem in serie secretissimum suum enarret sacramentum.

44.* *Fractus robusti[q] olim brachii vires ego Chludowicus[r] caesar imperator augustus, Dei dispensante gratia orbi Romano imperans, cum late in populos iuris habenas inmoderatius relaxavissem, indulgentia nostra quidam dissoluti, impugnando pietatem[s], in infidelitatis[t] prorupere crudelitatem. Quod malum eo usque incanduit, ut ipsos quoque praedulces natos meos in me saevire compulerint et[u] secum de nece sui genitoris tractare fecerint. Ad locum sic forte venitur, qui ex eventu ruptae fidei, pacis et sacramentorum Mentitus-campus extunc appellatur. Hic me omnis pene meorum militum manus deserens eo, ut retuli[v], perduellio filios meos horrendum facinus involvit et praefices sceleris esse delegit, insonti mihi multa morti obnoxia imputantes. A nunquam laesis multipliciter laesus et delusus, nefandorum actuum[w] meorum non inmemor, aequissimo Dei iudicio haec me digne perpeti comminiscens, casus aequanimiter ferebam. Suessionis civitatem[x] deinde inimica cohorte vallatus, ad sanctorum dominorum meorum Medardi[y] et Sebastiani coenobium perductus sum. Et quia sciebant, me illum locum*

*) *A. B praemittunt rubram:* Conquestio domni Chludovici imperatoris et augusti piissimi de crudelitate et defectione et fidei ruptione militum suorum et de[z] horrendo scelere filiorum suorum in sui deiectione et depositione patrato.

a) explect. 1. b) sigill. 1. c) cuiusquam 2. d) obtuli 1. e) trapezeta 1. f) Cauciacum *Boll. Mab.* g) 1* *pergit f.* 25. h) *deest* 1. i) ilico 1. *Mab.* k) soli 1*. l) *ita* 1*. *Boll.*; namque 1; *deest* 2. *Mab.* m) vigorem, m *expunct.* 1*. n) possimum 1. o) pptenter 1*. p) sibi ab eo 1. q) r. o. br. viribus *A. B*; o. r. 1*. r) Chludovicus 1. *A. B.* s) impiet. *A. B.* t) infidelitatum *B. Duch.* u) et — fecerint *des. A. B.* v) rutuli 1*. w) actuorum 1*. x) civitate *A. B.* y) M. et S. *erasa* 2, *des. Mab.* z) *deest B.*

1) Hic codex asservatur in bibliotheca publica Parisiensi nr. 8850 (Suppl. Lat. nr. 686), sed laminis tantum argenteis coopertus, quas Ingrannus abbas a. 1169. fieri curavit. Cf. de eo Ed. Fleury, 'Les manuscrits à miniatures de la bibl. de Soissons' (Paris 1865) p. 1—47, tab. I—IV. 2) Choisy ad Axonam fl. prope Compendium. 3) Cf. diploma datum a. 827, Aug. 4, Reg. Imp. I, nr. 816, quod quidem genuinum non servatum est, sed vide quae Mühlbacher l. l. notat.

diligere plurimum, consiliabantur inibi me fortuitu[a] *post desperationem sponte arma positurum. Quo cum me publica custodia artavissent, quatinus*[b] *quod callide tractaverant opere consummarent, quosdam submiserunt, qui uxorem meam in monasterio virginum sanctimonialem*[c] *factam vel, quod verius audissent, mortuam mihi nunciarent. Filium quoque meum parvulum et innocentem Karolum, bonae indolis puerulum, quem noverant prae omnibus mihi amantissimum*[d], *attonsum*[e] *et monachorum firmarent coetui adnixum*[f]. *Quod ego audiens et me continere non valens, quippe qui regni decore spoliatus, coniuge privatus filioque essem orbatus, diebus non paucis heiulans, nullo consolatore fruitus, languoris*[g] *violentissimi paulatim me persentiebam ex tristitiae magnitudine aestibus aduri. Et quia preter Deum consolatorem neminem habere poteram, quoniam quidem*[h] *aditus et colloquium negabatur omnibus, ad ecclesiam*[i] *tantum et ad fratres raro via, et ipsa cum summa prospectione custodum, patebat, insedit animo illac*[k] *ire. Quo cum devenissem, omnium vestigiis provolutus, morbi quo afficiebar plagam medicis sapientibus retuli*[l]. *Quibus, ut quanti*[m] *levaminis apud propitios dominos optinerent, supplicavi, et ut pro requie*[n] *coniugis, quam exemptam vita arbitrabar, missas celebrarent*[o] *et attentius orarent, venerabilem religiositatem eorum obnixe efflagitavi. Qui afflictionibus et miseriis meis prudenter compassi, per merita et interventum sanctorum, quibus deserviebant, veluti futurorum praescii, proximam pollicitati sunt ob Omnipotente mihi*[p] *affuturam medelam, si tamen fidei sacramentis animum accommodarem. Sic ab eis bene confortatus, post orationem ab illis deductus, notis*[q] *ergastuli antris ita demum sum restitutus. Sequente noctis umbra cogitatu sedulo lucicomum desiderabam cernere sydus, ingressusque sanctae Trinitatis vicinum carceris oratorium, post matutinalem expletionem*[r] *solus inibi pernoctans, cum per fenestram extra*[s] *intuitum dirigerem, quendam custodum ultra vires, inmerito tamen mihi infestum*[t], *sub imbrice comminus video iacentem et, ne vel permodico*[u] *maceriei foramine elaberer, ipso statu servare cupientem. Quem somno et mero sopitum deprehendens, inter alta cordis suspiria ridiculum mihi omen melius aspectans oboritur. Enimvero cum ita diffusum solotenus et eius ensem*[v] *frequenti cervicalis, quo super fuerat expositus*[w], *repulsu viderem*[x] *penes fundamina basilicae*[y] *inpexum, scalam concite, quae ad accendendas*[z] *faros angulo fuerat reposita, subiens, funiculum otio torpentem super a laquearibus solvi, comminusque hastas, quibus vexilla tempore lętaniarum ferenda*[a] *aptantur, conspiciens, uni earum funiculum cum laqueo subnexui perque eandem fenestram ieci. Hac comprehensum arte mucronem sustuli inque altas et squalentes feci iactari*[b] *latrinas. Vocatoque eius nomine, aio ad eum: 'O custos pervigil, tuorum spes fidissima, vigilasne?' Ad*[c] *haec ille: 'Vigilo et bene vigilo'. Cui iterum ego: 'Et quid struis?' Et ille: 'Quid de his', inquit, 'tibi?' Rursus ego: 'Si tibi forte repentina necessitas cogeret*[d], *forsitan gladius manu abesset'. Illo*[e] *ad caput brachia convertente et eum huc illucque queritante*[f]: *'Si me', dixi, 'sic custodisses, hodie me*[g] *nequaquam hic habuisses*[h]*'. 'Quicquid', inquit, 'illud est*[i] *quod de mucrone actum est, satis superque te ut iussus sum servavi et servare curabo'. Et*[k] *ego: 'Vade ergo et in*[l] *munere fidelitatis huius et vigiliarum tuarum illo in loco, competenti*[m] *armamentario*[n], *quem turpiter amisisti, recollige mucronem'. Eadem ipsa die quidam fratrum explorantes totius causae meae veritatis tenorem, per Hardinum*[o], *qui cotidiano ministerio ante me missas psallere*[p] *consueverat, scripto miserunt. Cumque de more ei oblationes Deo mactandas, maxime pro coniugis meae absolutione, quam humanis exemptam rebus credebam, offerrem*[q], *ille meam cautius stringens manum: 'Secus altare est*[r]*', dixit. Post consummatam hostiam, omnes cum foras egressi fuissent, substiti solus, et sacello proiectam colligens rotulam, vivere uxorem et nil in filium meum sinistri*[s] *operatum cognovi, et perplures iamque*[t] *poeniteri, quod taliter*[u] *fidem ruperint et a me discesserint, ferocibusque animis certatim restitutionem regni moliri. Quod Deo favente resque in melius per obtentum*[v] *sanctorum suorum transfundente*[w], *ad perfectum deduxere*[x].

a) fortuito *B.* b) ut *B.* c) sanctem. *A.* d) amatissimum 1*. e) adtunsum 1. f) addictum *B. Duch.*; adnexum *Boll.* g) langoris 1. h) sane *B.* i) vero *add. B.* k) illuc *A. B. Boll.* l) exposui *B.* m) *ita* 1. 1*. 2; qnti, *superscr.* al *A.*; aliquantum *B. Boll. Duch.* n) regie 1*. o) celerarent 1. p) *deest Mab.* q) noctis *A. B.* r) explect. 1. s) i. e. *A. B.* t) infensum *A. B.* u) per modicum m. foramen *B. Boll. Duch.* v) essem *A.* w) positus *B.* x) videremque eum p. *A.* y) *deest* 1. z) accendendos *A. B.* a) *deest A. B.* b) iactare *A. B.* c) At 1*, *ubi* haec *in marg. suppl.* d) occurreret *B. Duch.* e) vero *add. B.* f) quaeritanti *A.* g) n. me *B.* h) Ille autem *add. B.* i) *del. et superscr.* sit *B.* k) At *B.* l) pro *B.* m) sane *add. B.* n) armamentorio 2. *Mab.* o) *ita* 1. 1*. *A. Boll.*; Harduinum 2. *B. Duch. Mab.* p) celebrare 1. — consuerat *A. B.* q) offerre 2. r) esse *Mab.* s) o. s. *B.* t) iam *A. B.* u) *deest, sed quaedam syllaba erasa* 1*. v) ostentum *Mab.* w) commutante *B.* x) *desinit B.*

***Verum quanquam augustius*[a], *regni recuperato fastigio, pristinae dignitatis perfruerer gloria, meorum attamen non inmemor votorum ac precationum, quibus excellentissimum martirem Sebastianum rogaveram et me incunctanter*[b] *accepturum credebam. Insurgente rursus perduellio, cum passim regni quietudo propugnaretur, et pacis tranquillitas confunderetur, pro his sanctum supplicaturus, ad praedictum accessi locum*[1]. *Et quia saepenumero in*[c] *huiuscemodi privatis seu publicis eius praepotens auxilium fueram expertus, super his quoque solitum quo impertiri dignaretur, precabar enixius. Proxima ruente nocte, illud quod ante dies rogaveram nocturno visu accipio evidentissimis indiciis, ab eo caelitus, ut reor, mihi condonatum*[d]. *Et cum ingruentium*[e] *cladium ruina nulla pateretur ratione optatas inibi*[f] *duplicare moras, hinc digressus, discrimini*[g] *me*[h] *pro commissis a Deo populis temptabam impendere et certamini, si res exigisset*[i], *viriliter exhibere. Hinc me proficiscentem praepositus*[k] *huius almi collegii Teutherus*[l] *nomine prosecutus, nostri comes efficiebatur itineris. Cumque penes me equitaret, et procul a sancto loco divelleremur, caput retorquens et in eundem, pro dolor! ultimum aspectum convertens, intimi cordis merore turbatus, superexcrescentes profundae mestitiae fluctus inhibere ultra non valui*[m]. *Tristis et merens amaras fundebam*[n] *lacrimas, loetaliter conclusus*[o], *quid agendum mihi potius foret, valde suspensus. Votum sancto devoveram, cuius operandi diem praefixum videbam. Vitae ab eo finem perceperam, cuius me transgredi non*[p] *licere metas sciebam. Denique commissum mihi regendi*[q] *christianum a Deo imperium haud ignorabam, cuius usque adeo, cum omnem labefactari orbem considerarem, et vicinam desolationem, quam praescieram, formidarem: reum me super hoc inveniri proque hoc aeternis suppliciis dampnari ab illo*[r] *metuebam, qui universorum auctor extaret et dominus iudexque venturus unicuique secundum opera esset redditurus. Ille taliter*[s] *me tristari conspiciens, diutius quidem consultum tenuit; — erat enim vir in omnibus fidelissimus. Et cum iam uberrimum meorum fletuum imbrem ferre nequiret, ipse quoque ex hoc permotus, in lacrimas ruit. 'Quid', inquit, 'optime caesar, tibi et tuis graviter destitutis*[t] *haec prodesse poterunt? Per te consolabuntur universi. Hilaritas tua si mestis parebat, dolorem omnem evacuabat. Noli, domine et gloriosissime*[u] *imperator, noli hoc servis tuis loetalis tristitiae vulnus in te, cui summa semper iocunditas, vultus serenissimi obnubilatione*[v] *palam ostentare. Hoc tuorum militum*[w] *corda brachiaque dissolventur, hostium vires robora concipient. Singulare id dumtaxat tuis esse debet secretum, quod ita tui pectoris turbare potuit laetissimum semperque quietissimum statum. His fortasse, si fideliter tui*[x] *compassi fuerint, dabitur, ut consolationis remedia valeant repperire; et si secus fieri nequibit, levius deinceps, cum huius rei plures coeperint effici participes, feres'. Tum ego, quae fideli noveram persuasione edita, consolatoris mei verba suscipiens, ei causam reddidi et*[y], *quid lateret corde, detexi protinus ore. Sanctum*[z] *illum locum me amavisse plurimum dixi, quem non*[a] *ultra me videre, sancti martiris agnoveram revelatione. Votum insuper vovisse, cuius effectum prohibuisset fluctuatio collati imperii; et nisi formidini ab hostibus imputaretur, aut eius, quod supra modum pertimescendum erat, ab Omnipotente ruina exigeretur, arma, purpuram et stemmata quam libentissime ibidem me*[b] *deponere voluisse*[c]. *Inde ab eo cum salubrius consilium dari*[d] *expetii, tale percepi. 'Bonum', inquit, 'votum tuum, gloriosissime caesar, sed, sicut*[e] *beatus docet Gregorius*[2], *nihil*[f] *Deo bona*[g] *voluntate ditius. Magnum quidem est quod optas renunciari*[h] *saeculo et omnibus quae possides, siquidem per hoc Christi imitator esse posses*[i]. *Verum multorum salus a quibus perficitur, multiplicia in singulis praemia pollicetur. Illud tibi, istud omnibus consulit. Magnum illud, sed maximum est istud. Hoc si non potest operari voluntas, in isto poterit remunerari. Denique in Deo id*[k] *fuit mirabile magis, quod dignatus est mori pro servis. Caritatis augmen-*

*) *A rubram praemittit:* De auxilio sancti martiris Sebastiani expetito et sibi experto et de revelatione obitus sui.

a) ang. *A.* b) incunctantur *corr.* incunctanter 1*. c) *deest* 2. d) condonatur. Sed ut ingr. *A.* e) in ingr. claudium 1*. f) mihi *A.* g) discrimine 1. h) *deest* 1. i) *ita* 1. 1*. 2; exeg. *A.* k) propos. 1*. l) Theuterus *A.* m) valens 1. n) fundere *A.* o) coepi *add. A.* p) moetas non lic. *A.* q) ad regendum *A.* r) eo 1. s) me t. 1*. t) destitis 2. u) gloriose 1. v) obnubilationem talem ost. *A.* w) multum 1. *Mab.* x) tui 1*. 2. *Mab.* y) ei *A.* z) S. . . . . *syllaba erasa* 1*. a) u. me non *A.* b) *deest A.* c) voluissem 1*. d) exp. d. *A.* e) s. d. b. *A*; sed beato teste Gregorio 1. f) D. n. *A.* g) d. b. v. 1. h) *ita* 1*. 2. *A*; renunciare 1. *edd.* i) possets 1*. k) f. id magis mir. *A.*

1) Quando Ludovicus post a. 833, Dec. 1, quo die imperio restitutus est, Suessiones iverit, non constat. Compluries in regione vicina posthaec moratus est. Forte de a. 838, Sept. — Oct. cogitandum est, quo tempore quandam seditionem facile sedatam esse, Nithardus I, 6. scribit. 2) Homil. in Euang. V, 3.

tum maius idem[a] ipse commendavit esse, si quis pro fratre non dubitasset animam ponere; fecit quod docuit, pro nobis animam posuit. Pertulit Dominus mortem, ut servus reciperet dignitatem, non necessitati succumbens, sed plasmati suo ineffabiliter subveniens. Quod sequamur exemplum, in sese ostendit et danti operam palmam victoriae promisit et permanens praemium reposuit. Quia ergo gregem suum regimini vestro commisit pro eo si necesse sit usque ad mortem decertandum[b] vobis, insigne erit atque laudabile'. His luculenter a praedicto viro instructus et fortiter in agendum animatus, me iterum iterumque sanctitati illius et fratrum attentius commendans, tametsi non ut ante tristis, non tamen adeo discedere[c] hinc praevalui laetus, quippe qui quos dilexeram unice supremum me sciebam transmittere vale.

45. Igitur cum haec fratribus aetatis et religionis merito primoribus relata fuissent, martirem sanctum unanimiter exorandum constituerunt, quatinus[d] eius oracula, si quoquo modo fieri posset, eorum in salutem verterentur in alia[e]. Quod cum sollicite peractum sit, digni attamen nullatenus super[f] hoc audiri[g] fuere, quoniam quidem[a] hac[h] praedestinationis nunquam immutandae constitit Dei. Nam eodem itinere contra filium legitimum et omonimum ducens exercitum, in quadam insula Rheni vita corporali 840. functus, perennem, ut remur, cum sancto, quem incomparabili[i] fuerat amore complexus, eius meritorum optentu est adeptus. Cuius exuviae Mettis in basilica sancti Arnulfi, a[k] quo genus duxerat, celebratae, tam opum pretiosarum quamque fiscorum regalium ditatione sunt insigniter commendatae[1]. Et quoniam, ut eo manifestante[l] cognovimus, votum explere renuit, nec totiens perobtatum sepulturae locum in fundo martiris habere promeruit.

46. Totius orbis Romani principe vita exempto, epilogus tandem tematis huius stili verecundia impellente ponendus est; siquidem quantum ad meritum tanti martiris et ad materiae spectat dignitatem, mutum est omne quod de eo quantumvis humana facundia fari potest, quoniam quidem omnis sermo humanus inferior est laude caelesti. Pauca quidem sunt quae de eo oratione inculta prosecutus sum, pluriora et pene innumerabilia, fastidiosis lectoribus ignoscens, omisi. Enimvero superest hodietenus in cartofilacio nostro scedula Rodoini ad memorabilem Hilduinum abbatem transmissa, in qua numerosa plurimum capitulatione virtutum eius insignia breviata personaliter habentur inserta. Quorum summa in conum[m] redacta, surgit in milibus quattuor centum septuaginta. Itaque tam ingenti materia victus, manum ori opponens, eruditioribus quibusque atque doctioribus et qui necdum in hanc lucem prodiere succedentibus usque in finem saeculi temporibus haec omnia tractanda relinquo. Quisque sane fastidiosus lauciori edulio appetis satiari, hunc nostrum furfurem postponens, sanctissimi patris Ambrosii opus, quod de huius triumpho celibis edidit, inquirens, in eo repperies ferculum ditissime refertum, cuius delicioso admodum[a] siligine palato mentis degustato delectabiliter poteris saginari.

EXPLICIT[n] EPITOMEN MIRACULORUM SEBASTIANI AGONISTAE INSIGNISSIMI, CUIUS NOMEN EX ARGIVO IN LATINUM VIR IMPERIALIS SIVE IMPERATORIUS SONANS, AUREO ILLIUS INMACULATI AGNI VOLUMINE CARACTERIBUS[o] SPECIOSISSIMIS HABETUR INSERTUM. ET IDEO LAUDIS EIUS PLENA EST TERRA, ET MEMORIALE EIUS NON DERELINQUETUR IN SAECULA, QUONIAM REGNAT CUM CHRISTO FELICITER IN AETERNA GLORIA. AMEN.

a) *deest* 1. b) dec. est v. et hoc erit ins. *A.* c) discere 2. d) quatenus 1*. e) aliam 1. f) s. h. *des.* 1. g) auditi *Mab.* h) *ita* 1. 1*. 2; hoc *Boll. Mab.* i) incorporali 1*. k) *deest* 1*. l) ma.. festante *(una littera erasa)* 1*. m) comum 2. n) *ita* 1. *Boll. Mab.*; Explic:it, *littera erasa* 1*; Explicit 2, *ubi reliqua desunt.* o) carecteribus 1*.

1) Haec ex Ann. Fuldensibus sumpta videntur esse.

APPENDIX.

TRANSLATIO SS. TIBURTII, MARCELLINI ET PETRI AD S. MEDARDUM.

Monumentum insigne fraudis, non tam piae quam audacissimae, huncce libellum iure meritoque dicas, apud S. Medardum Suessionicum ineunte saeculo XI. conditum, quem Mabillon alterius duorum codicum quos vidimus fide seductus Odiloni monacho, auctori Translationis S. Sebastiani, tribuit. At hic codex (noster 2) minoris auctoritatis est altero, in quo auctor non nominatus est, et eundem titulum praemittit prologo, quem Translationis S. Seba-

stiani codices praebent: Incipit epistola Odilonis ad Ingrannum, *cum tamen hic prologus neque epistolae formam exhibeat neque ulla re ad Ingrannum decanum se directum prodat*[1]. *Quo vero res absolvitur, per totum libellulum ea arte quam vocamus 'Reimprosa' adhibita, terminationes sententiarum consonae factae sunt; qui mos Odilonis tempore nondum in usu fuit, maxime vero saeculo XI. ineunte viguit, quo tempore hunc libellulum conscriptum esse, codicibus tunc exaratis probari videtur. Apparet igitur Odilonem falsarii suspicione absolvendum esse.*

Diserte et luculenter narrat Einhardus in Translatione SS. Marcellini et Petri, cum suis nuntiis, qui horum sanctorum corpora in Germaniam transtulerunt, ab Hilduino abbate presbyterum quendam missum esse, qui alicuius sancti reliquias S. Medardi monasterio apportaret. Hunc frustra laborasse, ut S. Tiburtii corpus acquireret, postea magnam partem reliquiarum SS. Petri et Marcellini furatum esse; hanc vero partem ab Hilduino ipsi Einhardo demum restitutam esse. Attamen duobus saeculis posthaec monachi Sancti Medardi et Tiburtii et Marcellini et Petri integra corpora se possidere contenderunt. Quod ut probaret, monachus quidam auxilio relationis ab Einhardo scriptae novam translationis historiam ita commentus est, ut, ubi ille de corporibus SS. Petri et Marcellini translatis retulit, hic Ratleico nuntio Einhardi missos Hilduini substitueret, ubi ille, Tiburtium frustra quaesitum esse, narrat, hic, eum inventum esse, scriberet, alia impudentissime mutaret et effingeret, verba tamen multa Einhardi retineret aut levius alteraret, quae minutis litteris exprimi fecimus. Haec optime exposuit, fraudem detexit et castigavit D. Papebroch, Acta SS. Iun. I, p. 206—208, *qui etiam, ab Odilone hoc vile opusculum fabricatum esse, negavit, saeculo XI. vel XII. id scriptum esse, censens.*

Nihil igitur historiae inest in hoc opusculo mendaci, multum vero disci opinamur intelligendo, quomodo auctor librum Einhardi suo consilio aptaverit, quare idem tamquam Einhardi et Odilonis libellorum appendicem damus ex codicibus:

1) *Vaticano reginae Christinae nr.* 1864, *mbr., fol. min., olim S. Medardi Suessionensis, saec. XI. in. ineleganter, sed accurate scripto, f.* 13—18'.

2) *Vaticano Ottoboniano nr.* 811, *parte II, misc.* 4°, *mbr., saec. XI, in quo f.* 104—109'. *hoc exstat opusculum*[2]. *Hunc quoque codicem in monasterio Sancti Medardi scriptum esse, coniecerim, in quo titulus iam dictus praemissus, nonnulla etiam nomina sanctorum, quorum reliquiae tunc translatae esse dicerentur, addita, nonnullaque alterata sint.*

Ex hoc codice vel eius fratre uterino editionem suam paravit Mabillon, Acta IV, 1, *p.* 411—414; *quam repetivit Migne, Patrol. CXXXII, col.* 623—628. *Excerptum dederunt Duchesne II, p.* 650. *et Bouquet VI, p.* 319 *sq.*

O. Holder-Egger.

1) Monemus etiam, Odilonem in epistola ad Hucbaldum supra p. 377, n. 2. laudata Translationis S. Sebastiani a se scriptae, minime vero huius libelli mentionem facere. 2) Eadem manu scripta sequitur *Memoria beati confessoris ac patroni nostri Gildardi Rothomagensis archiepiscopi,* cuius caput apud S. Medardum servabatur.

*Omnia[a] quae dicuntur nequaquam certae rationis auctoritate discutiuntur, quae vero visa dicuntur, audita referuntur[b], habita demonstrantur, veridicis[c] sanctionibus approbata creduntur. Proinde quia multi multa locuntur de beatorum Marcellini et Petri[d] martirum translatione ab urbe Roma in Gallias et repausationis eorum locum vel se nescire dissimulant et negligenter dissimulando invidiose abnegant, opere pretium fuit, ut de tantorum corporali presentia Christi militum et veritas rei ambiguae satisfaceret, et dubitantium fides ad amorem martirum credendo in melius proficeret. Nichilominus et beati Tiburtii martiris adventus et exceptio corporis eius ratiocinando[e] describitur, et gloriosa sanctarum reliquiarum depositio, Marii[f] videlicet, Marthae, Audifax scilicet et Abacuc, non minori devotione cum prefatis sanctis martiribus describendo suscipitur. Vehementer etenim[g] condecet, ut, quorum una fuit voluntas transferendi se in Gallias, et unius[h] locelli devexit quantitas, fiat adventus et depositionis eorum in monasterio sanctorum Medardi et Sebastiani[i] una eademque principalis letitiae sollempnitas[k].

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT[l] NARRATIONIS EPYLOGUS.

1.[m] Dominus et augustus noster, videlicet totius orbis Romani princeps Francorumque regni piissimus[n] pater, felix et providus imperator totius monarchiae[o], Cludovicus[p] scilicet, illius augustae et venerandae memoriae Karoli Magni filius, qui ad liberandum orbem tirannicis moderationibus et ad comprimenda domestica mala divinae dispositionis sublimatus[q] est gratia, postquam paterni suscepit imperii gubernacula, totius sanctae ecclesiae catholicae[r] fideles et filios per quatuor mundi climata pio moderamine provexit ad supernae felicitatis emolumenta. Hic inter sibi collatae virtutis et gratiae munera honestae fidei pariter et documenta dedit et ornamenta religionis ecclesiasticae multipliciter condecoravit. Multa quoque corpora sanctorum de pluribus Italiae partibus in regnum Franciae[s] detulit, ubi maxime populus nobilitate superbus, armorum strenuitate decorus, non minima laude sapientiae simul industriae et prudentiae pollet et prevalet utique. Cuius ingenii sollertia beatissimi et omnifaria laude dignissimi Sebastiani martiris corporalis gleba, simul et beatae memoriae Gregorii papae sanctissima menbra poenes Suessorum moenia in basilicam summi confessoris Christi Medardi deportata pariter et conlocata[t] videntur et habita.

2. Dum[u] ergo innumerabilis miraculorum frequentia tunc temporis assidue[v] fieret in sanctorum presentia, per longa mundi spatia tanti odoris flagrantia non minima redolet virtutum notitia. Unde contigit, ut quadam die, dum prefatus imperator hiemaret Aquisgrani palatii, sub tempore inter prandendum[w] plura cum obtimatibus suis loquendo exorsus est regio more. Inter quae pulcherrima[x] verborum colloquia subito in beati Sebastiani martiris impegit translationis gaudia et virtutum ipsius magnalia[1]. De neglectis quoque martirum sepulchris, quorum Romae ingens esset copia, prolixitas sermonis subsequitur non minima. Factum est autem, dum haec agerentur, accidit[y], ut quidam diaconus sanctae Romanae ecclesiae nomine Deusdona pro suis necessitatibus regis adiret imploraturus clementiam. Dum ergo[z] diutius in palatio moraretur cum Einardo abbate, palatii regalis[a] scilicet domestico, familiaritatem illius pre ceteris palatinis promeruit et omnem humanitatis[b] exibitionem ab eodem abbate sine ulla inproperatione suscepit. Inter haec dum, peracto[c] propter quod venerat negotio, Romam redire disponeret, ab eodem abbate multa donaria recepit in sua, et maxime mulorum[d] prestantiam[e] ad perficiendam suae reversionis diligentiam[f]. Igitur de Aquisgrani palatii[g] profecti, predictus scilicet abbas Einardus et prefatus sanctae Romanae ecclesiae diaconus, ad[h] Augustam usque urbem Suessorum perveniunt.

Einh. Transl. I, c. 1.

3.[i] Ea tempestate domnus imperator ob amorem incliti martiris Sebastiani cum omni apparatu et suorum procerum comitatu in monasterio devenerat Sancti Medardi, sanctum pascha, prout competebat, devotissime celebraturus[2]. Huic spectaculo vir venerandae memoriae Hilduinus abba aderat in omnibus, qui et predictum abbatem Einardum[3] et sanctae Romanae ecclesiae diaconum altius et honorifice suscepit et familiarius tractavit suorumque secretorum conscios adhibuit. Inter haec familiaritatis obsequia supra modum iocundati et in inmensum[k] locuti[l], pascales dies prosecuti sunt gaudentes. Denique accepta benedictione repedationis suae, iam dictus diaconus, diversae promissionis admodum[m] largus, beati Tiburtii martiris Hilduino abbati promittit venerabile corpus. Einardo quoque abbati fideliter spondet, ut, si fidelem legationem secum

*) 2 *hanc rubram praemittit:* Incipit epistola Odilonis ad Ingrannum de adventu et susceptione corporum sanctorum martirum Tyburtii, Marcelini et Petri, Marcelliani et Marci, Proti et Iacincti, Marii et Marthe, Audifax et Abacuc, Abdonis et Sennis, que est[n] pridie Idus Iulii. — 1 *in marg.:* Lec[tio] I

a) *litterae initiales capitum des.* 2. b) referentur 2. c) veredicis 2. d) Marcelliani, Marci, Proti et Iacincti, Marii et Marthae, Audifax et Abacuc, Abdonis et Sennis *add.* 2. *ed.* e) racionando 2. *ed.* f) Marii — Abacuc *des. h. l., pro quibus:* Hermetis et Iuliani 2. *ed.* g) enim 2. *ed.* h) unus 2. i) atque papae Gregorii *add.* 2. *ed.* k) sollempnitatis 2. l) Lc. II. *in marg.* 1. m) *numeri capitum des.* 2. n) pater piiss. 2. *ed.* o) monarchiā 2. p) memorię *add., sed expunct.* 2. q) sublatus 2. r) *deest* 2. *ed.* s) Francorum 2; regna Francorum *ed.* t) conlata 2. *ed.* u) Cum *ed.* v) assudue 2. w) prandium 2. *ed.* x) pluribrima 2; plurima *ed.* y) *deest ed.* z) vero 2. *ed.* a) *in marg. suppl.* 1. b) humanitatem 2. c) aperto 2. *ed.* d) multorum 2. *ed.* e) prestantia 2; praesentia *ed.* f) diligentia 2. g) palatio 2. *ed.* h) at 1. i) Lc. IIIIta (*post corr.* III) 1. k) in inmensis 1. l) laetati *ed.* m) atmodum 1. n) ēt 2.

1) Quae Einhardus I, c. 1. de se et Deusdona narrat, falsarius in prandio imperatoris gesta commentus est. 2) Imperatorem a. 827, quo ab Einhardo narrata gesta sunt, Suessionibus pascha celebrasse, auctor effinxit. Einhardus c. 1. Deusdonam et nuntios suos S. Medardum adiisse scribit. 3) Qui non ibi fuit.

dirigeret, multas sanctorum reliquias in propria reciperet. Quibus promissionum dictis vehementer exhilarati, domnus videlicet Hilduinus abba et Einardus, ambo legatos diligenter eligunt exquisitos, prudentia videlicet industrios et astutia conspicuos. Sic cum prefato diacono iter ingressi[a], Romam[b] quanta possunt celeritate prepropere tendunt.

4.[c] Contigit autem, ut quidam illorum, medio itinere perfecto, tertianae febris corriperetur incommodo. Cum autem diutius intempestae noctis silentio graviter suo vexaretur incommodo, apparuit sibi febricitanti preclari vultu[d] iuvenis, causam ab eo commissi negotii et laborem tanti perquirens itineris. Cui cum ille promissa diaconi de reliquiis[e] sanctorum Einardo abbati mittendis et de his quae beatae memoriae Hilduino abbati pollicita fuerant per ordinem intimaret, respondit pulcherrimus iuvenis et dixit: 'Satis manifestum est, et patenter tui socii tibi sunt conscii, quia quam plures dies tertiana febre laborasti. Surge velociter, festina iter, securus accelera negotium! Tibi a Domino promissum consequeris votum. Volo, ut pro signo tuae fidei sive credulitatis effectum integrae percipias sanitatis'. His dictis, expergefactus, ab omni dolore et aestu febrium liberatus, omnia quaecumque viderat et audierat divinitus suis diligenter referre curavit comitibus. Sicque factum est, ut unanimiter et visioni crederent et fidem divinis dictis pariter et promissis adiberent. Igitur Romam venientes, iuxta basilicam beati Petri apostoli quae dicitur ad Vincula, in domo ipsius diaconi cum quo venerunt[f] hospitium acceperunt, per aliquod dies cum eo manserunt, promissorum eius adimpletionem incessanter inquirendo perstiterunt. In hoc morarum suarum articulo consultum fuit, ut ad cimiteria sanctorum simul cum diacono pergerent, ut, si quid dignum in eis inveniri posset, suis desideriis satisfieret.

5. Itaque invento duce, videlicet locorum monstratore, primo ad basilicam beati Tiburtii martiris in via Lavicana, tribus ab Urbe passuum distante[g] milibus, preproperis perveniunt gradibus. Denique martiris tumbam quanta possunt diligentia contemplantur, et utrum aperiri[h] posset aliis nescientibus, cauta circumspectione consideratur. Deinde in basilicam eidem criptae contiguam, in qua beatorum martirum Marcellini et Petri corpora decenter erant tumulata, summa cum honoris descendunt reverentia. Nichilominus explorata etiam illius[i] monumenti qualitate non minima, secum habitando ad nota recedunt diversoria. Sed quanto secretius secum pertractant et hospitem suum posse[k] latere hoc factum determinant, tanto citius eorum[l] prevenit[m] notitiam.

6. Denique veritus prefatus diaconus, ne prefati legati Hilduini abbatis voluntati[n] suae satisfacerent sine suo assensu, consilium eorum festinando maluit prevenire diligentius. Et quia idem ipse diaconus locorum sanctorum plenariam et perfectam notitiam habebat, blande illos vehementer alloquitur, scilicet ut communi consilio fieret, quicquid agendum dispositio supernae virtutis innotesceret. Assentiunt pariter consilio senis, utpote primi archidiaconi sanctae Romanae sedis. Tempus quoque operis festinanter aggrediendi sapienter indicitur, et pari voto summisque desideriis prestolatur. Tunc peracto triduano ieiunio, noctu ad loca sanctorum pervenitur, nullo sentiente Romanorum civium; ingressique basilicam sancti Tiburtii martiris, solotenus prosternuntur; altare illud aperiri temptatur, sub quo sacratissimum corpus martiris positum esse credebatur. Sed mox in primo conamine virtus querentium deficitur, quia nimia mentis et corporis horripilatione concutitur. Monumentum quoque durissimo marmore politum duriori ferro durius resistit et conantium manus aperire facile repellit. In hac ergo cordis anxietate positis divina ilico gratia clementer succurrit. Enimvero quidam monachus, quasi bonus Dei angelus, mox illis advenit nomine Basilius[1]. Hic in monte Palestino[o] cum discipulis suis iam diebus multis habitaverat sub norma probatissimae religionis. Cuius salutaribus consiliis animati, sacris orationibus adiuti, quamvis cum periculo capitis, tandem sacratissimum corpus iam dicti martiris reperiunt[2].

7. Sublato itaque cum omni veneratione sacratissimo corpore, operosis composito palliis, honorifice in criptam beatorum martirum Marcellini et Petri defertur cum omni iubilationis exultatione. Mox festinanter ad tumbam sanctorum martirum genibus flexis descenditur. Pietas domini nostri Iesu Christi cum interno rugitu cordis invocatur, martirum deprecationibus sanctorum quicquid agendum est supplicibus votis[p] querentium committitur. Confestim in ipso noctis crepusculo lapis[q], quo summitas sepulchri tegitur, de loco suo removetur. Tandem invenitur sacratissimum sancti Marcellini corpus in superioribus eiusdem sepulchri semotim positum et involutum diligentius. Ad eius quoque caput tabulam marmoream positam considerant descriptam expressius, quam[r] pretiosi martiris ibi sepultum quondam[s] a fidelibus venerabile iacebat corpus. Ilico[t] cum summa veneratione sanctissimam levantes glebam, munda sindone involutam iuxta corporalem beati Tiburtii martiris deponunt presentiam. His ita peractis, per diversa mutatur eorum cogitatio mentis, et non minima exoritur anxietas, quia beati Petri exorcistae et martiris sacra non potest haberi societatis presentia. Talibus infortuniis mente turbati[3], tanta animi virtute laborant, ut nec cibum sumerent nec somno adquiescerent, nisi martirum corpora sicut in passione sotii, sic etiam in peregrinationis itinere[u] deferrentur inseparabiliter adiuncti. Talibus desideriis incessanter accensi, ad supradictam iterum sanctorum martirum criptam trepidi accedunt, apertoque sine ulla difficultate sepulcro, sacra beati Petri exorcistae et martiris menbra, nullo prohibente, gaudentes et alacres detulerunt ad propria. Igitur levioribus ut prevalent sarcinis aptantur corporibus sanctorum loculi[v] iuxta qualitatem temporis et difficultatem arripiendi itineris.

8. Inter tanta divinae dispensationis officia et religiosi cultus obsequia contigit, ut, dum sanctorum martirum Marii, Marthae, Audifax et Abacuc noctu causa orationis cum prefato archidiacono circuirent

a) ingressi *corr.* agressi 1. 2; aggressi *ed.* b) Roma 2. c) Lc. V (*post corr.* IIII) 1. d) *ita* 1. 2; vultus *ed.* e) requiis 1. f) venerat *ed.* g) *ita codd. et ed.* h) apperi 2. i) ipsius *ed.* k) possē 1. l) eius *corr.* eorum 1. m) preveniunt *corr.* prevenit 1; pervenit 2. n) voluntatis 1. o) Palaestinae *ed.*; Palatino *Einh.* p) vocis 1. 2. q) lapidem *corr.* lapis 1. r) quoniam *ed.* s) q̄ondam 2. t) llico 2. u) itenere 2. v) luculi 2.

1) Hunc narrat Einh. c. 5. Ratleicum nuntium suum adiuvisse, ut corpus S. Petri inveniret. 2) Ut Einh. c. 4. 5. narrat, corpus S. Tiburtii a nuntio Hilduini bis frustra quaesitum, minime inventum est. 3) Haec Einh. c. 5. de solo Ratleico nuntio suo narrat, qui et S. Marcellini corpus invenerat.

cimiteria, divinae commonitionis perciperent oracula, quorum consolationibus et inditiis evidenter instructi, eorum pariter quatuor tollerentur corpora et prefatorum celerius admiscerentur loculis sanctorum. Quod mox sine ulla difficultatis mora cum summa perpetratum est reverentia[1]. Sic illa tota sanctorum corporum[a] massa[b] illustris archidiaconi deliberatur industria et a legatariis domni Hilduini abbatis geminato gaudio defertur suscepta, celerorumque martirum reliquiis admixta, Papiam usque deferendo exultantibus animis pariter deveniunt eundo. Ibi ergo propter iumentorum refectionem et propter longioris viae reparationem statuerunt sibi per aliquod dies in eadem Ticinensium, videlicet Papia, civitate gratissimam indulgere repausationem. (Einh. Transl. I, c. 6.)

9.[c] In hoc morarum suarum articulo contigit legatos sanctae Romanae ecclesiae a Romano directos pontifice Ticinum advenisse. (c. 7) Itaque veriti de adventu illorum sibi aliquid incommodi vel etiam inpedimenti accidere[d] posse, sapienti consilio sapienter presentiam illorum maluerunt anticipare. Confestim ad invicem secretorum suorum detegunt notitiam et per ordinem exponunt interiorem cordis scientiam[2]. Illa Romani pontificis legatio se quantotius manifestat[e] in Gallias ad imperatorem iter velle arripere, quia cogebat illos non minima festinare necessitas sedis apostolicae. Qua de re facti nostrates solliciti, fidelitatem proponunt simul et amicitias abbatis Hilduini; auctoritatem quoque insuper piissimi imperatoris Cludovici[f] certis innotescunt inditiis et translationem sanctorum prefatorum martirum in Gallias luculenta ratione manifestant. Sicque factum est, ut, quos prius quaerulos habuere[g] derogatores, postmodum per omnem viam fidissimos reperirent suffragatores. Ita totum factum est, et sic per coniecturas mansionum, per pericula vel[h] amfractus Alpium, tandem ad Sanctum gaudentes[i] pervenere Mauritium. Ibi causa repausationis suae diem (ib.) cum nocte peragunt ad integrum. Enimvero mox illa sanctorum corpora vilibus loculis inclusa, holosericis linteis pretiosius et dignius involuta, feretri vehiculo decenter imponuntur, aureis peplis desuper obtecta. Inde cum laudibus et ymnis[k] promoti, comitante Dei gratia, thesaurum desiderabilem palam et aperte cum adiutorio populi occurrentis undique usque ad diu preobtati ruris confinia deportavere. Iam tunc temporis adventus sanctorum fama non minima longe lateque sese resperserat; et ideo velut ex umbilico terrae innumerabilis erumpebat populus circumquaque. Ipsa denique Augusta Suessorum a duobus fere milibus tota poene civitas eis obviam ruit et sacras illas[l] beatissimorum martirum exuvias usque ad transitum fluminis Axonae, laudantes Deum[k] in iubilo vocis, cum laudibus deduxere. Ex alia parte fluminis religiosa[m] monachorum concio ecclesiasticis redimita infulis cum pluribus aderat fidelium turmis, quae geminatis gaudiis tantis se gaudet frui patronis et adesse presentium martirum spectaculis. Inde[n] pariter incedentes et diem variis luminibus augentes, cum thimiamateriis procedunt et crucibus auro gemmisque pretiosis affabre distinctis ordinibus, sollempniter exultantes in ymnis et canticis spiritualibus, invehunt in secretis basilicae sancti Medardi penetralibus.

10.[c] Anno incarnationis dominicae 828[3], 2. Idus Iulii, venerabilis abbas Hilduinus suscepit corpora (828. Iul. 14.) sanctorum martirum Tiburtii, Marcellini et Petri, Marii, Marthae, Audifax et Abacuc, et apud Sanctum Medardum in loco celebri honorifice collocata, penes venerabile corpus incliti martiris Sebastiani deposita, cuius adventus et exceptionis corporis ille tertius annus[o] tunc extitit temporis, ibi presentialiter[p] usque in hodiernum diem ab omni populo cum omni veneratione coluntur et debito religionis honore corporaliter habita servantur. Et sicut gloriosiores faciunt milites vulnera pro imperatore suscepta, ita et ipse Deus rex martirum dominus noster Iesus Christus, suorum militum imperator[q] gloriosus[r], pro confessione sui nominis pretexta martirii porpureos in omnibus miraculorum signis et virtutibus efficit gloriosos. Sed quia per idem tempus poene ab ipsa ultima Tile[4] fiebat ad ipsum locum innumerabilis omnium concursus propter frequentiam sanitatum atque signorum, quae indiscrete fiebant in presentia[s] eiusdem martiris Christi Sebastiani, singulariter ac[t] proprie cuncta miraculorum insignia diebus in illis habita ad prefatos sanctos martires, quamvis[u] nequeant cuncta referri, communia tamen credi salva fide possunt esse et dici. Vere et absque ambiguitate ulla propter hoc precipue fuere communia, quoniam, sicut apud Deum aequales creduntur meritis[v], ita non absurde putantur in patrandis miraculis communiter operari.

a) martyrum 2. *ed.* b) maxa *corr.* massa 2. c) *numerus deest* 1. d) accedere *ed.* e) manifestant *corr.* manifestat 1. f) *post corr.* Chlud. 1. g) abuere *corr.* hab. 1. h) et *ed.* i) *deest ed.* k) *deest* 2. *ed.* l) i. b. m. *des.* 2. *ed.* m) religiosam 1. 2, *radendo corr.* religiosa 1. n) I. p. i. *bis scr., alt. del.* 1. o) annis 1. 2. p) specialiter 2. *ed.* q) imperatorum, um *expunct.* 2. r) gloriosius *corr.* gloriosus 2. s) presentiam 2. t) *sequentia des., sequenti folio perdito* 1. u) quanvis 2. v) meriti 2.

1) Hoc caput prorsus effictum. 2) Einh. c. 7. scribit diserte, Hilduini nuntium Papia abiisse, antequam legati Romani advenirent, Ratleicum, qui corpora sanctorum habebat, minime cum eis collocutum esse. 3) A. 827. SS. Marcellinus et Petrus in Germaniam advenere. 4) Ex Odilonis Transl. S. Sebast. c. 41. haec ultima Tile.

MONUMENTA VEDASTINA MINORA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

I. Miracula S. Vedasti auctore Haimino. Haiminus[1] *monachus et aedituus S. Vedasti Atrebatensis, qui Ludovico Pio regnante floruit, magister*[2] *litterarum nominatissimus*[3], *praeceptor Milonis monachi S. Amandi, qui inter a.* 845—859. *Vitam metricam S. Amandi composuit et illi praeceptori suo recensendam transmisit*[4], *Vulfagi*[5] *et Huberti presbyteri, qui ipsi Apparitionem S. Vedasti dedicavit*[6], *ante medium saeculum IX.*[7] *parvum libellulum de miraculis S. Vedasti suo tempore factis, partim ipsi visis, partim ipsi narratis conscripsit; in quo quaedam inveniuntur quae faciunt ad mores illius saeculi depingendos, quae edidimus; reliqua nullius momenti sunt. Condidit etiam sermonem in natali S. Vedasti legendum de sanitate duobus pueris ab illo sancto miraculose restituta*[8]. *Miracula edidit G. Henschen, Acta SS. Febr. I, p.* 801. 802, *ex codicibus Atrebatensi, nostro* 1, *et Antwerpiensi quodam Bollandistarum; repetivit hanc editionem Ghesquierus, Acta SS. Belgii II, p.* 65—67.

II. Miraculorum S. Vedasti liber II. a Vedastinis Ulmaro praeposito, qui exeunte saeculo IX. vixit, tribuitur[9]; *et licet nomen auctoris in codicibus non inveniatur, tamen facile credendum est, libri II. capita* 1—8. *ab eo, inter a.* 875—880. *scilicet*[10], *composita esse; quae vero sequuntur capita* 9—13. *ab aliis monachis addita sunt*[11]; *quod etiam lemmate libri, quod in codice* 1 *legitur, confirmatur*[12]. *Hunc librum edidit Henschen l. l. p.* 805—808. *ex duobus codicibus Bollandistarum, Audomarensi, nostro* 2, *et Duacensi; quam editionem tantum non integram Ghesquierus l. l. II, p.* 71—77, *recudi fecit; Mabillon, Acta SS. ord. Bened. IV,* 1, *p.* 599—604. *ex codice S. Remigii denuo recensuit.*

1) In codicibus recentioris aetatis falso Haimo nominatus est. In acrosticho Huberti presb., Apparitio S. Vedasti c. 8, nomen eius audit *Aiminus.* 2) Ita appellatur in titulo Miraculorum. 3) A viris doctis recentibus Haiminus discipulus Alcuini fuisse dicitur; sed nescio unde hoc didicerint. Cf. de eo 'Hist. lit. de la France' IV, p. 515 sq. 4) Cf. epistolam eius et responsum Haimini, Acta SS. Febr. I, p. 873. Vide de eo E. Dümmler in 'N. Archiv' IV, p. 521 sqq. 5) Qui Vitae S. Amandi auct. Milone versus quosdam subiunxit, ubi v. 19: *tuus . . . meus Haiminus . . . magister.* 6) V. infra nr. IV. 7) Certe ante a. 852, quo corpus S. Vedasti elevatum est; cf. infra II. C. 4. mortalitatis boum mentionem facit; quod si ad eam a. 823, de qua in Ann. Einhardi traditur, referendum esset, hic libellus circa a. 827. compositus esset. 8) Qui editus est Acta SS. Febr. I, p. 802 sq.; Migne, Patrol. CV, col. 755—758. 9) Cf. 'Nécrologe de l'abbaye de St. Vaast d'Arras' ed. Van Drival p. 8: *Ulmarus ab erudita pietate notissimus scribit de novis miraculis S. Vedasti; item hymnos ad eius laudem composuit. Circa* 893. *eidem tanquam praeposito S. Vedasti et coenobitis Evrebertus dat villam de Ruhircurt.* Iam Mabillon Ulmaro alterum librum Miraculorum tribuit, non vero indicavit, unde hoc didicerit. Ulmarus post a. 868. praepositus S. Vedasti factus est, quo anno Willibertus praepositus occurrit. Doleo, me legere nequivisse Taillard, 'Recherches pour servir à l'histoire de St. Vaast', 'Mém. de l'acad. d'Arras' XXXI, 2. 10) C. 6. rei a. 875. gestae mentio fit; et ante translationem S. Vedasti a. 880. factam haec capita conscripta esse, apparet. 11) Ut iam Henschen l. l. p. 790. statuit. Cap. 10—13. de miraculis in ecclesia S. Vedasti Bellovacensi factis agitur. 12) V. infra p. 399.

Excerpta dedit Bouquet VII, p. 367 sq. Nec quae ex hoc libellulo damus magni facienda sunt; in Miraculis posteriore tempore scriptis, quae Henschen l. l. p. 812 sq. edidit, nihil notatu dignum invenitur.

Hi duo Miraculorum libri exstant in codicibus:

5 *1) Atrebatensi nr. 686, membr. 4°, olim S. Vedasti, in quo monasterio saec. XII. in. splendidissime exaratus est, post Vitam S. Vedasti auctore Alcuino*[1], *f. 27'—48'.*

2) Audomarensi nr. 716, membr. fol. max., saec. XII. ex., secundo volumine magni legendarii Claromariscensis saec. XII. ex. nitide scripti[2].

10 *2a) Brugensi nr. 403, membr. fol. max., saec. XIII. in., secundo volumine magni legendarii Dunensis, quod Claromariscensi affinitate proximum est*[3].

3) Duacensi nr. 840 (795), membr. fol. max., saec. XII. ex., olim S. Rictrudis Marchianensis[4].

III. Sermo de relatione corporis beati Vedasti, a. 893. videlicet 15 *Bellovaco, quo irruentibus Normannis translatum erat, in locum suum reversi, a monacho S. Vedasti quodam, qui ad reportandum corpus Bellovacum missus erat*[5], *paullo postea conscriptus est. Editus Acta SS. Febr. I, p. 809. 810. ex codice Vedastino, quem cum codice Atrebatensi nr. 686, supra laudato, f. 49'—56, contulimus; repetitus a Ghesquiero l. l. II, p. 79—82, et a Mabil-* 20 *lonio l. l. p. 604—606. ex codice S. Remigii Remensis non integer*[6]. *In Actis SS. p. 810—812. libellus Miraculorum Bellovaci factorum additus est, qui ab eodem auctore conscriptus esse videtur, in codice vero a nobis viso deest. Nihil memoria dignum continet.*

IV. Denique addimus quaedam ex Apparatione S. Vedasti, quam 25 *Hubertus presbyter cuiusdam ecclesiae S. Vedasto subditae monitu supradicti Haimini aeditui Vedastini, praeceptoris sui, medio saeculo IX. circiter conscripsit et eidem dedicavit. Edidit libellulum ex codice Bollandistarum Antwerpiensi G. Henschen, Acta SS. Febr. I, p. 803—805, unde excerpta nostra sumpsimus, cum codicem Remensem K 786. 769, saec. XII, in quo idem libellus* 30 *habetur, non viderimus. Excerpta ex editione Henschenii dedit etiam Ghesquierus l. l. II, p. 69 sq.*

O. Holder-Egger.

I. EX MIRACULORUM S. VEDASTI LIBRO I. AUCTORE HAIMINO.

INCIPIUNT[a] PAUCA DE MIRACULIS SANCTI VEDASTI 35 AB HAIMINO MAGISTRO EDITA.

1. De[b] muto et surdo a viro Dei sanato.

Sane quae nuper et oculis probavimus et ab his qui illa experti[c] sunt audivimus, pauca de multis referemus[d]. Ego siquidem, qui ista nunc suppleo, interfui his qui viderant mutum et surdum ante paucos annos meritis beati Vedasti subito percipisse[e] et auditum aurium et linguae solutionem. Poterat denique 40 loqui curatus pauper ille, sed ignorabat penitus quid diceret, nisi quod ab aliis audisset, qui[f] numquam ante non modo humanum eloquium, sed nec fragorem potuit audire tonitruorum.

a) *ita* 1; Inc. miracula eiusdem ab Haimone monacho nuper edita 2. 2a; Explicit vita sancti Vedasti episcopi. Miracula eiusdem a Haimino custode descripta 3. b) *capitum rubricae des.* 2. 2a. 3. c) experta 1. d) referamus 2a. e) *ita* 1. 3; percep. 2. 2a. f) quippe qui 2. 2a.

45 1) Cf. 'Arch.' VIII, p. 403. 2) Cf. ib. p. 415. 3) Cf. ib. p. 556; 'N. Arch.' II, p. 263. Primum volumen non servatum est. 4) Cf. 'Arch.' VIII, p. 426. Exstant etiam in his codicibus quos non vidimus: Remensi K 785. 795, s. X ('N. Archiv' II, 50 p. 310); Cameracensi nr. 767, s. XI ('Archiv' VIII, p. 435); Bruxellensi nr. 7487, s. XIII (ib. p. 504); Parisiensi nr. 5352, s. XIV ('Archiv' VII, p. 60); Ambianensi nr. 374, s. XVI ('Archiv' VIII, p. 400). 5) C. 7. 6) Exstat etiam in codicibus Remensibus K 785. 795, s. X, et K. 786. 769, s. XII, olim S. Theoderici; cf. 'N. Arch.' II, p. 310.

2.[a] De quodam claudo a viro Dei sanato.

Me siquidem aedituo aecclesiae eiusdem, in qua nunc pignera sancti Dei servantur, contigit miraculum quod narro. Pauper quidam, cuius oculi iudicio legis seculi erant effossi, dum longa maceratione carceris ac nervo teneretur pedibus obstrictis, adeo pede utroque claudus effectus est, ut, nervis contractis, non plantis insisteret, sed repens potius genibusque innitens, magis se manibus, lignea tenens instrumentula, traheret quam ambularet. Is dum cotidie pro foribus vel intra limen aecclesiae beati resideret Vedasti, quatenus ab introeuntibus elemosinam potius acciperet quam salutem speraret, suffragio sancti Dei et stipem cotidianum promeruit et pristinam sanitatem pedum recepit. Nam, sicut ipso referente cognovimus, nocte quadam qua theophaniae festa celebrantur apparuit ei quidam in somnis. . . . . . .

3.[b] Item de alio claudo meritis viri Dei curato.

Similiter etiam vidimus paulo ante quendam omnibus civibus urbis illius notum, pedibus diutissime debilem, meritis patris Vedasti pristinae redditum sanitati.

4.[c] De bobus cuiusdam rustici meritis viri Dei salvatis.

Non solum ergo animabus humanis et corporibus fidelium vir Domini opem curationis impendit, sed etiam animalibus brutis pro solatio hominum est medicari dignatus. Ante hoc ferme triennium facta sunt haec miracula fide poscentium quae narro. Dum itaque quadam die per aecclesiam vadens, ut templi aedituus negotii quid acturus, obvium me habuit quidam rusticus, dicens, se velle mecum paulisper fabulari. Unde secedens in exedram nobis proximam, requisivi, quid vellet. At ille quasi satisfacturus volens in terram ruere, dixit se voti reum ac graviter obligatum: 'Anno', inquit, 'preterito, dum circumquaque per vicinam nostram pestis animalium grassata[1] paene armenta omnia[d] persorberet, accidit, iuvencos, quos habere poteram, morbo correptos mihi desperationem subsidii huius vitae inferre, quoniam preter ipsos nulla mihi spes restabat in rebus terrenis. Interea incidit mihi cogitatio, ut domino meo pro eis supplicarem Vedasto. Qua de re obligans me voto, pollicitus sum iugeri, quod primum ex his essem araturus, proventum servitio famulatum iri aecclesiae beati Vedasti; imponensque iugum bobus aegerrimis, in campum araturus processi. Quibus subito convalescentibus, aravi, sevi, messui et frumentum, avenam scilicet, vendidi; et ecce pretium attuli, quantum inde nundinatus accepi. Sed ex hoc nimis[e] trepido et indulgentiam posco, quia non statim adimplevi[f] promissum. Necessitate quidem compulsus, familiaris curae necessitatibus illud tunc expendi[g] pretium, quod nunc eiusdem quantitatis persolvo. Nam de boum meorum sospitate et fortitudine totus hilaresco'.

5.[h] De caballo cuiusdam meritis viri Dei sanitati restituto.

Simile quid evenit cuidam homini, qui vota persolvens, mihi ipsi narravit huiusmodi factum, dicens: 'Ad mercatum', inquit, 'veni; sed quem sedi equum, quadraginta solidis prestantem, subito moribundum amisi. . . . . Quapropter recipe ceram, quam vovi'. Nam massam cerae non modicam protulerat. Quo facto, gaudens, sanato caballo, quo advectus fuerat, perlatus est domum.

6.[i] De quadam rustica, quae virum Dei suum dicebat esse armentarium.

His igitur[k] diebus, quibus haec gesta sunt, venit quaedam mulier, vili quidem habitu, sed pauper spiritu, dives autem fide et, ut statim comperi, simplicis naturae. Quae cum sollemniter vota prout poterat apud sepulchrum beati Vedasti persolvisset, meam adiens mediocritatem[l], exenia[m], quae manus eius invenire potuit[n], mihi quidem obtulit, dicens: 'Quoniam te huius sacrae domus ministrum cognovi, dignum duxi tibi etiam post vota peracta aliquid offerendum'. Quibus libenter[o] non adeo susceptis, delectatus eius simplicitate, petensque eius[d] secessum, aliquantisper coepi cum ea, paucis assistentibus, sermocinari — nam humanitatis aliquid illi impensum est. Sed inter loquendum huiuscemodi proferens dicta: 'Licet', inquit, 'tam pauper videar, quoniam duris et immitibus dominis premor, pro quibus non audeo cultioribus indui vestimentis, non sum tamen adeo inops et mendica, ut putas. Pastor siquidem meus Vedastus meique pecoris custos non sinit me paupertate confici ex die qua ei mea pecora commisi'. 'Estne', inquam ego subridens, 'ille armenti tui praefectus[p]?' 'Est plane', inquit, 'mihi armentarius iam olim fidissimus. Nam ex eo tempore, quo illi armenti mei curam ex fide tradidi, nec pestilentia consumptum nec captum a bestia pecus iuris mei cognovi vel unum. Et si quando pestis animalium sevit, non tamen medicamina ut quidam meis[q] requiro, quia pestem in meum pecus valere non formido. Qua de re semper quotannis meum dominum non cesso frequentare Vedastum'. 'Esto', inquam ego, 'in ea fide fixa, et manere poteris tuta'. 'Sum plane', inquit illa, 'nec possum esse de illius suffragiis dubia, quae iam per tot annos eius experta sum beneficia'*.

*) 3 *add.:* VI. Duos igitur parvulos egrotos sanavit, uni lumen oculorum dedit, non reddidit; alteri, quia claudus erat, gressum restituit[2].

a) I. 2. 2ª. 3. b) II. 2. 2ª. 3. c) III. 2. 2ª. 3. d) *deest* 2. 2ª. e) n. tr. et *des.* 2. 2ª. f) *deest* 1. g) precium exp. 2. 2ª. h) IIII. 2. 2ª. 3. i) V. 2. 2ª. 3. k) itaque 2. 2ª. l) modiocr. 1. m) xenia 2. n) poterat 2. 2ª. o) non lib. 2. 2ª. p) custos 2. 2ª. q) in eis 1.

1) A. 823. fuit magna boum et hominum mortalitas; Ann. Einh., SS. I, p. 212; nescio tamen, num de hac agatur. 2) Haec addita sunt ex Haimini sermone in natali S. Vedasti § 2, Acta SS. Febr. I, p. 803: *Ecce sunt nutrices et matres, quae debiles attulerunt et sanos reducunt. Quorum unus de Corbeiensium villa quae Walgiacus dicitur, alter colonus ipsius ecclesiae beati Vedasti; visu scilicet donatus Corbeiensium, [gressu] qui claudus fuerat beati Vedasti famulorum; uterque parvulus, uterque innocens.*

II. EX MIRACULORUM S. VEDASTI LIBRO II. AUCT. ULMARO ALIISQUE.

INCIPIT[a] PRAEFATIO DE VIRTUTIBUS SANCTI VEDASTI EPISCOPI DIVERSIS TEMPORIBUS OSTENSIS, SED NUPER A FRATRIBUS EIUSDEM COENOBII IN UNUM COLLECTIS.

Luce clarius patet, dilectissimi patres, Iesum salvatorem a cunabulis mundi per patriarchas praedictum, pueritiam orbis lege illustratam, adolescentiam saeculi a prophetis vaticinatam, iuventutem[b], ut ita dicamus, omnium elementorum ab ipso Redemptore de diaboli faucibus erutam et instar imaginis incorruptibilis ad similitudinem Dei transformatam, et quod ipse per se gessit quattuor mundi partibus per sua membra diffudit. Unde noverit karitas dilectionis vestrae, beatissimum Vedastum nobis a Deo destinatum virtutibus floruisse, religione viguisse, prodigiis coruscasse, et cuius meriti vixerit in mundo, cotidie signis demonstrari a Christo. Sed negligentia scriptorum et desidia imperitorum plurima videntur obnubilata, quae fuerant ab Omnipotente collata. Nam ferrugine puerorum rodente stilos, inertia scabrosas reddidit adolescentium linguas.

EXPLICIT PRAEFATIO.

INCIPIT[c] LIBELLUS DE VIRTUTIBUS SANCTI VEDASTI EPISCOPI.

1.[d] Sanctissimus igitur Vedastus postquam commune mortis debitum solvens, veteri[e] suum Adae cyrographum reddens ac domino Iesu animam commendans, caelestia regna petivit, iacuit beatum cadaver in aecclesia beatae Dei genitricis Mariae annos[f] circiter 118[g]; dehinc translatum est a beatis Autberto[h] et Audomaro[1] in locum ubi nunc servantur beata illius pignera. Sed tempore Karoli[i] gloriosissimi regis, filii imperatoris Hludowici[k], peccatis nostris[l] promerentibus, infuderunt se Nortmanni intra Galliam Comatam[2], vastantes universa quae sibi iusto iudicio[m] Dei tradita sunt, et usque ad nos irrumpere volentes, prohibiti sunt auctore Deo et precibus beati Vedasti*. (851.) Sed quia nemo Deum temptare debet, coenobitae nostri monasterii metuentes similia vicinis nostris, cum essent sub potestate Adalardi comitis[3], adierunt venerabilem antistitem Theodericum[4], supplicantes ei[n], ut sua freti auctoritate perquirerent, ubinam essent pignera tanti patris recondita, ut[o], si — quod absit — vastarent locum, spes reliquiarum nobis maneret; et maxime, quia ferebatur a maioribus neminem nosse, quonam in loco sepultus esset. Itaque auctoritate tanti pontificis usi, statuerunt quaesitum iri, ubicumque repperiri potuisset. Et[p] qui suis pollicitus est: *Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis* (Matth 7, 7) —, tandem invenerunt thesaurum, ubi spes habebatur. Profectum[q] est ad episcopum. At ille, ut erat benignissimus et summae mansuetudinis vir, gratias agens Deo, actutum pervenit ad coenobium. Quid dicam, quantus populorum conventus, quanta utriusque sexus confluentia nobilium undique et plebialium concurrerant? Quid plura? Levatus est ille nobilissimus de cinere thesaurus 6. Nonas Iulii, anno dominicae incarnationis octingentesimo quinquagesimo secundo (852. Iul. 2.), cuius anima laetatur in caelis cum Christo[5]. Venerabilis itaque Theodericus Deo laudabilis sacris sancta tractans[r] manibus, patefecit servulis suis Christus quod diu occultaverat saeculis. Cuius patrocinio munimur non solum a Germanicis hostibus, sed et a diaboli insidiis. Cuius precibus credimus perventum ire ad indulgentiam peccatorum et aeternam perceptionem proemiorum[s]. Repositae sunt autem reliquiae beati viri sub sigillo episcopali in eadem basilica, quoad fabricaretur cripta tantis pigneribus apta, ut, si similis nos tempestas, peccatis nostris promerentibus, occupaverit, facilius possint levari — quod Christus avertat! — et comites fieri, immo duces fugae et latibuli nostri.

2. De[t] repositione corporis viri Dei in suum locum ab eodem episcopo.

Transactis autem ferme undecim mensibus, conventus iterum fit fidelium populorum, ut reponerentur reliquiae patris in suum locellum. (853.) Concurrunt et occurrunt undique. Videres totam florere provinciam et quasi[u] post diluvium Getarum tripudiare Franciam. Gaudebant omnes, laetabantur universi,

*) 2[a] *add.:* Unde et merito vocitatur a vetando Vedastus.

a) *ita* 1 *et codex Antwerp. Bolland.; praefatio deest* 2. 2[a]. 3. b) viventem *Mab. ex cod. Remig.* c) *ita* 1; Inc. liber secundus de miraculis s. V. 3; *rubra deest* 2. 2[a]; Inc. miracula s. V. ep. in translatione eiusdem legenda *cod. Antwerp. alt. Bolland.;* Sequitur translatio beatissimi V. ep. et confessoris et miracula quaedam *cod. Duac. Bolland.* d) *numeri cap. des.* 2. 2[a]. e) vet. — reddens *des.* 3. f) annis 2[a]. g) centum quinquaginta novem 2. 2[a]; centum viginti et octo *cod. Antwerp. et edd.* h) Audb. 2. 2[a]. i) gl. r. K. 2. 2[a]. k) Hludovii 2[a]. l) pr. n. 2[a]. m) D. iud. 2. n) *deest* 2[a]. o) quod 1. p) praestante eo *add. Boll.* q) Profectumque 2. r) dum tractat 2. 2[a]. s) *ita* 1. t) *ita* 1; *rubricae cap. des.* 2. 2[a]. 3; *cod. Remig. easdem praebet rubricas paullo alteratas.* u) quasi - - Franciam *post del.* 1.

1) Cf. Vit. S. Vedasti auct. Alcuino V, 23, Acta SS. Febr. I, p. 799; Autberti auct. Fulberto c. 15. 16, Ghesquierus, Acta SS. Belgii III, p. 538. 2) Cf. Ann. Bert. a. 851. 3) Celeberrimi illius consiliarii Karoli (de quo cf. Simson, 'Ludwig d. Fromme' II, p. 241 sq.), a quo a. 865, in odium eius veniens, beneficiis suis privatus est; Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 554. 576. 4) Cameracensem a. 831—863. 5) Quae in Gestis episc. Camerac. I, c. 44, SS. VII, p. 417, de hac re narrantur ex hoc loco sumpta videntur esse.

853. acsi conspicerent ipsum in corpore venisse Vedastum. Adest et Deo dilectus antistes Theodericus cum clero; fit laetitia omnibus, insultant hostibus, quibus auxiliatur Christus.* Reponuntur iterum membra Iun. 4. venerandi patris Vedasti in suum digno cum honore locum 2.[a] Nonas Iunii, anno dominicae[b] incarnationis 853. Quis dicturus est, quanta inibi sunt collata a divitibus, a saecularibus oblata, a devotis promissa?

. . . .

5. De rustico qui in suo folle fertur gestasse beatum Vedastum.

Olim gestum est quod modo recitatur. Aminiacus[c. 1] dicitur fundus almi Vedasti super fluvium Isam[d. 2] in pago Laudunensi. Quae villa quia procul erat a monasterio, omnes circum habitantes, sicut Iudic. 6, 5. de Madianitis legitur, cum pecudibus et quaecumque habere poterant gregatim veniebant, vastantes et diripientes universa usque ad solum, nullo eis praebente auxilium. Qua necessitate quidam servulorum compulsus, sumpto victo, venit ad monasterium, conquerens suam suorumque calamitatem. . . . . . .

6. De altercatione piscatorum Sancti Vedasti et aliarum potestatum.

875. Anno dominicae incarnationis octingentesimo septuagesimo quinto contigit miraculum meritis patris nostri Vedasti quod narro. In Brittannico mari, quod nobis vicinum est, soliti sunt piscatores simul proficisci piscatum ad capiendam balenam. Et accidit altercatio prioratus inter nostros et aliarum potestatum nautas, recusantibus illis consortium nostrorum, nisi darent solidos contubernii. Negantibus hoc nostris, conglobati omnes qui de diversis aecclesiis aderant[e] illic ad piscandum, subsannaverunt nostros, 4 Reg. 2, 23. sicut pueri Bethel Heliseum calvum, dicentes: 'En[f] vestra apparebit piscatio, capietisque integrum coete, quod praesentetis monachis vestris, quod actenus non sunt contemplati, qui nec decimam partem adipisci meruerunt, et hoc ipsum nostra donatione'. Mox itaque intraverunt mare, fidentes in multitudine navium et numerositate sociorum; sed spes in hominibus frustrata est, quia non solum nihil[g] piscium indepti sunt, verum cum magno evaserunt periculo. At nostri commendantes se Deo et beato[h] Vedasto, cum voto et duabus naviculis non dubitaverunt vitam committere ventis. Et qui semper adest invocantibus se in veritate, quique Petro adduxit[i] piscanti piscem cum auro, piscem servis suis dedit immanem. Tunc partes quae unicuique piscantium ex more debebantur miserunt, ut voverant, fratribus et beato Vedasto argenti solidos duos, quod statuerant. Et ne cui incredulum videatur, gestum est primo imperii anno gloriosissimi Karoli, filii imperatoris Hludowici[k], regni autem 35[l], indictione nona. Non credant istud, qui negant Ionam inoboedientem ventre ferino ad[m] regiones vectum quas ignoraverat.

7. De Scotto, qui non valens reliquias beati Vedasti impetrare, sumpto pavimenti pulvere, recessit et in honore illius aecclesiam aedificavit, et de miraculo ibi gesto.

Intercessione meritorum sancti Vedasti etiam Brittannia, quae, ut scriptum est, nil aliud noverat nisi barbarum frendere, olim coepit et Christum venerari et sanctos illius debito[n] cum honore supplicare. Accidit namque, ut quidam Scottigena adiens monasterium, in quo venerabile corpus beatissimi diem praestolatur et horam, qua, remeante spiritu, sanctus in terra sua possideat duplicia, petivit humiliter, ut sibi reliquiae darentur, in quarum memoria construeret basilicam[o] in Scotia. . . . . . . Et si quis curiose seu pervicaciter scire desiderat, unde nos ista scisse contigerit, respondemus: Nobilissimus illius indigena soli nomine Echo[p], relictis parentibus, abdicato patrimonio, voluntariam aggressus est peregrinationem. Nam pater illius, ex regia prosapia ortus, inter primores provintiae secundus post regem extiterat. Quod non[q] ab illo comperti sumus, qui quanto generosior habebatur, eo vilior et pauperior videri volebat, sed[r] ab omnibus accolis Scotticae telluris audivimus. Nam et hodie[s] cognatus fratris Echonis nobiliter Scottorum sceptra gubernat[t]. Ipse quoque religiosissime in nostro vivens coenobio triginta circiter annos Christo, vitam finivit. Ipse nobis sepissime fassus est hanc virtutem istiusmodi verissime peractam.

8. De quodam viro nomine Lethardo ob devastationem familiae Sancti Vedasti simul cum uxore et nato ultione divina percusso.

Omissis Brittanniae vel[u] marinorum fluctibus, revertamur ad Francigenarum agros. Dominus Vedastus quanto suavis est mitibus, tanto severus apparet pertinacibus. Temporibus Hlotharii[v] imperatoris, filii Hludowici[k] caesaris, devenit abbatia patris Vedasti in manibus Adalardi comitis[3]. Et dum villas sancti suis impertiret[w], quidam praedives fundus nomine Yburius[x], mancipiis nobilior suis et pascuis uberrimus, traditus est cuidam Lethardo[y] usu beneficii. Qui adeo grassatus est in familiam[z], ut minaretur universos ad mendicitatem perducendos, et qui maiores in eis videbantur, pannis suarum uxorum operiendos. Uxor Es. 1, 6. quoque[a] eadem tenebatur acerbitate crudelitatis. Et quia, sicut propheta dicit, a planta pedis usque ad

*) 2. 2a *add.*: Pro nichilo habent Nortmannos[b], quos fovet ipse Vedastus.

a) pridie 2. 2a. b) ab incarnatione Domini 2. c) miniacus 1; Amisiacus 3. d) Isan 1; Isaram 2. 2a. e) i. ad. 2a. f) inquit *add.* 2. 2a. g) *deest* 1. h) patri *add.* 2; petri *add.*, *sed del.* 2a. i) pisc. add. 2a. k) Ludov. 2. 3; Hludovii 2a. l) XXXVI. 2. 2a. m) v. ad reg. 2. 2a. n) cum h. deb. 2. 2a. o) c. sibi ecclesiam 2. 2a. p) Etho *Mab.* q) solum *add.* 2. 2a. r) et *add.* 2. 2a s) eo die 2a. t) gubernabat 2a. u) et 2. 2a. v) Hlotarii 2. 2a; Lath. 3. w) impertiretur 2. 2a. x) Ib. 2. 2a. y) Letard. *semper* 2. 2a. z) sancti *add.* 2a. a) eius *add.* 2. 2a. b) Norm. 2.

1) Amigny-Rouy (dép. Aisne, arr. Laon). 2) L'Oise. 3) Cf. supra c. 1, p. 399, et n. 3.

verticem non fuit in eis sanitas, ultio divina subsecuta est. Nam iusserat cunctos adire locum, quo videbatur[a] habere propriam possessionem. Quod renuentes, non propter superbiam, sed ne in consuetudinem[b] haberetur, furibundus interminatus est id acerbiter vindicandum. Tunc omnes maesti confugerunt ad limina sancti[c], conferentes cęreum mirae magnitudinis. Quadam igitur die, dum sederet, et satellites sibi asstarent, horribili voce clamavit: 'Eheu! quis me interficit? Succurrite, adiuvate, ferte praesidium! En quidam adversarius in figura clerici appetit me mortificare'. Et mox tantus cunctos[d] pavor invasit, ut, relicto domino, fugarentur preter vilicum eius[e] loci nomine Rimundum, quem nullus occupaverat horror; a cuius hausimus ore quod notamus calamo. Ipsa quoque torva inclamatio repetita est tertio. Eadem tempestate mortua est suboles, quam habebat unicam. Post haec uxorem tantae crudelitatis adiutricem languor invasit, ita ut — fama est — crustae lardi superponerentur linguae oris illius et exponerentur quasi carbones nigrae. Hoc dicitur cruciatu vitam finisse. Tunc isdem Lethardus febre correptus, sed[f] mente corruptus, init[g] fugam, quasi non esset reperturus mortem, immo reperiendus a morte. Fatebatur iam dictus noster vilicus iuratus, catervatim coiisse[h] corvorum multitudinem et cornicum super illum crocitantium[i]. Canes quoque ferebat immensos dedisse latratus ad illius discessum ad unam usque leugam. Utrum diabolica fuerit subsannatio, an fortuitu fuerit auditum, non est nostrum iudicare. Tandem perveniens quo tendebat, coepit in dies fieri debilior. Tunc[k] ut alter Pharao obduratus mente, non perspiciens instare sibi ultionem[l] divinam, iussit parari convivium sollempne, trigesimum, ut putabat, cęlebraturus uxoris diem. Adest dies statutus; et ecce moritur Lethardus secundum nomen suum, si ita volueritis, compositum ex Latino et Teudisco[m. 1]: 'Mors dura', quam non sibi optamus; et prandium, quod paraverat, in suis exequiis expensum est. Sicque factum est, ut usque hodie ipsa villa omnibus sit dominis reverenda, scientibus beatum Vedastum pontificem suorum fore defensorem, adiuvante gratia Christi cum Patre et Spiritu sancto. Amen.

9. De duobus comitibus ultione divina percussis, eo quod res Sancti Vedasti sua conspiratione voluissent auferre.

Temporibus Pippini[n] et[o] Karlomanni principum, Adalrico[2] eiusdem monasterii abbate, comes Atrebatensis provintiae nomine Teutbaldus[p] ambiebat fratribus auferre quandam culturam cum horto, quia sedes comitatus videbatur[q] in dominica curte, cui villae proxima erat ipsa cultura et hortus[r], sicut et usque hodie permanet. Quae postea industria Adalrici abbatis, qui fuerat probatissimus illius[s] temporis medicus, tradente Karlomanno[t] principe, cessit usibus fratrum. Cumque maerentes convolarent ad Deum et suum Vedastum, non sunt fraudati desiderio, quod petierunt cum voto. Nam isdem comes dicitur adiisse principem[u], rogans mitti viros a latere suae auctoritatis, qui pauperibus vim fratribus inferrent et suae satisfacerent cupiditati; iussusque est Remensis provintiae comes his interesse altercationibus. Quadam igitur[v] die, cum post quietem aedituus basilicae sancti Remigii, vir bonus et iustus, inibi solus excubaret, audit quendam voce[w] flebili sanctum inclamasse Remigium. Quo interrogante: 'Quis es?' 'Frater', inquit, 'Vedastus. Misisti me, pater sancte, verbum Dei praedicare gentibus incredulis; quod et feci gratias Deo. Et ecce conglobati palatii proceres auferunt matricolariis quod collatum est a fidelibus'. 'Vade', dixit sanctus Remigius, 'convoca fratres et cooperatores verbi divini vicinos tibi, Audoenum scilicet et Audomarum, ut audiant, Bertinum cum Vulmaro et reliquos maritima possidentes loca; nec[x] relinquas Amandum; Quintinum accersi; Gaugericum suade cum gaudio venire. Electus Eligius nostro non desit placito, Lucianus cum luce[y] veniat[z]. Ipse mihi assumam beatum Martinum cum sanctis Aquitaniam incolentibus necnon Medardum suos[a] medentem, sutores quoque Augustae Suessonum utrosque adsciscam germanos[3], Dyonisium cum suis advocabo; atque ita properabimus in occursum tui'. Quibus auditis[b], custos episcopo nuntiat. Mane adest et comes, socii satisfacturus precibus. Pontifex refert comiti quod audierat a fratre. At ille stomachans, subsannat, monachum[4] vino sepultum narrasse somnium, et cum suis iter decrevit carpere. Et conscendens equum, ut pervenit ad aedem, in qua visio apparuit, cecidit et fracto crure manibus suorum perlatus est domum. Ast Teutbaldus, delator fratrum, auctor tot querelarum, statuto die sessurus sonipedem, musca nares intravit, et tandiu calcitravit, donec dominum terrae deiceret, et mox fracto collo mortuus est. Sicque fratres usque in hodiernum diem suas res sine molestia quiete possident.

10. De oleo divinitus in aecclesia sancti Vedasti fuso.

Divina sancitur auctoritate, duorum testimonio vel trium verbum fieri ratum. Beatissimus noster Vedastus, non contentus suis subvenire, sed[c] longe, ut dictum est, lateque peragrans, Christo largiente, famam suae liberalitatis diffundens, Bellovagum adiit[d] atque quadrivium occupavit more sibi solito[5], cum

Matth. 18, 16.

a) pr. videbantur hab. 2. 2a. b) hoc *add.* 2. 2a. c) vel de *add., sed del.* 2a. d) p. c. 2. 2a. e) eiusdem 2a; e. l. *des.* 1. f) sed m. corr. *des.* 2a. g) iniit 2. 2a. h) coisse 2. 2a. i) cracit. 2. 2a. k) Tum 2. 2a. l) div. ult. 2. 2a. m) Theutisco 2. 2a. n) Pipini 3; regis *add.* 2. 2a. o) et K. pr. *des.* 2. 2a; Karlomagni 3. p) Theutb. 2. 2a; Theob. 3. q) esse *add.* 2a. r) *post corr.* ortus 2, *et ita* 1 *h. l.* s) illis 2a. t) Pippino rege cessit 2. 2a. u) regem 2. 2a. v) itaque 2a. w) fl. v. 2. 2a. x) ne 2. 2a. y) lucio 2a. z) veniet 1. a) suis 2a. b) custos aud. 2. 2a. c) et *add.* 2a. d) Belvagum allate sunt reliquie ipsius 2. 2a.

1) Letum et hart. 2) Qui Gallia christ III, col. 375. a. 742–768, sed in antiquo catalogo abbatum, SS. XIII, p. 382, tantum 15 annis sedisse dicitur. 3) Crispinum et Crispinianum. 4) Monachos demum a Tilpino archiepiscopo c. a. 748—795. apud Sanctum Remigium institutos esse, tradit Flodoard. Hist. Rem. IV, 17, SS. XIII, p. 464. 5) Bellovaci fuit monasterium S. Vedasti.

nusquam invenias, circuitis Galliis, basilicam suo dedicatam nomine nisi in publico aggere[a]. . . . . . . Unde factum est, ut domnus Hildemannus[1] et universi successores Bellovacensis[b] aecclesiae inde sumerent oleum tam ad baptizandum quam ad infirmorum unctionem, adiuvante gratia Christi. Amen[a].

. . . .

EXPLICIT[c] LIBELLUS DE VIRTUTIBUS SANCTI VEDASTI EPISCOPI. 5

f. 49'

III. SERMO DE RELATIONE CORPORIS BEATI VEDASTI A BELLOVACO AD PROPRIUM LOCUM, FACTA IDIBUS IULII MENSIS.

1. Valde dignum est, fratres karissimi, ut hac praesenti sollempnitate beatissimi confessoris Christi ac karissimi patris nostri Vedasti omnipotenti Deo devotas laudes et gratias persolvamus, ne forte, si 10 eius beneficiis ingrati fuerimus, pro tali tantaque contemptus insolentia necnon et[d] veternosa negligentia ab illo gravius iudicemur.

2.[e] Magnum siquidem beneficii munus nobis hodie Dominus praestitit, quando sanctissimum Vedastum, patronum nostrum diu sublatum diuque desideratum, nobis restituendo reddidit. Quis, rogo, sermo, quaeve mens concipere potest, quanta tunc hilaritas, quanta iocunditas omnibus hoc in loco fuerit, cum 15 proprius dominus, sanctus scilicet Vedastus, ad proprium locum, unde, pro nefas! per aliquot tempus peregre exulaverat, per relationem sui corporis iam iamque reverti dignaretur? Nulli prorsus dubium est, quin, heu pro dolor! unum pro peccatis nostris accidit, aliud vero nihilominus, miserante ac tandem repropitiante Deo, nobis servis suis divinitus contigit. Quod autem[f] sublatus est, nostra fecit miseria; quod vero receptus, miserentis Dei factum est misericordia. Sed utinam atque o utinam numquam 20 deinceps tam grande tamque grave malum permittat provenire Omnipotens! Verum iam summatim ac breviter dicatur, qua necessitate cogente idem terque quaterque beatissimum corpus Bellovagum delatum sit.

3. Igitur postquam divae memoriae Karolus rex et ad ultimum imperator augustus, qui fuit filius 877 Hludowici aeque imperatoris, filii videlicet Magni Karoli regis et imperatoris, ex hac vita discessit, Hlu- 25 dowicus filius suus ei in regnum, nullo obstante, hereditario iure successit; qui etiam paulo plus uno 879. anno vitales auras carpens, hominem celerius exivit[g]. Quo terris sublato, et quod minime decuit vel debuit, principibus inter se et contra se pro constituendo rege divisis, audientes Nortmanni hanc regni desolationem — nam fama, malum quo non velocius ullum mobilitate viget[2], hanc illis nuntiaverat — omnes poene de suis finibus egressi atque mare oceanum transgressi, Gallias intraverunt; sed nostros 30 fines, quia marinis litoribus proximiores erant, primitus invaserunt.

4. Quibus cuncta ferro et igne depopulantibus, neminem vivere sinentibus, monasteria et caetera loca sancta evertentibus, hoc monachi pavore consternati et futuri prospicientes periculi, praesertim cum adhuc locus monasterii huius adforet immunitus nec muris esset circumseptus nec saltem vallo circumdatus, assumpto in humeris locello, in quo ossa sancta recondita erant, actutum fugae praesidium inie- 35 880. runt, Bellovagum petierunt[3]; quo devenientes, non modicum temporis spatium ibidem exegerunt. Denique ut haec profectio, si id necessitatis incumberet, absque alicuius morae dilatione liberius atque expeditius posset peragi, iam pridem hoc futuri mali praesaga mente monachis praevidentibus et petentibus, antistes illorum venerabilis vir ac totius sanctitatis pater nomine Theodericus[4] eadem sancta ossa de nobilissimo mausoleo, fossa humo elata, exposuerat atque in ipso iam dicto locello eundem thesaurum, omni auro 40 Arabico pretiosiorem, honorifice commutando posuerat[5].

5. Suscepit igitur apud Bellovagensem civitatem has sanctas reliquias cum summo gaudio et debita veneratione gloriosissimus Odo, tunc eiusdem sedis episcopus[6], quondam vero Corbeiensis monachus et 893. abba et[h], dum Karolus rex[h] vixit, gloriosissimus in palatio. Postea, evoluto aliquanto tempore, hoc est post bis senos semis et eo amplius annos, iam monasterio muris circumsepto, turribus offirmato, vallo- 45 rum ambitu circumdato[7], monachis etiam ex diversis partibus ad illud revertendo coadunatis, quaerebatur, tractabatur, consiliabatur, quatinus sanctus Vedastus ad suum reportaretur locum et proprii iuris

a) *deest* 2[a]. b) Belvacensis 2[a]. c) *ita* 1; Expliciunt miracula s. V. ep. 3; *rubra deest* 2. 2[a]. d) *deest edd.* e) *numerus deest c.* f) enim *Mab.* g) exuit *Boll.* h) *deest Mab.*

1) Episcopus Bellovacensis circa a. 821—845. 2) Verg. Aen. IV, 174 sq. 3) A. 879, Dec. corpus S. Vedasti in villam Vallem supra Sumnam (Vaux) deportatum est (cf. Ann. Vedast., SS. I, p. 518), postea a. 880. inde ad civitatem Bellovacensem translatum esse videtur, cum a. 880, Dec. 26. monasterium S. Vedasti a Normannis vastatum sit, qui usque ad Sumnam fluvium vagati sunt; Ann. Vedast. p. 519, in quibus de hac translatione et rela- 50 tione nihil traditum esse, sane mirum est. 4) Episcopus Cameracensis. 5) A. 852. 853; cf. Lib. de virt. c. 1. 2, supra p. 399. 6) Sedit c. a. 860—881. 7) A. 892, Apr. 17. castrum S. Vedasti cum ecclesiis incendio combustum est; Ann. Vedast. p. 527, 55 ubi: *in ipso incendio omnia patrocinia sanctorum quae habuimus furto nobis ablata sunt.*

praedium; quoniam, illo absente, nil boni nec spes cuiusquam boni ibi videbatur haberi, immo in dies omnia retrograda erant et in deterius cuncta defluebant.

6. Itaque coenobitae pro hoc exercendo negotio adierunt proprium pontificem, non minus bonum[a] quam doctum, nomine Dodilonem[1], qui olim eiusdem monasterii monachus atque praepositus, ab omni 5 clero et populo electus, velut alter Gregorius de monasterio expellitur[b. 2], dehinc canonicę episcopus ordinatus[3], gregis Christi pastor efficitur. Qui desiderium monachorum perpendens ac preces illorum benigne suscipiens, ut erat benignissimus atque erga omne bonum promptissimus et in Dei rebus valde strenuus, votis precantium minime abnuit, immo magis ex asse consensit, favit, consuluit atque suum iter non distulit. Quapropter certatim undique secus Bellovagum itum est. Ut autem illo perventum est, 10 excepit eos honorifice et affatim humane Honoratus eiusdem urbis honorabilis episcopus[4]. Sanctum pignus, quod repetebatur[c], negare non potuit, retinere nequivit; ideoque, licet invitus, reddere non distulit. Voluisset tamen, si potuisset, numquam tanto in sua vita carere bono. Hospitium vero illis praebuit, hospitalitatis iura non denegavit, obsequio iuvit.

7. Porro illius tanti sancti saepe et semper cum honore et amore nominandi Vedasti prout 15 potuit non cessit honori, quin minus quam quod dignum erat circa eius honorem explere satageret; demum cum regredientibus egressus est, cum repatriantibus longius comitatus est. Tota etiam ipsa civitas cum hymnis et laudibus illos prosecuta est, cantantibus et dicentibus omnibus: 'Via iustorum recta facta est, iter sanctorum praeparatum est'. Deinde quoque venerabilibus episcopis sibi in via vale mutuo dicentibus, Honoratus episcopus cum suis ad sua reversus est; noster vero pater et pastor Dodilo cum 20 suo comitatu coeptam carpebat viam. Videres igitur illud confici iter sine labore, absque difficultate, sine ullo impedimento, tum magna animorum alacritate, tum[d] iocunda laetantium iubilatione, tum suavissima aeris tranquillitate. Quid plura referam? Prae amore illius dulcissimi patris, qui portabatur, cuncta dulcia et suavia erant, nec aliquis gravabatur labore. Tandem quarto die egressionis a Bellovago, in dominico[e] die, Idibus Iulii mensis, Domini misericordia nos adiuvante, Atrebatem ingressi sumus, de- 25 ferentes sanctissimum Vedastum, benignissimum, amantissimum atque desideratissimum dominum, in ipsum venerabile et augustum templum, quod sibi fieri ab angelis iussum est hominibus. *893. Iul. 15.*

8. Sed quis enarrare, quis aestimare possit, qui concursus et occursus populorum illic fuerit; quot milia plebis illuc convenerint; quae facies rerum, qualis dignitas vel pulchritudo nobis tunc visa sit? Etiamsi[f] ab inferis Maro emersisset, et noster Augustinus, ille doctor egregius, orator facundissimus, 30 flumen eloquentiae, quod de caelesti paradyso profluens omnem terram irrigat imbribus aethereis, si, inquam, ille et ille affuisset ad talem tamque admirandam gloriam depromendam, uterque elinguis obstupuisset atque obstupescendo subriguisset. Quippe aderat non parva monachorum caterva; aderat multiplex conventus canonicorum, presbiterorum reliquorumque clericorum; aderant viri cum mulieribus et parvulis, iuvenes et virgines; senes cum iunioribus ibi laudabant nomen Domini. Nam de agris et 35 villis, per quas commeavimus, nemo subsedit, qui non cum laetitia sanctum sequeretur feretrum. De tota etiam ipsa parroechia nullus se[g] subduxit qui ad hanc tam gloriosam non convenirent susceptionem. Omnes pariter excelsa voce Deo gratias cum Kyrrie-eleyson referebant, *Gloria in excelsis Deo* cantabant, *Te Deum laudamus* personabant. Nihil ibi nisi laus Dei audiebatur. Credo[h] quidem, nec vana fides, quoniam numquam et nusquam illo die laetior dies eluxit in terris. Prae nimio siquidem gaudio a pluri- 40 morum oculis fontes defluebant lacrimarum, nec tanto gaudio explere[i] mentem valebant. Quis enim, rogo, tam saxei pectoris, vel quis tam ferinae mentis esse poterat, qui in his et de his non compungeretur atque in dulcissimas lacrimas non deflecteretur? O quanta rerum immutatio! Pro certo nunc in nobis completum est illud Daviticum: *Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent.* Nimis quidem egre *Ps. 125, 5* et nimis diu doluimus, lacrimavimus, tristati sumus; at nunc ex sententia res nobis cunctae geruntur. 45 Tali modo talique iubilatione cum exultantibus angelis, qui sine dubio semper assistunt divinis officiis, cum hymnis et laudibus ad sydera usque personantibus — nam totum caelum ita plenum erat dulcissono iubilo, sicut nudatum fuerat omni maestifero nubilo — in iam dictum templum illud sanctissimum corpus referebatur ac perferebatur; de qua re sic tripudiabant cuncti, quasi vivus adesset beatus Vedastus. Sed venerabili feretro, ut decebat, supra altari posito, omnibus rite ac sollempniter compositis, reverendus 50 pontifex adorsus est missas. Qui deinde perveniens ad praedicationis locum, sermonem fecit ad populum, sed fateor nulli mortalium tempnendum, immo magis omnibus viventibus atque vivere quaerentibus amplectendum. Locutus est de Deo, locutus est de regno Dei, locutus est de fide catholica, locutus est de vita aeterna. Proposuit etiam exemplum cunctis christicolis imitandum beatissimum Vedastum; in quo licet omnes virtutes placidam sedem habuerint, tamen karitas in illo magis eminuit, quae a puero eius 55 vernula virtus fuit. De qua et de tota vita eius necnon et miraculis, ut affatim affabilis erat, retractans, nonnulla sancta et utilia prosecutus est et eountem plura loquendo detinuit sermone diem[5]. Quae vero suspiria, qui singultus, quae ubertas fletuum illic tunc fuerit, nemo est qui sufficienter dicere possit. Deus enim omnium illorum corda visitaverat, et ad tam piam exhortationem benignissimi doctoris, cui lacrimanti conlacrimabant, respectus divinus illos interius inflammaverat. Praeterea quoque in huiuscemodi

60 a) b. q. d. *corr.* d. q. b. *c.* b) *coaeva manu superscr.* abstrahitur *c.* c) repetebant *Mab.* d) cum *edd.* e) dominica *edd.* f) Etiamsi — subriguisset *post del. c.* g) *superscr. c.* h) Credo — terris *post del. c.* i) expleri *c.*

1) Cameracensem episc. a. 888—901. 2) i. e. invitus extrahitur, ut S. Gregorius I. papa. 3) A. 888, Mart. 17. 4) A. 883— c. 900. 5) Hexametri pars.

sermocinationis epilogo exhortatus est, suasit et admonuit domnus pontifex, ut hic dies relationis corporis beatissimi Vedasti ad proprium locum omnibus annis celeberrimus ageretur, atque in praedicto die Idus Iulii mensis ut ab omnibus sublimiter et sollempniter haec festivitas observaretur, divina et episcopali auctoritate sanxit et statuit. Quod ut fieret, ore omnium se velle conclamatum est, praecipue tamen ipsos monachos super hoc negotio compellatus est, ne ullo genere hoc statutum negligerent, quos de tam 5 pii patris praesentia semper gaudere oportebit; qui eius numquam amminiculo carebunt, si eorum nimium gravis reatus non fuerit. Post hanc vero allocutionem et missae celebrationem domnus episcopus, data benedictione, dimisit in pace populum; qui omnes cum magno gaudio reversi sunt ad propria, laudantes et benedicentes Deum in honore beatissimi Vedasti senioris et protectoris nostri, cuius sanctitatis dignissimis precibus apud Dominum promereri tota devotione deposcimus, ut numquam ab eodem patre semoti 10 illuc perveniamus, quo illum perventum ire cognoscimus, videlicet ad beatissima ac felicissima aeternae vitae gaudia atque immarcescibilia semper virentis paradysi amoenissima pascua; ubi in florigeris sedibus collocati omnique spiritalium aromatum flagrantia delectati, dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, pro nobis hominem factum, cum Patre suo et Spiritu sancto laudare, benedicere, glorificare, misericordias eius in aeternum cantando, valeamus atque de eiusdem omnipotentis Dei dulcissima, exopta- 15 tissima, suavissima continua visione, qua eum facie ad faciem videbimus, cum angelicis choris et omnibus sanctis sine fine gaudere mereamur; cui soli est perennis honor et gloria, laus et iubilatio, potestas et imperium, decus et omne bonum per infinita secula seculorum. Amen.

IV. EX APPARITIONE S. VEDASTI AUCTORE HUBERTO PRESBYTERO. 20

1. Praeceptis tuis satisfacere, peritissime praeceptor, satagens, barathrum propriae imperitiae usquequaque nudabo, videlicet describens cuidam nuper homini, tignario pauperculo nomine Dagoberto visionem revelatione sanctissimi Vedasti evidenter ostensam tibique causa sublimandi a stilo proprio in melius exornandam contradens, malens siquidem imperitiae incurrere culpam, quam tibi, domino meo, quippiam quod aequum fore videtur abnegare praesumam. Audiat siquidem per subsequentia rusticitatis 25 meae verba omnem rei gestae ordinem paternitas tua, et tunc, si quid dignum forsitan fuit memoriae hinc obtentu, sumpto stilo rudi, propriis ut libitum fuerit inserat membranulis.

2. Quarta namque feria, iam tertia diei hora imminente, messores Imbodi sacerdotis, patrui scilicet mei, ab agro revertentes, iuxta tuguriolum cuiusdam praedicti tignarii, videlicet Dagoberti, transitum forte habuerunt; cuius equidem muliercula prae foribus stans, tundebat pugnis crebro miserum pectus, crinesque 30 manibus dilacerans, eiulabat, nimio quippe dolore confecta. Quam cum unus eorum percunctatus fuisset, quo dolore sic afficeretur, respondit ob immane viri sui periculum, qui iam in ultimo vitae exitu erat detentus, addensque, ob hoc se maxime fore afflictam, quod sine poenitentia et communionis gratia idem vir suus ex hac esset luce subito migraturus. Quod ille audiens, ad me festinus usque pervenit et haec mihi ignoranti miseranter innotuit. Quibus illico auditis obstupui, formidans, ne forte sine poenitentia et via- 35 tico aevi praesentis excederet metas, fieremque reus pro credita ove in die ultima magni iudicii Domini; fidens tamen in Dei clementia, surrexi propere, sumensque mecum mysterium vivifici corporis ac sanguinis Domini, concito gradu in domum perveni iacentis; qui prolixa aegritudine tabefactus, non solum loqui nempe, sed nec oculos ad videndum attollere vel paululum valebat. Sedens vero ante stratum eius moestus ferme duarum spatio horarum, coepit oculos diu clausos tandem aperire parumper, hac illacque aciem sollicitus evolvere 40 luminum. Quod ego cernens, interrogavi eum, si me aliquatenus recognosceret? Respondit, se bene utique nosse me. Cui ego: 'Visne ergo secundum morem ceterorum hominum poenitentiam sumere et, antequam hinc recedas, dominico roborari viatico?' Ait: 'O domine, omnia quae iusseris, si tantum dignus fuero, libenter adimplebo'. Quam vocem dum auribus hausissem, laetior animo effectus, dixi uxori eius, ut paululum aquae ori eius immergeret, quatenus facilius aliqua verba exprimere posset. Quod protinus actum est. 45 Denique poenitentia sumpta, et dominico edulio secundum consuetudinem accepto, ita gravis in momento extitit, ut non solum crastinam lucem, sed nec ipsius diei limitem solisve occasum posse pertingere videretur. Hoc ergo ita dimisso, repedavi domum, nullatenus spem recuperationis eius omnimodo habens.

2. . . . . . . Ille autem praedictam iterum sumens pausam, quae sibi divinitus sunt ostensa evidenti relatione hactenus propalare non cessat. Dicit, praevisum sibi beatum Vedastum, patronum nostrum, 50 adstitisse, et quid ageret, in quove spem collocatam haberet, studiosissime requisisse. Cui cum respondisset, quod iuxta possibilitatem propriam ageret et in misericordia Dei et in auxilio patroni sui Vedasti fortiter confideret, ait: 'Bene'. Sumensque proprii oris salivam digitis, ut ipsi iam dicto viro visum fuit, intulit ori eius, dicens: 'Cave deinceps, ne sacerdotis, senioris, iudicis aut magistri te metus terreat ullus, quin potius interritus refer omnia quae a me tibi ex ordine iussa fuerint; et ne credas audaciae tuae, 55 moneo, ut vel unum silentio proprio tegas verbum, sed unicuique personae prout fuerit rei veritatem quam audis evidenter, praecipio, pandas'.

3. 'Primo omnium iuniori huius ecclesiae Huberto presbytero huiusmodi celer stude edicta referre: "Praecave sollerter, ne aliquando a coeptis lassescas et ad ea quae non prosunt olim divertas; sed coeptum iter tanta industria perseveranter conficere satage, ut ad metas eius irreprehensibiliter usque 60

pertingere queas". Demum patruo eius, Imbodo scilicet, etiam haec innotesce: "Vacas enim sollicitudine in exterioribus rebus et parvipendis nostrae utilitatem ecclesiae; sed nisi te ab huiusmodi sollicitudine propere correxeris et quae sunt apta ecclesiae nostrae restaurare studueris, scias, te Domini et nostra usquequaque gratia carere, et maius tibi signum, quam quod ad praesens possides, adfuturum".

5 4. 'Adalgiso autem, huius domino villae, etiam ne ista quidem formides summa cum diligentia referre: "Dagobertus etenim inclitus quondam rex Francorum et conditor villae istius portiunculam quandam terrae videlicet et vernaculorum sub cartula et sigillo proprio nostrae contradidit ecclesiae; quae usque ad improbi Echardi aevum, qui huic villae praefuit, intemerata permansit; qui tandem ductus invidia, quod talis ecclesiae huic attributa foret donatio, auxit proprium scelus, et praefatam portiunculam divi-10 dens, unam partem sibi temere retinens, alteram vero eidem ecclesiae reliquit. Sed audacis huius facti haud longe post meritam subiit ultionem. Nam subito domini sui regis privatus gratia, villaque amissa, omniumque solatio destitutus est. Ad extremum vero, dum temptaret iam senior equestrem exercere ludum, equo terratenus deiectus, fregit sibi infelix propriam coxam, ab illo etenim die usque nunc sustentaculo ligni proprium conficit iter. Quocirca et tu memor illius, ne similia quandoquidem subeas, 15 omnia quae nostrae fuerunt stude velociter restituere ecclesiae. Non enim ob id paupertate afficieris aliqua, si nostris in hoc parere temptaveris edictis, sed magis ditaberis et laetior quippe quandoque efficieris". De calcis autem fornace, quam iussit contiguo loco in silva fieri, et de vicinorum auxiliis efflagitandis ad opus aliquod peragendum et laquearibus novis ponendis et aedificio peragendo, quod Herradus perficere, conditor eiusdem ecclesiae, morte praeventus nequivit, nihil tuae paternitati scribere 20 iudico, ne forte prolixitas ipsa fastidium gignat.

5. Intulit etiam ista: 'Sic et verbum ad Winfridum iudicem edicito mea ex parte, ut non familiam loci huius immerito excruciet, ne forte eandem, quam Gillebertus olim expendit, qui eodem diu functus est officio, habeat poenam. Nam et ipse, ut Echardus, praesidio ligni morte tenus proprium conficit iter. Reddat itaque et nummos undecim, quos ab Ebruino immerito sumpsit; qui scilicet Ebruinus, quia et 25 ipse nostram ausus fuit inique proprio servitio subiugare familiam, intelligat, se dextri luminis amisisse virtutem, filiamque propriam ita una corporis parte esse debilem, ut vix iam recuperationem adipisci amplius queat ullam. Nam et pro eisdem quippe mancipiis admodum iam dictus Hubertus, quando ab isto loco amota sunt, moestus extitit, haud secus et Imbodus prius; nam postea, ne Iohannes, qui eius neptem in matrimonio habebat, aliquos[a] ex eadem prosapia vernaculos, quos tenere videbatur, amitteret, 30 assensum dedit, suadente quidem Orico maiore, qui malitiae huius aliarumque complurium caput extitisse probatur; qui et ipse pro huiusmodi infeliciter multatus, cotidie sceleris sui poenas expendit meritas. Praecipe etiam et[b] eisdem sacerdotibus iam saepe dictis, ut eos, quos sacramenti occasio subrepsit, per quam nostra sunt avulsa mancipia, sub arta poenitudine coerceant et ad reconciliationis remedium quandoque reducant, ne forte simili suasione assensum aliquando praebere et ad tam nefandum manus 35 proprias extendere praesumant sacramentum. . . .' . . .

8. **A**udax et modicos Haimino pandere versu**S**
Incipe carta patri, cuius tu rustica iuss**U**
Mirandae causae, praevisae[c] nempe, notame**N**
Ingenio non fulta licet, non arte salubr**I**
40 **N**ec studio quoquam, tamen aude dicere tande**M**.
Vive valeque diu, pater inclite, munere Christ**I**
Salvatus, semper tendens ad gaudia ver**A**.

Noli, quaeso, pater, munuscula spernere nostra,
Parvula si videas, magna haec dilectio mittit.

45 a) et al. *ed.* b) ex *ed.* c) promisit *ed.; cf. c.* 2: praevisum.

EX MIRACULIS S. WANDREGISILI.

Perpauca exhibenda duximus ex Miraculis S. Wandregisili, quorum prior libellus, septem capitula continens, ante medium saeculum IX. a monacho quodam Fontanellensi conscriptus est[1], *quippe qui dicat (c.* 5*), adhuc fratres superesse, qui Saxonem quendam Karolo Magno obsidem datum viderint. Altero libello miracula enarrantur, quae a.* 858. *et* 866—868, *monachis cum corpore sancti in territorium Bononiense metu Normannorum fugatis, patrata sunt. Idem monachus qui haec scripsit etiam relationem de corpore sancti a.* 885. *Carnotum translato et de miraculis ibi gestis subiunxisse videtur.*

Cum editionibus Mabillonii, Acta II, p. 547—558, *qui codicem Fontanellensem*[2] *adhibuit, et Boschii, Acta SS. Iul. V, p.* 281—290, *codicibus Aquicinctino, Thosano, Valcellensi usi, contulimus codices:*

1) *Audomarensem nr.* 764, *mbr.* 4°, *saec. X, olim S. Bertini, f.* 31—50[3].

2) *Duacensem nr.* 837 (791), *mbr. fol. maximi, saec. XII, olim S. Rictrudis Marchianensis, f.* 101'. *et f.* 33—37'[4]. *O. Holder-Egger.*

PRAEFATIO IN MIRACULIS SANCTI WANDREGISILI CONFESSORIS[a].

1. Multa quidem et[b] stupenda miraculorum signa commodaque relatu omnipotens Deus per beatum Wandregisilum, opimum[c] confessorem, preteritis ac nostris dignatus est patrare temporibus, quae ob inertiam atque incuriam sunt scriptorum omissa tectaque silentio; quae si scripta fuissent, ad salutem plurimum prodesse poterant animarum. Quoniam, cum predicantur in populis virtutum signa, magis magisque excitant[d] ad amorem Dei corda torpentia atque ad suffragia sanctorum amplius ac crebrius deposcenda reddunt accensa. De his vero quae nostris acta sunt temporibus haec pauca, largiente divina gratia, licet inerudito sermone, amore tamen predicti sancti[e] patris Wandregisili ac iussione prelatorum coenobii Fontanellensis scribenda censuimus.

. . . .

5.[f] De quodam milite in Germania meritis sancti viri ab inminenti periculo salvato.

Illud autem, quod in Germania et Saxonum tunc gentilium populi terra gestum est, dum Magnus rex Karolus eorum terras bellando domaret, silentio preterire non debemus. Quidam namque prefati monasterii Fontanellae[5] miles nomine Sigenandus, dum vastando cum aliis militibus diriperet eorundem gentilium opes, comprehensus est ab eis, nonnullique alii. Cumque duceretur ad locum quo decollandus erat, suffragium sancti protectoris Wandregisili crebrius deposcebat, ut eius piis precibus imminens mereretur evadere periculum mortis. Sepiusque ipsius precipui patroni in prece dum peteret auxilium, quidam ex ipso Saxonum populo cui nomen erat Abbo diligenter exquirere coepit, cur tam creberrime Wandregisilum nominaret. Respondebat ille: 'Quia in veritate eius sum famulus et credo me eius inter-

a) Christi *add.* 1[a]; Explicit vita sancti Wandregisili abbatis. Incipit praefatio miraculorum eiusdem 2. b) valde *add.* 2. c) optimum 2. d) ad am. D. exc. *Mab.* e) *deest* 2. *Mab.* f) *numeri et rubrae capitum des.* 2.

1) Certe ante a. 858, quo anno corpus S. Wandregisili Fontanella deportatum est. 2) Eundem s. XI. qui nunc in bibliotheca civitatis Le Hâvre asservatur ('Arch.' VIII, p. 374)? 3) Cf. 'Arch.' VIII, p. 418. 4) Ib. p. 426. Inspexi etiam 1[a]) Brugensem nr. 404, saec. XIII. et Ambianensem nr. 374, saec. XVI. Plures codices eadem continent, quos enumerare nolo. 5) St. Wandrille-Rençon (dép. Seine-Inférieure, arr. Yvetot) in valle Fontanella.

ventu sanctitatis, Deo propitio, a periculo presentis liberari discriminis'. Et ille: 'Hac', inquid, 'nocte ipse mihi adstitit Wandregisilus, monens, ut nihil tibi mali inferrem, sed potius cum pace ad tuos redire permitterem. Quod si aliter fecissem, audacter contra meam patrarem salutem. Idcirco inlesum te abire permitto'. Absolutumque vinculis et indutum vestibus armisque munitum ad castra remisit christianorum. Predictus autem Abbo Saxonici generis regi postea obses datus et ad Fontanellam perductus, credensque in sanctae Trinitatis nomine, baptizatus verusque christianus effectus est. Ex cuius ore quidam fratres nostri, qui adhuc supersunt, narrando haec referunt, ipsique nobis quae ab illo didicerunt postea veraciter[a] narraverunt.

6. De ligno in aqua invento basilicae sancti patris apto.

Nec illud silenter preterire debemus, quod in reaedificatione templi, quo sanctum predicti confessoris Christi corpus requiescit[1], gestum fuit miraculum. Nam cum totius fere templi fabrica sumtu eximio consummata esset, et turris in media basilica sublimiori aedificaretur opere, quaerebatur trabes, quae in altitudine erigenda erat, in qua omne pyramidis pondus et totius culmen oneris cum tignis inniti posset suis. Diuque in vicinis saltibus huiusmodi arbor quaesita nec inventa huic operi congrua, cum prelatorum ac aedificantium corda maesta ex hoc facto manerent[b], mane facto quidam piscatores alveum ingressi Sequanae, vident arborem platani[c] mirae magnitudinis ac enormis ponderis per medium natando ire fluminis. Qua inventa, prelatis nuntiare curant coenobii. Qui ovantes ad fluvium accedunt abstractamque ab ipso, cunctipotenti Deo grates non modicas rependebant atque eiusdem venerandi patris preconia conlaudabant, cuius intercessione actum est pia, ut huiusmodi lignum divinitus datum et Dei fano aptum in flumine inveniretur. Sed et illud mirabile fuit, quoniam istius generis lignum in his regionibus nullatenus antea visum fuerat. Dolatumque atque perfectum arte fabrili prefati templi turri inponunt, totius operis onus sustentandum. Sic cunctipotens Deus in sanctis suis qua vult miraculorum varietate radiat.

7. De Geroaldo[d] abbate periclitante in mari, sed sancti patris suffragio repente erepto.

Aliud quoque quod in Geroaldo[e] huius coenobii patre[2] gestum est narretur miraculum. Is autem[f] abba iussu Karoli augusti quadam legatione fungebatur in insula cui nomen est Angia[g, 3], quam Brittonum gens incolit, et est adiacens pago Constantino, cui tempore illo prefuit dux vocabulo Anowarith. Prospereque gestis et pro quibus directus fuerat impetratis, flante vento secundo, oceanum in redeundo ingressus, ita subito ventus zephirus validissime flare coepit, fragorque oceani terribilis exortus est, ut undarum globi molesque inmensi proceritatem magnarum transcendere viderentur arborum. Cumque omnes qui cum eo erant in navi in desperatione essent suprema, nullaque esset spes evadendi, omniumque vultus similes forent[h] effigiei mortis, tandem predictus venerabilis reminiscens abba, quas penes se habebat, sancti Wandregisili reliquiarum[i], amplectitur ac deosculatur, ceterique comites ac[k] nautae navis creberrimis precibus flentes, Christi inplorant clementiam ac prefati sancti patroni, preces votaque cunctipotenti[l] Deo et ipsi beato vovent confessori, optantes reddere, si a tanto discrimine eius suffragantibus meritis mererentur liberari. Protinusque meritis et intercessione eiusdem sanctissimi patris seva pericula imperata sunt divinitus cessare, et tranquillitas mira extimplo[m] est reddita. Discusso[n] turbine maris prosperoque cursu, Deum conlaudantes et pro sui ereptione grates omnimodas omnipotenti Deo sanctoque Wandregisilo referentes, optatum perveniunt ad portum. Sic cunctipotens Deus, qui quondam afflictum audivit Ionam de ventre coeti, predictum venerabilem patrem[o] una cum sociis interventu egregii confessoris de periculo eruit maris. Unde cuncti qui illic aderant, et ad quos factum hoc pervenire potuit, Christum Dei filium laudaverunt, qui meritis famuli sui Wandregisili tale peregit miraculum.

ITEM MIRACULA SANCTI WANDREGISILI QUAE MODERNO TEMPORE PER EUM OPERATUS EST DOMINUS[p].

1. Ea vero stupenda miracula quae noviter cunctarum rerum Conditor per eundem sanctissimum virum Wandregisilum est operari dignatus, iuvante Domino et meritis eiusdem[q] precipui confessoris suffragantibus, veraci ac fideli sermone conscriptionis placuit stilo tradere.

2. De corporibus sanctorum confessorum Wandregisili et Ansberti[r] e suis tumulis effossis[s] metu gentilium.

Temporibus igitur quo gravissima Danorum pyratarum lues, Deo permittente, flagitiisque exigentibus nostris, oceáni litus infestum haberet Galliarumque quaquaversum maxime adiacentes et contiguas fluvio Sequanae misera cede vastaret provincias, quod retroactis temporibus, quando misericors Deus illius pre-

a) veratiter 1. b) *post corr.* reman. 1. c) platā 1. d) Ger:aldo *littera erasa h. l. et post* 1. e) Geraldo praelibati cęn. 2; Giraldo *Bosch.* f) enim *Mab.* g) Anglia *Mab.* h) ut *e corr.* 1. i) reliquias *Mab.* k) et 2. *Mab.* l) cuntipotenti 1; omnipotenti 2. *Mab.* m) extemplo *post corr.* extimplo 1. n) Discussa *corr.* Discusso 1. o) *deest Mab.* p) *haec des.* 2; Dom. dignatus est operari virtute divina *Mab.* q) eius *Mab.* r) et A. *des. Mab.* s) effossa 1.

1) Ecclesia S. Petri (Gesta abb. Fontanell. c. 2, SS. II, p. 276), quae sub Widone abbate (a. 753—787) reaedificata est; ib. c. 15, p. 290. 2) A. 787—806, ib. c. 16, p. 291 sq. 3) Hanc esse quandam insularum Normannicarum, apparet, forte Aurigny, in qua villa St. Anne sita est.

cepta servante suo fuit cum populo, nequaquam factum audivimus, sed neque relegimus, anno videlicet inruptionis suae in predictum magnum fluvium Sequanae decimo octavo, ex quo vero oceanum ingressi pyraticam exercere aggressi fuerant quinquagesimo octavo [1], regis autem precellentissimi Karoli decimo septimo [2], sanctissima ossa piique cineres prefati egregii confessoris Christi Wandregisili ac sancti presulis Ansberti ob metum et conculcationem horum nefandorum gentilium de Fontanellae monasterio propriis effossa sepulchris ad ipsorum sanctorum predium quod dicitur Bladulfi-villa [3] deportata sunt. Cumque iam eidem cum ipsis sanctissimis propinquaretur corporibus, venerunt eis obviam custodes ecclesiae ac reliqua [a] pars fratrum et reliquus populus omnis [b], quibus elapsis adiectione predictorum posse fuit, susceperuntque illa cum gloria Deique laudibus in loco qui dicitur Mittispont super fluvium Alteiae [4]. Ipso autem fluvii ponte beatissimis cum corporibus transito, in loco ubi pausaverant crux lignea a fidelibus populis ponitur.

4. Quae gesta sint in ecclesia sancti apostoli Petri quae vicina est Quentavico, quando illic deferebantur.

Alia quoque insignia miraculorum, quae omnipotens Deus per eosdem famulos suos, quando ex supradicta villa venerabilia eorum corpora in territorium Bononiense deferebantur, est agere dignatus, manifestare ac predicare placet in populis. Nam cum ex predicta villa tantorum sacerdotum Christi beatissima membra ad ecclesiam sancti Petri, quae vicina est emporio Quentovico [5] et ex ditione eorundem sanctorum, a monachis cum hymnis et laudibus deportarentur, in ipsa vigilia ascensionis Christi, quando rogationum tertia dies a populis christianis devote celebratur, venerunt eis obviam plebis [c] innumerae clericorum sive laicorum cum sacris euvangeliis crucibusque ac cereis seu cum reliquo apparatu ecclesiarum. Qui ad terram sese proicientes gaudioque pre nimio flentes, exceperunt illa beatissima corpora cum laudibus hymnorum coeperuntque ante illa ire psallendo, donec prefatam introeuntes ecclesiam, a senioribus huius congregationis fratribus, qui ipsa beatissima sanctorum membra propriis humeris gestabant, super altare sancti apostoli Petri ponerentur. Facta sunt haec omnia 5. Idus Mai [6]. His ita gestis, libet modo ea miraculorum ovando subnectere signa, quae infra dies quinque quibus predictorum sanctorum beatissima corpora ibi manserunt, caeli ac terrae Dominus per eorum merita preclara ad laudem et gloriam sui nominis est agere dignatus, pandere luce clarius. . . . . . .

9. De quadam paralytica meritis sanctorum in Walbodingheim predio [d] curata.

Vertamus nunc, iuvante Domino, nostrae conscriptionis stilum ad ea narranda quae in territorio Bononiense [e] et predio Walbodingheim [f] per predictos suos famulos Domini pietas est agere dignata miracula. Postquam autem ad eandem villam venerabilia eorum corpora delata sunt et posita in basilica sancti martyris Quintini, quae ex virtutibus predictorum sanctorum memoriae occurrere potuerunt succincte descripsimus, plurima tamen propter enormitatem sui pretermittentes. Igitur cum quaedam mulier de villa Heringheim [7]. . . . . . .

10. Quod quaedam daemoniaca interventu sanctorum concite sospitati sit [g] reddita.

Nec illud etiam silenter preterire debemus miraculum, quod in eodem loco ob supra memoratorum confessorum merita veneranda caeli terraeque Dominus est dignatus ostendere. Fuit in eodem territorio virgo quaedam de patrimonio Wachone-villare [8], quae multo iam tempore a daemone vexata fuerat . . . . . .

11. De quadam frenetica ad eorum corpora sanata.

Alia quoque frenetica de territorio Suevo [9] et villa Laom ad suffragia sanctorum a patre suo cum omni spei ac fidei devotione devecta est. . . . . . .

13. Item de alia paralitica a sanctis ibidem curata.

Erat quoque quaedam mulier in predio Turbodingheim [h], quae est possessio almi patris Wandregisili et adiacens patrimonio Walbodingheim [i], cuius manus plurimos annos paralysi fuerat dissoluta. . . . . . .

15. De Grippone praefecto in mari correpto, sed ob merita sanctorum salvato.

Non longo post tempore, dum in periculo sibi invocantibus adfuit, sequitur clara virtus ac maxima. Illuster namque vir Grippo, prefectus videlicet emporii Quentovici, iussu precellentissimi regis Karoli quadam legatione functus est in insula Brittannica ad reges gentis Anglorum. Denique strenue [k] impetratis ac peractis pro quibus directus fuerat, dum in revertendo navem ascendendo [l], oceanum aequor ingressus, flante vento secundo, fere medium confecerat iter. Noctisque spatio fere transacto, antequam

a) aliqua *Mab. Bosch.* b) omnes 1. c) plebes, es *e corr.* 1. d) in pr. 1. e) Bononiensi 2. f) Walbodingem 2. g) *post superscr.* 1. h) Turbodingehim 2. i) Walbodingehim 2. k) *deest Mab.* l) ascendisset *edd.*

1) De piratis Normannicis a. 800. vide Ann. Lauriss. et Einh., SS. I, p. 186 sq. 2) Potius 18. Nam a. 858. hoc actum esse, apparet infra c. 4. In Chron. Normann, SS. I, p. 533, SS. Wandregisilus et Ansbertus falso a. 846. ad castrum S. Audomari translati esse dicuntur. 3) Bléville (arr. Hâvre), ut videtur. 4) Authie fl. 5) Ad ostium fluvii Canche olim situm. 6) Hinc elucet, hoc a. 858. factum esse, quo anno Mai. 11. vigilia ascensionis fuit. Etiam infra c. 14: 8. *Idus Novembris die dominica* eidem anno convenit. 7) Éringhem (arr. Dunkerque, cant. Bergues). 8) Le Waast, a Boulogne orientem versus. 9) Boloniensi videlicet, ubi Suevos nonnullas villas incoluisse, constat. Cf. SS. I, p. 519, n. 11.

roseae lucis splendor mundum inradiaret, ita subito seva exorta est[a] procella, ut nulla spes evadendi prefato duci suisque comitibus qui cum eo erant in navi remaneret. Cumque a variis ac fortissimis ventorum motibus mare intumesceret, lintrisque huc atque illuc a vi maris pulsaretur ac vagabunda incederet, nullusque evadendi exitus ullo modo pateret, cum iam sol lucifluos emitteret radios et propria 5 totum inlustraret lampade mundum, aspexit prefatus dux farum supra litus maris antiquorum industria ad cursum navigantium olim ibidem aedificatam. Contemplatus est quoque et basilicam, in qua preciosi confessoris Wandregisili summique pontificis Ansberti sanctissima posita erant membra; oppletosque lacrimis oculos, haec humili cum voce subplicans aiebat: 'Sacerdos quondam noster, nunc socius angelorum, beatissime Wandregisile, precibus piis succurre nunc afflictis iamque periclitantibus! Te duce ab 10 hac regione progressus sum, te duce externa adii loca; en desertus a te, patriae inductus iam finibus, gravis periculi mole oppressus, dignas mei meriti poenas luo. Noli subtrahere precem, liberationem famulorum, iocundior nobis melle dulcedo; ne sinas gaudia nostra supremae tristitiae nubilo maculari. Gaudium et exultatio nostra, quos deduxisti sospites, patriae solo redde incolomes!' Inter haec ipse dux eiusque socii vota offerunt, omnimodo nisu reddere cupientes. Vix verba prefata finierant, cum subito ope 15 atque intercessione almi Wandregisili pia serenitas redditur mira, et patronum, quem quaerebant absentem, virtute preclara presentem intellegunt. Lacrimae denique vertuntur in gaudia, meror laetitiae permutatur. Elevatis namque velis, motu celeri cum gaudio tripudioque magno lintris cucurrit ad litus. Nec subacta inter duras cautes preruptaque et aspera loca contrita est, nec scit[b] pertulisse discrimina, dum gaudet evasisse pericula. Ministeria nempe implevit itineris, relinquens signa virtutis. Ipse autem prefatus 20 Grippo in ipsa vigilia nativitatis Domini alacer et sospes ad eandem pervenit basilicam, in qua predictorum Christi confessorum beatissima posita erant membra, ibique cunctipotenti Deo pro sui ereptione laudes multimodas cum magne humilitatis reverentia retulit et vota promissa obtulit.

17. De quodam puero ceco et claudo a sanctis curato, et matre eiusdem pueri febricitante sanitati reddita.

25 Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 866. venerunt corpora sanctorum confessorum Wandregisili et Ansberti ad ecclesiam sancti Petri, quae ex ditione prefatorum constat confessorum et est vicina portui Quentavico. . . . . . .

TRANSLATIO CORPORUM SS. CONFESSORUM CHRISTI IN CARNOTENAM URBEM.

Anno dominicae incarnationis octingentesimo octogesimo[c] quinto, indictione 4, sub die undecimo[d] (885 Nov. 21.) 30 Kalendarum Decembrium, venerunt corpora sanctorum Wandregisili et Ansberti confessorum ad Carnutenam urbem et iubente Domino suscepta sunt a venerabili Haimone episcopo prefatae urbis et domno Haimerico abbate monasterii Sancti Carauni martyris et collocata in ecclesia in qua isdem martyr requiescit. Ubi non minimam humanitatem monachis Sancti Wandregisili, qui metu gentilium haec attulerant, exhibuit et hospitalitatem condignam tribuit; ibique usque 14. Kal. Martii pacifice mansimus, vide- 35 licet per menses tres, exceptis tribus diebus. Deinde 14. Kal. Martii, metu gentilium suadente, et cooperante prefato Haimerico venerabili aliisque sanctorum veneratoribus, annuente etiam eiusdem urbis venerabili clero et plebe Deo devota, cum laudibus et honore predictorum corpora sanctorum intra muros (886. Febr. 16.) prefatae urbis venerabiliter suscepta sunt atque in capellam, quam olim venerandus presul Gislebertus infra domum suam construxerat, digne collocata sunt. In qua omnipotens Deus sanctos suos ut voluit 40 mirabiliter mirificavit et miraculorum attestationibus multiformiter honoravit. Quorum insignia miracula iubente Domino mirabiliter refulgent. . . . . . .

a) sunt 1. b) sit 1. c) nonagesimo *Mab.* d) XII. *Mab.*

TRANSLATIO SANCTI HERMETIS.

De translatione reliquiarum sancti Hermetis, quas Liuphrammus archiepiscopus a. 851. *Roma Salzburgum deportavit, paullo post, ante a.* 855, *quo Leo IV. papa obiit, breviter et simpliciter relatum est. Opusculum hoc ediderunt initio omisso Hansiz, Germania sacra II, p.* 929; *integrum Dümmler, 'Arch. f. Oesterr. Gesch.' XXII, p.* 295, *ex apographo scriptoris saec. XII, qui notitias de reliquiis Salzburgensibus in cod. Vindobonensi nr.* 289 *(Salisb.* 8 *N.)*[1] *collegit, nunc vero ex codice* M o n a c e n s i *nr.* 15821, *olim Salzburgensi, saec. IX, ubi fol.* 31. *ab ipso auctore, ut videtur, est exaratum, descripsi, varias lectiones recentiorum codicum neglexi.* *G. W.*

f. 31.

QUALITER PIGNERA[a] SANCTI HERMETIS MARTIRIS HUC VENERUNT.

Sanctorum[b] virorum praeconia quamquam sint gloriosa et praecipua in exemplis enarranda, necesse est vero, ut ad Redemptorem erigamus corda nostra, auxilium ab eo quaerentes, qui solet aperire ós mutorum et linguas infantium facere dissertas, qui per Raphahelem archangelum Tobiae locutus est dicens[2]: *Consilium regis bonum est abscondere, opera autem Dei praeclarum est enarrare;* ut servis suis sensum largiri dignetur in tabulis cordis, qui loquelam asini distinxit in syllabis, ora confirmet strenuę ad enarrandam vitam venerabilem sanctorum, ut in hoc Christus laudetur in gentibus, dum sancti venerantur in eximiis virtutibus.

(Tob. 12, 7.)

His praelibatis, regnante domino nostro Ihesu Christo in perpetuum.

(851. Mart. 31.) Anno ab incarnatione Domini 851, indic. 14, sub die cons. 2. Kal. April. Liuphrammus sanctae et orthodoxae Iuvavensis ecclesiae metropolita, una cum consensu ecclesiasticorum virorum et licentia domni[c] senioris nostri Hludowici serenissimi regis orationis causa Romam petiit, patrocinia gloriosissimi beati Petri principis apostolorum et coapostoli eius Pauli humiliter quaerens sive ceterorum sanctorum. Ubi honorifice susceptus est ab apostolico viro, scilicet á Leone summo pontifice, qui nunc ad praesens religiose videtur apostolicam regere sedem[3]. Qui aliquos dies ibidem commorans, ut ei liceret corpora sanctorum visitare et prius pro suis ac deinde pro populi delictis hostias offerre seu coram Deo indulgentiam impetrare pro cuncto sibi grege commisso.

Interea coepit domnum apostolicum humili postolare[d] prece, ut de corporibus sanctorum aliquam ei partem dare dignaretur. Quod ille primo rennuens, postea vero divino conpunctus amore perpendens et considerans, quod petitio supradicti venerabilis archiepiscopi recta et iusta esse videbatur, inito consilio cum senatu Romano et optimatibus suis, dedit ei ex auctoritate beatissimi Petri principis apostolorum corpusculum sancti et gloriosi martyris Christi Hermetis, cuius festivitas est 5. Kal. Sept.; cum ceteris reliquiis sanctorum, ad totius christianae plebis utilitatem et consolationem. Quem sacrum sanctum Hermen, summo tribuente pontifice, coram confessione sancti Petri praecipui apostoli 10. Kal. Iun. (Mai 23.) devotus Liuphrammus archiepiscopus, apostolica benedictione percepta, cum summo suscepit gaudio et nono[e] Kal. Iun. (Mai. 24.) gratulabundo coepit animo cum suis aeque fidelibus prosperum arripere iter ad propria redeundi.

Quod ita divina opitulante gratia actum est per omnia, seu per Italica confinia vel Bagoariae regionis regna.

Adpropinquante vero beatissimo martyris Christi corpore ad Iuvavensem sedem, ubi tunc maxima multitudo collecta est, cum hymnis et laudibus gratias Deo dignas referentes et obviam gloriose properantes ad tam pretiosum et gloriosum suscipere thesaurum.

Tunc denique supradictus archiepiscopus cum omni sacro conventu ecclesiastico in ecclesiam sancti Petri et sancti Hródberti gloriosissime studuit reportare, et quemadmodum dignissimum erat corpora sanctorum recondere ac coniungere summopere satagebat Kal. Iul. (Iul 1.) Ubi per eorum merita multa praestantur populo beneficia, et laus Christi indefesso frequentatur officio, et[f] nomen eius iugiter ab omnibus veneratur christianis. Cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Aμην.

a) pignora *corr.* pignera *c.* b) Sanctorum — His praelibatis *om. Hansiz.* c) dñ *c.* d) *ita c.* e) X. *Dümml.* f) et n. e. i. *in loco raso ead. m. c.*

1) Alterum codicem Vindobonensem nr. 434 (Salisb. 79) apographum habet. 2) Nota verba a Vulgata diversa. 3) Annis 847—855.

EX SIGEWARDI VITA S. MAINULFI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Mainulfi, coenobii sanctimonialium Bodicensis fundatoris, Vita iam olim conscripta erat[1]*, forte, ut Wattenbach*[2] *coniecit, postquam corpus eius a Bisone episcopo Paderbornensi circa a.* 895. *elevatum est. Haec periisse videtur. Saeculo XI. vero Sigewardus quidam, adhortante Albino praeceptore ipsius, illam in elegantiorem formam redegit, sermonem consueta illa arte syllabarum in fine enunciatorum consonarum exornans*[3] *et sententiis tam Sacrae Scripturae quam Horatii Vergiliique quasi optime farciens, verbis iisdem saepe repetitis ad taedium usque ludens, itaque opusculum effecit, quo rebus inanius ac dicendi pompa magis turgidum non facile reperire possis.*

Quod Ad. Overham coniecit[4]*, Albinum illum, cui auctor opusculum dedicavit quemque magistrum suum devotissime colit, fuisse Albwinum praepositum Hersfeldensem, postea a.* 1035—1061. *abbatem Nienburgensem, 'famosissimum antea scolae Hersfeldensis magistrum'*[5]*, cui Wolfhere quoque Vitam Godehardi dedicavit, valde mihi arridet*[6]*. Quod vero idem suspicatus est, C. Byeo astipulante*[7]*, auctorem fuisse Sigewardum abbatem Fuldensem (a.* 1039—1043*), qui hocce opusculum ante abbatiam susceptam conscripsisset, nulla vel levissima ratione nititur*[8]*, ut eodem iure cuique eiusdem nominis homini saec. XI. idem attribuere possis. Immo cum auctor de statu ac conditione sua nihil indicaverit, profiteamur oportet, nos ignorare, quis fuerit Sigewardus ubive vixerit*[9]*.*

Priorem librum opusculi, qui Vitam Mainulfi continet, paene integrum damus, omissis solum quibusdam contemplationibus nugisque miraculosis, ex

1) V. prologum libelli. 2) 'GQ.' ed. 5. I, p. 238. Post elevationem a Bisone factam Vitam illam conscriptam fuisse, constat, quia Sigewardus eam narrat, qui se nihil addidisse testatur. 3) Etiam capitum indices hac arte exornavit. Hac de re et quia codex antiquissimus Vitae haud dubie saec. XI. exaratus est, eam saec. XI. compositam esse, certissime apparet. 4) Vita Meinwerci etc. p. 415. Idem etiam de Sigewardo Mindensi episcopo (a. 1122 1140) et Albuino magistro scholae Hildesheimensis, postea episcopo Merseburgensi, cogitavit; quod vero ipse minus probabile censuit et eo quod de codicis 1 aetate monui refellitur. 5) Ann. Hildesh. a. 1034. 1035. 6) Quod ut facilius credatur, haec notanda sunt: Ann. Magd. a. 1061, SS. XVI, p. 174, *Albinus* abbas et magister ille vocatur. Et Wolfhere etiam, discipulus huius, per totum opus suum eam artem quam 'reimprosa' vocamus adhibuit. 7) Acta SS. Oct. III, p. 173. 8) Immo, hunc Albini Hersfeldensis discipulum fuisse, omnino non credendum est, quia annalista Hildesh. a. 1039, SS. III, p. 103: *Sigewardus iuvenis*, ait, *ab ipso* [Ribhardo abbate Fuldensi] *eo loci in divino servimine regulariter et etiam sapienter enutritus.* 9) Westfalum eum fuisse, sane verisimillimum est; si coniecturae indulgere vis, eum monachum Abdinghofensem, in quo monasterio antiquissimus codex scriptus est, vel clericum Paderbornensem, in qua dioecesi monasterium Bodicense situm est, fuisse, suspicari possis. Si verum accipis, Albinum praeceptorem auctoris fuisse scholasticum Hersfeldensem, statuendum est, hoc opusculum ante a. 1035 editum esse, cum Sigewardus illum patrem et doctorem, non vero abbatem appellaverit.

altero, quo miracula et elevatio eiusdem sancti tam verbose quam ridicule narrantur, pauca tantum excerpsimus; ad quae edenda usi sumus codice:

1) Casselano Ms. hist. q. 12, membr. 4°, olim Abdinghofensis monasterii[1]*, duobus voluminibus constante, quorum prius Vitae Meinwerci autographum, alterum f. 74'—93'. Vitam Mainulfi saec. XI. pulchre et accuratissime exaratam continent. Ex quo codice primam editionem integram*[2] *paravit Ad. Overham*[3] *post Vitam Meinwerci (Neuhusii 1681. 8°) p. 162—188, quam recudi fecit C. Byeus*[4]*, Acta SS. Oct. III, p. 209—216. Exscripsimus etiam lectiones*

2) Codicis Treverensis bibliothecae civitatis nr. 1167 (CCCXCVI), chart. fol., saec. XV. compluribus manibus litteris magnis bene exarati, olim 'domus beate Marie virginis in Everharczcluß Treverensis dyocesis', qui inter alias Vitas sanctorum hunc quoque libellum continet, haud dubie ex apographo codicis 1 exscriptum[5]*.*

Saeculo XV. novum multo ampliorem libellum de vita S. Mainulfi Gobelinus Persona conscripsit[6]*, cui quidem hoc opus a Surio attributum nuper abiudicatum est*[7]*. Sed Surii iudicium confirmatur codice Treverensi supra indicato, ubi antiquiori Vitae amplior illa praecedit hac rubra inscripta:* Incipit prologus in vitam sancti Maynulphi diaconi ac confessoris post ceteros novissime collectam et editam per venerabilem dominum Gobelinum Person decanum Bilveldiensem. *Et in calce eiusdem Vitae legitur:* Explicit vita beatissimi Maynulphi confessoris ac diaconi edita ac collecta per venerabilem virum Gobelinum Persoen decanum Bilveldiensem. Hic multum laborabat ac persecutiones sustinuit pro reformacione Bodicensi, *de qua videlicet reformatione multa in hoc libello narrata sunt.* *O. H-E.*

f. 74' [a] Albino patri digno constanter amari
Filiolus parvus fidei vinclum Sigewardus.

Inter eos, mi doctor Albine, doctorum doctissime, iure [b] suo liberaliter utitur amicitia, qui amicorum non nesciunt nescire vicia. Horum te, pater iucundissime, consortio illa simplex animi tui admittit intentio, qui salutari seductus errore me nequitiae imperitiaeque maculis esse deformem voluisti nescire, quem tam arduae rei iudicabas convenire.

a) *tres lineae rubris maiusculis scriptae evanuerunt* 1, *forte:* Incipit libellus de vita beati Mainulfi; 2 *post Vitam Mainulfi auct. Gobelino Persona:* Incipit prologus Sigewardi in vitam eiusdem sub altero stilo compilatam. b) viro 2.

1) F. 74. manu s. XIII—XIV. notatum est: *Liber beatorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne. Tollenti maledictio, servanti benedictio. Amen.*
Quem si tollat homo, tu Petre, pelle polo!
Stephane vel Blasi, nolite ei misereri!
Semper ut infelix sit, pete, sancte Felix!
Nec patrociniis letetur Pantaleonis;
Sanctorum nulli propicientur ei!
Manu s. XV: *Liber monastery sanctorum aposto[lo]rum Petri et Pauli in Abdynchoff.* Cf. 'Arch.' VI, p. 203; SS. XI, p. 105, ubi vero b. m. Pertz hanc partem minus recte saeculo XII. tribuit. 2) Iam antea fragmenta quaedam edidit Brower, Sidera ill. et sanctorum virorum (Moguntiae 1616) post Vitam Meinwerci p. 85—87, ex codice quem non indicavit, dicens tantum p. 88: 'quod huius vitae specimen antiquum sese obtulit'. Quem Abdinghofensem codicem fuisse, non affirmare ausim, quamvis huius collatione ad Vitam Meinwerci edendam usus sit, cum multae lectiones Broweri ab hoc differant. At apparet etiam eum, multa ex arbitrio alterasse. 3) Qui pauca falso legit, aliquoties lectiones Broweri recepit, nonnusquam pro veris lectionibus codicis coniectatas posuit. Semel citavit lectionem codicis Hardeshusani. Capitum divisionem in codice institutam alteravit, quam ex codice restituimus. 4) Qui quamvis apographo Hardeshusano se usum esse dicat, nusquam ab editione Overhami recedit. 5) Apographum codicis Bodicensis saec. XVIII. exstat in bibliotheca Hannoverana regia nr. 1456; Bodemann, Catal. p. 318. Breviatas recensiones Vitae auct. Sigewardo continere videntur codices Bruxellenses nr. 3391—3399, mbr. fol. s. XIV. ex., qui incipit: *Dum Karolus Magnus* ('Archiv' VIII, p. 492) et Bonnensis chart. q., qui incipit: *Quamvis multifariam* ('Archiv' XI, p. 284. 740). 6) Postremo editus Acta SS. Oct. III, p. 216—224. 7) Hagemann, 'Ueber die Quellen des Gobelinus Persona' (Diss. Hall. 1874) p. 63. Vitam Germanicam continet codex Nordkirchensis nr. 14. s. XV ('Archiv' VI, p. 37), nescio num eandem quae edita est 'Kathol. Zeitschr.' Münster 1851, p. 630—644.

Nam quidam tuorum familiarium sitiens illum oris tui[a] fontem aureum, *attemptavit te [*f. 75.] precibus, ut beati Mainulfi[b] vitam non antehac satis libero ore expeditam tui stili venustate corrigendo velles deaurare. Tu autem, ó viator imitabilis[c], ut semper ratione duce progrederis, consilium tibi provideras subtilius, scilicet ut id operis potius ad integrum ex tuo penu propinares, quam veterum dicta increpares. Sed tum[d] tu, plurimis occupationum impeditus curis, me inter omnes auditores tuos infimum nec inter eos vocari dignum operis tui dignatus es vicarium. Qua quidem intentione tui, quae tantopere preconium expectat discipuli, nichil antiquius existimo, sed ne id mei culpa in contrarium cadat metuo, quia, cum arreptam sarcinam perferre nequivero, non solum mihi hesitandum est in luto, sed culpa deficientis cedet[e] in iniuriam precipientis. Postremo, tametsi me noverim imparem esse imperato operi, vereor tamen resistere a te imposito oneri, plus quidem volens, ut imperitiae meae infamia me probet benignum, quam oboedientiae trangressio[f] *me queat diffamare malignum. Preterea spero, immo certum scio, ne tu, pater suavissime, filii tui opus prodire patiaris in publicum examen, ni tuae correctionis lima prius illud castiget ad unguem. [*f. 75'.] Certe, si privati iuris aggressus essem materiam, qua mihi arbitratu meo licitum esset evagari, spero etenim[g], ne tibi[h] essem pudori. Nunc autem et cautio animae, quae in historiis sacris plus nudam rei veritatem quam luculentae orationis leporem iubet exquirere, et artissima lex alieni itineris me scientem subire[i] cogunt viam[k] fidi interpretis. Dico autem alienum iter, quia me[l] quidam in eiusdem operis cursu precesserat, cuius me non mutare sententias magistra veritas imperat, solus tantum verborum ordo mei stili disponendus relinquitur officio, immo etiam, si quid precessoris mei sermo vel diminutione languit vel excessit[m] incremento, hoc sanandum permittitur meae curationis medicamento. Age modo, mi pater, age, inquam, mi gratissime *pater, ab omni telo sinistrae interpretationis tuere me, precor, sub clippeo tuae [*f. 76] imperiosae defensionis, neque hoc annuente Deo tibi erit actu difficile, quia sapientium nemo me[n] molitur laedere. Invidorum autem hiatus non moror, quorum latratus nullus comitatur morsus, et quorum non iustus in me aditus patet detractioni, nisi quod tam sacra mihi commissa sunt peccatori. Sed si quis eorum sine peccato est, mittat in me lapidem. [cf. Ioh. 8, 7.] Ne autem multis occupationibus tuis mea loquacitas addat fastidium, hoc modo in calce estimo breviter annectendum, quod Deum secretorum cognitorem testem habeam tuaeque personae probatissimam magestatem, nichil me in opere hoc locutum esse preter veritatem. Quapropter, si quis dignum ducat lector accedere huic operi nostro, hunc per illud extremi iudicii equissimum examen iterum atque iterum obsecro, ne meum recens dictum mendacii culpa velit notare, cui testimonium perhibet auctoritas veteris scripturae.

*CAPITULA[o] SEQUENTIS OPUSCULI. [*f. 76']

1.[p] Prohemium, in quo stili humilitas legitime excusatur.

2. Quod beatus Mainulfus in infantia sua patre destitutus sit, quodque matrem suam viduam patruus suus[q] vi oppresserit.

3. Qualiter ipsa mox manus effugiens corruptoris, patrocinium meruisset imperatoris. Item[r] babtismus sancti Mainulfi, et[s] continentia matris eius.

4. Quod ipse[a] litterali scientia viriliter eruditus, ab antistite Badurado fideliter sit enutritus.

5. Eiusdem antistitis preconium, quod testatur integritas vestium.

6. Ascensio sancti Mainulfi in virtutes studiumque ad preparandam Christo cordis mansionem.

7. Desiderium eius inpedimentumque de construendo monasterio.

8. Visio pastoris et interpretatio eiusdem visionis.

9. Quod sanctus Mainulfus antistiti visionem retulisset; consilium antistitis et iteratio visionis.

10. Eiusdem terciatio[t] et ad sanctam Trinitatem similitudo.

11. Quod timore Regis aeterni auctoritati cederent regis terreni.

12. De reliquiis sancto[u] Mainulfo divinitus oblatis.

13. Item sancti Mainulfi revelatio et eiusdem ad suprascriptam visionem cognatio[v].

*14. Inventio baculi in loco altaris. [*f. 77]

15. Constructio monasterii et dedicatio sacrarumque virginum congregatio.

16. Miraculum sancti Mainulfi pro exusto velamine.

17. Obitus et sepultura sancti Mainulfi.

a) *deest* 2. b) Maynulph. 2 *semper.* c) mirabilis 2. d) tamen 2. e) cedat *corr.* cedet *et* in in. *alio atram. in loco raso* 1. f) *ita* 1; transgr. 2 g) enim 2. h) e. t. 2. i) c. sub. *corr.* sub. c. 2. k) *alia manu in loco raso* 1. l) que 2. m) *ead manu superscr.* 1. n) mol. me 2. o) C. s. op. *des.* 2. p) *numeri des.* 2. q) *del. et superscr.* eius 1, *et ita* 2. r) *superscr.* 1. s) et — eius *des.* 2. t) terminatio 2. u) *bis scr.* 1. v) cognicio 2.

INCIPIT[a] VITA BEATI MAINULFI CONFESSORIS CHRISTI.

1. Annuente gratia sancti Spiritus, Vitam sancti Mainulfi levitae in spem exemplarque ļevitis scriptori sumus, immo etiam ipsis sacerdotibus, qui plurimum exultabunt in reddenda sacerdocii ratione, si in huius diaconi vixerint emulatione. Ad summam[b] nullus est ordo, de quo male mereamur haec scribendo, cum sit necessarium aeque omnibus tanti hominis refoveri interventione, cumque sit utile eius instrui imitatione. Sed nos pauca de pluribus huius viri miraculis complectimur eademque pauca humilis stili serie persequimur, commodius iudicantes, ut doctus lector stilo nostro quasi[c] indocto detrahat, quam stili nostri acumen minus capacibus capiendi aditum intercludat. In huiusmodi namque scripturis *minime captanda est inutilis aura favoris, sed commodum internae provectionis. Sed iam exordium aggrediamur.

2.[d] Tempore quo gentem Saxonicam Karolus imperator imperio suo subegit subactamque de idolatria ad fidem Christi transtulit, natus est de eadem gente Mainulfus, utroque parente admodum nobilibus. Sed iam in tenera etate per necessitatem mortis destitutus[e] est patre. Quo defuncto, nondum iste puer misterium suscepit babtismatis sacri, licet iam aetas ei concessisset virtutem ambulandi, quia gens illa adhuc fragilis in catholica[f] religione nondum moris habuit, teneros infantes babtismo consecrare. Et ut plenius loquamur, ipsa gens nondum continuatim ad fidem pervenit, quod sequenti exemplo patenter liquebit. Namque cum huius pueri mater primo viduata marito[g] continere vellet proximam palmam virginitati, id est abstinentiam thalami secundi, ecce defuncti coniugis germanus, ipse quidem et re et professione paganus, visitavit eam indutus specie consolationis, sed animo volvens fomitem turpissimi sceleris. Quippe ille incestus *hospes, in cuius corde hostis antiquus certissimum sibi hospicium collocavit, fratris coniugem devotissimo hospitalitatis officio se suscipientem, heu nefas! invitam adulteravit, quae nichil minus quam adulterium expectavit.

3.[h] Illa vero, quam celerrime manus evasit corruptoris, absque dilatione properavit ad presentiam predicti imperatoris ipsique quae dolor dictavit in corde libero pronunciaverat ore, nimis sancte obsecrans, ut se a tanto persecutore tueretur, quia aeterni Tutoris vice in terris fungeretur. Imperator vero condolens nobilissimo dolentis dolori, annuit rogata roganti, ibidem quoque filium eius per lavacrum regenerationis infra sanctae matris ecclesiae[i] uterum admitti fecit ipseque eum a babtismo suscepit. Et bene quidem divina providentia servulum suum, qui ab inferioribus personis domi babtizari potuit, ad regis choortem[k] babtizandum reservavit, quo procul dubio plurima populi collectio confluxit, quatenus iam in ipso limine vitae pluribus eum notum faceret, ex cuius noticia plures proficerent. Mater autem eius, cui regis sponsio certam securitatis spem largita est, spe[l] *gaudioque comite, reversa est et in vicem magistri timorem amoremque Dei sibi constituit, ad quorum disciplinam omnem vitae suae ordinem instituit. Ipsa quoque Wigthruth[m] vocabatur, quod vocabulum quasi quodam veritatis presagio sorciebatur, quia pro Christi nomine cum viciis et concupiscentiis bellum gessit legitime[1].

4. Puer autem Mainulfus sub iure scolari ad disciplinam dispositus litterarum, ex dispositione ascendit ad habitum earum et quod scientiae litteralis habuit usu operis devotus excoluit. Quippe quia viam quae ducit ad vitam artam et angustam existere scivit, iam de tenero ungui[2] studiis asperioribus mentem formavit. Nam ut quidam[3] docet:

> *Qui studet optatam cursu contingere metam,*
> *Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit,*
> *Abstinuit vino et venere.*

Cum autem excederet a scolis, excessit etiam desiderium mundani honoris, integra mente migrans ad propositum canonicae legis in loco qui dicitur Patterbrunno[n]. Hic eum eiusdem loci pontifex, ipse quidem virtutum gloriosus artifex, nomine Baduradus[4] benignissima cura nutriendum *suscepit susceptumque largissimo paternitatis et gratiarum sinu refovit.

5. Sed quia res monuit et locus, non gravabimur saltem unum recitare indicium de huius pontificis virtutibus. Ecce[o], 27 annis post sepulturam eius exactis, vestes quae cum eo sepulcrum subierant ita integrae et sanae apparuerant, ut nec una fimbria ex eis legem pateretur putredinis. Quae res liquido exprimit, quia ipse vivens integer[p] vitae scelerisque purus[5] exstiterit.

6. Huic[q] tantae virtutis viro dum beatus Mainulfus adhesit continuus, cum sancto sanctus, cum innocente innocens et cum electo apparuit electus. Cum enim bonus esset in puerili aetate, melior tamen factus est in iuventute, quoniam, una non contentus virtute, ascensiones in corde suo disposuit, quatenus de virtute in virtutem semper transierit. Inter haec divino accidit instinctu, ut predictus pontifex ita[r] questionem circumstantibus proponeret, quid misterii sermo euangelicus concineret dicens: *Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* Quam quaestionem *mox quidam, sicut res habet, solverat, dicens, quia Christus cordis nostri habitaculum quaereret, nec quaerens inveniret, quia scelus nostrum querentis introitum impediret. Quod verbum ultra quam dici

a) Inc. liber primus de v. sancti Maynulphi diaconi et conf. Capitulum primum 2. b) s. n. *des.* 2, *spatio vacuo relicto.* c) *superscr.* 1. d) Capitulum secundum 2. e) destitus *corr.* destitutus 1. f) coth. *post corr.* cath. 1; kath. 2. g) viro 2. contingere *edd.* h) *abhinc numeri des.* 2. i) ecl. *h. l.* 1. k) *superscr.* vel curtem 1; curtem vel cohortem 2. l) spe: *littera erasa* 1. m) Wygtrud 2. n) Paderborne 2. o) Et 2. p) integre 2. q) Hic 2. r) *eadem manu superscr.* 1.

1) Nempe *wic, wig* ahd. est 'certamen, bellum'. 2) Horat. Carm. III, 6, 24: *de tenero meditatur ungui,* et ibid. III, 24, 53 sq.: *et tenerae nimis mentes asperioribus formandae studiis.* 3) Horat. Ep. II, 3 (ars poet.), 412—414. 4) Circa a. 815—859. 5) Horat. Carm. I, 22, 1.

valeat in pectus Mainulfi descenderat. Doluit namque intrinsecus, Christum ad ianuam cordis nostri humiliter sed frustra pulsare, cum nemo pulsanti velit reserare. Itaque ex illa hora, cum antea esset bonus, iam, ut ita dicam, factus est in bonitate novus, sese Christo pandens in terris hospicium, quatenus ab eo reciperet aeternae mansionis commercium. Ergo quia Christum voluntarie suscepit, Christus susceptus apud susceptorem suum mansionem fecit. Felix mansio sub tali mansore, in qua[a] fortunae nichil licebat, quia in ea tantus paterfamilias dispositoris vicem obtinebat.

7. Sed nos ad planum narrationis ordinem redeamus, ne, dum imperiti laudamus, tanti viri laudes culpa ingenii deteramus[b]. Nam, si quem dignis laudibus nequeas extollere, hunc laudas pulcrius, si te imparem fatearis laudibus eius. Beatus igitur Mainulfus *cum omnia virtutum quae potestate habuit[c] [* f. 80.] actu etiam adipisci studuerit, certus iam de Domini sui fide erga se, erubuit fidelis servus fidelissimo Domino se solum[d] offerre. Quocirca miro ardebat desiderio monasterium construendi, sed querentem[e] tardavit mora locum aptum inveniendi, quatenus divina pietas illud constructum tanto maiori precio examinaret, quanto servus eius[f] pro construendo constantius laboraret.

8. Cum autem Dominus iam vellet servo laboranti parcere, dignatus est ei suae predestinationis locum ostendere. Namque subulcus eius, dum more solito in pascendis moraretur gregibus, ecce inproviso mirae lucis splendorem aspexit in loco ubi nunc idem monasterium[1] Deo auctore consistit. Vidit preterea copiosam cervarum multitudinem modo stare, modo circuire locum eundem. . . . . Pre- [f. 80] dictus autem pastor hac exanimatus[g] visione, nichil omnino sollicitus fuit de grege, sed timuit[h], se iam ad presens extrema passurum esse. Verumtamen, cum postea vix reciperet animum, festinanter perrexit ad dominum suum illique quae vidit visa per ordinem cuncta discussit.

9. Vir Deo plenus, cordis corporisque auribus arrectis in verba dicentis, ubi dicens dicendi finem [f. 81.] fecit, auditor letissimus pro gratissima fama Christo sacrificium laudis immolare coepit. Certe coepit coeptumque honestissime perfecit. Quo perfecto, predictum pontificem[2] famae huius participem fecit, quem quoque gaudii sui[i] socium esse[i] speravit. Nec sperans hac spe delusus est, quia christianissimus pontifex gaudenti vere congavisus est, statimque divinam intendens miserationem, festive allusit ad pastoris nomen, dicens: 'Ne nobis vilescat abiecta persona pastoris, cum primum pastoribus ipsa nativitas effulserit Salvatoris'. Idem etiam plenus oculis ante et retro prorsus nichil fidei habuit diabolo, quod se etiam [cf. Apoc. 4, 6.] quandoque in angelum lucis soleat transformare. Et idcirco elegit consilium, iterum pro eadem re consulendum esse Dominum, quippe ut[k] secundum exponeret inditium, a quo prima visio cepisset initium. Cui beatus Mainulfus prebens assensum, peciit pastore duce predictum locum, ibique solus cum solo pernoctans, nec somnum oculis nec quietem dedit[i] labiis, sed membra cum animo ad orationem divinam erudivit; *ideoque inter orandum prescriptam pastoris[i] visionem ex integro vidit. Vidit visamque pon- [* f. 81.] tifici retulit.

10. Qui pontifex visionum numero trinum Conditoris nomen cupiens aequare, suasit ei tercio visionum fidem exploratum ire. Ille autem oboedientiam plus Deo placere sciens quam victimam, laetus ivit, sed laetior redivit[l], quia tercia visio redeunti comes fuit. Hic vero pontifici sollemnis accessit exultatio. Securo[m] enim scivit, nichil illusionis huc posse subrepere, ubi sancta Trinitas visionis[n] fidem fecit sui similitudine. Namque ut Deus trinitas[o] personis, unitas[p] vero in maiestate, sic[q] haec visio trinitatem numero, unitatem confessa[r] est in[s] re. Certe una eademque res uno eodemque modo ter apparuit.

11. His ita[t] peractis, beatus Mainulfus simulque episcopus ad fidem visionis divinitus incitati, cedere tamen decreverunt regiae auctoritati, humiliter adimplentes[u] illud preceptum: *Subiecti estote omni* [1. Petr. 2, 13.] *humanae creaturae propter Deum.* Sciebant enim, quia

In vicium culpae ducit fuga[i], *si caret arte*[3].

Nam si monasterium hoc regis iniussu construeretur, forte aliquibus suspicio nasceretur, *quod hi non [* f. 82.] essent legitimi monasteriorum constructores, qui vicarii Dei, id[v] est regis, fierent contemptores. Quod ne fieret, beatus[w] Mainulfus cartam testamenti ab imperatore[4] rogavit, quam rogatam, ipsius videlicet regis anulo insignitam, accepit acceptamque secum revexit.

12. Attulit etiam secum aliud multo prestantius donum, quod sine periculo licet confiteri donum fuisse Regis sempiterni. Namque revertenti quidam familiarium eius capsam obtulit, quam ipse inter arbusta, non forte, sed divinitus pendentem invenit. Quam velud[x] ab ipsius Dei manibus acceptam vir Dei veneratus est, quia, cum multum quereret et nullum tamen eiusdem capsae dominum inveniret, cognovit, quod ipse Dominus dominantium tale servo suo contulisset beneficium. O[i] donum nobile, datoris pietati acceptorisque voto[y] consimile! Eia, qui Deo sanctisque templum construere voluit, quid ad huius supplementum gratius aptiusve acciperet a sancto sanctorum quam reliquias sanctorum? Harum vero tam preciosum tamque copiosum reperit in capsa *thesaurum, quantum eloquentia nostra exprimere [* f. 82.] non sufficit, quia et hoc vires et personam nostram excedit. Hic[z] iam ad construendum Deo templum confidentius exarsit, quia tale divini supplementi[a] pignus accepit.

a) qua: *littera erasa* 1; quam 2. b) *deest, spatio vacuo rel.* 2. c) habebat 2. d) locum 2. e) *superscr. gl.:* id ardentem 1, *et ita* 2. f) *superscr.* 1. g) examinatus, *superscr.* animatus 1; examinatus 2. h) tumuit *radendo corr.* timuit 1. i) *deest* 2. k) sec. ut 2. l) rediit 2. m) Secure 2. n) visioni 2. o) *post corr.* trinus est in p. 1, *et ita* 2. p) *post corr.* unus 1, *et ita* 2. q) si 2. r) confessio 2. s) iure, *ut videtur, corr.* in re 1. t) itaque 2. u) impl. 2. v) fd 1; eiusdem r. 2. w) sanctus 2. x) *corr.* velut 1, *et ita* 2. y) voti 2. z) Hinc 2. a) supplementum 2.

1) Bodicense (Böddeken). 2) Baduradum. 3) Horat. Ep. II, 3, 31. 4) Ludovico Pio.

13. Inter haec divinae aspirationis indicia beatus Mainulfus, predicti loci coactus amore, perrexit eundem locum videre, quia, quod instanter concupiscit animus, hoc ad sacietatem videre non valet oculus. Cumque pervenisset ad locum, invenit iterum quoddam divinae revelationis memorabile sacramentum. Vidit enim prestanti corpore cervum, membra quidem prostratum, sed cornua in sublime arrectum, utpote sic prestolantem sancti viri adventum. . . . . . .

14. Invenit etiam beatus Mainulfus baculum in eodem loco quo viderat cubantem cervum; qui locus nunc principale eiusdem monasterii continet altare. Quod bene prefiguratum est in ligneo signo, quod ipse Christus qui altari[a] presidet regnavit a ligno.

15. Hic quoque omnem moram construendi monasterii sanctus vir abdixit, quia ei negotio proximum diem addixit[b]. Hic vero amica studiorum concertatio viriliter insudabat operi divino; passim arbores cedebant, nulli veprium vel arbustorum parcebant; pars grandia trudunt obnixi pondera humeris, pars agmina cogunt castigantque moras[1]. Ipse vero usquequaque libram adbibuit discretionis operumque laborem partibus aequabat iustis[2]. Vetus enim inde cultus defecit, videlicet ad veteris hominis destructionem, novumque opus surrexit *ad novi hominis honorem. Et beatus vir laborem illum credidit requiem, dummodo inceptum ad summam[c] perduceret nobilem. Quia enim laboravit instanter, inceptum absolvere meruit eleganter. Absoluto autem opere, templum quod construxerat constructum Deo eiusque genitrici 4. Id. Novembr. dedicari fecerat. Quo dedicato, collegit illô sacrarum virginum non inutilem[d] gregem, quem Deus usque ad terminum[e] mundi sibi custodiat fidelem.

16. Cumque grex ille dominicus angelicam vitam ageret in terris, antiquus hostis[f] callide intervenit. Igitur suo[g] nequaquam officio fungeretur, si Dei famulabus nusquam adversaretur. Primo quidem[h] castitatis sigillum eis cupiens abrumpere,

Nunc hos, nunc illos[i] aditus omnemque pererrat
Arte locum variisque assultibus irritus urget[3],

eo quod eis ipse Christus a facie inimici turris fortitudinis[k] existeret. . . . . . .

17. Postquam[l] Rex regum militi suo gloriosas contra antiquum[m] serpentem concessit victorias, noluit eum ultra extollere fortuna bellorum, sed maluit ei pariter conferre et premium et finem laborum. Id ipsum quoque ipse miles emeritus sciebat ardentissime, ipse quidem et etate maturus et virtute dignissimus caelestis capitolii assidêre senatoribus. Cumque et Domini et servi velle[n] concordaret familiariter, sicut huic Domino velle, *posse et esse est unum, 3. Non. Novembr. ut voluit transtulit ad se servum suum. Qui de terris ad caelos translatus, in monasterio quod ipse construxerat terreum[o] corpus cognatae terrae liquerat, quod ille felix pro pondere deposuit infimo, sed nos illud iure amplectimur pro venerabili[p] precio. Nam signorum indicio iugiter patuit, immo patet hodie, quia hoc Deo sit acceptabile. . . . . . . Sed ea quae per ipsum hoc corpore indutum Deus operari dignatus est hic terminamus, ad ea vero quae post sepulturam eius Dominus per eum ostendit transire paramus.

INCIPIUNT[q] CAPITULA.

1.[r] De velamine per sancti Mainulfi merita ab igne servato.

2. Quomodo beatus Mainulfus cubicularium suum tercio ammonuisset per somnium, ut relinqueret secularem habitum.

3. Quod idem cubicularius barba sit destitutus.

4. De scissura petrae et casu[s] terrae.

5. Dubitatio vulgi et consilium Bisonis episcopi.

6. Quod Mainardus[t] prespiter per ternae[u] revelationis contemptum oculorum promeruisset detrimentum.

7. De reliquiis sacris ab episcopo Bisone in sacro altari collocatis et de restituta oculorum sanitate prespitero.

8. De eo quod ex aqua quae sanctas reliquias tetigit mulieri paraliticae sanitas redierit.

*9. De muliere mirabiliter vulnerata, sed mirabilius sanata.

INCIPIT[v] LIBER II. DE MIRACULIS QUAE POST OBITUM SANCTI MAINÔLFI OB IPSIUS MERITA DOMINUS[w] DIGNATUS EST DECLARARE.

1. Sepulto igitur beati viri corpore, coeperunt ad sepulchrum eius ubertim pauperes Christi confluere, tam exciti fama preteritorum miraculorum quam accensi spe futurorum. Pars quidem adveniebant sanitatem deprecaturi corporum, pars vero requiem animarum, tantum, quod cuiusque voluntas optavit beneficium, pro hoc impetrando beatum Mainulfum precatorem misit Domino. Nec quisquam, Deo gra-

a) in a. 2. b) adduxit 2. c) summum 2. d) *del. et superscr.:* modicum 1, *et ita* 2. e) u. in eternum 2. f) h. c. i. *alia coaeva manu in marg. suppl.*, Igitur *in loco raso* 1. g) neq. suo 2. h) quid 2. i) *deest* 2. k) fortitu *in loco raso* 1. l) P. R. *alia coaeva manu in loco raso* 1. m) ant. serpen *alia coaeva manu in loco raso* 1. n) c. v. *corr.* v. c. 2. o) terrenum 2. p) venerabile 2. q) I. c. *des.* 2. r) *numeri des.* 2. s) casura 2. t) Meyhardus 2. u) trine 2. v) Inc. — declarare *des.* 2. w) *in marg. suppl.* 1.

1) Cf. Verg. Aen. II, 405—407:
pars grandia trudunt
Obnixae frumenta umeris, pars agmina cogunt
Castigantque moras.

2) Ib. I, 507 sq.: *operumque laborem*
Partibus aequabat iustis.

3) Ib. V, 441 sq.

lias! frustra se orasse ploravit, si modo orans in corde suo non hesitavit. Quo factum est, ut et indigenae et advenae beati viri sepulcrum colerent honorifice, necnon ipse sanctimoniales ob[a] sepulti amorem vigilanter satagentes[b] circa sepulcri[c] honorem, pro rei suae modulo adornabant illud velamine lineo[d]. Elegerunt etiam quandam bonae intentionis famulam, specialiter ei *imponentes sepulcri custodiam, a quo *f. 87. illa non recedebat, quantum corporis infirmi[e] lex annuebat. . . . . . .

4. Iamque his exactis miraculis, non longa fuit medii *mora temporis, cum iterum, revelante gratia *f. 89. Dei, manifestius patuit dignitas beati Mainulfi. Temporibus quidem Arnolfi regis Bisonisque Paterbrunniensis[f] antistitis[1], die quadam diacono euangelium recitante, inter recitandum lapis beati viri sepulcro superpositus ad instar crucis divisus intonuit presentibusque cunctis validum stuporem incussit. . . . . . .

5.[g] Preterea cum scissura petrae casuque terrae tanta[h] iucunditas exorta est suavissimi odoris, ut non vana fides sit affuisse ibi auctorem suavitatis. Hic[i] iterum[k]

Scinditur incertum studia in contraria vulgus[2].

Certantes enim diu, quid hoc signum portenderet, elegerunt tandem episcopo Bisoni rem hanc palificare, quatenus ille eos componeret diiudicata lite. Ille autem edixit, fracturam sepulcri redintegratum[l] iri. Ex eius edicto sepulcrum reparatum iterum paulo post est[m] ex divino iussu dissipatum. Quod cum compertum foret episcopo, ille superius edictum iteravit, eiusque edicto populus iterum obtemperavit. Sed in hoc episcopus non notandus est dementiae, rectius quidem Divinitatis ascribitur providentiae, quae ideo eos aliquantulum dubitare permisit, ut per efficacius signum et ab illis et nobis omne dubium absterserit.

6.[n] Igitur in eodem tempore beatus Mainulfus *Mainardum[o] quendam presbiterum ammonuit in *f. 90. visione, quatenus pontificem incusaret super sua transgressione; presbiter autem divinae ammonitioni timorem preponens episcopi, nusquam tulit pedem. Sed vir Dei iterum secundo sicut prius presbiterum ammonuit, presbiterum[p] autem sicut prius iterum timor prohibuit. Tandem et tercio ei apparuit eiusque molliciem et socordiam accusavit. Et quia eum aeternae voluit ultioni eripere, noluit delictum eius hic impunitum dimittere, sed minatus est ei apertis oculis absentiam videndi eiusque reliquit arbitrio, an mallet cecus vivere an legationem absolvere. Qui expergefactus nimis egre tulit, quod imago somniorum nihil ei mentita fuit. Tamen quia cecitas ei inimica[q] familiaris fuit, nequaquam iter distulit, sed ductore advocato, et reliquo itineris supplemento parato, iter expedivit, comite scilicet ductore, baculo et cecitate, quod prius per se sine omni posset molestia consummare. Igitur quae acciderant ei narravit omnia pontifici, nec verba eius *eguerunt artificio, quibus ipsa cecitas probabilis erat expositio. *f. 90'.

7. Ad haec pontifex vehementer expavescens, timuit periculum vitae suae, quia et ipse sibi conscivit super eadem transgressione. Quapropter festinans errata officiis superare sedulis, sepulcrum sancti viri adiit humilis. Ibi quoque sacrum corpus de sepulcro transtulit translatumque in eadem aecclesia[r] reverenter collocavit. In translatione autem beati corporis de sepulcro[s] rediit adempta oculorum sanitas presbitero. . . . . . .

a) ad 2. b) ta *e corr.* 1. c) sepulcri *corr.* sepulchri 1, *et ita* 2. d) lintheo 2. e) *corr.* infirma 1, *et ita* 2. f) Paderbornensis 2. g) *nulla distinctio cap.* 1. 2, *quod hoc loco incipiendum esse ex indice patet.* h) tantaque 2. i) *novum (5) cap. incipit* 2. k) vero 2. l) reint. 2. m) ex d. i. diss. est 2. n) V. 1, *et ita deinceps.* o) Meyhardum 2. p) pbrm, m *erasum* 1. q) fuit in. fam. 2. r) aecl. 1. s) *post corr.* sepulchro 1.

1) Circ. a. 886—908. 2) Verg. Aen. II, 39.

TRANSLATIO S. CALIXTI CISONIUM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Aliquanto tempore postquam Evrardus marchio a. 854. *ossa S. Calixti papae in monasterium ab ipso Cisonii constructum transferri fecit*[1], *ante a. vero* 891, *quo anno circiter corpus illud in urbem Remorum deportatum est*[2], *conscripsit relationem translationis cum miraculis quibusdam anonymus, qui eam non viderat; neque in monasterio Cisoniensi vixisse videtur, rogatus forsitan, ut hoc opus susciperet, et de re gesta instructus ab Adelardo*[3] *vel Rodulfo abbate, filiis Evrardi, qui alter post alterum patre mortuo monasterium illud possidebant. Libellulum simplicem, ad exemplum tot similium relationum, non inepto quidem sermone, ieiune conscriptum nec multa fide dignum, edidit I. Bueus, Acta SS. Oct. VI, p.* 443—447, *ex codice Ioh. Buzelini, inferioris notae et recentioris aetatis, ut videtur, duobus locis, altero maximi momenti, omissis.*

Integritati suae restituimus et emendavimus opusculum ex codice 1) *Bruxellensi nr.* 9120, *membr. fol. max., qui est alterum volumen magnae collectionis Vitarum sanctorum*[4], *duabus columnis variis manibus saec. XII. ex. exaratus, ubi Vitae Calisti papae*[5] *(f.* 24'—25'*) haec Translatio f.* 25'—27. *subiuncta est*[6]. *Eadem exstat in codice* 2) *Remensi K* 780. 766, *membr. saec. XII*[7], *ex quo V. I. E. Dümmler duos locos a Bollandistis omissos supplevit 'N. Archiv' III, p.* 405—407, *et pauca alia exscripsit, quae in usum huius editionis nobis benigne commisit.* *O. Holder-Egger.*

f. 25'. IN HOC LIBELLO HABETUR, QUALITER EVRARDUS FORIIULIENSIS DUX CORPUS BEATI KALIXTI MARTYRIS IMPETRAVERIT, ET DE VIRTUTIBUS, QUAS PER EUM IN VIA POSITUM VEL EO TEMPORE QUO IN MONASTERIUM ALLATUS EST DOMINUS OSTENDERIT[a].

1.[b] Factum est igitur evolutis multis annorum curriculis, postquam gloriosa beati martyris Calixti et sociorum eius sub Macrino et Alexandro Romanorum principibus passio consummata est, Notingus Brisciae civitatis Italiae episcopus, divino ductus amore, Romam ire disposuit, quatinus Dei ordinante clementia aliquem sanctorum martyrum a Romanae sedis antistite mutuans in monasterio, quod in predio suo Domino preparabat, collocare valuisset. Cumque[c] idem vir Dei Romam venisset omnemque

a) Explicit Passio beati Calixti pape et martyris. Incipit translacio eiusdem in Gallias 2. b) Lectio prima *h. l.* 1; *numeri cap. des.* 2. c) *in marg. minio* II, *littera* C *minuata* 1.

1) Aliquanto tempore post translationem opusculum conscriptum esse, tota narrationis ratione probatur; post obitum Evrardi marchionis, qui a. 864. vel 865. obiit, auctorem scripsisse, ex c. 3. elucet. 2) Flodoard., Hist. Rem. IV, 1. 6. 8, SS. XIII, p. 558. 569. 573, refert, Rodulfum abbatem moriturum a. 891. monasterium Cisoniense et corpus S. Calixti ecclesiae Remensi donasse, et corpus a Folcone archiepiscopo Remos translatum esse. Cum vero nostra relatio conscripta est, corpus Calisti etiamtunc in monasterio Cisoniensi requiescebat (c. 10). — De homine quodam miraculose sanato auctor dicit c. 10: *qui usque hodie in eodem monasterio positus* etc. 3) Cf. testamentum Evrardi ap. Dachery, Spicil. XII, p. 490 sq. 4) Cf. 'Archiv' VIII, p. 526; VII, p. 264; 'N. Archiv' II. p. 254. 5) Editae Acta SS. Oct. VI, p. 439 sqq. 6) Cum in codice pro *ae* finali modo *e*, modo *ę* scriptum sit, semper *ae* restitui, ceterum codicem secutus sum in verbis scribendis. 7) Cf. 'N. Archiv' II, p. 310.

desiderii[a] sui voluntatem in auribus Sergii papae, qui tunc temporis Romanae presidebat aecclesiae[b, 1], effudisset, non cassis precibus obtinere meruit quod petebat. Qui viri[c] sancti postquam se per aliquod dies sacris excoluere sermonibus, et tempus iam remeandi instaret, cepit vir Dei Notingus vehementius insistere precibus, ut sui desiderii[d] perficeretur ingressus. Tunc Sergius papa, reserato Calepodii cimiterio[2], ubi sanctum[e] noverat sepultum fuisse Calixtum, elevavit eum cum hymnis ac debito tanto patri honore tradiditque eum[f] Notingo pontifici, quocumque divina pietas concessisset portandum. Qui non modico repletus gaudio Deique suffultus auxilio, iter redire perrexit. Et[g] quia locus, in quo sanctissimum corpus plantare volebat, adhuc semiplene perfectus fuerat, reputans secum indignum fore, si tantum thesaurum[h] in imperfecto suo scrinio condidisset, dignum fieri preiudicavit[i], ut in monasterio quod Cella-aurea vocatur, cui et ipse spirituali regimine presidebat, et sacer monachorum[k] cetus[l] diebus ac noctibus vigiliis et orationibus excubabat, paululum requiesceret, ac sic demum ad supra memoratum locum, quem in suo predio preparandum statuerat, perveniret. Sicque nutu divino factum est, ut in predicto monasterio quod Cella-aurea vocatur aliquamdiu iaceret; ubi et miraculis preclarissimis choruscavit et fidelium cordibus munerum suorum pocula propinavit. O inaestimabile dispensationis[m] divinae consilium! quam dignum suo[n] famulo, ubi ad modicum requiesceret, exhibuit locum! Nam, si antea propter hoc tantummodo Cella-aurea dicebatur, quia domus ipsa cameram habuerat deauratam, iam nunc decentissime tota non modo ipsa cella, verum etiam patria aurea appellabitur, in qua thesaurus diu in agro aecclesiae apostolicae iacuerat, quem inveniens homo, abscondit et pre gaudio illius abiit venditque omnia quae habuit et emit eum. (cf. Matth. 13, 44)

2.[o] Prefatus itaque Notingus pontifex, monasterio cum omni reverentia ac[p] summo decore peracto[q], tempus congruum perquirebat, quo sanctissimum corpus ad sedem suam cum omni laude perduceret. Venerunt etiam aliarum Italiae civitatum plures[r] sacerdotes atque diaconi omnisque gaudens multitudo populi[s] ad tanti occursum pariter atque obsequium patroni. Cumque[t] dies statuta immineret, et omnes ad[u] hoc se studium accingerent, elevantes eum de loco altaris, quo[v] ipse iacebat, deferebant foras usque in atrium ipsius aecclesiae. Et dum feretrum, in quo sanctissima Christi martyris menbra iacebant, ad terram humeris suis deponerent, ut cleri ac populi multitudo, oratione completa, benedictioneque percepta, pars quidem inibi remaneret, pars vero reliqua cum Dei famulo properaret, mirum atque ineffabilem in[w] modum accipientes eum presbiteri, nullatenus a terra elevare valebant. Cumque alii atque[x] alii presbiteri applicuissent, ut eum cum debita reverentia deducerent, ut verbis iam ante nos[y] dictis loquamur, tanto pondere eum fixit Spiritus sanctus, ut corpus Dei[z] famuli immobile permaneret. Et[a] dum vir sanctus suos baculos ita pregravatos relinqueret, omnisque multitudo populi stupens atque ammirans[b] astaret, quid agerent ambigentes, quo se verterent nescientes, presbiter, qui erat custos[c] aecclesiae, in qua sanctus iacuerat martyr, divino numine[d] tactus venit et arculam de feretro elevans sustulit, acsi omnino nichil ponderis tetigisset. Videntes autem omnes populi miraculum factum, timuerunt et glorificaverunt Deum, qui in sanctis suis est mirabilis et in servis suis miseretur. Consilioque accepto, statuerunt, ut secundum id quod de suo[e] famulo Dominus demonstraverat ageretur atque in eadem aecclesia servaretur, donec sua dispositione sedem illi placitam inveniret. Sicque factum est, ut per aliquot annos sanctum corpus aecclesia supra memorata possideret et presentia ipsius[f] sublimata cresceret.

3.[g] Ea igitur tempestate[h] vir nobilissimis Francorum natalibus oriundus nomine Evrardus[3] ducatum[i] Foriiuliensis[k] divina ordinatione sub glorioso principe Lothario, Ludovici[l] piissimi[m] imperatoris genito[n] ac in regni gubernaculis *successore, nobiliter amministrabat[o]. Hic itaque miles Christi non piger atque (*f. 26.) frigidus circa fidem ac dilectionem Dei, multitudinem gentis Sclavorum aliarumque paganarum gentium, ubi et ipse quasi quidam marginalis miles ac limes ad discernendum filios Dei a filiis diaboli fortiter astabat, valida manu sepius debellaverat[4] pariterque armis terrendo ac predicationibus apostolicis instruendo ex eis paulatim spoliaverat atque inminuerat diaboli regnum et dilataverat atque vestierat aecclesiae catholicae domum. Nam[p] sepe adversum Ismahelitas atque Agarenos, qui se Sarracenos gloriantur, dimicans contraque Numidarum ac Maurorum sevissimos populos[5] resistens fortiter, non modicum ex ipsis reportaverat triumphum. Et unde hostibus atque inimicis sanctae aecclesiae tristitiam atque

a) s. d. *ed.* b) *modo* ecl. *modo* eccl. 1. 2, *plerumque vero* ęccl. c) s. v. *ed.* d) *superscr.* 1. e) n. s. *ed.* f) tradidit enim *ed.* g) III. *minio in marg.* 1. h) tes. *corr.* thes. 1. i) iudic. *ed.* k) monacorum 1. l) chorus *ed.* m) div. disp. *ed.* n) f. s. *ed.* o) L'c. I. *minio in marg.* 1. p) et *ed.* q) perfecto *ed.* r) complures *ed.* s) g. populus *ed.* t) II. *minio in marg.* 1. u) se ad hoc *ed.* v) *recenti manu corr.* in quo 1. w) *deest* 1. x) atque alii *recenti manu del.* 1. y) antea d. utamur *ed.* z) f. D. *ed.* a) III. *minio in marg.* 1. b) amirans *saepius* 1. c) eccl. c. *ed.* d) t. n. *ed.* e) f. s. *ed.* f) eius *ed.* g) L'c. V. *minio in marg.* 1. h) fuit *add. ed.* i) qui d. *ed.* k) *ita* 1. 2. l) Lucdov. 2. m) *e corr.* 1. n) filio *ed.* o) aministr. 1. p) II. *minio in marg.* 1.

1) 844. Ian. — 847, Ian. 27, II. huius nominis. 2) Ita scripsit auctor, quia in Passione S. Calisti § 9, Acta SS. Oct. VI, p. 441, legerat: *Asterius . . . levavit corpus b. Calixti episcopi et honorifice sepelivit in cymeterio Calepodii.* Sed Gregorius IV. papa corpus S. Calisti, quod *in mediana plaga ecclesiae* S. Mariae quae SS. Calixti et Cornelii dicebatur, tumulatum erat, extulerat et *in occidentali plaga eiusdem ecclesiae, hoc est in ambitu absidae* collocaverat; Lib. pont. ed. Vignolius III, p. 27, V. Gregorii IV. c. 32. 3) Vide de eo E. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 15; '(Wiener) Jahrb. f. vaterl. Gesch.' I, p. 172 sq. — Albricus, qui hunc libellum legit, dicit eum Everardum cognomento Radulfum, a. 854, SS. XXIII, p. 736. 4) Cf. Andr. Berg. c. 8, SS. Lang. p. 226. 5) Cf. versus in honorem Evrardi compositos ap. Dachery, Spicil. XII, p. 495 sq.

formidinem incusserat, inde fidei domesticis atque eiusdem sanctae matris aecclesiae cunctis fidelibus laeticiam et hylaritatem infuderat totisque vitae seu amministrationis[a] suae diebus, quae Dei Deo et quae caesaris caesari reddens[b], inmunem se a cunctis quae secularis potentiae fastus[c] requirit custodiens, Deo soli quod fuerat vel quod fecerat sollicitus consecrabat. Erat enim eius vita et actus Regi suo caelesti pariterque[d] temporali amabilis[e], sociis et contubernalibus predicabilis ac[f] venerabilis, subiectis[g] omnibus obedibilis atque imitabilis. Illis etiam quos diabolicae perfidiae armis fidei subtraxerat aecclesias ac monasteria per diversa eorundem terrae loca fabricaverat et[h] eas ministris atque divinis cultibus studiosissime[i] perornarat. Unde et nonnulli ipsorum non iam armis conterriti, sed alleluya cantatione compuncti, relictis demonicis[k] incantationibus, ad Christum toto corde conversi, in sinum sanctae matris aecclesiae[l] suscepti, in Domino quieverunt. Insuper quoque vir Dei [venerabilis[m] atque] memorabilis Evrardus per diversa loca regni Francorum subiecta, quae sibi vel patrimonio cesserant vel donationibus regum provenerant, basilicas Christo[n] fundaverat reliquiisque sanctorum Dei, quas ubicumque invenire poterat, sollertissime decorarat bonisque suis temporalibus habundantissime[o] cumularat.

4. Hic itaque omnia quae de beato Calixto facta fuerant a dicentibus viris religiosis crebrius audiebat secumque tacitus cogitabat, quatinus per Dei voluntatem atque misericordiam sanctum Dei Calixtum a beato Notingo [episcopo[p]] impetrare valuisset atque in monasterio, quod ipse in partibus occiduis[q] Galliarum in predio suo quod dicitur Cizonius[1], in pago Tornacensi nobiliter struxerat, Domino opitulante, collocare meruisset. Cumque huiusmodi cogitatione[r] ac desiderio diutissime teneretur curaque sanctissima assidue morderetur, tandem divina ei gratia ostium[s] misericordiae suae aperuit atque omnia quae optaverat indulgentissime condonavit. Nam mox, ut tempus loquendi inter se condictum advenit, et verba suae petitionis in auribus Notingi episcopi fudit. statim vir venerabilis[t] assensum dare non abnuit[2], sed cum omni alacritate mentis sub[u] cyrographo — mentis ac venerationis quocumque divina pietas concessisset sanctissimum ei corpus deducendum esse permisit, reputans secum, quia[v], si eum sibi gratia[w] superna monasterio suo[3] portandum concedere voluisset, et sancti ipsius martiris menbra preciosissima illo vectari elegissent[x], nequaquam se ita vir sanctus, Spiritu sancto operante, fixisset, cum eum ad locum prememoratum iam pridem transportare decrevisset.

5. Tunc vir Domini memorabilis Evrardus omni gaudio repletus et gracias Deo referens, qui fideles 854. suos semper exaudire[y] non cessat, si modo iustum atque utile sibi fuerit quid optare, preparatis omnibus, quae tantis ministeriis apta[z] videbantur, adhibitisque sacerdotibus ac diaconibus omnique reliqua cleri ac populi fidelis frequentia, ceptum opus perficere satagebat. Cum ergo dies statuta insisteret[a], quo sanctum Dei martirem a loco predicto, qui Cella-aurea vocitatur[b], elevare debuissent, affuerunt non pauciori numero quam primum[c], ac pene e longinquis ac remotis terrae partibus, locis ac patriis totius Italiae clerus[d] ac populus convenerunt, ut sanctissimi patris sui Calixti[e], quasi ultimo beneficio atque oratione recreati, in pacis eum ac iusticiae semitam atque ad mansionem, quam sibi voluntas Domini preparaverat, cum gaudio deducentes, sic domum unusquisque ad sua[f] remearet. Et dum, data[g] oratione, una voce populus[h] respondisset: 'Amen', elevantes eum a loco in quo iacebat, nullo gravati pondere, efferebant cum ymnis et laudibus usque in atrium aecclesiae, ubi antea gressum fixerat.

6. Tunc data benedictione his qui cum vero Israhelita nostro profecturi erant, imposuerunt eum humeris sacerdotum reverenter[i] atque honorifice deportandum, atque ita mutuo valedicentes ac se alterutrum osculantes, ab invicem discesserunt[k]. O viam terque quaterque beatam, locaque preclarissima sancti martiris visitata, calcata atque hospitata gestatoribus! Quae etsi asperitate ac difficultate sua horrebant, tamen sancti ipsius meritis atque suffragio in nullo famulos suos ac ministros ledere prevalebant. Ferebaturque mons Domini super[l] altissimos altior et[m] sublimitatis suae potentiam adhuc longe positus premonstrabat. Postquam igitur diversa terrarum loca et regna peragrantes circuirent, pervenerunt ad quandam villam, quae preter vulgare et antiquum nomen[4] ob merita sancti Quintini martiris ibidem quiescentis eiusdem nomine sepius nuncupatur[5], ubi quid miraculi per famulum suum Calixtum Dominus fecerit, reticendum esse non credimus.

7.[n] Erat namque ibi mulier quaedam, quae licet parentibus christianis fuerit genita, tamen ab ineunti etate oculorum cecitate multata[o], perpetuo noctis horrore torpebat. Haec ubi a dicentibus audivit sanctum Dei Calixtum prope illum locum transiturum, accepto quodam sui patrimonii servulo, iter sancti subsequuta est. Cumque[p] sanctum corpus ad locum qui Aquilae-silva dicitur deportassent locumque ipsum ad pernoctandum habilem repperissent, deposuerunt illud cum metu ac[q] reverentia.

a) admin. 1. b) redens *ead. manu corr.* reddens 1. c) faustus 2. d) pariter et 2. e) ac venerabilis *add. h. l.* 2. f) ac v. *h. l. des.* 2. g) *pro* subiectis — imitabilis *habet* 2: hostibus ac peccatoribus formidabilis. h) et eas min. *des.* 2. i) *deest* 2. k) demoniacis 2. l) ęcel'ę 1. m) v. a. *des.* 1. n) Christi 1. o) abund. 2. p) *deest* 1. *ed.* q) G. o. *ed.* r) cogione *corr.* cogitatione 1. s) hostium, h *erasum* 1. t) venerabis *rec. manu corr.* venerabilis 1. u) *ita* 1; m. ac ven. sub chyrogr. q. *ed.* v) quasi non e. *ed.* w) sup. gr. *ed.* x) non el. *ed.* y) exudire *rec. manu corr.* exaudire 1. z) habita 1. a) instaret *ed.* b) vocatur *ed.* c) prius *ed.* d) p. ac cl. *ed.* e) Kal. *h. l.* 1. f) propria *ed.* g) dicta *ed.* h) *deest ed., ubi* respondissent. i) veneranter *ed.* k) disceserunt 1. l) *alio atram. suppl.* 1. m) ac *ed.* n) L'c. prima *minio in marg.* 1. o) mutata 1. p) C *e corr.* 1. q) et *ed.*

1) Cysoing, a Tournai versus occidentem. 2) Evrardum ab ipsa sede Romana corpus S. Calixti impetrasse, scripserat Folco archiepiscopus Remensis Formoso papae, ut refert Flodoard., Hist. Rem. IV, 1, SS. XIII, p. 558. 3) Scil. Notingi. 4) Augustae Veromanduorum. 5) Saint-Quentin (dép. Aisne).

Officiis quoque divinis rite peractis, ad suorum refectionem corporum ire disponebant. Cum interea 854. nuntiatum est *a dicentibus, quod ibi essent germani fratres, qui ob patrimonia derelicta adversum se *f. 26'. dissidentes, alterutrum sibi mortem infligere querebant. Qui statim in conspectu aecclesiae adducti sunt. Et[a] dum adhuc iniqua pleni cogitatione invidiaeque et iracundiae, ut Cain fratricida, facibus accensi ante 5 presentiam martiris in medio constitissent, mirum in modum ita subito divinus eos timor perculit, ut in facies suas ruerent veniamque de suis erratibus similiter exorarent. Tunc omnibus gratias Deo referentibus, qui salvat omnes et neminem vult perire, a terra sublevati sunt atque paternis ammonitionibus castigati, et viam pacis ingressi, ab illo die et deinceps unanimiter habitare ceperunt. Ob cuius miraculi testimonium incolae terrae illius in eo ipso, ubi sanctus requieverat, loco crucis signum fixerunt, quod 10 usque hodie ibidem permanere cognoscitur[b]. Supra memorata igitur mulier ceca sancti vestigia subsequuta, ad eundem[c] locum postera die pervenit. Audiensque, quod sanctus Dei ibidem requieverit atque, miraculo facto[d], locum famosum reliquerit, paululum gravata resedit, palpatumque dominicae crucis[e] signum deosculari cepit, taliterque se agens, obdormivit. Cumque a somno evigilasset, apertis[f] oculis clare omnia vidit, acsi omnino nunquam aliquid cecitatis in ipsis pateretur. O[g] beatum locum 15 agrumque preciosum, in quo archa Domini in similitudinem agri Areune requievit, quem pacifice pater cf. 2 Reg 24, 16-23. sibi conparavit factisque sacris miraculis sublimavit. Qui merito non iam exarandus iumentis est insipientibus, sed sacris potius[h] consecrandus atque edificandus cultoribus, ubi odiorum petra in perpetuum confringatur ac dilectionis fraternae vestis bis tincta texatur; ubi demonici[i] erroris nebulae vanescunt, ac lumen[k] veritatis cunctis fidelibus innotescit. Mox itaque mulier[l] superni muneris auxilio roborata, 20 gaudens et gracias agens alacri animo, plantisque pernicibus ad locum, ubi sanctus Domini paratam sibi accepturus erat mansionem, pervenit servulumque suum, quem ducem ac comitem in sua cecitate habuerat, beato Calixto[m] tradidit seque, sacro sibi velamine superposito, ad excubandum in aecclesia ipsius consecravit. His itaque atque huiusmodi miraculis comitati sanctorum artuum baiuli, letantes ad locum superius memoratum Cizonium pervenerunt. Surgensque omnis multitudo cleri seu populi finitimorum locorum, obviam sancto pro- 25 perabant, genuaque summissa[n] in terram, Dominum benedicebant, qui sui misertus, de suis sedibus tantum principem sibi mittere dignaretur. Tunc omnes uno animo unaque voluntate congregati, cum melodiae vocibus hymnisque laudibus debitis sanctissimum Christi martirem suae domui intulerunt ac in preparato sibi mausoleo decentissime collocarunt, ubi prestante Domino quid miraculorum per idem tempus monstratum est, Domino opitulante, paucis subternotabimus, omnesque legentes humiliter obsecramus, ut non qualitatem 30 vel meritum dicentis attendant personae, sed veritati miraculorum tanti martiris fidem credulitatis accommodent. Sepe enim, dum persona dicentis attenditur, in verbo veritatis cecutiendo claudicatur. Lux itaque illuminandis non gignit offendiculum, sed lippientibus sua presentia maioris[o] doloris impertit emolumentum. Non enim ipsa[p] miracula Dominus ostenderet, si credenda non essent. Si autem credenda, tunc pariter et scribenda; quodsi scribenda, consequenter et legenda. Sed iam ad ipsa miracula, prout 35 Dominus donaverit, narranda veniamus. Facta sunt autem haec anno dominicae incarnationis octingentesimo quinquagesimo quarto.

8.[q] Postquam itaque omnes finitimi populi atque infirmorum diversorum catervae sanctum Dei martirem Calixtum suas in partes advenisse cognoverunt et signa, quae per eum Dominus in via positum fecerat, audierunt, ceperunt sacrum locum, ubi requieverat, studiosius visitare ac suis muneribus, prout 40 quisque poterat, prono animo cumulare, quatinus divina eos pietas, quae in famulo[r] suo miraculis radiabat, eius meritis et orationibus ab omnibus noxiis eriperet ac reddita corporum sanitate corroboraret, ut letius atque securius Domino deservire prevalerent. Cum[s] igitur nocte quadam, finitis matutinis officiis, omnes ab aecclesia exissent seque post vigilias sopori dedissent, unus miserorum luminibus oculorum privatus ante fores aecclesiae restitit. Qui etiam per aliquod dies antea frequenter ibi visus fuerat et 45 quasi iam notus ab infantia omnibus habebatur. Hic itaque dum suae miseriae[t] cecitatem animo deploraret et a Domino per sancti Calixti[m] martiris sui merita remedium postularet, instante aurorae articulo, subita corporis gravitudine depressus, in somnum est resolutus. Apparuitque[g] ei per visum[u] vir senex, niveo candore perfusus et ultra quam dici possit omni spetiositate et pulcritudine decoratus. Qui blanda eum[v] voce conpellans, dixit: 'Malalde' - sic enim homo vocabatur — 'Quare', inquid, 'tam diu 50 iaces? Sed nunc iam surge! Noli morari et intra in aecclesiam et age gratias Deo!' Expergefactus autem a somno, vidit omnia lucide, currensque usque ad ostium aecclesiae, crebris ictibus cepit illud pulsare, ut sibi intrandi aditus cederetur. Cumque custodes aecclesiae vocibus[w] eius excitati venissent foresque illi reserassent, invenerunt eum, quem ante modicum cecum reliquerant, sine ullo impedimento perspicua mobilitate suorum acie oculorum fuisse vigentem. Tunc itaque leticia et gaudio repleti, Domi- 55 num pariter collaudabant in excelsis, certi, quod Dominus per presentiam sui famuli locum in quo iacebat invisere et inhabitare dignaretur.

9.[x] Per idem quoque tempus etiam aliud miraculum gestum est, quod minime latere sancimus. Aecclesia namque, quae ibi constructa fuerat, antequam sanctus Dei Calixtus[y] martir deferretur, parva quidem atque inordinabili scemate edificata erat, nec poterat sua inordinatione ac parvitate aliorum 60 sanctorum reliquias, quae inibi plurimae habebantur, bene[z] atque honeste prout decebat per aras con-

a) II. *minio in marg.* 1. b) dignosc. *ed.* c) eum *ed.* d) iamiam *add. ed.* e) s. cr. *ed.* f) ap. oc. *alio atram. superscr.* 1. g) III. *minio in marg.* 1. h) est *add. ed.* i) *ita* 1. *ed.* k) lumem 1. l) *alio atram. suppl.* 1. m) Kal. 1. n) submissi *ed.* o) m. d. *alio atram. superscr.* 1. p) ista *ed.* q) Lc. I. *minio in marg.* 1. r) famulis suis *post corr.* famulo suo 1. s) II. *minio in marg.* 1. t) caecitatis miseriam *ed.* u) somnum *ed.* v) v. e. *ed.* 65 w) e. v. *ed.* x) *abhinc iam nulli numeri cap.* 1. y) m. C. 2. z) bene — habebantur *des. ed.*

gruas capere. Quod indignum ferens vir Domini memorabilis Evrardus, precepit, ut pars domus Domini, in qua sanctorum pignora habebantur, stans atque inmunis a casu servaretur, pars vero totius corporis aecclesiae[a] reliqua funditus erueretur[b]. Atque ita fieri volebat, ut, postquam pars[c] quae corruerat ordinabiliter atque firmiter ex maiori parte reparata[d] fuisset, sanctorum inibi[d] reliquiae conderentur, ac sic[e] demum pars reliqua[e*], quae residua fuerat, funditus similiter eruta[f] a fundamentis ad lineam partis prioris[g] erecta consurgeret, donec totum fabricae opus ad perfectum uniformiter perveniret[1]. Quod ubi[h] preceptum artifices atque operarii perficere instarent, ac[i] omnes circa muros aecclesiae[k] ipsius, ut caderet[l], totis viribus laborarent, subito pars quaedam maceriae, in qua unus ex ipsis operariis sedebat, cum vasto sonitu corruit ipsumque infinita magnorum lapidum atque cementi mole operuit. Tunc omnes dolore pariter atque amaritudine repleti — erat namque omnibus miserum videre quod accidit —, ceperunt vectibus ac perticis, quas tenebant, rudera illi superlapsa huc illucque festinato detrudere, donec ad ipsius miseri corpusculum iam, ut putabant, mortui pervenirent. Cum subito ille, qui mortuus putabatur, lento conamine consurgens paululumque capite quasi collisum dolens, substitit; statimque post modicum receptis viribus recreatus, sic ad ipsum opus faciendum rediit, acsi in proprio corpore unquam[m] nullam lesionem[n] persenserit. Et haec quidem causa miraculi multis proficiebat in salutem videntibus Dei virtutem per sanctum martirem suum Calixtum in tanto periculo constitutis servis suis conservare sanitatem.

10. Quidam etiam puer nobilis Engelburg nomine, altissimis secundum seculi dignitatem parentibus generatus, valido morbo aliquando febrierat. Qui post infirmitatem modicum convalescens, semiplena recuperatione donatus, contractus corpore mansit. Quod quidem parentes sui cernentes, nimio merore repleti, dolebant sibi de infirmitate filium vivum[o] redditum, quem sine menbrorum officiis inaniter vivere sibi patiebantur contractum. Cumque hoc tedio per aliquod annos afficerentur, et eis iam omnis de recuperanda filii medicina desperaretur, in mentem eis venit, ut cum muneribus ac donariis ad domum sancti perducerent. Quod dum fecissent votorumque suorum munera persolvissent, domum reversi sunt. Factumque est, ut die altera postquam regressi fuerant filius ipsorum letus ac sanus veniret in conspectum suum ac, omni molestia corporali subducta, firmis gressibus integris exultanter incederet. Videntes autem parentes eius quod factum fuerat, inenarrabili gaudio repleti, multo plura quam prius munera ac donaria preparantes, filium suum ad dominum et curatorem suum sanctum[p] Calixtum reduxerunt statueruntque, ut annis[q] singulis, dum adhuc viveret, munera Domino et sancto martiri suo Calixto reverenti ac devoto animo in ipso sancto loco libenter offerret. Eodem quoque tempore quemdam alterum puerulum ab ipsa prima etate surdum et mutum auditu pariter et loquela reformavit. Die quoque ascensionis Domini, dum omnes missarum sollempnia celebrarent, mulierem quamdam, videntibus cunctis, a paralisi sublevavit. Alio vero tempore paraliticum quemdam erexit ac lumen ei oculorum restituit[r]. Cuidam etiam iuvenculae puellae, quae fuerat anno pleno et dimidio ceca, lumen reddidit. Erat quoque in eodem monasterio quidam servulus nomine Emmo, cui genuina nativitas oculorum siquidem fenestras apertas dederat, sed lumen, quod per eas ad suum et alios corporis sensus infunderetur, denegarat. Quid aliud dici potest, nisi quod etiam de Saulo adhuc in infidelitate posito dictum est: (Act. 9, 8.) *Apertis oculis nichil videbat*, quamvis longe dissimiliter utrique illorum lumen ablatum[s] sit. Illi enim propterea subito lumen ad tempus sublatum est, ut, quam male quamque infeliciter actenus viderat, corruens in humilitatem penitentiae, intelligeret ac[t] postmodum purgatus in fonte babtismatis visum fide[u] reciperet, quem ei infidelitas clausit. Huic vero, quamvis in Christum credenti eiusque sacramentis iniciato, ideo lumen oculorum exierat[v], ut in eo aliquod Dominus haberet, per quod sanctum suum Calixtum magnifice mirificasset. Dei etenim[w] opus est non solum malos et peccatores per bonos ac[t] iustos curare, sed etiam bonos et iustos per bonos et iustos, ut appareat hominibus, quantum differentiae meritorum sit apud[x] Deum inter iustum et iustum[y] bonumque ac bonum. Hic itaque servulus monasterii, in quo miraculum factum est, assidue Dominum precabatur[z], ut, sicut alios innumeros infirmos, qui aliunde veniebant, per sanctum suum iugiter curare dignabatur, ita etiam sibi in eodem loco servienti quod in se inperfectum fuerat misericorditer largiretur. Cumque hoc crebrius[a], immo assiduis precibus tacite atque incunctanter exoraret, subito ei atque ex inopinato ita divina pietas lumen sparsit, acsi caliginem tenebrarum in oculis nunquam ante habuerit; qui usque hodie in eodem[b] monasterio positus atque fideliter serviens, Domini beneficia sanctumque ipsius martirem Calixtum, illuminatorem suum, cunctis fidelibus predicare non cessat[c]. Et hic quidem pauca miracula dicentes, non ideo plura non scribimus, quasi alia multo de illo memoramine digna ignoremus, sed ut fastidium legentibus, in brevi quaedam colligentes sermone fideliter, amputemus.

a) ęcclesia 1. b) everteretur 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) si 1. e*) altera 2. f) evulsa 2 g) anterioris 2. h) cum 2. i) et 2. k) i. eccl. 2. l) cadere 1. m) nunquam illam *ed.* n) *post superscr.* 1. o) *post superscr.* 1; sibi *add. ed.* p) *in marg. suppl.* 1. q) s. a. *ed.* r) revexit *ed.* s) abblatum 1. t) et *ed.* u) fidei *ed.* v) *e corr.* 1. w) enim *ed.* x) a. D. *post superscr.* 1. y) iniustum *ed.* z) deprec. *ed.* a) crebris *ed.* b) m. e. *ed.* c) 2 *sic finit:* Et hic — amputemus, *ut videtur, omissis:* ubi sine fine cum sanctis suis omnibus vivit et regnat Deus per infinita seculorum secula. Amen. Explicit translacio sancti Calixti pape et martiris.

1) Monasterium Cisoniense ab Evrardo inchoatum, a se ipsa perfectum esse, dicit Gisla, filia Ludovici Pii, uxor Evrardi, in charta d. d. 875, Iul. I, Dachery, Spicil. XII, p. 497.

VITA FOLQUINI EPISCOPI MORINENSIS AUCT. FOLQUINO ABBATE LAUBIENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Folquinum[1]*, abbatem Laubiensem a.* 965—990, *quondam, scilicet a.* 948—965, *monachum S. Bertini fuisse eodemque in monasterio constitutum Gesta abbatum Sithiensium conscripsisse, demonstravimus 'N. Archiv' VI, p.* 417—427*; de cuius vita et operibus vide quae G. H. Pertz b. m. et ego SS. IV, p.* 52—54*; XIII, p.* 600—602*; 'N. Arch.' l. l. disseruimus. Qui cum a.* 961—962. *Gesta abbatum Sithiensium conscriberet, c.* 46. 57. 61. 62. 104.[2] *de Folquino episcopo Morinensi, proavi sui fratre, a.* 855. *in monasterio S. Bertini sepulto, a.* 928. *a Folquino et Regenwala, patre et patruo suo, sollemniter elevato, nonnulla narravit, quae partim a senioribus*[3]*, ut a Wicfrido episcopo Morinensi a.* 935—954[4]*, partim ex annalibus domesticis didicerat, c.* 46. *haec praefatus:* De cuius vita et virtutibus multum quod loqueremur erat, obtaremque ea quae in hoc mundo gessit summotenus perstringere; sed fatuitatem meam ipse perpendens, horreo saltem tangere, quod viri peritissimi possent etiam formidare; superant enim philosophicam mundanae sapientiae disputationem, etiamsi aliquis cavallino — secundum poetricas finctiones — ad plenum se iactet epotasse fontem. Haec solummodo in eius memoriam fatua garrulitate deprompsi; reliqua ipsius opera acutioris ingenii viro relinquo investiganda. *Postea vero abbas Laubiensis constitutus, inter a.* 968—990.[5] *quod optaverat perfecit, Vitam consanguinei sancti vel potius beatificandi composuit, Waltero abbati S. Bertini fratribusque Sithiensibus, quondam sodalibus suis, longo prologo praemisso, dedicavit. Ubi repetivit quae in Gestis abbatum Sithiensium de sancto narraverat, partim verbis retentis, partim amplificata exornataque, partim etiam abbreviata; subiunxit unius miraculi narrationem, praemisit vero plura, cum commentationes pias, tum nonnulla de educatione, virtutibus, electione sancti episcopi, partim pure efficta, partim impudentius ex Ruotgeri libello de vita S. Brunonis paulo antea edito, quem etiam in Gestis abbatum Laubiensium exscripsit*[6]*, excerpta, ut sermonem, quem hoc opus reliquis duobus libris suis elegantiorem postulare videbatur, flosculis aliunde raptis exornaret*[7]*. Itaque hoc opusculum*

1) Cum in Vita Folquini omnes codices ubique hanc nominis formam praebeant, eam hoc loco retinendam duximus; sed vide SS. XIII, p. 600, n. 2. 2) SS. XIII, p. 614 sqq. 3) C. 57. 4) C. 61. 5) Videlicet post Ruotgeri libellum a. 967. editum. Certius vero tempus definiri nequit, cum, quo tempore Walterus abbas sederit, non satis constet. 6) SS. IV, p. 53. 7) Etiam aliorum scriptorum, ut Vergilii, Ciceronis, Iuvenalis, Hieronymi, Orosii, Gregorii M., dicta haud pauca more suo citavit.

dispari, plerumque contorto tumidoque sermone compositum, sane paucissima praebet notatu digna, sed ut necessario supplemento Gestorum abbatum Sithiensium SS. XIII. editorum eo carere noluimus.

Quod a Mabillonio, Acta SS. IV, 1, *p.* 624—627, *ex codicibus Marchianensi et Chesniano mendose editum*[1] *suae integritati restituimus ope codicum:*

1) *Boloniensis civitatis nr.* 107 (100), *membr. fol. min., in monasterio S. Bertini*[2] *saec. XI. nitidissime, splendidissime, speciosissime exarati et exornati in honorem eiusdem sancti praecipue aliorumque sanctorum Bertinensium, Folquini*[3], *Winnoci, Silvini, quorum nomina ubique aureis argenteisve litteris depicta sunt*[4]. *Vita Folquini f.* 94—110'. *exstat*[5].

1*) *Fragmenti brevis c.* 9 *ex.* — 11. *continentis, quod inveni in unico folio saec. X. pulcherrime exarato, codici Audomarensi nr.* 342[bis], *olim S. Bertini, agglutinato.*

2) *Bruxellensis nr.* 7461, *membr. fol. max., saec. XII. ex.—XIII. in. nitide exarati, partis magni legendarii Valcellensis, quae continet Vitas mensium Novembris et Decembris, p.* 279—287.

3) *Duacensis nr.* 838 (792), *membr. fol. max., saec. XII. ex.—XIII. in., f.* 178'—181.

Quos codices, Duacensis vero tantum initium et finem[6], *ipse contuli.*

Quae auctor iam in Gestis abbatum Sithiensium narraverat necnon quae ex Ruotgeri libello subripuit, ut haec facilius agnoscantur, minutis litteris exprimi fecimus. *O. Holder-Egger.*

INCIPIT PROLOGUS[a] IN VITA SANCTI FOLQUINI[b] EPISCOPI.

Dilectissimis in Christo sancti Sithiensis coenobii fratribus, unam eandemque nobiscum tenentibus fidem, sperantibus spem, amplectentibus caritatem, Folquinus peccator, quem Laubiensium dicunt abbatem, summi specialisque gaudii in eo qui vere est cum sanctis eius perpetuitatem. Memor vestri, fratres, semper in orationibus, in ea parte erga vos arbitror quia ero perpetuus, qua post Deum in caritatis ordine diligendus est proximus. Fortunam scilicet meam deputans vos valére vestrumque cum prosperitate successum acsi meum optans in Christo perpetuum fore. Ad quod me vestra quidem, fateor, primum studia accenderunt, cum in ipsis pene, ut ita dicam, crepundiis, multimoda infestatione cessantibus propinquorum curis, hanc in vobis, non dico vicissitudinem, sed gratuitam fraternitatem ut explorarem, compulerunt. Qua ita usus sum, ut nunc illam violare putem sacrilegium[c], illaque carére facinus mihi videatur execrabile. Enimvero sacrilegium digne dixerim caritatem violare. Siquidem ab apostolo non[d] amplius illa, quam quod Deus est,

a) epilogus 1, *ubi* in — episcopi *des.* b) Taruenñ *add.* 2. c) sacr. esse 2, esse sacr. 3. d) *post suppl.* 1.

1) Mabillonii editionem Migne, Patrol. Lat. CXXXVII, col. 533 sqq., recudi fecit. 2) Fol. 1. manu saec. XIII. notatum: *Liber Sancti Bertini. Si quis eum abstulerit vel celaverit, sciat se excommunicatum.* Cf. 'Arch.' VIII, p. 405. et infra praefationem Miraculorum S. Bertini; 'Catal. des mss. des départ.' IV, p. 638. 3) Verba initialia vitae in pagina purpurata et imaginibus exornata magnis litteris aureis scripta sunt. 4) In extremo folio 133'. haec manu s. XII. notata sunt: *Hii Deo et sancto Folquino ex hereditate propria partem in Ikelesbeka* largiti sunt: Rainerus et Sconborhc eius uxor. Hardwine et uxor eius Woltradis. Eafwine. Bolduine. Wibreht. Ravenoud. Manna. Dodin.* Alia manu s. XII. add.: *Balduinus et Ingelrada dederunt omnia sua sancto Folquino, quin etiam contulit se predictus vir ad serviendum Deo et sanctis eius hoc in loco.* Alia manu s. XII. add.: *Amalric. Rembaud. Wibert figulus. Ricard, uxor eius Wlgina.* Alia manu s. XII. add.: *Heilewif. Hersindis. Herradus. Balduinus eorum advocatus.* 5) Huius apographum s. XVI. exstat in codice Audomarensi nr. 746, t. II, chart. 6) Neglexi penitus codicem Duacensem nr. 855, s. XV.

*) Ekelsbecke ad fl. Yser, ubi erat ecclesia S. Folquini ad monasterium S. Bertini pertinens.

commendari potuit, sic eo dicente: ***Deus caritas est.*** Ergo hanc violare Christum est abnegare; quod mihi videtur plus quam sacrilegium esse. Quae licet dilatato sinu ipsos inimicos admittat, ordinate tamen dilectionis modum maxime in domesticos fidei tenere cognovit. Preter ergo hanc dilectionem debitam omnibus communicantibus fidei eius, videlicet quae catholica, id est universalis, dicitur, est mihi quiddam apud vos praecipuum, id est ut cathezizatus[a] vobis cathezizantibus[a] in omnibus bonis communicem secundum apostoli dictum; tum etiam propter patronos loci et sanctorum pignorum reliquias, quibus prae omnibus vicinis habundatis quorumque patrocinio singulari quodam privilegio exultatis; quorum quia mihi, licet per multa vitia defluenti, exorata semper affuit defensio, ut eos speciali post Deum devotione complectar, et utile mihi videtur bonum et magnum bonum, et quorum meritis fas sit sperare summum bonum. Huic ergo amori, qui mecum primis adolevit auspiciis, ea comitata[b] est intentio, non tota, ut mihi visum est, puerilis, ut laudi eorum, quá non egent, satisfactum putarem, si quippiam vobis manu venisset antiquaria, quod eorum cuique festivitati in singulis quibusque, quas Greci sinaxéos dicunt, congrueret et ad laudem Dei per amorem sanctorum audientium animos incitaret. Porro in promptu erant aliquantae copiae, quae huic intentioni videbantur satisfacere posse. Denique eorum et vitam et actus, quorum gaudetis principalitate quorumque hereditariam successionem sortiti estis cum nomine — Audomarum atque Bertinum dico —, antiquorum satis commendabat auctoritas[1], qui, utpote contemporales, sibi ita quadam vicinitate nectuntur, ut, dum unum audieris, alterum subintelligas et in huius opere, quis ille fuerit, facile pernoscas. Sanctus aeque Winnocus, cum ex uno superiorum[2] pendeat, et ipse satis descriptus erat[3], quomodo vestro[c] in palestra fidei unctus[d] olivo arteque virtutis instructus, patriis ductus laureis, eadem qua praeceptor eius laude cucurrit mundumque sibi rebellantem Christi virtute dedecoravit[e]. Sed ó nostra tempora et ó mores! Venerabilem siquidem et toto mundo praedicandum, sanctum videlicet Folquinum, modernorum ádeo neglexit incuria, ut nulla eius preter rumorem popularem videretur esse memoria. Eorum igitur negligentiae — seu illa potius incuria dicenda est — succensebam et tacitus cum his animo stomachabar. Tandem, colluctantibus in mé cum amore sancti pudore puerili et imperitia cordis obtunsi[e], Pisoniano illo vitio laborans, qui cum loqui nesciret, tacere non potuit[4], ad illius vitam describendam animum induxi, calamumque illi committens, qui linguas infantium facit disertas[f], novus velut Arpinás[5], repentinus auctor emersi. Verum reminiscens illius Crisippéi[g] sophísmatis: *Si mentiris, id quod verum dicis mentiris*[6], nihil aliud posui, licet de ipsis plura preterierim, quam quod eorum percepi traditione, quorum approbanda erat gravitas, cum refellenda non esset auctoritas. Porro né contribulibus causas éxinde offerrem calumpniandi, ut est consuetudinis quorundam puerorum, ea quae dictáveram silentii ad tempus claustris commisi atque huic tempori, quo paululum emendatiora prodirent, reservavi. Et quia opus erat astipulatore, cuius hoc opus firmaretur auctoritate, dedicavi illud vobis tibique quam maxime, venerande pater Waltere[7], cui praeter id quod cum ceteris mihi est commune singulare quiddam debeo, vel propter Bertini vicem, vel propter eam quae nobiscum adcrevit dilectionem. Té, inquam, té árbitrum et defensorem huius operis habens, ceterum de obtrectatoribus est tanti. Qui si forte calumpniati fuerint, mé módos conexionum et cetera, quae illi de quibus sub unius specie dicitur: *Qui sophistice loquitur, odibilis est,* tractant, non observasse, noverint, ecclesiam Christi regulas has, quamvis harum quoque notitia non careat, sponte repudiasse; praesertim cum longe ante nos dictum sit, veram[h] esse legem historiae, simpliciter ea quae fama vulgante colliguntur ad instructionem posteritatis litteris commendare[8]. Habeant ergo et quovis genere loquutio-

1 Ioh. 4, 16. — Gal. 6, 6. — cf. Sap. 10, 21. — Eccli 37, 23.

a) catheciz. 3. b) commutata 2. 3. c) *ita codd.* d) iunctus 1. e) obtun:si, *littera erasa* 1. f) dissertas *corr.* disertas 1. g) *post corr.* Chrisipp. 1. h) verum *corr.* veram 1.

1) Intelligit Vitas SS. Audomari (Acta SS. Sept. III, p. 396) et Bertini. Et huiusce iam duae ante Folquinum editae erant, Acta SS. Sept. II, p. 586 sqq.; cf. 'N. Arch.' VI, p. 428. 2) Bertino. 3) Vitam eius priorem, quae ante Folquini aetatem conscripta est, ed. Ghesquière, Acta SS. Belg. VI, p. 432 sqq. 4) Haec verba sumta sunt ex Hieron. epist. 69, Opp. ed. Vallars. I, p. 413: *Pisoniano vitio, cum loqui nesciret, tacere non potuit.* 5) Cicero. 6) Haec sumta ex eadem epistola Hieronymi l. l., ubi *idque vere dicis.* 7) Ex lapide sepulcrali, Walterum abbatem S. Bertini a. 964—984. sedisse, docemur (Laplane, 'Les abbés de St. Bertin' I, p. 133); sed haec inscriptio recentis temporis nullaque fide digna videtur. 8) Eadem verba leguntur in prologo Vitae Meingoldi; unde sumta sint, multum frustra quaesivi.

num praédicent suos illi Catones, sive rigidi sive sint illi censorii, ac proinde rumusculos quosque et gloriolam captent popularem atque secundum quendam eorum poetam *ceromatico ferant niketeria collo*[1]; nobis, qui in scola Christi sub apostolorum magisterio philosophamur, propositum est, ut prudentiam serpentis columbina simplicitate temperemus[a], ut, dum[b] doctrina simul et operatione consulimus[c] necessitatibus proximorum, nobis quoque possit esse consultum. *De cetero, fratres,* apostolicis vos verbis alloquor, *gaudete, perfecti estote, exortamini*[d], *idem sapite, pacem habete,* meique[e] fratris vestri vel ammoniti mementote! Et Deus pacis et dilectionis sit semper cum omnibus vobis! Amen.

EXPLICIT PROLOGUS[f].

INCIPIT VITA SANCTI FOLQUINI MORINORUM[g] EPISCOPI[h].

1[i]. Benigna et ineffabilis omnipotentissimaque Deitas sibi ipsi per se sufficiens — non enim aliunde exterius nititur, cum sit summum bonum — divitias bonitatis suae in his quos ante saecula praescivit et praedestinavit sanctis multipliciter dispensando distribuit. Vasa[k] enim irae apta in[l] interitum, quae diu sustinuit, in vasis[m] misericordiae commutavit. Et ut sublimitatem gratiae huius ex Deo esse scirent et non ex semet ipsis, hoc illis dono gratiae dedit, quod poenam suam illis cognoscibilem fecit. Agnita autem poena, concessa sunt et remediorum[n] cataplasmata, quibus purgarentur male vitiatae mentis colluvia. Ergo gratis eis gratiam fidei praerogavit, ut in fide ambulantes mererentur et gratiam pro gratia, premium scilicet prioris gratiae, quae est fides, immortalitatem et vitam aeternam, et hoc etiam quodammodo esset debitum, non quia homo meruit, sed quia Deus voluit. Ineffabili igitur providentia bonitatis Dei collatum est electis eius, ut et copiosis gratiae muneribus gratis ditentur et hoc ipsum quo munerantur quodammodo per gratiam mereantur, alius sic, alius vero sic, unusquisque secundum quod in eo operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Soli unigenito non ad mensuram dat spiritum; in ipso namque, ait apostolus, *habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter,* membris[o] eius pro sua cuique parte partitur, non omnia singulis, sed éadem utilia omnibus, maxima grandioribus et leviora dans minoribus, ut sit Deus omnia in omnibus. Unde mater nostra aecclesia quosdam quidem habet prophetas, quosdam apostolos, quosdam euangelistas, alios vero pastores et doctores. Inter quos quidam fuére, qui exordia suae nascentis infantiae, ut conpetebat rudimentis novellae fidei, miraculis oblectarentur, quorum tunc copia erat pernecessaria, videlicet ut miraculorum exhibitio promissorum esset certitudo, et nova facerent qui nova praedicarent. Laudabiles prorsus qui eam fide et miraculis plantaverunt, nec minus qui moribus, exemplis et praedicatione excoluerunt. Nec nostra culpanda sunt tempora quasi non Deo placita, eo quod sint miraculorum inexperta, cum non ea pro magno sancti affectent; magis in hoc gloriantur, quod sint, quibus per sé fides in Deum sola sufficiat, spes meritorum vel animet vel deterreat, caritatis dualitas oblectetur et pascat. Nec huiusmodi signis magnopere studere servos suos Dominus voluit, sed et quibusdam quasi non recte gloriantibus, quod daemonia illis in nomine eius subicerentur: *Nolite,* ait, *in hoc gaudere; gaudete potius, quod nomina vestra scripta sunt in caelis.*

2. Haec pro compendio dicta sint[p], ut ostenderemus, donum quod quisque habet non á sé, sed á Deo esse, nec sibi debitum, sed á Deo gratis praerogatum, nec magis approbandos esse qui miracula faciunt quam qui virtutibus enitescunt. Denique et magi in Aegypto multa operati sunt, Iudam quoque cum ceteris apostolis signa fecisse invenimus, et quibusdam talibus: 'Nescio vos' in novissimo dicturus est Dominus. Porro vere mirabilis Deus noster in omnibus, qui distributionem gratiarum ita moderatur, ut nec mortalibus captura difficilis nec intentio possidentium sit confusa divortiis, sed diversitas omnis ista donorum ad unum beatitudinis tendat in viarum conclusione compendium, ad videndum videlicet ipsum; quod utique electorum est summum. Dispar haec claritas et diversa donorum largitas nunc est ammirabilis questio, quandoque erit ammirabilior pulchritudo et ornatus templi Domini, de quo dicitur Deo: *Sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate.* Beata nihilominus mater aecclesia talibus ornata monilibus, quae turris veri David aedificata [est[q]] cum propugnaculis suis, tot talesque

a) atque *add. sed expunctum* 1. b) *ead. manu superscr.* 1. c) consulentes *ead. manu corr.* consulimus 1. d) *post corr.* exhort. 1, *et ita* 2. e) que *post suppl.* 1. f) epilogus 1. g) *deest* 2. 3. h) et confessoris, cuius festivitas est 19. Kal. Ianuarii *add.* 2. i) *numeri capitum des.* 1. 2. k) Vas 2. l) *post in marg. suppl.* 1. m) vasa 3. n) med. *corr.* remed. 1. o) membris — partitur *in super. marg. suppl.* 1, *des. cod. Audomar.* 746. p) sunt *corr.* sint 1. q) *deest* 1.

1) Iuvenal. 3, 68.

clipei ex ea dependent, talisque tantorum armatura fortium, quibus munita et ornatur ad meritum et ab inferorum eruitur terrore portarum. Inter quae propugnacula non de inferioribus clipeis unum patronum et defensorem nobis Dominus dedit beatum et praedicandum seculis Folquinum episcopum. Cuius vitam strictim et succincte elucidare cupientes, non magnopere studemus eum miraculis commendare, scientes nos fidelibus loqui, quibus non linguas in signum, sed infidelibus dixit apostolus esse. Nam miraculis parum nobis expertus est, licet vita plurimum; quae et si fecit, nullus illo magis occuluit. Sed iam locuturis de eo nobis, petimus, ut suffragiis adsit apud eum quem tantopere dilexit. (1. Cor. 14, 22.)

3. Nativitatis ergo beati viri ut dicamus exordia, excellentiam terrenae dignitatis longo et altissimo traxit stemmate nobilitatis. Floruit sub rege Karolo, tum[a] opulentia rerum, tum procinctu bellorum, quodque his maius est, cultu religionis et pacis iure cognominato Magno; matre Erkensinda[1], patre Hieronimo[b]; quorum prior de gente Gothorum claram satis tam genere quam opibus prosapiam traxit, alter, utputa supradicti regis avunculus[2], inter aulicos primus, rerum forensium privatarumque moderamina disponebat. Fratres etiam erant ei summae dignitatis; ex quibus Folradum Sancti Quintini commendat monasterium[3]. Et ut altius repetamus, atavorum eius atavi omnes nobilissimi. Haec dicimus non, quod habentibus sint gloria, sed quod contempnentibus mirabilia. Seculi homines suscipiunt eos qui his privilegiis pollent, nos laudamus eos qui ista pro Salvatore contempserint. (Ruotg. c. 2.)

4. Igitur generosam prolem ubi in ipsis pene crepundiis parentum cura perspexit sacris studiis pollere, uti posse erat tali aetátulae, sacris litteris informandam tradiderunt scolis aecclesiae. In quibus, útputa puer bonae indolis, disciplinabiliter ingenio sagaci proficiens, ubi primae artis rudimenta percepit, quod vivacitatem ingenii eius aufugeret, nil postea fuit. Attestabatur munditiam cordis eius ingis meditatio et continuae exercitationis studium, cum iam penitus omnis huiusmodi affectio transiret in habitum. Scriptum quippe est: *Ex studiis suis intelligitur puer, si recta et si munda sint opera eius.* Talem itaque eum informabat Dominus sub magistrorum institutione, qualem postea praeficeret aecclesiae suae. Pastoralis est enim regulae, ne audeat praeesse, qui nescierit subesse[4]. Deinde cum giganteis, ut ita dictum sit, passibus iret de virtute in virtutem, cum sacras litteras didicisset divinamque legem, sacrorum graduum perfectionem indeptus est per ordinem. Tantamque gratiam ei contulit gratia superni respectus, ut ab omnibus veneraretur reverentius, diligeretur affectuosius. (Ruotg. c. 4. — Prov. 20, 11. — Ruotg. c. 10.)

5. Interea lapis ille spiritualis politus multiplicibus argumentis et competens caelestibus ornamentis, dignum fuerat, ut poneretur in diademate regis. Igitur ne sub spetie privatorum delitesceret, sed, qui eátenus sibi tantum profuerat, iam multis prodesset, aecclesiae fascibus sublimandus appetitur et omnium vocibus acclamatur[c]. Litora Brittannici oceani in finibus Galliarum occidentem versus gens quaedam incolit, non tam lata quam valida, apud historicos Mórini, nunc a Taruenna, urbe eorum quondam opulentissima, sed modo díruta et pene exinanita, vocantur Taruennici. Meminit huius gentis in opere suo, quod pro nobis contra paganos scripsit, Orosius[5] presbiter et fidelis historiographus, et quia populosa fuerit, copia militari nequiquam exercitui Romano obvianti evidentissime ostendit. Meminit et urbis Menapum[6], cuius nihil preter ruinas et nomen inane est tantum. Extremi autem hominum ob hoc forsitan a poeta[7] dicuntur, quod Flandria, quae pars gentis huius est, ea maris loca occupat, ultra quae nulla gens habitare audita est, prohibente oceano, totum pro parte usus more suo. Nam ex ea parte, quam Bononia[d] urbs et Odrans[8] occupat farus, facilis ad Brittanniam est transitus. Gens haec moribus incomposita, magis armis quam consiliis utens et, ut ante nos dictum est, multae eloquentiae, sapientiae parum. Cuius indomitam barbariem et semper ad malum proclivem non facile erat restringi nisi prudentia et perspicatia summi et aecclesiastici viri.

a) *ead. manu superscr.* 1. b) Ieronimo 2. c) *hoc loco in marg. cod.* 1 *manu s. XII. notatum minio:* Hic intermitte. d) *multo post corr.* Bolonia 1.

1) Ermentrudem matrem eius dicit Folcwinus, Gesta abb. Sith. c. 104, SS. XIII, p. 627. 2) Filius scil. Karoli Martelli; cf. Folcw. Gesta abb. Lob. c. 9, SS. IV, p. 59; Ann. Fuld. a. 754, SS. I, p. 347; cf. Hahn, 'Jahrb. d. Fränk. Reichs' p. 154 sq. et SS. XIII, p. 600, n. 4. 3) Fuit abbas S. Quintini post a. 800—826; Ann. Laub., SS. IV, p. 13. 4) Ut ait Gregor. M. Dial. I, 1. 5) Hist. I, 2. VI, 7. 8. 9. 6) I, 2. VI, 7. 8. 10. 7) Verg. Aen. VIII, 727: *Extremique hominum Morini.* 8) Alii Turrimardentem vocant, vulgo la Tour d'Ordre, in portu prope Bononiam Morinorum. MAB.

Igitur plebis huius aecclesia pastore erat destituta. Sed cum de pontifice ageretur substituendo, diu scrutatis omnibus, dignior nemo inventus est Folquino. In cuius electione nil anceps plebs est secuta, nil varium, sed votis omnibus hunc sibi dari poposcit episcopum, sequuta[a] magnatium et totius cleri consensum. Quid plura? Conplacuit, Deo gratias, imperatoriae potestati, Hluduico[b] videlicet, qui Karolo successerat patri; et eo concedente urbis Taruennae consecratur antistes[1], praeeunte in omnibus voluntate Domini. Auctus ergo benedictione spirituali, auxit opera pietatis et fidei, praebens sé talem in omnibus, sicut decebat servum Domini. Enimvero, quoniam pugnaturum sé contra[c] spiritualia nequitiae scivit, artes sécum exercitationesque virtutum, arma scilicet fidei, prae sé tulit. Disciplinae vigorem ita moderatus est, ut cum censura iudicii nemo illo magis popularis esset; rursum popularis cum esset, censurae ordinem non amitteret. Sic vitam instituit, ut in neutrum horum pronior fuerit. Media karitate constrata sunt; neque maluit oves[d] sibi creditas pérperam quam recte egisse; sed nec ignovit malis, ut bonos perditum iret. Re vera scivit uti foro[e]; sic etenim studuit, ut sanctae matri aecclesiae aut munimento esset aut ornamento, munimento exterius, ornamento interius. Sed et in verbis eius et locutione communi non erat levitas. Confabulabatur namque utillimum aliquid cum quóvis, aut meditabatur id ipsum in quóvis. In ipso praesulatus sui initio sic apparuit aptus, acsi praefuisset diutius, ad quod noviter fuerat inthronizatus. De religione primum et cultu Dei, quod Greci theosebian dicunt, canonicam et apostolicam secutus auctoritatem[f] est, videlicet ut omnibus, quibus cura sua intererat, cor unum et anima una esset, et quicquid indecens in aecclesia sua vel effeminatum videbat, vera et spirituali circumcisione diligentissime resecaret, suum estimans detrimentum, quicquid in subditis appareret ineptum; suum deputans lucrum, quicquid cultura Christi reportaret fructiferum. Quam sic studuit excolere, ut non aliquo indigéret putamine, cum nullum vitii genus saltem ex radice síneret coalescere. Semet suis ad imitandum spécimen praebebat et speculum. Non enim sibi soli negotiabatur, sed[g] omnium salutem laboris sui commertio quaerebat. Si quispiam magnum quid in religione moliebatur, hunc quasi succenturiatum in acie divina sé sustentantem agnovit. De pauperibus vero Christi nonnihil sollicitus erat; nam quod de demeno[h] suo defraudans comparsit[i], id illis adcrevit, nec ventri, ut est consuetudini quibusdam, reservavit; quippe qui de crastino non multum sollicitus fuit. Difficile est prósequi, qualem se exhibuerit servus Domini. Tantum ut dotis eius persequamur[k] summam, omnium virtutum sic continuit formas, quasi natura nativae bonitatis sibi artius insertas.

6. Sithiu est virorum Dei coenobium, et in eo memoria multa sanctorum. Paroechia[l] est Taruennensis episcopi, licet imperatorum seu universalis papae et ipsius sedis episcoporum immunitatum privilegiis polleat. Id tunc[2] Hugo regebat, cui Hludowicus[m] frater, pater Karolus erat. Sane coenobium illud bipertitum est, nam inferiora monachi, superiora canonici optinent; et hi Audomari, illi Bertini patrociniis gaudent.

7. De translatione beati Audomari, qualiter ab hoc beato pontifice acta sit, et quae erga Hugonem supradictum abbatem fuerint, vulgi rumore celebrantur[3]; in quibus satis est miranda huius sancti viri constantia. Abbati resistere non facile erat, quippe cui natalium dignitas tanta erat, militaris etiam copia non deerat. Sed vir Dei haec omnia postposuit timori Domini; denique non requievit, donec corpus sanctum fraudulenter sublatum proprio restitueret loco, vitae suae licet magno satis cum periculo, diemque sollempnem faceret in mense Iunio, quo aristantur segetes crescente culmo. Et praécavens in futurum, ne párili modo aut alio quóvis ingenio corpus auferretur[n] sanctum, terra illud abscondit, ubi per plurimos annos homines quidem latuit; at revelatum est ubi Dominus voluit[4]. Simili modo et sancti Bertini corpus transtulit et recondidit, sollempnemque hunc diem nobis esse sancivit, qui est 17. Kal. Agusti[o, 5].

8. Post haec autem vir Dei[p] Folquinus quanto senectute corporis appropinquare novit diem suae resolutionis, tanto sé assiduum reddidit ad studium rectae operationis, sciens scriptum: *Beati sunt servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes.* Atque ideo

a) secutum magnatum 2. b) Ludovico 2. c) cō *corr.* contra 1. d) *ead. manu superscr.* 1. e) ferro *ed.* f) est auct. 2. g) *superscr.* 1. h) de mensa sua 2. *ed.* i) consparsit 2. k) proseq. 2. l) Parrochia 2. m) Ludovicus 2. n) auferetur 1. o) Augusti 2. p) Domini 2.

1) A. 817; cf. Folcw. G. abb. Sith. c. 46, l. l. p. 614. 2) A. 834—844; ib. c. 53, p. 616. 3) Haec fusius narrat Folcwinus, G. abb. Sith. c. 57, p. 616—618, ex quibus pauca tantum in sequentibus excerpsit. 4) A. 941; cf. Lamb. Aud., SS. V, p. 65. 5) Cf. Folcw. G. abb. Sith. c. 58, p. 618, et quae ibi n. 4. annotata sunt.

cotidie de virtute in virtutem crescens, ardebat videre Deum deorum in Syon. Testes namque illius interni amoris erant lacrimae, quibus prodebatur intimum conscientiae, cum quibus psalmodians dicebat saepissime: *Sitivit anima mea ad té Deus; quando veniam et parebo ante faciem Dei mei?* [Ps. 41, 3.] Atque minus oculum mentis ad ea reducens, quae iam Christo iuvante peregerat, secundum apostoli dictum, quae[a] sunt retro oblitus, ad ea quae inante sunt extendens sé, [Phil. 3, 13.] magis magisque ieiunio et vigiliae operam dans, ad ea quae sunt artiora studuit mentem acutius defricatam ignire. Praecinctisque lumbis cum bonorum operum lampadibus accensis atque oleo repletis, praestolabatur Domini sui á nuptiis regressum, cum quo regnaturus intraret in aeternae felicitatis gaudium mansurum. Gregisque sibi commissi curam gerens, eis verbi triticum fidelissimus dispensator toto adnisu sumministrabat, hortando eos, donec est hodie, converti, ne improvisos eos posset dies ultima repperire. Longa[1] ergo senectute fessus, utputa qui quadragesimum in episcopatu fere peregerat annum, cum iam non posset [G. abb. Sith. c. 61.] publice[b] missarum sollempnia celebrare, cognito hoc, rex, illo adhuc vivente, quod contra canones erat, successorem ei episcopum destinavit. Quod audiens sanctus praesul, semet episcopali more praeparavit ad celebrationem missae et omne minysterium, supplantatore adstante, implevit strenuissime. At ubi ventum est ad dandam, uti episcopis mos est, benedictionem, verso ordine protulit illis maledictionem. At illi trepidi cum ascensis equis ad propria cuperent reverti, in media via supplantator episcopi de equo lapsus, relisa cervice, spiritum efflavit vitae, omnesque qui cum illo venerant infra annum variis cladibus expirarunt.

9. Igitur adveniente vocationis suae tempore, quamvis longevo gravaretur senio, episcopii sui parroechias[c] circuire [c. 62] decrevit, sibi pariter et subditis salubriter oportere sciens, ut aecclesiae filios, si alicubi á matris gremio errassent deviando, secundum canonum statuta plectendo ad eandem reduceret sanctis praedicationibus exhortando. Tali autem studio talique devotione ad aecclesiam in Mempisco[d] sitam, Hicclesbeke[2] noncupatam, pia accessit curiositate. Inibi autem non multum commorans, cum iam cogitaret reverti, gravi[e] aegritudine coepit fatigari. Tunc convocatis discipulis, eos omnipotenti Domino commendans, recti itineris tramitem non derelinquere diutissima ammonitione persuasit. Ad ultimum benedictione confirmans, reddidit gaudens caelo animam, sanctorum coetibus consociandam. Transiit autem anno incarnationis dominicae 855, indictione tertia, feria septima[3] [855. Dec. 15.] vesperascente, qui erat annus gloriosi regis Karoli, filii Hludowici[f], 15.[g] et episcopatus ipsius beati praesulis 40, 18 Kal. Ianuarii. Rogaverat autem adhuc vivens, ut, ubiubi exitus eius accideret, corpus illius ad Sithiu monasterium in basilica sancti Bertini deferretur[h] tumulandum.

10.[i] Gregatim igitur, illo defuncto, ad exequias beati corporis[k] undique confluentibus, cum clerici illius difficultate itineris conquerentes gravarentur, ad divinum se auxilium contulerunt. Tunc in eadem nocte flante vento australi, omnis illa aquarum indimetibilis profunditas, qua cingitur Sithiu insula, fere per duo milia ita congelavit, ut mane corpus sanctum deferentibus firmissimum aqua gressum per glatiem preberet euntibus. Deportatus autem receptus est cum cereis[l] et timiamateriis ab illo monachorum reverentissimo sanctissimóque conventu obviam sacris procedente exequiis cum immodica multitudine plebis. Quibus officia cum omni honestate, ut res funebria[m] postulat, consumantibus, induitur uti sacris altaribus astans erat solitus, et in loco quo ipse elegerat[n] inducitur tumulandus. Sepultus est autem ad latus sancti Bertini dextrum, non sine astantis populi maximo luctu[o].

11. Fertur quoque a senioribus, eundem virum Dei equum quendam habuisse mirae scientiae. Profecturo namque secundum quod necessitas expetebat[p], genibus flexis, sancto oneri sponte terga subdebat. Hunc autem tantae scientiae equum, fratribus dandum, feretrum praeeuntem ferunt lacrimasse[4] omnemque hominem ferre deinceps recusasse[q], nec passum esse post membra tanti pontificis voluptatibus deservire alicuius hominis. Qui non longo post tempore mortuus, cum canibus cibus esset[r] appositus, a nullo illorum est morsu attactus. Non enim decuit eius cadaver expositum canes corvosque reficiendo farcire meatusque illorum faucium preterire, super quem frequens Christi oratio mittebatur ab insidentis cordali[s] devotione. Fas enim non est credere[t], sanctum virum fabulis delectatum esse. Quod videntes cives, humano eum more sepelierunt, quem, ut dixi, bruta feritas canum quadam, ut ita dicam, ammiratione venerata est.

12. Contigerat non longe post haec, quendam praedicti Sithiensis coenobii monachum et huius beati viri aequivocum — Folquinus enim vocabatur[5] — graviter infirmatum per longa iam spacia, ut non posset nisi cum baculorum gemina vix sustentatione ire. Hic die qua-

a) ea quę 2. b) pubplice 1. c) parrochias 2. d) Menpisco 2. e) cepit gr. egr. 2. f) Ludovici 2. g) *incipit folium* 1*. h) tumul. def. 1. 2; deferetur *post corr.* deferretur 1. i) *numerus deest* 1*. k) coporis 1*. l) cęreis 1. m) *ita* 1*. 1. 2. n) delegerat 1*. o) *in marg. manu s. XII:* Hic intermitte 1. p) expetabat *corr.* expetebat 1*. q) recussasse 1*. r) app. esset 2. s) *ita* 1*. 2; cordalis 1. t) *desinit folium* 1*.

1) Haec a Wicfrido episcopo Morinensi (a. 935—959) se accepisse, dicit Folcw. G. abb. Sith. c. 61, p. 618. 2) Ekelsbecke ad Yser fluvium. 3) Sic recte hoc loco Folcwinus, qui in G. abb. Sith. c. 62. falso scripserat: *feria tertia.* 4) Amplificavit auctor quae G. abb. Sith. c. 62. scripserat. 5) Cf. 'N. Arch.' VI, p. 425.

dam doloris nimietate gravatus, decrevit virtute qua poterat ad altare sancti patroni[a] Bertini procedere, pro animae simulque corporis salute deprecaturus. Sed, ut situm aecclesiae nescientibus dicam, intrantibus e regione meridiana intercludit sancti patris praedicti tumba[b] antepositum quod et[c] praecipuum sancti Martini altare; atque ideo in dextera ipsius parte primum occurrit beati Folquini tumulus ad iam dicti patris tumbam ire volentibus. Idem praefatus monachus iam ad beati Folquini pervenerat sepulchrum, cum repente nescio qua horripilatione concussus, dissilientibus hinc inde fustibus, preceps supra sanctum tumulum ruit. Nactusque hanc occasionem, Deum, si cuius apud se esset meriti anima praesulis inibi sepulti, per eius flebiliter supplicavit intercessionem, ut amissam diu sibi optabilem redderet sanitatem. Nec multum ibi iacens orando moratus, mox ita surrexit incolomis, ut, stupentibus cunctis, gratias Deo referret, propriis sine ullius amminiculo incedens plantis. Ab ipso ergo die beati viri tumulus maioris honoris reverentia est habitus. Idemque monachus sanatus, quoniam grammatice erat instructus, haec[d] ita elegiaco metro comprehendit, scribens in eius tumulo:

Folquini veneranda patris hic membra locantur,
Antistes dudum qui fuerat Morinum.
Quique quater denis vitae dux exstitit annis,
Mente actuque pio iussa operando[e] Dei;
Atque die quarto decimo[1] Decembris ab orbe
Sumptus, apostolicum gaudet adire chorum.

13. Omnibus igitur post hoc beati viri merita venerantibus, ut vox Salvatoris probaretur dicentis: [*Matth 10.26*] *Nihil opertum quod non reveletur, neque absconditum quod non sciatur,* Pastor pastorum vicarii sui ossa noluit sub terra posita diutius delitescere, sed venerandam almitatis eius gloriam voluit omnibus hominibus propalare. [*cf. G abb. Sith. c 104.*] Anno namque felicissimae incarnationis domini nostri Iesu Christi nongentesimo[f] vicesimo octavo, indictione prima, [*928.*] tempore regis[g] Karoli reclusi[h], duobus spectabilis personae longe remotis[2] crebras per quietem noctis prodit visiones, quatenus Sithiu famosum adirent coenobium ac venerabilia sancti praesulis Folquini membra levantes, ad debitae venerationis praepararentur obsequium. Qui gaudenti animo iussa complentes, apparatu quo poterant ad Sithiu iam dictum adveniunt monasterium; adventus sui causam fratribus monasterii produnt, licére sibi detegi urnam, qua sanctus cinis tegebatur, exposcunt. Qui consilium diu quaquaversum poterant trutinantes, ad Adalolfi generosi tunc temporis loci illius comitis[i] et abbatis notitiam detulerunt, consultoque Stephano eiusdem temporis reverentissimo Taruennensis[k] aecclesiae episcopo, communi omnium voluntate cum cereis et choro psallentium atque [*Nov. 13.*] omni clericorum apparatu Idus Novembris, die inlucescente, ad sancti viri tumulum ventum est. Elevatisque sancti corporis membris atque illic collocatis, in loco tumuli altare constructo, diem illam cantibus et gaudiis duxere festivam. Explicitoque officio refecti, quique ad propria sunt reversi.

14. His igitur sic se habentibus, coeperunt beati viri membra virtutibus enitere. Fecerunt autem cives febricitantes consuetudinem cum candelarum quo quisque poterat munere sancti praesulis altare frequentare, atque secundum petentium fidem recepisse quique mirati sunt sanitatem. De stola autem eius, quae adhuc restat, mulieribus difficultate partus laborantibus per eius merita salutem sepe[l] provenisse vidimus, ita ut triduo vel eo amplius materno onere gravatae, cum pene viderentur morti contiguae, in ingressu eiusdem stolae partum edentes, redderentur sanitati pristinae[3]. Multis etiam et aliis indiciis Dominus sanctum suum ostendit mirificatum in caelis, operante et manente cum electis suis usque in finem seculi domino nostro Iesu Christo, qui coaeternus et consubstantialis Patri et Spiritui[m] sancto vivit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[n] VITA SANCTI FOLQUINI EPISCOPI.

a) B. p. 2. b) tumbā 2. c) est 2. d) ita hec 2. e) o *e corr.* 1. f) DCCCCXXVIII, ind. I. *ead. manu in marg. suppl.* 1. g) K. r. 2. h) reclusis 2; indictione I. *hic add. sed del.* 1. i) com. et *in marg. suppl.* 1. k) Taruenensis *h. l.* 1. l) prov. sepe 3. m) spū 1. n) *ita* 2. 3; *haec des.* 1.

1) Supra c. 9. Dec. 15. dies obitus indicatus est. 2) Folcwino scilicet et Regenwalae, patri et patruo auctor, in dioecesi Leodiensi habitantibus, quorum patruus magnus erat Folcwinus episcopus; cf. G. abb. Sith. c. 104, p. 627. Quae ibi narrata sunt, hoc loco partim ampliata, partim vero omissa sunt; cf. 'N. Arch.' VI, p. 424. 3) Cf. Ioh. Longus XIII, 3, SS. XXV, p. 767 sq.

EX MIRACULIS S. REMACLI STABULENSIBUS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Duo exstant Miraculorum S. Remacli libri, quorum partes diversis temporibus a diversis auctoribus, monachis Stabulensibus, conscriptae, demum saeculo XI. in unum corpus collectae sunt[1]. *Quae et indiciis auctorum et ope codicum discerni potuerunt.*

Primus auctor medio saeculo IX, videlicet paulo post a. 851[2], *monitu Airici abbatis Indensis*[3] *quatuordecim capita conscripsit, quae Vitae S. Remacli ab anonymo monacho Stabulensi editae subiecit*[4], *enarrans ea miracula quae suo tempore perpetrata ipse vidit vel quae paulo antea acta ipsi relata erant*[5]. *Quinque capita huic libello postea addita quando conscripta sint, non elucet, haud dubie vero antequam libri II. prior pars condita est; neque haec magni momenti sunt.*

Qui priorem partem libri II (c. 1—4*) composuit monachus Stabulensis, enarravit, quomodo, Nortmannis a.* 881. *irruentibus et monasterium Stabulense devastantibus, monachi cum corpore S. Remacli effugerint, et quae in exilio gesta sint, itemque quae in altera fuga simili causa postea capta miracula perpetrata sint. Haec omnia praesens vidit, bene fervidiusque exposuit; scripsit vero aliquanto tempore postea*[6], *quippe qui priorem invasionem Nortmannorum a.* 883. *factam esse falso indicaverit. Idem libellulo prologum praemisisse censendus est, qui c.* 1. *sic ordiatur:* Igitur Karolo tertio caesare *et infra c.* 1. *ad praefationem quandam provocare videtur*[7]; *antiquissimi vero et optimi codices nullum prologum exhibent, hoc opusculo priori libro sine ulla incisi nota subiecto. Quem vero posteriores codices libro II. praemittunt prologum posteriori auctori attribuendum esse, mox ostendetur. Huius igitur praefatione perdita, non habemus quod de eo statuamus.*

Eorum quae sequuntur capitum 5—20. *minimum quatuor auctores discerni possunt, quorum primus c.* 5, *alter c.* 6. *et* 7. *addiderunt, tertius, qui sub Odilone abbate (a.* 937—953*) vixit, c.* 8. *et* 9, *reliqua quartus auctor Raven-*

1) Qua re E. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 158, n. 27. in errorem ductus est, ut ea saec. XI. demum composita esse putaret. 2) C. 14. 3) Ibid. 4) Mabillon, quem reliqui, ut Io. Veldius, secuti sunt, Vitam et Miraculorum priorem partem ab eodem auctore compositas esse, censuit. Quod vero persuadere mihi nequeo, cum auctor Miraculorum c. 14. se nonnisi *ostenta quae per meritum servi sui operatus sit Deus* scripsisse dicat. Prologus quidem Miraculorum ita conscriptus est, ut haec cum praecedente Vita arte connectat, quod vero ab alio quoque auctore fieri potuit, qui haec illi subiunxit, ut post illam consueto more legerentur. 5) Prol. et c. 14. 6) Haud dubie postquam Karolus III. depositus est, cum II, c. 1. dicat, quae narret gesta esse Karolo III. caesare, quae indicant alio rege regnante eum scripsisse. 7) V. p. 439, n. 5.

gero abbate (a. 980—1007) vivus et scribens composuisse videntur. At omnia capita 6—20. eodem stilo conscripta esse apparet, in omnibus terminationes vocum in fine pronunciatorum positarum more saeculi XI. consueto consonae factae sunt. Capita 6—9. vero in duobus codicibus aliis verbis enarrata exstant atque in codicibus qui miracula in duos libros divisa exhibent, unde evidens est, haec iam olim conscripta, ab auctore saeculi XI, eoque quidem haud dubie qui c. 10—20. addidit, retractata et alterata esse. In iis codicibus qui duos libros miraculorum praebent alteri libro prologus praefixus est, in quo ut in capitibus 6—20. nonnullae terminationes periodorum consonantes inveniuntur; quam ob rem necnon et ob alias causas[1] *eidem auctori saeculi XI. tribuendus est. Qui iuvenis abbatem, Stabulensis coenobii videlicet, et praeceptorem suum alloquitur, a quo hoc opusculum, primum eruditionis suae documentum, conscribere iussus est. Quis fuerit ille abbas, auctor non indicavit, sed non multum dubitaverim, quin fuerit Bertrannus abbas (a. 1007—1020), qui Ravengero successit*[2]. *Hunc enim iam obiisse, cum miracula conscriberet, auctor c. 19. indicat*[3]; *se sub eodem iam monachum vixisse, ibidem et c. 11*[4], *ubi longam orationem ab illo ad conventum habitam profert, testatur. Cum igitur se iuvenem dicat, non multo post Ravengeri obitum scripsisse censendus est; quod et ipse innuit*[5]. *Hic ergo antiquis miraculis saec. IX. ut primo libro*[6] *alterum librum subiunctum ita composuit, ut capita 1—4. a monacho saec. IX. ex. — X. in. conscripta integra reciperet, quae vero a tribus aliis monachis postea addita sunt in alium sermonem verteret, ita vero, ut, ubi illi de se ipsis loquuntur prima persona utentes, hoc non mutaret, denique ipse c. 10—20. adderet.*

Haec longius exposuimus, ut, quomodo hi libri collecti sunt, intelligatur[7]. *Caeterum ex his narrationibus nimis amplis et verbosis pauca tantum quae excerperentur digna duximus. Ad quae edenda his subsidiis usi sumus:*

A. Codice Bruxellensi nr. 14650—14655, membr. fol. min., saec. X, post Vitam Remacli auct. anonymo, qui f. 89—98'. sola antiqua Miracula primi auctoris (I, 1—14) continet, addito alia manu vel ab eodem scriptore, sed alio tempore alioque atramento scripto uno capite (I, 15) manco[8].

Reliqui codices, quamvis inter se multo differant, id commune habent, quod ante primi auctoris c. 14. quinque capita, postea ab aliis addita, inserant[9] *et miracula in Nortmannorum adventu facta (II, 1—4) subiungant*[10]. *Qui sunt:*

1) Codex Bambergensis E. III. 1, membr. 4⁰ min., saec. X. nitidissime in honorem S. Remacli, haud dubie in monasterio Stabulensi scriptus, ubi post

1) Illi monacho, qui libri II, c. 1—4. composuit attribui nequit, ut Io. Veldius iam intellexit. quia in codicibus qui haec sola praebent non invenitur; porro quia ad abbatem Stabulensem datus est, cum tamen illo monacho saec. IX. ex. vel X. in. scribente monasterium Stabulense non ab abbatibus regeretur, sed principibus laicis subditum esset; denique quia auctor prologi se iuvenem testatur, ille vero provectioris aetatis fuit, utpote qui invasionem a. 881. viderit. 2) Vide de eo diplomata ap. Martene et Durand, Coll. II, coll. 54—56; Vita Popponis abb. Stabul. c. 4. 15, SS. XI, p. 296. 302. 3) *Interfuit . . tunc temporis abbas Ravengerus nomine.* 4) Ibidem refert, se a Ravengero abbate ad episcopum missum esse, ut sacrum ordinem, non indicat qualem, susciperet. 5) Vide initia c. 11. 19. 6) Huic indicem capitum sicut et libro II. praemisit. 7) Retinuimus librorum divisionem ab auctore saec. XI. institutam, singulas vero diversorum auctorum partes satis perspicue discrevimus. 8) Extrema pars capitis cum quaternione evulso perdita est; sed non plura miracula in hoc codice addita fuisse, ex eo apparet, quod etiam codex Luynii a Io. Veldio visus in calce huius capitis desierit. Capita 1—4. tantum exhibet cod. Parisiensis nr. 5308, 1—6. codex Valcellensis a Veldio visus. 9) Inter quae etiam I, 15, quod et in A additum est. 10) Solum librum I (19 capita) continuit codex Rubeaevallis a Veldio adhibitus.

Vitam eius priorem f. 32—84. miraculorum liber I. et II, c. 1—4. cum epilogo continue duabus manibus exarata exstant. Hoc codice Io. Veldius usus est.

2) Codex Vaticanus reg. Christinae nr. 615, membr. 4° min., olim haud dubie Stabulensis vel Malmendariensis coenobii, saec. XI. nitidissime exaratus, ubi post Vitam Remacli auct. Harigero f. 51'—94'. eadem quae in cod. 1 miracula, omisso vero epilogo et superaddito capite II, 5, exstant. Sequitur Triumphus S. Remacli[1].

3) Codex Cheltenhamensis bibl. Phillipsianae nr. 12459, membr. fol., saec. XI, olim monasterii Stabulensis[2], *ubi post Vitam auct. Harigero Miraculorum libri duo, quales a collectore saec. XI. editi sunt, duobus vero quaternionibus evulsis, nunc l. I, c. 11 — l. II, c. 6. et II, c. 18—20. desunt.*

3a) Integros vero duos libros Miraculorum cum 3 omnino convenientes continebat codex Coloniensis S. Petri, cuius apographum Gamansius ad patres Bollandistas misit, ab Io. Veldio fundamentum editionis positum.

4) Codex Bruxellensis nr. 9636. 9637, membr. fol., saec. XI, olim monasterii Sancti Laurencii prope Leodium, ubi Vitae S. Remacli priori f. 84—96. miracula subiecta sunt, continue sine librorum divisione scripta, quae usque ad libri II, c. 5. cum codice 2 congruunt, deinde vero subiecta sunt duo capita quae in reliquis codicibus non inveniuntur, deinde tria alia, quibus eadem, aliis vero verbis narrantur quae in ceterorum codicum capp. II, 7. 6. 5. relata sunt[3].

Praeter codicem 3, quem V. Cl. F. Liebermann evolvit, omnes codices ipse exscripsi.

Miraculorum librum utrumque Surius, Vitae SS. 3. Sept. V, p. 29—39, non tam edidit quam sermone mutato enarravit. Primum librum, omissis tribus capitibus, edidit Mabillon, Acta II, p. 494—499, ex codice Cisterciensi et addidit quaedam ex Surii libro II, ibid. p. 500—503. Editionem integram multa laude dignam ope codicum quos supra nominavi paravit Io. Veldius, Acta SS. Sept. I, p. 696—721, quam repetiit Ios. Ghesquierus, Acta SS. Belgii selecta III, p. 473—519.

O. Holder-Egger.

EX MIRACULORUM S. REMACLI LIBRO I.

INCIPIT[a] PROLOGUS SEQUENTIS OPERIS.

Post expletum[b] namque gloriosissimi agonis omnibus saeculis laudabilem triumphum, quo, deposito carnali indumento, inmarcescibilem gloriae idem[4] nactus est coronam, ad comprobandum, quanti meriti quantaeque sanctitatis beatus[c] vir iste fuerit, noluit pius Dominus occultum manere quod apud illum non latebat, sed fieret quoque[d] hominibus clarum, quanta gloria ille polleat in caelis, cui tanta miracula, quae nostris aspectibus concessa sunt videre, praestat agere in terris. Non enim audemus silere quae novimus, ne quasi desides et tardi ad opera Christi enarranda vel miranda diiudicemur. Verum[e] nec alia nisi ea quae relatu veracium hominum didicimus vel ipsi oculis perspeximus dicere volumus, ne culpa mendacii arguamur.*

*) 3. 3a *add. hunc capitum indicem:*

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI DE MIRACULIS.

1. De Ioseph ita contracto, ut super genua incumbens caput erigere non poterat.
2. De ferro vincto, qui dum cancellos attigit, vincula disrumpuntur.

a) *ita* 3; Incipiunt (Incipit 4) de miraculis eiusdem patroni nostri Remagli (Remacli 4) 1. 4; *manu s. XV. suppl.:* Tractatus de miraculis sancti Remacli *A; nulla rubra* 2. b) e. n. *des.* 2. 3. c) *deest* 4. d) h. q. 2. 3. e) *deest* 2. 3.

1) Cf. SS. XI, p. 435. 2) Cf. 'N. Arch.' IV, p. 601. Sine ullo dubio idem est, qui 'Arch.' XI, p. 516. notatus est, tunc a Vandermeersch emptus. 3) Eiusdem generis est codex monasterii S. Foillani, nunc Montensis saec. XIV (cf. 'Arch.' VIII, p. 472), ab Io. Veldio adhibitus, ubi vero etiam miraculum II, 9. narratum aliis verbis succinctius expositum est. — Denique Miracula S. Remacli exstant etiam in cod. Engelbergensi I¼ saec. XII ('Arch.' VII, p. 179); Trevirensi bibl. capit. saec. XII ('N. Arch.' IV, p. 601). 4) S. Remaclus, cuius Vitae ab anonymo monacho Stabulensi scriptae haec Miracula subiuncta sunt.

INCIPIT[a] LIBER PRIMUS DE MIRACULIS.

1.[b] Unum[c] ergo miraculum[d] illius in exemplum ponimus, ut post facilius reliqua credibilia esse comprobemus. Eo namque tempore quo fabrica altaris ecclesiae nostrae agebatur contigit, ibi[e] adesse quendam Ioseph[f] nomine[g], qui ita curvus erat, ut supra genua incumbens caput sursum erigere non posset. . . . . . .

4.[h] Nec illud silendum aestimo, quod quidam homo nomine Amulgerus, dum tempore messis ad spicas recondendas die dominica, quae est absoluta liberius a servili opere, insudaret attentius[i] operi sibi competenti nec daret honorem Deo cessando a laboribus, cum sua coniuge plaustra onerans[k] ac domum recondenda[l] deducens, contigit, unam e[m] festucis oculum eius dextrum inlidere subitoque luscum[n] reddere. Hoc dolore oculi amissi altero quoque orbatus remansit. Cumque esset circumdatus tenebris, diu in hac caecitate mestus tristisque aeger perdurat. Tamen non diffidens de misericordia Dei, suffultus[o] ducatu alterius, plurima loca sanctorum circuiens[p], praecabatur[q] eorum suffragiis sibi dari sospitatem. Huic[r] itaque labori insistens, quadam nocte sopori deditus, meruit audire responsum, quod non aliubi[s] esset illi salus praestanda, quousque ad memoriam veniret sanctissimi confessoris Christi[t]. Quo comperto, gaudens de admonitione divina, nocturnis silentiis remotis[u], alacer a somno exiliens, veloci cursu passim diversa peragrans loca, tandem pervenit in sabbato ad optatum diutinus[v] locum. Nocte vero sequenti quae dominica dicitur, dum fratres ex more vespertinos ymnos sollemniter cantant, ecce iterum totam replet debilis ecclesiam[w] vocibus, ita ut omnes agnoscerent adesse Dei virtutem. Quo cognito, servi Dei extollunt sublimiter ora in laudibus Christi, qui concessit illis videre magnalia eius. Expletoque cursu, venerunt videre opera divinae gratiae in menbris infirmi, luminibus iam clare videntis omnes circumquaque se[x] intuentes. Considerantibus ergo referebat, quia videret[y] a loco mausolei[z] instar radiorum solis fulgurantem[a] lucernam, illique tam aures quam caput omne concussisse et tenebras abstersisse lumenque dedisse. Surgensque a loco quo prostratus iacuerat, ab ecclesia laetus egreditur, viam carpens et viae ducem ulterius non requirens.

5.[b] Nec multo post perlustrante circumquaque fama pervenit hoc factum mirabile ad aures invictissimi principis Hludowici[c] ac procerum eius. Sed et is qui caecus fuerat ab his quibus iam cognitus[d] habebatur ei ostenditur[e], narrans, qualiter[f] visum recepit per merita sanctissimi viri; atque multimodas gratias retulit imperator omnipotenti Deo, deosculans lumina divinitus illi restituta, inmensoque replebatur gaudio, quod in diebus suis tanta miraculorum insignia per militem suum dignaretur ostendere Deus.

---

3. De caeca muliere, quae[g] dum de fonte sancti Remacli bibit, sanata est.
4. De quodam Amulgero nomine, qui sanitatem oculi recepit.
5. Quod hoc factum ad aures Lothovici imperatoris pervenit, et lumina deosculans, Deo gratias reddidit.
6. De quodam contracto in monasterio Dervo, qui, sicut ipse confessus est, meritis fratrum nostrorum ad festivitatem venientium convaluit.
7. De[h] femina muta in festivitate iam fati viri sanata.
8. Quod quidam terram sancti Remacli invasit, et sibimet imprecando glaber remansit.
9. Quod quidam arietem sancto Remaclo delegavit et pro mendacio vultu et ore retortis deformis remansit.
10. De muliere per tres menses caeca et illuminata.
11. De quodam, qui uxoris suae fibulas sancto Remaclo fraude subducens, per sex menses caecus efficitur.
12. Quendam[i] a daemonibus vulneratum et surdum effectum quomodo sanavit.
13. De alio, cui alapam in faciem dedit et surditate maxima percussit ac postea sanavit.
14. De palla, quam sanctimonialis de altare in villa vocabulo Marca tulit; ex qua post ablutionem sui capitis ipsum caput extersit et crines perdidit.
15. De sepulchri eius redolentia, quando prima ab artificibus dimota est terrae glebula.
16. De pisce in villa Calco, quem unda in navim iniecit.
17. De vinea in villa Maranco fraude sublata et restituta.
18. De ab exortu surdo pariter et muto, quomodo curatus est.
19. De cuppa beati patris nostri Remacli, qualiter inventa est.

EXPLICIUNT CAPITULA.

a) *ita* 3; *nulla rubra A.* 1. 2; Capit. 1. De Iosep curvo, quem sanctus Remaclus sanitati restituit 4. b) *numeri cap. in solis codd.* 3. 4 *exstant.* c) Unum — comprobemus *prologo subnexa* 1. 2. d) miraculorum 1. 2. — eius 4. e) ad. ibi 1—4. f) Iosep 4. g) virum *add.* 4. h) Cap. de homine ceco sanitati restituto 4. i) op. att. 4. k) hon. 1. l) recondendam 1. 2. 3. m) *ita A;* ex 1—4. n) eum *add.* 4. o) *deest* 4. p) circumiens 2. 3. q) *ita A*, prec. 1—4. r) Hoc *A.* s) *post corr.* alicubi *A, et ita* 1. 2. 4. t) sanct. Remacli 4. u) remotus *A.* v) *ita A.* 1—3; diutius 4. w) v. e. 4. x) *deest* 3, *ubi* intuentis. y) videret *corr.* viderit 1; viderit 2. 3. 4. z) mausolii 1. 2. 3. a) fulgor. 1. 2. 3. b) *nulla capitis distinctio A.* 4. c) Hlodouu. *radendo corr.* lodouu. 3. d) cognitum *A.* e) osten: *(littera erasa)* narrat 4. f) quomodo 3. g) *deest* 3. h) De — sanata *des.* 3, *ubi sequens caput* VII. *etc. Manu s. XV. in marg. suppl.:* 7. Quod quedam mulier ita muta fuerat, ut nec signum locutionis in ea cognosci potuisset ullum, ac sanata in festivitate pii patroni nostri. i) De quodam 3.

6.[a] Illud etiam non arbitror[b] reticendum, quid actum sit in loco qui ab incolis commanentium Dervum[1] nominatur. Huius rei talis fuit occasio quam narro. Erat enim abbatis[c] nostri[2], qui tunc temporis ambobus praeerat locis, permaximum omnino studium, ut in superius[d] denominato loco regularis cresceret cultus, quia ad eius usque tempora canonicis desudabant actibus[3], feceratque seniores[e] fratres ex nobis illic commorari[f], qui suaderent eis[g] omnem ordinem regularem firmiter tenendum ingiterque servandum.* His disciplinis intentis contigit adesse festivum piissimi doctoris nostri diem. Cumque adhortationibus rectorum eos docentium de actibus beatissimi cognovissent, una concordi animo vigilias devoti ex more spondent celebrem ducere noctem. . . . . . .[4]

7.[h] Interea non tacebo, quod quaedam femina nomine Hrotlindis ita muta permanserat. . . . . . .

8.[i] Praeterea in memoriam venit, quod quidam homo, prava animi voluntate deceptus, terram eius iniuste abstulit atque in suum dominium usurpare temptavit. Comperto vero nostri, quod talia ille iniquus praesumeret, corripiunt eum blandis huiuscemodi verbis, quia ei[k] non competeret contra sanctum Dei tam iniustam rem agere, ut ei res suas violenter vellet auferre. Ille autem nihil cunctatus, immo[k] ad terminos loci cum defensoribus suae partis adveniens, protestatus est[k] sub testificatione iurisiurandi falsorum testium, quod magis conveniret suae ditioni pars illius terrae quam partibus ecclesiae nostrae. Verum et inpraecatus est sibi ita[l] exprobrando: 'Sic subveniat[m] mihi in necessitatibus meis meritum

*) *Addere placet locum ex Miraculis S. Bercharii medio saec. XI. conscriptis*[5] *a monacho quodam Dervensi, qui haud dubie haec Miracula S. Remacli legit; Mabillon, Acta II, p.* 844 *sq.; Acta SS. Oct. VII, p.* 1019.

2. . . . Nam haud longe post transitum gloriosi martyris [Bercharii] exorta altercatione inter Regafredum Karolumque, qui ob nimiam et christianis temporibus antea invisam inquietudinem Martellus vocitatus est, innumeris militibus pene aporiatis, ecclesiae plurimae sunt ad nihilum penitus redactae, distributis earum possessionibus, mancipiis quoque ac sacerdotalibus vasis et rebus, secularia arma et intestina bellorum negotia tractantibus. Huiuscemodi perturbationis eventu compulsi sunt fratres supradicti Dervensis loci cum monastico habitu militaria arma arripere, decernentes proprio arbitrio sibi suisque posteris opprobriosae foeditatis dedecus adscribi, si causa talis exercitii paterentur se perpetuo privari possessionibus rerum variae oportunitatis, procuratione beati Bercharii eorum stipendiis diversis in locis delegatis. Hac occasione habitu potiti incongruo, primo a sacri ordinis tramite expeditionibus studendo deviare, demum ipsa etiam vestimenta propria velut armorum impedimenta monstruosa habentes, aegre pati coeperunt; sicque priori paulo melius adicientes consilium, spretis cucullis, clericalibus sese indumentis operuere, iudicantes, se decentius eo ornamento Deo omnipotenti, mundanis quoque studiis famulari.

3. Tali modo magnificentia ipsius loci facie mutata, pessumdari atque in deterius labi variis impulsionibus coepit, donec miseratione divina et meritis beatissimi protectoris nostri Bercharii rumor tantae proditionis attigit aures augusti Ludovici. Hic adeo omni bonitatis luce refulsit, ut iure proprium sibi Pii nomen adsciverit; cuius prudentissimis consiliis assidue intererant sacerdotes sanctissimi, abbates etiam religiosi, inter quos spectabilis vitae honestate omnisque scientiae probitate habebatur Odo abbas loci quem Stabuletum vocitatum anterioris textus descriptio[6] praelibavit, exstructum a sancto Remaclo pontifice, cuius conditioni felix martyr Bercharius quondam tradidit imbuendos primaevos flores suae adolescentiae[7], relinquens eo loci conspicuum memoriale proprii tirocinii. Cum itaque rex memoratus ecclesiarum Dei cultum variis tribulationibus depravatum satageret in melius restaurandum reformare, regalis decreto consilii supra nominato abbati curam delegavit Dervensis coenobii; quo eius industria quiret capessere idem locus alimenta et monimenta priscae institutionis ac nobilitatis, quam plurimam exstitisse, etiam annales regii testabantur[8]. Itaque domnus Odo abbas venerandus, memorandae operationis executione suscepta, pontificum ac coabbatum collegio fultus, praefatum locum adiens, irreligiositate[n] omni ab aevo proturbata, fratribusque sui ordinis strenuissimis inibi ordinatis, ecclesiae praedia sive xenia innumeris casibus profligata regia insimulque pontificum auctoritate, distributa etiam pretii maxima quantitate, usibus fratrum restituit, perquirens prisca privilegia imperiali ut decuit munificentia roborata, nec destitit, donec ad unguem polita cuncto Francorum orbi refulsit religio ipsius loci.

a) Capt 5. De homine contracto et ad festivitatem sancti sanato 4. b) esse *add.* 4. c) *n. a.* 4. d) superioribus *A.* e) seniore *A.* f) comor. *A.* g) illis 4. h) Capt 6. De femina muta in festivitate iam dicti viri Dei sanata 4. i) Capt 7. De quodam homine, qui terram eius abstulit, quomodo percussus Dei iuditio est 4. k) *deest* 4. l) talia 4. m) m. subv. 4. n) religiositate *ed.*

1) Montiérender (Moustier-en-Der; dép. Haute Marne). 2) Audonis et Hautonis et Odonis dicti, qui Stabulense coenobium c. a. 817—836. rexisse dicitur Gallia christ. III, col. 941 sq.; Catalogi, SS. XIII, p. 293, 33 annos ei tribuunt. 3) Cf. diploma Ludovici Pii d. d. 827, Febr. 12, Reg. Imp. I, nr. 813. 4) Idem miraculum narratur in Miraculis S. Bercharii c. 4, l. l. p. 845. 5) De Adsone abbate Dervensi quaedam ex hoc libello excerpta sunt SS. IV, p. 487 sq. 6) In superiori Vita [S. Bercharii auct. Adsone] nr. 5. de S. Remaclo mentio, nulla vero de Stabuleto coenobio. MAB. Auctor haec ex Vita S. Remacli § 10, Acta SS. Sept. I, p. 694, didicisse videtur. 7) Hoc tradit Adso l. l. 8) Nusquam in annalibus qui exstant hoc invenitur.

illius sancti, et[a] sic maneant capilli in capite meo vel pili in barba mea, quomodo ego recte dico et mea esse iudico'. Sicque ab ipsa[b] hora, sicuti ipse postulavit, sine capillis et barba glaber remansit. Nam subsecuta nocte egritudine oppraessus adeoque[c] est languore confectus, ut ungues eius vel pili corporis ab eo divellerentur, talique labore asstrictus, non solum terram, quam vi[d] tollere voluerat, reddidit, sed etiam duplicatam ex suo restituit. Attamen capillis et barba quanto supervixit tempore caruit.

. . . .

11.[e] Inseram quoque huic narrationi aliud miraculum, quod pluribus habetur notum, quia non plus ex hoc quam biennio constat impletum. Quidam etenim homo[f] nomine[g] Iungulfus a coniuge sua, quam aegritudo diuturna usque ad mortem perduxerat, postulatus est[h], ut fibulas argenteas pro absolutione sua ad locum beatissimi antistitis deportaret ibique pro ereptione suae animae deposceret. . . . . . .

12.[i] Nuper[k] igitur accidit, ut quidam ex familia nostra nomine Gotherus per somnium ab[l] spiritibus nequam vulneratus, surdus esset effectus. . . . . . .

(19) 14.[m] Igitur narrabo mirabile factum, quid de cuppa ipsius sancti acciderit, quae usque tunc apud nos neglegenter[n] tractabatur nec[o] digno, ut decebat, servabatur honore. Quodam namque tempore, dum fratribus annona a famulantibus vehiculis perferretur[p], sicuti mos est, praebenda constituta illis data, singulis cum ipso vasculo bibentibus, ad ultimum eorum qui Dominicus vocabatur cum venisset[q], minister defuit, qui pocula porrigebat. At ille huc atque illuc circumspiciens nullumque adesse denotans, abscondit vas in suam sarcinam, ut ferret ad locum destinatum; talique crimine asstrictus, voluit liber abscedere, qui iam divina virtute tenebatur ligatus. Nam[r] cum vellet cum suis sodalibus redire cum vehiculo ad domum suam, iunctis quattuor paribus boum, ita plaustrum immobile mansit, ut videres illud magnopere cuiuscumque rei mole[s] praegravatum. Correptis itaque semel bisque bobus[t], ita rigidi permanserunt, ut putarentur insensibiles nec omnino motum ullum penitus habentes. Percunctantibus namque sociis, quid illi contigisset, confessus culpam, vas, quod iniuste auferre voluerat, cum maximo maerore reddidit. Statimque boves libero gressu, absolutione sibi data, currere viam qua venerant alacres coeperunt. Post hoc repositum vas in magna custoditur diligentia, quousque fama vulgante causam huius facti audiens venerandus Airicus Indae[u] monasterii abba, magno conamine praecum postulatam a nobis accepit cuppam; quam in tantam diligentiam servat, ut eam ex auro fabricare iusserit[v] cum catenis argenteis in memoriam beati viri, et ante sepulturam sanctissimi Hermetis martyris dependere fecit, quem ipse pater 851. benignus pio labore iussu Hlotharii imperatoris augusti a partibus Romanae ecclesiae honorifice sumptum[1], cum maximo veneratur[2] honore thesaurum sibi commendatum. Hac ergo relatione comperta, requirit diligenter, si haberentur penes nos conscripta haec aliaque ostenta, quae per meritum[w] servi sui operatus sit Deus. Cognito vero, quod nostra incuria vel neglegentia poene in oblivione manerent, nullatenus stilo[x] commendata, repraehendere sive arguere nos prudenter studuit, quod non recte ageremus; ut quod apud nos erat revelatum aliis quoque ignorantibus fieret lucidum, precibus omnibus seu suo imperio parvitatem nostram commonuit, ut ei transscribere curaremus. Huius itaque parentes iussionibus, confisi de obedientia nobis iniuncta, adgressi sumus hoc opus prout potuimus, non ut voluimus[y] et sicuti dignum erat, perficere. Unde si minus[z] sermo habetur incultus, imperitiae magis quam voluntati est deputandum. Hoc maxime studentes[a], ne vel alia poneremus quam quae ab his qui viderant didicimus vel quae ipsi per nosmet ipsos probavimus.

Nunc itaque, optime pastor, suscipe a nobis iniunctum tuae caritatis[b] officium ac, sicuti pollicitus es, nescientibus tribue relegendum. Sufficiant haec tibi pauca de pluribus, ne[c] fidem rerum dictorum copia plurimorum valeat inpedire. Si enim omnia quae per eum Dominus dignatus est ostendere poneremus, magnam prolixitatem lectoribus tribuere videremur. Sed haec pro[d] memoria in brevi conpraehendimus, ut de his et cetera facilius, inmo liberius, conprobemus[e].

a) vel 4. — sic *deest* 1—3. b) h. i. 4. c) que *deest* 4. d) vim *A*. e) Capt 10. De homine ceco per virtutem confessoris liberato 4. — *Quaternione evulso, desunt pars cap.* 10. *et omnia sequentia usque ad cap.* 7. *libri II.* 3. f) *deest* 1. g) n. I. *post superscr.* 4. h) *deest A*. i) Capt 11. De homine surdo et in somnis viri Dei virtute sanato 4. k) *littera initialis* N *deest ut in plerisque capp.* 1; Super 4. l) a 4. m) *hunc ordinem hoc caput in solo cod. A occupat; in codd.* 1. 2. 4 *quinque alia capita ante hoc inserta sunt, quorum unum (cap.* 15) *in A post hoc sequitur, ubi reliqua non inveniuntur. Apposuimus in marg. numeros capitum codd.* 1. 2, *quem ordinem et in* 3 *fuisse ex indice apparet. In* 4 *idem est ordo ac* 1—3, *sed numeri capitum uno minores, ubi ab hoc capite (ibid.* 18) *rubricae, quibus spatium vacuum relictum erat, non suppletae sunt.* — Igitur — serv. honore *ad praecedens caput tracta* 4. n) tr. negl. 4. o) ne 1. p) perferetur 1. q) et *add.* 4. r) Cum enim 4. s) molē 1. t) bubus 1. u) inde *A*. 1. 4. v) iussit *A*. w) merita 4. x) scripto null. comm. 4. y) volumus 1. z) *ita omnes codd., unde apparet, vocem* incultus *hoc loco non vim habere* non cultus, *sed* cultus. a) deputantes 4. b) caritati (kar. 1) 1. 2. 4. c) nec *A*. d) in 4. e) *hic desinit prima manus A*.

1) Cf. Sigeb. a. 851, SS. VI, p. 340: *Reliquiae sancti Hermetis martyris per Lotharium imperatorem in Gallias mittuntur et apud Indam monasterium honorifice conduntur.* Eodem anno reliquiae eiusdem Iuvavum translatae sunt, supra p. 410. 2) A. 860. reliquiae S. Hermetis Rothnacum translatae esse dicuntur; cf. Acta SS. Aug. VI, p. 149; Gesta epp. Camerac. I, 76, SS. VII, p. 429.

ADDITAMENTA.

15. In[a] pago Mosellacensi[b] praedium quoddam Marancum[1] nuncupatur, ubi aliquando[c] quidam (17) commanentium graviter[d] hydropicum incurrerat morbum . . . . repromissum continuo sanitatis munus recepit. At ille non inmemor voti, vineam, quam sposponderat, tradidit, atque ita incolomis cum gratiarum actione ad propria repedavit. Cum non post multum tempus isdem vir, securus iam ab aegritudine redditus, coepit infelix, ut mos rusticorum habetur, census sui diminutione dolere, ac diabolico actus instinctu, datam sancto confessori vineam praesumpsit in usus proprios[e] revocare, collectoque ex ea fructu, liquamen de more exprimit ac in prumptuario futurum suae salutis dispendium recondit. Qui mox divino perculsus iuditio, ab eodem rursus languore corripitur. . . . . . .[f] Ita facto voto de vinea[g], quod non ultra praesumere debeat talia, vir, qui vestigiis deductus venerat alienis, laetus ad sua regreditur propriis. Huius rei testis est ipsa vinea, quae in praedicta villa a nobis ex omnibus possidetur sola, testes etiam, qui eandem excolunt, praedicti viri parentes, atque in tantum res habetur cognita, ut poene tota testis sit patria.

[16.[h]] Villam in pago Falminensi sitam vocabulo Marcam[2] ferunt incolae in dotem ecclesiae[i] (14) monasterii nostri cessisse. In ea igitur nuper, agente oportunitate, oratorium ab indigenis extrui parabatur; sequente vero votum[k] effectu, opus initur[l], conlatoque divinitus auxilio, tota in brevi fabrica, lignea quamvis materia[m], consumatur. Quo facto, sacerdotem populi de more ad benedicendum invitant, prius tamen a monasterio beati[n] Remagli pignora, quo eius sacraretur de nomine[o], dari sibi petentes[p]. Annuitur itaque a fratribus fideli petitioni. Condictoque benedicendi die, per sacerdotem nomine Goderamnum[q] expetitae beati viri reliquiae obviam pontifici[3] diriguntur; a quo veneranter exceptae ac[r] loco competenti sunt decenter aptatae. Expletisque de more vigiliis ac ceteris huic ritui congruentibus, ubi ventum est ad altare tegendum, matrona quaedam venerabilis nomine[s] Grimuara, cuius ea maxime gerebantur instinctu, linteum, quo sanctum operiretur altare, deferens antistiti, illud sub testificatione porrexit, ne aliquando inde nisi lavandi gratia removeretur[t]. Quod ut sibi quoque relinqueretur gerendum, pietatis affectu expetiit, credens sibi futurum subsidio, si quid servitutis confessori impenderet[u] sancto. Omnibus itaque rite peractis, discessum est. Post non multum vero temporis sanctimonialis, quae ibidem sese[v] ad serviendum devoverat, aliquorsum ire parans, diabolica, ut post claruit, instigatione oblita propositi, pallam, qua[w] praedicta materfamilias altare texerat, sustulit, ac capiti[x] superposita, quo[y] disposuerat tetendit. . . . . . .

[18.[z]] Villa est super fluvium Mosam sita, nostrae[a] ditioni subiecta, Calcus vocitata. In ea igitur, (16) eo quod piscatura sit habilis, ante moris erat[b] monachum a monasterio statuere, de cuius non dubitaretur fide, vita pariter et conversatione; qui circa piscationem sollicitus, quae Domino largiente caperet certo fratribus tempore dirigeret vel deferret[c]. Quadam ergo vice cuidam grandevo fratri nomine Leutfrido hoc offitium deputatur; qui cum per annotinam[d] revolutionem in opere sibi[e] desudaret iniuncto, secundus valde, ut assolet, pia studia sequebatur proventus, in tantum ut copiosam plerumque monasterio piscium destinaret capturam. Contigit autem aliquando beati Remagli[f] de more[g] diem festum adesse, quam ob rem praedictus senex magnopere studet agere, ut suffitientes collegis pisces ad refitiendum valeat exhibere. Fit itaque frequens ad lapsum[h] recursus, retia trahuntur, sagenae mittuntur, cunctaque piscandi genera instruuntur[i], sed nullus omnino piscis capitur, negata sibi, ut reor, conprehendendi[k] facultate divinitus. . . . . . .

[19.[l]] Quidam ab exortu surdus pariter factus et mutus, aliis quidem ridiculum, suis vero dolorem (18) inferebat continuum. Quem altum parentes, merore pariter et pudore compulsi, mendico cuidam tradunt, ut cum eo loca sacra circumeundo cotidianum sibi victum per illum a devotis adquirat, donec, superna visitatus gratia, cuiuslibet sancti meritis negatam diu mereatur consequi sanitatem. Evoluto itaque non parvo temporum curriculo, perlustratis compluribus sanctorum habitaculis, ad nostrae tandem mediocritatis locellum utrique deveniunt. Quibus de more in xenodochio exceptis per dies ferme octo victui necessaria pietatis intuitu subrogamus. Mos vero baiuli habebatur, ut, soporato languido, sese ab eo clanculo subducens, interim quo necesse habebat exiret; alias ab eo nunquam patiebatur sequestrari, solo agnitionis sensu eidem divinitus reservato. Dies autem adventus dominici agebantur. Contigit ergo una dominicarum noctium, quae a nativitate erat octava. . . . . . . Atque ita, pulsatis denuo signis omnibus, ad laudem nos Domini convertentes, ymnum *Te Deum laudamus* clara voce concinimus[m]. Post hoc autem cybo potuque sumpto, in tam perfectum valitudinis robur evasit, ut ad agendum quodlibet

a) *alia manu pergit A;* Capt 16. De homine egro qui vineam tradidit sancto Remaclo et sanato 4. b) Masaliacensi 1. 2; Mollenlac. *post corr.* Mosellac. 4. c) aliquandiu 2; *deest* 4. d) *deest* 4. — ydrop. 1. 2. 4. e) proprius 1. f) *in omissis desinit A verbis* Deo esse mentitum, *sequenti folio evulso.* g) venea 1. h) De sanctimoniali femina que linteum de sancti Dei altare tulit, quomodo ei actum est 4. i) nostrae eccl. 4, *ubi* mon. n. *des.* k) voto 2. l) finitur 4. m) materie 1. n) sancti Remacli 4. o) none 4. p) petunt 4. q) Goderannum 4. r) a 1. 2. s) n. Gr. *des.* 4. t) tolleretur 4. u) s. inp. 4. v) se 4. w) quam 1. 4. x) capite 4. y) quod 1. z) Capt 15. De monacho Leutfrido, pisce mirabiliter accepto 4. a) sub. n. d. 4. — dictioni 1. b) *in marg. suppl.* 4. c) afferret 4. d) annotina 1. — resol. *post corr.* revol. 4. e) des. in. s. 4. f) Remacli 2. 4. g) de m. *des.* 4. h) *expunct. et ead. manu superscr.* lacum 2. i) instruntur 1. k) comprębendi 4. l) Capt 17. De homine surdo et muto a nativitate, quem virtus sancti viri liberavit 4. m) concinnimus 1.

1) Maring, praef. Bernkastel, ad fluviolum Linser. 2) Marche-en-Famine in provincia Luxemburgensi Belgii. 3) Leodiensi, in cuius dioecesi locus ille situs erat.

opus nemo posset eo promtior inveniri. Verum sermonem adinstar pueri aliis, proloquentibus, ita addiscebat, ut nihil aliud diceret quam quod ante pronuntiatum ab alio esset. Unde manifesto parebat inditio, nec audisse eum prius nec locutum fuisse. Tanta autem amoris flagrantia beato confessori uterque, ductor scilicet ductusque, inhesit, ut per triennium pene apud nos demorati, acceptis stipendiis, cum reliquis loci executoribus deservirent. Quae res in tantum claruit, ut[a] venientem ibidem regem non latuerit; qui protinus accersiri hominem fatiens, sibimet prandenti assistere iussit, atque eotenus in eo viri sancti est veneratus virtutem, ut ei aures et ós ipsosque etiam deosculatus fuerit oculos.

EX MIRACULORUM S. REMACLI LIBRO II.

[Quia[b, 1] otium et silentium hactenus in discendo consumpsi, abbatum serenissime[2], nanciscor nunc occasionem in honestum negotium vertere acceptumque a te post Deum doctrinae beneficium, quam perspicaci ingenio floreat, tuo purissimo iudicio commendare. Iussus namque sum recenti tempore gesta sancti Remacli describere, quod adorsus sum presumptione tuae fiduciae, sic moliens devotionem veritatis fide librare, ut non alia inseram nisi quae visu et vera fidelium didici relatione. Et quoniam tibi inprimis malo representare, quaeso, ut ita me absolvat petitio veniae, ut non confodiar stimulis derogationis et ignominiae; non enim examen opusculi in publicas aures audet prodire, nisi, ut dignum et iustum est, prius nitatur tua deliberatione et sincerae caritatis integritate. Nosti quidem, domine, quia multitudo disciplinae insolens ipsa sibi est impedimento nec per se stabili constat monimento, nisi alieno fulciatur arbitrio. Quod diligenter attendens, tuae auctoritati potissimum devoveo, quam in presentem et futuram utilitatem celeberrime summa invexit ingenii claritudo. Pristinam adhuc tuam benevolentiam a te mihi precordialiter sepe impensam recolo, diuturnum affectum specto, quem, remuneratione gratiae dum me fovisti, nec amputasti zelando nec horruisti fastidiendo. Et ideo, quia adhuc me arbitror eodem beneficio tecum vigere, si quid in hoc opusculo excessi, tibi habeo imputare, qui tantum de te suasisti fidere, ut secundum apostolum timorem foras mitteres perfecta caritate. (1. Ioh. 4, 18.) Ad hoc etiam non ambigo pretium fidei tuae in hoc me fenerari, quia, si tibi nimius pudor fuerit monachi discipuli, habes adhuc arenam tui studii, ubi sui exerceas palestram ingenii. Debita quidem tuis meritis respice, domine, et paululum a scripturis celsioribus vacans, huic lucubratiunculae te libenter impertire. Res namque mundialis varias vices quaerit habere et continuam et infractam virtutem quietis mutatione facilioribus quandoque gestit laxare. Nihil vicissitudine studiorum officiorumque est iucundius, nihil devotione, quae inter pericula custoditur, gratius. In hoc quidem est mihi formidolosior suspectio, quia rudis adhuc sum ingenio, aetatis reverentia careo, indeque me maioris temeritatis arbitror notandum elogio, nisi tuae tuitionis confirmet commendatio. Ideo ad adminiculum meum te concede, tuo consecra examine, supervacua reseca, hiantia supple, errata reprehende, commode dicta mira alacritate suscipe! Si in hoc mihi fidem accommodaveris et angorem meum benignitati commendaveris, ad maiora molienda tuo negotio profutura excitabis. (1 Petr 4, 10.) Ait quoque prescriptus apostolus[3]: *Unusquisque quam accepit gratiam in alterutrum debet administrare* et cetera. Hinc etiam oratorum maximus[4]: *Fructus enim ingenii et virtutis omnisque prestantiae tunc permaximum capitur, cum in proximum quemque confertur.* Itaque fructus doctrinae tuae tunc illustrius decoratur, si sollertia discipulorum tuorum ad evidentiam multorum domestico lepore attollitur. Quod misericordia Christi concedat, pietas annuat, ut eorum superstes fama sic tibi consulat, ut terrestri ac caelesti gratiae meritis inclitis conciliet. Amen.]*

*) *Cod. 3ª add. capitum indicem, quem ex editione Veldii repetimus; exstabat haud dubie olim in cod. 3, ubi haec erulsa sunt.*

1. Dum Danorum gentem fugimus, in nocturnis horis in montem[c] Alnos nuncupatum lumen in modum igneae columnae descendit super sancti loculum ad viam monstrandam.

2. De Boviniaco villa prius revertentes, ad Calcum villam devenimus, in qua lues hominum, quae emerserat, sanatur, et puella paralytica sanatur.

3. Quod eandem gentilitatem fugientes, dum Lonniam castellum venimus, insana mulier ibi curatur.

4. Item fugientes Capremontis castellum intravimus, sed dum revertimur, lucernae, quae ante loculum sancti portantur, frequenter divinitus reaccenduntur.

5. De quadam muliere paupercula contracta et sanata.

6. De Lonnia castello revertentes, ad Ledernau fiscum devenimus, loculumque sancti in ecclesia posuimus, in qua caelitus lumen nocte descendit, et campanae ultro sonuerunt.

7. De quadam contracta puella, a Langobardia delata, sanata.

a) *deest* 1. b) *hic prologus deest codd.* 1. 2. 4; *damus eum ex editione sumtum ex cod.* 3ª; *exstabat vero haud dubie in cod.* 3, *ubi haec cum reliquo quaternione eruta sunt.* c) monte *ed.*

1) Hic prologus non est eius auctoris qui priorem partem libri II. (c. 1—4) composuit; sed eius qui saec. XI. miracula diversis auctoribus scripta in unum hunc librum collegit et capita 10—20, ut videtur, addidit. Cf. praef. p. 432. 2) Bertrannum abbatem (a. 1007—1020) eum alloqui, conieci supra p. 432. 3) Immo alius. 4) Cicero in Laelio de amicitia c. 19.

1.[a] Igitur Karolo tertio caesare summam[b] rerum agente, anno dominicae incarnationis 883[1], (881.) nostris, ut credo, malis divina usquequaque exasperata clementia, gravissimo atque inexperto, quamvis merito, nos vel iussit vel permisit addici flagello. Siquidem pestifera ac seculo omni invisa Danarum[c] gens e vagina patrii soli emergens, classem preparat copiosam, qua oceanum permeans, Francorum ex inproviso terminos occupat, universamque perlustrans provintiam, nonnulla caede afficit, quaedam igne succendit, cuncta vero simul[d] pessumdat et diripit iuxta illud propheticum: *Ab aquilone*[e] *pandetur malum super habitantes*[f] *terram*, (Ier 1, 14.) et alibi: *Ecce populus venit de terra aquilonis, et gens magna consurget a finibus terrae. Sagittam et scutum arripiet, crudelis*[g] *est et non miserebitur, ait Dominus* (Ier 6, 22 23) et cetera. Transmosana itaque regione omni fere ad internitionem usque populata, ad amnem[2] venitur; eo quoque, nemine obnitente, transmisso, Arduinnae saltus irrumpitur totusque barbarorum preda[d] efficitur. Subvertuntur denique villae, cremantur oppida, regalium quoque domatum culmina ipsaque prorsus monachorum destruuntur coenobia. Nec absistitur a coepto, donec nostrum quoque[h] sibi vindicet[i] locum repentina vastatio. Quadam vero[k] lunari accessione noctu enim maxime feralis ille impetus saeviebat iuxta dominicam vocem, quia[l] odit lucem prava gerens, et 'haec', inquid, 'vestra est hora et potestas tenebrarum' (Ioh. 3, 20. Luc 22, 53.) —, explorata[m], ut post effectus docuit, loci qualitate, eo quod undecumque saltu cingeretur inspecto, ne quisquam posset evadere, occulte nos moliuntur appetere; quod et[n] omnino fieret, nisi nutu divino ac patroni merito id nobis paulo ante innotuisset. Una namque dierum[3], sole iam occasum petente, nuntius venit, qui lapsus[o] fuga, ab hostibus sese urgeri[p] proxima insecutione fatetur. Tum[q] metu perculsi, protinus, accepta dominici confessoris nostrique pii[r] protectoris Remagli[s] gleba, fugam tametsi serotinam inivimus. Cumque metu simul ac[t] merore anxii caecum sub tempesta nocte iter carperemus, conscenso proximi[u] montis vertice, in locum[v] monasterio contiguum Alnos nuncupatum devenimus. Ubi cum paululum respirandi gratia substitissemus, mirum dictu, inmensum caelitus lumen in modum columnae igneae descendisse[w] super loculum, quo sanctissima menbra ferebantur, conspeximus[r]. Quod quidem maxime[x] lunarem claritudinem[y] proprio[r] anteibat[z] fulgore. Quid vero inditii portenderit, sapientum[a] relinquitur examini. Unum hoc a nobis non ambigitur, quod ibidem constat experimento fore[b] probatum. Cum enim, ut plerumque hiemali assolet tempore, pernimius tunc algor ingrueret, tam[c] de linifico interim sumus[d] calore vaporati, ut videremur esse sub luce vernali. Ita alternis nos vultibus contuentes, voce in faucibus herente, stabamus attoniti, nil fantes[e], finem[f] rei prestolantes: cum post unius ferme[g] horae spatium, unde processerat, superum lux eadem visa est repetere caelum. Nosque a loco dimoti, continuo quo tendebamus celeri gressu perreximus. Quod ne cui confictitie dictum esse[h] videatur, meminerit, quomodo ignis hic misticus beato Martino missarum sollempnia celebranti, Brachioni quoque abbati ac monacho oranti apparuisse legatur[4], et quid prorsus mysterii gerat, si valet, discutiat. Mihi hoc dixisse confidenter suffitiat, quia nonnisi fidelibus umquam magnique meriti viris prodatur nec nisi certis pro inditiis appareat. Huius autem narrationis tot extant utriusque ordinis stipulatores, quot[i] tunc ibidem constat fuisse presentes. Quia vero nonnulla me promiseram viri sancti texturum miracula[5],

8. De quodam custode ecclesiae, qui immundum se circa pignora sanctorum exhibebat.
9. Quidam servus de fisco Brattis contractus in monasterio, sed mox sanatus.
10. De quodam servo, qui super aram sanctae Dei genitricis Mariae bratteas argenti tabulae affigendas furatus est, sed insanus cum daemonio interiit.
11. De alio, qui similiter fibulam auream super idem altare furatus est, sed similiter a daemonio invaditur, sed postea sanatur.
12. De Lamberto fabro, cui brachium restitutum est.
13. De puero manibus contracto ac sanato.
14. De alio caeco illuminato.
15. De quodam cui baculus manibus adhaeserat feria tertia rogationum, sed in proxima dominica curatur.
16. De quadam matrona a Falminensi pago omnibus membris arida et sanata.
17. De quadam de Glengou similiter arida et sanata.
18. De quodam aegroto, misero languore contracto, sed sanato.
19. Quod turris cecidit, sed in ea dormientes non oppressit.
20. De quadam puella novem annis dira peste macerata atque contracta, sed in dedicatione ecclesiae sanata.

a) *numeri cap. des.* 1. 2. 4, *spatiis vacuis rubris inserendis relictis* 4. b) r. s. 4. c) *ita omnes codd.* d) *post superscr.* 4. e) aquilo 4. f) inhabit. 4. g) cr. est *des.* 4. h) *post in marg. suppl.* 4. i) vend. 4. k) ergo 4 l) qui 1. 4. m) exquisita 4. n) quo et *corr.* quod et 1; et *deest* 2. o) f. l. 4. p) urgueri 2. 4. q) Tū *radendo corr.* Tu 1. r) *deest* 4. s) Remacli 4. t) et 2. 4. u) proximo *post corr.* proximi 4. v) loco monasterii 4. w) descendisse *corr.* descendit 4. x) maximo 4. y) claritatem 4. z) ante fulg. ibat *corr.* anteibat fulg. 1. a) sapientium 4. b) *post superscr.* 4. c) tandem lenif. 2. d) c. s. 4. e) loquentes 1. f) finemque 4. g) fermę hore 1. h) *deest* 4. i) quod 1.

1) Minime a. 883, sed anno 881, Dec. sequentia gesta sunt; cf. Regin. Chron., SS. I, p. 592; Ann. Fuld., SS. I, p. 394; Ann. Stabul., SS. XIII, p. 42. 2) Mosae. 3) Dec. 6; cf. Ann. Stabul. l. l.: *Corpus agii Remagli educitur ex tumulo 8. Idus Decembris.* 4) Gregor. Turon. Mirac. In gloria conf. c. 38, SS. Merowing. I, p. 771 sq. 5) Haud dubie in prologo perdito; cf. praef. p. 431.

hinc prima censui sumenda esse[a] exordia, illud primum memoratu dignum haberi[b] existimans, quod suos, qui eum secuti fuerint[c], ita inlesos inter tot persecutionum servaverit[d] discrimina, ut neminem pene horum hostilis mucro peremerit, qualinus libere[e] dominica valeat voce clamare: *Quos dedisti mihi, non*[f] *perdidi quenquam eorum.* (Ioh 18, 9.)

(882.) 2. Insequente vero[g] huiusmodi exagitationis[h] procella, patria compulsi sumus relinquere arva et petere aliena. Siquidem Porcinensem ingressi comitatum, ubi tunc nonnulla videbatur haberi quies hostium, in villa quadam[i] iam dicti patroni nostri Remagli[k] nomine Boviniaco sedem cum beato eius corpore fecimus, donec, proturbatis[l] ab augusto hostibus, pacem patriae nostrae redditam cognovimus. Nec tamen virtutem sancti penitus ibidem[m] fuimus inexperti. Nam comitante nos sanctarum eius precum suffragio, cunctorum iugiter suffitientiam bonorum consequebamur a Domino. Ut primum igitur supernae intuitu pietatis optata diu tranquillitas finibus est tandem reddita nostris, nil morati, ilico alacres ad propria nitebamur reverti, cum interim dolendum accepimus nuntium, universum scilicet locum nostrum voraci flamma esse consumptum. Innovatur itaque[n] dolor, suspiria longa trahuntur[o], lacrimaeque in communi funduntur, ac quid nobis sit agendum, quo scilicet[p] eundum vel ubi residendum, penitus manet incertum. Inito tandem consilio, quoddam statuimus adire prediolum supra Mosam amnem situm vocabulo Calcum, quod pene solum ab ea[q] vastatione intactum divina nobis manserat providentia reservatum. Sed magna in eo hominum[i] lues emerserat, ita ut, defitientibus nonnumquam humatoribus, atque humandis morte urgente[r] imminentibus, duo vel tres, quod etiam dictu turpe est, in uno plerumque ponerentur sepulchro. Quae res nos[s] non parum exterritos denuo statuit[t] in ancipiti, dicentibus quibusdam, satius esse exulatus aerumnas alicubi perferre vivendo quam illo pergere, ubi constet[u] omnes simul occumbere morbo; aliis autem contra respondentibus, nullum cuiquam prorsus fore evadendae mortis perfugium[v], quem ea constiterit peste finiendum; quin magis de virtute confessoris fisos, ad locum destinatum accedere oportere intrepidos. Inter ista vero ambiguitatum discrimina iter carpitur, ac quo tenditur[w], opitulante Domino, celeriter pervenitur. Mira dicturus sum, sed fidem adhibeat qui Deo nihil esse[x] inpossibile credat[y]; ceterum qui hoc diffidit, infidelem se omnimodo esse ostendit, cum hoc non concedat[z] Domino, quod fideli repromissum legitur[a] servo: *Si credis*, inquid Dominus, *cuncta possibilia credenti;* (Marc. 9, 22.) itemque: *Qui credit in me, opera, quae ego fatio, ipse quoque fatiet et maiora horum fatiet, quia ego ad Patrem vado.* (Ioh 14, 12.) Ab ingressu igitur nostro ita omnis illa pestis sancti viri succubuit meritis, ut qui necdum experti morbum fuerant ulterius non incurrerent, qui vero inciderant plurimi[b] convalescerent, cum id ante certum haberetur, ut, quem languor invaderet, de vitae tantum exitu cogitaret. Aliquanto[c] itaque tempore in eodem morati[d] sumus loco, eo quod ad monasterium nullus posset esse accessus, propulsis inde hostili infestatione[e] incolis, cunctaque[f] solis possidentibus favillis. . . . . . .[1] Porro nativitatis dominicae tempus (Dec.) advenerat, quam in locum agere proprium animus disponebat[2]. Nam quaedam iam inibi tecta[g] a nostris fuerant prepositis reparata, quae nos utcumque excipere[h] poterant revertentes. Itaque[f] horum nos necessariam[i] coartationem super aliorum nocivam eligentes spatiositatem, sublato nobiscum patroni corpore, discessimus. Cum non longe post beati viri nostrumque simul recessum, puella in eadem infirmitate perseverante, nocte quadam cuidam viro in villa contigua vocabulo Gevelio[3] manenti persona venerabilis canitie[k], effigiem gerens clerici, per visum apparuit itaque adorsus est: 'Vade', inquid, 'ad Calcum et dic illius puellae genitrici, quae in atrio aecclesiae excubat' — erat enim matricularia et editua —, 'ut lotam diligenter puellam in aecclesiam deferat ac coram altari deponat, donec ibi sancti Remagli[l] confessoris virtutem experiatur'. . . . . . . (883. Ian. 1.) Dominicae vero circumcisionis nocte iuxta eandem speciem qua se viro ostenderat eadem persona puellae apparet. . . . . . .

3.[m] Alio itidem tempore compulsi eadem gentili insecutione[n], a monasterii tristes egredimur habitatione, sumptoque[o] nobiscum omnium laborum solatio, beati scilicet Remagli corpusculo, quoddam castrum super[p] Urtae[4] alveum locatum Longiam[q] nomine aliquandiu in eodem moraturi intramus. . . . . . .

4. Per idem tempus cum a Capremontis[5] castello, quod Nortmanica[r] nos intrare compulerat infestatio, pacem Domino favente indepti[s], una cum beati Remagli corpore fuissemus reversi ad villam quandam vocabulo Solimanniam[t, 6] aliquantulum gustaturi divertimus, locatisque in basilica de[u] more viri[v] sancti reliquiis, premissa competenter oratione, festini ad refitiendum accessimus. Siquidem dies festus patroni[7] imminebat, qui nos reditum quantotius accelerare[w] cogebat. Soluto itaque ex his quae

a) c. sumere 4. b) fore 4. c) fuerant 4. d) salvaverit 4. e) voce d. val. l. 4. f) q. non p. 4. g) nos *add.* 4. h) perturbationis 4. i) *deest* 4. k) Remacli *h. l.* 2; *deest* 4. l) perturb. 4. m) dem *post suppl.* 4. n) denique 4. o) trauntur 4. p) quove 4. q) hac 4. r) urguente 2. s) non p. nos 4. t) stravit 4. u) constat 4. v) profugium 4. w) tendebatur 4. x) *post superscr. post* inposs. 4. y) credit 4. z) conce, dat *alio atram. superscr.* 1. a) creditur 4. b) *post superscr.* 4. c) *novum cap. incipit* 4. d) commorati 4. e) insectatione 4. f) que *post add.* 4. g) iam *iterum add.* 4. h) recipere 4. i) necessaria 1. 2. — cohartatione, h *expunctum* 2. k) canitię 1. l) Remacli 4, *semper.* m) *hoc caput post sequens positum est* 1. n) isecut. 1. o) suptoque 4. p) supra 2. q) Lonniam 2. r) Normannica 2. 4. s) indēpti 4. t) Solomanniam 2. u) de m. *post superscr.* 4. v) s. v. 4. w) accelare 4.

1) Omissa, quibus de puella paralytica relatum est, nihil continent memoria dignum, ni forte: *macerae dulcoramen, quod bracisam rustici nuncupant, sumebat.* 2) A. 882, Nov. 13. Carolus III. imp. monasterio Stabulensi fiscum Blandonium *ad restaurationem ecclesiae quae est in honore Petri apostolorum principis dicata* donavit; Böhmer, Reg. Car. nr. 948. Mense Decembri a. 882. igitur post unius anni exilium monachi reversi esse videntur. 3) Givet ad Mosam. 4) Ourthe. 5) Chèvremont collis prope Leodium, sub quo Vaux-sous-Chèvremont. 6) Soumagne (arr. Liège, cant. Fléron). 7) Sept. 3.

in promptu[a] habebantur ieiunio, resumptis beati viri pignoribus, residuum itineris[b] explicare contendimus. At[c] ubi paululum ab oppido[d] digredimur, prosequente nos non[e] parva virorum pariter mulierumque[f] caterva, divina nobis caelitus apparuere miracula. Nam cerei candelabris[g] superpositi, qui ante loculum ferebantur pontificis almi, paulo[h] quidem ante vi flaminis[i] extincti, repente deifico sunt lumine re-
5 accensi[k]. . . . . . . Expletis itaque reverenter[l] divinis laudibus, viam laetabundi carpimus ac, Domino iter regente, oblatis inlesi sub omni celeritate restituimur sedibus.

His[m] et aliis compluribus virtutum declaratur insignibus, quanta a Deo gloria muneratus confessor beatissimus feliciter eniteat in superioribus, qui tam prestabiliter miserorum casibus subvenire prevalet in inferioribus, humiliter cum fide postulatus, auxiliante Deo et salvatore mundi Iesu Christo, cui est
10 honor, virtus et fortitudo, laus, potestas et iubilatio in omnia[n] seculorum secula. Amen[o].

ADDITAMENTUM

codd. 2. (3). 4.

[5.] Inseram[p] huic narratiunculae aliud etiam factum mirabile . . . . nullius egens sustentationis auxilio. Amen[q].

15

ADDITAMENTA

codd. 3. 3[a].

[6.] Est* nobis fiscus Ledernaus[1] nomine, inconvulsa adhuc sodalitate nostrae mancipatus prebendae, in quo constat aecclesia sancti Simetrii et ceterorum virtutibus celebris, fama illustris. Igitur dum castello Longia aeque nobis subiecto recessimus, quia nobis erat commodum, ad eundem[r] fiscum
20 hospitii gratia divertimus. Baiulabatur quidem nobiscum divina miseratione collatum pretiosum corpus patroni nostri Remacli, quod in suprascripta aecclesia ea nocte decernimus, custodibus adhibitis, conservari. Et ecce, cuidam e fratribus, qui vigilias in eo ducendo exercebat negotium animae, divino beneficio concessum est videre tale manus caeleste. . . . . .

[9.] Congruum[s] videtur et illud inserere, quod fidelium plurimorum didici relatione. In fisco
25 Brattis[2] nomine cuiusdam senioris servus[3] manebat tam inconsulta pervagatus temeritate, ut familiam aecclesiae nostrae multimoda vexaret incommoditate, et quanto maiori affectu in domini sui gratia inherebat, tanto efficacius ad incrementa contumeliarum proficiebat. In hac igitur pertinaci stulticia diu perseveravit, ocia et negocia contrivit, nihil sancti nec pensi habuit, nec alicuius ex hoc correctio in cordis eius aure convaluit. Accidit autem, ut festivitas patroni nostri Dei confessoris instaret, atque ad *Sept. 3.*
30 celebritatem eius frequentia utriusque sexus ac diversi ordinis, ut moris semper erat, pia devotione comitante, se conglobaret. Affuit etiam prescriptus familiae adversarius, improbis adhuc fluctuans moribus atque aliqua poenitentia nondum resipiscens a perversis conatibus. . . . . . . Igitur plebis fremitu sedato a prudentioribus, nos cum Odilone abbate nostro[4] accersiti convenimus, et postquam seriem vitae suae et factionis a vicinis suis et a nostris vero relatu cognovimus, non quaquaversum sententiam trutina-
35 vimus, quia mercedem sceleris sui solvere divinitus pensamus. . . . . . . Tunc dominus eius nolens eum amplius suo mancipari obsequio, ad altare eius tradidit retinendum iure legitimo, iuste perpendens, inibi ei merito persolvendum servitium, ubi noverat eum iustae severitatis disciplina a pestifero errore revocatum.

[10.] Subsequitur aliud memorabile, quod proditum ratione in multorum cordibus precipuo valebit vigore disciplinae. Coaggerata est argenti copia abbatis et ministrorum suorum industria, cum qua com-
40 muni coniventia[t] ad decorem domus Dei ante quandam aram tabula ingens erat vestienda. Igitur opus initur, fabris ad excudendum conceditur, summa ope ad perficiendum agitatur, nec ea moles operis inani studio defluebat, sed ex voto atque sententia prudenti artificio procedebat. Interea contigit, ut laminae

*) *In cod. 4 hoc miraculum mutatis verbis narratur c. 9:* Virtutibus supra mirabiliter digestis quae pro sanctissimi confessoris Christi dignitate industria ostensae sunt, parumper alias addere conabor.
45 Siquidem in regressione fratrum a loco redeuntium qui dicitur Longia, gestantes secum beati viri soma, qui ipso die venturi erant ad villam quae recto nomine nuncupatur Ledernaus, ubi illa nocte in aecclesia subsistentes, in qua ante gallorum cantum uni ex fratribus et altero famulo iuniori suo visum est splendor mirabilis *etc. — In cod. 3 c. 6. cum praecedentibus evulsum est, quod ex editione Veldii* (3[a]) *supplevimus.*

50 a) pruamptu 1. b) iteris 1. c) Ad 1. d) obpido 2. e) non p. *des.* 4. f) et mulierum 4. g) candela|| 1. h) paulo — extincti *des.* 4. i) flaminis 1. k) accensi 4. l) d. r. 4. m) *hic epilogus* (His — Amen) *in solo cod.* 1 *exstat; littera initialis* H *deest* 1. n) omi 1. o) *desinit* 1. p) *hoc miraculum in cod.* 4, *ubi est c.* 10, *aliis verbis narratur.* q) *desinit* 2; Amen *deest* 4, *ubi sequitur alia continuatio capitum quinque.* r) eundum 3[a]. s) *cod.* 3 *pergit in cap.* 7. *verbis* [desi]derium animi provehens. t) convenientia *ed.*

55 1) Lierneux duobus miliariis a Stavelot distat. 2) Bra (cant. Stavelot). 3) Guntmarius dictus in ms. Foillanensi [nunc Montensi], ubi miraculum hoc multo succinctius refertur. VELDIUS. 4) A. 937—953; cf. Ann. Stabul., SS. XIII, p. 42.

deauratae, quae tabulato erant infigendae, turgescentibus in eis imaginibus et vario cultu scalpturis essent perfectae atque custodi aecclesiae ad servandum traditae; quas ubi ille recepit, ita ut plerumque fit, impediente quadam re, tutari sera neglexit, sed supra reverendum altare sanctae Dei genitricis Mariae palla eius obtectas ad horam reliquit. Et erat in monasterio quidam clericus, multiplici sua clientela nobis promptulus et ideo privata gratia nobis intimus nec falsis huiusmodi criminationibus adhuc nobis infestus. Metus de aecclesiasticis rebus ex eo nobis cavendis nullam providentiam docebat, ita familiaritas nostra ei aspirabat. Hic itaque dum bratteas ibi locare[a] conspexit, saeva cupiditas oculos eius illexit, nihilominus[b] et cor eius suo iaculo sauciavit. Nam dum monasterii solitudinem providet, libertatem pravitatis indeptus, unam ex eis furto rapere non pavet. Quae ubi amissa dinoscitur, moderate non dissimulatur, sed arguta indagine tum publice tum privatim questione ventilatur; sed frustra opera luditur, quia ad nullum indicium veritatis dirigitur. Ad postremum diro anathemate maledictionis percutitur, acriter in commune annititur, sed mens prava non flectitur, nec aliquo probo consilio periculo suo reluctatur. . . . . . .

[11.] Alio quoque tempore evenit huic simile, quod pluribus adhuc hanc lucem carpentibus viso et experimento constat probasse. Manebat nobiscum quidam clericus a puericia educatus, verum gratuitus atque, cum rei exposcebat utilitas, monasterio per plura satis accommodus. Hunc itaque sub pretextu religionis in contubernio nostro fovebamus mutua familiaritate et fraterna caritate sedulo colebamus. Interea contigit, quandam comitissam venerabilem pro salutis suae munere ad coenobium nostrum vota sua persolvere atque fibulam auream non parvi precii dirigere. Sed humanae fragilitatis adversarius dum qualitates hominum, cui vicio sint propinquae, explorat, ut ad sua perversa diverticula dirigat, semper anhelat, et dum aditum atque semitam ad temptandum eas invenit, protinus decipulam insidiarum suarum ad ipsam semitam occulte pretendit, et nisi fides fortiter resistat, eius involumentis ad pessimam actionem et ad diversorium perditionis trahit, ut hac descriptione liquebit. Ergo ille frater, ubi aurum aecclesiae datum repperit, suggestionem inimici non gravitatis consilio transiit nec virtutis regimine transcendit, sed, ubi observabatur adiens, clam involavit atque in proprios usus redegit. At ubi custos, qui attulerat, perditum comperit, moderate dissimulando contegit ac moras prodendo innectit; nam, quia ubi poneret oblivio subripuerat, non in palam conferebat nec quidem temere indiscussa sine probatione adoriri audebat; mestitudinis acerbitate angebatur perscrutando et clam exigendo per diversa impellebatur. Interim vero necessitas ordinationis loco nostro incubuit. Domnus abba [Ravangerus[c. 1]] ad aecclesiasticum sacramentum quosdam nostrum pro iure religionis sublimare aequum adiudicavit, atque ab episcopo[2], ut fieret, impetrans, ad dirigendum nos ad eum operam inivit. Misit etiam nobiscum prescriptum clericum, nondum tali piaculo infamatum neque pro privata sedulitate, quam inter nos gerebat, aliqua ratione suspectum. Erat enim quadragesima. Frater quidem ille sacrilegium, quod furto perpetraverat, in exiguo pensans, nulla confessione denudavit, non aliqua poenitentia levigavit, sed suis secundis excessibus presumens, ad sacramenta Christi audacter accessit atque aecclesiastica officia usque ad diaconii[d] gradum tradente episcopo usurpavit. . . . . . .

[12.] Preterea manet adhuc nobis quidam ferrarius, monasterii commodis suae artis peritia satis proficuus. . . . . . . Et factum est, ut nos pro quadam tribulatione cum crucibus et sanctorum pigneribus Malmundario sanctorum merita haberemus visitare, ut moris est, cum copiosa plebis multitudine. . . . . . .

[15.[e]] Inseram ad haec memorabile, quod actum moderno tempore liquet probabili ratione. Villa quaedam Wademias nomine nostrae ditioni manet subiecta atque a nostro monasterio non plus quam duobus[f] leuguis[g] extat disparata, in qua quidam vir ruricola adhuc superstes inhabitat, qui die rogationum feria secunda, dum esset divinae servituti mancipandus, contra ius et fas et sibi vetitum solivagus silvam petiit ac ligna ad usus domus suae competentia cum ferramentis suis preparavit. Christiana quidem religio Gallicana ex statuto sancti Mamerti Viennensis tunc episcopi ipsos dies triduanis letaniis concelebrat, spontaneis parsimoniis se macerat, religioso affectu mundialibus illecebris renunciat, animarum potius quam corporum cura vel alimonia vacat et merito beneficiis Christi vicem rependit. . . . . . .

[16.] Eodem etiam tempore quaedam mulier de Falminensi pago progenita. . . . . . . Mos namque regionis illius, ubi haec aegra degebat, continetur et precipue ritu antiquo servatur, ut in nativitate sancti Iohannis baptistae incolae eius patronum nostrum, in multiplicibus commoditatibus sepe approbatum, cum eulogiis suis orationis causa visitent, plus solito frequentent atque etiam sollempnitatem insignis diei nobiscum concelebrent. . . . . . .

[17.] Successit eodem anno huic simile, quod etiam ad promulgandam confessoris sui gratiam benignus Dominus voluit perpetrare. In vicino nobis fisco Glengou nomine quaedam mulier manebat. . . . . . . Nec disparem fidei suggestionem a quadam sanctimoniali matricularia in coenobio Sancti Lamberti Leodii famulante per visum nocturnum percepit. . . . . . .[h]

[18.] Nec illud oportet nobis[i] excludere nec silentio tegere, quod recenti memoria constat contigisse. In sollempnitate namque precipuorum apostolorum Petri et Pauli advectus est asino quidam aegrotus membris misero languore contractus et recuperandae sanitatis gratia coram altario patroni nostri a baiulo, scilicet germano suo, est collocatus. . . . . . . Ergo aliquo tempore nobiscum mansit, copia

a) locari *ed.* b) nihilom. *corr.* nihilhom. 3. c) *in marg. manu s. XII. suppl.* 3; Ravengerus *ed.* d) *post corr.* dyac. 3. e) XIIII, *manu s. XV. corr.* XV. 3. f) *ita* 3. g) leguis *corr.* leuguis 3. h) *paulo ante finem huius cap. desinit* 3, *sequente quaternione perdito. Reliqua ex editione Veldii supplevimus.* i) a n. *ed.*

1) A. 980–1007; cf. Ann. Stabul. l. l. p. 43. 2) Leodiensi.

supernae gratiae tam evidenter in eo declarata nos recreavit. At postquam dominus suus, comes quidam Hezelo nomine, ad Merwoith tunc castellum degens, quod super eum contigerat auditu comperit — nam stipe eius pro elemosina in mensa alebatur —, ut certius experiretur, ad se per internuntios revocavit, atque uberi gaudio exhilaratus, Deo in sanctis suis mirifico cum suis pia devotione gratias reddidit. . . . . . .

5 [19.] Contigit et aliud stupendum mirabile, plurimorum adhuc in carne degentium vera traditum assertione. Erat hic quaedam turris recenti opere monasterio compaginata, non vili quidem scemate atque materia, debita superexcellens eminentia, nec alicuius dissolutionis collisione vel repentini casus discrimine nobis adhuc suspecta. Quaecumque ad decorem et commodum in ea competebant, provida circumspectione atque industria erant addita, eiusque vastitate ac copioso apparatu ut cetera menia sibi 10 coherentia tutarentur, non modica manebat fiducia. In eius quidem dextero latere ad meridianam plagam, inferius in pavimento scilicet, gratia soporandi aeditui lectos suos aptaverant ac excubias domus Domini, ut moris est et necessitas exigebat, observabant, quia situs loci ad ea oportunitatem ferebat. Ecce 4. Nonas Novembris ipsa a summo culmine dissolvitur, ac suo precipicio cuncta obstantia diruens ac secum trahens, cum trabibus ac cum ceteris machinamentis condenso atque nimio impetu dilabitur. 15 Nos ergo immenso eius fragore a somno excutimur, et corporeae quietis impatientes, rei veritatem percunctari contendimus. Quod ubi rescivimus, nimia amaritudine tabescimus, quia contritionem atque interitum fratrum nostrorum in ea quiescentium nimium pavebamus. Interfuit etiam tunc temporis abbas Ravengerus nomine eademque admodum lugens vexabatur infestatione. Quis enim tanta mole oppressos atque extinctos non crederet? Tandem via aperta cum difficultate, merentes venimus quasi exanimes 20 artus tollere animasque eorum secundum officium funeris Deo commendare; sed ipsius gratia providente sanctorumque hunc locum incolentium oratione auxiliante, consolationis gratiam tali modo meruimus recipere, atque in immensum stuporem plangentium versae sunt lacrimae. . . . . . .

ADDITAMENTUM

cod. 4.

25 Multum[a] etiam valet apud Deum simplicitas recta, sicut ait Salomon: *Simplicitas iustorum diriget eos.* Quidam etenim homo simplicis naturae servus noster nomine[b] Engilo de villa publica sita super Renum Rigomagi[1] frequenter ad nos venire consueverat[c]; qui valde compuncto animo solebat narrare de miracoulis beati viri saepe memorati. . . . . . .[2]

Prov. 11, 3.

a) *haec sequuntur in codice post l. II, c. 5.* b) *post superscr.* 4. c) venerat *del., et post superscr.* consueverat 4.

30 1) Remagen. 2) Hoc et sequens miracula edidit Veldius nr. 65. 66. ex codice Foillanensi. Quae in codice 4 sequuntur tria miracula quae in capp. 7. 6. 5. codicis 3 relata sunt aliis verbis narrant.

VITA S. MEGINRATI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Qui Vitam Meginrati eremitae a. 861. *circiter a latronibus iugulati conscripsit, haud dubie monachus Augiae Divitis fuit, cuius abbatiae monachus Meginratus*[1] *quoque fuerat, et ubi ossa eius sepulta erant, licet se talem auctor non aperte indicaverit. Apparet, eum aliquanto spatio temporis post sancti necem hunc libellum composuisse, haud vero multo post initium saeculi X, cum codices eius hoc saeculo exarati exstent*[2].

Perpauca quidem de vita sancti tradidit, sed pleraque fide haud indigna, quae quidem ut in dubium vocentur, causa nulla occurrit. Quae de nece eius narrat exornata sunt partim monachorum, partim confictione populi — huic enim venusta fabula corvorum interfectores persequentium tribuenda est.

Textum Vitae in editionibus hucusque non paucis locis alteratum vel corruptum emendavimus et verba auctoris restituimus ex codicibus:

1) *Sangallensi nr.* 577, *membr. fol., saec. X. splendide, perpulchre, diligentissime exarato, f.* 19—23[3].

2) *Bruxellensi nr.* 7666—7671, *membr. fol. min., saec. X, olim societatis Iesu Molsheimensis, postea Bollandistarum Antwerpiensium, f.* 109—113'[4].

3) *Carlsruhano nr.* 84 (69. *VII.* 18), *olim Augiensis monasterii, membr. fol., saec. X—XI. in., f.* 12—16[5]. *Hi tres codices, quos ipse contuli, optime inter se conveniunt, maxime vero* 2 *et* 3 *affinitate quadam inter se coniuncti sunt, quorum variae lectionis partem aliquantam enotavit Mone, 'Quellensammlung d. badischen Landesgeschichte' I, p.* 53 *sq.*

3[a]) *Ex codice Einsidlensi nr.* 249, *membr., saec. XII. nitide exarato, ubi vero aliquoties autenticae lectiones alteratae sunt, fluxisse videtur editio princeps Vitae curante Seb. Brant impressa Basileae apud Michaelem Furter* 1496. 4°. *Et ex eodem edidit Vitam haud sine mendis Chr. Hartmann, Annales Heremi Dei* (1612) *p.* 479 *sqq. Primi folii specimen dedit comes de Stillfried-Alcantara, 'Alterth. u. Kunstdenkm. d. erl. Hauses Hohenzollern' N. F. I, tab. I, unde lectiones exscripsimus, in reliquis Hartmanni variam lectionem maioris momenti annotavimus.*

3[b]) *Fragmentum Vitae exstat in 'Lectionario sanctorum' codicis Augiensis, nunc Carlsruhani nr.* 21, *membr. saec. XII. Varia lectio eius, quam Mone l. l. p.* 53. *enotavit, ostendit, hunc codicem plane cum codice* 3 *convenire*[6].

1) Haec nominis forma in antiquissimis Vitae codicibus et in antiquissimis Annalibus legitur. 2) Sine ulla ratione Chr. Hartmann Vitam a Bernone abbate Augiensi a. 1008—1048. conscriptam esse coniecit; quem alii, ut Mabillon IV, 2, p. 63; Neugart, Episc. Constant. p. 508 sqq., secuti sunt. 3) Cf. supra p. 18. 4) Cf. 'Arch.' VIII, p. 505. 5) Cf. 'Arch.' XI, p. 282 sq. 782 sq.; supra p. 44. 83. 6) Exstant praeterea codices Fabariensis, nunc archivii Sangallensis, saec. XII ('Arch.' IX, p. 595), et Linzensis Cc. I. 9, chart. ('Arch.' X, p. 612). Postea antiqua Vita in monasterio Einsidlensi retractata et fabulis aucta est; cf. 'Arch.' VIII, p. 748.

Hartmanni editionem repetiverunt Bollandus, Acta SS. Ian. II, p. 381—385, *et Mabillon, Acta IV,* 2, *p.* 64 *sqq. Surius, Vitae SS. prob. (Colon.* 1574*) I, p.* 498—501, *eandem Vitam mutato aliquoties stilo et locis quibusdam omissis vel depravatis edidit.* *O. Holder-Egger.*

INCIPIT[a] VITA SIVE PASSIO VENERABILIS MEGINRATI HEREMITAE.

1. Dicturus venerabilis viri Meginrati[b] heremitae et martyris passionem et obitum, libet parumper reflectere stilum atque, quo tempore ortus[c], ubi et unde, quo vel cui traditus primum ad discendas literas, sub quo abbate monachicam vitam subierit servandam, qualiter etiam a fraterna acie[d] singulare certamen heremi adierit, breviter praelibare. Regrediar ergo ad singula quae proposui revolvenda[e] plenius.

2.[f] Temporibus Karoli gloriosissimi imperatoris Franchorum[g], qui primus inter ipsos etiam[h] caesaris nomen accepit, praedictus vir in Alamannia natus est in pago, quem ex villa Sulichi[1] Sulichkewe[i] vocavit antiquitas. Parentes[k] eius ex Alamannis fuerunt, morum nobilitate magis conspicui quam divitiis perituris[2]. Qui cum iam eam attigisset aetatem, qua aptari possit literarum studiis, a patre ducitur ad insulam, quam veteres Sindleozesaugiam[l] vocavere[m] a nomine cuiusdam presbyteri[n], qui Sindleoz[o] appellatus[3], primo in ea habitacula monachorum construxit et sanctum Pirminium cum sociis ad habitandum illô induxit iussu[p] Perahtoldi[q] nobilissimi Alemannorum[r, 4], temporibus Pippini regis Franchorum[s, 5], suoque ex nomine nomen indidit insulae. Huc ergo puer praefatus a patre ductus, commendatur viro per omnia honestissimo Erlebaldo monacho, qui etiam praedicto puerulo propagine carnalis[t] affinis erat. Is cum infantulum bonae indolis conspiceret, gratanter nutriendum suscepit, studiose docuit atque eo usque imbuendo perduxit, ut [non[u] parvam ei] Sanctarum Scripturarum scientiam infudisset. Nam puer a primaeva aetate iocos atque errores, quibus tenerior aetas implicari solet, vitavit atque ad ea mentem occupavit suscipienda quae magister[v] docuerat.

3. Cum autem vicesimum quintum ageret[w] aetatis annum, ad diaconatus officium et non multum post ad presbiterii gradum, faciente eodem suo magistro, sublimatus est. Fuit autem tunc temporis, regnante Ludowico caesare, filio Karoli, in ipsa insula abba nomine Haito[x, 6], vir valde in doctrina et operibus bonis morumque nobilitate fulgens, qui et Basiliensis aecclesiae praesul extitit. Eo[y] autem actualis vitae negotia respuente atque ad contemplativae vitae pulchritudinem se transferente, praefatus Erlebaldus cum licentia Ludowici caesaris, electus ab omnibus fratribus[z], praedictae insulae et fratribus praeficitur atque in abbatis officium substituitur[7]. (823.) Qui statim, hac potestate suscepta, iam sepe dictum virum venerandum Meginratum suasit regulae[z] iugum suscipere normamque[a] monachicae vitae subire tenendam. Consensit[b] salubri consilio[c], promissionem fecit atque omni intentione studuit promissa servare, promptus semper ad obediendum, in ieiunando strictus, in oratione assiduus, in misericordiae operibus largus et maxime in humilitate cunctis[d] substratus.

4. His dum pollêret moribus, a praefato abbate destinatur ad cellulam quandam[8], ad iam dictum monasterium pertinentem, sitam iuxta lacum Turicum, quem interfluit Lindemacus[9] fluvius, ut ibidem scolae praeesset[e] et talentum, quo ipse ditatus erat, ad lucra dominica in plurimos dispergeret. Ali-

a) *ita* 1; Inc. V. beati Meginradi her. et martiris 2. 3; Inc. Pass[io] sancti Meginradi her. 3a. b) Meginrad. *semper* 3. 3a. c) doctus 3a. d) aciȩ 2, *et ita saepius* ȩ *pro* e. e) resolvenda 3a. b. f) *nulla distinctio capitum* 1. 2. 3. g) Francor. *h. l.* 2. 3. 3a. b. h) *deest* 3. 3a. b. i) Sulihkeuve 1; *post corr.* Sulichkouue 3; Sulichkŏwe 3b. k) vero *add.* 3a l) Sindloezes. 3; Sindloczes. 3a; Sindezes. *corr.* Sindlezes. 3b. m) vocare 3. 3b; vocabant 3a. n) *erasum* 3; *deest* 3b. o) Sindlaz, a *in loco raso* 3; Sindlocz 3a; Sindléz 3b. p) *superscr.* 2. q) Perhat. 1. 2, *corr.* Peraht. 2; a *eras.* 3; Perhtoldi 3a; Berhtoldi 3b. r) ducis *add. Hartm. (non exstat in cod.* 3a*).* s) *post corr.* Francor. 1. 2, *et ita* 3 3a. b t) *ita* 1. 2. 3, s *deleto corr.* carnali 1. 3, *et ita* 3a. b. u) n. p. ei *des.* 2. 3. 3a. b. v) doc. mag. 3. 3a b. w) *deest* 3; aet. ann. attingeret *ed.*; aet. ann. peregisset 3b. x) Hatto 2. 3. 3b. *ed.* y) Ego *post corr.* Ergo 2; Ergo *vel* Ego *membrana perforata* 3; Quo actuosae v. *ed.* z) *deest ed.* a) que *deest* 3b. *ed.* b) ergo *add. ed.* c) et *add. ed.* d) m. h. substr. omnibus *ed.* e) preȩesset 3.

1) Haec villa olim sita erat ubi nunc oppidum Rottenburg ad fl. Neckar, ubi hodieque Sülchen-Kapelle nomen antiquum servat; cf. de Stillfried-Alcantara l. l. Recentiores pro Sülchen et Sülchgau falso de oppido Würtembergico Saulgau cogitaverunt; v. n. 2. 2) Contra haec diserta verba recentiores, ut Gallus Ohem ed. Barack p. 115. 53, n. 1, fabulati sunt, Meginratum filium comitis de Sulgen fuisse; etiam patris nomen Bertholdi nonnulli notaverunt, ut codex Einsidl. a. 1378, ex quo comes de Stillfried-Alcantara l. l. citat verba: *comes nomine Bertoldus de Sulgen residens aput Thānoviam,* itemque Vita Germanica edita Basileae apud Mich. Furter 4°. (sine anno) f. 2: *was zu Sulgow uff der Tunow ein Graff gesessen, der hieß Graff Berchtold von Sulgow.* Unde alii vanae fabulae fabulas vaniores superstruentes, eum e gente Zolleranorum ortum esse contenderunt. Cf. L. Schmid, 'Der heil. Meinrad in der Ahnenreihe des Hauses Hohenzollern'. Sigmar. 1874; qui, fabulis antiquis destructis, frustra laboravit, ut quidquam afferat, quo fabula illa confirmetur. 3) Cf. Vit. Pirminii c. 2. 5, supra p. 22. 24, ubi vero Sindlaz nobilis vir, non presbyter dicitur; cf. ib. p. 22, n. 3. 4) Cf. Herim. Aug. Chron. a. 724, SS. V, p. 98. 5) Potius Karoli Martelli tempore, circa a. 724. videlicet. 6) A. 807—823. Inter a. 814—823. igitur secundum hunc locum hoc factum est. 7) Praefuit a. 823—838. 8) Bollingen, ut apud Einsidlenses memoriae traditum erat; cf. Chr. Hartmann, Ann. Heremi p. 9. 9) Limmat.

quantum temporis fluxerat, eo in his detento. Quadam die sumpsit secum nonnullos[a] scolasticos, quos nutrierat, et praedictum lacum transnavigans, intravit heremum, quae ipsius laci litore[b] adiacet, et usque ad Alpes Penninas[1] tendit atque ad villam Chama causa piscationis et[c] loca heremi intuenda. Perveniunt itaque ad fluvium quendam, qui in ipsa decurrit solitudine. Ibique vir beatus ad piscandum occupat comites; ipse vero in consideratione solitudinis solus[d] secum[a] spatiabatur. Accensus enim erat nimium amore solitariae sedis. Qua consideratione dum mentem diu pasceret, rediit ad sotios invenitque eos non parva praeda piscium oneratos; quos taliter affatur: 'Gratias Largitori, qui nos suis misericorditer ditavit donis. Iam, filii, si placet, redeundum est proprios invisere lares'. Regrediuntur villamque deveniunt non longe a litore sitam.

5. Ibi cuiusdam matronae hospitium intrantes, paululum quieverunt, reficientes se cibo et potu. Vir autem Dei praedictam matronam cernens Dei timore plenam et ad obsequendum hospitibus promptissimam[e], ardorem sui animi occultum ei aperuit, his verbis incipiens: 'O cara Christo femina, si velles audire, secretum cordis mei tibi manifestarem. Sed antequam id agam, posco, ut verba mea atque voluntatem occultes, quousque cernas, si possit opere compleri, quod credo me devota mente concepisse. Habitationem huius heremi ultra omnes divitias delector cuperemque iam in ea collocare mansiunculam meam, ut familiarius precibus potuissem[f] vacare, si quempiam repperirem, qui necessaria corporis mihi ministrare ob Dei amorem voluisset[g]. Sed quia adhuc hoc solatio defraudor[h], posco interim occultari quod cupio'. Illa a Deo inspirata, ut credo, respondit: 'Secretum tuum nulli, te nolente, revelabo; noveris autem, si in coepto persistere vis, me necessaria propter Deum tibi ministraturam et quantum possum tuo voto iuturam[i]'. Ille promissis rependens gratias, repedat[k] ad cellam, unde digressus est, ibique ieiuniis et orationibus continuis a Deo poscit[l], ut, quod[m] de hoc negotio ei placuisset, in suo animo confirmare dignaretur. Tandem confortatus divina inspiratione, reliquit cellam scolamque, cui praeerat[n], revisit hospitam suam, explorare volens, utrum in sua promissione persistere vellet, an non. Quam dum in prebendo sibi promisso[o] solatio perdurasse sensisset, non longe ab ipsa villa, in qua eadem femina commanebat, in heremo[3] sibi habitaculum construxit[s], atque ibidem ieiuniis et orationibus indefessus Creatori servivit, necessaria prebente ei praedicta matrona necnon et aliis religiosis viris. *c. 829.*

6. Ibi dum per septem annos superni Regis militiam exegisset, multitudinem populi ad se venientis ferre non valens, mutavit locum atque a praedicti laci litore quatuor milibus distantem repperit inter montes planitiem accessu valde difficilem[4]. Ibi, adiuvantibus religiosis viris et maxime[p] quadam abbatissa Heilwiga[5] nomine, necessaria sui voti construxit habitacula[6], atque in eodem loco quod reliquum erat vitae permansit[q]. Semet ipsum[r] maximis macerans ieiuniis[n], quantum fragilitas humana permisit, sine cessatione[s] oravit. Quae sibi a fidelibus viris vel[t] feminis mittebantur, cuncta ad se venientibus in elemosinam erogavit. *c. 836.*

7. Accidit autem inter haec, ut quadam die, eo orante, tanta multitudo daemonum circa illum undique diffunderetur, ut nec ipsam lucem diei, isdem[u] tenebrarum ministris obtenebrantibus, cernere posset. Qui cum eum minis terribilibus et horrore nimio fatigarent, in oratione prostratus, ut res tunc[v] poscebat, omni studio se pio[w] Domino commendabat. Quod cum diu ageretur, cernit ab oriente lucem; quam lucem secutus angelus, usque[a] ad ipsum, ubi in oratione prostratus[a] iacebat, in medio malignorum spirituum pervenit magnaque[x] auctoritate agmini nefando praecepit, ut discederet[y], nihilque temptationis et terroris ei ultra inferre auderent. Discedentibus itaque hostibus, praedictus eum angelus amicabiliter consolatus, abscessit[z]; atque ab ipso die, ut vir venerabilis ferebat[a], nil terroris ultra a malignis spiritibus sustinuit.

8. Accidit etiam postea, ut quidam frater de praefato[b] monasterio eum visitationis gratia adierit[c]; quem[d] benigne suscipiens, cum sotiis, qui cum illo venerant, cuncta quae hospites decebant, quantum possibilitas permisit, benigne exhibuit. Cum vero iam tempus vespertinum venisset, et sidera splendentia suaderent somnos, refecerunt se dulcibus collationum colloquiis ac post completorium inierunt[e] dormitum, in loco separato frater qui advenerat, seorsum etiam eius comites, necnon et seorsum[f] ipse venerabilis vir in privata mansiuncula. Paulolum igitur[g] reficiens corpusculum somno, vir Dei surgit atque adsuetis incubat pervigil precibus. Praedictus etiam frater, licet in strato quiesceret, pene insomnem duxit noctem. Dum autem curiose[h] huc atque illuc verteret oculos, cernit puerum in albis vestibus ab

a) *deest ed.* b) *ita* 1. 2; litori 3. c) ad *add. ed.* d) *deest* 3b. e) propt. 3. f) possem prec. *ed.* g) vellet *ed.* h) defraudator *corr.* defraudor 1. i) iut. *corr.* adiut. 2, *et ita* 3. 3b; satisfacturam *ed.* k) repedat *corr.* repedavit 2, *et ita* 3. *ed.* l) poscit *post corr.* poposcit 2, *et ita* 3. *ed.* m) quicquid *ed.* n) et *add. ed.* o) in pr. 3. p) maximae 3. q) *desinit* 3b. r) ipsumque *ed.* s) intermissione *ed.* t) et *ed.* u) *post corr.* eisdem 2; hisdem 3. *ed.* v) p. t. 3; r. p. cum o. *ed.* w) *erasum* 2. x) que *deest ed.* y) *ita* 1. 2. 3; discederent *ed.* z) abcessit 2; discessit *ed.* a) refer. *ed.* b) praedicto *ed.* c) *corr.* adiret 3. d) quę 2. e) in *eras.* 3; ierunt *ed.* f) *deest ed.* g) ergo *ed.* h) curiosae 3; h. vel i. cur. *ed.*

1) Non Alpes Penninae proprie intelligendae sunt, quippe quae longe a lacus Turicensis regione distent, sed Alpes Suitenses. 2) In monte Etzel prope Altendorf ad lacum Turicensem eum moratum esse, putaverunt Einsidlenses, quia ibi capella S. Meinradi exstabat; cf. Gilg Tschudi, Liber Heremi ad a. 831, in 'Geschichtsfreund' I, p. 99; Hartmann p. 9. 3) Circa a. 829, ut computatur ex annorum numeris c. 6. et 9. 4) Saltum dictum 'der Finstere Wald'. 5) Cuius monasterii, non constat. Cf. v. Wyss, in 'Mitth. d. antiq. Ges. in Zürich' VIII[b], p. 9, n. 39. 6) Circa a. 836, si a. 861. interfectus est, cum 26 fere annis hoc loco, ubi postea monasterium Einsideln fundatum est, degisse c. 9. dicatur. In Ann. Einsidl., SS. III, p. 145, ad a. 838. notatum est: *Sanctus Meginradus venit*, tempore certe ex c. 9. Vitae computato.

ipso oratorii loco progredientem mirae pulchritudinis, ut ei visum est, aetatis septem annorum, ingrediturque[a] ad ipsum virum Dei et cum eo orante orabat et diversa cum eo loquebatur. Cuius collocutionis licet praedictus frater vocem audisset, sensum tamen eiusdem vocis non percipiebat. Qui etiam puer ipso[b] fratri plene vigilanti astitit atque de quibusdam monuit, quae omnino frater ipse sibi inter dicta esse, ne in palam proferret, dicebat. Supprimo brevitati studens multa, quae de eo miranda plurimorum narratio certa prodit[c]; iam, qualiter martyrii palmam consequeretur, pandam.

9. Cum igitur[d] in ipsa heremo vicesimum sextum annum ageret, serviens Domino in ieiuniis et abstinentia cunctarum mundalium rerum, contigit, eo inspirante qui serpentem intravit et per ôs eius protoplastos decepit et de paradyso eiecit, duos homines causa eum[e] occidendi cellam illius properare. Qui cum venissent ad villam quandam in Turici laci litore sitam, rogaverunt sibi monstrari, quae pars pervia esset adeundi cellulam eius. Quod cum eis monstratum esset, mature post[f] noctem surgentes, aggressi sunt monstratum sibi iter, agitante, qui eos impleverat, teterrimo spiritu. Diu tamen erronei a recto tramite ducentis[g] ad ipsam cellam[h], tandem vexati quo volebant pervenerant, maxima iam parte diei defluxa[i]. Ipse[k] solitis orationibus incubans, missarum devote solemnia libabat Creatori. Prius autem quam in ipsam cellam maligni intrassent — quorum unus vocabatur Richardus eratque gente[l] Alamannus, alter vero Petrus, qui Retianorum natione procreatus est —, pulli, quos vir venerandus eodem in loco nutrierat[m], eos in proxima venire conspicientes, quasi a vulpe insequerentur, per heremum diffugerant, clamore insolito et strepitu inaudito silvam, resultante echo, complentes, ita ut etiam ipsi latrones hac de re multum mirarentur et obstupescerent atque ad prodigium hoc pertinere propriae mentis decernerent iudicio. Attamen a coepto non distracti, aggrediuntur cappellam, in qua vir Dei, ut praedictum est, orationibus Deum sibi placabat profusis corpusque dominicum ut praescius futurorum ad viaticum obitus[n] sui puro corde ac devota mente susceperat. Iamque vir Dei sensit[o] adesse peremptores suos, non tamen statim se eis praesentavit; sed modicum adhuc differens[p], clausum ostium ipsius capellae non aperuit, ut aliquantisper in oratione adhuc demorari potuisset. Strenue ergo orationem complevit, capsas[q] singulas reliquiarum manu suscipiens et deosculans, commendabat agonem suum Domino et sanctis, quorum reliquias complectebatur veneranter[r]. Hoc qui advenerant maligni per foramen quoddam parietis eum agentem inspiciebant. Iamque athleta[s] fortis, Deo confortante, pugnaturus egreditur praesentiamque suam non negat occisoribus. Ac primum salutationis verba ad eos proferens, post intulit: 'O socii, cur tam sero venistis? Quare non maturastis venire ad audiendum[t] parvitatis meae missam, ut pro vobis communem Dominum deprecarer? Sed vel nunc intrate, posciturі placabilem vobis fore Deum et sanctos eius, ac postea revertimini ad me, ut quod donante Deo vobis benedictionis praebere valeam, inpertiar pro eius amore. Sicque complete opus, ad quod agendum venistis'. Intrantes igitur oratorium, non ad id ad quod suadebantur intenti, sed ad malum ad quod venerant perpetrandum, continuo regrediuntur ad eum. Quibus vir Dei tunicam et cucullam suam dedit, panem insuper ac potum addidit, dicens: 'Haec de manibus meis percipite; postquam vero compleveritis ad quod agendum venistis, potestis horum quae assunt per vos tollere quod cupitis. Scio enim, quod ad occidendum me[u] intrastis; sed unum a vobis exposco[v] beneficium, ut, dum praesentis vitae cursum in me terminatis[w], candelas, quas inspicitis, quas etiam ad hoc ipsum formavi, unam ad caput meum ardentem et aliam ad pedes ponite, et[x] cito postea ab hoc loco discedite, ne a supervenientibus, qui me visitare solent, constringamini, penas luituri sceleris vestri'.

10. Confestim igitur praedictus Richardus pollutis manibus beatum virum medium comprehendit ac tenaciter maceratum corpusculum ieiuniis brachiis strinxit, sotioque minaciter iussit, ut sanctum fuste percuteret. Qui cum diu eum feriendo circa latus[y] et suras debilitasset, sancto extendente palmas ad Deum, alter intulit dicens: 'O segnis, cur eum in caput non percutis, ut plagam mortalem accipiat[z]? Quam si tu tardas inferre, ego citissime inlaturus sum'. Confestimque fuste apprehenso ictum librabat in caput vehementissime. Hoc modo vir sanctus plagatus, semivivus in terram corruit; et illi continuo in eum irruentes, guttur[a] eius suffocant manibus, quousque exhalasset spiritum. Egrediente autem iam anima, in ipso tractu novissimae aspirationis[b] tantae suavitatis odor exprogrediens[c] totum cellulae locum compleverat, acsi omnium pigmentorum[d] odoramenta ibi diffusa fraglarent. Postea vero nudaverunt eum veste, qua erat indutus, portantes[e] posuerunt in lectulum[f], quo vir Dei requiescere solebat. Nudo subposuerunt filtrum, superponentes etiam ei[g] quaedam stramenta atque, ut vivens vir Dei rogaverat, candelas sumpserunt, unam ponentes ad caput, cum alia[h] currebant ad ipsam cappellam, lumen inde allaturi, quod in eodem oratorio iugiter ardebat; repedantes[i] ad corpusculum defuncti, invenerunt clare ardentem, quam posuerant candelam extinctam. Tantus autem eos continuo invasit timor, ut nihil contingere de rebus ad altaris officia pertinentibus auderent. Vestes ac stramenta quaedam lectuli eius sumentes, festine repedabant[k] unde digressi sunt.

a) qui ingreditur *ed.* b) *ita* 1. 2. 3. c) demonstrat *ed.*, *ubi* iam pandam *des.* d) ergo *ed.* e) enim 2. 3, *radendo corr.* eum 3. f) per *ed.* g) *ita* 1. 2. 3, *post superscr.* deviantes 2; ducente *ed.* h) daemone *add. ed.* i) elapsa *ed.* k) vero *add. ed.* l) genere *ed.* m) nitr. *post corr.* nutr. 2. n) oblitus 3, *ante quod* nequaquam *post add.* o) ut s. 3. *ed.* p) different *corr.* differens 2; differrent 3 *(multo post corr.)*. q) capsasque *ed.* r) venerantes 1. 2. 3, *corr.* veneranter 1. 2, *corr.* venerans 3; reverenter *ed.* s) adleta *post corr.* athl. 1. t) audiendam 1. u) *deest ed.* v) posco *ed.* w) terminaveritis *ed.* x) citoque 1. y) latos *corr.* latus 1. z) suscipiat *ed.* a) gutur *post corr.* guttur 1. b) exspir. *ed.* c) ex *eras.* 3; progred. *ed.* d) picm. 3. e) et p *ed.* f) lectum *ed.* g) et q. fragmenta *ed.* h) ia *e corr.* 1. i) vero *add. ed.* k) repedeb. *post corr.* repedab. 1. 3.

861? 11. Eis autem inde fugientibus, corvi, qui more solito ad famulum Dei viventem venire consueverant ac praebendam[a] de manibus eius suscipere[b], quasi vindicare cupientes extinctum, et[c] sequebantur latrones vocibusque grandisonis[d] replebant silvas[e], et quam proxime poterant capitibus eorum advolantes, prodebant perpetratum nefas. Non multum post ipsi maligni comprehensi sunt, et quod occulte perpetraverant patefactum est scelus, nolente Deo differri[f] poenam[g] peccati, quam meruerant in occisione servi 5 Dei. Etenim, iudicibus et populo christiano sub comite Adalberto[1] eos ad hoc decernentibus, vivi incensi sunt.

12. Candela autem, quam ad caput viri Dei posuerant, et quae caelitus accensa est, ardebat usque ad stramenta, quae superposita fuerant defuncto corpusculo. Quorum etiam partem ipse ignis invasit et pervenit usque ad membra defuncti. Quae dum attigisset, sicut divinitus accensus[h], ita etiam Dei[i] nutu 10 extinctus est. Ilico autem[k] diffamatur de morte eius. Qua comperta, venerabilis abba Waldharius[l] [2] et fratres sub ipso degentes corpus viri Dei ex ipsa heremo auferentes atque[m] monasterium Augiam deferentes, ibi digno sepelierunt honore. Passus est autem sanctus martyr 12. Kal. Febr. ab incarnatione Domini octingentesimo sexagesimo tertio[3], regnante Hludowico rege in orientalibus Francis, anno 28. regni eius. 15

a) alimopiam *alio atram. in loco raso* 1. b) suscep. *post corr.* suscip. 1. c) *deest ed.* d) grandissonis 2. 3. e) as *e corr.* 1. f) differi 2. 3, *corr.* differri 2. g) pecc. poen. 3. *ed.* h) fuerat *add. ed.* i) *deest* 3. k) aut 3. l) Walh. *ead. manu corr.* Waldh. 1; Waltherus *ed.* m) ad *add. ed.*

1) de Thurgau. Cf. Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I, p. 415; Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 566, n. 52. 2) Augiensis a. 858—864. 3) A. 861. necem Meginrati ascribunt Ann. Alam. Cont. Sangall., SS. I, p. 50; Ann. Sang. mai., SS. I, p. 76; Herim. Aug., SS. V, p. 105; Catal. abb. Aug., SS. XIII, p. 331; ad a. 860. Ann. Aug., SS. I, p. 68; Ann. Quedl., 20 SS. III, p. 48; ad a. 862. Ann. Einsidl., SS. III, p. 145; ad a. 863. Ann. Heremi, SS. III, p. 140, haud dubie ex Vita.

EX TRANSLATIONE ET MIRACULIS S. REGINAE.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Historiola translationis S. Reginae a villa Alesia ad monasterium Flavinia-
5 *cense a.* 864. *per Egilem abbatem, qui antea Prumiensem abbatiam rexerat, postea archiepiscopum Senonensem, factae nullo codice manu scripto servata ad nos pervenit, sed G. Violius in Apologia de praesentia reliquiarum S. Reginae in monasterio Flaviniacensi*[1] *eam edidit ex breviario antiquo Flaviniacensi, ubi in lectiones divisa sacro officio aptata exstabat. Cum vero in breviariis libelli de*
10 *sanctis conscripti saepe in epitomen sint redacti, num hoc opusculum integrum ad nos pervenerit, haud certo constat. In calce Translationis auctor miracula se additurum esse promittit, quae Suysken, qui Violii editionem in Actis SS. Sept. III, p.* 40 *sqq. recudi fecit, periisse putat; minime vero dubitandum est, quin ea quae idem ex editione Violii repetivit Miracula ab auctore Translationis con-*
15 *scripta sint*[2], *sive integra sive mutata, ut opinor, breviario illi inserta. Quorum ex cap.* 4. *apparet, auctorem inter a.* 865—870, *Egili archiepiscopatum Senonensem regente, paulo igitur post rem gestam, scripsisse*[3].

Translationem recudi fecit Mabillon, Acta IV, 2, *p.* 238 *sq. Excerptum dedit Bouquet VII, p.* 362 *sq.* *O. H-E.*

20 1. Sanctae Reginae virginis martyris translationem libenter memoriae commendamus, quod eam divinitus procuratam minime dubitamus. Siquidem rectores partim saeculares, partim in religioso habitu sibimet succedentes, impliciti variis negotiis, passi sunt venerationem tantae virginis obscurari, quam eos oportuerat ad laudem Dei pluribus obsequiis celeberrimam reddere. Huc accessit etiam custodum negligentia, qui vel imperitia vel incuria suppresserunt signa, quae ad declaranda et commendanda merita
25 martyris enituerant et quae iam vix tenui relatione vulgantur.

2. Id cum venerabiles monachi Flaviniacensis coenobii, in cuius potestate vel vicinia situs est locus, ubi certaverat beata martyr et requiescebat[4], ferrent aegerrime translationemque instanter et crebro deposcerent ab his qui praeesse videbantur, et quidam verbo promitterent, opere nullus impleret, nutu Dei evenit, reverentissimum virum cui nomen erat Egil ex monasterio Prumiae, ut nunc[a] dicitur, insignis
30 rex Carolus arcessiret stabiliendae religionis gratia; qui eidem Prumiae, quamquam propter rei publicae turbulentum tempus laboriose, tamen strenue aliquamdiu praefuerat[5], et praetenta imbecillitate corporis, 860. tempore Lotharii iunioris vacationem obtinuerat[6], et ibi quietus residebat; quique se totiens evocantis instantiam votumque sancti desiderii pollicentis differre ulterius non praevalens, sui regis permissu et metropolitani Treverorum[7], ad cuius diocesim locus ipse pertinet, licentia canonice sumpta, contulit se
35 tandem ad praefatum regem gloriosum Carolum.

a) *locus corruptus; emendandus forte ex charta p.* 450, *n.* 2. *laudata:* Pr. ut noviter ins.

1) Quem librum non vidimus. 2) Transl. c. 6. dicit, S. Reginam inter cetera miracula, quae se additurum esse promittit, maxime febricitantibus
40 sanitatem restituisse, et Mirac. c. 1. 3, duos ex febri sanos factos esse, narratur. 3) Quem monachum Flaviniacensem non fuisse, apparet, cum Transl. c. 2. fratres Flaviniacenses venerabiles dicat, nusquam se translationi interfuisse prodat, miraculum in monacho Flaviniacensi patratum ab Egile archiepiscopo sibi narratum esse Mirac. c. 4. referat. Ab hoc ut libellum conscriberet inductus esse videtur. 4) Scilicet Alesiae, nunc Alise-Sainte-Reine prope Flavigny (dép. Côte d'or). 5) A. 853—860. 6) Cf. Regino a. 860, SS. I, p. 570. 7) Thietgaudi.

3. Qui benigne hunc, ut decebat, excipiens, Flaviniacum ei monasterium commisit, quod diutissime saecularium sibimet succedentium regimine fluctuabat, ut illius laudabili conversatione statum, quem optabant devotiores, recuperaret. Qui antequam eo accessisset, audita fama virginis martyris, hoc per se desideravit effici, quod a pluribus dilatum vel neglectum compererat. Ac primum ab eodem rege impetrata potestate, et ex eius iussu ab episcopo Iona, qui Eduorum[1] gubernabat ecclesiam, efficiendi quod cupiebat auctoritate potitus, fratribus cunctis gaudentibus, maturavit exequi propositum. Siquidem triduano fratribus indicto ieiunio, duodecimo Kalendarum Aprilium die[2], assumpto secum Salocone episcopo[3], qui vices Ionae agebat, et tantae rei explendae gratia convenientibus fratribus, oratorium beatae virginis et martyris adiit.

864. Mart. 21.

4. Et instante fine diei, psalmis et supplicibus aliis orationibus auxilium divinum implorans, letaniam facere praecepit. Ipse vero, ligone sumpto, terram qua tegebatur sepulchrum moliebatur dimovere. Hoc mirae magnitudinis repertum superiniecto pallio exornavit et totam noctem cum fratribus pervigil, ut par erat, humillima supplicatione consumpsit. Mane reducto, abbas sacris indutus et Saloco episcopus, qui vicem Ionae praesulis ipso iubente susceperat, caeterique fratres, qui iam frequentes convenerant, divinum suffragium suppliciter exposcebant. Ergo abbas et Saloco episcopus sepulchrum adiere et saxeum tegmen tantae magnitudinis, ut vix annisu multorum boum adduci posset, summa facilitate permoverunt, cunctis hoc favore Dei exhilaratis et prae magnitudine illius a lacrimis temperare non valentibus.

5. Hic ipse abbas, pio affectu permotus, hymnum *Te Deum laudamus*, excipientibus fratribus novem, inchoavit, et ita Dei[a] dispensatione feliciter exoptabile votum provenit, ut, dum corpus sacratissimae virginis in feretro reconderetur, plenitudo ingredientium Flaviniacensium monachorum, ornata sacris instrumentis et instructa crucibus, cereis atque vexillis, ecclesiam introiret et suo superventu letaniam cumulans, in exemplo hymno praemisso, pro se quisque alacriter vocibus consonaret; post quem missarum sunt celebrata officia. Quibus peractis, ingens multitudo vicinorum plebeiorum atque nobilium utriusque sexus et plurimorum, quos undique fama discurrens causa devotionis excitaverat, praecedentibus summa hilaritate fratribus ferentibus feretrum cum divinis laudibus, quos honor et veneratio sanctae martyris accendebat, ordine congruo coniuncta subsequuta est, omnesque pari exultatione alacres et conceptum gaudium diversis vocibus aperientes, felici agmine processionem gestu et quibuscumque honestis valebant indiciis declarabant. . . . . . .

6. Tali frequentia comitantium beatae virginis victoriosissimum corpus Flaviniacensi monasterio perlatum est et ad votum fratrum honorifice in ecclesia conditum; ubi et tunc et demum saepius testantia[b] meritum beatae virginis tot signa effloruerunt, ut non facile valeant numerari; maxime autem in febricitantibus, quorum illuc ingens confluxerat multitudo, remedium expetens, potens virginis oratio claruit, qui fere omnes quod flagitabant obtinuerunt. Ex quorum affluenti copia quibusdam relatis, fidem reliquis faciamus.

EX MIRACULIS.

4. Pene exciderat, quod repente, dum ista superscriberem, memoriae occurrit, quod ab eodem tunc venerabili abbate Egili, nunc metropolitanae Senonum episcopo[4], mihi relatum deperire non patior. Erat quidam in eodem monasterio venerabilis frater Evis vocabulo, matura aetate, calculi diuturna laborans infirmitate. . . . . . .

5. Strictis his breviterque comprehensis, quo effugeremus taedium lectorum atque iustum fastidium, ut ad laudes Dei et sanctorum eius bonorum studia excitemus, paulo superiora repetamus, quae nostris pene temporibus contigisse celebri plurimorum relatione cognovimus. Priscis saeculis crebra, immo continua apud memoriam sanctae Reginae fiebant miracula, et quamquam essent illustrissima, nullis comprehendebantur literarum monumentis, sola relatione seniorum iunioribus tradebantur. . . . . . .

6. Atque ut quae dicimus gestis veracissima comprobemus: quo tempore coenobio saepe dicto Apollinaris abbas praesidebat, quidam cui nomen erat Vulgario, habitator Alesiae, quondam civitatis[5], nunc villae, debitor duorum modiorum vini, accusatus a Semenone presbytero parrochiae sancti Euphani[c], qui . . .[d] ad Brannonem praepositum coenobii eiusdem loci sponte voto maledictionis se obligans, dum foris esset in atrio, sacrilegas contra sepulchrum virginis manus tendens, his verbis usus est: 'Si', inquit, 'debitor sum huius rei, . . .[d] iusto Dei iudicio protinus lumen amittam oculorum'. Sicut imprecatus est, sine mora contigit. . . . . . .

a) *corr. Suysken; de ed.* b) testantium *ed.* c) *nomen corruptum esse, censet Suysken.* d) *lacuna in ed.*

1) Augustodunensem c. a. 850—874. 2) Cf. chartam (genuinam?) ap. Mabillon, Acta IV, 2, p. 240, ubi: *anno* 864. . . . *dum apud Flaviniacum sequenti die post humationem sacri corporis Reginae martyris,* 11. *scilicet Kalendas Aprilis, una cum Salocone Ionae Heduensis praesulis cathedrae coepiscopo . . . hilari residerem animo meo, oratu utpote noviter ibidem precibus compulsus insignis regis Karoli . . . a coenobio veniens Prumiae, annuente Trevirorum antistite;* Hugo Flaviniac., SS. VIII, p. 355. 3) Dolensi (Dol-de-Bretagne) a Nominoe duce Britanniae a. 848. depositi et expulsi; de quo cf. Gall. christ. V, col. 366. XIV, col. 1042. 4) A. 865—870. 5) C. Iulii Caesaris expugnatione celebris.

7. Cum praeesset Pipinus rex Aquitanorum, imperatoris Ludoguici filius, praefatae civitatis locum transiens occupavit et iuxta ecclesiam beatae Reginae hospitium sibi exhiberi praecepit. Quidam vero principum eius apud villam Dolocas hospitatus est, quae ab Alesia quondam civitate duobus miliariis separatur. Tum aliquis satellitum eius quendam Flaviniacensis coenobii famulum Unradum nomine violenter opprimens, gladium ei et sagum ac caetera sustulit indumenta suoque sodali tradidit asportanda. Ille vero cum spoliis sibi traditis, formidans iudicium regis, praecessit cum sagmatibus, ne valerent sublata restitui. Sequenti die praefatus praedo una cum domino suo regem adiit, et ab eo quem oppresserat ac spoliaverat interpellatus, simulans se iuramento purgare, nil eorum se gessisse pro quibus accusabatur, interposito nomine beatae Reginae firmavit. Statimque cum clypeo et lancea in terram corruens, in atrio memoratae virginis, in quo stabat, exanimis simillimus iacuit, donec certo nuntio directo ad sagmata[a] deferrentur spolia et illi cuius fuerunt redderentur; sed nec sic[b] quidem periurus meritam ultionem evasit, sed postera die terribiliter expiravit.

8. Ea quoque tempestate hostium equitatus adveniens Alesiae confinia occupabat. Hinc territi habitatores circumcirca degentes, plebeiorum equitum timentes ferocitatem, alimenta sibi praeparata ad ecclesiam sanctae virginis deportarunt sibi eius virtute servanda. . . . . .

a) sagamata *ed.* b) siquidem *ed.*

DE RADBERTO PASCHASIO ABBATE CORBEIENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Ex codice Parisiensi S. Germani nr. 460, *membr. fol., saec. XIII. in., edidit hanc notitiam de Radberti operibus et vita Mabillon, Acta IV,* 2, *p.* 567—569, *quam olim curante b. m. L. Bethmann descriptam repetimus. Qui eam saeculo XII. vel XIII. conscripsit monachus Corbeiae veteris, ex prologo Vitae Adalhardi auctore Gerardo*[1] *et ex operibus Radberti, praesertim prologis eorum, pauca collegit, in quibus non semel erravit, paucissima ex traditione domestica addidit. Non absone idem haberi possit auctor operis, qui codicem laudatum scribi fecit, in cuius calce legitur:* Hunc codicem ego Robertus de Curcellis Sancti Petri Corbeie monachus feci fieri et [dedi?] illum Deo et beato Petro in honore sancti Eligii Noviomensis episcopi et aliorum quorum vite vel actus in eo continentur[2]. *O. H.-E.*

INCIPIT DE SANCTO RATBERTO ABBATE CORBEIENSI.

Gerard. V Adalh.

Ratbertus Corbeiensis abbas, qui ad imperatorem Ludovicum[3] luculentum edidit librum de corpore et sanguine Domini, beati Adalardi paternitatem promeruit digna filiatione sui. Qui etiam qualis fuerit ac quantus, in quadam epistola testatur abbas Lobiensis Herigerus[4], qui eo tempore inter sapientes habebatur sapientissimus. Hic enim Ratbertus tanta erga sanctum Adalardum fervebat dilectione, ut tantam composuerit prolixitatem ipsius vite, tanta lamentationis plenam amplitudine, tanto Cantici canticorum amatorio languore, ut magis epythalamium dici possit quam textus alicuius hystorie. Nichilominus et Wale abbatis vitam, sancti scilicet Adalardi fratris et successoris, idem Ratbertus edidit. Ac post eum duobus aliis, Heddone scilicet et Ysaac, intercedentibus, Corbeiam abbatis loco tercius rexit[5] feliciterque gubernavit. Sane cum in litteris tam secularibus quam divinis foret eruditissimus, suscepto regimine, studium scripturarum non omisit, licet eiusdem officii cura seu aliarum occupationum obtentu maxime negotiosus; sed[a] ad venerabilem Thedradam[6], apud Sanctam Mariam Suessionis abbatissam, prefatorum patrum Adalardi et Wale sororem, et ad sanctimoniales sub ea degentes super psalmum quadragesimum quartum contexuit insignem tractatum, et qualiter ipsi dilecto adherere deberent; pro quo idem psalmus canticum pretitulatur, diligenter exponendo, tribus libris idem divisit opusculum. Porro martyrum Rufini et Valerii passio[7],

a) scilicet *Mab.*

1) Mabillon, Acta IV, 1, p. 345 sqq. 2) Cf. 'Arch.' XI, p. 279. Ex hoc libello excerpta est notitia brevior ab Hugone Menardo 'ex veteribus monumentis Corbeiae collecta', quae impressa est Sirmondi Opp. IV, p. 622; Bibl. patr. maxima Lugdun. XIV, p. 352; Acta SS. Apr. III, p. 464. 3) Non ad Ludovicum imperatorem, cui Radbertus infestus fuit, sed ad Karolum Calvum hic liber datus est; Migne, Patrol. CXX, col. 1259 sqq. 4) Nimirum in libello de eucharistia, qui ab Ludovico Cellotio editus est sub titulo anonymi in appendice ad historiam Gottscalci (Paris. 1655. p. 541 sqq.) MAB., qui hoc probat Acta IV, 1, p. 345 n. Etiam Gest. abb. Laub. continuator c. 2, SS. XXI, p. 309, et Sigebertus, De Script. eccl. c. 137, Herigero tale opus tribuunt. Cf. SS. VII, p. 146 sq. 5) Circa a. 844—851. 6) Non ad Thedradam, tunc iam defunctam, ut ex prologo operis (Migne l. l. col. 994) apparet, sed ad Immam abbatissam, quae illi successit, hunc librum dedit; cf. Mabillon, Acta IV, 2, p. 132. 7) Haec partim ex prologo huius libri exscripta sunt, Migne l. l. col. 1489.

cum seu propter antiquitatem seu ob scriptoris imperitiam depravata esset, Ratbertus aliquando itinerans, cum ad locum qui Basilicas[1] dicitur, ad eorumdem videlicet martyrum memoriam, supplicationis affectu divertisset, offerentibus sibi clericis libellum passionis eorum, confusione offensus et de correctione ammonitus, ad hoc provocatus est, ut eam que apud nos legitur novam cuderet. Denique in conventu fratrum de Scripturis eo creberrime disserente[2], cum iuxta illud quod scriptum est: ***Favus distillans labia eius, mel et lac sub lingua eius*** auditoribus suis videretur infundere, multa ab ipsis evictus precum instantia, Matheum euangelistam aggressus est exponere. Huius operis duodecim composuit[a] libros, nimirum adhuc monachus cuidam Guntlando monacho Sancti Richarii apud Centulam, religioso admodum viro, dirigens quatuor primos; iam vero factus abbas[3] ceteris in commune fratribus eiusdem loci, utpote sibi familiarissimis, quippe qui ei aliquando, eo scilicet tempore, quando amicus et medicus probantur, affuerant, eis, inquam, dedicans reliquos. Illum autem de corpore et sanguine Domini tunc temporis scripsisse animadvertitur, cum beatus Adalardus, quem ipse in prefatione eiusdem libri[4] Arsenium vocat[b, 5], apud Herio insulam exul mundi et paradysi civis haberetur[6]. Enimvero omnium operum suorum egregium illud novissimum fuisse reor[7] super Lamentationes Ieremie, tractatoribus Latinis, ut ipse meminit[8], eatenus intemptatum; quod scilicet trimoda expositione distinctum, quinque autem voluminibus explicatum, iam senex edidit ad senem Odilmannum quendam; primo videlicet enucleans, quomodo ad carnalem Israel pertinere intelligenda sint in eisdem Threnis que dicuntur accepta ad litteram; deinde subnectens, quomodo ad ecclesiam in hac convalle plorationis peregrinantem, inter huius seculi turbines fluctuantem, in huius mundi area quasi grana inter paleas gementem, eadem transferantur interpretata per allegoriam; ad ultimum edisserens, quomodo ad eruditionem cuiuslibet fidelis anime singula retorqueantur considerata per tropologiam. Plane testari possunt pii lectores, quam precipuum et quam provocatorium ad lacrimas et compunctionem sit hoc opus; ideoque, cum, ut dictum est, quinque sint libri, per singulos in titulo, premisso actoris nomine, subinfertur: ***votorum liber fletibus explicandus***[9]; atque mox subditur: ***seni Odilmanno severo opere precio consecratus***[10]. Animadvertendum autem censeo, sanctus iste Ratbertus in ceteris actibus suis quam perfecte humilitatis insigne pretulerit, qui tam sedulo in titulo predictorum operum suorum *monachorum omnium peripsema et levitarum ultimus* appellari meruerit[11]. Unde nonnulli voluerunt[c] eum natione Romanum et in ordine diaconorum septimum fuisse, sed eo tempore, quo a Leone papa beatus Adalardus Rome cum tanta honorificentia susceptus est, virtutem viri amplexatum, cum eo transisse ad has partes et deinceps disciplinatui eius adhesisse[12]. Alii autem eum illum volunt esse Paschasium, cuius meminit beatus Gregorius in libris Dialogorum[13]. Sed frustra. Repugnat enim cum tempore vite locus etiam sepulture. Ceterum, quacumque de causa contigerit, manifestum est, quod binomius existens, tam a se ipso quam et ab aliis modo Ratbertus, modo Paschasius, modo vero simul utrumque nominatus sit. Supra memorate vero humilitatis constat indicium, quod a maioribus nostris accepimus, numquam eum fuisse presbiterum; et illud, quod, cum beatum Adalardum circa finem vite sue de rebus necessariis monasterii cum nonnullis fratrum introduceret secretius ordinantem, eius conscius humilitatis: *Quorum*, ait[14], *etsi indignus, unus eram*. Inde est etiam, quod, cum post preclara aliarum virtutum exercitia, post sanctarum exhortationum multiplicia documenta iam senior obitum suum presensisset imminere, convocatis fratribus, inter valedicendum, ne quid de vita sua scriberetur, dicitur

Cant 4, 11.

a) composuisse *c*. b) vocatur *c*. c) noluerunt *c*.

1) Bazoches, dioec. Suessionensis. 2) Cf. prologum Expositionis euangelii Matthaei ad Guntlandum, Migne l. l. col. 31. 3) *suscepto regiminis loco* ait ipse Radbertus in prologo ad monachos S. Richarii l. l. col. 333, unde auctor haec sumpsit; sed ex iis quae mox sequuntur apparet, Radbertum hos libros post abdicatam circa a. 851. abbatiam conscripsisse. 4) Migne l. l. col. 1264, ubi: *Arsenius noster, quem nostra nunc nobis saecula Ieremiam alterum tulerunt ab illo.* 5) Non Adalardum, sed Walam hoc nomine significat, ut et in Vita eiusdem. 6) Hoc didicit ex Vita Adalhardi c. 32, SS. II, p. 527. 7) Quia Radbertus in prologo, Migne l. l. col. 1059: *longo confectus vitae taedio* et: *quia . . . praegravata malis inopinate senectus, non vocata, venit*, et similiter alibi. — Auctor tria opuscula Radberti non enumerat. 8) Ib. col. 1061: *licet neminem Latinorum legerim explanasse Threnos.* 9) Omissa haec verba in editis. 10) Nec verba: *opere precio consecratus* leguntur in editis. 11) Ita in titulo expositionis Matthaei lib. V—X, Migne l. l. col. 332, et similiter saepius. 12) Quod falsum esse, haud monere oportet. 13) IV, 40. 41. 14) C. 76, Migne l. l. col. 1546.

interdixisse. Senex ergo et plenus dierum et sanctitatis obdormivit in Domino 6. Kalendas Marcii[1], in die sollempnitatis illius, quem plurimum dilexerat, cuiusque monachos tunc multa religione preditos maxima familiaritate coluerat, id est sancti Richarii, sepultusque est cum luctu et dolore suorum in ecclesia sancti Iohannis euangeliste, medio loco ante introitum presbiterii. Postea vero pluribus annorum circulis iam decursis, sub Fulcone abbate, qui octavus decimus ab eo Corbeie prefuit[2], tanta per Dei gratiam ad eius tumulum facta est multitudo signorum, tam evidentia super his qui infirmabantur per ipsius merita claruerunt prodigia sanitatum, ut auctoritate sedis apostolice per manus Widonis Ambianensis presulis[3] sanctissimum corpus illius 4. Idus Iulii[4] de sepulchro levaretur et, spectantibus pariterque adorantibus populorum turbis innumeris, ad maiorem ecclesiam sancti Petri decenter translatum, cum aliis sanctis Adalardo et Precordio deinceps digne venerandum collocaretur, ad laudem et gloriam et honorem nominis domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

1) Annus obitus non satis constat; circa a. 865. credunt. 2) A. 1048 1095. 3) A. 1058 -1075. 4) A. 1073. secundum Catalogum abb. Corb., quem citat Mabillon, Acta IV, 2, p. 133; a. 1057, ut scribitur Gallia chr. X, col. 1274.

EX GESTIS CONWOIONIS ABBATIS ROTONENSIS.

ED. L. DE HEINEMANN.

Conwoionis, qui circa a. 831. *monasterium Rotonense*[1] *in Britannia minore ad flumen Visnoniam situm fundavit*[2] *primusque huius loci exstitit abbas, gesta et quae eidem abbatiae fere usque ad obitum illius*[3], *quem Mabillon a.* 868. *recte tribuisse videtur, acciderunt monachus quidam Rotonensis ipsique Conwoioni discipulus coniunctissimus*[4] *tribus libris, plenis narrationum quae utilitatis aeque ac delectationis multum habent, paulo post terminum antedictum simplici quidem, sed placido sermone ac veraciter conscripsit. Ex quibus pauca ad historiam Ludovici Pii eiusque filiorum Lotharii et Karoli imperatorum spectantia excerpsimus.*

Codice destituti repetivimus editionem Mabillonii, Acta IV, 2, *p.* 193 *sqq., ex codice Rotonensi saec. X, qui mutilus erat, prologo et capite* 1. *primi libri et fine tertii perditis, comparatam, ex qua etiam Bouquet VI, p.* 314. *quaedam excerpta dedit. Subiunximus particulas Vitae Conwoionis brevioris saeculo XI, ut Mabillon recte censuisse videtur, ab anonymo monacho Rotonensi maxime ex Gestis laudatis, tum vero et ex chartis archivii Rotonensis et ipsius auctoris adinventionibus, qui narrationes discipuli Conwoionis temere adulteravit, compositam. Quam Mabillon l. l. p.* 188 *sqq. publici iuris fecit, fragmento antea a Chesnio, Hist. Franc. SS. II, p.* 324 *sq., edito.* *L. de H.*

EX LIBRO I.

2. Quomodo beatissimus Conwoion misit Louhemel virum idoneum atque fidelem ad Nominoe principem Britannie.

. . . . . . Per idem tempus, cum adhuc novicii erant illi famuli Dei, deterrebant eos per circuitum multi adversarii et cupiebant impedire sanctum opus[5], quod inchoaverant, et non sinebant eos perficere. . . . Elegit itaque reverentissimus Conwoion cum consilio fratrum suorum idoneum atque fidelem nomine Louhemel, quia et ipse erat unus ex primis fratribus, et transmisit eum in legationem ad Nominoe principem, qui regebat illo tempore paene totam Britanniam, primitus ex iussione Lodovici imperatoris, postea vero suo arbitrio omnem provinciam invaserat[6]. Pervenit itaque venerabilis Louhemel et reperit eum in aula quae dicitur Botnumel. . . . . . (851.)

8. De interfectione Risweten et Tredoc.

. . . . . . His ita gestis, parvo intervallo facto, Karolus rex commovit universum exercitum suum, putabat enim, quia posset totam Britanniam armis capere et strages et sectas hominum facere et totam

1) Redon ad fl. Vilaine (dép. Ille et Vilaine). 2) Cf. chartam donationis Ratuili tyranni a. 831. datam ap. Courson, 'Cartulaire de Redon' p. 1. 3) Quae de morte Conwoionis relata erant, perierunt quidem, sed auctor in prologo l. III. scribit: *Sed et de transitu sancti Conwoionis abbatis et confessoris Christi ex hoc mundo sermo nobis dandus est.* 4) Cf. lib. II. praef.: *Haec enim, fratres carissimi, propterea dixi, ne quis spernat ex vobis meam insipientiam, cum praesertim illos viros sanctissimos noverim, qui me a pueritia nutrierunt atque in scientia Dei educaverunt.* II, c. 1: *Testor vobis, fratres carissimi, qui ego eram illo tempore illius sancti minister.* II, c. 5: *Quale vero meritum ille sanctus vir habuerit cum Deo, in memet ipso bene expertus sum. Denique cum essem iuvenculus in monasterio positus, praegravatus fui maximo dolore dentium.* II, c. 8: *Cumque posita fuisset sancta gleba illius super feretrum, nos monachi eam levantes* etc. 5) Monasterii Rotonensis construendi scilicet circa a. 831. 6) A. 826. Nominoe Brittaniae a Ludovico imperatore praefectus esse videtur; cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 256.

831. provinciam in sua dominatione perducere[1]. At ubi Erispoe, qui tunc Britanniam regebat, haec omnia audivit, iussit et ipse exercitum suum praeparari et mandavit, ut omnes parati essent et praeirent eum ultra Visnoniae[2] fluvium. Statim cuncti Brittones a sedibus suis surrexerunt. Tunc et illi duo perfidi Riswetenus et Tredoc una cum eis properaverunt — putabant enim, quod spolia diriperent et arma et vestes caperent — habueruntque hospitium in villa quae vocatur Ieneglina prope ecclesiam sancti Petri apostoli. Cumque ibi mansissent per tres aut quatuor dies, subito irruerunt Franci per noctem et vastaverunt totam villam. Quod illi audientes, absconderunt se in area[a] cuiusdam pauperis sub paleis ibique latuerunt, sicuti quondam latuerunt quinque reges in spelunca a facie Iosue fugientes (Ios. 10, 16). Cum vero Franci villam circumdarent, unus e populo ait illis: 'Si Brittones quaeritis, ecce latitant in paleis'. Illi vero concito gressu ad aream pergunt ibique eos latitantes reperiunt, eductisque gladiis statim eos trucidaverunt et corpora eorum in plateis proiecerunt et capita seorsum posuerunt. . . . . . .

9. De prima profectione sancti Conwoionis abbatis ad Lodovicum imperatorem.

Salvator humani generis discipulos alloquitur dicens: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt Dei Deo* (Marc. 12, 17). Similiter et Petrus apostolus in epistola sua nos ammonet dicens: *Sive regi quasi praecellenti* (1 Petr. 2, 13), necnon et Paulus similiter docet dicens: *Cui tributum, tributum; cui honorem, honorem* (Rom. 13, 7). His sermonibus exhortatus est venerabilis Conwoion perrexitque ad palatium Lodovici imperatoris, qui tunc exercitum ducebat[3] in provincia Aquitaniae, in territorio Limodiae, qui tunc consistebat in palatio in Cadrio monte[4]. (832.) Cumque ante imperatorem exstitisset, rogavit eum pro Dei misericordia, ut daret ei adiutorium et locum commemoratum sanctum nomine Rotonum, et quomodo in eodem loco vitam posset propagare cum sanctis fratribus ibidem Deo mancipantibus. Ad haec verba respondit Ricowinus comes[5] necnon et Rainarius pontifex[6], qui in illis diebus erant contrarii atque adversarii sanctis monachis, qui volebant in sancto supradicto loco animas suas immaculatas Deo reddere, dixeruntque ad imperatorem: 'Quaesumus te, domine auguste, ne adtendas et ne audias sermonem eorum, quia locum quem quaerunt, in eo potest regnum vestrum confortari et roborari'. Cumque ille audisset, indignatus est vehementer et coepit dicere: 'Eicite eos a praesentia nostra! Nam hodie quod petunt a nobis nullo pacto recipient'. Statim sanctus Dei Conwoion cum suis eiectus est a conspectu imperatoris. Licet erat maerens corde, spiritu tamen in Deo confidebat semper. Tandem cum magna difficultate pervenit ad suam propriam cellulam ibique fratres invenit maerentes; nutati enim erant de abscessu eius et dubii nesciebant, quid ei evenisset. Ille vero sanctus vir benigne et placido vultu ammonuit eos dicens: *Bonum est sperare in Domino quam sperare in principibus* (Ps. 117, 9). Et in alio loco propheta ait: *In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum rediget inimicos nostros* (Ps. 59, 12).

10. De secunda profectione eiusdem abbatis ad palatium Turonense.

(832.) . . . . . . Iterum sanctus ac venerabilis Conwoion abbas expetiit palatium Lodovici imperatoris, qui in illis diebus Turonis aderat[7], pervenitque supradictus vir una cum venerabili viro nomine Cumdeluc ad palatium regis. Supervenerant enim et alii nobiles viri de Britannia pro diversis causis atque utilitatibus suis. Cumque vellet loqui cum imperatore et munus ei offerre, ilico deiectus est a praesentia eius, sicut deiectus prius fuerat, reversusque ad hospitium suum, dixitque confratri suo Cumdeluc: 'Nondum aperuit Dominus cor imperatoris, ut daret aliquid nobis, quia cor regis in manu Dei est. Tu vero, carissime frater, festinanter perge ad nundinas et vende ceram, quam adtulimus imperatori'. Cumque abisset ad mercatum, subito instigante diabolo reperit eum una apodix, id est meretrix, et procaci vultu sanctum Dei adspexit, cui et dixit: 'Unde venis, amice carissime? Ubi per tot annos latuisti, indica mihi. Nonne tu es ille meus servus, et ego tua domina? Recordare ergo, quomodo nutriti sumus in una domo et in una familia. Frequenter namque abluit genitrix mea caput tuum, et saepe in uno stratu iacuimus'. Cumque ille sanctus haec verba diabolica audisset, statim erubuit, et vultus eius in diversis coloribus mutatus est. Cum vero vellet illa meretrix per vim trahere eum ad suum hospitium, annuente Domino, supervenerunt quidam sacerdotes de monasterio Sancti Martini, qui eum bene ante noverant, et rapuerunt eum de manibus eius et cum multa indignatione obiurgati sunt illam meretricem, ne ulterius auderet talem rem facere in sanctos Dei; et ita liberatus est vir Dei de laqueo diaboli. Et sic reversi sunt sancti Dei afflicti ad suum monasterium, nihil invenientes quod quaerebant ab imperatore. Sapientia namque ait: *Vas figuli probat fornax, et homines iustos temptatio atque tribulatio* (Eccl. 27, 6), et Paulus ait: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit* (2 Tim. 2, 5).

11. De adventu Nominoe ad monasterium et de profectione abbatis ad Theodonem-villam.

. . . . . . In diebus ergo illis cum venerabilis vir Conwoion cum fratribus suis manciparent divinis officiis et vigiliis ac ieiuniis operam darent, eo tempore venit Nominoe princeps Britanniae locum sanctum visitare (834.), sicut prius pollicitus fuerat, venitque cum optimatibus suis. At ubi audivit venerabilis Conwoion, simul cum fratribus suis perrexerunt obviam principi susceperuntque eum honorifice, deducentes cum laudibus et hymnis; gavisusque est Nominoe illo die gaudio magno consolatusque est sanctos Dei viros promisitque se eis benefacturum omnibus diebus vitae suae et commendavit se orationibus eorum. In illo die tradidit supradictus Nominoe quartam partem plebis Bain[8] sancto Salvatori et suis monachis pro

a) arca *ed.*

1) Cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 332. 2) La Vilaine. 3) Contra Pippinum filium a. 832, Sept. Oct. 4) Imperatorem tunc in Iucundiaco palatio (Jouac, nunc le Palais) moratum esse constat; forsitan hoc auctor intellexerit. Cf. Mühlbacher, Reg. Imp. I, p. 326. 5) Pictavensis. 6) Venetensis. 7) A. 832, mense Novembri. 8) Bains prope Redon.

anima Lodovici imperatoris[1], ita tamen ut ipse haberet mercedem donationis a Domino, praecepitque abbati, ut statim pergeret ad supradictum imperatorem una cum misso suo nomine Worworet[2]. Profectusque est iterum venerabilis Conwoion ad Lodovicum imperatorem, qui tunc morabatur in Teotonevilla[3]. Eo namque tempore erat Hermor episcopus[4], simul et Felix episcopus[5] in palatio regis. Statim autem ut audivit Hermor causas et necessitates eius, gavisus est intimavitque regi omnia de eo. Tunc immutavit Dominus cor imperatoris, et locutus est benigne, et placuit ei quod Nominoe fecerat, et non solum illam tradidit sanctum locum sancto viro, insuper etiam totam plebem Bain, sed et aliam plebem nomine Lancum[6] tradidit sancto Salvatori et suis monachis in elemosina sempiterna pro anima sua et pro incolomitate filiorum suorum et pro pace totius christianitatis, quamdiu hoc praesens saeculum duraverit. Fecitque ei praeceptionem de sancto loco Rotonensi et de plebibus supradictis atque anulo suo signare iussit, videntibus cunctis qui in palatio commorabantur, et mandavit hoc factum Nominoe principi per Worworet legatum suum, ita dicens: 'Nemo sit eis molestus in ulla re, nec audeat quisquam eos inquietare, qui Deum quotidie postulant pro incolomitate regis et filiorum eius et pro pace totius orbis'. Reversus est ergo venerabilis Conwoion ad monasterium suum retulitque fratribus cuncta quae gesserat, et quomodo immutaverat Dominus cor imperatoris super eo in benefacto suo. . . . . . .

834.

12. De quarta profectione supradicti abbatis ad imperatorem.

. . . . . . In tempore igitur Lodovici imperatoris discordia facta est inter Francos et Britones. Nam Franci volebant per vim totam Britanniam occupare, sicut antea solebant facere; sed fortissimus princeps Nominoe quantum valebat illis contradicebat. Tunc eodem tempore transmisit supradictus Nominoe legatos suos ad eundem imperatorem, qui ei dicerent, utrum ex iussione illius haec ita essent. Quod audiens venerabilis Conwoion abbas, simul cum eis perrexit ad palatium vocabulo Aquis[7]. Extiterat enim quidam comes nomine Gonfredus, qui sperabat totam provinciam Venetiae[8] ex iussione imperatoris possidere. Audierat enim, quod imperator dedisset locum sacratum Rotonensem Conwoiono sancto viro et suis monachis in eodem loco Deo servientibus. Qui coepit obiurgare eos et minas imponere eis, quia nolebat, ut illi sancti Dei locum habitarent. Stetitque venerabilis Conwoion ante imperatorem deprecatusque est eum, dicens: 'Concedite, concedite loqui cum servolo vestro!' Imperator vero nutu Dei compunctus stetit et sic ait: 'Loquere, frater, quantum vis'. Ille statim ostendit ei praeceptum, quod ipse dederat, et subintulit: 'Non possumus, o auguste, in loco quem dedisti famulis tuis quiete vivere, sed multitudo monachorum non possunt illic habitare, nisi eos amplius adiuvaveris'. Imperator ad haec respondit: 'Quae est petitio vestra, aut quid desideratis ut faciam vobis?' Ilico reverentissimus Conwoion ostendit petitionem suam. Sicque factum est, ut quod petierat obtineret. Illo vero die dedit Lodovicus imperator abbati Conwoiono plebem quae dicitur Rannac[9] atque aliam plebiculam quae vocatur Placia[10] necnon et aliam plebiculam quae nuncupatur Ardon[11], sicut adiacent cunctis finibus suis, pro regno Dei et prosperitate imperii sui usque ad finem saeculi. Sed et iste liber finiri desiderat, ne lectori fastidium sit.

837.

EX LIBRO II.

10. De profectione sancti Conwoionis abbatis ex iussione Nominoe principis ad urbem Romam; et de adventu corporis sancti Marcellini papae ad Britanniam.

In tempore autem Nominoe principis Britanniae surrexit quaedam heresis quae appellatur Simoniaca per totam Britanniam foedavitque omnem ecclesiam, ita ut a minimo usque ad maximum omnes avaritiam sectarentur. Huius vero heresis fautor maxime Susannus Venetensis episcopus extitit. Nam nullus presbyter aut diaconus poterat manus impositionem ab episcopis sine pretio accipere, nec cogitabant pontifices, quomodo vel qualiter haec heresis in primordio ecclesiae a sancto Petro apostolo radicitus fuerat evulsa. . . . . . . Igitur, sicut superius diximus, cum Britannia ista heresi male pullularet, pervenit ad notitiam sancti Conwoionis abbatis, qualiter episcopi nequiter agerent; coepitque proinde sacros canones saepius lectitare, et eorum errorem volens destruere, pervenit ad aulam principis praedicti locutusque est ad eum secrete, dicens: 'Ignoras nec intelligis, quomodo patria tua subversa est ab impiis episcopis et hereticis, qui sacros ordines pretio vendunt et tribuunt? Et hoc dico tibi, si non cito ista heresis radicitus a Britannia evellatur, ira Dei omnipotentis et omnium sanctorum eius veniet super te et super populum tuum'. Haec ille audiens, in ira et indignatione magna surrexit. Nam et ipse Nominoe zelum Dei habebat, sed non secundum scientiam; iussitque deinceps convocare omnes episcopos provinciae et doctores et legisperitos ad concilium suum rogavitque eos, ut legerent et exponerent canones apostolorum et omnes canones sanctorum patrum in conspectu omnium qui in illo concilio erant. Interrogatique sunt episcopi a legisperitis et a doctoribus Nominoe principis, quare acciperent dona et munera pro sacris ordinibus. Tunc illi episcopi responderunt: 'Nos nec dona nec munera a presbyteris nostris

848?

1) Cf. chartam Nominoi datam a. 834, Iun. 18. in Rotonensi monasterio, Mabillon, Acta IV, 2, p. 185; Courson, 'Cartulaire de Redon' p. 2, qua vero tertiam partem ecclesiae Bain monachis concedit. 2) Qui chartae laudatae testis subscripsit. 3) A. 834, Iul.; Reg. Imp. I, nr. 901a. Charta donationis vero demum Nov. 27. Attiniaci data est, ib. nr. 904. Cf. Simson .I l. II, p. 109. 4) Macloviensis; cf. Gallia chr. XIV, col. 997. 5) Corisopitensis; cf. infra II, c. 10. 6) Langon (cant. Redon). 7) A. 837, in autumno. Cf. Reg. Imp. I, nr. 937b; Simson II, p. 170, qui de hac relatione — nullo iure, ut opinor — dubitat. 8) Vannes. 9) Renac (cant. Redon). 10) Brain (cant. Redon). 11) Arzon (dép. Morbihan, cant. Sarzeau). Charta data est Cariaci Aug. 30, quam a. 838. Mühlbacher, Reg. Imp. I, nr. 948, tribuit.

848? accipimus, sed honorem congruum ac debitum ab eis accepimus et accipiemus'. Et, sicut superius diximus, Susannus episcopus in illa synodo atrocius contradicebat sanctis canonibus. His ita contradicentibus atque litigantibus, iudicatum est illis, ut pergerent duo ex eis ad urbem Romam, quae caput est omnium ecclesiarum quae sub universo caelo sunt, ibique ante vicarium sancti Petri, id est Romanum pontificem, causas et rationes eorum excuterent; et si nequiter fecissent, ibi a sancto Romano pontifice 5 iudicarentur. Elegerunt itaque episcopi duo ex eis qui Romam pergerent, id est Susannum episcopum Venetensem et alium episcopum nomine Felicem Corisopiti[1]. Tunc rogavit praefatus Nominoe venerabilem virum Conwoion, ut proficisceretur cum illis, ut audiret et discuteret causas et rationes eorum, id est episcoporum. Eodem tempore transmisit Nominoe princeps coronam auream cum gemmis pretiosissimis donum beato Petro apostolo per virum venerabilem Conwoion imperavitque ei, ut peteret a beato Leone 10 papa unum ex sanctis corporibus martyrum qui Romanam ecclesiam post beatum Petrum apostolum rexerunt. Perrexerunt igitur episcopi una cum beato abbate viam valde longam perveneruntque cum multo labore fessi ad Urbem receptique sunt honorifice a sancto Romano praesule. Tunc tradidit venerabilis vir Conwoion coronam auream beato Leoni pontifici dixitque ei petitionem principis Nominoe.

849? Congregavit igitur beatus Leo papa synodum episcoporum in urbe Roma ibique discussit causas episco- 15 porum, audiente viro venerabili Conwoione. Obiurgatique sunt ab episcopis sanctae Romanae ecclesiae, quomodo praesumpsissent dona et munera pro sacris ordinibus accipere. Illi econtra responderunt: 'Etsi recepimus, ignoranter fecimus'. Tunc Arsenius archiepiscopus dixit: 'Nullus sacerdos debet ignorans esse. Haec excusatio non est satisfactio'. Sanctus papa Leo respondit: 'Auctoritas sancti euangelii excipienda est. Ipse namque Dominus ait: *Si sal evanuerit, in quo condietur?* id est: si episcopus erraverit, a quo 20 (Luc. 14, 34.) emendabitur? Sed et sancti canones hoc iudicant: *Si quis episcopus, presbyter aut diaconus per pecunias fuerit ordinatus, deiciatur ab ordine suo et ipse et ordinator eius*'. Et ita in illa synodo diffinitum est, ut nullus episcopus audeat munera aut dona ab ullo ordine ecclesiastico accipere; quod si fecerit, gradum proprium amittat, et alius in loco eius subrogetur[2]. Expleta vero synodo, licentiam petierunt episcopi remeandi ad patriam suam; sed et venerabilis Conwoion licentiam apostolicam meruit accipere, 25 dansque illi casulam suam qua utebatur, honorans eum digno honore. Tunc transmisit beatissimus Leo papa ad Nominoum principem Britanniae corpus sanctissimi Marcellini papae et martyris. . . . . . .

EX LIBRO III.

5. De Goisleno abbate sanato.

850. . . . . . . In diebus illis orta est turbatio non modica inter Karolum regem Francorum et No- 30 minoium ducem Britanniae. Sicque actum est, ut Landebertus comes adhaereret Nominoi principi, deserens dominatum regis Karoli[3], invasitque totam provinciam Namneticam simul et Andegavam ex obtentu ducis Britanniae. Porro omnes amici regis huc illucque dispersi sunt. Eo vero tempore erat quidam abbas Gauslinus[4] nomine ex monasterio Sancti Mauri in territorio Andegavensi. Hic venit ad sanctum locum Rotonensem, ubi sanctus Hypotemius requiescit, suscepitque eum venerabilis abbas cum 35 summa diligentia; permansit autem in sancto loco per quatuor ferme menses. . . . . . .

8. De Frotmundo poenitente.

(Exod. 20, 12. 14. Matth. 5, 21.) Lex divina praecipit omnibus hominibus dicens: *Non occides, non moechaberis, honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram.* Et Christus in euangelio hortatur dicens: *Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio.* Quod ita evenit cuidam viro 40 nobilissimo nomine Frotmundo. Natus quippe erat ex nobilissimis parentibus Francorum, qui maiores et proceres palatii regis erant. Denique post mortem patris sui ipse cum fratribus suis coepit dividere hereditatem suorum parentum. Sed contradicebat eis eorum patruus, presbyter honorabilis et multum in palatio regis gloriosus. At illi indignantes, accensi furore nimio, arma corripuerunt, et super patruum suum in ira consurgentes, interfecerunt eum. Nam et unum ex fratribus eorum, qui erat minimus, simul 45 cum eo incaute peremerunt. Postea Frotmundus poenitentia ductus una cum fratribus suis cum fletu magno perrexerunt palatium regis, quaerentes consilium a rege et ab episcopis Franciae, quidnam deberent facere. Tunc Lotharius rex convocavit omnem synodum et statuit eos in medio eorum. Episcopi autem iusserunt fabricare catenas ferreas et ligare eos per brachia et per lumbos strictim, et sic loca sancta circuirent in cinere et cilicio, quousque Dominus reciperet poenitentiam eorum. Exinde viri 50 coeperunt Romam pergere ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli et ad sanctorum corpora martyrum, qui ibi sine numero requiescunt; moratique sunt in Romana urbe per multos dies. Deinde c. 856. accipientes epistolam a sancto Benedicto papa[5], transierunt Thyrrenum mare perveneruntque ad civitatem sanctam Ierusalem. . . . . . .

9. De adventu barbarorum ad sanctum locum et de liberatione eiusdem loci a paganis. 55

852. . . . . . . In tempore igitur Erispoe principis Britanniae quidam Normannus Sidric cum navibus centum quinque occupavit fluvium Ligeris et circumdedit castra aliorum paganorum, qui civitatem

1) Quimper. 2) Econtra episcopos quatuor iniuste et violenter a Nominoe principe in concilio Redonensi depositos esse traditur, Delalande, Conc. Gall. suppl. p. 145. De Conwoione hoc loco nihil narratur. At ex epistolis Leonis IV. papae episcopis et duci Britanniae missis (Sirmond, Conc. Gall. III, p. 72; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 2599. 2600) apparet, legationem e Britannia Romam venisse tractaturam de simonia 60 episcoporum, ut nostro non omnis fides abiudicanda videatur. Cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 322; Langen, in 'Hist. Zeitschr.' XLVIII, p. 475. 3) Cf. Chron. Fontanell., SS. II, p. 303; Dümmler l. l. I, p. 324. 4) Cf. Odonis Mirac. S. Mauri c. 3—10, infra p. 468 sqq. 5) III. a. 855—858. 65

Namneticam depopulati fuerant et incenderant et omnes regiones quae erant prope et longe, tradentes 852. omnia incendio, posueruntque castra sua in insula quae dicitur Betia [1]. Cumque circumdasset eos navibus in gyro, ita ut non possent egredi vel ingredi, erantque omnes obsessi, statim misit Sidric nuntios ad Erispoe principem Britanniae, ut veniret et irrueret ipse cum exercitu suo super adversarios suos, 5 qui deleverant regiones suas, essentque uno animo et una voluntate, ut contererent et delerent eos a superficie terrae. Quod cum audisset Erispoe, confestim misit nuntios in universo regno suo, ut venirent cum armis suis ferrentque praesidium duci Normannorum, ut debellarent hostes et paganos, qui iam longo tempore irritaverant regiones et provincias christianorum. Tunc Brittones celeriter a sedibus suis surrexerunt et irruerunt super eos una cum Sidric et exercitu eius coeperuntque proeliare et castellum 10 conterere, perieruntque ex eis plurima multitudo. In illo proelio vulneratus est Sidric comes Normannorum, factumque proelium a mane usque ad vesperum; nox proelium diremit, recesseruntque cuncti usque ad castra sua. Mane autem facto, illi pagani qui erant obsessi pacem fecerunt et dextras dederunt Sidric duci Normannorum et aurum et argentum plurimum ei obtulerunt foederatique sunt illo die, et recessit ab eis Sequanam fluvium petens, ibique a Karolo Francorum rege cum populo suo interfectus est [2]. Cumque 15 Britones perrexissent ad tabernacula sua, Normanni qui fuerant obsessi exstruxerunt naves suas et praeparaverunt, ut venirent cum ira et indignatione reddere Britonibus malum quod sibi intulerant navali proelio. In illo ergo tempore barbari adscenderunt naves suas, egressi de fluvio Ligere, navigaverunt mare magnum intraveruntque Visnoniae fluvium cum centum tribus navibus occupaveruntque ripam fluminis castraque metati sunt paene duobus milibus a sancto monasterio Rotonensi. Porro monachi sancti 20 monasterii ut phalangas navium viderunt, ilico Deum omnipotentem deprecati sunt, ut dignaretur liberare sanctum locum suum a pollutionibus paganorum, essetque inlaesus, ne incendio cremaretur; et statim de loco sancto migraverunt. Unus autem ex monachis, vir vitae venerabilis, presbyter Hinconanus nomine ait coram fratribus: 'Eia, Salvator mundi, modo apparebit, quomodo erues locum consecrationis tuae, ne destruatur a paganis. Nunc ostende potentiam tuam, et salvi erimus'. Talia voce referente, venti, quasi 25 agmine facto,

terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumque a sedibus imis
Una eurus nothusque ruunt creberque procellis
Africus, et vastos volvunt ad litora fluctus.
30 *Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether* [3].

Tanta tonitrua et fulgura e caelo emicuerunt, ut praesens mors paganis ostenderetur. Interea, cum magno murmure caelum desuper et fulgura et coruscationes vehementissime densarent, coeperunt pagani voto se constringere, ut, si mortem evasissent, nullatenus sanctum Dei locum violarent, sed dona et munera super sanctum altare ponerent; quod ita factum est. Altera vero die transmiserunt aurum et 35 argentum et candelas innumerabiles iusseruntque eas accendere per circuitum sanctarum ararum; et sic cessavit plaga ab eis. In illo quoque die posuerunt custodes per circuitum sancti loci, ut nullus auderet invadere quidquam ex omnibus quae in monasterio erant. Et dum haec ita agerentur, sedecim ex paganis intraverunt in secretarium basilicae biberuntque de vino, quod illic positum erat ad missas. Mox ut gustaverunt, in rabiem omnes sunt conversi, et ad castra sua deducti, illo die simul mortui sunt, reci- 40 pientes perpetuam poenam, qua merito digni erant. Exinde pagani progredientes, intra provinciam agebant praedas, captivantes viros et mulieres, domos tradebant incendio nec sinebant neminem vivere. Plurimi autem ex captivis in eodem sancto loco evaserunt fugientes nocte. Per diem enim latitabant in aedibus monasterii et sic per misericordiam Dei tuebantur [a].

EX ALTERA VITA CONWOIONIS ABBATIS.

45 5. . . . . . . Signis igitur et prodigiis huiusmodi compertis, Neomenoius, armis potens, sensu pollens, iudex provinciae a Ludovico augusto declaratus, ad beatum tendit virum [4]; cuius eloquiorum torrente delectatus atque instructus, probata ipsius vitae puritate, multa munera ad relevandam monasterii indigentiam sanctis Dei tribuit, seque eorum orationibus commendans, ad propria remeavit.

6. Britannis interea more suo insolescentibus et adversus imperatorem, electo sibi in regem quo- 818. 50 dam Marcomo tyranno, conspirantibus, negotiis sanctis omissis, cum insuperabili agmine Britanniam properat imperator, et fugatis Britannis, atque perempto eorum pseudorege, patriam suis legibus subiecit. Peracto itaque triumpho, in Venetensi urbe generale principum et pontificum celebrat concilium [5]; ubi

a) *sic desinebat cod. Roton.*

1) Prope Namnetum civ. in Ligeri fl. 2) Haec 55 spectare videntur ad incursionem Normannorum a. 852. in Franciam factam, Ann. Bertin. a. 852. Neque tamen Karolum regem paganos vicisse alibi traditum est; cf. Dümmler I, p. 336. 3) Verg. Aen. I, 83—86. 90. 4) Conwoionem Rotoni cum fratribus 60 monachis cellam incolentem. 5) Cf. de bello Ludovici imp. cum Britannis a. 818. gesto Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 130 sq. Mense Iulio in civitate Vannes erat; Simson l. l. p. 133. Quae hoc loco de visitatione Rotonensis monasterii per Ludovicum Pium imp. tradit auctor falsa esse, apparet, cum a. 818. coenobium nondum fundatum esset.

ordinatis regni negotiis, et causis discussis ecclesiasticis, cum iam in Gallias redire disponeret, oraculo est admonitus divino, ut ad beatum virum in heremo degentem et angelicam vitam ducentem diverteret Conwoionem atque in eo veneraretur imaginem Christi. Ingentes vero referens gratias imperator pro responso divino, locum adiit, et considerata patris monasterii et monachorum Deo placita conversatione, benigno amplexatur eos affectu, illud revolvens quod de sanctis animalibus dicitur: *Similitudo hominis in eis.* (Ezech. 1, 5)

834. 7. Cernens denique devotum erga se principis animum, suppliciter eum deprecatur, ut illi pro aeterna remuneratione locum tribueret Rothonensem, sicut fluminibus cingitur duobus, Dutulo scilicet et Undoenensi, et termino Spilucensi dividitur[1]. Cum autem Neomenoius, qui intimus secretorum erat regalium, precibus instaret, ut vir Dei exaudiretur, petitioni cedens imperator, obtulit pro sua successorumque salute Salvatoris altari, quemadmodum vir Dei petierat, locum Rothonensem ab omni homine liberum et immunem, proprio confirmans donationem anulo, anno imperii sui vigesimo primo, incarnati vero Verbi octingentesimo tricesimo tertio[2]. Valedicens abbati et fratribus et eorum se commendans orationibus, Balneo se contulit vico, venationem ibi exercens, ac deinde per Andegavum Gallias petens.

8. Regresso itaque in sua feliciter augusto, abbas Conwoionus, notitia regis fretus, pauco tempore evoluto, tribunal ipsius adiit, supplicans, ut pauperum, quos in heremo visitaverat, recordaretur fratrum atque ex copiosis possessionibus suis loco illi contiguis ad supplendam inopiam illorum solita quam erga monasteria eorum fovenda semper habuerat benignitate aliquid largiri dignaretur, sciens talia in futuro cum foenore remunerari[a], promittente in euangelio Christo domino: *Centuplum accipies et vitam aeternam possidebis.* (Matth. 19, 29) Cunctos autem viri Dei sermones surda aure imperator pertransiens et inexorabilis existens, repulsam vir Dei sanctissimus passus, contemptus spem apposuit, nec semel vel secundo, sed saepe in patriam cum grandi difficultate iens et rediens, iterum regem importunus interpellabat petitione sua, poetae sententiam animo revolvens: *Labor improbus omnia vincit*[3]. Tandem imperator cordis sui insolitam redarguens duritiem et illud apostoli recolligens: *Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet*, et: *Hilarem datorem diligit Deus;* (2 Cor. 9, 6. 7) de cetero orabilis efficitur, (834.) et Neomenoio intercedente, ac Domino inspirante, abbati Conwoiono et monachis theoriam in Rothono monasterio exercentibus pro regni statu et perennis vitae bravio regali munificentia primo quidem Palatumaccumatum, Balneum vicum atque Languonum[4] cum terminis suis, postmodum vero in Carisiaco palatio (838.) Rannacum[b], Psacellum Ardomumque[5] cum suis finibus perpetuo concessit, felici commercio pro terrenis aeterna commutans. Ecclesiis etiam earundem plebium, quas ipse imperator Romani pontificis munere obtinebat, simili iure praefato tribuit abbati, adsistente regis praesentiae Reinaldo[6] Venetensis ecclesiae praesule et id ipsum sigillo suae munitionis corroborante. . . . . .

a) *ita correxi;* revocari *ed.* b) Ramiacum *ed.*

1) Hunc locum corruptum esse, Mabillon p. 184. censuit et emendandum ex charta Nominoe a. 834. data, ap. Courson l. l. p. 2: *donavi eis illam partem que vocatur Ros circumcinctam ex duobus aquis, id est ex Ultone flumine* (Oust) *et Visnonie* (Vilaine) *et ex tertia parte de antiqua ecclesia Bain sita in parte quae dicitur Spiluc.* 2) Charta a. 834, Nov. 27. data est; cf. supra p. 457, n. 3. 3) Verg. Georg. I, 145. 4) Ballon prope Bains, Bains, Langon. In eodem n. 1. laudato diplomate (ap. Courson l. l. p. 355) Ballon non occurrit. 5) Renac, Brain, Arzon; cf. supra p. 457, n. 9. 6) Est Raginarius laudatus Gesta I, c. 9, supra p. 456, qui litteris Ludovici imp. subscripsit.

EX ODONIS MIRACULIS S. MAURI SIVE RESTAURATIONE MONASTERII GLANNAFOLIENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Odo monachus Glannafoliensis S. Mauri ad Ligerim (St. Maur-sur-Loire) abbatiae, aliquanto tempore ante a. 863. *abbas huius monasterii constitutus*[1], *eodem anno* 863. *vel paulo postea spurium illum et commenticium foetum de vita S. Mauri edidit*[2], *de cuius sociorumque eius vita opusculum quoddam a Fausto illius discipulo conscriptum se invenisse et vitiis purgatum in elegantiorem formam redegisse mentitus est*[3]. *Idem a.* 869, *ut ipse profitetur*[4], *ad Adelmodum archidiaconum Cenomannensis ecclesiae, eius precibus commotus, ut dicit, libellum conscripsit, cui ipse titulum Historiae eversionis seu restaurationis monasterii Glannafoliensis inscripsisse videtur*[5], *cui in codicibus et idem titulus et Miraculorum S. Mauri*[6] *inditus est. Retulit de monasterio Glannafoliensi Pippino rege ad nihilum redacto, Ludovico Pio regnante restaurato, deinde de variis fatis eiusdem monasterii, praesertim vero de miraculis a S. Mauro ibidem sepulto perpetratis, tum quomodo monachi timore Normannorum cum corpore sancti in Burgundiam fugere coacti sint, denique corpus eius in Fossatense monasterium, postea S. Mauri dictum (St. Maur-des-Fossés), cui ipse Odo abbas praefectus est, transportaverint, praesertim miracula in translationibus acta exponens. Quorum multa partim fide indigna, ut quae de eversione monasterii refert, partim dubia eo magis censuerim, quo saepius et instantius inventor ille mendax Vitae S. Mauri se nonnisi vera narrasse affirmaverit testesque narrationum induxerit. Restant tamen, praesertim medio saeculo IX. et postea gesta, quae vera habere licet, cum non intelligatur, qua de causa auctor ea finxisset.*

Maiorem libri partem hoc loco dedimus recensitam subsidio codicum:

1) *Vaticani reginae Christinae nr.* 456, *membr.*, 8⁰ *min.*, *olim S. Mariae Lucionensis, qui post Translationem et Miracula S. Benedicti et*

1) Quod apparet ex epistola ad Adelmodum, ubi dicit: *Ordinatis fratribus* etc., in praedio Audonis comitis scilicet. Cap. 13, ubi res a. 861—862. gestas verbis: *Igitur nostro iam tempore* enarrare exorditur, de eo tempore quo abbas congregationi praefuerit dixisse mihi videtur. 2) Acta SS. Ian. I, p. 1039 sqq.; Mabillon, Acta I, p. 276 sqq. Haud magni habenda sunt quae 'Hist. lit. de la France' V, p. 383 sqq. de Odone leguntur. Cf. etiam Ebert, 'LG. d. MA.' II, p. 351 sq. De Vita Mauri v. Roth, 'Benefizialwesen' p. 438. 3) Cf. epistolam ad Adelmodum datam, libro praemissam. 4) Cap. 13. In praefatione vero dicit, se scripsisse a. 868. Quod ita facile explicari potest, ut a. 868. post Nov. 13, quo die translationis factae in praefatione meminit, scribere coeperit, a. 869. post diem Febr. 5. opusculum absolverit, ni statuere mavis, eum altero loco ab alio die anni initium sumpsisse, altero a paschate, altero a nativitate Domini. 5) Ita in praefatione ad Adelmodum scripta. 6) Et ita fere ipse Odo in epistola ad Adelmodum.

Vitam S. Mauri f. 84—106'. *hunc librum cum epistola et praefatione ad Adelmodum compluribus manibus saec. X. in. scriptum continet*[1]. *In codice hoc ceteroquin magni pretii, licet mendis nimis maculato, singula verba modo auctoribus saeculi IX. minus consueto scripta sunt, ut hac in re saltem non ubique eum sectandum duximus*[2].

1*) *Vaticani reginae Christinae nr.* 566, *membr., misc., qui inter varia libellos et fragmenta ad historiam Francogallicam pertinentia, variis manibus saec. IX—XI. scripta, in f.* 33. *partem epistolae ad Adelmodum solam manu saec. XI. exaratam praebet*[3].

2) *Vaticani nr.* 1202, *membr., fol. maximi, saec. XI, tempore, ut videtur, Desiderii abbatis, in monasterio Casinensi in honorem ss. Benedicti et Scolasticae et Mauri characteribus Beneventanis maximis splendidissime et elegantissime scripti et multis pulcherrimis picturis exornati, ubi f.* 180—207. *Miracula S. Mauri non integra, sine epistola ad Adelmodum, exstant*[4].

2*) *Vaticani nr.* 1201, *membr., fol. maximi, qui legendarium magnum ecclesiae cuiusdam Francogallicae, compluribus manibus saec. XII. scriptum, post Vitam S. Mauri initium tantum libelli de Miraculis f.* 44'. 45. *continet*[5].

Editionem principem huius libelli ex codice S. Germani a Pratis publici iuris fecit Iac. Breulius post Aimoini libros de gestis Francorum et Chronicon Cassinense Paris. 1603, *fol., p.* 811 *sqq.; denuo recensuerunt eum Ioh. Bollandus, Acta SS. Ian. I, p.* 1051—1060, *cum codicibus Ripatorii, Rubeaevallis, Bonifontis et Nic. Belfortii collatum; Mabillon, Acta IV,* 2, *p.* 167 *sqq. Excerpta dedit Bouquet VI, p.* 311. *Locos ex hoc libro exscriptos habes in Hist. Fossat., SS. IX, p.* 370. *O. H.-E.*

EPISTOLA[a] ODONIS ABBATIS MONASTERII QUOD EX ANTIQUO[b] GLANNAFOLIUM APELLATUR AD ADALMODUM SANCTAE CINOMANNICAE MATRIS ECCLESIAE ARCHIDIACONUM DE INVENTIONE VITAE BEATISSIMI MAURI, DISCIPULI[c] PATRIS BENEDICTI, IN QUA ETIAM LIBELLUM SE EI SUBNECTERE POLLICETUR DE PRESENTIS TEMPORIS MIRACULIS PER EUNDEM SANCTISSIMUM CELEBRATIS, QUAE SE A VENERABILIBUS ET ADHUC SUPERSTITIBUS COMPERISSE ADFIRMAT PERSONIS, QUAE SE MAGIS VISA QUAM AUDITA NARRARE TESTANTUR.

Vinculo sanctae dilectionis visceraliter nexo reverendo viro Adelmodo[d], sanctae Cinomannicae matris aecclesiae archidiacono, Odo abbas monasterii quod in prerípio rípae Lígeris fluminis situm Glannafolium ex antiquo apellatur munusculum. De repertione Vitae sancti Mauri nobilisque eius[e] conversationis, morum et actuum[f] perfectione, unde frequens, ut récolis, inter nos sermo habitus est, certam cupiens tuam reddere fraternitatem, sicut té crébro poposcisse reminiscor, ne petitionis tuae frustrári videaris effectu, scripto tandem plena fide percúrrere disposui, qua occasione indáginem huius rei eátenus[e] et

a) *ita* 1. 1*; *Odonis epistola deest* 2. 2*. b) antico Clannaf. 1. c) discipuli — testantur *des.* 1*, *reliquo spatio columnae vacuo relicto.* d) Adalmodo 1*. e) *deest* 1*. f) acctuum 1.

1) Vide de eo infra praefationem ad Adrevaldi Miracula S. Benedicti et 'Arch.' XII, p. 281. 2) Eadem quae de ratione verborum scriptorum in Adrevaldi Miraculis S. Benedicti ex hoc codice peculiaria et reiicienda enumeravimus, omnia etiam in hoc libro inveniuntur, ut saepissime *e* pro *ae* et *oe* scriptum, *ci* pro *ti*, *h* omissum, ut *ortari*, *orribiliter*, et superadditum, ut *honerare*, aliaque, quae loco laudato videsis. Multo saepius vero quam in Adrevaldi libro *ae* et *ę* pro *e* scriptum invenitur, ut *cordae*, *iurae*, *mentae*, *fidae* (Abl. substant. *fides*), *ordinae*, *ipsae* pro *ipse*, semper fere *illae* et *illę* pro *ille*, *dae*, *aetiam* (alibi *eciam*), *aegit*, *aeversio*, *aeligere*, *aelaborare*, *aemeruerunt*, *aepiscopus*, *segnicię*, *langorę*, *nominę*, *specialę*, *pontificę*, *temporae*, *fuissae*; adverbia: *fortae*, *apertae*, *poenę*, *religiosae*, *rectae*, *periculosę*, *maximae*, *strenuae*, *assiduae*, *novissimę*; *pręcibus*, *cęlebrae*, *scęma*, *haeremita* etc. etc., quae iis tantum locis recepimus, ubi etiam in 2 inveniuntur, singulis locis non annotavimus. 3) Cf. 'Arch.' XII, p. 292 sq. 4) Cf. ib. p. 223 sq.; Chron. Casin. III, 63, SS. VII, p. 747. — Petrus diaconus *Istoriam de eversione seu restauratione coenobii beati Mauri ex iussione abbatis Seniorecti emendavit, in qua et prologum scripsit*, ib. IV, 66, p. 794. In hoc vero codice perpauca quidem alterata sunt, solus vero Odonis prologus exstat. 5) Cf. 'Arch.' XII, p. 223.

a nobis et a nostris penitus ignotae[a] ac inauditae consecutus sim. Valde siquidem tuis etiam in hac re congratulor studiis, dum sollicite perquirere té perpendo, qualiter et quomodo nobis comperta existant, quae de hoc beatissimo viro in manibus habentes, Patrem luminum, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum desursum descendit, conlaudamus, quem a pontifice sanctae sedis, cui Deo auctore deservis, beato scilicet Bertigranno, totius sanctitatis decus insigne, nostris, ut nosti[b, 1], adscitum gaudemus provinciis. Cum circumcirca cuncta poene loca nobis contigua effera natio Normannorum[c] ferali rabie populans incendioque concremans vastaret, nosque vis et atrocitas barbarica obtata pepulisset tellure ac pristinis miserabiliter[d] privasset sedibus, nec ullus uspiam refugii nobis tutus superesset locus, consilio tandem servandae vitae cum corpore eiusdem sancti Mauri partes Burgundiae petere decrevimus. Cumque in predium inlustris viri Audonis comitis citra[e] fluvium quem Ararim vocant devenissemus[f], quod nobis ob reverentiam et amorem sancti corporis sive etiam pro aeterna remuneratione aliquandiu ad habitandum concesserat, benigno favore ibidem commorantium ac munifica largitate excepti, anno dominicae incarnationis octingentesimo sexagesimo tercio, indictione decima[2], digno cum honore[g], congruo illud et apto condidimus loco. Ordinatis igitur fratribus, prout rei suppetebat oportunitas, qui sacro thesauro inherentes debito famulatu inservirent, liberi et expediti paternum censuimus solum repetendum. Et cum iam propinqua littora prefati fluminis legeremus[h], offendimus frequentiam virorum non ignobilium, qui dudum Romam petentes sanctaque loca gratia orationis peragrantes[i], genuinam revisere festinanter[d] accelerabant[k] glebam. Cumque ob laborem tanti itineris sarcinulis animalia relevantes ac fessi in littore nobiscum navigium operientes resedissent, amica quadam desiderabilique curiositate de sanctorum locorum positione et ornatu sanctitatisque ac religionis custodia, divinorum etiam cultuum assiduitate atque aecclesiasticorum frequentatione officiorum catholicorumque studio et elucidatione dogmatum plurima ab eis sciscitans atque, ut a talibus moris est, pluriora[l] audiens, repperi in sportula[m] cuiusdam clerici, qui Petrus, ut asserebat, vocabatur, quique, ut fatebatur, ante biennium illuc ex pago Abrincatino[n], de loco Sancti Angeli[o] qui Ad duas vocatur Tumbas[3] perrexerat, quaterniunculos[p] nimia poene vetustate consumptos, antiquaria et obtunsa[q] olim conscriptos manu, vitam beati[r] Benedicti ac quinque discipulorum eius continentes[s], Honorati videlicet, Simplicii, Teodori, Valentiniani atque Mauri; quos vix emerui datis non paucis redimere nummis. Et quia tam inculto sermone quam vicio scriptorum depravati videbantur, vitam beati Mauri, prout potui, corrigere satagens, viginti[t] dierum plus minus labore consumpto, salva fide dictorum ac miraculorum inibi repertorum, sicut nunc[u] habetur, apertiorem eam legentibus reddidi et expressi. Cui etiam, sicut tua postulavit industria, libellum subindere cupio de restauratione[v] iam dicti coenobii regularisque in eo reparatione religionis sive etiam de mirabilibus, quae ibidem ostensa sunt, et quae adhuc[w] superstites ac non[x] minimum reverendae adstipulantur personae; de visionibus quoque caelitus ibi per angelicam demonstratis administrationem necnon et de his[y] quae a die translationis eius usque nunc tam[z] in itinere quam in diversoriis[a] multiplicium repausationum per eundem servum suum ad laudem et gloriam nominis sui divina operari dignatur maiestas. Haec omnia tuo dicans nomini, utilia legentibus fore nostrisque potissimum, arbitratus sum. Quos per eam, quae est in Iesu[b], deprecor veritatem, ut veris[c] et absque fuco a mé prolatis fidem adhibentes, religiosioris vitae studiis sollicite operam dare non neglegant, quatinus fructum laborum suorum in die retributionis a pio Domino recipientes, perhennis vitae premiis cum eo, cuius et audiunt et legunt[d] virtutes, participari mereantur. Amen.

Iac. 1, 17.

863.

EXPLICIT EPISTOLA.

INCIPIT[e] LIBELLUS SERIEM MIRACULORUM PRESENTIS TEMPORIS DECURRENS, QUAE PER BEATUM MAURUM DIVINA OPERARI DIGNATA EST MAIESTAS, QUAEQUE[f] AB ODONE ABBATE PLENA FIDE EXPRESSA SUNT.

[Dilectissimo[g] fratri et venerando viro Adelmodo archidiacono Odo abbas coenobii Sancti Mauri amoris subsidium].

Historiam eversionis seu restaurationis sancti coenobii, quod olim a beato Mauro nobiliter aedificatum ex antiquo Glannafolium nominatur, quam a venerabilibus et probatissimis atque adhuc in carne manentibus personis plena fide didici, in corpus unius libelli colligere ac[h] ordinare aggrediens, sicut crebro tuam, venerande vir Adelmode, poposcisse reminiscor fraternitatem, earundem personarum nomina

a) ignoto 1. b) nostis 1. c) Nortm. 1*. d) *deest* 1*. e) *ita edd. et infra c.* 13. *cod.* 1; circa *h. l.* 1. 1*. f) devenisemus 1. g) hore *post corr.* honore 1. h) leremus *post corr.* legeremus 1. i) peragentes 1. k) accelebrant *post corr.* accelerabant 1. l) ra *e corr. post. manus* 1; plurima 1*. m) sportella 1*. n) Abrinccat. 1. o) Michaelis *add. edd.* p) quaternicula *in marg. corr.* quaterniuncula 1. q) obtusa 1*. r) beti *corr.* beati 1. s) *desunt* 1*. t) vinginti *radendo corr.* vig. 1. u) *ita edd.*; tunc 1. v) cupio *iterum add., sed del.* 1. w) adhunc 1. x) *ita edd.*; nomium rev. 1. y) deis *corr.* de his 2. z) *deest* 1. a) so *e corr.* 1. b) inĩhu *post corr.* in iĥu 1. c) verus *post corr.* veris 1. d) legant *corr.* legunt 1. e) *ita* 1; 2 *f.* 180 *sic:* Incipit prologus Odonis in libellum de eversione et restauratione monasterii beati Mauri abbatis sive de miraculis eiusdem egregii viri in eodem monasterio ostensis; *nulla inscriptio* 2*. f) quequę 1. g) *ita edd.; haec des. codd.* h) hac 1.

1) Maurum in Galliam a Bertigranno episcopo Cenomannensi accitum esse, scribit Odo in Vita eius c. 3, § 16. 2) A. 863. congruit cum indict. 11. et 12, non 10. Vide etiam c. 13, ubi numeri indicati cum hoc anno non conveniunt. 3) Mont-St.-Michel prope Avranches

in ipso exordio[a] narrationis inserere dignum iudicavi, quatinus[b] et scrupulum dubietatis legentibus auferrem et ad veraciter fideliterque amplectenda quae narro ex ipsarum Deo placita et hominibus spectabili probitate omnes audientes invitarem. Harum primus et ordinis dignitate et perfectioris[c] vitae sanctitate Goddefredus[d] venerandus abba[e] Fossatensis[f] monasterii[g] extat, qui prolixiori[h] tempore sub regimine sanctae recordationis Teodradi[i] in eodem[k] sancto deguit coenobio[1]. Bilehildis quoque[m] abbatissa, nostro seculo speciale sanctae viduitatis decus, quae cum viro suo inlustrissimo comite Rorigone in reparatione eiusdem monasterii, iuxta[n] quod illis caelitus ostensum ac preceptum fuit, longo sollicite invigilavit tempore. Cuius et[m] ego pluriora[o], quae refero, frequenti didici collocutione. Sed et Bernegarius presbiter his tercius in[p] proferendis substituitur, de cuius veris[q] assertionibus nemo nostrum dubitare permittitur, qui eius probabilem in omnibus et precipue in sanctae orationis studio vitam cognoscentes, ut[r] antiquiorem eum antiquissimis veneramur patrem. Qui per duódecim continuos annos in iam dicto monasterio, et primum cum piae memoriae Gauzlino et postmodum cum fratre eius superius nominato habitavit Teodrado[s]. His nichilominus copulantur omnes poene ipsius loci congregationis fratres, qui gestis ibidem sui temporis miraculis, revelationibus quoque et visitationibus divinitus procuratis, concentibus[t] etiam inestimabili atque[u] ineffabili suavitate angelico ministerio et precipue nocturno tempore celebratis nimio se terrore sepissime perculsos fuisse asseverant. Aliquotiens vero tantum melos ita se animo captavisse astruunt, ut, eiusdem cantilenae dulcissonis[v] atque tinnulis[w] modulationibus aure cordis intenti, nichil iam illis nisi tantarum[x] liberet inherere armoniarum odis[y]. Ex quibus nonnullos nominatim éxprimo, cum adstipulandi oportunitas prosequendi acciderit tenoris[z]. Huius autem series narrationis a tempore divae recordationis Pipini incipit, ad nostram usque presentis anni decurrens aetatem, qui est ab incarnatione Domini octingentesimus sexagesimus[a] octavus. Quo etiam anno eiusdem beatissimi viri sanctissimam corporis[b] glebam iussu serenissimi regis Karoli*) in monasterium sanctae Dei genitricis[c] semper virginis Mariae beatique Petri apostolorum principis quod antiquitus Fossatense[d] appellatur digno cum honore populorumque frequentissimo ac celeberrimo detulimus occursu[e. 1]. Quam sanctus pontifex Eneas[2] in ipso introitu monasterii suscipiens propriisque inponens humeris, cum frequentia venerabilium monachorum et innumerositate[f] nobilium[g] canonicorum[h], ornatu quoque et apparatu aecclesiasticorum ministeriorum[i], in aecclesiam beati Petri festivo satis[i] deportavit obsequio atque sollempni sanctae devotionis in archa ferrea ad hoc ipsum preparata**) recondidit officio. Ubi etiam nunc cum superna opitulatione debitis[k] et assiduis monachorum et veneratur et colitur serviciis ad laudem et honorem nominis Domini; qui ita presentialiter[l] mirificat sanctos suos, quos iam[i] aeternaliter caelestium donavit premiis gaudiorum, conformes eos et coheredes unici filii sui constituens. Quorum meritis et interventionibus veniam[m] consequi commissorum mereamur flagitiorum[n], qui nos sancti[o] sanguinis Christi[p] gloriamur redemptos effusione.

868.

EXPLICIT[q] PRAEFATIO[3].

INCIPIT TEXTUS LIBRI.

1.[r] Igitur tempore Pipini gloriosissimi regis, cum adhuc et[s] monasticae religionis observantia in eodem sancto coenobio optime custodiretur, honor etiam et dignitas atque affluentia rerum omnium copiosissime exuberaret[t], numerositas quoque religiosorum monachorum, ut statutum a beato Mauro fuerat, ibi pleniter haberetur, locum ipsum cum omnium[u] integritate possessionum ad eundem pertinentium idem precellentissimus rex Gaidulfo[v] cuidam Ravennati dedit[4]. Qui barbariem sevissimi animi atque efferae crudelitatis exercens[w] duriciam, execrabili odio monachos ibidem commorantes persequi aggressus est. Qui eius inmanissimam ferre non valentes oppressionem, circumquaque diffugientes, dispersi sunt; ita ut non remanerent ex eis nisi quattuordecim tantum[x], qui inopiae malo conpulsi, aliud agere non valentes, cotidianam stipem vix emendicando[y] a supradicto tyranno poterant[z] extorquere, excubias semper, prout valebant, apud beati viri[a] corpus sollicite observantes. Cumque et ipsi[b] tam famis inopia[c] quam ceterarum miseriarum acerrimo afficerentur cruciatu, nec institutionis[d] sanctae regulae arduam possent[e] ducere vitam, consilio accepto, indumenta deponunt monastica, habitum canonicorum assumentes vestimentorum. Unde ipse tyrannicae perversitatis nefandissimus homo, occasione contra eos sumpta, omnes expulit, quinque[f] tantum clericos, abiectissimae scilicet vilitatis personas, ibi constituens, a quibus aliquid officiorum[g] divini cultus apud sancti viri peragеretur corpus[h]. Inde instigatus a dominatore suo diabolo, monaste-

*) *Br. add.:* cognomento Calvi. **) *Br. add.:* sub die Iduum Novembrium.

a) exordia *post corr.* exordio 1. b) quatenus 2*. c) perfeccionis 1; perfectionis 2*. d) Gotteffr. 2; Gottefr. 2*. e) abbas 2*. f) Fonsat. 2*. g) monasteriis 1. 2*, s *expunct.* 1. h) prolixiore 2. 2*. i) Theodradi 2; Theoderadi 2*. k) edem *post corr.* eodem 1. l) Sequens est *add.* 2. m) *deest* 2. n) iusta 1. o) plura 2. p) im 2*. q) veris — dubitare *des.* 2*; verissimis *Br. Boll.* r) in 1. s) Theodrado 2; Theudrado 2*. t) conceptis *post corr.* concentibus 2*. u) a. in. *des.* 2*. v) dulcisonis 2. w) tinnullis *corr.* tinnulis 1. x) tanterei 1; tantae rei 2*. y) modis 1. 2*, m *erasum* 1. z) teneris 2*. a) *deest* 1. b) gl. c. 2. 2*. c) et *add.* 2. 2*. d) Fonsat. 2*. e) occursi 1. f) numeros. 2. g) nobilitate 2. h) canonich. 1. i) *deest* 2*. k) debetis 1. l) presentaliter 2. 2*. m) ab ipso *add.* 2. n) flagitiorem requies s. s. 2*. o) eius *add.* 2. p) *deest* 2. 2*. q) Expl. — libri *des.* 2. 2*. r) *numeri capitum des. codd.* s) *deest* 2. t) exhuberaret 2. u) omni 2. 2*. v) Gaidolfo 2*. w) excerc. 1. x) *superscr.* 1. y) mendic. 2. z) ext. pot. 2*. a) viro *post corr.* viri 1. b) ipsa *post corr.* ipsi 1. c) inedia *edd.* d) institucioni 1. e) postsent *corr.* possent 1; posse *corr.* possent 2*. f) cumque 2*. g) *desinit* 2*. h) *deest* 1.

1) Cf. infra c. 13. 2) Parisiensis. 3) Breulius capitum indicem inserit, qui in codicibus nobis visis non invenitur. 4) De sequente narratione cf. Hahn, 'Jahrb. d. Fränk. Reichs' 741—752 p. 185 sq.

rium omne solotenus evertit, ita ut etiam fundamenta nonnullorum eruerit aedificiorum. Quod hodieque inspicientibus liquido claret, dum diversarum[a] adhuc officinarum poenitus abdita ibi cernuntur fundamina. Denique nec domibus aecclesiarum in eodem sancto pepercit loco, dicens: 'Sicut Dominus caedem interfectionis a sanctuario suo initiari[b] iussit, ita eversionis nostrae destructio a sanctis exordium sumens, audacius reliqua pervadet aedificia'. Post haec[c] omnia testamenta, quorum auctoritate rerum cunctarum eidem loco collatarum constabat delegatio, sollicite perquirens et inveniens, peiora semper pessimis adiciendo, partim cremavit, partim in Ligerim mersit, nonnulla vero in monasterio Sancti Albini[1] custodienda deposuit. Quod cum iam nostro tempore ego auditu comperissem, quadam vice Andegavis[d] pergens atque Anscherium prepositum adiens, deprecari illum omnibus coepi precibus, ut, si aliquid ex his[e] in peribulis aut scriniis[f] cartarum eiusdem loci esse sciret, nobis reddere dignaretur. Tum ille[g]: 'Fateor', ait, 'me aliquid huiusmodi, cum precepta veterum regum revolverem, repperisse. Sed quia nemo unquam extitit, qui a me horum quippiam inquireret, et ego in talibus cor non apposui, inter cartarum copiam[h] ea facilitate, quá reperta sunt, eadem et reposita fuerunt. Cumque instrumenta preceptorum atque testamentorum nostrorum insectatione paganorum deperissent, cum eis pariter et vestra disperierunt'.*) Hic itaque miserior miserrimis non considerans dampnationis suae ultricem plagam, quae eum iusto Dei iudicio pro talibus tantarum ausis presumptionum erat consequutura[i], postquam cuncta quae animo conceperat iusta[k] Dei permissione de eodem exercuit loco, convocatis amicorum atque adfinium[l] turmis ad convivium apparatioris[m] prandii, scelerate a se gesta post insatiabilem lautiorum edacitatem ciborum et vini meri nimiam potationem cunctis qui aderant, iactantiae desperabiliter baratro demersus, referre coepit: 'Ne', inquiens, 'teterrimum monachorum genus per succedentia tempora locum hunc vanis spebus animatum repetere aut evindicare[n] valeat, cum domorum eversione testamenta sunt ablata prediorum, quibus se opinari poterant possessiones tantorum recuperaturos fundorum'. Necdum verba compleverat, cum ecce contra se super mensam, ad quam lasciviens [adhuc[o]] residebat, stare videt venerandi monachi[p] habitus virum[q], cuius facies igneo resplendebat[r] aspectu, canicies vero complissimi dignitate honoris super nivem micans candebat. Qui ferulam manu gestans torvisque aliquantisper miserum respectans luminibus, eum forti conamine, calce quidem in ventre, ferula autem in capite valide percussit. Qui ilico amens effectus atque capud hac[s] illacque super scapulas crebro iactans, eiulando clamare coepit: 'Maure, tu me interficis! Maure, tu[t] me interficis!' Cum haec, cunctis qui aderant audientibus, oculis[u] iam cecatus, quos in capitis percussione amiserat, frequenter[v] repeteret, Arrii infelicis[q] multatus dampnatione, effusis intestinis, infelicem, ut erat dignus, finivit vitam, particeps daemoniorum effectus. Haec ita gesta esse[q] testatur Gerrannus[w] monachus nostrae congregationis, qui a patruo suo, ipsius loci monacho, se frequenter peracta, sicut hic inserta sunt, ista audisse confirmat. Qui de eodem coenobio cum caeteris fratribus ab ipso perversae mentis homine expulsus, sepe ad domum fratris sui, patris videlicet huius Gerranni, veniens, cuncta ex ordine referre solitus erat. Adstipulantur etiam huic assertioni religiosae admodum ac[x] veteranae personae, quae ab eo tempore ad nostram usque perdurantes aetatem, evidentissimis ista prosequuntur indiciis. Ex quibus etiam ego duos vidi; quos[y] pro hoc ipso ad me evocans atque ab eis cuncta diligenter sciscitans, verissima haec esse, prout ea ipsi oculis inspexerant, asseruerunt; addentes etiam hoc, quia post expulsionem ipsius loci habitatorum et eiusdem scelerati viri desperabilem percussionem predia ac villae, quarum subsidiis ac reditibus locus isdem[z] eatenus substiterat[a], prereptione satis iniusta tam a comite Andegavensi[b] quam ab aliis quibusque presumptuosae ac cupidae mentis hominibus usurpatae sunt atque pervasae, ea solummodo[c] occasione, quia[d] nemo fuit qui ad noticiam augustissimi honoris, Magni scilicet imperatoris Karoli[e], prout gesta erant, haec perferre curaret.

2. Cumque hisdem[f] locus poene iam desolatus atque[g] in solitudinem redactus omnímodis esse videretur, iam tempore piissimi augusti Ludovici[h] cum paucissimo numero villarum, sicut videlicet eum Honager[i] habuerat, ab ipso imperatore Rorigoni religiosae ac nobilis memoriae comiti[2] collatus[k] est. Qui Dei inspiratione corde tactus ac divini muneris gratia preventus, cum coniuge sua iam superius dicta Bilehilde[l] sollicite perquirere coepit, qualiter seculo renuncians, liber ab omni mundana occupatione, perfectionem regularis posset adipisci religionis, vel qualem ipsa super hac re gereret voluntatem. Cumque ei et assensum suum eadem venerabilis mulier in tali negocio prebuisset et se eadem facturam secundum sexus sui ordinem pollicita fuisset, de sola iam locorum oportunitate, in quibus id peragere cum superno adiutorio possent, studiose investigare certabant. Sed cum Deus omnipotens et eundem locum in pristinam religionem reformare decrevisset et eosdem religiosos coniuges mercede perfectorum operum, quibus ipsi in restaurando invigilaverunt[m] loco, a se donandos[n] hominibus[o] notum facere voluisset, quadam die cor amborum, ut gratia orationis corpus beati Mauri adirent, manu sancti desiderii tetigit. Qui, fer-

*) *Edd. add.:* Ne ergo legentibus ex his fastidium ingeramus, ad proposita articulum reflectamus.

a) diversorum 1. b) iniciarimi, mi *eras.* 1. c) autem *add.* 2. d) Andecavis 2. e) iis 2. f) in scr. *edd.;* thomi vel *add.* 2. g) illae 1 *semper fere.* h) copia mea 1; ea *deest* 2. i) *tla* 1. k) iuxta D. permissionem 2. l) adfinum 1. m) apparacionis 1. n) vendicare 2. o) *deest* 1. p) monachum 2. q) *deest* 2. r) splend. 2. s) ha *post corr.* hac 1. t) tu me *superscr.* 1. u) occulis 1 *saepius.* v) frequentes 1. w) Herrannus *h. l.* 1; Gerramnus 2 *semper.* x) hac venerande 1. y) quas 1. z) idem 2. a) subtiterat 1. b) Andecav. 2. c) um *e corr.* 1. d) qua 1. e) Car. *h. l.* 2. f) idem 2. g) a. in s. r. *des.* 2. h) Chludov. 2 *semper.* i) húnager 2. k) collocatus 1. l) Bilehildae sollicitae 1. m) invigilaverint *corr.* invigilaverunt 1. n) esse *add. Br. Boll.* o) *deest* 1.

1) Andegavensis. 2) Cenomannensi, Rothrudis filiae Karoli M. amatori.

vore sanctae devotionis concepto, de loco habitationis suae qui Boscus vocatur, ascensis equis, religioso satis obsequio illuc tendere festinarunt. Perlustratisque omnibus convenientiis, quibus locus ipse dignissimo et floruit et florere poterat honore, taliter communi consilio in restructione coenobii laborare estimaverunt. Continuo[a] Turonis mittentes, Lanbertum[b], religiosae vitae virum, de monasterio sancti pontificis Martini[c] evocant, adscito nichilominus Ebbone, viro satis strenuo, affinitate consanguinitatis sibi propinquo. Quibus cum voluntatem suam de his[d] quae supra scripta sunt venerabilis Rorigo comes aperuisset[e], eorum consiliis et exhortationibus[f] in ipso suo sancto desiderio ardentiores effecti, mox summo studio in fabrica monasterii laborare aggressi sunt, convenienter coram eis quos[g] evocaverant iactis fundamentis. Sed[h] aliquandiu aedificatione[i] tanti operis assidue occupati cum[k] fuissent, quorundam inpedimentorum interceptu prepediti, Brennowen[l] amplissimum possessionis suae cespitem petunt. Ubi dum prolixiori tempore moras innecterent, et coeptum ab eis opus eorum absentia neglectum non assurgeret, cuidam reverentissimae[m] vitae abbati Iacob[1] nomine coenobii[n] Cormaricensis[2], cum post matutinale officium sanctarum instantia precum Divinitatis more sibi solito pulsaret aures, quidam candidissimum monachi preferens habitum, cuius facies roseo micabat aspectu, canicies vero instar lactis candebat, adstans, talia infit: 'Vade', inquiens[o], 'et partes Brittanniae[p] aggrediens, Rorigonem perquire comitem; quem cum inveneris, ista illi divinitus tibi nunciata prosequere: "Non recte vir bonorum agis desideriorum, quod segnicie inprovidae mentis pressus[q], occupatione terrenarum implicatus rerum, his[d] quae caelesti[r] inspiratus desiderio perficere cogitaveras neglectis, temporalibus atque caducis operam[s] dando inheres. Sed si tibi Divinitatem placabilem et adiutricem fore, ut dudum optaveras, concupiscis, religiose quidem a te coeptis, sed periculose dimissis, studiosissime insiste operibus, ut meritis viri sapientis, qui aedificavit domum suam supra petram, a Deo donatus, caelestis regni heres cum Paulo sapiente architecto [1. Cor. 3, 10.] effici merearis". Cui respondit abba[t]: 'Rorigonem non novi; sed et te, qui talia iubes, ignoro'. At ille subiunxit: 'Illum quidem ocius perquirere satage; me autem, quis sim, cum[u] superno placuerit Opifici, scire licebit'. His peroratis, disparuit[v]. Tunc ille stupens ad ea quae audierat et viderat, nulli prorsus prodere illa[o] volebat, eventum rei sollicite expectans. Expleta vero ebdomada, iterum ei isdem[w] vir in eodem habitu hora eadem qua et prius in ipso apparuit loco, austerius arguens, quod neglegentius a se iussa perceperit; sibique eum consulere asseruit, si festinanter his[d] quae audierat optemperare voluisset'. Sed nec sic quidem ille etiam hac vice animum apposuit, ut exsecutor ostensorum fieret, defectione quadam supra modum torpens: cum ecce die tercia horribiliter eum compellans[x] in eodem loco illi astitit ac tercio eum acerbissimo flagello, sicut acclinis[y] residebat, in dorso validissime percussit, mortem ei minatus, si ultra ad explenda quae audierat tardare presumpsisset. Qui nimio percussionum excruciatus dolore, siquidem et cutis et carnis molliciem divinum transiens verber[z], medullitus, ut sic dictum sit, ossibus inhesit, timore quoque intentatae[a] mortis perterritus, illico quo iussus fuerat perniciter tendere festinat. Cumque post longos viarum anfractus, laborioso confecto itinere, tandem, ut obtaverat, Brennowen[b] devenisset ac comiti supradicto nunciatus fuisset, mox ut eius ingressus presentiam adiit, secretiorem ab illo expetens[c] locum, missum se ad ipsum specialiter[d] indicavit. Et continuo, nichil amplius dicens, agiliter se coepit expoliare. Quem in amentiam versum comes existimans, prohibere eum reluctando nitebatur. Cui ille: 'Non', inquid[e], 'virorum iustissime[f], ut tu putas, desipio, sed caelestis oraculi tibi iussa deferens, evidentioribus té indiciis roborare desidero'. Et haec dicens ac dorsum suum retegens, liventes adhuc plagas, lacrimis perfusus, ei ostendebat; et post haec rei ordinem pandit. Cumque et[g] uxor eius ab eo vocata venisset[h], illi quoque cuncta replicavit, ostensis nichilominus divinorum ulceribus[i] flagellorum. Igitur tantis ac talibus attoniti miraculis, tractare sollicite coeperunt, quomodo coepto operi attentius invigilare possent. Denique abbatem illum diebus quindecim secum retinuerunt, instantiam devotionis suae certatim ei impendentes ac frequentium fovere iubentes inductione[k] unguinum. Quem, iam obductis cicatricibus, ad se evocantes, divinis se per omnia preceptis parere promittunt. Ita demum, non parvis donatum muneribus, ad propria eum laetantem et alacri corde remittentes, et post haec pagum Andegavum[l] repetere decernunt. Cumque in locum qui Vernentis[m, 3] dicitur manendi gratia divertissent[n], subito adversae valitudinis incommodo supradicta[o] matrona, ut pregnans erat, vehementissime coepit atteri, ut de eius vita omnes qui aderant desperare cogerentur. Sed honorabilis comes, vir eius, progressum illius naviter[p] administrans, iter suum cornipedum velocitate peragere ad supradictum locum disponit, de sola iam coniugis sepultura lugubri satis mente pertractans. Cum vero Ligerim navigio subvehente transmeare coepisset, iamque media fluminis spacia celox innare[q] videretur, sphera[r] ignis instar latioris clypei caelitus emissa illi supra capud affuit. Cuius odoris[s] adeo persensit vigorem, ut comam capitis sui absumi[t] pertimesceret. Attonitus ergo redditus pro his quae et[s] videbat et sentiebat, huiusmodi oraculum caelestis percipit vocis: 'Hic', inquiens[s], 'aedifica, hic aedifica, hic aedifica! Quod

a) denique *add. Br. Boll.* b) Lamb. 2. c) *f. 89. alia manus incipit* 1. d) iis 2. e) apper. 1. f) exortac. 1. g) quo se voc. 1. h) cum *add.* 2. i) aediffic. 1. k) *deest h. l.* 2. l) Brennouen 2. m) reverendiss. 2. n) coen. 1. o) *deest* 2 p) Brittannice 1; Britann. 2. q) et *add.* 2. r) celestis 1. s) operan, dan *expunct.* 1. t) abbas 2. u) *deest* 1; ut *edd.* v) disporati *ead. manu corr.* disparuit 1. w) idem 2, *semper fere.* x) *e corr.* 1. y) s. ad sinistram res. 1. z) *post corr.* verbera 1. a) intante 1; instante 2. b) Brennoben 2. c) expectens 1. d) pecial. *post corr.* special. 1. e) *ita* 1 *saepius.* f) iustisime *corr.* iustissime 1. g) *deest* 2; Denique cum *Br. Boll.* h) introisset *Br. Boll.* i) vulneribus 2. k) inductio 1. l) Andecavensem 2, *et ita post.* m) Verneptis 2. n) devert. *post corr.* divert. 1. o) dicta *in marg. suppl.* 1. p) gnav. 2. q) inmare 1. r) spera 2. s) *deest* 2. t) assumi 2.

1) Circa a. 831—837. 2) Cormery ad fl. Indre in Turonia. 3) Vernantes (dép. Maine et Loire, arr. Baugé).

nisi te facturum modo Divinitati spoponderis[a], nullo modo deinceps dulcibus dimissae uxoris frueris[b] osculis vel prospere metas tibi concessi attinges aevi'. Haec ipse solus in medio fluminis alveo videns et audiens, et cuncta se impleturum pollicens, mox ut, terram rate appellente[c], arenosum coepit calcare solum, ocius beati Mauri corpus cum fervore sanctae devotionis reverenter expetiit, — non longe siquidem ab eo loco fluvium transnavigaverat, sed, ut aestimari valet, quasi passibus ducentis. Denique hora eadem, ut postea simul conferentes invenerunt, gravissimo pondere infirmitatis coniux eius exonerata[d] est, quae iam tribus diebus totidemque noctibus sine cibi vel potus perceptione iacuerat. Cumque et ipsa navigio ad eundem locum delata fuisset, absque ullius adminiculo urnam sancti viri religioso satis adiit[e] desiderio.

3. Eo adhuc tempore Bertingus quidam, non ignobili ortus familia, eorum dono cum coniuge sua Huninga locum ipsum beneficiario possidebat iure. Biduo igitur ibi loci amore et consideratione morati, solitum locum habitationis suae Boscum revisere statuunt. Ubi dum quadam die isdem venerabilis comes in oratoriolo compendiose[f] ibidem constructo, ut nobilioribus mos est, post matutinos residens hymnos divinis intenderet theoriis, psalmis ac precibus per[g] contemplationem insistendo, quidam ignoti scematis vir illi visibiliter adstans, talia ore protulit: 'Noli', inquid[h], 'de his[i] quae tibi divinitus sunt nunciata ullo modo deinceps tardare; quoniam post augusti Ludovici defunctionem non ita tibi habilis arridebit facultas temporis, ut licenter insistere, sicut nunc, divinis valeas iussionibus. Ut vero uxor tua a scapulae ac[k] lacerti plenius convalescere quaeat incommodo, sanguissugae[l] sitibunda illi adhibeatur numerositas'. His dictis, abscessit. Porro ille uxorem suam continuo evocans, cuncta illi quae viderat per ordinem enarravit; rursumque Lanbertum[m] et Ebbonem directis nunciis convocantes, quae erga se gesta vel sibi ostensa fuerant retulerunt. Qui simul cum eis laudantes[n] et benedicentes Dominum[o], hortati eos sunt, ut, caeteris postpositis, hoc quod salubriter quidem coeperant, sed neglegentius omiserant, secundum divinum ad se perlatum responsum perficere, quantocius possent, studiosissime[p] elaborarent. Qui eorum obsecundantes consiliis[q], Ingelbertum, sanctissimae vitae virum, abbatem Fossatensis coenobii[1], ut sibi cooperator efficeretur, vix infatigabilibus[r] emeruerunt optinere precibus. Tandem ergo devictus votis eorum et familiaritatibus, assumptis perfectioribus quibusque congregationis suae fratribus, perrexit ad locum. Ex quibus duo specialiter nostro seculo tam in divinis contemplationibus quam in cunctis sanctae regulae observationibus, velut duo[s] quaedam magna luminaria, in nostro ordine emicuerunt, Gauzbertus scilicet, frater ipsius comitis Rorigonis, atque Willelmus[t]; qui quantae nobilitatis quantaeque potestatis[u] extiterint[v] ac quales in saecularibus claruerint honore dignitatis et quam perfectam in omnibus vitam duxerint, postquam, fugitivi saeculi fascibus abrenunciantes[w] atque non segniter preceptis Domini inherentes, coenobialem delegerunt expetere conversationem, si quis nosse desiderat, ab omnibus qui eos cognoscere potuerunt et adhuc[x] superstites in carne morantur veraciter audire valet. Et quia locus ille in omnibus habitaculis, quae monasticae conveniunt observationi, instantia bonorum coniugum, sicut nunc habetur, poene iam aedificatus erat, venerabilis abba[y] Ingelbertus cum illis quos supra diximus copiosiorem fratrum dimittens numerum eosque in sancta religione corroborans, ad propria[z] reverti acceleravit, certus utique de eorum infatigabili sanctae perfectionis observantia[2]. At vero venerabilis comes, ne per succedentia tempora locus ipse habitatorum fortasse neglegentia a rectitudine regularis tramitis exorbitaret, preceptum imperialis edicti a serenissimo imperatore Ludovico ex sacro promeruit scripto[a], quatinus rectores Fossatensis monasterii, providentiam semper de[b] eodem loco habentes, instantiam[c] sollicitudinis suae tam loco quam congregationi vigilanti cura[d] adhiberent, tales videlicet suae congregationis eis prepositos[e] et magistros ordinandi fratres, quorum nutu et regimine cuncta illic perficienda et interius et exterius studiose disponerentur. Quod qualiter tempore Ingelberti ablatum ignique crematum fuerit, melius reticendum quam proferendum putamus[3]. Cum itaque viri illi, quorum superius nomina sunt inserta, cum reliquis sibi commissis locum eundem honorifice[f] satis ac religiose stabilire et ordinare coepissent, parvo admodum transacto[g] tempore, nonnullos ibi Deo per sanctae religionis observationem adquirere ac adunare summo studio conati sunt. Siquidem de suo monasterio iussu patris sui omnia quae in divinis cultibus necessaria erant, et quibus se in noviter coepto indigere timuerant loco, secum detulerunt. Cumque in[h] dies augmentatio spiritatis[i] incrementi per eorum ministerium fructum non modicum animarum ibidem Deo in segetem sanctae maturitatis proferre non cessaret, augustissimae recordationis Ludovicus Pipino, filio suo, cum reliquis quae magnitudini celsitudinis illius visa sunt etiam Andegavensem contulit comitatum cum abbatiis[k] et fiscis in eodem pago sitis[4]. Unde factum est, ut consilio et hortatu illustris viri Rorigonis Hebroinus[l], tunc adhuc flore iuventutis egregiae in clericatus pollens ordine, postea[5] vero pontificali cathedra in Pictavensi sublimatus aecclesia, locum hunc, de cuius

834?

a) spoponderit *corr.* spoponderis 1. b) frueris — concessi *des.* 1. c) apell. 1. d) exonor. *post corr.* exoner. 1. e) *corr.* adii 1. f) compemd. 1. g) p. c. *des.* 2. h) inquiens 2. i) iis 2. k) a 1; et *edd.* l) sanguisugę 2. m) Lamb. 2. n) laudentes *corr.* laudantes 1. o) Deum 2. *edd.* p) studiosisme *corr.* studiosissime 1. — aelabor. 1; labor. 2. q) consilium 1. r) infatibilibus *post corr.* infatigab. 1. s) *deest* 2. t) Guinelmus 2. u) potestates 1. v) extint., n *expunct.* 1. w) renuntiantes 2. x) adhunc 1. y) abbas 2. z) proprium monasterium 2. a) scriptos 1. b) deodem *corr.* de eodem 1. c) iam *e corr.* 1. d) in omnibus *add. Br. Boll.* e) prepositus *corr.* prepositos 1. f) honofice *post corr.* honorifice 1. g) temp. trans. 2. h) de die in diem 2. i) spiritualis 2. *edd.* k) abaticiis et ficis 1. l) Haebr. 1 *plerumque*, Ebroin. 2. *semper.*

1) Occurrit a. 833—847. 2) De restauratione Glannafoliensis coenobii cf. chartam Rorigonis ap. Marchegay, 'Archives d'Anjou' I, p. 378, nr. 34, d. d. 839, Mart. 1, et quas p. 472, n. 1. laudavi. 3) Quod exstat diploma eiusdem argumenti, Reg. Imp. I, nr. 897, spurium est. Ebert, 'G. d. Litt. d. Mitt.' II, p. 352, n. 1, tale diploma nunquam exstitisse censet. 4) Cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 97. 5) A. 839—858.

restauratione a nobis sermo deducitur, sollempni donatione Pipini gloriosi regis percipere mereretur, ob id scilicet, ne[a] in alienas decidens[b] manus, regularis, ut dudum, de eo eliminaretur religio. Nam et locum tam suae tumulationis quam coniugis et filiorum caeterorumque propinquorum idem nobilissimus comes illic decreverat eligendum; ubi etiam ipse Dei dispositione et sua quiescit[c] electione[d]. Affinitate enim carnalis generositatis ipse Hebroinus ei propinquus erat. Hoc ergo cum apud Pipinum, ut optaverat, optinuisset, accedens etiam ad piissimum imperatorem Ludovicum, iam episcopus constitutus, locum ipsum cum omnium plenitudine rerum, quas eo tempore dignoscitur possedisse, haereditario ac perhenni promeruit inpetrare dono, ut testatur sacrae auctoritatis eius celebre testamentum, quod hodieque scrinii nostri cautissima conservatur repositione[1]. Hic denique supradicti comitis iussionem sequens eiusque obtemperans voluntati, fratribus Fossatensis coenobii liberrimam de eodem loco concessit potestatem, quamdiu bisdem nobilissimus et reverendus vir in corpore Dei voluntate permansit. Illo[e] vero presenti casso lumine, cum auctoritatem ab eis inquireret[f], qualiter ipsum coenobium in eorum devenisset potestatem atque dominium, nec eam illi ostendere quivissent, quippe quia iam, ut supra significatum est, fraudulenter abstracta atque igni mancipata fuerat, ille, aliquibus fratribus de supradicto monasterio retentis, caeteros locum suum iubet repetere. Et[g] post obitum augusti Ludovici et iustae recordationis Rorigonis, inductus[h] a quibusdam non sani cordis viris, agere aggressus est. Accedensque ad serenissimum regem Karolum et ostendens illi testamentum patris eius, cuius auctoritate proprietatis iure eundem retinebat locum, deprecatus est eum, ut suis novis preceptionibus domni genitoris sui roborare dignaretur edictum. Cuius ille precibus libentissime annuens, quod a tanto petebatur antistite[i] celeberrimis confirmavit scriptis[2]. Quibus etiam continetur, ut, quamdiu aliquis de progenie nostra[3] inveniri poterit, qui locum ipsum secundum auctoritatem beati Benedicti regere et gubernare valeat, regulariter ipse[k] vivens, nullus alius ibi rectoris fungatur officio. His denique strenue satis peractis, Gauzlinum, virum éruditissimum atque in monastica perfectione religiosissime institutum, filium scilicet sancti viri Gauzberti[4], regiae presentavit celsitudini egitque cum eo, ut illum loco[l] ipsi abbatis honore preficeret. Quod rex gratanter accipiens — valde enim eum pro sua éruditione et doctissima locutione diligebat, qua isdem vir nobilissime pollebat —, honorabiliter eum coram optimatibus tocius regni sui abbatem constituit, ampliora se ei daturum promittens, cum oportunitas id peragendi se ei optulisset. Qui, suscepta cura pastorali eiusdem loci a rege[m] sibi iniuncta, nobiliter in sancta religione coepit excrescere. Denique in divinis cultibus suo tempore nemini secundus[n] emicuit. Qui qualiter corpus beati Mauri de australi climate[o] altaris beati Martini retro, ut nostro saeculo mos est, ad orientalem scilicet eiusdem mensae transtulerit partem, ipsius scriptis plenissime[p] cognosci valet. Ita enim prosequitur: *Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi octingentesimo quadragesimo quinto, indictione octava, feria quinta ebdomadis nichilominus*[q] *quintae in quadragesima, quarto Idus Martii, translata*[r] *sunt ossa beatissimi levitae Mauri a famulo Dei Gauzlino aliisque sacerdotibus in locum in quo nunc venerantur*[s] *in archa ferrea cum honore recondita. Hac*[t] *eadem etiam die reliquiae prothomartiris Stephani, quae a Bertulfo abbate tempore Clotharii*[u.5] *regis iuxta predicti patris Mauri tumulum ob eius venerationem in buxtula*[v] *lignea reconditae fuerant, ita intactae et absque macula sunt repertae, ut quasi eodem die illic repositae fuisse crederentur. In qua etiam*[w] *membranulae vetustissimae portiuncula est inventa, cuius series diuturna obliteratione*[x] *poene deleta, vix perspicacissima elucidari valuit indagine. Cuius textus tandem enucleatus haec continere repertus est: 'Hic requiescit corpus beati Mauri monachi et levitae, qui tempore Teodeberti*[y] *regis in Galliam venit et octavo decimo Kalendas Februarii*[z] *migravit a saeculo'. Beati quoque Petri apostoli patrocinia simili modo ibidem sunt reperta in arula*[a]*, quae ad capud eius erecta et arenoso aggere cooperta pro conservatione earundem*[b]*, ut opinari potes*[c]*, decenter fuerat.* Haec quidem ille. Testati vero nobis sunt fratres congregationis nostrae, qui eo die obsequiis translationis tanti viri devotissime interfuerunt, quod octo notissimae personae ibi a diversis sanatae sint infirmitatibus; ex quibus tres ceci fuerunt, claudi duo, paraliticus unus, mulieres mutae duae. Eodem anno, pridie ante sanctum pentecosten[6], tercio Kalendas Iunii, ordinatus est famulus Christi Gauzlinus primus abba post restaurationem monastici ordinis in coenobio Sancti Mauri in aecclesia sancti Salvatoris ante altare, quod ipse aedificaverat in honore[d] individuae ac vivificae Trinitatis, a summo pontifice Turonicae urbis Orsmaro aliisque[e] duobus episcopis; quem etiam ipso anno primum quidem Hebroinus antistes in aecclesia Pictavensi[f] ad ordinem diaconatus, Dodo autem episcopus

839? 840. 845. Mart. 12. 844. Mai 31 ?)

a) si *add.* 2. b) decideret 2. c) conditus *add. Br. Boll.* d) aeleccionem 1. e) Ille 1. f) inquirere 1. g) hoc *add. Br. Boll.* h) introductus 1. i) pontifice *Br. Boll.* k) ipso vivente 2. l) *post corr.* locum 1. m) l. agere 1. n) secundum 1. o) cima 1. p) penissime 1. q) nihilhom. 1. r) transl. — Mauri *des.* 1. s) adoratur 1. t) Haec 1; *deest* 2. u) :loth., *littera erasa* 1; Chloth. 2. v) buxide 2. w) buxide *add.* 2. x) oblitaracione, *post corr.* oblittar. 1. y) Theoderici 2. z) Foebrs 1. a) *ita* 1. 2; arcula *Br. Boll.* b) *ita* 1. 2. *Mab.* c) potest 2. *edd.* d) honore et, *ante* et *post superscr.* sancte 2. e) et aliis *Br. Boll.* f) Pictaviensi 2.

1) Perditum; de quo vide Sickel, Acta Carol. II, p. 369 sq. 2) Tale praeceptum a. 847, Iul. 14. datum est, Bouquet VIII, p. 490 sq., nr. 70. Sed iam a. 845. Ebroinus duas donationes pro Glannafoliensi monasterio a Karolo rege impetravit (ib. p. 480 sq., nr. 58. 59), et ut ex sequentibus elucet, Odo aliud diploma antea datum vidit; Sickel l. l. 3) In diplomate laudato post mortem Ebroini et Gauzlini libera potestas abbatem eligendi monachis conceditur, *nisi forte post eundem Gauslinum talis eorum progenies inveniri possit, qui secundum Dei voluntatem a nobis vel a successoribus nostris ei subrogari queat.* Fuit igitur Odo e gente Rorigonis comitis, ideoque hanc abbatiam accepisse videtur. 4) Fuit nepos Gauzberti, filius Rorigonis comitis, ut in charta p. 467, n. 2. laudata dicitur. 5) III, a. 657—673. 6) A. 845. pentecoste in diem Maii 17. incidit. A. 844. intelligendus esse videtur, quo vero anno pentecoste in Kal. Iun., non, ut hic praesumitur, in diem Maii 31. incidit.

in aecclesia Andegavensi ad presbiterii[a] promoverat dignitatem gradus[b]. Sed iam ad virtutum insignia, quae per[c] beatissimum virum in hoc eodem loco caelitus demonstrata sunt, narrationis ordo est convertendus.

4.[d] Cum locus isdem providentia et regimine monachorum Fossatensium, iustae videlicet memoriae Gauzberti et caeterorum, quorum superius mentionem fecimus, convenienter et religiose gubernaretur, tempore illo quo inter gloriosissimum regem Karolum[e] et eius fratrem Lotharium[f] longa[g] concertatio pro regni fastigio exorta est, quam, Deo se protegente, serenissimus rex Karolus[e] strenue satis armis decertando publico bello evindicavit, Cinomannicae[h] aecclesiae antistes Haldricus cuncta quae in villa quae Cavania[i, 1] nuncupatur habebat predicto Dei famulo Gauzberto, ad[k] nostrum adducens monasterium[l], custodienda commendavit. Quod cum Heimericus quidam et eius compar Gerardus comperissent, missos[m] suos illuc dirigentes, cuncta quae a supradicto[n] pontifice illic deposita fuerant sé per vím diripere mandaverunt, nisi celerrime illis a fratribus traderentur. Cumque eis de monasterio remandatum fuisset, certam legem a Domino de[o] depositis constitutam[p] esse, seque omnia[q] pro his[r] custodiendis ac conservandis, etiam extrema pericula pati[o] paratos: ipsi ira accensi ac cupiditate cecati, ad monasterium equis sudantibus advolaverunt, suis mandatum dantes, ut, dum ipsi cum fratribus loquerentur, illi omnia[s] ostia domorum, in quibus commendata reposita erant, pervádere absque ullius timore pavoris[t] satagerent. Qui eorum impiis iussionibus obtemperantes, mox ut auctores tanti mali introgressi, cum Dei famulo Gauzberto et caeteris fratribus de eadem ré austerius agere coeperunt, strictis gladiis irrumpentes, auferre omnia, dissectis foribus, conabantur. Quod cum viro Dei nunciatum fuisset, convocatis fratribus, ut misericordiam omnipotentis Dei attentius precarentur ac sancti Mauri suffragia ocius sibi adfutura crebra deposcerent repetitione[u], ipse lacrimis perfusus hortatus est. Deinde signis sonantibus, sumptis sanctorum reliquiis, inpositaque letania, cum omni fratrum numero pergit ad locum, ubi iam et vinum terrae effundebatur, et caedes cruentissima exoriebatur. Cumque et iocundissima caeli esset serenitas, et apertissima[v] solis resplenderet claritas, subito, dum beati viri[o] Mauri nomen[w] in letaniarum prece a fratribus inclamari[x] coepisset, tantus fragor tonitrúorum minaci supra modum concrepuit terrore, tantaque coruscatio emissorum inhorruit fulminum, ut omnes qui rapinae malo decepti[y] illuc advenerant vitae discrimen se subituros iam iamque pertimescerent, presertim cum repentina effusione inundatio subitaneae pluviae consecuta limina ostiorum[z] eos egredi prohiberet. Unde factum est, ut quattuor ex eis, sensu perdito in amentiam versi, reliquos fugae tantum sumere presidium compellerent. Qui miseriores[a] miserrimis[b] effecti, strata viarum plena vasculorum et utrium relinquentes, nulli deinceps ipsius[c] habitatorum loci molestiam inferre ausi fuerunt[d]. Haec meritis et intercessionibus beatissimi confessoris Christi Mauri ita gesta esse, affirmat assertio verídica monachorum, qui sé his interfuisse testantur. Ex quibus duos tantum, Bernegarium videlicet et Raimundum[e], ex nomine designatos esse sufficiat.

841.

5. Eodem anno cuidam servo Dei nomine Anowareth[f] de genere Brittonum per nocturnam visionem preceptum est, ut monasterium Sancti Mauri orationis gratia petere non neglegeret. . . . . . .[2]

843?

8. Nauclerus[g] cuiusdam ratis, ex his[h] quae mercibus inservientes magnis questibus oneratae[i] sursum per Ligerim ascendere solent, cum[k] rudentem peripetasmatis[l], malum navis scandens, tornaturae, de qua dissiluerat[m], reaptare vellet . . . . . .

9. Qualiter autem divina clementia meritis huius beati viri loco huic defensatrix semper adfuerit et contra persecutores eius, qui aliquo modo res ad eundem pertinentes presumpserunt[n] vel familiam eius insectari, ultricem dexteram exercuerit, prout ea oculis inspeximus et a fidelibus nostri temporis viris, ex ordine videlicet monachorum eiusdem loci congregationis, veris testimoniis comperimus, paucis subiciendum censemus. Vir quidam nobilioris generis Witcherius[o] nomine crudelitate efferae mentis in homines monasterio delegatos vehementer desevire coepit, ádeo ut uni ex familia vitam malignus auferret. Cumque hoc ad monasterium nunciatum fuisset, iussu Gauzlini[p] abbatis fratres omnes ante corpus beati viri[q] misericordiam omnipotentis Dei implorare coeperunt, quatinus meritis sancti viri et ille a perversitate atrocissimi animi conquiesceret, et innocens familia ab eius inmanissima vastatione liberaretur. Et cum hoc per dies aliquod indesinenter agi ante sepulchrum beati Mauri ille comperisset, timore actus, ne forte pro commissis vitae discrimen incurreret, servum iuris sui abbati et fratribus ad monasterium transmisit, ut illum loco[r] illius quem peremerat recipere et possidere dignarentur. Sed non pro hoc ultricis poenae evasit vindictam. Ne enim orationes servorum Dei incassum fusae viderentur, et auxilium sancti viri sibi servientibus seque ac per se Deum invocantibus presto non[s] esse dubitaretur, divinum continuo miserum prostravit flagellum. Qui ad extrema veniens iamque desperatus in lecto decumbens, subito, dum[t] ab adsistentibus observaretur, arcuatim se virtute qua poterat colligens, de lecto agiliter prosiliebat[u], horribiliter et se et circumadstantes[v] urinae fedans effusione atque clamore valido ingeminans: 'Eheu[w]! sancte Maure, etsi tibi servum tuum perimens abstuli, loco illius meliorem ex proprio iurę

a) prospiterum *corr.* prespiterium 1. b) grad:: *corr.* grad 1; *deest* 2. c) hunc *add. Br. Boll.* d) *hic nulla cap. distinctio* 1. e) Car. *h. l.* 2. f) Chloth. 2. g) longua 1. h) Eo tempore Cynom. 2. i) Cavannia 2. k) ad n. *des.* 2. l) in monasterio 2. m) nuntios 2. n) supradito *post corr.* supradicto 1. o) *deest* 2. p) constitutum 1. q) ad o. 2. r) iis 2. s) *bis scr., alterum del.* 1. t) pavores *post corr.* pavoris 1. u) repeticionem 1; petitione 2. v) pert. *post corr.* apert. 1. w) *deest* 1. x) inclamare 1. y) intenti 2. z) host. 1. a) miserioris *post corr.* miseriores 1. b) miserrimi 2. c) in sanctis habitantium locis 2; habitatores *corr.* habitatorum 1. d) fuerant *corr.* fuerunt 1. e) Raimundum 2. *edd.* f) Anoguareth 2 g) quoque *add. Br. Boll.* h) iis 2. i) honer. 1. k) cu 1. l) peripatasmatis 1. m) dissoluerat 2. n) pręsumpserint 2. o) Guitcherius 2. p) Gaulini *h. l.* 1. q) Mauri 2. r) *post corr.* locum 1. s) *erasum* 2. t) s. duabus ads. 1. u) prosilivit 2. v) circumstantes 2. w) Héu héu 2; Heu *edd.*

1) Chavagnes-les-eaux (arr. Angers, cant. Thouarré). 2) Idem miraculum paene iisdem verbis narrat ipse Anowareth in charta spuria ap. Marchegay l. l. I, p. 363 sq., nr. 21; cf. ib. nr. 20.

substitui. Quid me persequeris? Quid me occidis?' Haec indesinenter per sex continuos[a] dies heiulans, langore[b] ingravescente, septimo tandem die in eadem verba infelicem abrupit[c] vitam[d].

10. Vulfuinus[e] quidam, vir clarus secundum saeculi dignitatem atque in equestri ordine nonnullos precellens, cum toto quadragesimali tempore censum piscium, quem more provinciae cenadicum[1] vocant, per vim fratribus abstulisset, nec crebris nunciis sibi ab abbate et fratribus directis adquiescere vellet, ut ea quae a piscatoribus monachis persolvenda erant ex debito redderentur, Gerfredus monachus, magnae vitae vir, qui dudum per viginti annos vitam heremiticam ducens, ab omni quod inebriare[f] potest abstinuerat, novissime ad eum accedens, mortem illi minatus est, nisi preteritorum poenitudinem gerens, de reliquo[g] ea quae fratribus competebant[h] sine inpedimento illis recipere permitteret. Quod nullo modo ille assentiens[i], in pristina perseveravit malicia. Abba vero iam dictus Gauzlinus[k] communi decrevit consilio, ut, expletis hymnis matutinalibus, ad tumulum beati Mauri septem cotidie psalmos fratres decantarent et[l] misericordiam Christi ocius sibi adfuturam contra tyrannum precarentur[m]. Quod cum instantissima prece omni illo ieiuniorum tempore peractum fuisset ab eis, ipsa dominicae resurrectionis die post omnem multiplicium apparatum epularum cunctorumque gaudiorum iocundissimam hilaritatem, quam eo die celebrius atque sollempnius ob honorem et reverentiam tantae festivitatis christianus orbis colit, cum super secessum latrinae cubiculi resideret, a quodam viro, qui honoratior in domo eius erat, nomine Adalgaudo, ipso suo ense, quem ante illum[n] tenebat, validissimo conatu per medium verticem percussus, preceps[o] ruens, verecundioribus retectis, instar exanimati corporis[p] prostratus iacuit. Qui manibus servulorum post paululum ad lectum deportatus, sensuque aliquantisper recepto, aperte profiteri coepit, se ob iniuriam servis Dei illatam talia perpessum esse; continuoque ad monasterium mittens, indulgentiam commissorum vocibus et eiulatibus coniugis suae a fratribus precabatur. Et cum duo ex senioribus ad eum ab abbate absolutionis gratia directi fuissent, a beato Mauro se letaliter[q] percussum asserebat, eo quod servientibus illi[r] molestiam inferre presumpsisset. Nam et ille qui eum vulneraverat fatebatur se subito animo concepisse, non debere eum vivere, qui Dei cultoribus inportunus existere ausus fuisset, cum ipse poenitus ea quae ab ipso monachis inlata fuerant ignoraret. Die siquidem parasceue de pago Cinomannico ad eum advenerat, ut communi cum eo sanctorum dierum frueretur laeticia. Hic itaque cum iam tercio mense, assidua medicorum cura sibi inpensa, plenius convalescere coepisset, desperabiliter corde cecatus, deliberare secum coepit, qualiter in monachos percussionis suae vindictam, peiora illis quam prius ingerendo, ulcisci posset, dicens, quod illi eum suis orationibus, immo, ut testabatur, maledictionibus occidere voluissent. Tali ergo insanae mentis rabie efferatus, Cinomanis profectus est, partem prediorum sibi competentium cum fratre suo Herveo[s] nomine divisurus. Sed, exorta inter eos, ut in tali adsolet negocio, contentione, fratris[t] dextera viscere tenus confossus interiit.

11. Gerelmi, honorabilis viri, qui hodieque in domo Agelwini abbatis[2] clarior habetur, custodes equorum cum per vim de monasterio vinum auferre vellent, et contradicentibus famulis et obnitentibus plagas inferre coepissent, tumultu exorto, quidam ex fratribus accurrerunt; abba quoque Teodradus, nuncio sibi ea deferente, et ipse advenit. Qui cum[u] eorum insolentiam blanda coepisset increpatione arguere, unus illorum, qui[v] vehementius ceteris insistebat, conviciis eum appetere[w] inreverenter coepit. Abba vero capsula reliquiarum, quam in pectore suo detulerat, eum in fronte percussit atque insuper haec ore protulit: 'Deus omnipotens per merita beati Mauri aliorumque sanctorum, quorum reliquiae in hac capsula reconditae venerantur, poenas et vindictam de suis et servorum suorum reposcet[x] contemptoribus maximeque de te, qui rapinae malo inserviens, ducatum talibus prebes predonibus'. Et post haec de monasterio eos proturbare iubet. Ille vero piscatoriam navim, quae fratrum usibus deserviebat, ingressus, Ligerim cum ea transnavigare[y] volebat. Cui quidam ex monachis Asuerus nomine occurrens, dixit: 'Non recte facis, quod, non sufficientibus tibi reliquis, quae servientibus beato Mauro intulisti, malis, etiam navim, quae eorum necessitudinibus inservit, auferre conaris'; et cum talia prosequendo[z] nichil proficeret: 'Navis', ait, 'beati Mauri est, non[a] habeas licentiam eam longius impellendi'. Cui ille subiunxit: 'Tantum hoc pro beato Mauro, quantum pro eius dimittam uxore[b]'. Necdum verba compleverat, cum ecce a diabolo arreptus, saltu[c] se in Ligerim proiecit. Qui ab imis sursum emergens ac[d] istiusmodi voce infrendens: 'Diabole, adiuva me!' undis iterum interceptus, nusquam comparuit. Tercio tandem die a piscatoribus, ventre[e] disrupto intestinisque perditis, inter duas insulas repertus est. Qui nimio timore in fugam acti pro confuso murmure, qui adhuc a daemonibus ex eius ore emittebatur, vix navi relicta, corpora gurgiti dantes, natando evadere potuerunt.

12. Haec de pluribus[f] pauca dixisse[g] sufficiant, ut ostenderemus, beati viri presentiam sibi famulantibus atque in se sperantibus nunquam defuisse. Denique omnes quos nostro iam tempore atrocissimos in omni genere persecutionum insectatores rerumque nostrarum crudelissimos pertulimus vastatores, Fredericum dicimus et reliquos eiusdem presumptionis ac cupidissimae pervasionis homines, fratres scilicet eius ac adfines illisque adherentes, qui omnes uno corde eodemque opere inremediabiliter et ultra quam humanum cor concipere aut lingua effari potest nequiores effecti nequissimis et, ut ita dictum sit, paganis

a) continuo 2. b) languore 2. c) amisit 2. d) *desinit f. CCVII, reliquo spatio folii vacuo relicto,* 2. e) Gulfuinus 1. f) inaebriari 1. g) reliq; 1. h) compęt. (*id est* compoet.) 1, *ut in hoc cod. et Rotomagensi Adrevaldi infra descripto oe saepe expressum est, e gr.:* pęnę = poenae. i) assensius *corr.* assencius 1. k) Gaulinus cummune 1. l) ad 1. m) precaretur 1. n) iplum 1. o) p̄cenps, n *expunct.* 1. p) cadaveris *Br. Boll.* q) se: taliter, *littera erasa* 1. r) illis 1. s) Hęrveo nomē 1. t) fratri destera 1. u) dum *corr.* cum 1. v) he *add., sed expunct.* 1. w) apet. 1 x) reposset 1. y) transnaviguare 1. z) pro orseq., or *expunct.* 1. a) *in loco raso* 1. b) uxorem 1. c) saltī 1. d) hac 1. e) venter 1. f) plurimis *corr.* pluribus 1. g) perstrinxisse sufficiat *Br. Boll.*

1) Cf. Ducange-Henschel s. v. *coenaticum;* Waitz, 'D. VG.' IV, p. 61, n. 2. 2) Nescio cuius monasterii.

deteriores, omnigenis malis et precipue rapinae sceleri insistebant, repente exterminatos atque deletos[a] iusto Dei et credimus et videmus iudicio. Nam preces et gemitus ac lacrimae servorum Dei, quas inmanissime ab eis oppressi ante sanctorum busta assidue profundebant, meritis eorundem sanctorum in conspectu divinae maiestatis recitatae sunt[b]. Ideoque illi subita contriti sunt ultione. Fredericus enim captus a Normannis, qui capud omnium malorum et auctor scelerum cunctarumque incentor erat seditionum, turpissima et nefandissima nece, ut erat dignus, ab eis artatus interiit. Post quem[c] sequaces ipsius[d] unus post unum, caelesti eos insequente vindicta, a finibus sibi dilectae telluris, alii effossis oculis, alii truncatis manibus, eliminati sunt. Raimbaldus vero, qui primus inter primos in omni crimine habebatur et nullo cotidie non scelere fedabatur[e], quique dudum Satanae instinctu succensus ac infra muros coenobii nostri famulos monasterii persequi aggressus, cum ab abbate Teodrado ei diceretur, cur talia agere presumeret, christiani funditus animo nudatus[f], letaliter eum ferire conatus, lancea cucullam eius perforavit cum interiori indumento, sole perosus et aere ipsaque communi indignus luce, in restalibus scrobeis, divina percussus animadversione, consortibus suis applicatus est daemonibus. Frotmundus autem et Herchanricus cum uxoribus et filiis et nonnullis ex obsequentibus sibi, perditis omnibus quae habebant, Normannica adhuc inmensis ferri constricti ponderibus detinentur captivitate, Domino illis quae in sé et in servos suos commiserant retribuente. Wanilo[g] vero, qui pauxillum[h] minus caeteris crudelis fuit, ipse quidem captivitate solutus [est[i]], uxore eius et filiis cum caeteris detentis. Non enim crediderunt in Deo nec speraverunt in salutari eius nec opera christianae sponsionis perficere studuerunt: propterea exterminati sunt ab exterminatore et a crudelissimis nationum intercepti perierunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios! [cf. Iudith 8, 24.]

13. Igitur nostro iam tempore, cum, insequentibus nos Normannis, huius beati viri corpus de monasterio asportassemus, plura per eum fieri miracula vidimus et, licet in tristibus positi, gaudio gavisi sumus. Nam cum in villa Scamerato[k] per aliquot dies demorati fuissemus, et frequens conventus populi in aecclesiam eiusdem loci, in qua sancti custodiebatur gleba, conflueret. . . . . . . Girardum, religiosae vitae virum, monachum scilicet et presbyterum congregationis nostrae. . . . . . . Ex eo ergo loco, comitante nos populi multitudine, qui undique ex vicis et agris nobis obviam precipites confluebant, in pagum Sagensem[1] cum sacro devenimus thesauro. Et quia sanctus pontifex Hildebrannus[l,2], generali expeditione[m] universo populo contra Normannos indicta occupatus, ad suscipiendum componendumque pro tempore hoc sancti viri corpus presens adesse non potuit, archidiaconum sanctae suae sedis cum electiori parte sancti cleri ad villam quae Merula[3] noncupatur, quam munifica largitate serenissimus rex Karolus[n] ad suggestionem sancti pontificis Hebroini beato Mauro et eius famulis per magnificentiae[o] celsitudinis suae contulerat preceptum[4], cum omni aecclesiasticorum honore et apparatu ministeriorum destinatum habuit, qui nobiscum sancti viri glebam religioso satis in aecclesia beati Iuliani reconderet obsequio; ubi per annum integrum et dimidium quanta valuimus hoc sancti viri corpus diligentia custodivimus. Et[p] ubi quae et quanta Dominus per eundem servum suum operari dignatus fuerit, si quis scripto digerere velit, ante, ut opinamur, tempus ei deficiet loquendi quam materia scribendi. Multi enim ceci, surdi et claudi aliisque oppressi langoribus ante eius lecticam, nobis cernentibus, sanitatem recipere meruerunt. Quos nominatim exprimere ideo omittimus, quia et copiosior eorum numerus memoriam[q] excedit, et legentium fastidium summopere cavere certamus. Illud tamen unum pretereuntes[r] reticere non debemus, quod nullus febricitantium, cuiuscumque tipi contritione vexaretur, si plena fide huius sancti viri imploraverit[s] auxilium, sine sanitatis gaudio[t] ab eius repedavit tumulo. Sed ut taceamus de reliquis, quid nobili viro Otgerio ibidem evenerit, silere non debemus. Hic cum iam per tres continuos menses sine intermissione duobus diebus validissima vi febrium inremediabiliter quateretur, adeo ut, sensu perdito penitus, penitus in amentiam versus aestimaretur, Cadilo comes, qui ei adfinitate generis propinquus est[u], secum eum ad locum sancti corporis beati Mauri adduxit. Et cum eum hortaremur, ut cum fiducia fidelis animi ante menbra sancti viri nocte integra iaceret, reluctari coepit, seque conscium peccatorum suorum esse testabatur, pro quibus peiora sibi accidere pavidus formidaret. Cuius pusillanimitatem sacrae auctoritatis assertionibus utcumque roborantes, invitum eum illic dormire compulimus[v]. Sed ut ostenderet Dominus, quantum fides proficiat et diffidentia officiat, meritis beati Mauri unius tantum eum diei vexatione solvere est dignatus, usquequo post non longum tempus, pleniori iam fide animatus, cum exeniorum munere regressus atque iam securus periculorum, pervigilem ante sancti urnam summa cum devotione duceret noctem; sicque omni illius incommodi valitudine perfecte liberatus, gratias Divinitati[w] et sancto Mauro referens, ex eo usque nunc absque ullius viget infirmitatis labore. Cum vero et illic creberrimis[x] et inprovisis paganorum deterreremur eruptionibus, secundum quod in epistola huic opusculo preposita continetur, hoc sancti viri corpus citra fluvium Ararim a nobis deportatum, digno cum honore, prout temporis et loci permisit oportunitas, reconditum ac collocatum in fundo Audonis comitis est; ubi per tres semis annos[5] custoditum, sedecim notissimarum personarum sanitate celebre nomen eius circúmcirca divulgatum, assidua populorum frequentatione venerari coepit et excoli. Nam primo ad-

[861–862.] [863.]

a) delectos, c *eras.* 1. b) et admissae *add. Br. Boll.* c) quę 1. d) illius *edd.* e) fedebatur 1. f) nutatus *corr.* nudatus 1. g) Wanile 1. h) paxillum *corr.* pauxillum 1. i) *deest* 1. k) Scameraco *Br. Mab.*; Scamanto *Boll.* l) Hildebrandus *corr.* Hildebrannus 1. m) expedione *corr.* expedicione 1. n) Kalolus 1. o) magn. — contulerat *des.* 1. p) *deest edd.* q) nostram *add. Br. Boll.* r) ꝑtereunt 1. s) imploravit *edd.* t) unquam *add. edd.* u) erat *edd.* v) compullimus 1. w) divinitatis 1. x) creberrimus 1.

1) Séez in Normannia (dép. Orne). 2) Sagensis. 3) Merlerault (arr. Argentan), ut videtur. 4) Hoc non exstat. 5) Hic numerus non concordat cum eo quod in epistola praemissa, supra p. 463, a. 863. huc, inde a. 868. in monasterium Fossatense translatus esse dicitur.

ventus sui ad eundem locum anno frequentibus claruit virtutibus, quas enumerare longissimum est. In quibus clarius[a] ea quae supra scripta est emicuit curatio sedecim personarum, quarum aliqui ceci, nonnulli claudi, quidam vero surdi, aliquanti autem muti fuerunt. Exinde illud, iuxta tenorem prefationis huius libelli, in monasterium Fossatense deportavimus et, sicut pleniter ibi prosecutum est, venerabiliter in aecclesia beati Petri recondentes* collocavimus[1]. [868. Nov. 13.] Ad quem locum gloriosissimus ac clementissimus rex Karolus, a partibus Burgundiae regrediens, per semet ipsum dignatus est accedere, Christi protectionem ante lecticam sancti viri summa deposcens devotione, die Nonarum Februarium[b], [869. Febr. 5.] hoc anno, qui est ab incarnatione Domini octingentesimus sexagesimus nonus**. Qui ob maiorem devotionem christianissimi animi, quam erga Deum et sanctos eius habet, post non multos dies de monasterio beatorum martirum Dionisii et sociorum eius honorabilia beato Mauro transmisit munera per Teotulfum[c] strenuae probitatis monachum, pallia scilicet pretiosissima duo, quibus corpus eius in diebus processionis et festivitatibus cunctarum decoratur sollempnitatum. Cuius intercessione perhennis vitae a Domino aeternaliter recepturus est remunerationem; qui ita presentaliter venerabilia exornare non desinit poliandra[2] sanctorum, ut neminem priscorum qui regii nominis claruerunt honore priorem videatur habere in sancta religione. At nos optato tandem fine narrationis huius gaudentes, Christi misericordiam per beati Mauri inploramus suffragia, ut, qui, incultiori licet stilo, fide tamen integra, seriem huius historiae prosecuti sumus, vinculis peccatorum solvi ab eodem mereamur Redemptore[d] aeternorumque gaudiis perfrui valeamus premiorum, iunctis in caelestibus consortiis angelorum. Amen.

*) *Br. Boll. add.:* in ipsis Idibus Novembris. **) *Br. Boll. add:* regni vero eius vicesimus nonus, indictione secunda.

a) clarior *corr.* clarius 1. b) *sic* 1. c) Otulfum *edd.* d) redemptore 1.

1) Cf. diploma Karoli regis datum Non. Febr. a. 869. (anno regni 28, ind. 1) in coenobio Fossatensi, quo huic monasterium Glannafoliense subdit, Bouquet VIII, p. 609, nr. 208, et chartam Aeneae episcopi Parisiensis ap. Mabillon, Acta IV, 2, p. 166. 2) Id est: *sepulchra*. BOLL.

TRANSLATIONES S. IANUARII ET S. FORTUNATAE IN AUGIAM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Relatio brevis de ossibus Augiam delatis, quae SS. Ianuarii sociorumque eius esse dicebantur, quamvis eiusdem sancti corpus semper Neapoli haberetur et coleretur, non tam veraciter conscripta, quam efficta videtur et Vitae eius a monacho Augiensi subiuncta est. Quae ex codice 1) Carlsruhano *nr.* 109, *mbr., saec. IX. Augiae scripto primo edita est Acta SS. Sept. VI, p.* 787, *deinde emendatius a Mone, 'Quellensammlung der badischen Landesgeschichte' I, p.* 232[1]. *Quocum contulimus codicem 2)* Vaticanum reginae Christinae *nr.* 497, *mbr., saec. XII, f.* 87'. 88.

Postea vero, forte cum dubitatio mota est, num illa corpora vere SS. Ianuarii ac sociorum essent[2], *eadem relatio, paucis mutatis, de ossibus SS. Fortunatae et sociorum a.* 874. *Augiam translatis commenticie conscripta est et eius Vitae subiecta, cum tamen huius quoque sanctae corpus in monasterio S. Gaudiosi Neapolitano haberi diceretur*[3]. *Quam narrationem addimus, iis quae ex priore transscripta sunt minoribus litteris expressis, ex codicibus 1)* Monacensi 18897 *(Teg.* 897*), mbr., saec. XI; 1*[a]*)* Monacensi 4608 *(Bened.* 108*), mbr., saec. XI, f.* 216. 216', *praecedentis apographo, ut videtur*[4]*; ex quibus eam edidit W. Wattenbach, 'GQ.' ed. 1. p.* 150*; 2)* Rhenaugiensi *nr.* 81, *mbr., ex quo locos a priore relatione recedentes Mone l. l. p.* 232. *imprimi fecit. 3)* Vaticano reg. Christ. *nr.* 497, *supra laudato, f.* 95. 95'*; 4)* Basileensi *A. VI.* 36, *saec. XIV, cuius variam lectionem Mone l. l. notavit.* **O. H.-E.**

1) In linguam Germanicam vertit hanc relationem Gallus Ohem ed. Barack p. 58 sq. 2) Wattenbach, 'GQ.' ed. 5, I, p. 268. 3) Acta SS. Oct. VI, p. 450 sq. 4) Cf. supra p. 119.

TRANSLATIO S. IANUARII ET SOCIORUM.

Qualiter autem corpora sanctorum ad nos, id est Augiam insulam, delata sint, paucis monstrabimus. Lotharius rex duos filios regni, quod in partem suam contra fratres suos susceperat, moriens reliquit heredes, Hlodowicum scilicet et Lotharium. Hlodowicum praeposuit Italiae et ei[a] cohaerentibus provinciis, Lotharium autem parti quam in[b] Frantia tenuit. Irruentibus autem in Campaniam Sarracenis[c] et non per paucos annos ibidem cuncta vastantibus, praedictus rex ad ereptionem iam dictae provintiae obviam Sarracenis[c] perrexit, exercitu undique contracto. Contigit autem, ut cum domino suo quidam vasallus ex Alamannia nobiliter natus eidem exercitui interesset, qui litteris non mediocriter doctus, ingenio etiam subtilis[d] et ad omne bonum vivaciter strenuus. Hic quendam presbiterum inibi habuit hospitem, quem de diversis rebus praedictus iuvenis sciscitatus est, maxime de reliquiis sanctorum, si alicubi inveniri possent, quas suo iuri adsciscere valeret. Annuit senior et voluntati iuvenis paratissimus indicavit, ubi corpora de numero praedictorum martyrum, Ianuarii videlicet, Proculi, Euticetis et Acutii, essent in quadam aecclesia iam propter timorem hostium ab accolis deserta recondita. Sequitur ergo iuvenis cum sociis praeeuntem senem usque ad locum sepulchri. Quod, praemissa oratione, aperientes, invenerunt pulcherrimo marmore subtus et supra, dextra levaque tumbam compositam. Tollentes ergo ipsa corpora cum timore et reverentia, condiderunt in scriniis et abierunt ad diversorium. Quae post, statim ut spatium habuit, praedictus iuvenis ad nos detulit anno ab incarnatione Domini 871[1], indictione 4, 32.[e] Hludowici[f] regis regnante in orientali Francia. Passi sunt autem beatissimi martyres sub Diocliciano imperatore 14. Kal. Novembr. in Nolana civitate Campaniae provinciae, regnante domino nostro Ihesu Christo.

TRANSLATIO S. FORTUNATAE ET SOCIORUM.

Qualiter autem corpora sanctorum ad nos, id est Augiam insulam, delata sint, paucis monstrabimus. Lotharius rex duos filios regni, quod in partem suam contra fratres suos susceperat, moriens reliquit heredes, Hludowicum[g] scilicet et Lotharium; Hludowicum praeposuit Italiae et ei[h] coherentibus provinciis, Lotharium[i] parti quam in Francia tenuit. Irruentibus autem in Campaniam Sarracenis et non per paucos annos ibidem cuncta vastantibus, praedictus rex ad ereptionem iam dictae provinciae obviam Sarracenis perrexit, exercitu undique contracto. Contigit autem, ut cum domino suo quidam vassallus[k] * ex Alamannia nobiliter natus eidem exercitui interesset, qui litteris non mediocriter doctus, ingenio etiam subtilis et ad omne bonum vivaciter strennuus[l]. Hic quendam presbyterum inibi[m] habuit hospitem, quem de diversis rebus praedictus iuvenis sciscitatus est, maxime de reliquiis sanctorum, si alicubi inveniri possent[n], quas suo iuri assciscere valeret. Annuit senior et voluntati iuvenis paratissimus indicavit, ubi corpora beatorum martyrum Fortunatae virginis et fratrum illius Carponii, Euagristi, Prisciani in quadam permagna aecclesia essent recondita. Quam iam fratres ibi Christo servientes ob Sarracenorum infestam deserebant[o] persecutionem; tres tantum ibi iam pauperrimi effecti remanserant[p], ne sanctorum reliquiae sine custodia et obsequio canonicarum horarum existerent. Sequitur ergo iuvenis cum multitudine maxima praeeuntem monachum et presbyterum usque ad loca sepulchrorum. Quae, praemissa oratione, aperientes, invenerunt pulcherrimo marmore subtus[q] et supra, dextra levaque tumbas compositas, reliquias[r] sanctae virginis Fortunatae semotim in una, in altera autem tumba simul fratrum eius sancta reppererunt[s] corpora. Quae tollentes cum timore et reverentia, condiderunt in scriniis et abierunt ad diversorium. Statimque postea, ut spacium habuit, praedictus iuvenis ipsa sanctorum corpora in Alamanniam ad Augiam direxit insulam anno ab incarnatione Domini 874, indictione 7[t], 35.[u] regni Hludowici[v] regis in orientali Francia. Sancti autem viri qui herendo excubiis sanctorum in praefata basilica, ubi sepulta[w] fuerant corpora sanctorum, remanserant[x], ut viderunt aperiri sepulchra et sacras auferri reliquias, cruciabant[y] semet ipsos fletibus et nimio eiulato[z] capillosque[a] suis de capitibus extrahentes pectoraque et ora[b] pugnis ferientes, eatenus recedentes secuti sunt, quousque cursum exinde[c] recedere festinantium consequi non valuerunt. Passa est igitur sanctissima virgo et martyr Fortunata die 14. mensis octavi, qui inscribitur 2.[d] Idus Octobris, ad laudem et gloriam salvatoris nostri Dei ac domini Ihesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

*) nomine Rudhoch *add.* 4.

a) eius 2. b) habuit in Fr. 2. c) Sarrac. *corr.* Sarac. 1. d) erat *superscr.* 2. e) XXX. 2, *ubi* anno *in marg. suppl.* f) Lodow. 2. g) Hlod. 3. h) eius 3. i) Lodh. 1a. k) vasallus 3. l) strunuus 1a. m) *superscr.* 3. n) possint quos *corr.* possent quas 1a. o) defer. 1a; deserabant 3. p) remanserunt 3. q) sumptus 1a. r) et rel. 2. s) reperierunt 3. t) anno *add.* 1. 1a. u) XXXII. 3. v) Lodowici *h. l.* 3. w) sepulti 1a. — fuerunt 3; ubi sanctorum sep. f. 2, *ubi* corp. *deest.* x) remanserunt 3. y) cruciaebant 1a; crucia *e corr.* 3. z) *post corr.* eiulatu 3. a) capillisque 3. — sui 1. 1a. b) hora 1. 1a. c) et inde 1a; inde 3. d) pridie 3.

1) Ianuarii ossa iam a Lothario I. imperatore Augiam delata celebrat carmine Walahfridus Strabus, Poetae Carol. II, p. 415 sq., nr. 77; quod a. 839. factum esse, coniicit Mühlbacher, Reg. Imp. I, p. 388, nr. 1028a. Totam igitur hanc narratiunculam falso effictam esse, facile censebis, ni forte credideris, a. 871. quaedam ossa ex Italia Augiam allata esse, quae ab Augiensibus Ianuarii sociorumque eius habita sint, cum de prima translatione eius iam dubitatio mota esset.

EX ADREVALDI FLORIACENSIS MIRACULIS S. BENEDICTI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Auctorem Miraculorum S. Benedicti Floriacensium saec. IX. conscriptorum esse Adrevaldum, testatur Aimoinus Floriacensis in prologo sui libri de miraculis S. Benedicti his verbis: Translationis vero eius *[S. Benedicti]* sacri corporis ordinem ad hunc venerabilem locum necnon signa hic vel per Gallias ipsius meritis gesta vir disertissimus Adrevaldus, istius monasterii monachus, scriptis inseruit. *Idemque iterum c.* 1, *loco ex Adrevaldi c.* 33. *exscripto addit:* ut eloquentissimus auctor Adrevaldus priori refert libro. *Quem circa a.* 820. *natum*[1], *iam puerulum monasterio S. Benedicti Floriacensi traditum esse*[2], *ex hoc ipso libro cognoscimus, cum c.* 28. *de miraculis a.* 827, *ut videtur, vel certe circa a.* 830. *patratis dicat:* quae ipsi quoque pueruli ex parte conspeximus, *et in narratione miraculi eodem fere tempore acti inferat:* cernentibus[3] nobis cunctisque qui aderant fratribus.

Sigebertus in libro de scriptoribus ecclesiasticis c. 100. *haec dicit:* Adrevaldus, qui et Adelbertus, monachus Floriacensis, scripsit historiam miraculorum quae ostensa sunt per Gallias sancti Casinensis meritis a tempore quo corpus eius translatum est a Monte Casino ad coenobium Floriacense usque ad tempus Odonis regis Francorum, *duo capita ab Adelerio addita*[4], *ut videtur, falso Adrevaldo attribuens. Quod vero eundem binomium, Adelberti etiam nomine inditum fuisse dicit, ex codice quodam sumpsisse videtur simili eius ex abbatia Patriciacensi orti*[5], *in quo Bollandus scriptum invenit:* Adrevaldus qui et Adalbertus aestimatur nominatus, *cuius notae auctorem non ex certa cognitione eam scripsisse elucet. Eundem vero hominem duo nomina Germanica habuisse, tantum abhorret a more illius saeculi, ut hoc nullo modo credi possit*[6]. *Facile evenire potuit, ut in quibusdam codicibus Adrevaldi nomen, forte, quod saepe in codicum rubris factum est, per compendium scriptum, in usitatius illud corrumperetur, unde posteriores utrumque illi attribuerent. Unde etiam factum coniicere possis, ut Radulfus Tortarius monachus Floriacensis, qui circa*

1) Cf. de eo 'Hist. litéraire' V, p. 515—522. 2) Francogallum natione maxime c. 27. se prodit, ubi Ludovicum Pium populis Germaniae 'regni statum incomposite commisisse', eisque ab hoc libertatem datam esse conqueritur, et c. 26, ubi Germanicum sermonem dicit peregrinum. 3) Haec est lectio codicum qui exstant omnium; editiones praebent: *concinentibus.* 4) Licet et haec Odonis tempora non attingant. 5) Acta SS. Mart. III, p. 315. 6) Accedit, quod Aimoinus, qui eum primus citavit, Adelberti nomen non novit. Itemque Andreas Floriacensis in Miraculorum S. Benedicti prologo, ap. Certain, 'Les Miracles de St. Benoît' p. 173: *Expletis duobus,* ait, *libris insignium gestorum patris . . Benedicti ab Aimoino . . . qui primus post recensibiles Adrevaldi labores tanti . . . laudes . . . prosecutus est.* Certain p. XIV. quidem censet: 'qu' Adrevald . . . avait en religion un autre nom que son nom véritable'.

a. 1117. *miracula S. Benedicti antea scripta versibus narravit*[1], *primae parti, qua Translationem S. Benedicti et Miracula ab Adrevaldo scripta in versus redegit, hoc distichon praeponeret:*

Patris Adalbertus translatos edocet artus,
Quaedam gesta stilo subiciens nitido.

Apparet, Radulfum et libellum de translatione S. Benedicti a Monte Casino Floriacum et Miracula ab eodem auctore composita opinatum esse, at vehementer errat Certain[2], *cum iam nunc quaestionem saepe ventilatam se solvisse glorietur, utrumque librum Adrevaldo adiudicans. Non enim optimo iure hac in re in testimonium advocat Aimoini locum supra allatum, cum quod hic dicit, Adrevaldum translationis ordinem scriptis inseruisse, optime etiam in Miraculorum librum quadret, ubi c.* 11. *translatio narrata est. Aimoinum vero illo loco de uno libro, Miraculorum videlicet, solo dixisse apparere videtur ex iis quae subdit:* Cui operi Adelerius, huius nihilominus congregationis monachus, duo tantum capitula adiecit. *Sed etiamsi Aimoinus translationis libellum ab Adrevaldo compositum putavisset, non tamen quaestio absoluta esset*[3]. *Rectissime enim Rivet*[4] *sermonem Translationis et Miraculorum multo inter se differre statuit. Et Adrevaldus ipse Translationem c.* 11. *citat his verbis:* Cuius rei historiam, quia in promptu est, instanti opusculo inserere supervacaneum duximus, *nequaquam se hanc composuisse indicat*[5]. *Translatio igitur ante Miracula, haud dubie vero saec. IX. composita esse videtur, sed a quo auctore non satis constat. Papebroch, Mabillon, Rivet, versibus allatis Radulfi Tortarii nisi, eam Adalberto monacho adiudicaverunt, quem a.* 853, *Dec.* 22. *obiisse Annales Floriacenses, SS. II, p.* 254, *tradunt*[6]. *Quae opinio sane magnopere arridet, quia, si hic Translationem composuisset, facile cum fratre similis nominis auctore Miraculorum confundi et alter alterius libelli auctor haberi potuit. Sed hoc certius affirmare non ausim, antequam in codicum aliquo Translationis, quorum permulti exstant, nomen eius auctoris inveniatur, quod in codicibus nobis visis non legitur.*

Caeterum de vita Adrevaldi pauca ad nos pervenerunt. Hoc tantum constat, eum longo tempore in monasterio Floriacensi monachum vixisse[7]. *Scripsit Vitam Aigulfi abbatis Lirinensis*[8], *qui ossa sancti Benedicti a Monte Casino Floriacum adduxisse dicebatur, Vitam iam antea compositam in elegantiorem ampilioremque formam redigens, deinde paucas pagellas de corpore et sanguine Christi contra Iohannem Scotum*[9]. *Praestantissimum librum de miraculis S. Benedicti 'hortatu maiorum'*[10] *iam vir provectioris aetatis aggressus esse videtur, quod usque ad a.* 875. *circiter produxit*[11]. *Conscripsit non modo*

1) Ut Certain l. l. p. XV. XXI sqq. docet. 2) l. l. XIII sqq. 3) Cum Aimoinus Translationis historiam in versus heroicos redigeret, Mabillon, Acta II, p. 359, de eius auctore nihil dixit. 4) 'Hist. lit.' V, p. 517. 5) Idem in alio opusculo de vita S. Aigulfi c. 6. eam laudat, Migne, Patrol. CXXIV, col. 957, translatione S. Benedicti narrata, his verbis: *Cuius facti dignoscentiam si quis scrupulosius nosse cupit, libelli de hac re compositi lectione addiscere quibit.* Addam, quod Pauli Historiae Langobardorum ab Adrevaldo ubi translationem narrat exscriptae in Translatione nullum vestigium appareat. 6) Quod cum Mabillon cognovisset, opinionem quam prius tenuerat, Adrevaldum auctorem esse Translationis, reiecit. 7) Mirac. c. 32, antequam res a. 840. et sequentibus annis gesta refert, dicit: *ea quae visu corporeo nos cognoscere quivimus quaere fideli narratione comperimus . . . . ad posterorum notitiam . . . transmittere curavimus.* 8) Edita ap. Mabillon, Acta II, p. 656—665; repetita Migne, Patrol. CXXIV, col. 953 sqq. 9) Edidit Dacherius, Spicil. I, p. 150 sqq.; repetivit Migne l. l. col. 947 sqq. Locis ex patrum scriptis extractis totus libellus consarcinatus est, quo, in sacramento vere, non symbolice, corpus sanguinemque Domini sumi, probare studet. 10) C. 32. 11) Nullo iure omnes qui de Adrevaldo scripserunt eum usque ad a. 877. Miracula perduxisse dixerunt, unde eum anno sequenti obiisse coniiciunt. Post a. 865. nulla res certo anno ascribenda narrata est; occurrit vero c. 36. Galterius episcopus Aure-

miracula, sed praemisit historiae Italiae inde ab imperii occidentalis interitu breve summarium, ut gesta beati Benedicti et Mauri et fata monasterii Casinensis melius explicaret, deinde a translatione S. Benedicti Franciae praesertim historiam breviter exposuit, usus Pauli diaconi maxime Historia Langobardorum, Gregorii Magni Dialogorum libro II, Odonis Glannafoliensis abbatis spurio illo foetu de vita s. Mauri paucis annis ante edito, Translatione s. Benedicti, Einhardi Vita Karoli, Libro pontificali vel Catalogo pontificum, epistola Zachariae papae, fortasse Bedae chronico et Gestis Francorum et Pauli Historia Romana, necnon, ut censuerim, Vita Eucherii[1]. *Ex quibus solius Einhardi verba eleganter scripta retinuit, reliquorum plerumque plus minusve alteravit; ipse sermone haud iniucundo usus. Quae inde a Karoli Magni tempore narrat pleraque auditu perceperat, ut ipse testatur*[2]*; rei a.* 834. *gestae Ercambaldum presbyterum, monachum Floriacensem, laudat*[3]. *In his non pauca inveniuntur, quibus historia saeculi IX. egregie illustratur: praesertim de Nortmannorum vastationibus, etiam de regum actibus, licet hos describere alienum a se professus sit*[4], *aliaque notatu dignissima retulit*[5]. *Quare maior pars libri hoc loco edenda erat; ex priore parte ea tantum omisimus quae de ss. Benedicto et Mauro ex Gregorii Dialogis et Vita Mauri congesta sunt, ex posteriore parte pauca capita rescidimus, quibus de miraculis vulgaribus, ut ita dicam, consueto more nec quidquam notatu dignum refertur.*

Duo extrema capita teste Aimoino[6] *ab Adelerio monacho Floriacensi circa a.* 880.[7] *addita sunt, qui res a.* 877. *et* 878. *gestas narrat.*

Ad quae edenda ut tribus codicibus uti potuerimus, feliciter contigit:

1) Codex Vaticanus reginae Christinae nr. 456, *membr.* 8° *min., olim 'liber sanctae Mariae Lucionensis',* 107 *folia continens, in quorum* 1—8. *Translatio S. Benedicti, f.* 8—43'. *Adrevaldi Miracula S. Benedicti compluribus manibus saec. X. in. certe, ni iam saec. IX. ex. contendere velis, exarata*[8]. *Liber sane magnae auctoritatis est, qui sola Adrevaldi Miracula, nondum Adelerii additamento aucta contineat, sed ab imperitissimis scribis exaratus, itaque innumeris mendis maculatus, quae facile quidem tolli potuerunt, quorum multa etiam coaevis manibus emendata sunt; quod ubique adnotare longum erat. Permulta vero verba ratione a consueto more saeculi IX. tam diversa scripta sunt*[9],

lianensis, quem a. 869. iam sedisse constat. Quo vivo Adrevaldus opusculum hoc composuit. Quod quia clausula in calce talium libellorum solita caret, non absona coniectura est, auctorem, antequam extremam manum operi imposuerit, morte abreptum esse.

1) Eum Astronomi Vitam Hludowici imp. uno loco in usum vocasse, Simson, 'Jahrb. Ludw. d. Fr.' II, p. 102, n. 3, contendit.

2) Supra p. 475, n. 7.

3) C. 20.

4) C. 27. 33.

5) Ordinem temporum in his ita saltem servavit, ut quae Karolo Magno, Ludovico Pio, Karolo Calvo regnantibus gesta sunt continua coniunctaque referret, sub quoque rege gesta vero multa posteriora ante prius acta narravit.

6) V. locum supra p. 475. laudatum. Idem c. 1, praelio quod Adelerius c. 41. narrat, commemorato, addit: *ex scriptis venerabilis viri Adelerii agnosci facile est.*

7) Scripsit post obitum Ludovici II. Balbi a. 879, Apr. 10. defuncti.

8) In calce Translationis et ante Miracula manu saec. XVII. in margine scripta sunt haec: *Explicit translatio sancti Benedicti. Cuius auctorem puto Abbonem Floriac. Translationem enim sancti Benedicti scripsisse se, testatur ipse in epistolis. Verum a Trithemio Theoderico tribuitur hoc scriptum. Sequentia sunt Adelberti.* — Sequitur f. 43'—50'. Sermo in festivitate sancti Benedicti: *Festiva beatissimi Benedicti — — ut nobiscum sit Deus pacis per ipsum. Amen.* Iam supra p. 462. huius codicis mentionem fecimus.

9) Saepissime enim pro *ae* et in syllabis voces terminantibus et in corpore vocum *e* scriptum est; vice versa vero ę et *ae* pro *e* saepissime positum est, ut *aegeat, aetiam, ęquus* et *aequus* (caballus), *ducę, iurę, partę, omnę, visionę, tempestatę, subderę, pertimescerę, ręge, pręce, supręmae, ręliquiae, succęssio, omnęm, ędęm, letantęm, petęns, quatęnus* etc. etc. Legitur *ci* pro *ti* semper in substantivis terminantibus in *tio*, plerumque in substantivis, quorum extremae sunt litterae *ntia*, rarius in aliis vocibus, ut *pocius, reccius, forcior, cicius, secrecior, pacientur, obpeciisse, pociende, eciam, concurrencium, conflictancium* etc. Praeterea saepissime ubi eadem littera bis ponenda erat altera est omissa: *fuiset, clarisimus, eferre, ocurit, oculto* et quae sunt eiusmodi; *b* pro *p* scribitur et alia quae librarium verba ore excipientes indicare possunt *(exua* pro *ex sua).* Quae maioris momenti sunt annotavimus. Multi accentus inveniuntur, quos omisimus.

ut in his exprimendis codicem haud sequi potuerimus, ea solum retinentes, quae librariis illius saeculi consueta sunt, praesertim quae etiam in codice 2 *interdum inveniuntur.*

2) *Codex Rothomagensis bibl. publ. U* 115[1], *membr. fol. min.*, 87 *foliorum, post alia continet f.* 16—23'. *Translationem S. Benedicti, initio et fine destitutam, manu saec. X. exaratam; f.* 24—31. *Odonis sermonis de S. Benedicto fragmentum; f.* 31'—84. *Adrevaldi et Adelerii Miracula S. Benedicti una manu saec. X. elegantissime et splendidissime scripta, duobus vero quaternionibus singulisque nonnullis foliis perditis mutila; quo codice optimae notae Berolinum summa cum liberalitate transmisso uti nobis licuit*[2]. *Leviora menda, quae postea correcta sunt, annotare supersedimus.*

3) *Codex Parisiensis Lat. nr.* 5323, *membr., saec. XII, olim Bigotianus, Adrevaldi et Adelerii Miracula continens, haud raro codicis* 1 *lectionem firmat; nonnumquam vero cum* 2 *convenit; quem V. Cl. A. Molinier in usum nostrum contulit.*

Solum extremum caput Adelerii praebent codices:

4) *Parisiensis Lat. nr.* 2768 *A, membr., olim S. Martialis Lemovicensis, f.* 30 *sq., a V. Cl. A. Molinier collatus, et teste eodem ex hoc descriptus.*

4[a]) *Parisiensis Lat. nr.* 5321, *membr., olim S. Martialis, f.* 109—110.

Capita in codice 1 *rarissime distinguuntur, quod in* 2 *quidem factum est; sed initio pauciora capitula distincta sunt quam in editionibus; quarum tamen divisionem iam usitatam retinuimus.*

Quarum prima prodiit ex membranis Floriacensis abbatiae bonae notae curante Io. a Bosco, Floriacensis Vetus Bibliotheca (Lugduni 1605*) p.* 13—78 *(F.); collatum cum codicibus Aquicinctino, Marchianensi, Guigniacensi, Patriciacensi repetivit utrumque libellum Bollandus, Acta SS. Mart. III, p.* 305—316, *omissis* 17 *prioribus capitulis (B.); deinde iterum cum codicibus collatum Mabillon, Acta II, p.* 369—394, *omissis capitulis* 1—9 *(M.); cuius editionem recudi fecit Migne, Patrol. CXXIV, col.* 909—948*; denique E. de Certain, 'Les Miracles de Saint Benoît' (Paris* 1858*) p.* 16—89 *(C.), integram, prioribus vero haud meliorem editionem paravit, se usum esse dicens codicibus Alencionensi nr.* 12, *qui integrum hunc librum continet, et Parisiensibus supra notatis. Quia priorum editorum subsidia nobis non ad manus fuere, eorum variam lectionem annotandam esse duximus, siglis quos supra apposuimus eos significantes. In omnibus editionibus Historia translationis praemissa est, cuius fragmenta capiti* 11. *Miraculorum subiunximus*[3]. *Excerpta Miraculorum dederunt Duchesne, Hist. Franc. SS. III, p.* 439*; Bouquet, SS. R. Gall. III, p.* 674*; V, p.* 448*; VI, p.* 312*; VII, p.* 359*; IX, p.* 107.

Medio aevo multi scriptores Francogallici Adrevaldi librum lectitarunt et exscripserunt, dico Aimoinum et Hugonem Floriacenses, Hariulfum Centulensem, Letaldum Miciacensem, auctores historiae Francorum, cuius fragmentum Duchesne II, p. 630. *in publicum edidit, Chronicae S. Benigni Divionensis, Gestorum episcoporum Rothomagensium, alios.* *O. Holder-Egger.*

1) 'Archiv' VIII, p. 372, olim notatus U 116/1321.
2) In singulis verbis exprimendis scriba eandem semper fere rationem sequitur saeculo IX. usitatam, rarissime *ę* pro *e* posuit ut: *lugubrę, clarę* (adv.), *adprimę, honorę, formositatę, inędia, tutęlae,* plerumque *aecclesia;* consonantes praepositionum verbis coniunctarum plerumque sequenti consonanti assimilatas posuit, ut: *opprimere, opplevere, complecti, imperium, optare* etc., raro *tia* pro *cia: audatia, provintia, offitia,* reliqua ut edidimus scripta sunt. Multis etiam accentibus verba ornata sunt.
3) Thiederici Hersfeldensis monachi libellus de illatione S. Benedicti a. 883. ad Richardum abbatem Amorbacensem circa a. 1015. scriptus nonnisi vanas fabulas narrat, ut ex Adrevaldi relatione satis apparet, et indignus visus est, qui huic collectioni inseratur.

IN[a] NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIUNT MIRACULA EGREGII CONFESSORIS CHRISTI BENEDICTI QUAE PER EUM POST EIUS TRANSITUM OPERATA EST VIRTUS DIVINA.

Regni Italici summum ac praeclarum decus ea instantia a praepollentissimis[b] veterum auctorum ingeniis tractatum[c] editumque[d] constat, quo[e] iam nihil[f] inveniri queat, quod non praeoccupaverit maiorum diligentia. Scriptoribus namque praestantissimis subpetere[g] plurimum videbatur ipsius laudabilis terrae excellens materia, caeli scilicet temperie, locorum salubritate, fertilitate[h] soli, opacitate[i] habundantissima nemorum, collium apricitate, olearum viciumque profluis proventibus, novarum urbium amoenitate, veterum quoque oppidorum decore, amnium[k] nobilium felici prolapsu unaque cunctarum rerum opulentissima gloria[1]. At cum tantae copiae[l] potentia[m] vigorque decentissimus[n] veterum studio Italiae fuerit attributus, tractus tamen tocius patriae in diversa porrectus diligenti sese consideratione adverti exposcit. Neque enim unius solummodo regionis beneficia conplecti tanta laude videntur, quin potius[o] patriae omnis decor regnique[p] felicitas brevi memoratu acsi quodam collectaneo astricta perspicitur. Cumque magnitudo ipsa Italici regni — quod olim Magna Grecia[q] nuncupabatur[r] [2], eo quod urbes eius atque[s] castella vel maxima ex parte auctoribus Grecis extiterint[t] —, in longitudinem latitudinemque aequo libramine aestimata, longitudine haud modice superet latitudinem, assimilis utique querno[t*] folio[3], quod proceritate sui latitudinem excedit, plurimarum tamen provinciarum mater effecta, praedulci cunctas amplectitur gremio. At vero Romani imperii insignis potentia, dum edomitum orbem iure perduellionis abstinere[u] vellet, amplissima regnorum spacia, quae per Asiam, Europam et Libiam haud parum distenduntur[v], in provincias coloniasque discindere ratum habuit, sicque stipendiarias, legionibus interpositis, constituere. Inter quae Italia quoque, maxima regnorum occidentalis climatis, divisionem passa, duodeviginti provincias ex sese[w] protulit[4]. Quarum omnium praeclarior Valeria eique adiuncta Nursia[x] inter Umbriam[y] et Campaniam Picenumque consistit[z], Samnitum orientem versus prospectans limitem, Etruria vero semet ipsam determinans[5]. Cum itaque, ut praelibavimus, nobilitate singulari et bonorum omnium proventibus affluentissime extuberascat[a] praecelsorumque[b] altrix virorum prisca reperiatur aetate, uno tamen semet ipsam[c] editissimo potuit vincere germine, dum beatissimi patris Benedicti obtandam cunctis mortalibus protulit genituram.

1.[d] Hic nempe dilectus Domini[e], teste eximio praesule Gregorio[6], Nursia[f] exortus, quae, ut iam praefatus sum, coniuncta Valeriae Etruriaeque[g] unam efficit provinciam, non solum eam suo illustravit exortu, verum omnem Italiam, cuius felicitas alto repetita principio hac de causa brevi edisertata[h] est, inclitam suo munere praestitit. Denique quantae dignitatis parentibus progenitus fuerit, testantur ruinae palacii eorum cum aedicula prope moenia Nursiae[i] urbis sita. Tantae quippe magnitudinis perplexique[k] operis ex fundamentis constitisse conicitur[l], ut quaelibet palacia potentissimorum superaverit regum nec modicis queat reparari impensis. Agebat eo tempore curam augustalis[m] maiestatis Iustinus senior, qui, octo annis imperiali[n] honore functus, successorem accepit Iustinianum, ex sorore nepotem, strenuissimum virum atque in rebus bellicis experientissimum, civilibus[o] denique causis convenientissimum[7]. Pontificatum vero Romanae ecclesiae Hormisda per novem vigilantissime regebat annos. At[p] Italia, iam dudum Gothorum tyrannide obpressa, dominationi eorum gravissime succubuit. Romanum enim inperium a sui[q] soliditate, hoc est ferrea duricie, in testaceam fragilitatem deiectum, non solum ultimam rei publicae cladem, verum subiectis regnorum populis validissimum intulit detrimentum. Itaque Teodericus[r] post Odoacrem[s] Gothorum principatum cum regio nomine suscipiens, sessionem propriam Ravennae statuit, homo pestilens Arrianae sectae, quique[t] nulli bonorum mala irrogando[u] parceret, omnibus malis favorabiliter assentaretur. Denique inter caetera[v] facinora sanctissimum Iohannem papam Romanum carcerali inedia maceratum necavit duosque senatorii ordinis viros et exconsules, Simmacum[w] videlicet atque Boetium, in carcere gladio[x] transverberavit[8]. Porro regni Francorum principatum Chlodoveus[y], ex Merohingorum regali prosapia originem ducens, mirabiliter rexit. Namque Christi gratia disponente, abolitis idolorum cultibus, credens domino[z] Iesu Christo, primus[a] ex gente Francorum gratiam sacri

a) *ita* 2; *inscriptio deest* 1; Incipiunt miracula egr. c. Chr. B. abbatis post eius transitum quae ad laudem et gloriam nominis sui operari dignatus est 3. b) praepotent. *B.* c) est *add.* 3. *M. C.* d) edictum 3. e) quod *B. C.* f) nichil 2. 3, *saepius*; i. inv. nequiret *M. C.*; i. inv. nequeat *B.* g) supetere 1. h) fertilitato (*post corr.* fertilitate) solis 1. i) op. hab. n. *des. F.* k) omiū 1; omnium *C.* l) copi:, *littera* (ę) *erasa* 2. m) potencie 1. n) decentissimis 2. o) pciu⁹ 1. p) que *deest* 1. q) grā, *alia manu superscr.* recia 1. r) nuncupatur 2. s) ac 1. t) constit. 2. 3. *edd.* t*) est *add. B.* u) obtinere *M. C.* v) distenditur 2. w) se 2. x) *syllaba* sia *in altero quaternione (f. 9) alia manus incipit* 1. y) Um *e corr.* 1; Imbriamque *C.* z) constitit *C.* a) *ita* 1. *F.*; exuberascat 2. 3. b) precessorumque 3. c) ipsa *F.* d) *capitum numeri des.* 1. 2; *capita rarissime distinguuntur* 1. e) Benedictus *add.* 3. *F. C.* f) Nursiae 2. 3. g) Etrurię quę 2. h) brevie disertata 1; edissertata 2. i) Nursinae 2. *F. C.* k) perplexitque 1. l) convincitur *F. C.* m) angust. 2. n) iali *in loco raso* 1; imperialis 3. o) civibus 2. p) Ad 1. q) sua *C.* r) Teodor. *corr.* Teoder. 1; Theoder. 2. s) Odo ac regem 1. t) qui cum *C.* u) irrig. 3. v) *deest F. C.* w) Simm:cum *multo post corr.* Simmacum 1; Simachum 2; Simmachum 3. x) gla *in loco raso, recenti manu superscr.* dio 1. y) Clod. *h. l.* 2. z) nostro *add., sed del.* 1. a) p̄rimus 1.

1) Haec (inde a *Scriptoribus*) ex Solini Collect. II, 2. 3. 2) Cf. Isidor. Etym. XIV, 4, 18. 3) Haec ex Solino II, 20. 4) Haec ex Pauli Hist. Lang. II, 15—22, qui provincias 18 numero signatas enumerat. 5) Haec ex Hist. Lang. II, 20. 6) Dial. II, 1. 7) Haec (inde ab *Agebat*) ex Bedae chron. et Hist. Lang. I, 25. sumpta videntur. 8) Haec ex Libro pontif., V. Ioh. I. aut ex Pauli Hist. Rom. XVI, 9. 10.

baptismatis, praedicante beatissimo Remigio Remorum episcopo, indeptus est. Quem secuti quique[a] Francorum proceres, baptismate sacro, credentes in Christum, tingui meruerunt[1].

2.[b] His igitur diversis orbis in partibus varie[c] imperitantibus, pueriles beatissimus Benedictus [Dial II, prol.] attingens aetatis[d] annos, more veteri nobilium Romanorum scolis liberalium deputatur artium, ne praeclarum pueri torpesceret ingenium. Enimvero primordia litterarum acri concipiens[e] animo, spiritu excitatus[f] divino, quo cuncta in reliquum[g] actitare studuit, heremum concupiscens, viciorum Caribdim[h], quae quibusdam scolaribus inhaerere solet, fugae praesidio evitavit. Postremo, quid heremum petens, quid, in ipsa solitudine dum moraretur, egerit, qualiter vixerit, quomodo adversum antiqui hostis instigamenta, scuto fidei armatus, depugnaverit, legenti beati Gregorii secundum Dialogi[i] librum perspicuum[k] habetur.

3.[b] Interea Iustiniano per annos triginta et novem[2] imperium gubernante, defuncto papa[l] Hormisda, Iohannes, mirae sanctitatis vir, qui a Teoderico[m], ut praelibavimus[n], interemptus[o] est, in episcopatu[p] subrogatur. Cui ex ordine per[q] praefata annorum curricula certis spaciis temporum successionem sortiuntur regiminis sanctae atque apostolicae sedis Felix, Bonefacius[r], Iohannes cognomento Martirius[s], Agapitus, Silverius, Vigilius, Pelagius[t], itemque Iohannes. Igitur his[u] sanctae sedi Romanae ecclesiae[v] praesidentibus, Italiam omnem Gothorum reges Athalaricus[w] ac Theodatus[x] depraedationibus insectantur. Galliarum autem rege[y] Chlodoveo[z], ut credimus, ad supera transeunte, filii eius sorte sibi regnum[a] distribuunt. Quorum maior natu Chlotharius[b] per annos quinquaginta ferme et unum, reliquis decedentibus, fortissime rexit[3]. Quo tempore beatissimus Benedictus, heremiticam degens[c] vitam in loco cui Subla- [H. Lang. I, 26; Dial II, 1.] cus vocabulum est, clarissimis vitae meritis floruit bonorumque actuum odorem longe lateque respersit. . . . . . .

5.[d] Iustiniano post peracti imperii triginta et novem annorum curricula hominem exeunte, Iustinus iunior laboriosum iam tunc Romani imperii excipit fastigium. Benedictus papa Romanam eo tempore regebat ecclesiam. Praeterea Totila Gothorum[e] rege depraedationibus urgente Italiam, Narses[f] patricius adversus eum in Italia[g] dirigitur. Veritus tamen, ne tantae multitudini[h] bellum illaturus nequicquam occurreret, quamquam bellis vividam[i] gestaret dextram satisque sufficiens huiusmodi crederetur negociis, missa legatione, Langobardos[k] Pannoniis residentes in auxilium evocat. Qui delectam armatorum[l] manum [H. Lang. II, 1.] e suis Narseti Romanisque suffragium laturam dirigunt. Perinde Langobardi sociati[m] Romanis Gothos, inito certamine, usque ad internitionem cum Totila suo[n] rege caedendo prosternunt penitusque delent. Hoc denique pacto Italia ab[o] obpressione Gothorum liberata aliquandiu respirare visa est. Sed non adeo hac libertate exultare valuit. Idem quippe Narses patricius, cum a Romanis apud Iustinum augustum [II, 5.] eiusque coniugem Sophiam insimularetur obpressionis provincialium depraedationisque praecupidae, atque in locum eius Longinus subrogaretur[p] praefectus, territus nimium[q] eunuchus Narses, Constantinopolim haudquaquam regredi ausus, Neapolim se contulit legatosque Langobardis direxit, suadens, quatenus Pannonias, paupertina[r] scilicet arva, relinquerent atque[s] Italiam ubere[t] ruris laetantem opibusque refertam toto conamine pervaderent[u]. Qua legatione Guinili, qui et Langobardi[v], alacriores effecti, relictis[w] Pannoniis, Alboino duce, Italiam a parte Venetiarum pervadunt. Vacuam nempe defensoribus [II, 7. 9. 26.] invenientes provinciam, partem eius rapinis caedibusque vastando depopulantur. Dum haec in Italia geruntur, apud Gallias Chlothario[x] Francorum rege mortuo, regnum eius aequa lance qua- [II, 10] drifariam inter se quatuor illius[y] filii dividunt. Primus ergo Aripertus sedem sibi Parisius statuit, secundus Guntrannus[z] Aurelianis, tercius Hilpericus Sessionas[a], quartus Sigibertus[b] Mediomatricum, quae et Metis[c]. Horum itaque fratrum iunior Sigibertus Brunichildem, ab Hispaniis deductam, in matrimonium sibi copulavit, quae ei Hildebertum filium genuit. Qui regnum puerulus adhuc cum matre gubernandum[d] excepit, in- [III, 10.] terfecto patre fraude Hilperici[e], fratris sui, adversum quem bellum inierat. Quod cum per viginti quinque [IV, 11.] annos strenue gubernaret[f.4], vi, ut fertur, veneni cum uxore propria extinguitur, relinquens filios duos, Teodebertum ac Teodericum, cum avia ipsorum[g] Brunichilde[h], quae regni quoque gubernacula cum nepotibus suscepit. Guntrannus etiam, patruus Hildeberti regis, terminum suscipiens vitae, regnum quod tenebat Brunichildi reginae reliquit; quod postea in sortem Teodeberti, filii Hildeberti regis, devenit[5].

6. His Europae[i] occiduum regentibus limitem, egregius pater Benedictus in coenobio quod ab eo constructum in castro Cassini fuerat sanctae institutionis normam verbis operibusque discipulis praemonstrare curabat. . . . . . .[6]

a) quinque *corr.* quique 2. b) *nulla cap. distinctio* 1. 2. c) valerie 1. d) *deest C.* e) conspiciens 3? *C.* f) citatus 2. 3; tactus *F. C.* g) inrę liquum 1. h) Carib:dimq; *(e corr.)* quib. 1. i) Dialogorum *F. C.* k) perspicium 1. l) H. p. 3. *F. C.* m) Theodor. *corr.* Theoder. 1. n) bavi *in marg. post corr.* 1; praelibavi *C.* o) interemptu 1. p) episcopatum 2. — surrog. 3. q) *deest* 1. r) Bonifatius 2. s) Martyrius 2; Martyr *C.* t) Palagius 1. u) iis *F. C.* v) *deest* 3. *F. C.* w) Athalarius *post corr.* Athalaricus 1. x) Teod. 3. y) regnum *F. C.* z) Clodov. *h. l.* 1. a) d. r. 2. 3; regnum *deest F. C.* b) Chlotar. 3, *et ita post.* c) ducens 2. d) *alia manus f.* 11. *incipit* 1; *capitis* 3. *posterior pars, cap.* 4—6. *et cap.* 7. *prior pars des.* 2, *quaternione perdito.* e) Gotorum *h. l.* 1. f) Narsis 3, *et ita infra.* g) Italiam 3. *F. C.* h) multitudinis 3. i) invidiam 3. k) Long. 3 *constanter.* l) aromat. *corr.* arromat. 1. m) sociatis 1. n) rege suo *F. C.* o) *deest* 1. p) surrog. 3. q) ne *add.* 3. r) pauperrima 3. *F. C.* s) *deest* 3. t) ubertate *F. C.* u) *alia manus incipit* 1. v) Longob. *h. l.* 1. w) r. P. *des. F. C.* x) Lothario *h. l.* 1. y) eius *C.* z) Gunthrãnus *h. l.* 1. a) Sesionas 1. b) Sigeb. 3 *constanter.* c) Mectis 1. d) gubernãndum 1. e) Ilperici 1. f) gubernasset 3. g) eorum 3. h) Bu:nich. *corr.* Brunich. 1; Brunech. 3. i) uero ope 1.

1) Haec ex Gest. Franc. c. 16. 2) Ita Isidori chron. 3) Ex G. Franc. c. 18. 29. 4) Falso hoc effecit ex Pauli verbis *aetatis anno vigesimo quinto.* 5) Haec ex Vita Mauri 7, 38. coniecisse videtur. 6) Sequentia c. 6—9. omnia ex Vita Mauri auct. Odone exscripta sunt.

[H. Lang. III, 11. 12.] 10. Iustino igitur[a] imperatore ob inmanitatem scelerum in amentiam verso ac paulo post vita privato, Tiberius Constantinus[b], vir rei publicae regendae[c] strenuus, imperii infulas[d] totius gentis ad- [III, 15.] nisu suscipit[e]. Quibus per septem annos rite gubernatis, successorem delegit sibi Mauricium, ex pro- [III, 24.] sapia Grecorum a[f] Cappadocia[g] oriundum. Quo imperante, beatus Gregorius sanctae atque apostolicae [IV, 11.] sedi[h] Romae praeficitur episcopus. Porro Francorum regnum Brunichildis[i] regina cum nepotibus Teodeberto[k] atque Teoderico[l], filiis Hildeberti[m] regis, iam maioris aetatis metas attingentibus, fortiter [II, 9. 26.] regebat. At vero gens Langobardorum Italiam a[n] partibus Venetiarum dudum, ut supra praelibavimus[1], ingressa, maxima ex parte cladibus afficiendo suae potentiae subdere conabatur. Procedente deinde [IV, 26] tempore, iamque Foca imperium administrante Romanum, qui Mauricium imperatorem cum filiis Teodosio[o], [IV, 1 sqq.] Tiberio[p] atque Constantino, cum esset strator[q] Prisci patricii, dolo interemerat, praefata gens, duce Agilulfo[r], quem sibi regem praefecerat, totam poene inrumpit[s] Italiam Romanamque aggreditur urbem[2]. [IV, 17.] Nec longo post a praedonibus eiusdem[t] gentis monasterium[u] patris[v] beatissimi Benedicti, quod in Cassino situm est, noctu invaditur, diripitur, destruitur. Qui cum universa diriperent, ne unum quidem ex monachis tenere potuerunt, ut prophetia venerabilis patris, quam longe ante[w] praeviderat, conpleretur, qua dixit: 'Vix apud Deum[x] optinere potui, ut ex hoc loco mihi animae concederentur[y]'. Fugientes autem ex eodem[z] loco, monachi Romam venerunt, codicem secum[a] sanctae regulae, quam saepe dictus pater[b] composuerat, et quaedam alia eius scripta [IV, 36] necnon pondus panis et mensuram vini[c] ac[d] quicquid ex suppellectili subripere potuerant[e] deferentes. Foca[f] itaque post octo annorum curricula, quibus imperium omne pessumdederat, condigno mortis genere truci- [IV, 49.] dato, Heracleus[g] succedit, regens imperii sceptra 26[h] annis[3]. Cuique Heraclonas[i] cum matre Martina[k] duobus substituitur annis; ac deinde Constantinus, filius Constantini[4], successionis ordine annis suffi- [V, 1] citur 29[l]. Quo imperante, Italicum regnum Grimoaldus sibi prospere disponere videbatur; Francorum vero regimen Chlodoveus, filius Dagoberti, optime[m] adservabat.

[Trans. S. Ben. c. 2.] 11. Hac proinde tempestate Mummolus[n] abbas coenobii Floriacensis, quod situm est in territorio Aurelianensi supra fluvium Ligeris, divina monitus visione per[o] somnium, dirigit una cum[p] consensu[q] Deo sibi commilitantium fratrum[r] quendam ex suis venerabilem monachum Aigulfum nomine, quatinus sanctissimi confessoris Christi Benedicti corpus huc transferre deberet. Sic enim sibi revelatum divinitus asserebat. Cui ex insperato coniunguntur missi Coenomannensis[s] urbis episcopi, et ipsi propter corpus beatissimae Scolasticae[t] virginis, sororis eximii patris Benedicti, transferendum, divina revelatione invitati[5]. Cuius rei historiam, quia in promptu est, instanti opusculo inserere supervacaneum[u] duximus*. Huic sacra-

*) *Ex qua haec excerpta addere placuit, collata cum codicibus: 1) Vaticano reginae Christinae nr 456, saec. X. in., supra p. 476. notato, f. 1—8. 2) Vaticano reginae Christinae nr. 493, saec. X, f. 29'—36, de quo vide 'Arch.' XII, p. 283. 3) Rothomagensi U 115, saec. X, mutilo, f. 16—23', supra p. 477. descripto:*

ADVENTUS[v] ET EXCEPTIO CORPORIS BEATISSIMI PATRIS NOSTRI BENEDICTI IN AGRUM FLORIACENSEM, QUOD EST V. ID. IUL.

1.[w] Cum diu gens Langobardorum[x] infidelitatis suae tenebris carere[y] noluisset et, iugum Domini ferre detrectans, eos qui ferebant inpugnare decrevisset, Italiam venit nominis[z] christiani inpugnandi gratia et suo eam dominio subiugandi. Cuius incolas occulto[a] Deus iudicio eius mucroni tradidit feriendos. Quae gens longe lateque suae caedis extendens crudelitatem, Beneventanam adgressa est expugnare provinciam. Cuius urbes terrae coaequans, monasteria villasque depopulans[b], non minimas christianorum strages dedit. Oves enim dominicas ab ovilibus exclusas diversa caede lacerans, ovilia Domini evertebat, ita ut in heremi vastitatem[c] loca prius desiderabilia conversa viderentur. Unde inter caetera facinora[d] sua monasterium eximii patris Benedicti depopulans rebus omnibus[e], inhabitabile[f] reddidit. Quod quomodo acciderit[g], legenti beati Gregorii secundum Dialogorum librum clarum est; qui, sicut[h] in eodem[i] dicit, omnia huius sanctissimi viri opera claro stilo prosecutus, inter caetera narrat[k, 6], eum[l] prophetiae spiritu cognovisse atque praenuntiasse, ablatis rebus[m] omnibus, idem monasterium eversum[n] iri.

2. Hac itaque patrata eversione, et multis affluentibus[o] annorum curriculis, idem locus ad heremum redactus, coepit esse ferarum, qui prius fuerat habitatio hominum, usque quo regni

a) autem *C.* b) Constantenus 1. c) regente 2. d) insulas 1. e) suscepit *edd.* f) ac *M.* g) Cappadotia 1; Cappod. *corr.* Cappad. 2. h) sedis 1. — Romanae 2. 3 i) Brunech. *h. l.* 1. k) Theodeb. 2. l) Teder. *post corr.* Teoder. 1. m) Childeb. 2. n) in 1. o) Theod. 2. p) *deest* 3. q) strato 1. r) Ailulfo 1; Aigulfo *F.* s) irrupit *F. C.* t) praedictae *edd.* u) monasterii *post corr.* monasterio 1. v) *deest* 1; b. p 3. *edd.* w) antea 3. x) Dominum 3. *edd.* y) ceder. 3. z) hoc *C.* a) *deest* 3. *edd.* b) *post haec vox erasa* 1. c) panis *del. et superscr. ead. manu* vini 2. d) a *corr.* ac 1. e) potuer̄(unt) 1. f) Facto *post corr.* Focato 1. g) Heracleus 1. h) XXVII 2; XXVque 3. i) Heracleonas 2. k) Marina *M.* l) XX et VIIII 2. m) obtime 1 *saepe.* n) Mū:molus 1. o) *deest* 1. — samnium 1. p) *ead. m. superscr.* 1. q) omnium *add.* 3. r) fratrem *F. M.* s) Cenom. *h. l.* 1. 3 *semper.* t) Scolastie||ce 1. u) va *e corr.* 1; supervacuum *C.* v) *ita* 2; Incipit vita (*post corr.* textus translationis) sancti ac precellentissimi Benedicti abbatis 1; *initium deest, compluribus foliis evulsis,* 3. w) *numeri cap. des.* 1; *numeri lectionum singulis feriis septimanae legendarum in marg. ascripti sunt* 2 (*initio tantum*). 3; *retinuimus editionum capitula.* x) Longob. 1. y) non c. voluisset 2. z) *post corr.* nomen christianum 1. a) occulti Dei iuditio *post corr.* occultum Dei iuditium 1. b) pop. *post corr.* depop. 2. c) vastitate 1. d) facinore 2. e) orbatum *add.* 2. f) inhabile 1. g) contigerit *B. M. C.* h) s. in e. d. *des.* 2. *B. M. C.* i) *post haec spatium unius syllabae vacat* 1; libro *add. F.* k) narravit 1. l) *deest* 1. m) *deest* 2. n) ver *e corr. post. manus* 2. o) *ita* 1. 2; effl. *edd.*

1) C. 5. 2) Obiter tantum Pauli longam narrationem de bellis Agilulfi contra Romanos gestis legens et referens, falso regem ipsam Urbem aggressum esse, tradit. 3) Sic Bedae chron. 4) Hunc Constantinum, filium Heraclii, omisit, Pauli locum non attente exscribens. 5) Haec ex Transl. S. Bened. c. 3. 4. sumpta sunt. Cf. Adrevaldi Vit. Aigulfi §. 7, Acta SS. Sept. I, p. 748. 6) Dial. II, 17.

tissimae translationi beatorum germanorum, Benedicti scilicet atque[a] Scolasticae, adtestatur Paulus monachus, cuius supra mentionem egi[1], in historia[b] gentis suae libro sexto, ita inquiens: *Circa haec tempora* — haud dubium, quin Constantino imperante — *cum in castro Cassini, ubi[c] beatissimi Benedicti corpus requiescebat, aliquantis iam elapsis annis, vasta[d] solitudo[e] existeret, venientes de Coenomannorum et Aurelianensium regione Franci, dum apud sacrum[f] corpus se[g] pernoctare simulassent, eiusdem patris atque germanae eius ossa auferentes, in suam patriam asportaverunt; ubi singillatim duo monasteria in utriusque honore[h] constructa sunt.* H.Lang.VI,2.

Francorum gubernacula adeptus est Chlodoveus[i, 2], filius Dagoberti. Quique, ut erat vir nobilissimus, rerum administratione publicarum[k] miro callebat ingenio. Isdem[l] etiam rex, cum egregiis polleret moribus[3] petitionibusque iustis et servitio Dei aptis assensum praeberet, interpellatur[m] a bonae memoriae[n] Leodebodo, patre monasterii Sancti Aniani, quod est situm prope moenia urbis Aurelianae, ut monasterium ordini monastico congruens sibi liceret construi[o] in agro Floriacensi, datis pro eodem agro in mutua vicissitudine praediis, quae sibi a parentibus iure hereditario relicta[p] possidebat. Namque[q] idem[r] ager, Floriacensis scilicet, regalis tunc fiscus erat. Quibus auditis, rex libentissime eius precibus annuit et desiderium illius, quod diu dilatione creverat, compleri iudicavit. Igitur ab utrisque partibus mutuae commutationes factae sunt, memorato abbate dante quod a genitoribus ei relictum erat praedium, et rege supradicto reciproca vicissitudine pro eo agellum quendam Floriacum cognominatum cum appendiciis[s] suis haut longe a littore[t] Ligeris. Quod testamentum mutuae vicissitudinis usque hodie in archivis[u] publicis[v] nostri reservatur monasterii[4]. Praedictus autem vir Domini Leodebodus, hoc negotio peracto, nequaquam oblitus sui destinationem desiderii, in supradicto agello coepit aedificare[w] habitationes utiles monachis. Quod opus, sagaci insistens industria, mirifico consummavit effectu. Aedificansque ibi basilicam in honore[x] sancti Petri itemque aliam in honore[y] sanctae Mariae, Domino dedicari[z] voluit. Mox etiam, ut praeparata habitatio non[a] inanis esset atque sine habitatoribus, collegit ibidem quam[b] plures ad Domino serviendum sub norma regulae vivere paratos, patremque[c] et abbatem his praefecit nomine Mummolum[5]. Qui quandiu rebus humanis interfuit, ut idoneus pastor gregis sibi commissi sollicite curam exhibuit[d].

3. Igitur cum, processu temporis evolventibus annis, supradictus Leodebodus corpore exemptus[6], sicut[e] credimus, caelicas recessisset[f] ad sedes, iam dictus Mummolus gregis[g] sibi commissi custodias optime servans et lectioni assidue studium dans, inter caetera repperit in libris[h] beati ac praecellentissimi viri Gregorii Romani antistitis, quomodo sanctus ac Deo dilectus[i] Benedictus agonis sui cursum in Beneventana provincia[k] consummaverit; recordansque, quia isdem[l] venerabilis pater, oraculo divino[m] commonitus praevidensque[n] futuros casus, praedixerit illud monasterium funditus evertendum, et quod ille spiritalibus oculis, iste[o] oculis[p] patratum[q] carneis conspiciebat, misit[r] ad praedictam provinciam unum ex commilitonibus suis[s] nomine[t] Aigulfum monachum. Sic namque sibi divinitus[u] fuisse revelatum dicebat, ut praedictus vir illuc pergens, corpus iam dicti transferret Benedicti. Fuit namque idem[v] Aigulfus venerabilis vir et Deo omnimodo[w] placere gestiens. Qui quantae sanctitatis[x] fuerit cuiusve virtutis, finis probavit, in quo omnis laus secure[y] canitur. Namque cum bonis polleret operibus[z] et in monasterio Lirinensi ob bonorum studium operum peteretur aliquantisper[a] exempli gratia remorari, a contrariis religioni[b] divinae insidias perpessus, ad palmam usque[c] martirii pervenit. Cuius etiam passio poenes nos habetur[7].

4. Non dispar interea huic[d] in Cinomannica[e] urbe apparuit visio, ut scilicet pergentes et ipsi in eandem provinciam corpus transferrent sororis sancti Benedicti[f] Scolasticae nomine, ut, quos[g] unius urnae[h] habebat spacium, simul transferendi ostenderentur. Cum igitur utrimque[i] laboraretur[k], quatinus[l] visionis manifestatae[m] non segnes exsecutores invenirentur, paucis admodum diebus transactis, a supradicta[n] Cinomannica[o] urbe egressi, oraculi divini auditores carpebant iter Italiam ducens. Divertentesque in monasterium Floriacum[p] hospitandi

a) adque 1. b) ist. 1. c) u. b. *des.* 3. d) *deest edd.* e) solitudine 1. f) sanctum (sc̄m) 1. g) sēp noctare simulantes 1. h) c. s. h. 2. i) Clod. 1. k) publica 1. l) *radendo corr.* Idem 1. m) interpellatus est 2. *edd.* n) viro *add. edd.* o) construere 2. *edd.* p) relictis 1. *F.* q) Namque — fiscus erat *des. F.* r) i *e corr.* 1. s) appendentiis 1. t) Lig. litt. 2. u) arcivis *post corr.* arch. 2. v) *incipit* 3 *f.* 16. w) hedif., h *eras.* 1. x) ore *corr.* onore 1. y) hore 2. z) dedicare 3. a) ne 3. b) q̧ 2; *deest* 3. c) que *post suppl.* 2. d) exibuit 1. e) s. cr. *des.* 2. f) recessiset 1; recessit 3. g) supra gregem s. commissum 2. h) libro 3. i) dilectissimus 1. k) cons. prov. 1. l) idem 2. m) comm. div. 1; div. ammon. 2. n) p̄sciensque 2. o) isdem 3. p) *deest* 3; occulis 1. q) c. p. 1. r) que *post add.* 1. s) *deest* 3. *B. M. C.* t) mon. nom. Aig. 1. u) div. sibi 2; s. f. rev. div. 3. v) *superscr.* 2. w) omnimodis 2. x) sanctitates 1. y) securae 2. z) moribus 1. a) aliquantulum 3. b) religionis, s *erasum* 2. c) *ead. manu superscr.* 3. d) visioni *add.* 2. *B. M. C.* e) i *e corr.* 2; Coen. *radendo corr.* Cen 3. f) *loco* Be *rasura* 3. g) *superscr.* 2. h) hurne 1. i) utrique 3. k) laboretur *post corr.* laboraretur 2; laborarent 3. *F.* l) *corr.* quatenus 1. m) manifestae 2. n) supradicti *post corr.* supradicta 2. o) Coenom. 3. — urbae 2. p) Floriacense 3.

1) C. 4. 2) H. a. 639—657. 3) Vide, quibus conviciis Gesta regum Franc. c. 44. hunc regem obiurgent. 4) Brequigny et Pardessus, Dipl. II, p. 142, nr. 358; spurium. 5) In Catalogo infra p. 500. edito Rigomarus primus abbas enumeratur. 6) Quem a. 626. defunctum Ann. Floriac., SS. II, p. 254, tradunt. Quod cum tempore Chlodovei regis non convenit. 7) Acta SS. Sept. I, p. 743 sqq. typis data.

H Lang. VI, 12. 13. — VI, 16. — V Kar. 1.

12. Sane Iustiniano iuniore post mortem Constantini imperium assumente, decem[a] in imperio annis exactis, a Leone augustali[b] dignitate privatur exilioque relegatur[c]. Adversum hunc Tiberius arma corripiens, imperiali sarcina relevatum retrudit in carcerem. Porro illo in tempore apud Gallias Francorum regali[d] decidente gloria, a[e] praefectis palacii domus ordinabatur regia, regibus ob inperitiam desidiamque solum regale nomen inaniter gestantibus. Namque et opes et potentia regni poenes palacii praefectos, qui maiores domus dicebantur, et ad quos summa imperii pertinebat, retinebantur. Neque aliud[f] regi relinque-

gratia, compererunt, praefatum venerabilem virum Aigulfum, praeceptis[g] abbatis[h] sui obsequentem, idem velle[i] iter arripere.

5. Igitur communi decreto coeptum [iter[k] et] opus simul statuunt peragere. Iunctique simul tamdiu indivisibiliter sibi adhesere, quousque Romam venientes, beati Petri basilicam oraturi intrarent. At cum in eadem urbe sub optentu visendorum sanctorum locorum a se invicem dividerentur, ut rei autem habet[l] veritas, negocium quod coeperant perfecturi, memoratus[m] Aigulfus, intermissis interim[n] his quae palam ostentaverat velle[o], locorum scilicet sanctorum circumitionibus[p], expeditioni[q] operam dedit, certans otius perficere quod sibi iniunctum[r] fuerat sanctum mandatum. Tandem[s] itaque pervenit ad locum castri quod vocatur Cassinum, ibidemque paulisper itineri finem imponens, expectabat eventum rei, orans illum qui visionem superius prolatam revelare dignatus fuerat, quique se ad hoc opus destinaverat, ut non in vacuum tantum iter consumi vellet, sed sicut promiserat techam[t] thesauri sui ei revelare dignaretur. . . . . . .

7. . . . . . . Namque locum adiens, loculum[u] ibidem invenit, exterius quidem vilem, interius autem retinentem magni pretii margaritas. Pro foribus autem petrae scilicet superpositae praefixa[v] erant notamina, quorum interius busta iacebant. His, sicut diu obtaverat, inventis, patefacto a[w] latere evacuatoque locello, thesaurum[x] inventum unius[y] sportellae conclusit[z] sinu. Quae sporta hactenus[a] poenes nos quasi nova habetur. Quibus patratis[b] omnibus, inprovise adsunt socii, quos supra sermo[c] retulit a Cinomannica urbe profectos[d], querentes et ipsi non a[e] quesita diu benedictione frustrati. Tuncque sibimet primum[f] mutuo[g] patefecere[h] sui itineris causam, quia scilicet et ipsi, revelatione divina admoniti, ad corpus beatae Scolasticae ierant[i] deferendum. Moxque cum festinatione retrogradum iter arripientes, festinato[k] simul regredi curabant, portantes quas invenerant dono divino preciosissimas margaritas.

9. Tandem igitur, quamquam[l] laboriose, salubriter[m] tamen tanto confecto itinere, in[n] praediolum quoddam diverterunt[o], Bonodium nomine[1], situm in pago Aurelianensi, lassitudine cogente. . . . . . .

10. . . . Qui locus hactenus basilicam retinet Domino in honore beati Benedicti dicatam.

11. Cumque ab eodem loco moveri placuisset, aliud praediolum adeunt, mille[p] quingentis ferme passibus a monasterio ad[q] quod tendebant[r] distans[s], Nova-villa[t] cognomine[2]. . . . . . .

12. Post haec vero, cum in eundo nulla mora fieret, agmina monachorum cum plebe territorii Aurelianensis obviam[u] processerunt miliario a monasterio, in vico qui dicitur Vetus-Floriacus[3], ibique cum gaudio et[v] laeticia atque[w] honore magno exceperunt[x] corpora sanctorum supradictorum sub die quinto Iduum Iuliarum. . . . . . .

14. Igitur sublata omni ancipiti[y] sententia, quae super corporibus discernendis diu eorum animos occupaverat, plebes[z] Cinomannicae ad corpus sanctae Scolasticae se salubriter verterunt. Quod cum[a] summa celeritate levatum inponentes scapulis, cum gaudio ad proprium locum deportarunt. Ibique magnis sumptibus aedificata basilica[b], et ordinatis quaeque erant necessaria feminis Deo servientibus, infra breve spacium temporis plurimae nobilium feminarum in eodem monasterio adgregatae sunt, quae se, relicto saeculo, Domini servicio mancipaverunt[c]. Sed et ipsum monasterium usque nunc magnis miraculorum inlustrationibus a Domino honoratur.

15. At vero Mummolus abbas et venerandus Aigulfus, illis[d] recedentibus, levaverunt corpus sancti[e] Benedicti, quod a Deo sibi collatum certis indiciis apparentibus tenebant[f], et in basilicam[g] beati Petri ad custodiendum deposuerunt. . . . . . .

a) ex (*pro* X) 1. b) augusta 3. c) religatur 2. d) *deest F. M*; regalia, a *expunct.* 1. e) *deest* 1. f) aliut *h. l.* 1. g) preceptum 1. h) sui abb. 3. i) volentem 3. k) i. et *des.* 2. 3. *edd.* l) habet veritatis (*post corr.* veritas) nęg. 1; a. ver. patet 2; ver. habet 3. m) sępe mem. 2. n) *deest* 2. o) se velle 2. p) m *eras. corr.* circuit. 1, *et ita* 3. q) expeditionibus 2. r) *in marg. ead. m. suppl.* 3. s) Tunc 2. t) tecam 1. — tes. *post corr.* thes. 2. u) locum 3. v) p̄fix *post corr.* p̄fixa 1. w) *deest* 3. x) tes. *post corr.* thes. 1. 2; *multae syllabae huius folii abscisae sunt* 3. y) in ius *post corr.* unius 2. z) . . . udit *corr.* . . . usit 3, *prima syllaba abscisa.* a) ac *e corr.* 1. b) *e corr.* 2. c) ret. sermo 3. d) os *e corr.* 1; *post corr.* profecti 2. e) n. a:quesita *post corr.* n. adquisita 1; n. adquęsita 2. f) *deest* 1. g) . . . ue *corr.* . . . uo 3. h) patefacere 1; ec *e corr.* 3. i) . . rent 3, *prima syllaba abscisa.* k) festina::to, *litteris erasis* 1. l) quamvis 3. m) t. s. 2. n) im 2. o) B. n. s. in p. Aur. div. 3. p) *locus rasus quatuor literarum, et in marg. coaeva manu suppl.* mille ducentis 3. q) a quo *post corr.* ad quod 1; ad quem 2. r) tendebantur 3. s) ns *alia manu in loco raso* 1; distante 3. t) Novā-villam, vi *in loco raso* 1; Novacula *B.* u) eis *add.* 2. v) atque 3. w) ac, c *e corr.* 2; et 3. x) excoep. 2. y) accip. *corr.* ancip. 3, *ubi reliqua des., duobus vel quatuor foliis perditis.* z) plebs 1. 3, *post corr.* plebes 1. a) *deest* 2. *edd.* b) est ecclesia *B. M. C.* c) manciparunt 2. d) illic *post corr.* illis 1; i. r. *des. B. M. C.* e) *deest* 2. f) idque ad monasterium proprium deportaverunt *add.* 2. g) basilica 2.

1) Bonnée, 6 km. fere a Saint-Benoît distans (dép. Loiret). CERT. 2) La Mairie de Neuville prope Saint-Benoît. CERT. 3) Fleury-le-Vieil vicus situs proxime apud Saint-Benoît-sur-Loire. CERT.

batur, quam ut, regio tantum[a] nomine contentus, crine profuso, barba summissa, solio resideret ac speciem dominantis [V. Kar. c. 1] effingeret, legatos undecunque venientes audiret eisque abeuntibus responsa quae erat edoctus vel etiam iussus ex sua velud potestate redderet, cum praeter inutile regis nomen et precarium vitae stipendium, quod ei praefectus aulae prout videbatur exhibebat, nihil aliud proprii possideret quam unam et eam perparvi reditus villam, in qua domum et ex qua famulos sibi necessaria ministrantes atque obsequium exhibentes paucae numerositatis habebat. Quocumque eundum[b] erat, carpento ibat, quod bubus[c] iunctis et bubulco rustico more agente trahebatur. Sic ad palacium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur[d], ire, sic domum redire solebat. At[e] regni administrationem et omnia quae vel domi vel foris agenda erant ac disponenda praefectus aulae procurabat. Cuius[f] [H. Lang. VI, 16. 23.] officii magistratum[g] ea etate Arnulfus, vir eximiae nobilitatis probabilisque vitae, cum filio Ansegiso[h] adprime regebat[i]. Quique, relicta post saeculi gloria, episcopus Mediomatricum cleri[k] populique acclamatione et voto ordinatus, mirabiliter in pontificatu vivere studuit. Ac demum heremeticam eligens vitam, leprosis universa praebens obsequia, continentissime usque ad obitum[l] vixit. Anastasius[m] iam tunc Romani imperii regebat[n] insignia. Italici vero regni principatum post Aripertum Liutprandus[o] in suam redigerat[p] [VI, 35] ditionem.

13. Circa haec tempora Petronax quidam, civis Brexianus, religiosae vitae continentiam servans, [VI, 40] Romam, agente praesulatum beato[q] Gregorio, venit, sancti desiderii patefacturus[r] votum. Denique hortatu eiusdem[s] sacratissimi[t] praesulis praedictus Petronax coenobium, quod quondam ab egregio patre Benedicto in castro Cassini montis aedificatum fuerat atque permissu Dei[u] omnipotentis a Langobardis destructum, devotissime adiit; ibique cum aliquibus prudenti simplicitate praeditis, qui iam eiusdem loci cohabitationem[v] expetierant, summa karitatis annexione in sanctae religionis habitu vivere coepit. Quique eundem virum sibi[w] seniorem praeficiunt. Non post multum vero temporis, cooperante divina misericordia, suffragantibusque[x] meritis praecipui patris Benedicti, multorum ibidem monachorum nobilium atque mediocrium ad se concurrentium pater effectus[y] est. Sicque reparatis habitaculis coenobitali ordini congruentibus, sub sanctae regulae iugo et[z] beatissimi patris Benedicti institutione vivere coeperunt. Hoc itaque ordine in statum qui[a] nunc cernitur sanctissimum illud Cassiniense[b] coenobium reparatum est, cum iam fere centum et decem annorum curricula evoluta essent, ex quo occulto Dei nutu locus ille habitatione carere coepit[c] humana. Proinde sequenti tempore huic venerabili viro Petronaci dilectus Domini pontifex Zacharias plurimum auxilii[d] contulit, libros scilicet Sanctae Scripturae necnon et alia quae ad utilitatem monasterii pertinere poterant, insuper et regulam, quam ipse egregius pater sanctissimis[e] conscripsit manibus, paterna liberalitate concessit.

14. Interea apud Gallias Ansegiso[f] maiore domus filioque eius Pipino humanam obeuntibus vitam, Karolus[g], [VI, 23. 37. 42] filius Pipini, tocius gentis Francorum magistratum, quamquam post multa bella et[g*] certamina, de manu Rainfridi[h] tyranni, Deo iuvante, abstulit suaeque subdidit potestati[i]. Denique rebus bellicis operosissime insistens, tyrannos[k] per totam Franciam dominatum sibi vindicantes[l] obpressit, ob eamque[m] rem plurima iuri [V. Kar. c. 2.] ecclesiastico detrahens[n] praedia, fisco associavit ac deinde militibus propriis distribuere studuit[1]. Praeterea Sarracenos Galliam occupare temptantes duobus magnis praeliis, uno in Aquitania apud Pictavium[o] [ib.] civitatem, altero autem apud Narbonam iuxta Birram flumen[p], ita devicit, ut in Hispaniam eos redire conpelleret. Quam obrem cum adversantibus nullatenus cedere sciret nullique parcere divum[q, 2], a posteris Tudites, ab actu rerum scilicet, agnomen indeptus est. Tudites enim mallei dicuntur fabrorum, quorum ictibus cuncta atteritur duricies[3]. Pepigitque[r] foedus cum Liutprando Langobardorum[s] rege eique [H. Lang. VI, 54. 53.] filium suum Pipinum misit, ut more fidelium[t] christianorum eius capillum primus attonderet ac pater illi spiritalis existeret[u]; quod ille gratantissime[v] conplens, multis ditatum[w] muneribus genitori natum remisit. Qua de re contigit, ut legationem sacratissimi praesulis Gregorii ad se directam, obsecrantis, qua- [739.] tinus sanctam Romanam ecclesiam a Langobardorum tyrannide liberaret, terrena caelestibus praeponderans, floccipenderet. Rebus itaque humanis eo post diutinam regni administrationem [V. Kar. c. 2.] exempto, duo filii eius Pipinus et Karlomannus regni summam concordi societate divisam aliquot[x] annis sub Hildrico[y], nomine tenus rege, ad gubernandum suscipiunt. Porro Karlomannus post aliquantum temporis excursum regni quam ad regendum susceperat partem fratri relinquens, amore succensus [747.] speculativae conversationis, Romam[z] se in otium contulit. Siquidem, hortante[a] beato Eucherio Aurelianorum episcopo, qui a patre[b] illius, nulla existente culpae offensa, pulsus propria[c] sede atque in Hasbaniam[d] apud Sanctum Trudonem in exilium relegatus fuerat[4], necnon sancto

a) *deest F.* b) ei *add. edd.* c) bobus 2. — vinctis 3. d) celebratur 2. e) Ad 1. f) Cui ius 1. g) magistrum tum ea 2. h) Ansegisso 2. 3; Angesilo *M.* i) ueregebat etate. Quib; rel. 1. k) clerique *F.* l) ohobitum *corr.* hob. 1. m) Anastassius 1. n) regeebat insinia 1. o) Leutbrandus 2; Leutprandus 3. p) redegerat 1. *edd.* — dict. 3. q) Gr. b. 2. r) pat:ęf. 1. s) *deest* 2. t) sanctiss. *edd.* u) o. D. 1. v) habitat. 2. 3. *edd.* w) sen. sibi 2. *edd.* x) suffraganteque 1; que *deest F. M.* y) effectu, *multo post corr.* effectus 1. z) ac *edd.* a) quo *F. M.* b) Cassinense *h. l.* 1. c) coeperat *edd.* d) auxilium 1. e) sanctissimi 1. f) Ansegisso 2; Angesilo *M.*; Angesiso *F.* g) *sequentia des., quaternione perdito* 2. g*) et c. *des. F. M.* h) Reinfredi 3. i) *deest* 3. *C.*; potestate *corr.* potestati 1. k) tyrannosque *F.* l) vend 3. m) ea q; 1. n) detraens *corr.* detrahens 1. o) Pictavim 3. *C.* p) fluvium *F. M.* q) parcered [uiuú 1; diu *edd.* r) Pepigit hic 3. *edd.* s) L. r. *des. edd.* t) chr. fid. *edd.* u) efficeret 1. v) gratissime 3. *C.* w) ditatis 1. x) aliquod *post corr.* aliquot 1. y) Hildri comine *post corr.* nomine 1. z) Roman *post corr.* Romā 1. a) ort. 1. b) pat(er) 1. c) de pr. 3. *C.* — sede *deest* 1; s. pr. *edd.* d) Hispaniam 3.

1) Cf. de hoc loco quae postremo Waitz, 'D. VG.' III², p. 15, n. 3 sq., attulit. 2) Cf. Verg. Aen. X, 880: *nec divum parcimus ulli.* 3) Cf. de hoc loco Waitz, in 'Forschungen' III, p. 118. 4) *qui a patre — fuerat* ex Vita Eucherii c. 2, Acta SS. Febr. III, p. 218, sumpta videntur.

Bonefacio Frisionum[a] episcopo, qui ambo patris eius apud inferos dampnationem[b] etiam corporeis ipsi ostendere visibus[1], operosam temporalis regni dignitatem toto contempnens 747. mentis adnisu, habituque permutato, tonsurae ecclesiasticae gratiam a beato Zacharia papa V. Kar. c. 2. Romano percipere meruit. Denique monasticae vitae normam adeptus, in monte Soracte apud ecclesiam beati Silvestri extructo monasterio, cum fratribus secum ad hoc venientibus[c] nonnullo tempore oblata[d] quiete perfruitur. Sed cum[e] ex Francia multi nobilium ob vota solvenda Romam sollenniter[f] commearent et eum velud dominum quondam suum praeterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra salutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam cum huiuscemodi[g] frequentiam suo proposito officere[h] vidisset, relicto monte, in Samnium provinciam ad monasterium Sancti Benedicti situm in saepe dicto castro Cassini secessit, atque ibi quod reliquum[i] fuit mortalis vitae religiose conversando complevit.

c. 1. 751. 15. Dum igitur haec ita aguntur, Pipinus regni Francorum assequutus[k] summam, iussu Stephani Romani pontificis Hildricum inertissimum regem depositum ac detonsum, in monasterio deinde trusum, private c. 3. vivere compulit. Dein auctoritate eiusdem pontificis ex praefecto palacii rex constitutus, per annos ferme quindecim aut eo amplius regni Francorum principatum[l] solus optime rexit. Ea [igitur[m]] tempestate monachi saepe dicti coenobii Cassiniensis[n], auctore Karlomanno, de quo supra retulimus, Romam veniunt, doloris apud sanctissimum papam Zachariam deposituri querelam, propter corpus scilicet sacratissimi patris[o] Benedicti a solo proprio in[h] Gallias[p] translati. Qui meror[q] iam pridem a cordibus eorundem fratrum ob terrarum longinquitatem necnon vetustatem temporum admodum refrixerat, nec iam spem potiendae[r] huiusce rei habebant. Sed Karlomanno illorum sacrum subeunte collegium, spes olim emortua revixit; sanctumque adeuntes exposcunt praesulem, ut[s] litteras Pipino regi Francorum dirigat, qualiter auctoritati[t] ac precibus tanti favens pontificis, egregii patris corpus avito restituat loco. c. 750. Praefatus vero pontifex, fratrum[u] precibus annuens lacrimosis, auctoritatis apostolicae epistolam editam per eundem Karlomannum[2] ac fratres[v] qui cum eo venerant[w] Franciam Pipino dirigit regi. Modus autem relectorum[x] sacrorum hic[y] erat[3]: *Zacharias episcopus, servus servorum Dei, sanctae sedi[z] principis apostolorum beati Petri praesidens, omnibus epi-* Rom. 8, 28 *scopis ac presbyteris ecclesiae Francorum salutem dicit. Egregius apostolus dicit*[a]*: 'Diligen-* Gal. 6, 30. *tibus Deum omnia cooperantur in bonum'. Et iterum idem ipse: 'Dum tempus habemus, ope-* Rom. 10, 15. *remur bonum ad omnes'. Et item Scriptura [dicit*[b]*]: 'Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona'. Innotuerunt nobis religiosus abbas*[4] *et presbyter Cassini monasterii beati Benedicti et*[c] *Karlomannus Deo amabilis monachus, germanus filii nostri Pipini, excellentissimi maioris domus, per hos praesentes religiosos Dei servos monachos, concordiae et pacis sermones inter eum ac Grifonem, fratrem*[d] *eius, expedire nos mittere. Et*[e] *ut nos haec ipsa admonendo dirigamus excellentiae iam dicti Pipini, filii nostri, ut ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacificis mediatoribus*[f]*; verum etiam pro corpore beati Benedicti, quod furtive ablatum est a suo sepulchro, ut ei restituatur. In hoc*[g] *opere pietatis et misericordiae libenter aurem accomodare hortamur dilectionem ac*[h] *sanctitatem vestram, ut primum omnium frater ad*[i] *fratrem pacis iure in unum redeat, et confundatur iniquitas e*[k] *medio eorum, caritas vero Dei, vobis*[l] *praedicantibus et ministrantibus, exuberet inter eos. Deinde et praefati beati Benedicti corpus iuxta petitionem servorum Dei sublimitas dilecti filii*[m] *nostri Pipini, vestra cooperante sanctitate, indubitanter ad proprium remittat locum; ut etiam dicti servi Dei de suo gaudeant sibi restituto patre, vosque perhennem habeatis mercedem et laudem, pro eo quod iuste*[n] *operati fueritis, ut ad suum sanctissimi viri corpus referatur tumulum, ex quo clam*[o] *ablatum est. Nec enim habet sanctitas vestra, quod*[p] *in hoc bono opere restitutionis*

a) Fres. *M. C.* b) dempn. 1. c) convenient. *M. C.* d) q. opt. 3. *C.* e) *deest h. l. F. M.* f) cum s. *F. M.*; *ead. manu corr.* sollenpniter 1. g) huiusmodi *F. M.* h) *deest* 3. i) relicum 1. k) assequatus 1. l) principatu 1. m) *deest* 1. n) Cassinen. 3. o) patri 1. p) Galliam *C.*; Gallia *M.* q) memor 1. r) *ita codd.* s) uti 3. t) auctoritate 1. u) *deest M.*; frm̄ (fratrum) *post corr.* frem̄ 1. v) fratribus 1. w) vener̄ (unt) 1. x) s. r. 3. *C.* y) hęc 1. z) sedis, is *adras.* 1. a) ait 3. *edd.* b) *deest* 3. *edd., Hugo.* c) *deest* 1. d) frm̄ *post corr.* frm̊ 1. e) ut et *F. M. Hugo, Mansi.* f) mediatoris 1. g) igitur *add. C.* — opere *deest M.* h) et 1 i) ac 3. — frm̄ 1, 3, *post corr.* fratrem 1. k) in *C.* l) *post corr.* nobis 1, *et ita F.* m) fili 1; f. d. 3. *edd.* n) iusta 1. o) dudum *e corr.* (*antea* clam *fuisse videtur*) 1. p) quid *F. Mansi*; q. offensionis in h. b. op. r. e. (huius *M. C.*) pert. *edd., Mansi.*

1) Cuius fabulae primus Hincmarus in prologo Vitae Remigii, Acta SS. Oct. I, p. 132, et in epist. synodi Carisiac. c. 7, Hincmari Opp. ed. Sirmond II, p. 132, mentionem facit. Adrevaldi relatio vero cum hoc non consentit. Nota, eum prope Aurelianos vixisse, ubi haec fabula exorta videtur. 2) Karlomannus demum a. 754. in Franciam venit, epistola vero a. 750. vel 751. data est. Atque ex ea apparet, eam minime a Karlomanno in Franciam allatam esse. 3) Reg. Pont. ed. 2. nr. 2290. Meliorem huius epistolae recensionem quam Adrevaldus dedit Mansi, Conc. XII, p. 350, ex schedis Pithoeanis. Cf. 'N. Archiv' IV, p. 173 sq. I, p. 580 sq. Hugo Floriac., Hist. eccl. ed. Rottendorff p. 165 sq., hanc epistolam ex Adrevaldi libro transcripsit; cf. SS. IX, p. 359, n. 48. 4) Optatus, quod nomen in laudata recensione insertum est.

eius[a] *offensionis pertimescere debeat coram Deo, dum creditur*[b], *quia ad obtinendum hoc ipsius suffragantibus orationibus et voluntate praefati religiosi Dei servi sint*[c] *permoti. Valete!*

16. Acceptis itaque litteris sancti papae, Karlomannus[d] et fratres qui cum eo erant Gallias expetunt[e], Pipinum adeunt regem[f], sacra sancti[g] apostolici proferunt[h] flebilemque sibi querelam questuosis subiciunt lacrimis. Orant subveniri sibi, pios patris cineres ossaque cunctis reverenda mortalibus furtim sublata devotissimis filiis auctoritate regia iusticiaeque[i] respectu affatim restitui. Non ullius[k] offensae[l] in hac re pertimescere culpam, cui suffragari agnoscitur inoffensus rectitudinis trames. Flexus his luctuosis questibus pius princeps simulque sanctae sedi assentando favorem praebens, fratris quoque consulens voluntati[m], Remigium Rotomagensem episcopum, naturalem suum ac*) Karlomanni[n] fratrem, cum imperio Floriacum monasterium dirigit, qui ex praecepto regis, etiam nolentibus fratribus, sacrum effossum pignus Karlomanno et[o] fratribus cum eo pergentibus ocissime reddat. Suscepto negocio[p], episcopus celerrime monasterium expetit, mandata regis edicit, iussa implere conatur. Medo tunc temporis abbas[1] huic sancto praeerat gregi. Hic cum praecepta regalia aegerrime suscepisset, non se posse depositum reddere dixit, quod ad servandum, non autem[q] restituendum, se suscepisse gaudebat, ita subiciens[r]: 'Ipse sanctissimus pater propria sponte huc se deferri permisit[s], ipse visione sacra suos ob sui devectionem invitavit servulos. Suscepimus indigni egregii patris sacratissima membra, excepimus cineres pios, devote nunc usque adservare curavimus. At si, nostris intervenientibus peccatis, relinquere Gallias ruraque eum nativa repetere[t] placuerit, fateor, potis[u] id ei existere, nec velle nostrum licere quoquo modo obsistere. Sin vero — quod certissima fide nostro inhesit pectori — divino nutu providentiaque clementi ob plurimarum salutem animarum, relictis propriis, has procul positas ac poene[v] ultimo[w] in littore[x] oceani sitas expetiit voluntarie sedes, certissimum habetote, impotes voti vestri[y] vosmet ad propria redituros'. His dictis, multum inlacrimans[z], fores ecclesiae sanctae[a] Dei genitricis Mariae, quo reposita[b] sancta membra cubabant, reserare[c] iubet suosque[d] propter hostia excubitare.

17. Ipse vero cum fratribus tocius congregationis intra ecclesiam beati apostolorum principis sese retinens, solo prostratus[e], lacrimis ora perfusus, Domini auxilium expostulabat, quatinus dilectissimi sui confessoris pignus, quod nullis praecedentibus meritis, sed solo gratuito munere famulis suis contulerat, nulla scelerum enormitate irritatus, auferri permitteret. Quod quibus fletibus quibusque gemitibus quove ululatuum clangore[f] peroratum[g] sit, quis mortalium exsolvere valeat? Conflictantium[h] denique in dolore patris ac[i] filiorum animos aetatis maturrimae interdumque supremae, qualitatis variae, valitudinis diversae, quis explicaverit digne? Videres certe animos patris mestitiae vulnere attritos prospectare[k] merentium filiorum lacrimabiles[l] vultus, atque ab neutra[m] parte consolatorem prorumpere quemlibet[n]; hinc senes, iunioribus solitum pridem impendentes[o] dilectionis amorem, nullam solaminis conferre gratiam, hinc iuniores patribus nullum adiumenti robur conferre. Res certe animos erronea[o*] hac illacque[p] trahebat. Dum itaque partes tanto animi ardore inter se decertarent, atque hii quibus res pro animo inerat sese orationibus communirent, illi[q] vero audacter animos ad ea patranda propter quae venerant praepararent, Maiestati omnipotentissimae tantam discriminis litem solita miseratione dirimere placuit. Siquidem Remigius episcopus cum suis templum ingressus, dum ad sacrum adpropinquassent[r] sepulchrum, repentina luminum caecitate adeo percelluntur, ut nec mutuos cernere quirent vultus nec quamlibet in partem saltem palpatu[s] progredi valerent agnoscere. Perinde terrore valido adoperti, nil aliud quam vitae dispendia operiebantur. Alii denique solo sternuntur, misericordiam Domini postulaturi[t], alii fugae solatio salutem meditantes, huc illucque nequicquam[u] discurrunt, vociferantesque auxilium affore precantur. His nimia confusione tumultuantibus, evocatus cum fratribus accurrit abbas, dataque manu, ab ecclesia violatores sacri templi abstrahit[v] divinam satis abundeque[w] sentientes ultionem. Humi deinde prostratis veniamque petentibus clementer indulsit atque ex eiusdem preciosissimi confessoris Christi[x] corpore reliquias benignissime contulit. Refectis autem, ac cunctis necessariis itineri dapsiliter[y] attributis, ad sua remittit. At illi palatium repetentes, virtutem quam plurimam[z] Dei hoc in loco meritis sanctae Dei genitricis perpetuaeque virginis Mariae ac beati Petri apostolorum principis necnon et egregii patris Benedicti intercessione vigentem regi praestantissimo[a] Pipino patefaciunt eumque liberalem huic sacro[b] coenobio suis adhortationibus[c] sedule efficiunt.

*) *pro* ac K. fr. *habent M. C.:* ad perficiendam [perficiendum *M.*] Carlomanni fratrumque petitionem.

a) off. illius *Hugo.* b) greditur 1. c) sunt *edd., Mansi.* d) Carl. *h. l. et iam saepius* 1. e) expectunt, c *post expunct.* 1. f) *deest edd.* g) sancta 1. h) rescripta *add. edd.* i) iusticiaque 1. k) Non nullius, n *eraso corr.* Non ullius 1; nullius *C.* l) offensa 1. m) volutate *post corr.* volu'tati 1. n) Karlomannum (?) 3. o) ac *edd.* p) ep. neg. *F.* q) *deest* 3. r) subiens 1. s) d. precipiens 3. t) petere *M.* u) pocius 1. v) plene *F.* w) in ult. 3. *edd.* x) lictore 1. y) ñri *corr.* ūri 1. z) lacr. 3. a) *deest* 1. b) re ptita 1. 3. c) re *eras.* 1. d) que *deest* 3. e) *in loco raso* 1. f) plangore 3. g) prtum (*vel* prtum) *corr.* ortum 1; peior. *F.* h) Conflictantes *F. M.* i) et *edd.* k) propect. 1. l) lacrimales 1. m) *post add.* que 1. n) *deest F. M.* o) intend. *post corr.* impend. 1. o*) erroneos *F. M.* p) illaque 1. q) illi — praepararent *des. F. M.* r) propinq. 3. *edd.* s) quo *add. edd.* — pr. vellent *F. M.* t) postulari 1. 3; praestolaturi *edd.* u) nec quicquam 1; *deest F. M.* v) extrahit 3. *edd.* w) hab. 3. x) *deest M.*, Chr. conf. *F.* y) dapsabiliter 1. z) plurimum 3. a) prestantissime 1. b) *pergit* 2 *f.* 44. c) adortacion. 1.

1) Ex Catalogo infra p. 500. edito hunc circ. a. 731—752. praefuisse computatur.

768. V. Kar. c. 3. 18. Pipino[a] interea rege ad caelestia[b], ut credimus, demigrante, Karolus[c] et Karlomannus[d], filii eius, regni administrationem suscipiunt. Factoque sollempniter generali conventu, totum regni corpus ex aequo partiuntur. Et Karolus quidem eam partem regni quam pater eorum Pipinus in primis tenuerat, Karlomannus vero eam cui patruus eorum Karlomannus praefuerat regendi gratia suscipiunt. Sed Karlomannus post administratum biennio regnum morbo decessit; Karolus autem, fratre[e] defuncto, consensu omnium Francorum tocius regni[f] mo- c. 6. narchiam suscipit. Qui bellum adversus[g] Langobardorum gentem, Italiam, iam pridem[h] Romanorum potestati subtractam, vario iure possidentem[i], rogatu et precibus Adriani Romanae urbis episcopi assumit[k]. Quod prius quidem et a patre eius, Stephano papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est, quia quidam[l] e primoribus Francorum, cum quibus consulere solebat, adeo voluntati eius renisi sunt, ut se regem deserturos domumque redituros libera voce proclamarent. Susceptum tamen est tunc contra Haistulfum regem et celerrime conpletum. Siquidem praefatum regem paucorum dierum obsidione apud Ticinum conpulit et obsides dare et erepta Romanis oppida atque castella restituere atque, ut reddita non repeterentur, sacramento fidem facere. Enimvero[m] Karolus incoatum[n] a se bellum nequaquam interpolari permisit, priusquam Desiderium regem longa obsidione fatigatum in deditionem susciperet[o], filiumque eius Adalgisum, in quem spes omnium inclinata videbatur, non solum regno, verum etiam Italia excedere[p] compelleret, omniaque Romanis erepta restitueret totamque Italiam suae ditioni subiugaret subactaeque filium suum Pipinum regem imponeret. Ampliata denique regia potestate, necesse erat duces regno subiugataeque genti praeficere, qui et legum moderamina et morem Francis assuetum servare compellerent. Qua de re primatibus populi[q] ducibusque contigit palacium vacuari, eo quod multos ex Francorum nobili genere filio contulerit, qui cum eo regnum noviter susceptum tuerentur et regerent. Hac igitur occasione, ut aliquibus videtur, ut plurimis vero credibile visum est, ob Francorum suspectam[r] fidem, quam semel in coniuratione[s], dum (785.) bellum inchoaretur Saxonicum, expertus est, iterum autem in coniuratione Pipini, naturalis (792.) filii[1], quibusdam servorum suorum fisci debito sublevatis curam tradidit regni. Atque in primis Rahonem[t] Aurelianensibus comitem praefecit[u], Biturigensibus Sturminium, Arvernis[v] Bertmundum[w], aliisque, ut ei visum est, locis alios praeposuit[2]. Sed Raho[x], ut eius debitum exposcebat naturae, nimia insolescens[y] astucia, cupiditate vero crudelior effectus, cum universa quae Aurelianensium fines continere videbantur sibi subiecta cerneret, coenobio dumtaxat Sancti Benedicti excepto[z], quod[a] ab[b] abbate[c] tunc regebatur Radulfo[3], consilium[d] habuit, abbate[c] interfecto, praefatum praeripere[e] coenobium. Quod[f] maturato perageret[g], ni pietas indulgentissima[h] Conditoris obviam se tanto[i] facinori opponere disposuisset. Fretus itaque fiducia peragendae malignitatis, quendam e[k] suis satellitibus ad regem dirigit, qui mortuum Radulfum abbatem[l] nunciaret. Statimque ac poene e vestigio alterum mittit, qui Radulfum abbatem ad colloquium evocaret mutuum. Sane legatus regi directus, accelerato itinere, palacium venit, iussa exequitur, necdumque peracto negocio, aliquandiu palacio[m] inmoratur. At vero Radulfus abbas, conscensis equis, cum paucis ad colloquium properat fallentis amici. Sed[n] dum ille iter perageret, comes balneum ingressus, curam corporis agebat. Dumque[o] adhuc in balneo resideret, abbas monasteriolum[p] Sancti Gundulfi[4] ingreditur — nam inibi[q] tunc morabatur comes — obviumque habuit quendam pomilionem nomine Guaringisum[r], qui faceciis comiti[s] inserviebat, quique[t] insidias ei comitis cum[u] nutibus tum sermone denuncians, fugae auxilium expetere hortatur[v]. Itaque abbas, verso gradu, calcaribus equum inpellens, citato[w] cursu Ligeris[x] alveum repetit, navemque[y] conscendens, in citeriorem transvehitur ripam celerrimeque monasterio recipitur. Interea nunciatur comiti, abbatem inibi adfuisse Radulfum, sed concite redisse. Cernens comes acerrime[z] se ab[a] abbate praeventum, nec maliciae suae ac fraudi locum patere ullum[b], nimio felle commotus[c], a balneo exiliens, linteo obvolvitur, seque in lectum aliquantulum requieturus proicit, residente ad capud eius Deutheria concubina. Eo altiori sopore depresso, astitit[d] ei[e] in visu quidam senex, monachi habitum[f] gerens, quem[g] sequebatur puer eiusdem habitus, taliterque ad eum infit[h]: 'Ó comes, quid promerui, quia voluisti abbatem interficere[i] meum?' Cui[k] cum ille negando responsum ederet, nequaquam se abbatem suum necare voluisse, ille torvo in[l] eum vultu respiciens simulque baculo quod gestabat incurvo capud

a) Pippin. 2 *semper*. b) certia *post corr.* celestia 1. c) Car. *raro* 1, *saepius* 2. d) Carlom. 2, *plerumque iam etiam* 1. e) fratr̄ *post corr.* fratri 1. f) gentis *edd.* g) adversum 2. 3. — Longob. *h. l.* 1. h) bridem *post corr.* pridem 1. i) posid. 1. k) assumpsit 1. l) qui ēā *post corr.* quidā 1; quidem 3. m) Etenim 3. *C.* n) *corr.* inchoat. 2, *et ita* 3. o) accip. *F. M.* p) reced. *C.* q) populis 2. r) susceptam 1. s) coniurationem 3. t) Ragonem *M.* u) fecit 1. v) Arvernensibus 2. w) Brutmundum 1; Bermundum 2. 3. x) draho 1. y) insollesc. 1. z) excep|| *quod correctum erat abscisum est* 2. a) qui semper regali solum dominatione et tuitione prae ceteris et tunc ab abb. *cod. March. a Bolland. visus.* b) *e corr. in loco raso* 2; ad 1. c) abbate *post corr.* abate 1. d) concilium 3. e) precipere 1. f) Quo 3. g) peregisset nisi *edd.* h) indulgentissimi 3. *C.* i) statuto 3. k) ex 1. l) *deest* 3. m) palaciū *post corr.* palacio 1. n) Sic 3. *C.* o) Cumque *B. M. C.* p) monasterium *B.* q) ibi 1. r) Garing. *ead. manu corr.* Guaring. 1; Garmig. 3; Gauring. *F. M. C.* s) *post corr.* comitum 1. t) *sequentia des., duobus foliis perditis* 2. u) tum *C.* v) hortabatur 3. *C.* w) tacito 1. x) a. L. 3. *C.* y) navenque 1. z) celerrime 3. a) *deest, post corr.* ab abate 1. b) ultum 1. c) ut servus nequam *add. B.* d) asst. 1. e) *deest* 3. *edd.* f) ab. 1. g) quen 1. h) *alia manu in loco raso* 1. i) m. int. *B.* k) *deest* 1. l) v. in eum 3. *edd.*

1) De qua in Einhardi V. Karoli c. 20. auctor relatum legere potuit. 2) Cf. de hoc loco Waitz, 'D. VG.' III², p. 384 sq. 3) Ex Catalogo infra p. 500. edito a. 752—771. sedisse eum computatur. 4) Saint-Gondon, in sinistra ripa Ligeris (dép. Loiret). CERT.

eius percutiens, inquit[a]: 'Per capud hoc testor penitudinem te huius facti inutiliter citissime[b] acturum'. Qua percussione excitatus, a lecto exiliens, efferatus animo, in vocem erupit, dicens: 'Ve mihi, ve mihi! iam nunc morior'. Cumque astantes[c] territi requirerent, quid causae esset, cur talia acsi mente captus effunderet verba, pallens ac tremens sciscitantibus respondit: 'Quiescenti mihi in lecto sanctus astitit[c] Benedictus, veneranda decorus canitie, quem sequebatur puerulus et ipse monachus, coepitque adversum me conqueri, quam ob rem abbatem suum interficere vellem. Cumque ei responderem, nullatenus me abbatem suum interficere voluisse, baculo quod gestabat capud meum valide[d] percutiens, morti me vicinum reddidit, una etiam comminans, citissime[e] huius facti me inutiliter penitudinem peracturum'. Haec dicens, dolore interiora citius penetrante, nocte sequenti, morti corporis mortem animae socians, manium[f, 1] obsequio miserrimam animam erebi iaculatur ad ima[2]. At Radulfus abbas, agnita eius praepeti quidem, sed serotina morte, legatum dirigit, qui regi et suam renuntiet[g] vitam et Rahonis[h] exitiales[i] exequias[k].

19. Regali munificentia huic sacratissimo coenobio a priscis Francorum regibus per praecepti proprii singraphum concessum fuerat, uti[l] quatuor naves immunes ab omni debito fisci liberrime[m] per alveum Ligeris discurrerent[3]. Cum itaque suprafati comitis tempore harum una ob salis evectionem Namneticam usque[n] urbem pervenisset atque in regrediendo tuta ex praecepto regio omnes itineris sui[o] portus civitatesque pertransiret[p], ad urbem pervenit Aurelianam. Ibique[q] a telonеariis[r] civitatis detenta, rector navis vectigalis gratia questioni subicitur. Liberalitatem regiam illo reclamante, contempta regali auctoritate, exactor navem onustam sale fisco subicit atque cum caeteris navibus procuratori portus committit. Erat quando haec agebantur dies dominica. Sed circa horam fere[r*] diei terciam, cunctis missarum celebratione detentis, navis, quae cum caeteris in portu fiscali tenebatur[s], subito absque humano remige a portu emota[t], medium Ligerim[u] petit, quo fortior vis aquae decurrere solet; ibique contra[v] adversum pelagus fortiter enatando, pervenit ad posterulam, quae usque hodie Sancti Benedicti dicitur, ibique appulit. Concurrunt undique ab urbe populi incognitum cernere miraculum stupentesque voces clamoris atque adhortationis proferunt: 'Videte, ó cives, contemplamini[w], qualiter novus nauta, dilectus Domini Benedictus, mortali sine remige navem propriam mediis regit in fluctibus!' Confusa denique omnis procuratorum fisci audacia, in posterum ab hac sese conpescuit[x] stulticia.

20. Karolo augusto Magno imperatore Francorum diem obeunte, Hludovicus[y], filius eius, imperii gubernacula suscepit. Cuius tempore variis tumultuationibus regno Francorum attrito[z], multo ac gravi turbine ecclesiae visus est concuti status. Namque filiis diversa adversus patrem molientibus, quantum ad tocius specimen[a] regni attinet, intestina oritur conlisio. Dumque pater alios honoribus ob merita privare, alios cumulare[b] opibus studet, id ipsum vero filii[c] adversus patrem, deiectos ab illo erigere, sublimatoś deponere conantur, tempestatis instar maritimae subiectos hac illacque[d] dispergunt. Qua causa[e] res quarumque Christi ecclesiarum contigit gravissima pati dispendia; inter quas ecclesia Aurelianensis cum contiguis sanctorum locis, quae sub regimine dominicorum clericorum sive monachorum consistere videbantur, non modica vexatione afflicta est. Siquidem Matfrido comite quondam Aurelianensi ob culpam inerciae propriis honoribus privato[4], Odo[f] in locum[g] eius substituitur. Qui insolentia gravi contra sui naturam elatus, cuncta quae iuri subiacebant ecclesiae Aurelianensis, matricula excepta, sed[h] et abbatiam Sancti Aniani necnon Sancti Benedicti in propriam molitur redigere potestatem. Quod monachi coenobii Sancti Benedicti cernentes, consilio inito, misericordiae Domini solius se[i] conmittentes, maximam[k] partem suorum fratrum ad praefatum dirigunt comitem nimia[l] insanientem tyrannide cum pignoribus sanctorum, omnigena supplicantes prece, ne tantum incurrat piaculum, neve[m] res sacro ordini delegatas[n] ad nefarios[o] transferat[p] usus, sed magis servos Dei res sibi a Domino traditas libere liceat ordinare; quae petitio nulli apud eum valuit. Coeperat eo in tempore expeditionem parare, viribus undecunque contractis, adversum Lanbertum[q, 5] atque Matfridum sociosque eorum Niustriae[r] partibus[6] resi-

a) inquid *post corr.* inquit 1. b) certiss. *M. C.* c) asst 1 d) valde *C.* e) certissime 3. f) manuum 1. 3. *C*; manum *M.* g) renuntiaret 3. *C.* h) Roahonis 1. i) exiciabiles 1 k) *B. add.*: agens gratias Deo et benefactori suo tutorique ac protectori sanctissimo Benedicto. l) ut ei 3. *C.* m) *deest F. B.* n) ad *add. edd.* o) *deest* 3. *edd.* p) pertransisset 3; *pergit* 2 *f.* 47. q) ea *add. B.* r) teloneeariis 1; telonariis 3. *F. B. M.* r*) *deest F.* s) tenebantur 3. t) remota 1. u) Ligeris 1. v) *deest* 1. w) contemplemini 3. *C.* x) compescunt 2. y) Hlodov. *h. l.* 1. 3. z) atrito 1 a) r. sp. 3. *edd.* (r. speciem 3. *C.*). b) cūmul. 1. c) *deest F.* d) illaque *post corr.* illacque 1. e) cus *corr.* caus 1. f) Hodo *F. B. semper.* g) e. l. 3. *edd.* h) set abbaticiam 1. i) *deest* 2. 3. — comitt. 1. k) maturrimam *M. C.* l) nimi nimia 2. m) nec ve 2; *post corr.* ne veras 1. n) delegatos *corr.* delegatas 2. o) nefarias *corr.* nefarios 2; o *e corr.* 1. p) fe *e corr.* 1; *nonnulla verba et syllabae huius folii abscisa sunt* 2. q) Lantb. *M.*; Lamb. 3. *C.* r) mustrię *corr.* nustrię 1; Neustriae 2. 3. *edd.*

1) Manes duxit daemones esse. 2) Nota hexametri partem. 3) Quod praeceptum non exstat. Diploma vero, quo idem ius confirmatum est, dedit Ludovicus Pius monasterio S. Benedicti a. 818, Iul. 27; Reg. Imp. I, nr. 653. 4) Cf. Ann. Einh. a. 827. 828; Vita Hludow. c. 41. 42; Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 288 sqq. 5) Comitem Namnetensem. 6) *poenes marcam Brittanicam* Nithard I, 5. Cf. V. Hludow. c. 52, quod caput Adrevaldum hoc loco in usum vocasse, Simson, l. l. II, p. 102, n. 3, censet.

834. dentes, qui ab imperatore ad Hlotharium[a] defecerant. 'Cui expeditioni iusserat quoque interesse[b] Ionam venerabilem episcopum Aurelianensem et Bosonem abbatem Sancti Benedicti, quorum res iniuste[c] sibi vindicaverat[d]. Interea auxiliares[e] ex superiori[f] Burgundia ad id properantes bellum, utramque Ligeris ripam tenentes, rapinis cuncta vastabant. Quorum vesaniae Boso abbas obviando iussit naves portus ita paratas adesse[g], ut, si populus ex superioribus adventans partibus citeriorem ripam teneret[h], nautae omnem pecuniam familiae coenobii ipsius in maioribus minoribusque[i] pecoribus[k] seu caeteris mobilibus consistentem rebus, navibus exceptam, amnem ultra transferrent. Si autem ulteriorem viam pergeret, versa vice id ipsum ex supra dictis agerent rebus, transvehendo scilicet cuncta[l] in hanc alvei partem. Praeficitur huiuscemodi[m] negocio Ercambaldus[n] presbyter bonae vitae et nominis, qui et[o] in hoc eodem coenobio vitam tenuit regularem, eaque quae scribere proposui viva voce sub attestatione[p] veritatis cunctis profitebatur certissimo se cognovisse[q] visu. Dum enim per triduum profectio perduraret exercitus, labor, non dicam, nautarum, verum ipsorum excrevit nimius animalium, itemque ex pervigilio[r] lassitudo[s] praevalida. Fessus continuatione vigiliarum presbyter, circa crepusculum terciae noctis domum properat atque in stramine cuiusdam lectuli[t] inpatientia victus somni, se proicit. Moxque ut quippiam somni carpere[u] potuit, conspicit in visu adstantem[v] sibi personam sub monastico habitu, baculum manu gestantem, quem[w] sequebatur puer eiusdem habitus. Itaque stupescentem[x] presbyterum persona illa clementer alloquitur: 'Quid est, frater, cur modo hic taliter iaces?' Cui ille, venerandi vultus intuens personam: 'Domine', inquit, 'vobis cunctisque notum est, quantum nobis ac familiae nostrae Odo comes necnon populus ei[y] favens inferat mali; ideoque iniunctum[z] praecepto abbatis officium cura pervigili certatim[a] provideo, quatinus navali effugio familia nostra servare a raptoribus valeat supellectilem suam; gravatus somno, in hoc me stramine proieci[b]'. At senior verbis eius[c] satisfaciens, talia refert: 'Novi vera esse quae dicis; sed antequam his quae[d] dolendo quereris verissima satisfaciam promissione, causari aliquantulum libet. Mirum valde est, quam ob rem fratres nostri culpam in me redarguunt[e] ignaviae, acsi ego nullam vexationis illorum[f] curam habeam velutque letargo obpressus in eorum relevatione[g] dormiam; quod pro certo fieri nequit[h]. Si enim praeceptis Omnipotentis curam adhibueritis[i] obediendi, regulae quoque per me a Deo vobis traditae mandata exsecuti haud segniter fueritis[k], cuncta adversa fient[l] prospera, inimici amici efficientur, gratiamque suam Fautor omnium bonorum in nullo negabit. De hac vero iniuria[m] vestra quae nunc est scitote iam clementissimi[n] Conditoris omnium sententiam propitiam erga vos effectam, eumque qui tyrannidis adversum ecclesiam arma[o] indigne corripuit septimum nequaquam transigere solem, donec huius rei incurrat penitudinem. Habete ergo in Domino fiduciam[p] et in illo confortamini'. Dum haec senior delectabilibus[q] ederet verbis, presbyter quibus poterat nutibus puerum sciscitabatur, quae esset tantae venerationis persona. Cui puer submissa[r] voce[s]: 'Hic est', inquit, 'pater noster sanctus Benedictus'.

21. Saepe dictus itaque presbyter, cum rescisset[t] beatissimum patrem secum in visu conloqui, coepit, cunctis qui aderant videntibus, ab eodem sese[u] lectulo, brachiis extentis, protrahere, acsi vestigia eius quem cernebat astantem tenere posset, simulque voces cuiusdam murmuris emittere anxius, quas nullatenus astantes intelligere poterant. Tandem expergefactus, hac illacque obtutum vertendo discurrens, supplici ac poene lacrimabili voce semel et bis ingeminat, dicens: 'Quorsum dominus meus pater[v] sanctus Benedictus abiit? Cognitorem omnium occultorum Deum[w] testor, modo hic eum in specie corporea a me visum mihique locutum'. Nec mora, ipse quoque presbyter monasterium veniens, patribus eiusdem loci cuncta quae viderat[x] visu, monita denique piissimi patris necnon adhortationem

a) Loth. 2. b) inter.ēē, *littera erasa, et post hoc verbum quatuor litterae* (este?) *erasae* 1. c) iniuste — auxil. *des.* 1. d) vend. 3. e) auxiliatores 2. f) exuperiori 1; superiore 3. g) esse 1. h) tenerent 1. i) minoribusve 2. k) pectoribus 1. l) sc. ad substantiolam familiae s. Benedicti, ne hostibus, ut assolet, pateret, praevidendum praefic. Ercamboldus *cod. Aquic. a Boll. visus.* m) huiusmodi *edd.* n) Ercamboldus 2. 3. o) *deest* 3. *B. M. C.* p) atestacione 1. q) *sequentia des., quaternione perdito* 2. r) pervigilo 3. s) lasido *post corr.* lassitudo 1. t) lecti *edd.* u) capere *M. C.* v) ast. 3. w) quam 3. *M. C.* x) stupentem 1. y) *post corr.* eius 1. z) inuictum 1. a) dum *add. edd.* b) proiecit. Ad 1. c) v. favens presbyteri 3. *edd.* d) *deest* 1. e) redarguant 3. *edd.* f) eorum 3. g) revelacione 1. h) nequid 1. i) adipueritis *corr.* adibuer. 1. k) fueeritis 1. l) fiant *F.* m) quae n. est m. v. 3. *edd.* n) clementissime 1. o) ind. a. 3. *edd.* p) fidem 1. q) delectantibus 1. r) summ. 3. s) *post add.* ait 1. t) ressc. 1. u) esse sese 3. v) s. p. 3. *edd.* w) Dominum *edd.* x) visu cognoverat 3. *edd.*

834.

eius sedule refert. Qua relatione mesti relevati fratres, semet invicem ad agendas Deo gratias hortabantur, qui auxilio desertos humano solito tuebatur munimine. Necdum promissi cursum expleverant soles[1], et ecce ex acie castrensi quidam clericus fuga lapsus, cui nomen Heirardus[a], postridie belli exhausti[b], hora fere diei octava monasterium pervenit diroque nuncio coenobium omne perculit. Nunciat namque cruentissimam caedem nostrorum, adversariorum victricem insistere manum, copias omnes cum auxiliis hinc inde contractis hac illaque fugae subsidio dilapsas, ductores belli, Odonem[c] fratremque[d] illius Willelmum[e] comitem Blesensium, Teutonem[f] denique abbatem Sancti Martini[2], Guidonem comitem Coenomannensem[g] cum multis aliis amplae opinionis viris mortem oppetiisse[h]. Quo nuncio graviter afflicti fratres, ad Dominum exorandum pro tanta christiani populi caede se intentissime conferunt. Licet enim quidam illorum qui tanto interfuere discrimini nimium gravi infortunio res ecclesiae iuri subditas, non dicam, premerent[i], immo penitus gentili more auferrent, tamen humanae affectu naturae servorum Dei corda pio[k] dolore concussa sunt, memoria recolentes, quid animae perseverantes extrema sub luce in malis apud inferos patiantur, quibus[l] cruciatibus torqueantur, quorum[m] vitae finis exitiale stipendium meruit. Quam ob rem praecepti divini memores dicentis: *Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est, qui solem suum oriri[n] facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos*, communi consilio pro his preces ad Dominum fundere statuunt, quatinus, etsi perpetuis non merentur[o] absolvi cruciatibus, saltem mitioribus multentur[p] a districto[q] Iudice poenis.

Matth. 5, 44. 45.

22. Sollempne festum inpendebat sancti confessoris Christi Benedicti, quod ex veteri consuetudine quotannis pridie Nonarum Decembrium agitur; quo conventus multorum populorum ob tanti memoriam patris confluere monasterio solet, praeterea servorum Dei religiosorumque non contempnenda copia virorum. Mos autem prisca procedens aetate multam[r] occupavit tempestatem, liberalitatis gratia post spiritalis refectionis abundantissimum[s] donum corpora quoque terreno accuratissime[t] reficere cibo. Sed cum diversarum apparatus copiarum huic rei congruentium hinc inde proflueret, piscium omnimodis deerat affluentia, quae tantae celebritati[u] aliquantulam praestaret gratiam: anxius valde abbas, [sed[v]] et fratres huic procurando suffecti officio quaquaversum dirigunt, si quo modo cuiuslibet amminiculo a tanta relevari possent piscium penuria. . . . . . .

23. . . . Iubetur ab Adalgaudo abbate quondam languidus[w] sacro se praesentare conventui. . . . . .

24. Dum[x] Boso abbas coenobii huius regimen ex regulari electione suscipiens[3] non ignobiliter[y] disponeret, contentio maxima inter advocatum praesentis ecclesiae nomine[z] Eptagium necnon advocatum alterius cuiusdam sacri loci oboritur ob mancipiorum querelam non parvi numeri. Teodoinus dicebatur vocabulo vicarius Mauriacensis, cuius in officio eorundem concretio atque cohabitatio a progenitoribus extiterat; ad quem se advocatus illius alterius loci conferens, datoque munere corrumpens, ab aequitatis iure deflexit[a]. Iamque instabat dies, quo[b] lis emota[c] in castello quod Nandonis[4] vocatur dirimi debuisset. Sed Boso abbas, ne forte minus cautus esse videretur[d], ad praefatum vicarium duos mittit monachos eique loco muneris duo vascula[e] mittit argentea non contemnendi[f] ponderis, obsecrans, quatinus insticiae et rectitudini favens, officiali nullo modo officeret nostro. At ille alterius iam dono corruptus, monachos spernens, dona respuens, superbia tumidus, equum conscendit servisque[g] Dei dixit: 'Recedite, ó monachi, cum vasculis vestris ad monasterium, de quo huc properastis! Hunc testor ensem, nullus ab hodierna die ex his mancipiis sancto famulabitur Benedicto'. His dictis, inpulso calcaribus equo, celerrime incedere coepit. Necdum procul a domo recesserat propria, et ecce equi cui insederat pes lapsus sessorem a dorso proicit. Qui corruens in terram, fracto humero, totoque poene corpore contrito, obsequentium manibus ad domum refertur[h] propriam. Dein ingravescente[i] dolore, die abhinc tercia[k] vitae excepit terminum. Advocatus vero Sancti Benedicti Castellum Nandonis perveniens, querelam apud iudices deponens ac legali eorum iudicio mancipia recipiens, ad propria remeat.

25. Decurso exinde non modico tempore, alia iterum oboritur controversia inter praefatum huius loci advocatum atque[l] advocatum[m] Sancti Dyonisii[n]. Colliguntur ab utrisque[o] partibus plurimi legum magistri[p] et iudices, qui pro partibus decertarent. Prae-

a) Heirardo 3; Hierardo *F. B.*; Herrardus *M C.* — posttridie 1. b) exacti *M.* c) Hodonem *h. l.* 1. d) frmq; *corr.* frm̊q; 1. e) Guill. 3. *edd.* f) Teutoinem 1. g) Cin. *h. l.* 1. h) opet. 1. i) premererent 1. k) pro *F. B. C.*; prae *M.* l) et q. *B.* m) *deest* 3. n) f. or. 3? *edd.* o) mererentur *edd.* p) multarentur 3. *edd.* q) stricto 3. *edd.* r) mustam 1. s) habundissimum 3. t) actu rarissime 1. u) celebritate 1. v) *deest* 1. w) languidos 1. x) Cum 3. y) innob. 1. z) E. n. 3. *edd.* a) deflexit *post corr.* deflecxit 1. b) qua 3. *edd.* c) mota *B.* d) *pergit* 2 *f.* 50. e) *deest* 2. f) contennendi 1. g) que *post add.* 1. h) refertitur 1. i) gravesc. *F. B. M.* k) tertio *C.* l) et 2. 3. m) *deest* 2. 3. n) Dionis. *semper* 1. o) utriusque *F. B. M.* p) magistrū, ū *adrasum* 2.

1) Mense Maio exeunte vel Iunio ineunte proelium mox narratum commissum est; Simson l. l. II, p. 105, n. 4. 2) Maioris monasterii prope Turones. 3) Quo anno, non constat; successit Adalgaudo, qui a. 817. electus est, occurrit a. 833—840, infra c. 28, iam a. 827, ut videtur. 4) Château-Landon (dép. Seine et Marne). CERT.

terea[a] aderant in eodem placito missi a[b] latere regis Ionas episcopus Aurelianensis et Donatus comes Milidunensium[1]. Sed cum litem in eo placito finire nequirent[c], eo quod Salicae legis iudices ecclesiasticas res sub Romana constitutas lege discernere perfecte non possent, visum est missis dominicis placitum Aurelianis[d] mutare. Venientes itaque ad condictum[e] locum legum[f] magistri et iudices, utraque ex parte acerrime decertabant. Aderant namque legum doctores tam ex Aurelianensi quam ex Vastinensi provincia. Enimvero longiuscule litem iudicibus protrahentibus, eo quod nec[g] hii cedere illis, nec illi assensum aliis praebere vellent, tandem adiudicatum est, ut ab utraque parte testes exirent, qui post sacramenti fidem scutis ac baculis decertantes, finem controversiae imponerent. Sed cum id iustum rectumque visum fuisset omnibus, quidam Vastinensis regionis legis doctor, cui quodam[h] praesagio pro humano[i] bestiale nomen indictum[k] erat, quique ex parte advocati[l] Sancti Dyonisii munere corruptus advenerat, verens, ne, si duo inter se decertarent, testis eorum reprobus inveniretur, iudicium protulit: non esse rectum, ut bello[m] propter res ecclesiasticas testes decernerent; immo magis inter se mancipia[n] advocati partirentur. Cuius sententiae Genesius vicecomes favens, rectius dixit esse mancipia dividi quam testes[o] bello decernere; in eamque sententiam concilium[p] omne deflexit[2]. At vero sanctus Benedictus nequaquam iudicis illius et[q] legislatoris oblitus est, qui primus sententiam dividendi[r] mancipia versute iuxta nomen suum[3] ac bestialiter protulit. Namque continuo, ut eadem in[s] duas divisa sunt partes mancipia, ille iusto Dei[t] iudicio ita percussus est, ut nullo modo aliquid[u] loqui posset, evacuato tocius linguae officio. Cognoscentes autem familiares eius, qui inibi aderant, veritatem rei gestae, deduxerunt eum ad monasterium sancti[v] confessoris Christi, quem graviter offenderat; ibique[w] per unum ferme demoratus[x] est mensem, nutibus quibus poterat auxilium deposcens egregii patris. Denique aliquantulam sanitatem consecutus, ad sua regreditur; nunquam tamen, donec advixit, impetrare valuit[x*], ut nomen sancti Benedicti[y] lingua propria exprimeret.

26. Excubitorum officium[z] sacris templis[a] dicatum non modo[b] modernis temporibus constat, verum prisca aetate sub beato Moyse a Domino legimus tabernaculo sacrato ex[c] Levitarum genere custodum munia subrogata; quae processu temporis a sancto propheta necnon rege mirabili David ampliori dispositione ordinata, morem nobis nostraeque religioni, ut ita dixero[d], gessere[e]. Equidem[f] vetusta aetas idem officium per successionem prolis excipiebat, nostra vero non propagatione prolis, sed magis puritate vitae morumque probitate officiales admittit. Hac denique sacra consuetudine passim summa celebritate vigente[g], praesentis quoque loci basilica in honore sanctae Dei genitricis Mariae omniumque Christi virginum Deo dicata, in qua venerabile etiam corpus sanctissimi Benedicti humatum[h] decenti honore servatur, omni religione atque honestate praestantem[i] Christianum[k] nomine monachum custodem sortitur. Qui cuius meriti[l] cuiusque sanctitatis extiterit, luce his clarius[m] eminet qui eius vitam sinceramque novere innocentiam. Huic solitum erat summa fiducia sacrum adire tumulum atque vulgari more[n] mortalium, si quid adversi extrinsecus huic loco accideret, adversus sanctum causari Benedictum, ea utique utens confidentia, qua sciebat se haudquaquam ab illo velle contemni. Quod[o] et[p] in hoc quod scribimus[q] satis liquebit opere. In eadem basilica ob honorem simulque utilitatem opere celatorio[r] ex aere deformatae armillae atque adprime deauratae funibus dependebant, quibus campanae[s] secundum morem statutis horis celebrandi[t] officii pulsabantur. Quadam[u] vero die mixti[v] populo ecclesiam ingressi latrones, conspiciunt armillas funibus pendere, putantesque auri optimi pondus, cupiditate sibi familiari pessimum[w] facinus meditantes, communi decreto suffossionem parietis moliuntur. Quod noctu, ut decreverant, explentes[x], ecclesiam ingressi, armillas cum calamis eis[y] fabre adiunctis exportant[z] eodemque

(Marg.: Num 3. — 1 Par 15, 16.)

a) rea *e corr.* 2. b) e 2. 3. c) ne quicrent 1. d) Aurelianes *post corr.* Aurelianis 1. e) conditum *corr.* condictum 2. f) *deest edd.* g) *deest* 3. h) quondam prégio 2. i) humane 1. 2, *corr.* humano 2; b. n. pro h. 3. *edd.* k) *sic* 1. 2. 3; inditum *F. B. M.* l) *deest edd.*, S. D. adv. 1. m) bello:, *littera erasa* 1; bellum 2. n) a. m. 3. *C.* o) tesites 1. p) consilium 3. q) ac *edd.* r) dividi *F. B. C.* s) in duas *des.* 1. t) iud. Dei 2. u) aliqui *corr.* aliquid 1. v) Benedicti *add.* 2. 3. w) itaque 2. x) m. dem. est 2. x*) voluit *C.* y) l. pr. expr. Ben. *edd.* z) officiis 2. a) templi 3. b) *deest* 1. c) et 2. d) dixerim 3. e) suggessere 2. *edd.* f) Et quidem *edd.* g) vingente 1. h) *deest* 2. *edd.* i) prestante 1. k) m. n. Chr. *B.* l) merite 1. m) id cl. 3. n) mort. more 3. *edd.* o) Qui 1. p) *deest C.* q) scribemus 3. *C.* r) celatorie 1. s) campanię, i *expunct.* 2. t) celebrandis 2. u) Quodam 3. *C.* v) immixti *edd.* w) pessimi 1. x) implentes 1. y) *deest M.* z) expetant *corr.* exportant 2.

1) Hic a. 826. missus regius per provinciam Senonensem fuit, sed eo anno cum socio Ieremia archiepiscopo Senonensi, LL. Sect. II, Capit. I, p. 308; a. 827. per marchiam Hispanicam, Ann. Einh. a. 827. Cui a. 834. comitatus Melidunensis ablatus est; Simson I. l. II, p. 115. 2) Cf. de hoc capite R. Schroeder, 'Die Franken und ihr Recht' in 'Zeitschr. d. Savigny-Stiftung' II. 'Germ.-Abth.' p. 44 sq.; Sohm, 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverf.' p. 501, n. 81; 'Zeitschr. f. Kirchenrecht' IX, p. 206. 3) Forsitan Vulpis vel simile nomen ei fuerit. Nomen proprium Bestialis ei Certain loco superiore perperam indidit.

foramine egrediuntur, obpilantes humo aditum fossae. Tantoque silentio id a furibus patratum[a], ut nemo excubantium persentiscere quiverit, quonam pacto tale conpletum[b] fuerit facinus. Hora praeterea surgendi adveniente, cum tantum scelus peractum[c] venerando custodi Christiano innotuisset, qui dolor pectori eius inrepserit, quae oculis lacrimae profluxerint, fateor non facile dictu. Cumque huiusmodi lamentis solito perveniens ad tumbam, acriter causari ac conqueri coepit, cur latronibus se spoliandum tradiderit. Et quia fiduciam sese a beato Benedicto audiendi cum simplicitate nimia coeperat[d], etiam peregrino sermone rusticitatem[e] causandi exequebatur — nam natura Germanus erat —, ita inquiens: 'O sancte Benedicte, ut quid pigrescendo dormitas? Quam ob rem domum[f] tuam[g] tam neglegenter provides, ut, quod tibi[h] in honorem operando confero, tu latronibus furto subducere permittas? Certe mihi non est curae, si etiam bracas[i] tibi auferant, qui armillas non defendisti. Crede mihi, si armillas tuas non restitueris[k] mihi, nec unam tibi[l] candelam accendam'. Haec et alia multa in[m] hunc comminans modum simulque baculo petram ante sepulchrum positam percutiens, tristis abscessit. Sed omnipotens Deus nequaquam diutius contristari passus est servum suum, quin potius meritis et interventu beati patris, cum quo fiducialius[n] conqueri solitus erat, celerrime maesticia relevatum gaudio competenti replevit. Siquidem praefati latrones scelus semel adtemptatum iterato repetentes, foramen suffossi parietis, quod pridem tellure obpleverant, paucis diebus interiectis, expetunt, egestaque humo, ingressum[o] moliuntur. Confestim vero a custodibus capti, questioni subduntur. Fatentur facinus, seque ob id[p] ecclesiam ea hora ingressos, ut omne aurum atque argentum cum gemmis a sancti patris[q] Benedicti lecto extrahentes auferrent. Requisiti autem, quomodo tantum scelus nudis patrarent manibus, praesertim cum neque subulas maiores neque malleos, margulos[r] nec aliquid officinae fabrilis secum haberent, quo tam fabrefactum destruerent opus, cultros ex manicis protulerunt, quibus se actutum omnia perpetrare confessi sunt. Servati igitur usque ad tempus diurnae lucis, venerabili praesentantur Christiano. Qui sciscitatus ab eis, quid ex[s] armillis, quas furto abstulerant, egissent[t], responsum accepit, eas reconditas secum haberi. Graviter itaque redarguens acriterque[u] in eos invectus[v], quare tantum nefas aggredi ausi fuissent, quod Deo hominibusque execrabile foret — porro leges humanae absque ullo misericordiae respectu vita[w] eos carere suspendio iuberent —, postremo Helisaei[x] prophetae exemplo, qui regis Syriae latrunculos, quos ad se interficiendum direxerat, captos oculis, in medium deduxit Samariae atque, rege[y] Israel requirente[z] a propheta, utrumne eos gladio percuteret, prohibuit, quin potius pane et[a] aqua refocilatos suis remisit: misertus latronum labori, cibo potuque eos[b] refici iussit atque incolumes[c] ad propria remeare, interdicens, ne quando ad talia audenda prorumperent. (1 Reg. 6)

27. Divi[d] augusti Hludovici[e] temporibus, cum secundum euangelicum Domini dictum, abundante iniquitate, refrigesceret[f] caritas multorum, discidio gentis Francorum accidit multifariam rem publicam eiusdem regni affligi. (Matth 24,12.) Namque pravorum hominum consiliis dum consultatio rei publicae in superbiam dominatumque se transformavit, primoribusque magis sibi invicem invidere[g], obloqui quam regni utilitati consulere placuit, coepere regibus boni quique suspectiores existere, quibus, ut ait Crispus[1], semper aliena virtus formidolosa[h] est, atque inprimis genti contraria sentire. Qua de re actum est, ut, dum imperator nobilitatem veteranorum deponendo insequitur, at[i] hii memores pristinae virtutis defensare libertatem nituntur, defectionis ab imperatore regnique magnum pararint exitium. Sed quia nostri haudquaquam propositi est regum actus stilo conprehendere, immo miranda Dei opera per servum illius Benedictum patrata litteris[k] committere, relictis quae, ut ita dixero[l], perperam[m] necne[n] peracta sunt, ad ea quae coepimus redeamus. Imperator, ut dictum est, suspectos Francorum primores habens, Germaniae populos Aquitaniam profecturus evocat[2], Saxones videlicet, Thoringos[o], Baioarios atque Alemannos, eisque, quos virtute Francorum pater armis subegerat, regni statum inconposite[p] committit. (832.) Illud quo animo Franci exceperint, in promptu est agnoscere. Liberalitate[q] igitur Transrenani[r] acsi ob tutelam imperatoris adepta, viciis sese omnemque subdidere exercitum, depraedationibus scilicet pauperum, bonorum virorum dehonestationibus[s], sacrorum locorum violationibus ac reliquis quae piget[t] enumerare malis. Sed dum imperator, expeditionem in filium agens Aquitaniam versus, Ligeri[u] fluvio propinquaret[v], accidit, quosdam supradictorum populorum

a) est *add.* 2; patratur 3. b) conpl. *corr.* cōpl. 1. c) *deest edd.* d) *sic* 1. 2. e) rusticitate 3. f) *deest* 2. g) tua 2. h) *deest F. M. C.* i) brachas 2; t. br. 3. *edd.* k) tueris *e corr.* 2; restituerint *M. C.* l) c. t. 2. m) in h. *des.* 2. n) fidualius *post corr.* fiducalius 1. o) ingressu 2. p) idd 1. q) *deest* 3. *edd.* r) marculos 2; sive marculos *B.* s) *deest B.* t) egisent 1. u) que *deest B.* v) est *add.* 3. *B.* w) vitā car. eos 2. x) Helisei 1. y) regi *F. B.* z) requirenti *F. B. C.* a) ref. et aq. 1. b) *deest* 3. *edd.* c) incolomes 1. d) Diu 1. e) Ludovici *h. l.* 1. 3. f) refrigescet 2. g) uīdere 2. — et *add. edd.* h) formidola 3. i) ac *edd.* k) literis *post corr.* licteris 1. l) dixerim 3. — nihil refert *add. uncis inclusa B.* m) perperram necte 1. n) procaciter *add. B. M. C.* o) Thir. *B.*; Thoringuos *F. C.* p) inconposito 1. q) *sic* 1. 2; Libertate 3. *edd.* r) transrenum 2. s) dehonestatibus 2. t) pigere 1. u) Ligeris 2. v) appropinq. *C.*

1) Sall. Cat. c. 7. 2) Ad expeditionem a. 832. contra Pippinum motam haec referenda esse, recte Simson, l. l. II, p. 24, n. 7, statuisse videtur.

832. duces villulas[a] coenobii Sancti Benedicti vastando attingere. Cum[b] vero, grassante[c] praedonum saevicia, quid iam pauperibus diriperent, deesset, monasterio proximant, id ipsum quod et in reliquis[d] acturi locis. Erat[e] haud longe a monasterio armentorum grex non parvus depascens, qui continuis fratrum necessitatibus deputatus ad serviendum erat. Hunc praedonum valida invadens manus, minatur partim[f] securi percussos[g] suis epulis praeparare, partem[h] secum suapte[i] abducere[k]. Quibus cum armentarius diceret, non debere eos gregem sancti contingere[l] Benedicti; quod si agerent, eis inpune non cedere[m], illi indignantes, pinguiorem, quam conspexerant, iuvencam a toto separatam grege iugulari praecipiunt. Qua religata[n], unus ex eis, qui audacior[o] videbatur, evaginato ense exertoque[p] brachio, vaccam percutere nititur. At vero in ipso conatu vinctus ligatusque inextricabilibus vinculis haesit, ita ut erexerat, brachium cum ense retinens nullamque in partem deflectere valens. Videres miserum adstare[q] ipso suo conamine loris non patentibus[r] vinctum virtutemque divinam, quam in suo dudum[s] spreverat delicto[t], re ipsa in se experiri. Socii videntes emissam caelitus vindictam in comparem[u] desevire, consternati animo, culpam confitentur misericordiamque ab eodem[v] quem superbe contempserant, sancto scilicet exposcunt Benedicto. Depositis denique armis, calceis quoque[w] pedibus resolutis, terram capitibus aspergunt, sicque remedium petituri monasterium properant, deducentes secum illum divinitus vinctum latronem. At[x] ubi basilicae proximant, prostrati ante hostium, culpam cum lacrimis confitentur, nec illum solummodo reum sceleris, sed omnes una conscios [se[y]] esse criminis edicunt. Postremo voto se obligant, nunquam se cuiquam ex familia Sancti Benedicti aliquid molestiae inlaturos, si modo gratiam illius promereri valerent. Cernentes interea custodes sacrae domus devotionem virorum totoque inclinatos[z] animo ad misericordiam pii iudicis inpetrandam[a], humi prostratos erigunt, deiectosque animo ac[b] corpore consolantes, ecclesiam introducunt atque[c] ad sanctum tumulum perducunt. Oratione completa, miser resolvitur, atque Domino cum sociis[d] grates pro posse ac liberatori suo Benedicto agens, ad sua regreditur, aperte ubique praedicans, divinam huic loco praestantius[e] inesse virtutem, nullique ex sententia[f] cedere, si quid pravi adversus sanctum molitus fuerit[g] Benedictum.

28. Imperii Francorum monarchiam Hludovico[h] augusto, ut praefatum est, gerente, venerabilis 826. abbas Hilduinus coenobii sancti martiris Dyonisii legatos Romam direxit atque ab Eugenio papa corpus beati Sebastiani martiris[i] impetravit; quod delatum[k] in sancti Medardi basilica iuxta corpus eius in loculo gestatorio[l] ad tempus collocavit[1]. Quo in loco innumera miraculorum a Christo patrata sunt opera interventu sancti martiris. Postera sane tempestate Boso abbas monasterii sancti[m] confessoris Benedicti palacium evocatus[n] adierat; unde regrediens, transitum per monasterium Sancti Dyonisii congruum habuit. Proinde devertens[o] ad praefatum coenobium, cum Hilduino reverendo abbate colloquium habuit familiare; interque[p] familiaritatis colloquia reliquias[q] ab eo sanctorum martirum expetiit, Dyonisii scilicet, Rustici et Eleutherii atque Sebastiani. Cuius precibus nobilissimus abbas libentissime annuens, quod petebatur sub ea conditione praestitit, ut quotannis adveniente natalitio eorundem martirum celeberrima[r] apud nos ipsorum festivitas more monastico haberetur. Susceptis gratantissime Boso abbas sanctorum pigneribus, laetus ad propria regreditur. Die vero adventus sui ad monasterium iussit, directo misso, ut cum honore sanctis[s] condigno[t] fratres sibi occurrerent haud procul a monasterio. Iussis oboedientes fratres, excipiunt memorias sanctorum Christi[u] martirum cum honore quantum mortalibus 827? Iun. 21. conceditur digno sub die undecimo Kalendarum Iuliarum[v] atque in ecclesia sanctae Dei genitricis Mariae[w] collocant. Sequebatur autem[1] reliquias sanctorum non minima multitudo virorum ac mulierum summa cum devotione ob quaedam miraculorum beneficia a Domino per beatos martires patrata. Porro quia ex antiqua auctoritate sancitum[x] erat, feminas infra exteriores potras monasterii haudquaquam transitum introrsus[y] habere, hii qui a longe memorias[z] sanctorum secuti fuerant ad preces convertuntur, ut permitteretur[a] eis, poscentes[b], causa orationis ecclesiam, in qua[c] sanctorum reliquiae depositae erant, ingredi votaque sua persolvere. Quod quia adversum erat religioni monasticae, nullo omnino pacto impetrare valuerunt. Illis vero in prece perdurantibus, coepere etiam quique nobiliores, causa tanti rumoris excitati, ad tam venerabile undecunque confluere spectaculum; iunctisque precibus vix extorquere quoquo[d] modo ab[e] abbate et fratribus potuerunt, ut extra portam monasterii ad occidentalem[f] plagam in loco nemoribus consito tentorium extendi iuberet, quo memoriae sanctorum certo tempore, hoc[g] est vigilia dominici diei, deferrentur manerentque sub[h] reverenti vigilum[i] custodia ibidem tam monachorum quam clericorum usque ad eandem horam dominici diei iterumque sacris referrentur aedibus. Quod cum impletum fuisset[k], multitudines plebium, non solum ex contiguis, verum procul positis locis, medelam animarum ac[l] corporum

a) villulos 2. b) C *abscisum* 2. c) crassante 1. d) reluquis 1. e) E *abscisum* 1. f) parti 1. g) *ita* 1. 2. 3; percussum *edd.* h) partim *edd.* i) su:::te *corr.* suate 1; sibi apta *M.* k) adduc. 3. *C.* l) B. c. 1. m) cederet *B.* n) relicta 1. o) caeteris *add.* 2. p) que *deest* 2. 3. q) in *add. B.* r) parent. *M.* s) *deest* 3. *edd.* t) dilecto 1. 3. u) comparæ 1. v) eo 2. *edd.* w) *deest edd.* x) Et *edd.* y) *deest* 1. 3. *edd.* z) inclinato 1. a) inp&rndam 1. b) et 3. *C.* c) adque 1. d) suis 1. e) prestacius 1. f) n. exentenlia 1. g) fuisset 2. h) Ludovico 1. 3. i) *deest* 2. k) delato 1. l) gestario 1. m) *deest* 2. 3. n) advocatus 3. o) div. *edd.* p) inter quę 2. q) ab eo s. m. exp. rel. 2. r) celerberrime, r *post expunct.* 1. s) satis *M.* t) con *in marg. suppl.* 2. u) *deest* 2. *edd.*; m. Chr. 3. v) Iuniarum 1. w) *deest C.* x) sanccitum 2. y introssus 1. z) memoria *corr.* memorias 1. a) permitterentur, n *del.* 2. b) poscentibus *edd.* c) quo 1. d) *alterum* quo *post in marg. suppl.* 1. e) *deest, post corr.* ab abate 1. f) ocid. 1; orientalem *C.* g) ho 1. h) ib. sub revertenti v. c. t. *B.* i) iugilum 1. k) fuiset 1. l) a 1.

1) V. supra p. 379 sqq. Odilonis librum de translatione s. Sebastiani.

consecuturae, eo confluxere. Operabatur denique Dominus per clarissimos martires suos incredibilia virtutum dona, quae ipsi quoque pueruli ex parte conspeximus, ut liquido patesceret, etiam nunc in his suis dilectissimis testibus illud compleri[a] quod olim eis qui in eum vera fide crediderint[b] repromisit, ita inquiens: *Amen, amen*[c], *dico vobis, quia, qui credit in me, opera quae ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet.* (Ioh. 14, 12.) Siquidem capti oculis, quolibet scilicet corporis vicio seu pessimo lippitudinis humore seu glaucomate[d] adoperti, clarissimum[e] recipiebant videndi usum; debiles vero gravamine gressuum, qui nunquam pedibus incesserant, facilitatem gradiendi summo cum gaudio recuperabant[f]. Daemones ab obsessis extrudebantur corporibus, lunatici medelam assequebantur oblatam. Praeterea quidam menbrorum quorundam incendium male perpessi, quod genus morbi incurabile medici, derivato nomine a cancro[g], canceroma[h] vocitant, sanitatem perfectam se adeptos esse[i] gaudebant. Innumera proinde sanitatum dona, ut praefati sumus, per beatorum memorias[k] martirum Dominus in tabernaculo, quo tempore statuto deportabantur, operatus est[l] ad laudem et gloriam nominis sui, qui electos suos ubique glorificat, non solum aeternae beatitudinis praemia largiendo, verum in praesenti saeculo mortalibus deputato miraculis illustrando.

29. . . . Postridie, cernentibus[m] nobis cunctisque[n] qui aderant fratribus — nam vespertina sinaxis tunc celebrabatur —, coeperunt se[o] nervi diu contracti extendere. . . . . . .

30. Hoc per Dei gratiam impleto miraculo, ex improviso[p] quidam rabie daemonum furiisque agitatus[q] advenit. Madalbertus[r] hic vocabulo nuncupabatur; qui paulo ante a civibus Aurelianae urbis conprehensus, uti[s] cerebrosus virgis caeditur, vinculis constringitur, custodiae mancipatur. . . . . . .

32. Castrum quoddam in Burgundiae partibus, in latere montis, supra fluvium Hormentionem[t. 1] vocabulo situm, adiacenti regioni nomen indidit; namque a Tornodero[u. 2] vicina[v] regio Tornodrensis[w] dicitur. Huic praeerat quidam nobili ortus prosapia vocabulo Racculfus, ex officio vicem comitis agens, qui ob pravitatem morum pessimorumque actuum inmanitatem mente captus[x] in rabiem vertitur. Cumque semet ipsum ac reliquos circunquaque sibi adstantes gladio, fustibus caeterisque sibimet occurrentibus telis[y] petere vellet, tenetur a suis vinctusque cum magno apparatu, uti opulentissimus[z] virorum, ad monasterium deducitur, illicque diu debacchatus[a], in tantum ut dentibus frendendo[b] minaretur, si licitum foret[c], accedentes ad se morsibus laniare, evolutis ferme diebus quindecim, interventu beati patris[d] Benedicti melius sapere coepit. Nec[e] longo post adprime saluti restitutus, cum gaudio, non tantum unius viri, sed et multorum, nativum repetit solum.

Haec et alia[f] multa ea tempestate miranda Dominus per servum suum carnis sarcina absolutum operari dignatus est, quae inercia eorum[g], quorum studiis nota populis debuere fieri, praetermissa sunt. Caeterum ea quae visu corporeo nos cognoscere quivimus quaeve fideli narratione comperimus summisso genere loquendi, quod vel maxime in agendis rebus valet, ad posterorum noticiam hortatu maiorum transmittere curavimus.

33. Verum[h] piissimo augusto Hludovico[i] carnis onere spoliato, regnum Francorum, (840.) quod ex diversis nationibus solidum corpus fuerat effectum, trifariam dividitur atque a tribus eiusdem imperatoris filiis ad regendum suscipitur. Et maior quidem natu Lotharius Franciam cum Italia, Ludovicus Saxoniam omnemque Germaniam, Karolus autem iunior Burgundiam cum Aquitania possedit. Sed ut de regnis taceam, bellisne attrita[k] decreverint, an pace continua aliquanto[l] floruerint, nostrae partis erumnas breviloquio excurrere libet.

Karolo[m] regni non minimam assecuto partem[n], infortunium[o] iunctum fortunae rem publicam[p] maximo profligavit[q] damno. Ac primum[r], marchisis Britannici[s] limitis inter (843.) se gravi perduellione[t] dissidentibus, bellum oritur utraeque[u] lugubre parti. Quamvis enim, Reinaldo[v. 3] occumbente[w. 4], victor Lanbertus[x] extiterit*, non adeo tamen victricia ab hoste retulit signa, dum milia suorum prospexit obpetiisse satellitum; idque[y] adversum Herveum[z] repetens, primum[a] natorum Reinaldi[b], arma ob vindictam paternae resumentem necis, (844.)

*) *In marg. add.* 2: Lambertus. Rainaldus. Herveus filius eius; hos ambos Lambertus interfecit.

a) complere 1. b) crediderint 1. c) *deest F. B. M.* d) id est caligine *superscr.* 3. e) clarisimum 1. f) recipiebant 1. g) cranco 2; cancere *F. B. M.* h) canceranma *edd.* i) *deest* 3. *edd.* k) *deest* 1; memoriam *C.* l) *deest F.*; est op. *B.*; operatur *M. C.* m) concinentibus *edd.* n) que *deest* 2. — qui ad. *des.* 3. o) *deest* 2. 3. p) improvisu 2. q) adv. ag. 2. r) Maldab. 3. *edd.* s) u. c. *des.* 1. t) Hormenc. 1; Herment. *B. M* u) Tornodoro 3. *edd.* v) viocina 1. w) Tornodor. *edd.* x) ca⁹pt⁹ mente 1. y) tellis 1. z) opitulent. 3. a) debacchans 2. *C*; dibaccans 3. b) fremendo 2. *edd.* c) forte 3. d) *deest F. M. C.* e) Non 1. — longe *edd.* f) m. a. 1. g) *deest* 1. h) Regum 3. *C.* i) Ludovico 1. 3. k) atrita 1. l) aliquando 1. 3. *C.* m) Carolus 1. n) par|, *in extremo paginae versu* 2. o) infortunius 1. p) plubl. 1. q) proflicavit 1. r) primo 1. s) Brittann 2. t) perduellionē 1. u) *ita* 1 (utreque). 2; utrique 3. *B. C.* v) Reinoldo 2; Rainoldo *edd.* w) occubente 1. x) Lamb. 2. y) isque *C.* z) Heriv. *edd.*; Heweum 3. a) primus *M.* b) Reinoldi 2. 3.

1) Armançon. 2) Tonnerre (dép. Yonne). 3) Comite Herbatilicensi, nuper a Karolo rege comitatibus Pictavensi et Namnetensi praefectus. Cf. Chron. Namnet., Bouquet VII, p. 218. 4) In proelio a. 843. ab eo contra Lambertum, filium Lamberti I. comitis Namnetensis, patris provinciam repetentem, et Brittones socios eius apud Meciacum commisso. Cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' I, p. 190.

844. eundem male depugnantem vicit telisque confossum neci tradidit[1]. Hoc discidii genere bellatoribus utrimque pereuntibus, poene omnis[a] illa regio defensoribus nudata suis, praeda gentibus patuit externis.*) Britonum[b] siquidem proxima vis limitem transgressa antiquum, Namneticam regionem, Andegavensem quoque[c] Meduanam[2] usque fluvium vastando caedibus atque incendiis in suam redegit potestatem. Obstiterat quidem Lanbertus[3] iam pridem 5 id adnitentibus[d]; sed iussu regis loco cedens, Britonibus[b] explere conatus permisit barbaricos. Praeterea Normanni, gens aquilonalis[e], nostro generi plus aequo praecognita[f], non iam piraticam exercendo, sed[g] libere terras, nullo resistente[h], pervadendo[i] omnem oram[k] maritimam pessumdedit[l] atque, ut verius dicam, in vastam[m] redegit solitudinem. Fuerant eorum pessimi conatus saepe a ducibus illarum regionum sibimet succedentibus[n] frustrati, 10 Lanberto scilicet atque Rotberto[4] necnon Ramnulfo[o, 5]; sed illis varia pereuntibus sorte, omnis fere Niustria[p], quae a Genabensi[q] urbe**) per transversum Luteciam usque Parisiorum pertingit oppidum, Normannicae patuit feritati. Inruptionibus namque creberrimis cuncta vastando circumeuntes, primo pedites quidem, eo quod equitandi peritia deesset, deinde equis[r] evecti more nostrorum, omnia pervagantur. Interea stationem navium suarum 15 acsi asylum omnium periculorum[s] in insula quadam coenobio Sancti Florentii subposita conponentes, mappalia quoque instar exaedificavere[t] burgi, quo captivorum greges[u] catenis asstrictos adservarent ipsique pro tempore corpora a labore reficerent, expeditioni ilico servitura[v]. Ex qua inopinatos discursus agitantes, modo navibus, modo equis delati, totam 853. circumcirca delevere provinciam. Et primo quidem adventu urbem Namneticam incendio[w] 20 854. cremavere[6]; dein[x] Andegavensem percurrentes regionem, ipsam quidem civitatem concremant, Pictavorum vero castella[y] atque vicos omnemque patriam a mari usque eandem Pictavam urbem populantur[c], vastant, caedibus replentes omnia. Sequenti tempore[7] navigio 853. Turonum[z] veniunt, eamque de more stragibus oblplentes, ad postremum ignibus tradunt, populata omni circumquaque regione. Haud longo post superiora Ligeris amnis navibus 25 856. expetentes[a], Aurelianis perveniunt captamque urbem auro distrahunt, Agio tunc temporis praesulatum[b] praefatae urbis gerente[8]; sicque ad tempus recedentes, secundo adventu 865. praedictam civitatem combustione dissipant, matre dumtaxat ecclesia, quae in honore sanctae Crucis, iubente Constantino augusto, a beato praesule Evurtio sacrata erat, studio bonorum hominum remanente[9]. Quid denique solius Niustriae[c] clades memorando stilum 30 protrahimus? Aut[d] solae quattuor supra memoratae urbes excidii damna sensere? Quid Lutecia[e, ***)], Parisiorum nobile capud, resplendens quondam gloria, opibus, fertilitate soli, incolarum quietissima pace, quam non inmerite[f] regum[g] divitias, emporium[h] dixero populorum? Non[i] magis ambustos cineres quam urbem nobilem potis est cernere? Quid proinde Bellovacus[k], quid Noviomagum[l], et ipsae quondam Galliarum praestantissimae 35

*) *In marg. eadem manu add.* 2: Pervasionem Brittannorum antiquum limitem, id est cornu Galliae, transgressorum.
**) *In marg. add.* 2: id est Aurelianensi.
***) *In marg.* 2: Lutecia id est Parisius, *ubi huius capitis alia quoque nomina locorum et personarum in margine indicata sunt.* 40

a) i. o. 1. b) Bricton. 1. c) et *add. B.* d) anit. 2. e) aquilonaris 3. *C.* f) percognita 2. g) sed — pervadendo *des. F. M.* h) obsist. 3. *C.* i) pervand. 1. k) horam 1. l) persumd. 1. m) vastem 1. n) succedentium 1. 3. *edd.* o) Rain. *F. M. C.*; Rein. *B.* p) Nustria 1; Neustria 2. 3. *edd.* q) Genavensi 3. r) equus 2. s) latrunculorum *edd.* t) aedificaverunt *M. C.* u) gregis 1. v) servituri 1. w) incendiā 1. x) *deest F. M.*; inde *B.* y) castellas 1. z) Turonis *B.* a) et *add.* 1. b) praef. u. praes. 3? *edd.* c) Neustriae 2. 3. *edd.* 45 d) au 1; haud *B.*: haut *M.*; *forte legendum* An. e) Loteria 1. f) immerito *edd.* g) regnum 1. h) imperium *corr.* imporium 1. i) Nunc 2; Num 3. *edd.* k) Bellovagus 2. 3. l) Noviomainum *corr.* Noviomagum 1.

1) Cf. Ann. Bertin. a. 844; Ann. Engolism., SS. XVI, p. 486 (Chron. Aquitan., SS. II, p. 253). 2) Mayenne. 3) II. comes Namnetensis. Cf. Dümmler l. l. I, p. 334. 4) Forti comite Andegavensi. 5) Comite Pictavensi, qui a. 866. cum Roberto Forti a Nortmannis occisus est. 6) Primo Namnetum civitas a. 843. a Nortmannis vastata est; sed quae praecedunt ad a. 853. haec referenda esse ostendunt. Cf. Dümmler l. l. I, p. 367. 7) Turones civitas ante Andegavensem, haec a. 854, illa a. 853. vastata est. 8) Duas incursiones Nortmannorum hoc loco auctor confudisse videtur. Primo enim a. 854. Aurelianum aggressi, episcopis Aurelianensi et Carnotensi bellum parantibus, recessisse dicuntur in Ann. Bertin. 50 Deinde vero a. 856, Apr. 18. eandem civitatem ceperunt et combusserunt. Ad primam incursionem a. 854. referri possit, quod dicit *urbem auro distrahunt.* Et hoc ipsius verba suadere videntur cap. 36: *ut iam supra breviter memoravimus, bis civitate incendio concremata, tertio distracta.* Cf. etiam c. 34. 55 9) Cf. Ann. Bertin. a. 865: *praeter ecclesiam sanctae Crucis . . . quam flamma vorare non potuit.*

urbes? Nonne et ipsae inruptionibus Normannicis atque hostili gladio concidere? Piget[a] referre coenobiorum nobilissimorum[b], tam virorum quam feminarum Deo devote servientium, excidia stragesque non ignobilium plebium, captivitates matronarum, virginum ludibria ac cuncta quae victis victores inferre valent infanda tormentorum genera. Quid 5 Aquitanicae gentis ingentem referam afflictationem[c], quae olim bellorum nutrix, nunc frigidam bello praeferat dextram, suisque orbata luminibus, ducibus egeat alienis? Etenim ipsa quoque optimos quosque genitalis soli in sese elidens, patet nunc praeda gentibus[d] alienis. Ab[e] ipso quippe[f], ut ita loquar, oceani litore orientem versus, Arvernum[g] * usque, clarissimam veteri tempestate Aquitaniae urbem, nulla[h] libertatem[i] retinere valuit regio. 10 Non oppidum aut vicus, non denique civitas, quae non strage ferali conciderit[k] paganorum. Testatur id[l] Pictavis, fecundissima quondam urbs Aquitaniae, hoc Santonum[m], hoc Engolesima[n], hoc Petrogorium[o], hoc Lemovicas, hoc[p] certe Arvernus[q], terminus nuncusque barbarici gladii, ipsumque Avaricum[1] **, capud regni Aquitanici, proclamant, nulla scilicet bellica obviante manu, hostili graviter sese concidisse incursu. His atque[r] huiuscemodi[s] 15 malis[t] per triginta ferme annorum curricula[u] Galliis[v] non absque piaculo quorumlibet detritis, cultus quoque divinae religionis quomodo processerit, utrum necne floruerit, in promptu est cuilibet, licet[w] tardioris ingenii, mortalium persentiscere. Quis enim christianae[x] religionis ordo normam eo propositi[y] ad liquidum exequitur[z], ut non magis praevaricator mandatorum Christi iudicetur, si actuum executio[a] rite[b] vestigetur? Unde non inmerito 20 talibus, hoc est nobis transgressoribus praeceptorum[c] suorum, ultionis vindictam, olim per prophetam repromissam, videtur infligere. Dicit enim comminans[d] per Ieremiam prophetam: *Pro eo quod non audistis verba mea, ecce ego mittam et assumam universas cognationes* (Ier. 25, 8-11.) *aquilonis, dicit*[e] *Dominus, et adducam eas super terram istam et super habitatores eius et super omnes nationes, quae in circuitu illius sunt; et interficiam eos et ponam eos in stuporem* 25 *et sibilum*[f] *et in solitudines sempiternas, perdamque ex eis vocem gaudii et vocem laeticiae, vocem sponsi et vocem sponsae, vocem molae et vocem*[g] *lucernae; et erit universa terra eius in solitudinem et stuporem*[h]. Itemque per Ezechielem[i] prophetam: *Fac conclusionem, quoniam* (Ezech. 7, 23-26.) *terra plena est iudicio sanguinum, et civitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de gentibus, et possidebunt domos eorum; et quiescere faciam superbiam potentium, et possidebunt sanctua-* 30 *rium eorum. Angustia superveniente, requirent pacem, et non erit. Conturbatio super conturbationem veniet et auditus super auditum; et requirent visionem de propheta, et lex peribit a sacerdote et consilium a senioribus.* Et post pauca: *Secundum viam eorum faciam eis et* (ib. v. 27.) *secundum iudicia eorum iudicabo eos, et scient*[k]*, quia ego Dominus.* Est itaque cernere comminationem propheticam nostro adsignari aevo, quando ob scelerum immanitatem populus 35 quondam Dei et oves manuum eius dati sunt nationibus in depraedationem captivitatemque durissimam; atque solum nupera[l] florentissimum aetate ubere glebae[m] cunctarumque opulentia rerum redactum est[n] in vastitatem ac solitudinem extremam. Libet igitur cum propheta David veraciter exclamare: *Iustus es, Domine*[o]*, et rectum iudicium tuum!* atque cum (Ps. 118, 137.) alio[p] humiliter implorare: *Domine, miserere nostri, te enim expectavimus; esto brachium* (Es. 33, 2.) 40 *nostrum in mane et salus nostra in tempore tribulationis!* Haec de excidio iocundissimae patriae breviter litteris[q] mandare libuit, quo his quae consequenda erant clariorem paremus viam. Omissis scilicet infandis malorum cladibus, quae ipso sui horrore et execratione stili cursum in semet hebescere[r] cogunt, iam nunc ad propositum redeamus.

34. Interea Normanni, ut supra paucis praelibavimus, secunda irruptione Aurelianis (865.) 45 aggressi, urbem ambustione concremant, parsque illorum, duce Bareto[s], cum quadraginta navibus monasterium sancti patris[t] Benedicti expetunt, quod ab urbe Aureliana[u] decem et

*) *In marg.* 2: Arvernus id est Clarus-mons. **) *In marg.* 2: Avaricum id est Biturig.

a) et *e corr.* 1. b) nobilisimorum 1. c) aflictionem *corr.* affl. 1. d) gentebus 1. e) Ap 1. f) quoque *B. C.* g) Arvernam 3. *C.* h) nullam 3. i) a libertate 1. k) cecid. *M.* l) hoc *edd.* m) Sanctonus 2; Sanctonae 3. *C.*; 50 Sanctonum *F. B.* n) Egolesima 1; Engolisma 3. o) Petrogoricum 2. p) e *add., sed expunct.* 1. q) Arvernis 2. 3. r) itaque 1. s) huiusmodi 2. 3. t) mali 1. u) spatium 2. 3. *edd.* v) Gallis *F. M.* w) mort. l. t. i. *B.* x) o. n. chr. rel. *B.* y) proposito 2. *B.* z) *in marg. corr.* exseq. 1. a) exsecucio 1. b) recte invest. 2. *B. C.* c) mandatorum *B.* d) cominans 1. e) ait 2. 3. *edd.* f) in sib. 2. *Vulg.* g) lumen 2. *Vulg.*; lucem 3. h) in st. 2. 3. *Vulg.* i) Ihezech. 2; Iezech. 3. k) scies *F.* l) nuper afl. 1; nuper 2. — aet. fl. *B.* m) gleba *M.* 55 n) redactumque in 2; est *deest* 3. *F. M. C.* o) đ 2. p) altero 2. 3. *edd.* q) leteris 1. r) eb. 3. s) Barato 3. t) *deest* 2. 3. u) Aurelianensi *F. M. C.*

1) Bourges.

octo[a] distat[b] milibus. Illud denique vacuum habitatoribus repperientes, cunctis vero mortalium temporaneis[c] refertum commodis, more sibi familiari praedantur, dissipant, ad postremum vero igni inmisso adurunt. Aberat iam tunc corpus sacratissimum confessoris Christi Benedicti; siquidem prima vastatione praefatae urbis, curam huius sacri loci agente Bernardo[1], nobilissimi generis viro, lèvatum a loco sepulchri sanctissimum corpus in scrinio cum honore congruo repositum est, sicque in loculo gestatorio collocatum, qualiter quocunque fugiendi impelleret[d] necessitas, a fratribus, fugae praesidio sese tuentibus, deferri[e] posset. Sed gratia Christi agente, gentili gladio sedes sibi aptatas[f] repetente, sanctissima menbra loco conduntur proprio. Secundo vero incursu hostium, iam praelibato abbate ultimos[g] sui regiminis decurrente soles[g], iterum levatum sanctissimum corpus atque in loculo vectatorio[h] depositum, hac illacque, prout oportunitas fugae se obtulit, a fratribus defertur. Non tamen infra haec temporis spacia gratia divina servos suos, quanquam miserabiliter[i] peregre incertisque sedibus iactatos, oblivisci dignata est, quin miraculis solaretur per dilectissimum suum patratis; quatinus titubantia propter tot adversos[k] casus hominum corda ex praesentia tanti[l] patris, virtute quoque prae oculis habita, abundantius roborarentur[m]. Post exhaustum[n] namque gravi grassante[o] incendio coenobium, nulla iam soli gratia remanente, quippe cui[p] non templa divinis cultibus apta, non[q] lares diversis extructi[r] usibus, non horrea, non penora[s], non certe quippiam decoris aut utilitatis restiterat, nudique[t] maceriarum parietes stuporem spectantibus oculis horroremque magis quam decus aut gloriam praeferrent[u]: compulsi[v] fratres, domum quondam quieti aptatam interpositis partientes arcubus, de parte umbram[w] finxere minoris sacelli, in quo fabricato altare[x], divinum officium interdiu celebrabant[y]. Quo etiam in loco corpus beatissimi deferunt Benedicti in loculo adhuc gestatorio positum. Dum igitur sancta eo quiescerent menbra, Deo operante, tale quoddam accidit miraculum[z].

35. Tempore praefixo, hoc est septima feria, per tocius cursum anni ex villis in proximo constitutis more consueto orbis ad distrahendas seu coemendas merces populus confluere solet in loco iuxta monasterium posito qui dicitur Vetus-Floriacus. Quadam itaque die sabbati duo conpares locum adeunt mercandi gratia; quorum alter in sacculo, ut ipse ferebat[a], duodecim habebat denarios, quos simul ex mercibus distractis acceperant, eosque inibi inter se dividere convenerat[b]. Sed dum ille qui nihil ex eis habuerat a socio sibi debitam requireret partem, ille vero se ei reddidisse[c] fatebatur[d], contentione oborta, iudex fori Engilraus[e] vocabulo accurrit. Cumque litem dirimere vellet, atque ille qui precium habuerat compari [suo[f]] se reddidisse modis omnibus affirmaret, nec dictis eius fides adhiberetur, necessitate conpulsus, dexteram contra basilicam extendens, cum furore iuramentum protulit, ita inquiens: 'Per istum sanctum Benedictum, ego illos ei reddidi denarios'. Quod quia temere ac falso iuraverat, nequaquam ex inpunitate gavisus est. Siquidem manum, quam cum brachio inprovide peieraturus tetenderat, ad se revocare nequiit[g]; sed in suo conamine obrigescens, stupida remansit. Territi omnes qui aderant, quid consulto opus esset, scrutantur e vestigio. Nil vero consilii salubrioris repertum, quam ut reus virtutem iam expertus divinam, veniam petiturus aedem sacram expeteret. Quod ille impiger executus[h], deiectus animo ac supplex[i], ecclesiam petit, deferens altera in[k] manu, quae poenae obnoxia nequaquam fuerat, voti gratia furcam ferream tridentem. Postremo[l] sternitur ante sacratissimam tumbam, vacuam quidem sancto corpore, sed virtute divina ex societate quondam piorum[m] ossuum[n] refertam, veniamque temeritatis ac criminis ex periurio contracti exorat, simul etiam misericordiam Domini precatur, quatinus interventu piissimi pastoris, cuius venerabile nomen sacramento velud vilissimam[o] attemptaverat rem, sanitatem assequi mereretur[p]. Affuit clementia Conditoris precibus affectuosis miseri poscentis auxilium eximii ducis, eiusque intercessione medelam infirmus consequitur laetusque forum repetit. Sed ne forte plurima tristicia pro perditis absorberetur nummis[2], consolari eum Dominus dignatus est eius virtute cuius auxilio salutem illi voluit conferre. Namque, mirabile dictu! cum omnis fere populi multitudo a[q] foro ad[r] propria recessisset[s], paucique admodum remansissent, eo in loco quo maior discursus fuerat plebis respiciens, vidit sacculum iacentem cum nummis quos perdiderat. Quem recolligens, gaudio maiore afficitur, non solum[t] pro salute corporea[u], verum etiam pro invento paupertatis suae[v] laborioso questu.

a) VIItem 3. b) m. d. *corr.* d. m. 2. c) temporalibus *C.* d) impleret 1. e) deferre *C.* f) abt. 1. g) ultimo — sole 2. 3. h) vectario *F. B. M.* i) miseraliter 1. k) *deest C., ubi* hom. c. l) *deest* 2. m) roborantur 1. n) exactum *ead. manu corr.* exaustum, *et idem in marg. iterum scriptum* 2. o) crass. 1. p) qui *M.* q) nulla res div. 1. r) extructis 1. s) penus *B.* t) undique 1. u) preferent 1. v) compuli 2. w) urbram 1. x) altari 2. 3. *edd.* y) celebrant *B.* z) miracula 1. a) refer. 2. *C.* b) convenerant 2. 3. *M. C.* c) reddidisset 1. d) fateretur 2. 3. *edd.* e) Engeraus *B.* f) *deest* 2. 3. *edd.* g) *ita* 1; nequit 2; neq̇t 3. h) exsec. 1. i) supl. 1, *corr.* suppl. 2. k) im 2. l) Postea 1. m) priorum 3. *edd.* n) *sic* 1. 3; ossuorum *corr.* ossuum 2. o) vilissiñ 1. p) mererentur 2. q) o 1. r) a 1. s) recessiset 1. t) solu 1. u) corporrea 1. v) paupertatisue 1.

1) Abbate scilicet, qui occurrit a. 853—865. 2) De quibus perditis auctor supra nihil commemoravit.

Huic admirabili signo aliud adicitur[a], annuente Christi gratia, longiori[b] quanquam terrae interstitio[c].

36. Est intra moenia urbis Aurelianae aedes in honore[d] sanctissimi Benedicti[e] constructa a venerabili praesentis loci abbate nomine Medone[1], parvula quidem, sed in secretiori, ut eo putabatur tempore, loco sita[f] civitatis, ac per hoc aptissima monachis et abbati in necessariis rebus agendis habitatio. Porro circa tempora hiemis inruptionem in superiora meditantibus[g] paganis, necessitate fratres coacti eo se conferunt. Certe, ut iam supra[2] brevi[h] memoravimus, bis civitate incendio concremata, tercio distracta, nullus iam ei[i] defensionis ac tutelae videbatur usus inesse, donec venerabilis pontifex eiusdem urbis cum summa dicendus reverentia Galterius[k, 3], Deo inspirante, muros per[l] cuncta fere destructos civitatis sagacitate nobilis ingenii, qua praepollere cognoscitur, restaurans, defensioni coaptaret populorum. Huc itaque servi Dei devenientes, tempus pro oportunitate religiosae transigunt vitae. Affuit autem inter haec apud sacram aediculam quaedam femina ex burgo civitatis capta[m] viribus corporis a renibus inferius, ita ut nequaquam pedibus incedere posset, sed per terram reptando scabellorum[n] magis iuvamine sese protraheret. Quae, excubando pro foribus ipsius ecclesiae, elemosinis[o] religiosorum fratrum pasci solita erat. . . . . . .

38. Capud[p]-Cervium[4], pagus quidam Aquitanicae provinciae, regia liberalitate coenobio Sancti Benedicti donatus, multis vicinorum[q] insectationibus et maxime primorum patriae a potestate huius loci desciverat[r]. At post longum[s] temporis spacium maximo labore[t] servorum Dei propriae restitutus[u] potestati, consilium[v] necessarię repertum est, ut, habitatione congrua monachis quoquo modo inibi constructa, assidue monachi duo vel tres ibidem persisterent, quousque faciles Aquitanorum animi ad nova quaeque leviter[w] molienda instantia fratrum ab optinendarum[x] rerum quiescerent fiducia. Mittitur ad id enitendum Raganarius monachus, magnae vir[y] religionis, qui olim ab imperatore Hludovico[z] cum aliis Hierosolimam[a] missus fuerat, atque cum eo Segevertus presbyter ac monachus. Qui cellulam in praedicto compingentes loco, omnem Aquitanicae genti abstulere harum repetendarum rerum fiduciam[b]. Extitit eo[c] tempore quidam vir eiusdem plebis haut[d] ignobilis Stephanus nomine, qui aliquam[e] partem fundi proprii cuidam servorum sancti Benedicti, accepto precio, distraxit. Servus autem ille fundum absque aliquo fructifero cultu adeptus, vacuam nequaquam permisit esse tellurem, sed eam optime excolens, vineam inibi plantavit atque, quoad vixit tempore, in proprios retinuit usus. Decedente[f] illo, dominus quondam[g] ipsius terrae, de quo[h] praefati sumus, quod vendiderat rursus repetere conatur. Advocatus vero una cum Raganario monacho ad locum cessionis[i] terrae iuxta morem legis adveniens, praedictam vineam ad ius ecclesiae[k] sancti Benedicti sua auctoritate delegavit[l]. Proinde Stephanus, inpatientia levis animi[m] commotus, Raganario monacho ita ut sedebat in equo propinquans, furibunde locutus est: 'Tibi dico, Raganarie monache, qui trans mare Iherusalem requisisti, per[n] hunc testor ensem, quando tu et ego ab hoc recesserimus loco, sanctus Benedictus ex hac[o] vinea nullam habebit potestatem'. Cui defurenti[p] Raganarius infit: 'Certe ego ignoro, tu vero nescis, utrum ab hoc loco recedere[q] pro voto[r] possimus'. Ille[s], iterum concusso ense, iuramentum[t] repetens, affirmavit se absque gratia sancti Benedicti ab eo regressurum loco. His dictis, confestim ab equo[u] corruens, contritis conlisisque omnibus menbris, in gestatorio[v] ad domum propriam a suis revehitur[w]. Et vinea quidem potestati Sancti Benedicti relinquitur[x]; ipse vero Stephanus, longo consumptus languore[y], moritur[z].

39. Rege Karolo Francorum disponente regnum, fames admodum gravis universas occupavit Gallias[5], clades etiam ex insectatione[a] paganorum non modica totam oceani[b] incolentem littora adtrivit[c] gentem. Sed, ut terciam iuxta prophetam[d] orbis experiretur plagam, graves inmissae sunt[e] bestiae, quae famem clademque effugientes barbaricam hianti[f] ore exciperent. (Ezech. 14, 21.) Accidit autem ea tempestate, ut mulier quaedam, ex Matriniacensi egressa praedio[6], infantulum minusculae aetatis secum deduceret[g], quo[h] cum aliis suae aetatis luderet[i] infantulis[k], ipsa longius cum plurimis viris ac mulieribus prospectante, cum[l] subito lupus, a silva egressus, filium mulieris illius[m] rapuit, ac sustollens, non silvam repetiit, sed per camporum spacia exportare[n] coepit. . . . . . .*

EXPLICIUNT[o] MIRACULA SANCTI BENEDICTI.

*) *In calce huius capitis in codice Patriciacensi a Bollando viso haec nota ab aliquo addita erat:* Hucusque venerabilis Adrevaldus, qui et Adalbertus aestimatur nominatus, historiam miraculorum sancti patris Benedicti texuit, duas vero quae sequuntur sententias domnus Adelerius adiecit.

a) addic. 3. b) q. l. *B.* c) sti *e corr.* 1; institutio 2. d) hoonore 1. e) Beneddicti 1. f) c. s. *B.* g) meditacio 1. h) br. supra 1; breviter 3. *C.* i) eis 3. k) Gauterius *post corr.* Gaulterius 1; Walterius 2. l) civ. p. c. f. d. *B.* m) capta — inferius *des. F. M.* n) scamell. *F. M. C.* o) elemosin. *post corr.* helem. 1; elemosin. *corr.* elemosyn. 2. p) Apud 1. 2. 3, *sed in* 1 *primo* apud *scriptum, littera initiali omissa, postea demum corr.* Apud. q) viciorum 3. r) disc. 3 s) longun 1. t) s. D. l. *B.* u) est *add. B.* v) consiliumque necessario *F. B. M.* w) *deest B.* x) ab hac potiendarum rer. 2. 3. *edd.* y) vir magne 1; m. rel. vir 3. *C.* z) Ludovico 1. 3. a) Hierosolimis *corr* Hierosolimam 1; Hierusolymam 2; Ierosol. 3. b) fiducia 1. c) eodem 2. d) aut 1. e) aliq 1. f) Reced *B;* Decend. *F.* g) *deest F. M. C.* h) qua 2. 3. *F. M. C.* i) sess. *C.* k) *deest F. M.* l) retinuit 2, vendicavit 3; revocare nitebatur *edd.* m) animo 2. 3. n) p̄ 1. o) ac 1. p) fur *B. M.* q) pro v. rec. *B.* r) voco 1. s) Illo 2. t) iuramento 2. 3. u) eo *M.* v) gestario *F. M.* w) refertur *edd.* x) reliq. 1. y) langore 1. z) finitur 2. a) insectione *F.;* infestat. *B.* b) t. per oc. litt. *F. M. C.* c) autrivit 1. d) propheta 1. e) *deest* 1. f) hinanti 1. g) ducerent *corr.* deducerent 1. h) qui dum *B.* i) colluderet *B.* k) infantulus 1. 2 *corr.* infantulis 1. l) *deest B.* m) istius 2. 3. *C.* n) deport. *B.* o) *ita* 1 *in fine huius cap., qui hic desinit.*

1) Cf. supra p. 485, n. 1. 2) C. 33. 3) Occurrit a. 869—891. 4) Sacierges (dép. Indre, cant. St.-Benoît-du-Sault). Cf. Aimoini Mirac. S. Bened. II, 15. III, 4, ed. Certain p. 117. 133. 5) Forte de a. 874. refert, quo anno famem per Gallias saevisse, Ann. Fuld. tradunt. 6) Marigny (dép. Loiret, cant. Orléans). CERT.

ADDITAMENTUM AUCT. ADELERIO.

40. Mirabilis[a] Dei[b] nostri virtus et sapientia, quae beatissimum patrem Benedictum mirificat, glorificatum secum retinens in caelesti curia, eius reverendum cunctis mortalibus corpus mirificari[c] in terris haud desistit iugiter miraculorum frequentia. Nam, sicut a prioribus nostrae tempestatis viris atque studio[d] veracis assertionis probabilibus[e] credibili relatu comperimus, saeculis factum[f] memoriale[g] larga[h] Dei celsitudo per saepe fatum sibi dilectum clementi dignationis suae munere operari[i] dignata est.

Iul. 11. Contigerat aliquando sacratissimae eius translationis festivitas, ad quam, temporis orbita redeunte, plurimae confluxerant diversae numerositatis undecunque catervae, non solum a circumpositis, verum etiam a quibusque provintiarum remotissimis locis. Denique in celebratione tantae festivitatis praeconiis nocturnalibus decore competenti a fratribus[k] persolutis, nondum aurorae clare[l] refulgentibus radiis, quietis gratia sua quique petiere cubilia. Quidam vero e[m] fratribus, cui tuendae[n] basilicae cura delegata erat, cum ad nanciscenda supernae aeternitatis gaudia iugiter intentus, suorumque peccatorum omni devoti cordis devotione a Domino deposcens indulgentiam, cum[o] e vestigio sacrati corporis ante altare resideret, psalmorum ac precum melodiam consueto sibi more satagebat persolvere devotissime. Qui etiam inchoata altius protelans, lassitudine cogente, obdormivit. Cui mox quidam senior honestatis formositate [decorus[p]], reverendi habitus assistens, quid fratres agerent atque[q] quonam secesserant, iocundo affamine inquisivit. Ille autem protinus dormitum isse[r] respondit, quo post aliquantulam corporeae necessitudinis recreationem diurni officii uberius valerent persolvere modulationem. Admirans itaque, quis iste foret qui sibi haec imperando depromeret, beatissimus ad eum: 'Ne mireris', inquit, 'ob praesentiam, quam perspicis, mei, certissime sciens, me fratrem Benedictum vocari, praesulem ac defensorem huius constitutum loci. Fratribus etenim ex me salutes dicito in conventu generali, et ad celebrationem missae solemnis sint praescii, quia in executione nocturnalis officii psallentibus eis[s] praesens adesse nequivi. Namque fratri Aimerico[t] in partibus Britanniae obeunti[u] veniam delictorum a Domino obtinui, atque de faucibus inimici eripiens, perhennis vitae sedibus feliciter sublimavi. Cognoscant igitur, te fatente, postquam, Deo[v] disponente, corporis mei praesentia a partibus eoys in his[w] occiduis oris transvecta est, nullum eorum damna passum fore[x], aeternae quietis[y] munere donatos, caelestis patriae sublimibus locis [Christum[z] eos] collocavisse'. His dictis, visio astantis simul et colloquentis ablata est. Ut vero se lux diei clara[a] terris infudit, fratribus a[b] somno experrectis, idem sonitu fusilis tabulae[c], olim reserandae locutionis gratia compactae, abbatem[d] Teodebertum[e, 1] cum reliquis asciscens, salutationis verba depromit et cuncta quae Benedictus pater dicenda praeceperat eis per ordinem retulit. Qui omni corpore terrae deflexo adorantes, laetabundis animis laudes innumeras Deo et provisori suo retulerunt unanimi devotione; ne[f] quid incongruum advenientis aspectus offenderet[g], quisque se[h] studuit procurare. Quanquam enim specialiter, cum sui praesentiam fratribus praestolandam innotesceret, qui[i] in dominicis eis praeceptis persistentibus saltem ne ad modicum quidem[k] usquam[l] abesset, tamen ad declarandam suae virtutis potentiam communemque cunctorum laeticiam sese praesentem demonstravit per divinae operationis efficatiam. Nam aliquid magni se vel videre vel cognoscere cuncti[m] credentes, accidit, ut post recitationem[n] sancti euangelii omnes, quicunque aliquo molestabantur incommodo, quosque sacrae basilicae retentabant limina, cum optatae sospitatis munere quisque repedaret ad propria. Sexaginta denique utriusque sexus et aetatis curati sunt[o] homines, omni magnificentia Deo laudes, Deo gratias et beatissimo patri Benedicto in commune[p] referentes. Tanta siquidem perfecta Dei operatione liquido cunctis patuit, quia noster Benedictus inter missarum solemnia praesens fuit.

41. Interea[q] rex Karolus[r], fratribus duobus vita humana decedentibus, tercioque Hlothario[s] ob poenitudinem, qua patrem carcerali mancipaverat custodia, monacho apud[t] Promiae* monasterium effecto, totius paterni imperii summam assecutus[2], gratum se cunctis et favorabilem praebens, nonnullos Francorum in suae unanimitatis allexerat augustalem[u] sublimitatem. Sicque in virum perfectum sese quottidie extendens, ita christianissimi animi[v] sui in ditandis[w] sanctorum coenobiis strenue exercebat devotionem, ut nemini[x] priscorum regum, qui regii nominis claruerunt dignitate, impar visus sit in omni sancta religione. Nam inter[y] caetera quae huic loco contulit munifica affluenti sua largitate sacerdotale indumentum, quod

*) *In marg. coaeva manu saec. X. add.* 2: Promia monasterium est nobile atque regium intra silvam Arduennam in honorem sancti Salvatoris mundi constructum.

a) Mirab. — mirificat *rubris maiusculis scripta, ut semper in capitum initio* 2. b) Domini *edd.* c) *ita* 2. 3. — in *deest* 2. d) studiis 3. *C.* e) probatis *B.* f) fatum *corr.* factum 2. g) *deletum* 2. h) larga — fatum *des.* 2. i) operare 3. *C.* k) a fr. *des.* 3. *F. M. C.* l) clarę 2. m) ex *F. B. M.* n) tutelę 3. o) *deest edd.* p) *deest* 2; ac *add. edd.* — rever. *deest* 3. q) *deest* 2. r) esse *C.* s) meis 3. *F. M. C.* t) Adimer. *B.* u) obeunte 2; abeunti *M.* v) *deest* 3; disp. Deo *edd.* w) has occiduas oras (terras *C.*) *edd.* x) fuisse sed aet. *B. C.* y) sed *h. l. add. F. M.* z) Chr. eos *des.* 2. 3. a) l. cl. 3. *edd.* — infundit 3. b) *deest F. M. C.* c) tubae *B.* d) abbate 2. e) Teob. 3; Teotb. *F. B.*; Theotb. *M.*; Theob. *C.* f) et ne *edd.* g) ostend. *M.* h) *deest B.* i) *deest B. M. C.* k) quidam *F. M.* l) usque 2. *B.*; unquam *C.* m) cunctis credentibus *edd.* n) retitat. 2. o) curatis hom. 2. p) communi *edd.* q) 4. 4a *incipiunt rubra praemissa:* Miracula sanctissimi Benedicti abbatis. r) Carolum *F.* s) Loth. *h. l.* 2; Lhotario 3. 4. t) Prumiae ap. 3. *edd.*; ap. Prumiae 4. u) augustabilem 3. v) an. sui *des. F. M. C.* w) dict. 4. x) neminem 3. 4. y) ea *add., sed del.* 2.

1) Sedit circ. a. 876—885. 2) Minime. Et imperator Ludovico vivo coronatus est.

ex capella Hlotharii[a] fratris sui abstulerat, dum ex bello reverteretur Fontanetico, devotissime praebendo concessit, necne[b] duo vasa aurea, pondo librarum . .[c] appreciata, cum euangelii textu subtili[d] operis diversitate fabrefacto[e] solemni donatione per se ipsum ob medelam animae suae studuit conferre. Verum, ut praefatum est, vita[f] obeuntibus fratribus, Romam apparatu magno[g] proficiscens, favore plebis totius imperator et augustus Romani imperii appellatus est. Cumque in redeundo[1] Italiae[h] fines attingeret, quorundam malivola deceptione illectus, apud Papiam civitatem[2] non sine maximo suorum luctu pridie Nonas Octobris vitam veneno finivit. Huius postmodum filius vocabulo Hludovicus[i] regnum patrium suscipiens, vix duobus annis eo potitus, laboriosum quibusque nobilibus regni sui consecravit initium. Normannica[k] siquidem gens, quae, iam bis vagina[l] suae habitationis exempta, pyraticam totiens[m] exercuerat, demum de patris[n] eius morte vires resumendo, intra terminos regni Franciae libere, paucis resistentibus, cladem malignitatis[o] suae inferebat continue; et primum partes aggressa Neustriae[p], caedibus et rapinis tota conaminis sui perversitate intenta, quaeque prius desiderabilia et vitae humanae commoda videbantur, diripere et in suos nefarios usus convertendo satagebat redigere. Peregissetque inchoata, nisi Hugo[q] nobilissimus abbas[3] strenue rem publicam[r] gubernans, cum armis, tum consiliis suis et virtute eius barbaricos conatus reprimendo, maximam ex eis manum peremisset. Quod[s] qualiter huius per[t] virtutem patris Benedicti potenter effecerit, paucis subiciendum censemus. Igitur pertransiens, ut diximus, nullo obsistente, plurimarum portus civitatum, Aurelianis devenit, indeque altius gressum protendens, ad monasterium Floriacum, cladem inflictura, accedere contendit. Porro fama vulgante istud iam pridem fratres compererant, competensque eis visum est, ut loco cederent et praesidio oportunitatis necessariae[u] communirent. Proinde diversorum vehiculorum[v] plaustra[w] aptata, quaeque pretiosa in eis componentes[x], cum suppellectili reliqua ad praedium Matriniacense[y] decernunt contendere, quatinus illic quoquo modo tuta sua omnia possent esse. Ast eadem perfida[z] natio monasterium deveniens, speque sua frustrata, nichil in eo quod diripere praeter parietes valeret reperiens, tandem plaustrorum recentia[a] vestigia perspecta, eo tendendum deliberat, quo fratres isse[b] suspecto animo aestimabat, ut, meliora[c] eorum direpta, voti[d] compos rediret pro[e] tanta victoria. Praevenitque[f] ipsorum nequam consilium omnipotentia misericordis Dei, quae eos ex[g] sua virtute protereret et innocentem plebem a maligna eorum infestatione benigne defendendo salvaret. Nam tum[h] praedictus venerabilis vir Huc[i] [4], a partibus Burgundiae ob sui[k] utilitatem necessitatis[l] forte Dei consilio vocatus, ad hos fines contendebat[m], propterque[n] monasterium perveniens, relatu suorum addidicit, fratres ab hostibus subsequi ac ocissime depraedari, nisi Dei liberarentur virtute mirabili. Denique, hoc comperto, animum in diversa[o] protrahens[p], utpote cui militum parvus admodum inpraesentiarum[q] aderat numerus, anxiari super hoc multimode coepit et taederi[r], qualiter[s] occurrendum foret, intra semet ipsum revolvens, tantae multitudini. Tandem hortatu Girboldi[t] nobilissimi Autisiodorensium comitis animum congrediendi[u] bellum assumpsit, asseverans[v], nulla unquam discrimina[w] passum fore, qui beati Benedicti patris servitutis gratia adversantium agmini sese inmiscuerit. Roboratis ergo hac exortatione[x] animis, confisi meritis et auxilio excellentissimi patris, haud procul a monasterio hostes prosequuntur[y] a tergo; consertique[z] forti animositate gravi praelio, tanta depopulationis strage in eos bacchati sunt, ut ex tanta populi numerositate vix superfuerit[a] aliquis, qui belli eventum intimaret posteris. Patrata itaque desiderabili victoria, belli dux suos interrogans, requisivit, si forte quempiam reverendae visionis monachum inter densitates hostium sibi viam pandentem proprio visu contemplati essent[b]. Quibus* respondentibus, se in illo praelio neminem monachorum vidisse, statim ille: 'Sanctus', inquiens, 'Benedictus me per totum belli huius certamen protegens, sinistra manu equi mei habenas dirigendo ac custodiendo tenuit, dextra vero baculum manu tenens,

[Marginal dates: 841. — 875. — 877. Oct. 6. — 878.]

*) 4 *ita:* Percontanti respondetur, a cunctis nem. in id bellum visum fore huiusmodi habitus virum. At ille subiciens: 'Sanctus', inquit, 'Ben. me per totam huius pugne aciem precedens, leva manu habenas equi moderans cui insidebam, dextra vero capita hostium ictu valido proterens, me tutum suo sancto custodivit presidio'. Tunc cum omnibus ad monasterium accedens, grates per ipsum domino Deo retulit, sicque ovans ad sua repedavit. Ita et innocentibus securitas data et nocentibus poena, quanta virtus Domini maneat in gloriosi confessoris sui fiducia, omnibus notum factum est, ad quoscumque haec pervenire potuit fama.

a) fr. s. Lhot. 3. *edd.* (Loth.) b) necnon 3. *edd.* c) *nullum spatium vacuum* 2. 3. 4. d) subtuli 2; subtilis 3. e) fabrefactum 4; fabricato *edd.* f) *deest F. B. M.* g) magnifico *edd.* h) f. It. 3. 4. *edd.* i) Ludov. 3; Hlodov. 4. k) Nortm 3. l) vaginam s. h. exemptam 2. m) totius 2. n) m. p. e. 3. 4. *F. M. C.* o) s. m. *B.* p) Niustrię 4. q) Ugo 3. r) publ. 2. s) đ (Q *abscisum*) 2. t) h. beatissimi p. nostri pot. 4. u) se *add. edd.* v) vehiculum 4. w) *ita* 2. 3. 4; plaustris aptatis *edd* x) componens 2. 3. y) Matriacense 3. z) perfida 2. a) *ita* 2. 3. 4; recentibus vestigiis perspectis *edd.* b) iisse 4. *edd.* c) melioribus e. direptis *edd.* d) v. c. *des.* 4. *F. M. C.* e) r. patrata v. *F. M. C.* f) que *deest* 3. 4. *C.*; Praevenit vero *B.* g) et *F. B. M.* h) cum *B.* i) Ugo 3; Hugo 4. *edd.* k) suae *F. M.* l) necessariam 4; necessitatemque *C.* m) contenderat *F. M.*; contenderet *B.* n) propeque *edd.* o) adversa 2. p) protelans trahens, telans *del.* 2. q) aderat in praesentia *B.* r) *ita* 2. 3. 4. *F.*; taedere *B. M. C.* s) q. o. f. *post* revolvens *B.* t) Girbaldi 4. u) aggred. *B.* v) asserens 4. w) p. d. 3. 4. *edd.* x) or *e corr.* 2; cunctorum *add.* 4. y) persecuntur 3. z) conserloque 4. *edd.* a) fuerit *edd.* b) contemplavissent 4.

1) Hic quoque nota errorem auctoris duas expeditiones Italicas confundentis. 2) Immo Alpes iam transgressus. 3) S. Martini Turonensis aliorumque monasteriorum, filius Conradi comitis, fratris Iudith imperatricis. 4) Haec a. 878. gesta esse apparet, quo ineunte Hugonem circa Ligerim Nortmannis restitisse, Hincmarus in Ann. Bertin. tradit; cf. v. Kalckstein, in 'Forschungen' XIV, p. 91.

plurimos hostium prosternendo morti tradidit'. Sic et nocentibus poena[a] et innocentibus interventu patris Benedicti securitas est[b] reddita*.

EXPLICIUNT[c] MIRACULA DE SANCTO BENEDICTO.

*) *Edd. add.:* praestante benedicto Dei Filio, cuius nomen benedictum permanet in saecula saeculorum. *In codice 2 notae Tironianae subscriptae sunt, quas VV. Cll. Schmitz et Lehmann ita legerunt:* patre monachorum glorioso *[sic vel* grato *Lehmann;* germano *Schmitz]* amico dei.

a) poenae *C.* b) r. est 3. *edd.* c) *ita* 2.

APPENDIX.

CATALOGUS ABBATUM FLORIACENSIUM.

Subiungere hic iuvat Catalogum abbatum Floriacensium, quem St. Baluzius, Miscellanea I, p. 491 *sqq.; ed. Mansi I, p.* 79, *ex codice Parisiensi Lat. nr.* 1720, *mbr., saec. IX—X, edidit*[1], *codice a V. Cl. A. Molinier collato. Qui catalogus iam quidem in Theodulfo episcopo Aurelianensi et abbate Floriacensi (a.* 818) *desinit, aliquanto vero tempore post eius aetatem compositus est, ut ex eo quod de ecclesia Germiniacensi a Theodulfo exstructa, tum vero combusta, et de hymno Theodulfi iam per Gallias divulgato dicitur elucet. Excellit annis regiminis singulis abbatibus adscriptis, qui, quantum ex paucis iis quae de abbatum temporibus aliunde comperta habemus colligi potest, satis accurati videntur.*

O. H-E.

INCIPIT NOMINA ABBATUM SANCTE MARIAE ET SANCTI PETRI ET DOMINI BENEDICTI FLORIACENSIS MONASTERII POSTQUAM PRIMUM EDIFICATUM FUIT.

Primus abbas Rigomarus habuit annos 5.

Secundus abbas Mumolus annos 30. Et infra istos 30 annos corpus patris Benedicti allatum est de Monte Cassino ab Aigulfo monacho anno 660. incarnationis Domini, regis Chlodovei temporibus[2], filii Dagoberti[3].

Tercius abbas Leodardus[a] habuit annos 10.

Quartus abbas Ido habuit annum 1 et dimidium.

Quintus abbas Auderannus habuit dimidium annum.

Sextus Flatbertus habuit annos 3.

Septimus abbas Adalbertus habuit annos 29.

Octavus abbas Geilo annos 19.

Nonus abbas Medo habuit annos 21.

Decimus abbas Radulfus habuit annos 19.

Undecimus abbas Ido annos 9.

Duodecimus abbas Magulfus annos 16.

Tertius decimus abbas Fulradus annum 1 et dimidium.

Quartus decimus abbas Teodulphus annos 19 et dimidium. Qui a gloriosissimo imperatore Karolo ex Hesperia propter erudicionis scientiam, qua pollebat, in Gallias adductus, Floriacensibus abbas et Aurelianensibus datus est pontifex. Hic itaque, cum, ut diximus, erudicione precipuus doctrinaque haberetur preclarus, explanacionem edidit simboli sancti Athanasii, quod a monachis post tres regulares psalmos ad primam cotidie canitur. Sacramentum quoque misse seu eorum que in ea geruntur, quid misterii contineant, aliquaque quam plura succincto narrandi genere luculentissime digessit. Nec minus ei studium in

a) Leobardus *Bal.*

1) Recusus est ap. Migne, Patrol. CXXXIX, col. 579 sqq.; non integer ap. Mabillon, Acta IV, 2, p. 424.
2) Chlodoveus II. iam a. 657. defunctus est. 3) Haec exscripta sunt in Ann. Floriac., SS. XIII, p. 87.

elegantissimorum opere edificiorum fuit. Denique Germaniacus[1] dicitur villa tribus a nostro monasterio distans milibus. Hec [ab[a]] abbatibus qui ante eum fuerant maxima ex parte a fidelibus viris, quorum hereditas erat, partim data, partim vendita est. In hac igitur idem Theodulfus abbas et episcopus ecclesiam tam mirifici operis construxit, ut nullum in tota 5 Neustria inveniri posset edificii opus, quod ei, antequam igne cremaretur, valeret equari. Totam namque archuato opere eandem extruens basilicam, ita floribus gipseis atque musivo eius venustavit interiora, pavimentum quoque marmoreo depinxit emblemate, ut oculi intuentium vix grata saciarentur specie. Porro in matherio turris, de qua signa pendebant, huiusmodi inseruit versus argenteo colore expressos[2]:

10 *Haec in honore Dei Theodulfus templa sacravi,*
Que dum quisquis adis[b], oro, memento mei.

Emulatus itaque in hoc facto Magnum Karolum, qui ea tempestate Aquisgrani palatio tanti decoris edificaverat ecclesiam, ut in omni Gallia nullam habeat similem. Verum memoratus princebs illud quod fecerat templum sancte Dei genitricis Mariae dedicari sub honore 15 precepit. At vero Theodulfus aulam a se constructam omnium conditori ac salvatori rerum Deo consecrans, Cherubin glorie obumbrantia propiciatorium super altare ipsius artificiosissimo magisterio expressum his decoravit versibus:

Oraculum sanctum et Cherubim hic aspice spectans!
Et testamenti en micat archa Dei.
20 *Hec cernens precibusque studens pulsare Tonantem,*
Theodulfum votis iungito, queso, tuis.

Sed quia semper sapientibus invidetur difficileque est in prosperis invidia carere, apud imperatorem Ludovicum ab emulis accusatus coniuracionis adversus eum facte conscius fuisse, Andegavis exiliatus, custodie etiam mancipatus est. Ubi in die palmarum, presente 818. 25 ipso rege[3], illos pulcherrimos versus gloriam laudis Christi personantes, qui hodie per universas Gallias ab ecclesiasticis decantantur viris, e turri in qua custodiebatur a se compositos cecinit, quorum hoc est exordium[4]:

Gloria, laus et honor tibi sit, rex Christe redemptor,
Cui puerile decus prompsit osanna pium.

30 a) *omisit Bal.* b) ades *c.*

1) Germigny-des-Prés (arr. Orléans, cant. Châteauneuf). 2) Cf. Poetae Carol. I, p. 556, nr. 65. 3) Haec falsa sunt. Imperator die palmarum non Andegavis fuit. Cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 169 sq. Hugo Floriac., SS. IX, p. 364, et Letaldus, Mirac. S. Maximini Miciac. c. 3, Mabillon I, p. 601, hanc relationem legisse et ampliasse videntur. 4) Poetae Carol. I, p. 558, nr. 69.

VITA FINDANI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Qui Vitam Findani Hiberni, Rhenaugiensis monachi, postea reclusi, conscripsit, ipsum fuisse eius popularem, utpote qui quater verba Hibernica protulerit, constat[1]. *Eum primo in Favariensi coenobio monachum extitisse, postea ad Rhenaugiense monasterium transiisse, ibidem in cella forte Findani et ipsum reclusum esse, Mabillon*[2] *tum optime statuit, tum sagacissime coniecit ex cap.* 7[3]; *ubi et apparet, auctorem Findano coaetaneum et necessitudine quadam coniunctum fuisse. Eius Vitam igitur, qui a.* 878. *defunctus esse putatur, saeculo IX. exeunte composuit. Sed eam aut nunquam perfecit, aut nos iam non integram habemus. Nihil enim de obitu sancti relatum est, libellus caret verbis in fine Vitarum sanctorum consuetis, etiam auctor extremis verbis profitetur, 'in alio miraculorum volumine' se plura additurum esse, quae non ad nos pervenerunt*[4].

In Vita monachi reclusi inprimis de abstinentia, castimonia, miraculis eius relatum esse, non est quod miremur. Sola quae de fatis et itineribus sancti, antequam habitum monachalem assumpsit, ab auctore simplicissimo relata sunt et paucissima illa quae ad Rhenaugiense monasterium pertinent non prorsus ab historici studio aliena sunt.

Editio nostra parata est ex codicibus:

1) *Sangallensi bibliothecae Vadianae nr.* 317, *mbr.* 4°, *f.* 32—46, *bene et splendide saec. X. exarato. Ex quo primus Goldast, R. Alamann. SS. I, p.* 318 *sqq., Vitam edidit, quam Mabillon, Acta IV,* 1, *p.* 378 *sqq., inde repetiit*[5].

1[a]) *Engelbergensi* $I^1/_4$, *mbr. saec. XII, apographo praecedentis codicis, ut H. Zimmer, Glossae Hibernicae p. XLII, recte statuit.*

2) *Carlsruhano nr.* 84, *mbr. saec. X. ex. — XI. in., f.* 20—24, *ubi multa falso scripta, alia posterioribus manibus mendose alterata sunt*[6].

1) Ut Mone, 'Quellensammlung d. Badischen Landes' I, p. 55. censuit. 2) Acta IV, 1, p. 377. 3) Etiam ex cap. 12, ubi *patronus noster* dicitur Findanus. Nam sane temere Mone l. l. statuit, haec verba postea inserta esse. Cum nomina fratrum Favariensium et Rhenaugiensium illius temporis in Libris confraternitatum S. Galli et Augiensi exstent, ut auctorem ex his eruerem, studui; frustra vero. Inter nomina Favariensia (Libri confrat. ed. Piper p. 34, col. 71—74; p. 172, col. 56-59) nullum nomen Hibernicum occurrit. In Rhenaugiensi (ib. p. 47, col. 118) occurrunt quidem Findican Hibernus et Tunach (nescio an Mone l. l. hoc quoque nomen recte Hibernicum dixerit), sed cum uterque ante a. 885. defunctus sit (cf. Hohenbaum van der Meer, ap. Zapf, Monum. anecd. p. 547 sq.; Libri confrat. p. 142), Findanus vero demum a. 878. obiisse videatur, non satis probabile est horum alterum Vitam conscripsisse, quamvis Hoh. v. d. Meer, ap. Zapf, 'Reisen' p. 161, Findicanum auctorem esse coniecerit. Mone nomina Hibernorum peregrinorum in Germania saepe mutata esse monuit. 4) In codice vetustissimo qui exstat (1) desinit Vita in extremo versu extremae paginae quaternionis, post quem sequens quaternio periisse videtur. Sed in eodem verbo ac 1 desinit etiam codex 2, qui non ex 1 descriptus est. Sunt etiam quae partem servatam aliquot locis postea alteratam esse suadeant, ut Mone censuit, falsa versio nempe verborum Hibernicorum c. 1. addita et locus de quo p. 504, n. 3. agitur. 5) De codice hoc miscellaneo cf. 'Archiv' IX, p. 589, ubi AC 23. signatus est; Scherer, 'Verzeichniss der Manuscripte der Vadian. Bibl.' p. 84 sq. 6) De hoc codice v. supra p. 44. 83. 444.

Ex his codicibus Mone, 'Quellensammlung' I, p. 56—61, *Vitam edidit*[1]. *Codices* 1 *et* 2 *iterum contuli*[2], *lectiones varias codicis* 1[a] *a Mone allatas transsumpsi*[3]. *Verborum Hibernicorum textum quem H. Zimmer, Glossae Hibernicae p.* 272—274, *constituit repetii. Retinui codicum numeros capitum,* 5 *quorum primus eo loco positus est, quo Findanus reclusus esse dicitur, ut praecedentia omnia quasi verae vitae introitus indicari videantur. Numeros capitum priorum editionum in margine apposui.* *O. H-E.*

INCIPIT[a] VITA SANCTI FINDANI CONFESSORIS.

(1) Cum Deus omnipotens electos suos, quos ad vitam ante mundi[b] constitutionem predistinavit 10 aeternam, diversis huius mundi curis occupatos ac varia studia sectantes, ineffabili misericordia ad perfectioris vitae instituta perducere soleat, modis quidem diversis, ex purissimo tamen clementiae suae fonte manantibus[c]: nobis quoque haud absurde visum est memorabilis viri, qui nostris imitabilia fecit exempla temporibus, predicabilem verbis compendiosis conscribere mentionem, quatenus et nobis haec sepe legentibus et posteris aliquid ad profectum suum afferant utilitatis.

15 (2) Vir igitur quidam nomine Findan[d], genere Scottus, civis provintiae Laginensis[4], quibus occasionibus ad perfectionem vitae pervenerit, quibusque temptationibus ac laboribus sit frequenter attactus, hinc enarrare, Deo favente, conabimur. Predicti ergo viri sororem gentiles qui Nordmanni[e] vocantur, plurima Scottiae insulae, quae et Hibernia dicitur, loca vastantes, inter alias feminas adduxere captivam. Tunc pater ipsius filio suo Findano precepit, ut accepta pecunia sororem redimeret et ad patrem reduceret. 20 Qui, sumptis secum comitibus pariter et interprete[f], iussa patris implere[g] desiderans amoremque fraternum pio corde conservans, in eodem mox itinere a paganis tentus atque in vincula coniectus necnon et ad[h] naves ipsorum, quae proximo in litore stabant, est sine mora perductus. Ipso vero die et nocte sequenti catenis ligatus, sine cibo potuque permansit. Mane vero Nordmannis consilium ineuntibus, atque aliquibus, quibus mens sanior erat et, ut credimus, a Deo instigata humanitas, referentibus, quod illuc 25 venientes pro aliis redimendis[i] vi teneri non debuissent, inde ipse[k] hoc modo liberatus est. Igitur piissimus Dominus famulum suum adhuc in laicali habitu constitutum sciens inter omnia postea sibi devotissime serviturum, iam tunc liberare dignatus est de manibus hostium. Vice quoque alia, cum multitudo hostium eorundem eum in quandam domum fugientem insequeretur, et ipse post ostium[l] latitaret, nemo ex illis ipsum reperire poterat, quamvis circa ipsum huc illucque discurrerent.

30 (3) Nec hoc silendum arbitramur, qua occasione peregrinationem susceperit et eam[m] laudabiliter adimplere conatus fuerit. In eadem Laginensium[n] provintia inter duos principes grandis orta est seditio. Unius ergo principis miles[o] fuit pater Findani predicti, qui de contraria parte hominem occidit. Quod audiens princeps contrariae partis, nimia succensus ira, continuo domum patris Findani, magno stipatus exercitu, omnia illius ipsumque ferro flammaque perditurus adivit. Venientesque noctu, domum armis 35 cinxerunt, ignemque ad tecta iacientes, patrem ipsius Findani de ignibus foras progredientem iugulavere; Findanum vero in alia domo manentem cum similiter ignibus circumdedissent, et se pro foribus viriliter defendentem apprehendere nequiverunt; sed ipse per medios ignes et hostes, divina videlicet eum gratia protegente, parum lesus elapsus est. Fratrem vero eius, qui in eadem domo fuerat[p], occiderunt. Inde igitur inter utramque gentem magnae concitatae sunt inimicitiae inexorabilesque discordiae. Sed post 40 haud longum temporis intervallum interventu quorundam fidelium, pecunia[q] non modica Findano suisque data, utraque pars in pacem rediit. Eodem vero anno hostes Findani timentes, ne vindicta super eos veniret, et dolor paternus in corde Findani reviviseeret, pariterque eum exstirpare volentes, hoc modo dolos[r] in corde meditati sunt. Inito consilio, Findano preparavere convivia in locis mari contiguis; ad quae Findano invitato, Nordmanni venientes et de medio convivarum ipsum rapientes, siculi cum inimicis 45 eius consiliati sunt, artissimis vinculis conligavere et secum pariter abduxere. Iuxta morem[s] ergo suum dominus eius Nordmannus, quia necdum ad patriam suam redire cupiebat, alii[t] illum vendidit, et mox ille tertio, atque ipse quarto. Qui, sociis collectis, patriam revisere desiderans, hunc secum cum

a) *ita* 1. 1[a]; Inc. de transitu s. F. 2. b) e. m. 2. . c) *alterum* a *e corr.* 1; *in loco raso* 2. d) Findanus, *sed* us *post add.* 2. e) Nordmani *saepius* 2. f) interpret 2. g) *deest, post superscr.* complere 2. h) *post (manu* 50 *s. XIII—XIV) suppl.* 2. i) rem. *corr.* redim. 1. k) hoc m. ipse 2. l) hostium 2. m) s. etiam 1. n) pr. L. 2. o) *in cod. Rhenaug.* 18. *recentiore manu haec alterata sunt in:* Unus e. princeps illorum fuit, *et ita habuit apographum Sangallense Hohenbaumii.* p) erat 1[a]. q) pecc. 2. r) dolus 1. s) mortem e. suam 2 t) aliis *e corr.* 2.

1) Attulit etiam varias lectiones codicum Rhenaugiensium nr. 18. et 28, ubi lectiones ad officium 55 sacrum ex hac Vita excerptae manibus saec. XI. et XIII. exaratae leguntur, et codicis ms. Carlsruhani (Ms. Rhenaug. t. I), qui editionem Vitae ab Hohenbaumio van der Meer paratam, ea Goldastii multo inferiorem, continet, praeter codices notos mendosissimo apographo Sangallensi recentioris aetatis uso; quae omnes nullius momenti sunt. 2) Nonnullas varias lectiones Mone omisit, alias perperam posuit, quod singulis locis non monui. 3) Mone hunc codicem bis terve cum 2 convenire dicit, ubi potius codicis 1 lectionem eum habere coniiciendum est. 4) Leinster regnum Hiberniae.

(4) aliis in captivitatem duxit. Cum ergo[a] media aequoris spatia navigando transissent[b], ecce occurrerat quaedam classis eiusdem gentis, et unus de his in navem, qua Findanus erat, ascendens, interrogavit insulae qualitatem, et qualiter ibi erga illos accidisset. In ipsa autem navi erat quidam, cuius[c] fratrem ille qui hoc inquisivit occiderat. Et continuo ab eo cognitus ac simul interemptus est. Quod ipsius socii videntes, pugnae se preparaverunt, et duae naves acri certamine diu dimicaverunt. His ita litigantibus, Findanus in vinculis constitutus domino suo ac[d] sociis sese erigens auxilium ferre volebat. Intervenientibus autem ceterarum populis navium et bellantes ab invicem sequestrantibus, eo modo navis, qua Findanus inerat, absque lesione recessit. Dominus ergo eius recordatus devotionis, qua sibi etiam vinculatus subsidium ferre volebat, ac fidem talem remunerari cupiens, mox eum vinculis absolvit et bene sibi cum (5) eo futurum esse pollicitus est. His ita gestis, ad quasdam[e] venere insulas iuxta Pictorum gentem, quas Orcades vocant[f]. Illis igitur de classi in terram descendentibus et corpora reficientibus atque per insulas huc illucque discurrentibus pariter et[g] ventum prosperum expectantibus, Findanus et ipse[h], licentia percepta, loca insulana coepit disquirere ac de salute sua atque fuga anxia mente cogitare. Ignotis igitur in locis saxum ingens reperiens, sub illo se statim occultare curavit; quam rupem aestus[i] maris increscens subire solebat. Quid igitur ageret, quo se verteret, ignorabat. Hinc eum pontus urgebat, illinc hostium timor circa eum discurrentium et super saxum, quo latebat, ambulantium et undique illum ex nomine suo[k] vocantium, vehementer augebat. Malens itaque rabiem ponti sufferre quam in manus hominum universam beluarum ferocitatem exsuperantium incidere, spretis[l] undarum molibus[m], die illo nocteque sequenti in ipso loco ieiunus permansit. Crastina autem hostibus in alia ipsius insulae parte manentibus, recedenteque maris aestu, qui fores speluncae contingens, interdum quoque flatu ventorum actus, fluctus ire compellebat[n] in antrum[o], Findanus exsurgens manibusque per[p] loca dumosa metu paganorum repens, exitum, diligentissime omnia perlustrans, invenire cupiebat. Putabat autem, terram[q] esse continuam[r] ab hominibus habitatam[s]. Finem vero insulae cernens, deprehendit una parte magno mari cinctam, alia[t] sinu haud modico circumdatam. Itaque cuncta corporis firmitate destitutus nimiaque valitudine, quam ex vinculis fameque[u] contraxerat, obsessus, aquis se credere non audebat. Per tres itaque dies continuos insulam peragrans exitumque queritans, duplicato labore, herbis tantummodo et aqua sustentatus, ibi mansit. Tertia tandem[v] luce, cum monstra marina inmensaque delphinum corpora prope litus ludere volutarique conspiceret, divina preventus clementia, haec secum tacita mente pertractans, has imo cum lacrimis fudit de pectore preces: 'Deus, qui et[w] haec bruta animalia et me hominem creasti, quique illis mare pervium et me terris tuta figere donasti[x] vestigia, solita mihi pietate in presenti tribulatione succurre! Tibi, Domine, ab hac hora corpus et animam meam devoveo servituram, et numquam ad mundanas animum retorquebo inlecebras; te propter limina apostolorum petam, et peregrinationem suscipiens, ad patriam nequaquam sum reversurus. Totis viribus tibi deinceps famulabo, teque[y] (6) sequens lumina retrorsum flectere nolo'. Hac igitur constantia fidei armatus, omnibus ut erat vestibus indutus, inmisit[q] se in aquas. Mira dicturus sum: ita continuo divina pietas vestes eius rigidas fecit, ut his sustentatus mergi nequiverit[z] et quasi ipsarum natatione, ut sibi videbatur, per tumidos fluctus[a] inlesus veheretur ad terras. Ascendens[b] igitur altissima montium cacumina, sicubi villas vel tecta fumantia cernere posset, exiguo herbarum victu binos iterum duxerat dies. Cum ergo tertia terris inluxisset aurora, ecce homines eminus vidit ambulantes; quos cum vidisset, alacritate mentis exultans, licet ignotos, adire non dubitavit. Tunc illi susceptum eum ad vicinae civitatis duxerunt episcopum; qui et ipse in Hibernia insula litteralibus erat studiis inbutus et eiusdem linguae notitia satis eruditus. Cum quo per (7) biennium moratus, multis humanitatis atque largitatis eius beneficiis est usus. Ipse autem Findanus promissionis suae recordatus, collectis sociis, acceptaque licentia sui episcopi, Galliarum partes paravit adire. Hinc Martini sedem[c. 1] petens[d], postea Franciam, Alamanniam[e] Langobardiamque[f] peragrans, 847. proprio demum pedum labore Romam pervenit. Inde reversus, quendam nobilem virum[2] in Alamannia adivit[g]; cum quo in clericatu 4 annis permansit, per singulos abstinentiae virtute proficiens et nova exempla semper ostendens. Tunc senior eius in proprio monasterio quod Rinouva[h] vocatur eum 851. monachizari fecit anno dominicae incarnationis 800[i. 3], aetatis vero suae[k] 51[l]. Ubi per quinquennium[m] 856. singulos virtutum gradus ascendens, tandem maiore profectus amore succensus, in artissimo loco se reclusit et inaudita corpus abstinentia perdomuit.

a) ego *post corr.* ergo 2. b) transsissent *h. l. et infra* 1. c) c. fr. *des., duabus litteris erasis, et in marg. suppl.* fratrem 2. d) er. sese ac sociis 1[a] ? 2. e) quartam venire gentem Pict. que *(e recentiore manu in loco raso)* 2. f) vocantur, *in marg. post suppl.* contendunt 2 g) par. eventum 2. h) ipsae 2. i) est *erasum* 2. k) suo vocan *in loco raso* 2. l) spetis *post corr.* spretis 2. m) mollibus de i. 2. n) compellebant 2. o) tandem *post in marg. suppl.* 2. p) p. l. *in loco raso* 2. q) *superscr.* 2. r) *post corr.* contiguam 1. s) agitatam 1[a]. t) aliā 2. u) famaeque 2. v) tamen 1. w) *deest* 2. x) domasti 2. y) que *deest* 1[a]. z) nequiverat 2. a) fluctos 1. b) Ascendit 2. c) sede 2. d) pedens 1. e) Alamaniam *h. l.* 1. f) Long. 2. g) adiit 2. h) Rinaugia 1. i) DCCCC. 2. k) *deest* 1[a]. l) *erasum* 2. m) quiennium 2.

1) Turones. 2) Wolvene, fundatorem monasterii Rhenaugiensis, ut ex verbis mox sequentibus *in proprio monasterio* apparet. De fundatione huius coenobii v. Meyer von Knonau, 'N. Arch.' X, p. 375 sqq. 3) Hunc numerum falsum esse, facile intelligitur, quia Rhenaugiense coenobium medio saec. IX. demum fundatum est. Ideo Hohenbaum van der Meer, quem Mone l. l. p. 54; Rettberg II, p. 125 sq.; Meyer von Knonau, 'Quellen z. Schweizer Gesch.' III, 2, p. 95. n., alii, secuti sunt, verba *aetatis vero suae* falso inserta, potius 851. legendum esse, censuit. Quocum numero omnia Vitae indicia optime concordant.

1.[a] Findanus cum recludi voluisset et instantibus precibus pro hoc Domini voluntatem scire laboraret, vox huiuscemodi ad eum delapsa est: *Iskét*[b] *duit*[c] *ódia anath erécin*[d] *dabdane*[1,*]. 'Licet tibi a Deo post alios remeare'.

2. Cum permissu[e] abbatis sui quartam partem panis in cottidianum victum sibi ut[f] ceteris fratribus deputati[g] uno anno et in altero, maiorem iam adgrediens parcitatem, dimidiam et in tercio terciam, quarta sibi solummodo parte reservata, libens pauperibus erogavit.

3. Pro lectisterniis lapides velatos adhuc inter fratres pausans corpori occulte subposuit atque paulolum requievit, donec cunctis quiescentibus secreto se in orationem dedisset. Accidit, ut quadam nocte consuetudinariis incumbens[h] orationibus, daemonem in similitudine[i] hominis cuiusdam mirae magnitudinis, ore aperto, linguaque emissa, manibus expansis, oculis minacibus[k] videret, et cum impetum in eum facere vellet, facto signo crucis, evanuit; ipse tamen interritus matutinalia coram altari in modum crucis stans expectavit officia.

4. Reclusus iam, cum tanta fames eum urgeret, ut panem totum et plus manducare[l] vellet in natale sancti Patricii, quae tunc forte advenerat, Deum sedulo[m] rogavit, ut huiuscemodi ingluviem ipsius interventu a[n] se auferret; qui mox post orationem et lacrimas, quas incomparabiliter etiam in levibus rebus fundere solebat, tale oraculum aure percepit[o] propria lingua prolatum: *Ataich Crist*[p] *ocus Patric*[**] *Artmache*[q] *farafeil tám*[r] *nakisel*[s]*; teilc bruth is*[t] *tart dúil*[u], *teilc coil farkýsel*[v], et ex hoc edacitatis[w] vicium minime[x] sensit.

5. Item foris positus priori anno, quo claustrum[2] erat ingressurus, omnibus noctibus stans in ecclesia in oratione pernoctavit. Igitur priori nocte, antequam sancti Blasii reliquiae illuc de[y] Roma venissent[3], more solito in basilica orans, vidit subito corporalibus oculis columbam super altare con sedisse[z] sensimque inde in criptam volantem disparuisse. Crastina ergo super ipsum altare easdem posuere reliquias, super quod Dei famulo ante apparuit haec avis astitisse.

6. Foris positus, procedenti quoque tempore, cum similiter noctu intra basilicam solus existeret, ut[a] predicti martyris suffragia his verbis imploraret, dicens: 'Sancte Blasi, qui peregrinus his[b] locis, sicut et ego, esse cognosceris, pro meis ad Deum intercede peccatis'! Cum haec ingeminans lacrimas more suo uberrime fudisset, stans ante altare, quo sanctae positae fuerant reliquiae, non inclinatus, sed erectus, sed tamen, ut referre solebat, obtutibus paulisper obtenebratis, vocem audivit huiuscemodi[c]: 'Sedes tua in caelo, iam dimissis peccatis, parata est'.

7. Iterum in artissimo loco constitutus, de quo, cum oportunum fuerit, pleniter expedire[d] conabimur[4], cum mane diei futuri reliquiae sepe memorati martyris ab eodem loco in vicinum saltum[5] deportandae fuissent, prefatus Dei[e] famulus magno exarsit[f] desiderio, ut ipsius martyris reliquias propriis efferre humeris mereretur, cum[g] iam dudum in eodem loco positus voto se constrinxisset inde numquam se exiturum. Ut igitur Dominus desiderium pauperis, ut ait per prophetam[h], exaudiens adimpleret ac famuli devotissimi vota rata esse concederet, eadem nocte visus est sibi pontem Rheni fluminis, per quem de ipso monasterio exitur, cum copiosa multitudine transisse, columbam quoque humeris suis insedisse, et eam se, ut cupiebat, humeris deportasse; inde alios petere, iterumque sibi volantem adesse. Ceterum ostensionem loci ipsius[6] in Favariensi monasterio adhuc degenti et de hac perfectione iam meditanti nobis ipse referens[7], licet impulsus ac pene coactus, hoc etiam intimavit, eadem videlicet loca aquis esse circumdata et frequenti circuitu plures efficientia insulas.

8. In natale sancti[i] Columbae[8] iterum temptatione afflictus et in dubitatione positus, si parvam annonam, quae ad victum cottidianum, sicut aliis monachis, ipsi quoque dabatur, pauperibus erogare

*) *In* 1 *superposita versio:* Licet tibi a Deo ire in abbatiam.

**) *In* 1. 1[a] *superscr.:* Obsecra Christum et Patricium, *et super* Artmache: nomen civitatis.

a) *ita h. l. et deinceps numeri capitum* 1. 2. b) Isket — dabdane *des.* 2. c) duith 1[a]; uit o *alio atram. in loco raso* 1. d) *ita corr. Zimmer 'non sine hesitatione'*; anatheset in 1. 1[a]. e) permissum, m *eras.* 2. f) *alia manus incipit* 2. g) deputari 1[a]. h) ns *e corr.* 1; incumberet 2. i) similitute 2. k) minatibus 2. l) manducaret, t *erasum* 2. m) sedelo *corr.* sedulo 1. n) auf. a se 2. o) percep 2. p) christ 2. q) patriacart mache 2; ochus patrigarthmachiae 1[a]. r) farna feiltâm 1; forna. feiltam 2; farna felitam 1[a]. s) nachisel 2. t) teilcbruchir 1; teilcpruchir 2; theilcbrur 1[a]. u) tartdoit 1; tard. doit 2; tart doitus 1[a]. v) teilco. ilfarkŷsel 1; te ilco. ilfar kysel 2. teilcho il far kýsel 1[a]. w) aed. 2. x) m. s. *in loco raso* 2; minine 1. y) v. de R. 2. z) sedisse 1[a]. a) et 2. b) hic 1[a]. c) huiusmodi 1. 1[a]. d) explanare 1[a]? 2 (lanare *alio atram. in loco raso*). e) f. D. 2. f) *deest* 2. g) *erasum* 2. h) propheta 1[a]. i) sanctę 2.

1) H. Zimmer, Glossae Hibernicae p. 273, interpretatur: *Est permissio tibi a Deo manere (vitam agere) in angustia (?) tuae abbatiae.* Versiones addita et superscripta falsae sunt. 2) i. e. reclusorium, cellulam clausam. 3) Hohenbaum v. d. Meer ap. Zapf p. 274. dicit, Wolvene ipsum has a Leone IV. impetrasse et attulisse, sed non indicat, unde hoc didicerit. 4) Cf. extrema verba huius capitis et c. 12. 5) In Albam Cellam (S. Blasii) in Nigra silva sitam videlicet, quae a. 858—859. monasterio Rhenaugiensi tradita est; 'Quellen z. Schweizer Gesch.' III, 2, p. 8, nr. 5. 6) Scil. quo Findanus reclusus est. Non bene Mone p. 60, n., verba *Ceterum — insulas* ante cap. 1 (8) post *perdomuit* collocanda esse, censuit; cf. n. 4. 7) Hinc coniicio, auctorem huius Vitae Favariensem monachum, postea exemplo Findani reclusum fuisse, et forsan in cellam ipsius Findani, quem *patronum nostrum* vocat infra (c. 12). MAB. 8) Columbae Hiensis, an Columbani Luxoviensis abbatis, qui et Columba dicebatur. MAB.

debuisset; reputabat enim secum, ne, si cibos de[a] aliorum labore sibi oblatos pauperibus erogasset, hinc Deum offenderet. De hac igitur re Domini[b] voluntatem per intercessionem sancti[c] Columbae precibus et lacrimis requirebat; cui[d] tale continuo responsum voce suavissima Divinitas direxit: *Cucenn dochách[e] cukenn det[f] fadén, maith det fadén maith dochách.*

(16) 9. Primis quoque diebus, quo poenalem locum, quem in hoc mundo pro Dei amore delegerat, intrare illum contigit, gulae nimium vicio temptatus est. Nam usque ad horam, qua ceteri reficiebantur, expectare nequaquam poterat, sed etiam, donec euangelium legeretur, a cibo abstinere nequiverat. Qua suggestione[g] vehementer affectus[h] et ultra quam credi potest erubescens, ad solita confugit auxilia. In festivitate quippe sancti Aidani episcopi audivit, cum[i] illius imploraret adminicula, huiuscemodi vocem: *Ainmne[k] ilao ocus innaidchi, nilonge colonge céle dé remut no fer fas[l] sruithiu[m]*; qua voce statim temptatio ipsa sedata est.

(17) 10. Inclusus vero tantam multitudinem spirituum immundorum noctu conspexit, ut terram simul et arbores, quas Rhenus hinc[n] inde cingit, implere viderentur. Cumque diu horrisonas[o] darent voces, sancti viri precibus[p] disparuerunt et ulterius illi nusquam comparuerunt.

(18) 11. In festivitate quippe sanctae Brigitae[q] virginis non modicam pauperum turbam, ut sibi moris erat, collegit; carnem totam quam habuit iuxta numerum adgregatorum particulatim[r] incidi precepit; hoc autem facto, ecce tanti pauperes ut aderant inprovise venerunt. Vir vero beatus in adventu eorum Deo gratias agens, particulas quas ad numerum prius commeantium parare iussit, in Dei largitate confisus, qui quinque panes inter 5 milia virorum multiplicavit, distribui fecit; sed, licet numerus geminaretur egenorum, et nihil de carnibus vel ab illo vel a quoquam adderetur, unicuique tamen[s] sua particula ex eadem caruncula inveniebatur.

(19) 12. Findanus igitur[a] patronus noster artissimo loco inclusus, qui situs est ad septemtrionalem partem basilicae sanctae Mariae genitricis Dei et domini nostri Iesu Christi, 22 annos incomparabiliter corpus perdomuit[t, 1]. Nam post primum supradictorum[u] annum cilicio indutus erat, calore ignis numquam refectus, non pausans in lectulo, balnei lenitatem devitans, ieiuniis, vigiliis orationibusque indesinenter insistebat. Pane vero post primum annum ingressionis eius, et post sedecim ab omnibus quae mandi possunt, extra pisciculis[v] et his paucissimis, se Domino[w] confortante, abstinuit; aliaeque prefati sanctissimi viri virtutes, quae multis sciendo veraciter testibus sunt prenotatae, in alio miraculorum volumine ex parte videntur fore cum cautela exaratae[x].

a) *deest* 2. b) Dei 2. c) sanctę 2. d) cuius 2. e) Cucendo chach 1. 1a. 2. f) *altero* n *eraso corr.* cukendet 2; chukenndet 1a. g) suggessione 2. h) afflictus *alio atram. in loco raso* 2. i) eum i. implorare 1a. k) aimne 2; animne 1a. l) nonefersas 2; nofersas 1a. m) sriuthiu 2; surithiu 1a. n) et *add.* 2. o) as *e corr.* 2. p) *deest* 1a. q) Brigidae 1a. 2. r) particulam 1a. s) enim 2. t) *corr.* perdomavit 2. u) dictorum annorum 1a. v) *ita* 1; pisciculos et hos paucissimos 1a. 2 (os, hos, os *alio atram. in loco raso*). w) *in loco raso* 2. x) Explicit vita sancti Findani confessoris *add.* 1a; *in marg. cod.* 1 *manu s. XIII. notatum est:* hic deficit.

1) Obiit igitur a. 878, ut Hohenbaum van der Meer ap. Zapf p. 276. 547. censuit. Quocum optime convenit locus quem in serie defunctorum fratrum Rhenaugiensium obtinet, Libri confrat. ed. Piper p. 47, col. 117. Dies obitus eius Nov. 15. in Necrol. Rhenaug., 'Quellen z. Schweizer Gesch.' III, 2, p. 76, notatus est.

MONUMENTA BERTINIANA MINORA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

MIRACULA S. BERTINI SITHIENSIA.

De miraculis S. Bertini haud parvus libellus ab uno auctore, monacho S. Bertini, compositus est, quo praeter pauca alia impetus Normannorum in castellum Sithiense et in monasterium S. Bertini extra munitionem castelli situm a. 861. *et a.* 891. *facti narrantur. Quae in incursione a.* 891. *gesta sunt tam copiose et abundanter describuntur, tam fervida vividaque oratione depinguntur, ut appareat, aut ipsum auctorem has pugnas vidisse*[1], *aut ab his qui eis interfuerunt relatas audivisse*[2]; *quare certe non multo post a.* 900. *libellum esse editum censendum est; immo iam inter a.* 892—900. *eum conscriptum esse, eo indicari videtur, quod Folconis archiepiscopi Remensis a.* 900. *necati c.* 8. *apposito titulo 'reverentissimi archiepiscopi' mentio fit.*

In codicibus libellus Miraculorum secundae Vitae S. Bertini[3] *subiunctus invenitur, quare I. Stilting*[4] *hanc Vitam et Miracula ab eodem auctore composita esse coniecit. Sed cum etiam in extrema parte Vitae II. nonnulla miracula narrata sint, libellus vero his verbis exordiatur:* His itaque a reverentissimis patribus nostris . . . praelibatis, *iam alibi*[5] *Stiltingii opinionem reiecimus, censentes potius, auctorem libellum suum Vitae secundae subiunxisse, minime vero hanc composuisse. De nomine eius nihil coniicere licet. Monendum, eum sermone nimis turgido, nimia verbositate molesto usum esse.*

Iam Folcwinus, qui a. 962. *Gesta abbatum Sithiensium edidit, hoc libello usus est; medio saeculo XI. Bovo abbas, de quo infra, quaedam exscripsit. Non pauca notatu digna de incursionibus et moribus Normannorum, de historia castelli Sithiensis et monasterii S. Bertini in hoc libello inveniuntur, quare eum paene integrum edidimus, collatis tribus codicibus, qui sunt:*

1) *Audomarensis civitatis nr.* 764, *mbr. fol. min., olim S. Bertini, ubi f.* 77. 77'. *prologus secundae Vitae S. Bertini exstat*[6], *post hunc*[7] *f.* 78—88. *libellus Miraculorum eadem manu qua prologus ille, characteribus deformibus et rudibus, sed perantiquis, haud dubie saec. X. in., nimis negligenter exaratus ideoque multis mendis depravatus est*[8]. *His vero auxilio sequentis codicis sublatis,* 1 *ubique secuti sumus, exceptis nonnullis verborum formis nimis a consueto more discrepantibus, quas annotavimus*[9], *auctori eas obtrudere non ausi.*

1) Quod ipse in prologo innuere videtur. 2) C. 7 (p. 512, l. 46). 3) Editae Acta SS. Sept. II, p. 590—594. 4) Ib. p. 552. 5) 'N. Arch.' VI, p. 429, n. 1. 6) De reliquis quae codex continet v. 'Archiv' VIII, p. 417 sq.; 'Catal. des mss. des départ.' III, p. 343 sq. Folia codicis non numeris signata, sed a me numerata sunt. 7) Apparet, inter f. 77. et 78. Vitam S. Bertini, nunc perditam, olim exstitisse. Cum recenti tempore bibliopega codicem glutinaret, marginibus nimis rescissis nonnulla folia mutilavit. 8) Neutiquam, ut Bethmann, 'Archiv' VIII, p. 418, coniecit, codicem hunc ab ipso auctore exaratum esse, statui potest. 9) Cum scriba in verborum formis exprimendis nimis vacillaverit, modo ę modo *e* pro

2) *Boloniensis civitatis nr.* 107 (100), *mbr. fol. min., olim S. Bertini, saec. XI. nitidissime ac splendidissime scriptus, imaginibus et tabulis in membrana conchyliata auro argentoque pictis*[1] *pulcherrime exornatus, cuius iam supra p.* 424. *mentionem fecimus*[2], *maximam partem in honorem S. Bertini exaratus, post Vitam eius secundam*[3] *f.* 61—85. *libellum Miraculorum accuratissime scriptum statimque ex archetypo correctum exhibet. Qui non ex* 1 *descriptus, fere nulla quidem menda habet, aliquoties vero autenticae lectiones, quas* 1 *praebet, sive minus commode dictae, sive a librario non intellectae, in hoc solemni exemplari alteratae sunt.*

Libellum Miraculorum ex codice patrum Bollandistarum collato cum codicibus Bertinianis edidit I. Stilting, Acta SS. Sept. II, p. 595—603, *apographo usus, quod Cletyus monachus S. Bertini transmiserat.*

3) *Codex Audomarensis civitatis nr.* 738, *mbr. fol., olim S. Bertini,* 57 *folia numeris signata continens, quae una manu saec. XIV. permagnis litteris accurate exarata Vitam et Miracula S. Bertini exhibent, illam videlicet compilationem saeculo XIII, ut videtur, congestam*[4], *quam ex hoc codice Mabillon, Acta III,* 1, *p.* 108—153. *edidit, qui Miracula in duos libros divisit, cum in codice capita Vitae et Miraculorum continua numerata sint. Praecedit in duobus foliis non signatis index capitum* 61. *Sequitur Vita capita* 13 *complectens, ex Vitis S. Bertini secunda et tertia auctore Folcardo compilata, quam Mabillon falso ab ipso Folcardo editam putavit*[5]. *Miraculorum quae sequuntur capita* 14—19 *(Mabillon I,* 1—5) *ex Vita secunda, cap.* 20—23[6] *(Mab. I,* 6—8) *ex Folcwini Gestis abb. Sithiensium, cap.* 24—26 *(Mab. I,* 9—11) *ex Bovonis Inventione S. Bertini infra edita excerpta sunt; cap.* 27—29 *(Mab. I,* 12—14) *autentica quidem, sed nullius momenti sunt. Haec omnia omisimus. Capita vero* 30—41 *(Mab. II,* 1—11) *libellum antiquum Miraculorum, qui in codicibus* 1 *et* 2 *exstat, continent, et hic codex plerumque cum* 2, *haud raro vero cum* 1 *convenit, ut ex* 2 *descriptus videatur esse, adhibito alio codice nostri* 1 *simillimo. Eorum quae sequuntur (Mab. II,* 12—31) *capita* 42. *et* 43. *ex Folcwini Gestis, cap.* 48—54. *ex Bovonis Inventione excerpta sunt, reliqua vero autentica a diversis auctoribus saec. XI. in. et sqq. usque ad a.* 1219. *conscripta sunt. Caput* 44. *enim iam circa a.* 1052. *a Bovone abbate, Inv. c.* 1. *laudatur, qui illud separatim exaratum legit; cap.* 47. *circa a.* 1120. *a Simone in Gestorum abb. S. Bertini cont. transsumptum est; itaque et diversi sermonis narrationisque ratione habita, capita* 44—47. *tribus auctoribus saeculi XI. attribuenda esse, elucet. Quae restant capita* 55—61. *a diversis auctoribus paulatim addita sunt; quorum nonnulla cum Simonis et Continuatoris anonymi Gestis abbatum ita conveniunt, ut diiudicari nequeat, cui auctori singula adscribenda sint. Pleraque circa a.* 1380. *a Iohanne Longo in historia S. Bertini (SS. XXV) descripta sunt.*

Has Miraculorum continuationes, omissis iis quae ex Folcwini et Bovonis libris sumta sunt, repetiit ex Mabillonii editione Stilting, Acta SS. Sept. II, p. 624—629. *Excerpta libelli dedit Bouquet, SS. R. Gall. VII, p.* 380 *sq.*

O. H-E.

ae, modo *ci* modo *ti* scripserit, his aliisque similiter levibus praetermissis, codicem 2 secuti sumus. Quas formas uterque habebat omnes recepimus. 1) Nomina sanctorum Bertini et Audomari ubique litteris maiusculis auro argentove pictis expressa sunt. 2) Cf. etiam 'Archiv' VIII, p. 405; 'Catal. des mss. des départ.' IV, p. 638. 3) Praecedunt Vita metrica auctore anonymo, hymnus, missa de eodem. 4) Cf. 'N. Archiv' VI, p. 430 sq. 5) V. Stilting, Acta SS. l. l. p. 549 sq. 6) Cap. 22. est charta spuria Folquini episcopi (Guérard, 'Cartulaire de St. Bertin' p. 85) Gestis Folcwini post inserta; cf. 'N. Archiv' VI, p. 421, n. 4.

LIBELLUS MIRACULORUM.

PREFATIO[a] MIRACULORUM.

His itaque a reverentissimis patribus nostris, sui temporis omnium bonorum studiorum non solum appetentissimis[b], verum etiam status[c] sui loci tam columnis solidissimis quam luminibus praeclarissimis, non minus veraciter quam fideliter de virtutibus beatissimi patroni nostri facéte praelibatis, plurima postmodum, non — quod absit! — inopia dictatorum vel defectu scriptorum, sed multimoda insurgente adversitate temporum, extant alia[d] intermissa relatu dignissima. Quorum e numerositate pauca ac, ne forte frivolitatis vel mendae[e] notemur noxa, solum ea quae aut ipsi vidimus aut ab idoneis personis visa cognovimus, non propriae temeritatis fisi audatia, sed potius illius freti fiducia, qui linguas infantium facit dissertas[f], (cf. Sap. 10, 21.) quamquam minus eliganter, subinferre satagimus humiliter[g]. Et licet ingenio tardi, sermone imperiti, haec qualitercumque aggredimur[h] notificanda, non ventosae[i] iactantiae vanitate, sed simplicis animi devotione ac praesumptibili humilitate, malentes potius, si qui aemuli fieri volunt, patere morsibus degannientium, quam miracula ad laudem et gloriam nominis Dei electi sui meritis nobis praesentibus celebriter perpetrata segniter reticere et a memoria aboleri succedentium. Unde, quamquam [simus[k]] inertes, nunc cordi adest[l] proposita inchoare et inchoata summa cum devotione pro pote[m] edere.

INCIPIT[n] TEXTUS MIRACULORUM.

Temporibus igitur[o] divae memoriae Karoli, filii Hludowici, prius regis, postea imperatoris, cum saeva tirannidis[p] paganorum emergeret, famosa scilicet[q] flumina Sequanae ac Ligeris advolans et per totam Niustriam[r] grassando ferro igneque[s] non tantum circumiacentes terminos, verum etiam Armoricae magnam partem consumeret: post non multorum tandem annorum rotatus partim ingeniose[t] adacti, praesertimque respectu miserationis divinae repulsi, abscedentes repatriaverunt, protestantes nullo modo usquam se amplius illius regni fines vastandi lesione repetituros. Quod tamen non multo post, amica sibi fraude inficiati, more canino, qui quanto plus alliciuntur, tanto magis insequntur, pecunia avidi, rapina usitati, praeda famelici, sanguine mentiebantur sitibundi[u]. Nam anno incarnationis domini[v] Christi 860[1], inmodica iterato coadunata navium[w] plurima[x, 2], iter notum repetentes[y] ac toto nisu alto mari (861.) velivolantes[z], spumantia certatim sulcabant freta, pertinacique cursu applicuerunt in finibus Menapum, sinum[a] qui[b] vocatur Iserae[3] portus; et ibi prosilientes nulloque a publicano[c] pervio divertentes, incendiis quoque ac cedibus illius non[d] indulgentes, ut ad famosissimum locum pausationis Christi confessorum Audomari atque Bertini furtim[e] properarent, aviditate thesauros[f] aecclesiarum latenter subripiendi ac spe servos Dei inproviso inibi conprehendendi, brevibus noctium mealibus, scilicet sabbato[g] ebdomadis (Mai 31.) pentecostes hora[h] secunda pervenerunt ad locum quo tendebant. Sed provisione iugiter in se confidentes[i] tutantis Dei[k] nullos ex fratribus ibi[l] repererunt; verum monitu iubentis Domini obtemperantes, quo[m] dicit: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, (Matth. 10, 23.) subduxerunt se ad tempus servantes[n] secundis et melioribus rebus, praeter quatuor, qui devoverunt[o] se, si Deo placuisset, ibi martirio potius velle vitam finire quam desolationi[p] sui loci supervivere. Quod[q] quia ex parte aliter Deus fieri disposuit[r], subsequenti eventu patuit. Nomina autem illorum qui se taliter devoverunt haec sunt: Woradus et Winedbaldus[s] sacerdotes, Gerwaldus et Regenhardus[t] diaconi. Quorum Woradus, qui ab ipsis pene[u] incunabulis sub norma monasticae relegionis educatus[v] et veluti tunc iam decrepitus, ita et in Christi tyrocinio[w] emeritus miles erat, diris[x] colaphorum tunsionibus[y] ictus nuditateque triduana et algu fere[z] loeto tenus profligatus extitit; Winedbaldus autem, licet pro adflictione nimia[q] sui corporis macrore attenuatus pro Dei nomine fuisset, acris[a] verberibus maceratus atque[b] etiam per nares infusione viscera distentus, semivivus est relictus. Gerwaldus itidem, quamquam senior, quoniam vegetior et fortior aliis videbatur, licet diversis multoque gravioribus vexatus esset[c] ludibriorum suorum irrisionibus, servante

a) *haec des.* 1; XXX. Prefatio que subsecuntur miraculorum *minio* 3. b) appetissimis 1. c) factus *del. et ead. manu superscr.* status 1. d) *deest* 2. 3. e) mendi, i *e corr.* 2. f) *corr.* disertas 2, *et ita* 3. g) umil. *post corr.* humil. 1. h) agred. 1. i) vetose *corr.* ventosae 1. k) *deest* 1. l) cordia est 1. m) *ead. manu superscr.* vel posse 2. 3; dev. propositis 1. n) I. t M. *des.* 1; XXXI. Explicit prefacio. Incipiunt miracula. Et primo de adventu paganorum *minio* 3. o) *deest* 3. p) tyrannides 2. 3. q) *deest* 2. 3. r) *primum* i *e corr.* 1; gr. N. (Nustriam 3) 2. 3. s) igneque *corr.* ignique 2. t) ingeniosę 2. u) *ead. manu superscr.* 1. v) nostri Ihesu *post add.* 1. w) vel classica *post superscr.* 1. x) classe *add.* 2. 3. y) repetentes *post corr.* repetentes 1. z) velificantes 2. 3, *superscr.* volantes 3. a) in s. 3. *Folcw. c.* 64. b) que 1. c) publico 2. 3. d) ergo 3. e) furti 1. f) tes. 1. — aeccl. 2 *semper; modo* eccl. *modo* ecl. *modo* aeccl. 1. g) sabato ebdomatis 1. h) ora 1. i) confidentium 2. 3. k) Domini 2. l) ibidem 2. 3. m) qua 1. n) se *add. Folcw. c.* 64. o) devorun *post corr.* devoverunt 1. p) desolacionis 1. q) *abscisum* 1. r) eventu *iam hoc loco add., sed erasum* 1. s) Winebaldus 3. t) Regen *abscisum* 1; Rainardus 3. u) ene in *abscisa* 1; poene *semper* 2, p. cunabulis 3. v) us et ve *abscisa* 1. w) tyronicinio *post corr.* tyrocinio 1. x) dyris 1. y) tusion. *corr.* tunsion. 1. z) re lo (*vel* l) *abscisa* 1. a) *ita* 1. 2. 3. *Folcw.* b) aquę *corr.* atquę 2. c) fuisset 3.

1) Haud dubie a. 861; quo anno Dani Taruanensem pagum devastaverunt et Taruannam urbem incenderunt; cf. Prud. et Hincm. Ann. a. 861, SS. I, p. 454 sqq.; Dümmler, 'Ostfränk. Reich' I, p. 468. 2) Hac voce saepissime ut substantivo utitur auctor; = *caterva, magna manus.* 3) Yser fl., qui apud Niewpoort mari effunditur.

861. eum tamen Domino, etsi[a] non[b] pristinae sanitati, est[c] saltem vitae concessus. Ac sic non sunt fraudati martirio, quod inhianter toto appetebant voto. Quartus proinde eorum, qui et iunior ac succulentior, ut praetulimus, Regenbardus[d] nomine, variis contritionibus fractus, illisque abscedentibus et secum ducere conantibus, cum viribus quibus potuit, ne cum eis iret, obniteretur[e], eligens potius in Christi nominis confessione, si id quoquo[f] modo ab inimicis extorqueri quivisset[g], martirio ibi animam Deo commendare et[h] corpus paternis cymiteriis concinerari, nomenque fraternis dypticis[i] inscribi, quam ludibriorum suorum execrabilissimis[k] spurcitiis pollui: diris tamen ut erat nexibus vinctus, miserabiliter protractus est ad villam propriae humanitus de matre profusionis, distantem a[b] monasterio tercio miliario ad aquilonalem plagam, dictam Munninio[l]. Stipatus itaque multitudine iniquorum ac tam pro[m] plurima vallantium quam densitate noctis[b], quia in ipso crepusculo per eam transierunt, nesciens ubi esset, dictum est ei a concaptivis notis: 'Ecce[n] e regione portae quondam nativitatis tuae imus'. Quod cum advertisset, subito in terram corruit. Cumque aversis telis ab inimicis ducentibus tundendo cogeretur, ut surgeret, et ille protestaretur, se nullo pacto velle, sed magis inibi pro Christo oppetere, crebris lancearum punctionibus perfossus, una cum sanguinis effusione animam efflans Christo libavit.

2.[o] Nec etiam reor[p] silendum rei eventum divino iudicio meritis beati Bertini in ipsa egressionis hora peractum. Donaria enim inmodica[q] conicientes argenti, super altare aecclesiae requiei[r] eius cumulaverunt et uni ex iam dictis fratribus, ne ab aliquibus raperetur, servandam[s] delegaverunt. Illis vero[t] cuneatim globatimque exire praepropere certantibus, restiterunt latenter quidam illorum, temere pecuniam involantes. Quod[u] cum primoribus innotuisset[v] iam egressis, subsistentes insonuerunt tubis, in interstitio duorum[w] monasteriorum subsistentes et coadunantes[x] se sibi, quoad[usque[y]] rei sunt requisiti et inventi coramque deducti; eisque convictis et iudicio sacrilegorum condempnatis, suspensi sunt in australi parte iuxta introitum portae monasterii, evidentissime promulgante Domino iudicio etiam infidelium poena brevi, quali cruciatu[z] plectendi sunt perpetuo sub praetentu[a] christianitatis, nisi resipiscant, sacrilegi. Unde, karissimi, elucubrantissima diligentia advertendum nobis est, quam clementer Dominus trahentes quasi longum funem inrumpibiliter[b] peccata nostra inprovisa, immo invisa hostium invasione dignanter castigando nos redarguit; parique modo exactissima circumspectione considerandum, quod misericorditer et locum tunc servavit et habitatoribus[c] gratuitae[d] pietatis miseratione pepercit. Meritis quoque patronorum loci dignum adnumerari, quod eodem tempore captivati in brevi reversi sunt gaudentes universi et laeti.

3.[e] Post discriminis praefati liberationem fratres eiusdem coenobii[f] convenientes, lacrimisque non minus gaudii quam meroris infiti, post tamen animaequiores facti, coeperunt[g] praecordialiter tractare, qualiter Domini offensam placabilem sibi potuissent facere seseque ei placabiles reddere. In argumentum etiam huius rei veluti mansueti filii ad monitionem patris pii generali pacto consenserunt, gratiosiores se[h] super hac castigatione, immo emendatiores fieri velle. Sollerti quoque priores cura cum senioribus consuluerunt[i], quibus potissimum occupationibus[k] quivissent priorum neglegentiarum redhibitionem[l] reddere. Sicque communiter tractatum est, ut tecta aecclesiarum vetustate consumpta et demolita caeterarumque officinarum perstillantia non solum resarcirent, verum sine intermissione vel alterius negotii interpositione pleniter renovarent. Quod sicut summa devotione inchoatum, ita nostrone[m] otius quam putabatur, Deo effectum subministrante, pulcherrime[n] strenuissimeque est perfectum. Aecclesia quoque requietis[o] sancti Bertini celerrime exstitit miro opere plumbo cooperta. Sed et turille[p] ipsius, licet noviter esset superpositum, quia antiquo more erat factum, deposuerunt et aliud mirae magnitudinis mirabilisque fabricae studuerunt aedificare; cuius longitudo consistentis in terra aequabat altitudinem culminis aecclesiae, cui superponendum erat. Nec mirum, tristegum enim, ut vulgaliter[q] loquamur, trium tripodum ordinibus factum fuerat, excepta summa claxendice[r]. Itaque aecclesiae superposito et erecto per singulasque compagines iuncto, cum tolus[s] pomifer in edito una cum triumphali signo crucis erigeretur, ac in giro eiusdem stipitis superrima rota, ubi astulae et tabulatae praefatae claxendicis super inniti ac configi debuerant, humerando copularetur, unus artificum[t] nomine Bertus stans super eodem circo arripuit malleum et quasi gratulabundus pro appropinquata pene consummatione tam miri operis ictum veluti iactanter[u] longius colligens incaute iecit[v]. Sed eheu[w]! resiliente rota et quatiente, vacillans pedibusque lubricans, de tanta altitudine praeceps terra tenus venit. Sed, mirum dictu mirabiliusque miratu, adeo[x] nullam lesionem passus, nisi quod tantae altitudinis praecipitatione consternatus fuit, quatinus ambiguum fieri fas non[y] sit, subportatum esse eum[y] alis[z] subventionum beatissimi patris, cui servivit, Bertini. Astipulationique tanti miraculi apponimus, quam risibile et plausibile responsum

a) tsi non *abscisa* 1. b) est *add. h. l.* 2. c) *deest h. l.* 2; s. e. 3; saltim, i *e corr.* 1. d) Rainardus 3. e) oblineret . . *aliquibus litteris abscisis* 1. f) quo *e corr.* 1. g) quivissed 1. h) *abscisum* 1. i) yp *abscisum* 1; dipticis 3. k) execrabilibus 2. l) nin *abscisum* 1; Munnio 3. m) per 3. n) Ecc *abscisum* 1. o) *numeri post. manu demum, sed secundum capitum divisionem primitus institutam additi* 2, *des.* 1; XXXII. Qualiter Dani Danos suspenderunt *rubra* 3. p) rem 1. q) in *abscisum* 1. r) requi 1. s) *ita codd. (intelligendum* pecuniam, *quod sequitur).* t) autem 3. u) Quo *abscisum* 1. v) enotuissed eciam (ci *e corr.*) egr. 1. w) du::um, *duabus litteris erasis* 2; duum 3. x) adunantes 1. y) quod ad regi sunt 1. z) cruciati *corr.* cruciatu 1. a) praetextu 1. b) irrumpbiliter 1. c) abitat. 1. d) gratuitate 1. e) XXXIII. Qualiter quidam opifex a summitate ecclesie in terram ruens nichil mali sensit *rubra* 3. f) cænobii 1. g) cæperunt 1. h) sæ 1. i) con *abscisum* 1. k) occuptionibus 1. l) reddibit. 2. 3. m) *sic* 1 *(fortasse una littera abscisa).* 2. 3; ita velotius *Folcw. c.* 65; nostro opere ot. *edd. e coniectura.* n) pulchre 2. 3. o) *sic* 1. 2, *radendo corr.* requiei 3. p) turrille 2. 3. q) vulgariter 2. 3. r) claxendicæ 1. s) tholus 2. 3. t) artificium 1. u) lactanter 1. v) icit 1. w) ehehu 1. x) e *e corr. post. manus* 1. y) *deest* 1. z) ali subventianum 1, *ubi* portatum – beatissimi *in loco raso.*

accurrentibus et aquam sibi quasi pro refocilatione offerentibus sine doloris anxietate protulit, scilicet, quoniam in opere suo semper et labore iucundus[a] erat, pro certo eos aiebat[b] scire, quod sitim restinguere potius gaudebat iugiter vino quam aqua, nec oblato tunc egere lymphae liquore. Actutum enim quasi tanti opinione[c] infortunii fratres cum cetera familia mixtim manipulatimque sicut ad exequias illius lapsi accurrentes, cum comperissent[d] stare incolumem[e], duxerunt eum gaudentes in aecclesiam, fletus tristes in laetitiae lacrimas permutantes, campanas solito prolixo clangore gaudisonas[f] pariter increpitantes[g] simulque sollemniter odas Deo auctori et beato Bertino, eiusdem miraculi subventori, psallendo ferentes. Artifices quoque hac virtute, nedum dicamus animati, quin etiam roboratiores et audatiores effecti, inchoatum opus explicaverunt[h] constantes et laeti.

4.[i] Succedenti quoque tempore accidit, ut quidam et natione et nomine ignotus[k], nec mirum, quia gemino miserabiliter morbo fuerat[l] constrictus — auditu etenim a primevae[m] profusionis hora extitit[n] vacuus et loquela privatus —, veniret peregrinando ad monasterium praefati patris. Qui cum ibi multum temporis perageret, utque praetulimus, quia fari non potuit, pulsatibus taratarantium tabellarum stipem mendicaret nulloque se[o] aliubi[p] diverteret, eius continuae constantiae[q] iugitatem aecclesiarumque frequentiam christicolae loci retractantes[r] conferentesque. non sine nutu Dei talem significantiam fieri, coeperunt eum humanius colligere et in xoenodochio cotidianae receptionis[s] pauperum delegato mansionem illi designare. Ibi autem pene[t] annum conversatus, post ebdomadae dominicae resurrectionis completionem decimo die, id est quarta feria, monachis vespertina debita in aecclesia persolventibus, et cantore inchoante antifonam ad crucem salutandam, ita incipientem: *Ite, nuntiate*[u] *fratribus meis*, pueroque subsequenter pronuntiante versum: *Dicite in nationibus*, caeteris etiam sueto more[v] ipsum tractim ac summisse prosequentibus[w], in ipsa quasi[x] silentii hora coepit iam dictus surdus ac mutus blaterando imitari auditas psallentium voces. Fratres itaque ad tam insolitum horrendumque sonum pavefacti, substiterunt, annuentes oechonomo[y] pauperum, ut inquireret causam. Qui cum solito ei annueret nec[z] proficeret, irascibilis ut erat, coepit eum verbis increpare. At[z] ille ipsa eadem verba, quia aliud loqui nescivit, blissando[a, 1] respondere temtabat. Tunc fratres protinus intellegentes[b], ei a Domino[c] meritis beati Bertini concessum esse auditum et fatum, ymnicanoris psallentiis cum signorum pulsatibus Deo grates ac[c] sanatori eius totis referebant viribus. Huiusque enormis virtutis exhilarati[d] tripudio, quia in[e] primis auspiciis floridae iuventutis erat, miserunt eum ad canonicorum[2] scolam, litterarum studiis quantulo posset inbuendum; continuoque ubi diurnalia capitula cum vespertinalibus psalmis didicit, comam sibi capitis deponere poposcit. Ac non longo post tedere[f] coepit professusque est, cordi sibi fore Romam petendi; acceptaque licentia, iunxit[g] se Saxonibus ultramarinis Romam pergentibus. Cumque[h] una cum illis pervenisset ultra Lingonum civitatem, consociaverunt se eis Viridunenses negotiatores eandem viam tendentes usque ad divaricationem viae ducentis in Spaniam[i]. Ibique tunc innotuit, quod antea fuit ignotum[k], civem videlicet ipsum esse Viridunensem, quia ibi agnovit[l] suos, licet difficiliter[m] ab eis posset ipse cognosci propter insperatam reformationem ingenitorum morborum. Iter tamen coeptum strenue peragens, indeque rediens, sine divertendi ad propria[n] desiderio directim locum sanationis suae revisit ac Deo et reparatori suo gratias retulit. Nomen etiam in baptismo[o] sibi inditum, quod prius nescivit quam a notis didicit, tunc notificavit; Ermenfridus[p] enim vocabatur[q]. Sicque suis benefactoribus valedicens, refertus[r] benedictionum copia, laetus remeavit ad propria.

5.[s] Sicut nonnulli[t] suae neglegentiae tepore[u] periclitantur, ita divinae[v] dispensationis saluberrima castigatione, ut in praesenti eventu[w] perspicue[x] claret, multi salvantur[y]. Quidam enim vir coloniae eiusdem aecclesiae, de oppido ei appendente atque[z] continuo nuncupato[a] Gimiaco[3], Leodfridus[b] nomine in christianitatis devotione[c], ut rei congruentia[d] post declaravit, caeteris communicipalibus suis minus curiosus extitit. . . . . . .

6.[e] Ea etiam[f] tempestate, qua, praegravantibus ac praeponderantibus multimodis, non modo solius vulgaris populi, immo omnium dignitatum et ordinum delinquentiis, non tantum Franciae[g] fines, set et totius regni principalia quaeque loca[4] Armoricaque provincia diutina — quod nunc enumerare longum est — sacrilegae Danorum gentis oppressione crudeliter, licet iuste, invaderentur ab illa classica[h] plurima, quae pro sui numerositate — veluti epitheticos loquamur — magnus exercitus ab omnibus dicebatur:

a) ioc. 2. 3. b) agebat 1. c) oppin. 1. d) cumperissent 1. e) incolumen 1. f) grandissonas 3. g) increpantes *ead. manu corr.* increpitantes 1. h) explicuerunt 2. 3. i) XXXIIII. De quodam cive Viridunensi naturaliter surdo et muto ad sepulchrum sancti Bertini sanato *rubra* 3. k) iunotus 1. l) fu *abscisum* 1. m) primive 1. n) ex *absc.* 1. o) *deest* 2. p) alicubi 3. q) cont . . . e *(absc.)* costancie 1. r) detract. 3. s) re . . . cioni *(absc.)* 1. t) ne *absc.* 1. u) nonciate 1. v) *deest* 1. w) perseq. 3. x) si sile *absc.* 1. y) hechomo 1. z) *absc.* 1. a) lo r. *absc.* 1. b) intellig. *h. l.* 1. 3. c) *absc.* 1. d) exilarati 1. e) *deest* 1. f) taedere *corr. rad.* tedere 1, *et ita* 2. g) *ita* 1. h) Coque 1. i) d. Hispaniam 2. 3. k) innotum civæm 1. l) vit *e corr.* 1. m) dificiuliter 1. n) propri *absc.* 1. o) babtismo 1. p) Ermf|| . . . . *(absc.)* 1. q) vocabitur 1. r) fer *absc.* 1. s) XXXV. De quodam per biennium excecato pristino lumini restituto *rubra* 3. t) nonuli 1. u) tempore 1. 3. v) di *absc.* 1. w) even *absc.* 1. x) prospicue 3. y) salvant 1. z) a. c *des.* 2. 3. a) nuncc . . . to *(absc.)* 1. b) Letfridus 2. 3. c) devotionis 1. d) congruenda (?) *corr.* congruencia 1; conguent. *post corr.* congruent. 2. e) XXXVI. Quod Dani altera vice redierunt *rubra* 3. f) etenim 2. g) iae *absc.* 1; Franti(a)e 2. 3. h) clausica 1; classe 2. 3.

1) Vox ex hoc tantum loco laudata ap. Ducange-Henschel. 2) In monasterio S. Audomari residentium scilicet. 3) Guémy (arr. St. Omer, cant. Ardres)? 4) Etiam S. Bertini monasterium a. 879. (vel 878?) Iul. 28. ab eis incensum est; cf. Folcw. G. abb. Sith. c. 88, SS. XIII, p. 622; Ann. Bland., SS. V, p. 24.

890. anno adventus sui in regnum duodecimo ab omni plaga, ubiubi[a] diffusus[b] erat, adunatus in loco qui ob concursum insignium[c] inibi aquarum Confluentia[1] vocatur, ascendit flumen dictum Isera[d, 2] pervenitque et equitatu et navigio subusque Noviomam civitatem, faciens ibi munitionem circa villam ex australi plaga, natura munitam[e], scilicet aqua et silva, vocatam Cirisiacus[f, 3], intendens, si in brevi nequiret, arta et diutina obsidione civitatem, quia parva videbatur, capere posse. Sed cum hemisperium nibil ibi praevalentes consumarent et, nedum dicamus aliquid proficerent, verum[g] magis fame ac siti omnique penuria artati pene deficerent, consultum[h] — ut eventus[i] subsequens patefecit — habuerunt[k], ut in regnum quondam Hlotharii irent, tractantes per maritima transire et castella ibi recens facta optinere
891. incolasque omnes, nisi se dederent, mortificare. Quo comperto, pars iuvenum, qui sibi ceteris agiliores[l] audatioresque fieri videbantur, numero 550 selegerunt se, insciis aliis, abripientes clam noctu quasi solito in aliam partem pergendo, arreptoque[m] itinere, insubsistibili cursu directim tendebant ad munitiunculam paupere pro dolor! sumptu[n] parvoque, licet strenuo[o], incolarum comitatu factam in pago Taruennense, in loco qui vocatur Sitdiu[p], circa monasterium eximii praesulis[q] Audomari, fuste, gleba et cespite sicut artificiosissime, ita etiam firmissime constructam, iactanter in via proludentes primo impetu eam infringere velle ac pro tenuitate seu paucitate inhabitantium[r] facile[s] posse. Auxiliante tamen illis Deo, et patrociniis sanctorum, qui requietionis[t] ibi elegerunt sibi locum, more solito intervenientibus, indignante Christo, praesumptiosa[u] illorum iactantia versa est cominus in dignam vindictam; ad quam promulgandam calamum[v] nunc vertimus nostrum.

891. Apr. 18. 7.[w] Nam post sanctum pascalis resurrectionis diem transcursis quatuordecim diebus, die dominico, hora qua cardinalis missae conventus publice[x] agebatur, apparuerunt[y] protinus[z] praefati invasores, descendentes per clivum montis[a, 4] prominentis villae quae Locus-aecclesiae vocatur, pro eo quod beatissimi martires Fuscianus[b] et Victoricus in fronticipio christianitatis incolarum terrae primariam feruntur ibi construxisse aecclesiam, respiciens contra monasteria[c] ex parte occidentali. Quod cernentes excubiae autumantesque[d], quod plurima totius subsequeretur, veluti prius essendi[e] fama percrebuit, exercitus, protinus populo in aecclesia consistenti notificaverunt. Illi vero non adeo tali nuntio consternati, immo magis animaequiores[f] facti, Deo et patrociniis sanctorum causam sui commendaverunt et compunctive mutua confessione rebaptizaverunt ac humili perceptione misterii corporis et sanguinis Domini[g] se munierunt, dantes invicem dextras, pro libertate et loci tuitione[h] se velle aut agiliter oppetere aut strenue[i] defendere; murumque protinus optimis, ut mos incolarum regionis est, armis praeparati conscendentes[k], una cum prius praeparatis bellicis instrumentis munitissime arcem vestierunt. Tali eorum constantia paulo ante arrogantes[l] inimici comperta, necnon et parte[m] inclusorum audaciter[n] sibi obvios ire extra munitionem visa, Deo illos quam maxime terrificante, animositatis superbia mollita, iactantia[o] pressa, audacia remissa ac liquefacta, minime audentes aggredi coepta, diverterunt se ad pecora per agros pascentia capienda, otius repedare cupientes vel cum tantilla praeda. Residui vero nostrum[p] hac invasione commoti praesertimque de Dei auxilio testatorumque propriorum interventu fisi, repente eruperunt de munitione, irrumpentes post eos. Equites[q] quidem per compendia praeanticipando illos in planitie[r] montis, unde ante descenderant, quia lentim peccora[s] minabant, habentes contemptui talia eos audere, pedites autem post tergum[t] insequentes, ponentes hostes in medio. Itaque comperientes cinctos se undique, secus fugam molientes, desperabiliter ruperunt ad orientalem[u] plagam per sinistrum cornu vallantium, tendentes ad quendam quernum lucum, putantes se ibi frustra[v] aut defendere aut effugere posse. Nostri itaque eos occidendo insequentes — hora enim fuit diei nona, quando exibant de castello —, antequam pervesperasceret, omnem illam plurimam[w], ut ipsi iactabant, selectorum pugnatorum Dei bello consumpserant, licet non sine nostro dampno, maiore tamen suo.* Omnes enim ibi occisi sunt, praeter quod[x], quot[y] de nostris mortui, tot sunt ex illis fuga elapsi. Novem autem tantummodo ex omni illa plurima[z] evaserant[5], et ex ipsis etiam a persequentibus eos in via mortui sunt quinque reperti. Quatuor tantum protendentes, ut postmodum ab eis qui tunc interfuere exercitui didicimus, pervenerunt ad socios, temeritatis audaciam vituperantes tamque[a] praesumptivae rei eventum elucubratim perscrutantes. De

*) 3 *add.:* Facta est autem hec cedes in loco nomine Widingahammo[6].

a) *alterum* ubi *deest* 1. 3. b) diffusu 1. c) insignum 1. d) dictū missera 1. e) munitum 2. f) Kirisiacus 2. 3. g) verum deficerent *des.* 1. h) consultu 1. i) eventum 3. k) h *absc.* 1. l) aligiores 1. m) areptoque 1. n) sup . . . *(absc.)* 1. o) frenuo 1. p) Sithdiu 2; Sithiu 3. q) *post haec vox erasa* 1. r) inabit. 1. s) p *absc.* 1; capi *post superscr.* 2, *add.* 3. t) qui| . . equire quietionis, *una vel duabus litteris abscisis* 1. u) *ita* 1. 2; presumptuosa 3. v) colamum 1 w) XXXVII. In quo tempore venerunt, et quod nichil prevaluerunt *rubra* 3. x) publicę 2. y) apar. 1. z) protenus 1. a) in montes, *multo post del.* in *et corr.* montis 1. b) Fustianus 1. c) monasterium 2. 3. d) aut tumantesq; 1. e) *sic* 1. 2. 3. f) anime quiores 1. g) *deest* 2. 3. h) tutione 1. i) ferenue 1. k) consend. *corr.* conscend. 2. l) antea rogantes 1. m) partem 1. n) audacter 2. 3. o) lactantia 1. p) nostrorum 2. 3. q) Ei quites 1. r) plantiæ *corr.* planitiæ 1. s) *ita h. l.* 1. t) postergum 2. 3. u) oritalem 2. v) fustra 1. w) multitudinem *post in marg. add.* 2. x) *post superscr.* 2. y) *deest* 1. z) *post in marg. add.* multitudine 2. a) tamquam 2. 3.

1) Conflans-Sainte-Honorine (dép. Seine et Oise), ubi Sequana et Isera fluvii confluunt. 2) Oise fl. 3) Chiry nunc dictam (arr. Compiègne, cant. Ribécourt). 4) Collis de Helfaut. 5) 310 homines occisos esse, refert Folcw. l. l. 6) Haec ex Folcw. c. 96, SS. XIII, p. 623, addita sunt. Locus minime est Widehem pagi Etaples, ut Guérard coniecit et ipse l. l. n. 8. annotavi, utpote qui longius a St. Omer distet. Windringhem vicum communitatis Wavrans non recte coniecit Giry, 'Hist. de St. Omer' p. 18.

exuviis quoque tres divisiones fecerunt, unam aecclesiis concedentes, aliam oratoribus et pauperibus dantes, terciam aequa lance nobiliores cum inferioribus compertientes. Et merito. Scrutemur enim humanitus verbi gratia, quibus magis addicenda sit huiusmodi victoria, oratoribus an bellatoribus. Sed quoniam locum illum certaminis a moeniis castelli facile fuerat prospectari, quis valet effari, quam intimis praecordiorum suspiriis oratores in scammatis ipsius lucta pro sua liberatione Christo totis nisibus flebiliter fuderint[a] preces. Quam crebra et alta suspiria cum fletibus comas et facies laniando incessabiliterque lacrimando[b] anhelanter reciprocabant cum parvulis matres! Quosque inbelle vulgus[c] gemituum mugitus ad caelum mittebat[d], brachiis infatigabiliter tensis palmisque pansis, finem certaminis Dei miserationi commendantes! Atque ideo, si quis vel mimice contentiosus esse coeperit, cui ordini potius haec reputetur causa, dicamus, karissimi, dicamus, immo veraciter testemur ac, remota omni ambagine, asserere non dubitemus, quod in huius certaminis anxietate oratores et imbelles[e] pulsatibus et inprobitatibus orationum aures Dei ad clementiam inclinabant, quatinus propriis viribus minime praesumentes adiuvaret ac, intercurrentibus electorum suorum Audomari atque Bertini meritis, potenti sua virtute ad perficiendam[f] sui suorumque vindictam manus pugnantium misericorditer roboraret. Sicque et eis addicatur merito victoria et oratoribus infatigabiliter Christo fine tenus famulantibus corona! Ante omnia vero datori et auctori[g] non modo praesentis triumphi, verum etiam largitori bonorum omnium Deo cum sanctis maneat laus et gloria per infinita saecula saeculorum! Amen[h].

8.[i] Praeterea, fratres dilecti et commilitones Christi, quibus cordium votis vel laudum psallentiis idonei esse poterimus agendis Deo gratiis pro inopinata[k] ereptione tanti discriminis? Quave temeritate possumus dicere, quod istiusmodi ausus esset coeptus, nisi magno zelo misericordis Dei fuisset instinctus? Horribilis enim fuit dictu, horribilior et coeptu; quia pene nobilitas terrae [illius[l]] ex multo iam tempore ob[m] amorem vel dominatum carorum sibi dominorum abscesserat, nativitatis patria relicta, praeter paucos, qui ita hereditariis praediti erant patrimoniis, ut non esset eis necesse subdi nisi sanctionibus publicis. Horum pars cum nobilissimis ac religiosis illius loci monachis simulque Deo devotissimis ac strenuissimis canonicis, quos numquam persecutionis ulla tribulatio exterrere praevaluit locum propositi sui derelinquendi, sustentabant pariterque confortabant reliquiarum remissos fere animos et invalidam plebeiam manum. Hoc praesertim in tutissimae spei anchoram praesumptibilisque[n] in Deum fiduciae ac, quia pro vita res erat, necessariae[o] audatiae indubitanter assumentes, quod anteactis temporibus, Folconis* videlicet generosissimi eiusdem loci tunc abbatis[1], post vero sanctae matris[p] Remanae[q] aecclesiae reverentissimi archiepiscopi[2], incolis terrae adhuc omni habundantia refertis et absque sui diminutione integerrime vigentibus, ambitus castelli cum consensu populi et[r] procerum condictatus, mensuratus ac per potestates et ministeria ad perficiendum distributus[3], receptus, immo[s] ex inmodica parte iam ceptus, sed pro[t] dolor! tam praepedientibus peccatis inconsummatus, quam pro giri amplitudine excusatione nefaria atque infelici fuit inpeditus et intermissus. Processu autem temporis**, cum tota iam terra incensa et depopulata et plurima hominum fere consumpta, fame attenuata[u] dispersioneque[v] fugae propulsata[w] extitisset, respectu tandem clementis superque paucas reliquias miserantis Dei, ostendens, quod non in multitudine populi salus eius consistit, sed potius in misericordiis et miserationibus suis, propalans etiam, quod competentibus necestuosorum vicissitudinibus dignatur precibus electorum suorum pro sibi votivis supplicatibus[x] praebere effectum: voluit beatum Audomarum exorabilissimum antistitem cuidam monacho coenobii Sancti Bertini, aedituo scilicet aecclesiae praefati praesulis, memorabilis personae viro nomine Herrico apparere in[y] visione. Qui, ut ipse postmodum delectabiliter multis audientibus referre solebat, procerae[z] erat staturae, venerandae canitiei, habens in fronte stigmata nitorem[a] pulcherrimae calvitiei divaricantia, facie venustus et gracili, naso mediocriter longo et parum obunco[b], manibus cum digitis longissimis pulcherrima macroris tenuitate translucentibus, infula episcopali vestitus, quem sibi protestabatur dulci famine subinferre ita apellando: 'Gravarisne, frater, sopore[c], an vigilas?' Qui cum ei, pro tam insolita visitatione personae tremens, nec in totum se dormire respondisset, nec pro insita generaliter angustia — quia timor sompnolentiam solet ingerere — posse se contineri, quo nimio labore fessa et anxietate laxa non refocilaret membra, exerto brachio manum quasi versus illum porrigens, subintulit: 'Vigilandum vobis potius est et animo et corpore monitisque meis salubribus sumopere insudandum, quam segni[d] pigritia tricandum. Unde surge et reliquiis populi ex asse[e] devotis[f] salvationis suae tenore[g] obnixe contestare, quatinus, iuxta quod sibi videtur praevalere posse, non cessent arcem die noctuque firmare'. Qui cum partim gaudio refertus, partim terrore visionis pavefactus, post consultum tamen super eo prius idonearum personarum populo convocato, praefatam visionem patris monentis[h] affectuose, hor-

*) 3 *add., minio deleta, haec:* Anno Domini octingentesimo septuagesimo nono fuit iste Folco canonicus et abbas.

**) 3 *add.:* videlicet anno gratie octingentesimo nonagesimo primo.

a) fuderunt 2. b) lacrimundo *post corr.* lacrimando 1. c) vulguus 1. d) mitebat 1. e) inbecilles 3. f) sui ad perf. 3; perficiendum 2. g) auto ... *(absc.)* 1. h) *deest* 2. 3. i) XXXVIII. Quod sanctus Audomarus apparuit cuidam monacho *rubra* 3. k) inoppinata 1. l) *deest* 1. m) ab 1. n) presumptilisque 1. o) necessaria *(e* riae *corr.?)* 2. p) *deest* 2. q) Ræmanae 1. r) et proce *abscisa* 1. s) *deest* 3. t) proh 2. 3. u) atenuata 1. v) *bis scr.* 1. w) propulpasata 1. x) suplicantibus 1. y) in vis. *des.* 2. z) procerre 1. a) nitore 1. b) obuncco 1. c) somno 2. d) signi 1. e) p. hasce 1. f) *s e corr.* 2. g) *post corr.* tenorē 2. h) moñtis 1.

1) A. 878—882; cf. Folcw. c. 88, p. 622. 2) A. 882—900. 3) Haec exscripsit Folcwinus, G. abb. c. 88.

tantis[a] studiose, iubentis strenue intimasset, conpunctivo corde laetantes, lacrimis gaudiosis flentes, omnes unanimiter[b] caelo pansis utrimque[c] votis succlamare[d] coeperunt, dicentes: 'Gratias omnipotenti Deo referimus, qui nos salutari visitatione patris nostri providendo, monendo consolandoque reficere et confortare dignatus est', monita salubria viribus quibus possent studiosissime adimplere velle promittentes; quamque promissionem instantissimo protinus inchoaverunt coeptu ac quam pernicissimo quibant perficere satagebant effectu; digneque non modo de iam dicto, sed et, quod maius multo ac periculosius fuit, subsequenti discrimine tam clementis[e] Dei provisione adiuti piique patris hortatu[f] animati, immo de experta patrum[g] intestatorum solita et provida defensione salvati, merito exhinc profusius Deum et protectores[h] proprios inibi devotissime iugiter conlaudant et laeti.

891. 9.[i] Nec etiam longa post[k] praedictam hostium caedem intercurrente mora —: neque enim patitur ille antiquus Leviathan[l], inexplebiliter esuriens ac sitiens humano[m] generi moliri insidias, habere membra sua moras in persecutione ac lesione piorum. Siquidem invidiae succensus livore, quoniam nostros recenti beneficio ac[k] summa devotione doluit fervere. Nec mirum, quia eo tempore maxime tanto assistit infestior, quanto quosque in proposito voluntatis Dei persenserit fieri fortiores. Ideoque[n] occumbentium[o] cognatos vel socios contribulosque[p] ac complices totis suae crudelitatis viribus furendo excandescere compulit in iram saevissimamque suorum, si Deus permisisset, vindictam. Pondus enim[q] hostium totius regni adunari suggessit in brevi artissimas in angustias[r] unius fundi. Nam peractam[s] post praefatam stragem

Maii 2. revolutione[t], ni fallor[1], proximi dominici diei hora secunda, nebula pro natura loci[u] manicanter[2] nata adhuc aerem maculante, apparuerunt pedites inaestimabilis plurimae eodem clivo quo et anteriores descendere, cursuque concito castellum tendentes, minime introierunt, subsequendos ante ianuam exterioris introitus praestolantes. Equites vero quasi harena innumerae multitudinis diverterunt ad locum quondam[v] certaminis, nil secus quam sicuti prospectu novae visionis dolore suorum occisorum recrudescente, more elefantum, qui sanguinis visione excitantur in iram ad praeliandum: ita[k] isti exacuerunt ad suorum severius et crudelius sanguinem vindicandum. Et cum aliquandiu dolendo ibi deliberarent[w] nihilque aliud proficerent, nisi quod tabida vel[x] putrida corpora conspicerent, facto praepete[y] cursu, tamquam primo impetu munitiunculam[z] capturi, pervenerunt[a] ad sotios; unaque rabido cum fremitu irrumpentes, peditibus[b] decretum est dira inpugnatione castellanos incessere[c]. Equites autem[d], Deo tribuente, properabant ad locum naturaliter munitum, scilicet sancti Bertini, piissimi suorum protectoris ac promptissimi maximis in necessitatibus liberatoris, monasticum monasterium[3]. Talia quoque nec sine Dei dispensatione extitisse[e] credimus, sicuti protinus perspicue experti sumus nutu, ut, ubi maior fienda erat comminus victoria et perficienda caelitus auxilii divini[f] copia, numerosior[g] ibi congregaretur fortior hostium[h] plurima. Venientes autem, statim eodem momento remiserunt equos[i] per pabulatores in pascua ad villarum loca, talique studio acceleraverunt mansiones aedificare, veluti post munitiunculae infractionem pro firmitate[k] loci[l] gromnarumque[4] oportunitate longo tempore inibi velint consistere. Interim pedites ex tempore introitus totam diem cum agilioribus[m] equitibus ad castelli munitionem[n] pugnare non cessantes, diversis et insolitis artificiorum generibus per vices successionum globatim et cuneatim contrarios lacessendo respirare vel ad modicum non patiebantur. Siquidem ignita utensilia et frusta[o] candentis ferri more grandinis fundibulis[p] in eos iacientes, sagittarum[q] quoque imbres[r] in eos pluere non intermittentes multaque alia, quae enumerare et fastidit et difficile fit, offendicula molientes, ad postremum fossas circa munitionem mirae et altitudinis et amplitudinis factas — munientes se[s] vimineis parietibus — stramine et omnigeno siccamine[t] compleverunt, conantes incendio profligare, quibus aliorum artificiis argumentorum non potuerunt praevalere. Sed aliquantisper eis se subtrahentibus, nostri in eosdem straminum aggeres lignorumque strues, Deo donante prosperoque eis venti turbine flante, ignem caute inmittentes, illisque id nescientibus minusque sperantibus aeque ignem, ut id ipsum eis facerent, inferentibus, excandescente stramine plerique eorum ustulati[u] sunt, vix subrepti mortis discrimine. Deo autem propitio, nulli ex nostris in tam[v] prolixo scammatis[w] spatio magnopere[x] periclitabantur[y], nisi tantum unus frater monastici ordinis ictu sagittae inter duo tabulata propugnaculi, ubi stabat, percussus est[z] sub inguina; qui et ipse convaluit.

a) ortandis 1. b) unianimiter 2. 3, i *eraso corr.* unanimiter 3. c) utrumquq; vobis 1. d) succlamare 1. e) clementi 1. f) ortatu 1. g) petrum 1. h) proprios prot. 2. 3. i) XXXIX. Quod sequenti die dominico venit reliquus exercitus paganorum ampliori multitudine, sed meritis sancti Bertini nichil prevaluerunt *rubra* 3. k) *deest* 1. l) Lęv. 2. m) humono 1. n) Ideoquæ 1. o) occubertium 1. p) contribulesque 2. q) h. e. 2. r) angustissimas 1. s) *ita* 1. 2. 3. t) *deest* 2. u) m. l. 2. v) quendam 2. 3. w) deliberarint *corr.* deliberarent 1. x) et 3. y) praepeti 2; propeti 3. z) muntiunculam 1. a) p̄venerunt 1. b) pedibus 1. c) incendere 2. 3. d) quidem 2. 3. e) extitissime 1. f) *deest* 1. g) numerosiori 1. h) ostium 1. i) æquos 1. k) infirm. *corr.* firm. 3. l) firm. logronnarumque 1. m) angilioribus 1. — ęquit. 2. n) monit. *corr.* munit. 1. o) frustra 2. 3. p) fundibilis 3. q sagitarum 1. r) hymbres 1. s) seu 2. 3 *Equidem legendum censeo:* factas munientes, seu *(fortasse pro* ceu*)* v. p. *G. W.* — vim:neis 2, *littera erasa.* t) sicamine 1. u) ustilati 1. v) n. vitam 3. w) scāminatis 1. x) magno opere 1. y) uericlit. 1. z) *abscisum* 1.

1) Fallitur quidem, sed leviter; non enim proxima dominica post praefatam stragem Apr. 18. (c. 7) factam, quae fuit Apr. 25, sed hanc sequente dominica, Maii 2, haec gesta esse, tradit Folcw. c. 96. ex annalibus perditis. 2) i. e. *mane*, a verbo *manicare*. 3) Monasterium S. Bertini videlicet extra munitionem castelli Sithiensis, in quo monasterium S. Audomari erat, situm erat; cf. Chron. Normann. a. 881, SS. I, p. 534: *Normanni Sithiu opidum ingressi . . . . cremaverunt, excepta sancti Audomari ecclesia, quae Dei providentia bene erat munita*, ubi auctor Sithiensis in Ann. Vedast. *monasterium nostrum* legens et male intelligens, falso scripsit a. 881. Sithiu a Normannis crematum esse, sed cogitavit de impetu eorum a. 879. facto. 4) V. Ducange-Henschel s. v. *gronna*.

Verumptamen ad vindictam minus armis exercitati[a] atque[b] ideo minus cauti plagiatique sui famuli alium aeque eiusdem ordinis fratrem permisit retribuere hostibus[c] dignam repensionem. 891.

10.[d] Fuit namque tirannus quidam partis contrariorum, caeteris omnibus, ut videbatur, asperior et robustior ac in arte pugnandi argumentosis factionibus astutior, qui nec ad punctum cessavit fortiter 5 pugnare aliosque quasi sine mora moenia capturos instigare. Ex nostra quoque parte, quanquam pro crebra hostium iniectione tenatius instarent defensioni quam obiectioni, artibus tamen viribusque, quibus poterant et habile fuit, strenue atque agiliter resistebant, omnes intentissime omnimodis certantes, si quoquo[e] modo infestissimum illum quivissent inpedire inimicum. Sed non fuit ulli eorum tributum, pro eo quod voluit illos Deus intelligere et in confinio vitae mortisque constitutis[f] significare, ex qua parte 10 imminentis levamen periculi deliberaret eis clementer transmittere. Ac[g] ideo decrevit, ut praetulimus, monastici habitus iuvenem[h] arcum arripere, quanquam inlicitum vel inhabile[i] sit huic ordini arma tractare. Intendens quidem[k] illum diligenti consideratione iactanter[l] prosiliendum, de propriis viribus licet dubius, de[m] Dei tamen auxilio minime ambiguus, inserta arcui sagitta, implorans Dei adiutorium, tensa corda traxit fortiter ac divini[n] inpulsionis datione infixit fronti iam dicti tiranni viriliter. Hoc autem mortuo, 15 cessaverunt alii ab[o] inpugnationis tumultu, mittentes[p] protinus, qui eventum rei senioribus eorum nuntiarent, morando in atrio iam dicti monasterii, curialibus tamen in aecclesia beatissimi Petri in consilio residentibus. Quod factum cum a referentibus illis conquereretur, eosque hoc aliquantisper, non tamen magnopere gravaret, lentiusque ac securius, quid illo vesperi agendum esset, deliberarent, in tali interstitio cucurrit aliquis ex eis et deposuit crucem retro altare beati Bertini stantem, reversusque[q] ad sotios, 20 inreverens coram eis coepit eam defabricari stilo ferreo qui sool[r. 1] vocatur, unde solet excuti ignis a silice. Nuntii autem praefati tantae morositatis[s] spatio in iram accensi, procacibus convitiis aggressi sunt eos increpare durius, dicentes: 'Calumpniosa multum res fit[t] et indigna, quam agitis. Non enim de vindicta[u] occisorum nostrorum indignamini, nec de nobis certantibus partimque pro vobis[v] deficientibus succensemini, nec super castelli captione, quae nihil tardaret, solum si libuisset illos impetere, studetis, 25 insuper quoque nec de praeda inhabita advertitis, quoniam, si hi tantum habuerunt spatium noctis, omnia sua aut infodient aut in puteis seu abditis quibusque locis abscondent, quia[w] timent se pro certo in deditionem vel[x] in mortem ire[y]'. Ad quae[z] illi in iram versi[a] furibunde exarserunt, continuo de sessionum locis exilientes suisque diis vota solventes, scilicet, si munitionem illo vesperi capere potuissent, nemini masculini sexus usque[b] in mane parcere. Cuius[c] fastuosae iactantiae superbissima[d] verba hor- 30 rendaeque temeritatis minatia prolata, nulli fas est fieri ambiguum, interventu beati Petri apostoli precibusque[e] exaudibilis Christi confessoris Bertini, in quorum quasi in eorum contumeliam aecclesiis[f] haec fuerunt et facta et dicta, ad aures pietatis Dei super his indigne ferentis fuisse suppliciter[g] prolata. Actutum[h] etenim iam fatus[i] violator salutiferi signi, ut credimus, ad impeditionem tam crudelis edicti[k] percussus protinus est plaga insanabili. Nam os ei subito contractum est cum aure adusque occipitium, 35 oculique subversione retorti, et spumans ac tremens volutabatur per terram. Sotiorumque[l] suorum eodem in momento duodecim oculorum privati sunt lumine[2], ita ut claro die errando per cancellos ac parietes haererent aecclesiae. Quod[m] cernentes, paulo ante arroganter[n] saevientes, coeperunt angustiari, pallere, tremere, percussosque commanipulares prius[o] dilectos tunc velut[p] abhominabiles execrari, solum sibi asilum perfugii reputantes, si viam prius ventam repetere concederetur. Tali itaque Dei vindicta alii icti, 40 alii territi, praepropere arripuerunt propria vexilla parietibus aecclesiarum innixa, quae inibi missa bissino splendore candentia recipientes mirati sunt piceo colore nigrantia. Sicque rapido cursu per medias praecipites vacillando proruperunt aecclesias, non vino ebrii, sed indignatione Dei et offensis sanctorum consternati; tardumque eis videbatur monasterii portas attingere, ita ut potius laetarentur tunc de exitu quam paulo ante super diu desiderato introitu. Egressi vero, et aliquantisper pene elapso spiritu 45 resumpto, residuorum recordati sunt debilium. Nec tamen ullus illorum ausus est pro eis reverti, sed[q] vocantes ad se quendam strenuum[r] iuvenem quondam captivatum de colonia Sancti Vulmari nomine[s] . . ., qui ab initio huic facto interérat, praeceperunt ei, ut quantotius temptaret redire ac, si vivi fuissent, eos[c] adduceret. Qui reversus iniuncta perficere, repperit ut ante errando huc illucque eos palpitantes ac contractum ut prius iacentem fere exanimem; qui et inibi, quia egredi nequivit, remansit, plurimisque 50 diebus miserabiliter tabescens, aelemosinis bonorum hominum vixit, latratibusque quibus[t] valuit miracula Dei illic effecta testificatus fuit. Praefatus vero iuvenis data uni ex caecis manu, sicque unus post unum sibi haerentes[u] protracti sunt ad caeteros. Qui etiam interim horrore mortis trepidi, clangore frequenti increpitare citabant, stridentibusque tubis sonitu magis significante, immo compellente fugam, quam hor-

a) excitati 3. b) ac 2; at 3. c) ostibus 1. d) De monacho qui tyrannum sagittando occidit *rubra* 3. e) quo 3. 55 f) consti|, *in fine lineae* 1. g) At 3. h) iuenem 1. i) inabile 1. k) Intendensque idem 2. 3. l) iactante 3. m) sed 3. n) *ita* 1. 2. 3, *corr.* divinę 2. o) *ead. manu superscr.* 1. p) mitentes 1. q) est *add.* 2. r) *ita* 1; suol 2; sol 3. s) mositatis, *s. XV. demum corr.* morosit. 3. t) fuit 3. u) iunctiva 1. v) nobis 1. 3. w) quia — deditionem *manu s. XV. superscr.* 3. x) ut 1. y) iræ 1. z) Atque 3. a) verse 1. b) sexusq; 1. c) *absc.* 1. d) superbissime *corr.* superbissima 1. e) praec. 2. f) *partim evanuit, partim absc.* 1. g) supli. . . . . 60 *(absc.)* 1. h) Actuum 1; Accutum 3. i) factus 1. k) est *add.* 1. l) Sotiorumque — haererent aecclesiae *des.* 3. m) Quo 1. n) antea roganter 1. o) dil. prius 3. p) velud abhomibiles 1; veluti 2. q) sid 1. r) strenum 1. s) *ita* 1, *nullo spatio vacuo rel.; deest* 2. 3. t) *bis scr.* 1. u) erentes 1.

1) Ahd. *siula, sula* est subula, nobis 'pfrieme, ahle'. 2) Eadem referunt Folcw. c. 96. et Ann. Bland., SS. V, p. 24, ex annalibus Sithiensibus perditis.

891. tante[a] ad[b] pugnam. Quod audiens omnis plurima, ubicumque fuerant, sive circa castellum seu in tabernaculis vel in pascuis constituti, noto plangore[c] fugae pavefacti magisque divina virtute conterriti, nec dominos nec sotios nec notos repetentes, praecipiti[d] fuga, ubi cuique[e] visum fuerit[f], quo otius aut fugere aut abscondere potuissent, tendebant. Principes autem praefati cum eis quos secum habere poterant se adunantes et e regione munitionis per portam introitus sui exire velociter anhelantes[g], nedum dicamus, quod illo[h] propinquassent, nec vultum illuc divertere vel, quamvis tunc vesperasceret, illa nocte infra sex miliaria restare audebant, sed directim tendebant adusque[i] arcem quondam opinatissimam Menapum[1], domino Ihesu Christo sicut suos misericorditer liberando, ita alienos a[k] se dignis calamitatum cruciatibus percutiendo divinitusque terrendo, longe perditione tenusque[l] propulsando[m]. Relatione[n] enim eorum fidelium qui praelio interfuerunt didicimus, quod pervenientes ad locum quo tendebant, in uno praelii congressu[o. 2] duodecim[p] nobilium pugnatorum de illis profligati[q] sunt, Deo illis dignanter in numerum occisionum et sacrilegiorum meritam pensionem reconpensante.

11.[r] Antelatis etiam dignum ducimus[s] subnotare signum coelitus[t] transmissum et eodem in tempore visum. Post exterius atrium portae coenobialis monasterii non longe retroactis temporibus a relegioso quodam eiusdem loci monacho nemus quoddam frugiferum pulcherrime plantatum fuit; cuius in medio quasi collis tumbalis extitit, habens in summitate sui pyrum; quae pyra nimiae grossitudinis dulcissimique saporis erant. Referebaturque a senioribus ex plantariis fuisse beatissimi[u] Bertini. Quam ob rem[v] patrum saucivit[w] industria[x], fratres omni anno sollempniter vestitos secunda feria paschae cum reliquiis et psallentiis[y] — sicut mos est totam illam ebdomadam per diversas officinas facere — idem pomarium visitare et, in ipso monticulo completa[z] oratione, ad publica sollempnia reverti. Quod nemus quia inter duo monasteria erat, ne forte latibulo inimicis esset, christiani extirpare decreverunt. Venientes itaque, ut praetulimus, pagani in antefati collis cacumine, principale vexillum, quod labarum vocari fertur, alto stipiti pro terrore infixerunt, quo eminus prospicientibus terrorem incuteret. Sed e regione eodem in loco misericors Dominus evidentissime declarare voluit, quod ipse de caelo respicit super filios hominum, ut videas, si est intellegens aut requirens Deum. Nam labarum praefatum, quod nitidissimum fuerat ibi positum, abreptum[a] inde, teterrimum evulsum est; ac in tempore incoeptionis mirabilium praefatorum nebulosa caligo totum iam dictum texit nemoris locum, ita ut nec montani ab imioribus, nec inferiores[b] a superioribus videri possent. Columpna quoque nubea in medio caliginis caelitus pendula super[c] ipsum collem videbatur, simulans speciei suae colore pluvialis yridis varietatem, coequans sua etiam amplitudine subpositi colli[d] latitudinem. Nec antea ea[e] se fidelium intente eam considerantibus subduxit optutibus, quam omnis illa hostium plurima funditus discessit, evidentissime visibiliter Omnipotente monstrante, immo provocante misirisorditer nos Deo, ut illuc iugiter omni mentis intentione totaque cordis devotione debeamus oculos tam exteriores quam interiores in omnibus necessitatibus figere, quo nos preciosissimi Filii sui sanguinis redemptione dignatus est invitare; qui cum eo vivit, gloriatur et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per immortalia saecula saeculorum. Amen[f].

CONTINUATIO I.

cod. 3.

42. De ingressu feminarum.

Cum venerandus pater noster Bertinus, postquam a dyabolo in specie mulieris temptatus esset et a sancto Martino visitatus et liberatus[3] — considerans omnino monachis non expedire sexu femineo quovis modo communicari, sub anathemate ingressum feminarum de aditis eiusdem cenobii penitus exclusit. Quod ab ipsius beati Bertini tempore bene ab omnibus observatum est usque ad illud tempus, (Folcw. c. 106.) in quo Adala, nobilissima coniunx Arnulphi comitis et abbatis istius loci, cum sepissime magnis infirmitatibus esset aggravata, desiderare cepit, ut in hoc monasterio ei licentiam monachi darent intrare, ut coram altari sancti Bertini pro salute deprecatura liceret se prosternere. Huius igitur rei causa advocatis venerabilibus episcopis Wicfrido Taruennensis ecclesie episcopo et Folberto Cameracensis, denudavit eis desiderium suum. Accepta etiam a monachis licentia, anno (938. Apr. 3.) nativitatis Domini nongentesimo tricesimo octavo annoque quinto Hludovici regis, feria secunda pasche introduxerunt eam prefati episcopi in eodem monasterio, non sine tremore maximo, quoniam hoc illa prima facere presumpserat, quod antea reginarum nulla concupiscere vel audebat. [Sicque[g] introducta et ante altare beati Bertini prostrata, devote oratione fusa, plenam corporis sospitatem recepit]. Intrando autem plurima huic loco ornamenta contulit et, quamdiu vixit, nunquam donare cessavit.

a) ortante 1. b) *absc.* 1. c) clangore 2. d) p̄cipita 1. e) ubicunque 2. f) fuit quotiu⁹ aut 1. g) anhelentes 1. h) *evanuit* 1. i) usque *aut deest aut abscisum* 1. k) *post corr.* in 1. l) que *deest* 1. m) propulsante 1. n) Revelatione 1. o) congresu 1. p) milia *post in marg. suppl.* 2. q) alligati 1. r) XLI. Qualiter labarum paganorum positum fuit nitidissimum et inventum teterrimum *rubru* 3. s) d. subn. s. *des.* 3. t) *ita* 1. 2. u) patris *add.* 3. v) Quam pyram 1. w) santivit 1; sanctivit 3. x) *post corr.* industrii 1. y) sallentiis 3. z) cumpleta 1. a) areptum *corr.* abr. 1. b) interiores 1. c) vid. s. i. c. 2. d) *ita* 1. 2. 3. e) *deest* 2. 3. f) *hic desinunt* 1. 2, *ubi manus s. XV. notavit:* In alio libro viginti adhuc miracula recensentur, *in cod.* 3. *videlicet, ubi* 20 *capita sequuntur.* g) Sicque — recepit *in inferiore marg. post suppl. c.*

1) Intelligere videtur Cassel, olim dictum Castellum Menapiorum. 2) Ignoramus, de quo proelio dixerit. Cum Arnulfus rex a. 891, mense Maio circiter ad Atrebates contra Normannos proficisceretur, ut Ann. Vedast. referunt, proelium commissum esse non traditum est. Forte de clade Normannis a. 891, Nov. 1. ad fluvium Dyle illata cogitavit. 3) Cf. libellum Eremboldi monachi infra editum et Folcardi Vitam S. Bertini § 37, Acta SS. Sept. II, p. 610.

43. De illo qui sancto Bertino filium suum morti proximum optulit.

Eodem tempore Rodulphus, ipsius castelli pretor urbanus — — perpetualiter permansurum. Folcw. c. 106.

44. Qualiter hic locus meritis sanctorum Vincentii, Audomari et Bertini ereptus est ab incendii discrimine.

5 Veridicorum virorum qui interfuerunt sedula compertum est relatione[1], quomodo tempore venerabilis viri domni Odberti abbatis[2] locus Sithiensis cenobii meritis sancti Vincentii Christi martiris et sanctorum confessorum Audomari atque Bertini dudum divinitus ereptus sit ab incendii discrimine. Quod quia videtur adeo audientium utilitati congruere, licet tamdiu celatum sit scriptorum negligentia incurie, tamen dignum ducitur officio stili commendari[a] memorie. Nulla istic antiquitus de prefato Christi martyre 10 custoditio agebatur sollempnitatis nisi tribus lectionibus totidemque responsoriis; at ubi propria ipsius a quibusdam fratribus huc allata devenere responsoria, extimplo a fratribus eorum suavis mulcedinis percepta armonia, uti sunt admodum delectabilia, his fratrum iuventus plurimum est delectata atque future extunc observande celebritati adplene instructa. Exin[b] depositio supradicti sancti singulis annis preter solitum duodecim lectionibus decentius coli ceperat, ac fratrum devotio magis magisque erga 15 sanctum Dei cotidie crescebat. Quod cum aliquorum annorum fieret revolutione, nec fratres desisterent ab huiusmodi sancta devotione, contigit uno anno paulo post transacta decenter eiusdem celebri depositione, scilicet in ipsa sancti Gregorii festivitate[3], que constat quadragesimali tempore, magnam domum unius advocatorum claustro atque monasterio contiguam ex inmortuo cerei fungo succensam ardere. Que, ut erat valida, horribiles flammas evomens claustrumque illa parte qua steterat fumo igneque velans, 20 omnibus monasterii officinis excidium minabatur; fratresque iam de tanti loci liberatione desperati, solum ad extrahendos ecclesie thesauros et queque suppellectilia occupabantur, cum propitia Dei providentia tres columbe instar nivis candide celitus, ut credo atque post res edocuit, elapse, campanarium palam multis videntur ter circumvolitare et nunc hic nunc illic super pinnacula sessiones alternare. Quod nonnulli cernentes, a Domino talia effici existimabant, talibusque inditiis locum istum a tanto incendii discri- 25 mine servatum iri orantes exoptabant. Cumque adeo ingens esset uti principis[c], adeo claustro immineret, ut vix aliquod intervallum interfuisset, tantumque incendii ex hac grassaretur, ut longe hinc distantia domata exinde invaderentur, magna etiam pars istius castelli consumeretur, Deo gratias, non solum omnis hic locus a tanto periculi dispendio ereptus, verum etiam eiusdem ereptionis manifestiori revelatione non multo post glorificatus est. Adhuc autem duraverat illud avitum Sancti Petri monasteriolum 30 a sancto Bertino, patrono nostro, ut dicebatur, constructum, ad quod cripta quedam permodica ab oratorio sancti Martini prebebat accessum. Quod quidam fratrum Rambertus nomine, huius loci monachus, ob amorem sancti Petri apostolorum principis sanctique Bertini, eiusdem structoris, recolens, singulis noctibus, peractis matutinorum excubiis, frequentare ac ibidem psalmodiis et sanctis[d] meditationibus pernoctare solebat. Hic cum in eodem quadragesimali tempore paululum post prefatam illius combustionis 35 comminationem quadam nocte, peractis matutinis, talibus operam daret et, quoniam matutini solito citius ipsa nocte sonuerant, vigiliis fatigatus sessum peteret atque, sicut est infirmitatis humane, ibidem somno gravatus paululum dormitare cepisset, visum est ei videre quendam magnificum virum, dalmatica leviticisque cultibus candidatum, sibi astitisse seque, an dormiret, rogasse. Cum vero pre timore nichil, ut sibi videbatur, ad hec posset respondere: 'Noli', inquit is qui videbatur, 'metuere'. Adiecitque: 'Sed nosti, 40 qui sim ego?' Ad hec ille: 'Ignoro, domine'. Tunc ille: 'Ego sum', ait, 'frater Vincentius, et gratias refero vobis pro observatione mee celebritatis atque proba devotione, quam circa me geritis. Numquid etiam vos latet, quid ille tres columbe super nivem candide fuerunt, que istic in immensum furente vulcano apparuerunt?' Cui ille: 'Latet nos, sancte Dei; sed auspicato nostre protectioni a Domino talia arbitrabamur propalari'. Et ille: 'Rite', inquit, 'arbitrabamini. Ego enim eram cum sanctis Audomaro 45 atque Bertino, qui huc vobis venimus presidio. Nam, quorundam culpis exigentibus, omnis locus iste in deditionem flamme a Domino fuerat traditus, verum causa mee memorie, que hic in tam longinquis horis a vobis agitur, et quia tam devote festivitas mee depositionis observatur, ego cum sanctis, quorum hic emerita corpora venerantur, coram maiestate Domini pro vobis oportunus interventor adfui, et a benignissimo Ihesu ereptione huius impetrata cenobii, nec mora huc adventavimus vestre conservationi. Que 50 omnia abbati Odberto cuncteque congregationis fratribus detege, et ut ex his miserantis Domini obiurgationibus emendatiores fiant, commone, ne aliquando districtius feriantur correctione; meaque ex parte magnas gratiarum actiones cunctis ne negligas reddere, quod tantum devotionis affectum circa[e] me

Marginal dates: Ian. 22. Mart. 12.

a) commedari *c.* b) Exiu *c.* c) domus et *supplendum est.* d) sancti *post corr.* sanctis *c.* e) cica *post corr.* circa *c.*

1) Exstat carmen de eodem miraculo, quod hoc 55 capite narratur, compositum, quod edidit E. Dümmler, 'N. Archiv' II, p. 228—230; qui vero ib. p. 224. non recte coniecit, hoc carmine de incendio a. 1033. agi, quo monasterium S. Bertini totum combustum est, cum ibi relatum sit, monasterium adiutorio S. Vin- 60 centii incendii periculo salvatum esse. — Hoc caput inter a. 1034. (p. 518, n. 2) et a. 1050. conscriptum est, cum Bovo abbas in Inv. S. Bertini c. 1. eius mentionem fecerit; quod olim separatim scriptum, postea demum Miraculis insertum videtur esse. 2) Sedit a. 994. et a. 1007, Iul. 15. obiisse videtur. Laplane, 'Les abbés de St. Bertin' I, p. 137—140, eum a. 986—1007. sedisse, contendit; sed, nec quo anno abbatiam susceperit nec quo anno defunctus sit, satis constat. 3) *Tempus erat quadragesimae* et *Successere dehinc festa Gregorii* in carmine laudato. Nocte igitur ante huius festum hoc evenisse videtur. Quo anno factum sit, ignoramus.

gerere, quodque mei[a] natalis observationem tam decenter tamque humiliter instituerint colere'. His dictis, somniator evigilavit, et is qui videbatur disparuit. Cuius revelationis nectare frater ille mellificatus animum, ubere[b] perfundebatur lacrimarum. Mane autem facto, cum in utroque nutaret, scilicet utrum reticeret an palam faceret, quendam priorum nomine Grimwaldum accersitum consuluit super hoc, quid facto opus esset. Illo autem hortante ac suggerente, sancti ipsius iussionibus parendum esse, nec occultari debere, una utrique patri[1] vadunt indicare, deinde eiusdem patris iussu omni congregationis phalangule. Testabantur vero fratris ipsius lacrime, quarum ubertim in referendo manabat inundatione, omnia que dicebantur vera fuisse. Cumque inter plorandum et hec inter dicendum audissent fratres, gratias sibi referri ex parte tanti martiris, actutum cuncti prorupti in lacrimis, terras petiere osculis, ac plurimum coniubilantes, super his benignissimum Dominum laudaverunt et benedixerunt in canticis labiorum et cytharis[c], qui sic placatur et infertur in[d] iniquitatibus nostris sanctorum suorum intercessionibus ac meritis. Qua de re predictus abba cum sibi subiectis omnimodis excogitans, quo pacto precipuum militem Christi dignius valerent extollere ac venerari, quatinus tantum pro se intercessorem coram divina maiestate iugiter possent promereri, peracto, quod nunc superest, oratorio beati Petri apostoli, aram ipsius martiris in eodem iussit constitui, et extunc omni anno eius natalem in albis cum omni devotione decentissime custodiri. Nos autem, fratres karissimi, iam districtiorem prelocute comminationis correctionem experti, utpote qui nostro tempore omnem locum nostrum traditum desolationi oculis nostris, peccatis nostris hoc promerentibus, perspeximus igne devorari[2], tandem tempus visitationis nostre in hoc nos oportet cognoscere, et quicquid in nobis Domino nostro perspexerimus displicere, a sanctuario suo, hoc est a cordibus nostris, festinemus auferre, atque gentes vitiorum, que in hereditatem suam venere, ne ponant Iherusalem in pomorum custodiam, eminus a nobis studeamus propellere. Illius quoque dominice super Iherusalem facte comminationis memores simus, quod non relinqueretur in ea lapis super lapidem, qui non esset destruendus, eo quod non cognoverint sue visitationis tempus; atque post tantam incendii desolationem iam Dei gratia monasterio nostro ac omnibus reedificatis et restauratis in melius, hoc speculo castigatiores atque emendatiores effici omni conamine procuremus, atque innumerabilium vitiorum exercitus, qui Iherusalem sanctam Domini, scilicet nos, obpugnare non cessant, diebus ac noctibus repurgantes, Christo nobis presule effugemus ac sacraria sua Domino nostro sanctarum virtutum decoremus ornatibus, quatinus eius ad nos adventum quandoque promereri possimus. Sanctos etiam et electos Dei ad nostrum iugiter invocemus auxilium, quos ita promptos per hanc revelationem novimus nobis ad succurrendum, ac eorum exempla sequentes, crucifigamus nos mortificatione vitiorum et concupiscentiarum, quatinus nos Dominus noster possideat filios mortificatorum, qui cum Deo patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

(Margin: cf. Eccli 39,20. — 1033 — cf. Ps. 78,1 — Matth. 24,2.)

CONTINUATIO II.

cod. 3.

45. Miraculum in villa de Caumont.

Sancti patris nostri Bertini hereditatis pars Noviome urbi habetur contigua; nam ibidem villa dicta Calmont[3] adiacet, que tota iuri eiusdem patris debetur, tradita enim illi ab antiquo tempore tytulis auctoritatis sancitur. Verum huius ville colonos[e] quidam tyrannica abutens potestate nimiumque opprimebat, bona illorum, modo vi quidem, tum autem quocumque modo poterat auferens. Huius itaque insania ad id quidem deflectitur criminis inque deterius evasit, ut partem colonie ipsius ville invaderet pervasamque suo iuri ac ditioni vendicaret. Cuius vim invasionis cernens ministerialis, qui ab abbate positus in sui loco cuncta ville providebat, nepharia machinanti totis viribus obviabat, furibundo resistebat atque fieri Deo sanctoque patri iniusticiam proclamabat. Tandem adeo multum ac sepenumero quidem reclamante, nonnullis eque etiam scientibus huius rei veritatem contradicentibusque insano cepto illius, in ius ventum est. Tantum enim suis presumebat viribus. Ab hoc itaque iniurie causa demonstratur, ab illo vero minime quidem fore iniusticia denegatur. Sic sic controversia agitur et ab utraque parte discurritur. Opponitur primum causa, ea palam statuitur, post eadem deliberatione sancitur. Tum demum ultima iudicialis cause res subsequitur: 'Si negas', inquit noster propugnator, 'Dei ditioni sanctique patris Bertini iuri huius coloniam ville, quam iniuste tibi vendicas, deberi, victus tamen confitebere, suam sancto victus reddes et istam tuam minime recognosces. Opponam enim caput' — et monstrat dextra caput — 'periculo, tantum ob Dei iusticiam ipsius confisus auxilio'. 'Et econtra', inquit alter, 'me ipsum invenies paratum certare, nunquam victum fore dices'. Vades itaque dantur, duellum firmatur, dies statuitur. Post itaque rem tali iure firmatam minime sui villicus obliviscitur, sed adit abbatem Odbertum — is enim eo in tempore Sithiu regebat cenobium —, omnem rei seriem ordine pandit, orat sibi subveniri, ut constituto die aut idem presens assit aut in sui loco aliquos boni testimonii viros illo mittat. Maxime autem orabat, quod idem abbas presens esset. Spondet is id quidem sese facturum et auctoritate sui presentialiter subventurum. Tum vero prostratus ante sanctum altare, Dei providentie sedulo diuque se totum commisit suique misereri oravit. At tandem, petita benedictione abbatis, utens quasi quadam agilitate, magis solito raptim revertitur. Primum tamen sepe et multum obnixe orabat, ne sui oblivisceretur. Veniente igitur statuto die, se duello preparabat, tamen iuxta promissum aliquos

a) me *c.* b) imbre *corr. Mab.; sed cf. e. gr. supra p.* 479, *l.* 35. 495, *l.* 36. c) cynaris *c.* d) *deest c.* e) colones *c.*

1) Odberto. 2) A. 1033. Cf. Lamb. Aud., SS. V, p. 65. 3) Caumont (arr. Laon, cant. Chauny).

suo venturos auxilio sive ipsum abbatem expectabat. Itaque post celebratam a presbytero missam devote finita prece, eucharistia digne percepta, quod extra ecclesiam forte iacebat super saxum magnum assedit, versus locum Sithiu superius dictum erigens lumina, tensas[a] palmas, vultum tenuit, solumque movens labia, magne puro corde clamavit. Forte Dei providentia, ut declararet dignum meritum sui militis, abbas alias intendens, promissum neglexit. Tum vero adversarius minas ingerens, verb lacessensis, moram facientem incusabat, et nonnulli sue parti faventes probra contumeliarum ingeminabant, eum timoris arguentes. Ille tamen manebat, expectabat, orabat, parvipendens exasperantes. Et tandem erumpens in vocem: 'Adhuc', inquit, 'una morula meum operibor dominum'. Post vero ecce eminus aspexit et duas columbas nive candidiores aera secare pennis vidit. In has ita diu lumina fixa tenuit, quorsum tenerent volatum, quodve[b] signi volatus portenderet, scire desiderans. Audierat enim quondam se dignari ostendere pium patrem Bertinum et in visione tenere huius avis similitudinem. Itaque veloci volatu omnem procinctum ter ambiunt, postque ab oculis videntium evanescunt. Ilico surrexit et horrendum tonans, clypeo fulminans, cum baculo in hostem venit. Fertur denique, quia, dum surgeret versoque baculo saxum percussisset, hoc ex se sanguinis rivulum emisisse. O digna [fides[c]], que roboratur astipulaturque altero signo! Mirum[d] dictu, mirum visu sanguinem de saxo manare, verum quidem Dei est omnia posse. Tandem perfidus invasor crebris ictibus victus superatur et solo prosternitur. Tum adeo male multatus[e], sese victum multotiens profitetur, iniuste invasisse ville illius coloniam proclamat. Igitur vix ereptus a manibus victoris, domum deportatur et post triduum mortuus est. Omnis vicinia hoc merito factum esse dixit, miraculi signa celebravit sanctumque patrem Bertinum devote extollendo coluit.

46. Secundum miraculum de eadem villa.

Verum quod nonnumquam bonis formidini est, et unde virtuti studentes maxime corriguntur atque interius divino munere nitescunt, inde reprobi exterius audatiam sumunt, peccatum peccato addunt, verum postponentes, cecatique nube mortalis rei deterius sequuntur, et in eis illud propheticum impletur: *Sanguis sanguinem tetigit*, id est iniquus prava sive pessima malis sedulo factis addit. Igitur alter tyrannus innutritus sceleribus in predicta urbe Novioma extitit, ferox animo, immanior scelere, ante omnes alios die noctuque sanguinem sitiens. Itaque cum talis foret fama[f] sue iniquitatis, dolos[g], fraudes hac illacque expandebat. Nam strages miseri populi dabat, non viro, non mulieri nec parvulo parcens quidem. Sed cum iam maxima ex parte queque villarum adiacentia devastasset, Calmont villa minime quidem secura ab eius insania extitit, timens valde; quod sibi timebat, postea evenit. Et cum audisset et re vera sciret peremptum sorte duelli, et iniuste agentes in villam admittentesque[h] iniuriam sanctum patrem Bertinum vindicare, nullo modo insana mens eius a solita rabie seu ab assueto furore requiescendo cessabat, verum quidem oportunum locum conveniensque tempus, quo villam invaderet, volvebat. Sed cum deesset, ubi sue rabiei audaciam verteret – iam enim incendio, rapina cetera pene omnia consumpserat –, armat ducentos equites, versus Calmont villam iter arripuit. Attamen primum per devia tendebat, simultates fingens, quasi alias festinaret, forte e regione in villam irruit, armatis circumdedit[i], cuncta que infra erant bona diripuit[k]. Casu omnia sua animalia, pecudes, pecora ad pastum extra villam die illo ierant, que, cum rediret[l], passim pascentia campis invenit. Heu heu! duplex infortunium illis subito accidit. Infra villam quicquid habebatur melius diripitur, extra vero quecumque pecora pascebantur abducuntur; cum ecce monachus nomine Winradus, bone memorie vir dignus laude, missus ab[m] abbate Roderico[1], utili quidem ecclesie Dei nostrisque necessario temporibus[2], depopulata villa, supervenit. Duplicatur ergo clamor heiulatusque, postquam ipsum videre: 'Succurre, succurre, optime vir, bone domine'! iterant, 'accelera vadens post hostem, ad ipsum verba precantia funde! Certi sumus, ut, quando te viderit, illico tibi reddet cuncta que pre se ducit, quia omnia que infra villam erant depredatus est'. Tactus igitur mitis vir intrinsecus cunctarum magnitudine querelarum, velociter post ipsum admisso equo festinavit, consecutus eum salutavit. At ille typo superbie, ferocitate animi minime quidem respexit nec salutanti monacho, servo Dei, reverentiam exhibuit, quo saltem verbulum redderet. Urgens tamen isdem calcaribus equum, habenis[n] moderans, propius accessit, audatius locutus est: 'Predam hanc a villa sancti patris Bertini abripiens iniuste ducis. Redde igitur, ne ob iniusticie temeritatem, ne propter iniurie severitatem iram Dei digne incurras'. Noluit respicere, dedignatus est oranti reddere responsum. Ignorat is, quid ageret. Dubitabat enim ignorando, ignorabat dubitando, ad quid rationis seu consilii se vertere posset. Videbat enim se contempni, cernebat preces suas despici; verumptamen premeditabatur, quod ferocitatem animi eius pollicendo aliquid molliret. Duo igitur illi offerre, celeste et terrenum bonum, sententie fuit. Obtulit primum, alterum quidem haud obtulit, non enim effectus, non causa, non tempus fuit. Hic equidem submissa voce, humili oratione hec cepit proferre, vultu ordinis servans reverentiam, quam et habitu et mente gestabat. Oravit equidem, non autem peroravit: 'Vere spondeo', ait, 'certe[o] promitto tibi ducentas missas'. Cum perorare voluit[p], ille indignans inperfectam orationem ab illius ore tulit, et, ut communi vulgarique verbo utamur, monachus pie ducentas missas, alter prave despectiveque protulit ducentas fissas. Ter denique eadem verba repetit et ferum calcaribus urgebat. Adhuc itaque verbum contemptibile in eius ore vertebatur, cum subito de

Osee 4, 2.

a) *ita corr. Mab.*; tensus *c.* b) *ita corr. Mab.*; quod ne *c.* c) *deest c.* d) Verum *post corr.* V mirum *c.* e) *ita corr. Mab.*; mulatus *c.* f) famam, m *eraso, corr.* fama *c.* g) *ita corr. Mab.*; dolor *c.* h) amitt. *c.* i) cum *add., sed post del. c.* k) dirippuit *c.* l) redirent *c.* m) *bis scr., alterum del. c.* n) habens *post corr.* habenis *c.* o) certo, o *radendo corr.* e *c.* p) verum *add., sed post del. c.*

1) A. 1021—1042. 2) Ante Roderici abbatis obitum a. 1042, Iul. 9. hoc caput scriptum esse videtur.

equo cadit, in caput ruit; galea terre figitur, collum ruine casum sentit, spiritus vicinas auras polluit. Tum quoque humana et secreta alvi per naturalem meatum erupere. Merito ergo ex illa parte plectitur dignaque multatur pena, unde in sanctum patrem emanavere obprobria, et iuste digneque quidem inferius putorem emisit, qui superius similem fetoris causam labiis et lingua in ore revolvit. Interea sui ducebant predam, ignorantes, dominum suum passum fuisse talis casus ruinam; et tamen fama cogente, predam dimittunt, ad dominum suum festinant, mortuum quidem et multatum vindicta celestis ire repperiunt. Tandem preda reducitur ad propria, nomen Domini ab omnibus laudatur sanctique patris Bertini patrocinium veneratur. Hii leti insignis triumphi gaudia celebrant, illi tristia funera ducunt. O Dominum omnipotentem in sanctis suis gloriosum! o Deum in altitudine maiestatis, in potentia magnitudinis mirabilem! Quis dubitet, hanc palmam nobilis triumphi asscribi posse meritis sancti patris Bertini? In argumentum itaque fidei monachus supervenit, accedens humiliter oravit, verba precantia coram Deo fudit, qui numquam despicit sperantes in se, superbos semper humilians et humilibus dans gratiam, redditurus unicuique secundum opera sua, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

CONTINUATIO III.

cod. 3.

47. Tercium miraculum sancti Bertini de villa de Calmont tempore Bovonis abbatis[1].

Quidam Bodera[a] nomine subministerialem agebat causam cuiusdam maioris prediti potestate advocationemque sibi vindicantis ville proprii iuris sancti Bertini Calmunth nomine. Hic quia una et timeri ac[b] placere desiderabat, nimium nimiumque vicicolas labore usque impense acto premebat. Verum pro causa huius moliminis et pro tante controversia iniusticie quidam monachus Heribertus nomine, qui abbati Bovoni in regimen huius cenobii successit[2], ex precepto venerande memorie iam dicti Bovonis[3] agens curam ipsius ville, curavit hunc sepius ammonere, ut desisteret a nequam actu et ab omnium oppressione. At palam arguentem sceleris velut metuens fugiebat, clam autem illi detrahens, subdolus machinamenta instruebat. Super his vero dolens monachus, dominum illius adiit suorumque ac suam iniuriam patefecit; 'Ego ipse per me', inquit, 'hunc primum curabo minari; et si deinceps hec admiserit, pecunie sentiet dampnum'. Revertente vero monacho, forte alter iam dictus advenit. Cui dominus eius: 'Heribertus', inquit, 'monachus tibi succenset, dicens, quia ruricolas meo servitio subdis[c]'. Redit siquidem[d] armatus precepto domini malumque evomit latentis veneni. Nam apprehendit boves illius in agro pascentes et servitio domini sui subdidit eosque per totum triduum tenuit. Ut autem placuit, macilentos multumque afflictos, uti fit tot laboribus, reddidit. Inde adeo motus quidem monachus nequam hunc verbis aggreditur: 'Usque ad id temporis libera extitit nostra curtis ab omni servitio fuitque sue potestatis; nec quis priorum ausus fuit in ea sibi vendicare aliquod ius sive vim invasionis. Quam ob rem ergo nostros boves abegisti et in servitium alterius vindicasti'? Non mirum quidem, si nequam prava ore profert, maius est opus, acsi esset dictum. 'Si tuus', inquid, 'sanctus Bertinus bos esset, iugo meo iungeretur subque labore ingemeret, qui tuos quereris meo labori insudasse'. At ille inquit: 'Quid dixisti, nequam vir[e]? Et si cogitaras quod nefas dictu est, hautquaquam palam proferres. Plectere, miser, merita plectere pena, multabere celestis ire virga'. Dum igitur isdem valde motus super his pedem averteret, merito digna percussus est plaga. Nam facies illius ad posteriora ilico flectebatur, adeo ut occiput quod erat sinciput, et sinciput quod erat occiput haberi videretur, preter quod facies suis formis insigniri deberet. Collum enim distortum et tumidum, labia eque quidem tumentia et aliorsum ac deberent versa, lumina quoque oculorum inversum aspicientia cernere erat. Et quid plura referam? Quod mirum dictu maiusque visu est, nichil humani in eo intuebatur. Talis itaque domum deportatur. At taurinos mugitus emittens, omnem viciniam sue pene cruciatu movebat. Erat enim in homine videre miseriam. Verum suis precibus aliorumque rogatu, et quia voluit videre multatum, una cum aliis noster monachus Heribertus illo venit. Cuius presentiam intelligens voce — non enim visu hunc ipsum agnoscere quiverat —, quo pro se oret, deprecetur, intente ac sepe multum rogat. At ille compatiens misero — quis enim mortalis hunc huiusmodi cernens tali non compateretur? — sciscitatur, an velit amodo resipiscere funditusque priorem vitam corrigere. 'Eadem', inquit, 'passio et incurabilis percellat me feriens, si sane sanatus in omnibus emendari neglexero'. Credidit igitur bonus vir sponsioni illius, reversus est continuo, oravit; sanitati restitutus est. Sequente autem die claris indutus vestibus, valentior atque sanior solito apparuit. Mirantur omnes, qui eum novere perculsum, tam repente convaluisse; sed ipse alia fingebat, componebat orationem, aliorsum vera detorquens ac deberet. Verum cum sepe mendatio contra verum stare homo assuesceret, faciendi assiduitas aluit audaciam, audacia vero congeminavit crimen, crimen quoque meritam intulit mortem. Necdum[f] triduo post hec transacto, boves cuiusdam pauperis rapuit, ditioni falsi iuris subdidit nimiisque laboribus pro libito sui proque temporis quantitate insudatum tenuit. Necdum boves reddiderat, et maiora quidem actum ire forte cogitatu volebat, cum forte eadem passione qua primum percutitur. Cadit in terram, miser tum quoque non homo esse, non mortale sonare videtur. Nam pro

a) Bodora *S.* b) et *S.* c) subdẻ *c.*; subde *S.* d) *post m. s. XV. superscr.* ille *c.* e) ur *post corr.* vir *c.* f) Nam necd. *S.*

1) Hoc caput exscripsit Simon, Gesta abb. S. Bert. I, 19, SS. XIII, p. 640; cuius variam lectionem attulimus. 2) Bovoni a. 1065, Dec. 10. mortuo successit Heribertus a. 1066—1081. 3) A. 1042—1065.

humanis verbis mugitus dat, pro planctu, pro querela rabiem aggrestium ferarum imitatur. Orat amicos, quo pro se rogent; nec refert quidem. Deprecatur nuntiis, ut sese visitatum monachus veniat; id quoque minime quidem meretur. Igitur eodem die quo rursus percussus eadem infirmitate est vitam, quam postposuerat, perdidit, mortem, quam secutus fuit, vidit, invenit, sensit.

CONTINUATIO IV. AUCTORIBUS DIVERSIS.

cod. 3.

48. De inventione corporis sancti Bertini.

. . . .[1]

49. Miraculum quod factum est eodem momento quo sancti viri corpus inventum est.

. . . . . . Facta est autem huius sacratissimi corporis inventio anno assumpte humanitatis Christi 1050, 16. Kalendas Iulii[2]. . . . . . .

Cf Simon I, 12. 1050. Iun. 16.

50. De elevatione eiusdem protectoris nostri Bertini.

Anno igitur Verbi incarnati millesimo quinquagesimo secundo, sexto[3] Nonas Maii, paratis presulibus, abbatibus, monachis atque canonicis, quibusdam etiam laicorum maioribus in testimonium intro admissis[a], cum processionibus ad sanctum locum acceditur, letanie canende inceptantur, missisque operariis scrinium sacrati corporis effodi iubetur.

Bovo c. 8. 1052. Maii 2.

. . . .

55. De quadam muliere vinclis ferreis ligata et ad sepulcrum sancti viri soluta.

Mulier[4] quedam de Lotharingia, vinclis ferreis brachia utraque habens pro penitentia constricta, in hoc cenobio anno Verbi incarnati millesimo centesimo vigesimo quinto, multis astantibus, precibus sanctissimi patris nostri Bertini a dictis vinculis solvitur. 1125.

56. De quadam puella nervis contracta.

Puella[b] quedam Goduina nomine membra habebat integra, sed nervis contracta; ad sepulcrum beati viri anno gratie millesimo centesimo vigesimo sexto sunt ei crura erecta. 1126.

57. De abbate Lobiensi.

Quidam abbas Lobiensis nomine Leonius, postea in regimen huius Sithiensis cenobii postulatus et assumptus[5], in parrochia Sancti Bertini in territorio Furnensi[6] quamdam ecclesiam anno gratie millesimo centesimo tricesimo quinto sine assensu capituli eiusdem sancti construxit; quam ita ventus vehemens meritis sancti iam dicti concussit ac de terra evolare fecit, ut nec iunctura lignorum alteri remaneret. 1135.

58. De quodam abbate de Claro-marisco.

Anno assumpte humanitatis Christi millesimo centesimo septuagesimo primo, tempore bone memorie domni Godescalci huius loci abbatis, res accidit celebri et illustri digna memoria et omnibus Sithiensium possessionum pervasoribus terribilis et formidanda. David[7] enim, non multo postquam consecratus est abbas in ecclesia de Claro-marisco[8], levato calcaneo contra ecclesiam beati Bertini, conductus aquarum et fossata per mediam terram predicte ecclesie in villa de Arkas[9] molitus est facere. Que villa ab antiquis temporibus absque omni calumpnie inquietatione eiusdem ecclesie propria et libera fuisse dinoscitur. Nec hac presumptione contentus, insuper ecclesiam sancti Bertini ingressus, quod presumptuose inceperat, effectui se daturum secundum voluntatem suam, licet contradicentibus monachis, superbe et arroganter comminatus est. Verum tante arrogantie et presumptionis impatiens ultio divina haud longe post subsecuta est, ut illud impleretur: 1171.

Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum.

Nam sequenti die predictum opus ingressus, operarios suos pro libitu suo de conductu faciendo docturus, in eodem loco, equo sub eo calcitrante, humi prostratus est, ibique confracto crure, qui sanus equi transvectatione advenerat, famulorum manibus domum in lectica deportatus est, ab invasione terre nostre deinceps desistens et terribile et formidandum invasoribus terre sanctorum, ut dictum est, exemplum relinquens.

59. De quodam homine festum sancti non colente.

In burgo Sancti Audomari anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo quarto decimo homo quidam Michael nomine, professione tonsor, in die depositionis beati patris nostri Bertini, cum a nonnullis vicinis suis obiurgaretur, quod festum sancti non observaret, nec ideo minus operabatur, sed sanctum verbis convicians et in contumelias prorumpens, a demonio correptus, per longum tempus in vase ligneo, quo pasta pistari solet, funibus ligatus iacuit; quem tamen aliquanta sanitate per Dei misericordiam et sancti

1214. Sept. 5.

a) introamissis *c.* b) Puer quidam God. *c.*

1) Capita 48—54. ex Bovonis abbatis Inventione S. Bertini excerpta sunt. 2) Corpus s. Bertini secundum Bovonis Inv. c. 3. die Iun. 9. inventum est. 3) Cf. Simon I, 12. 4) Eadem habet Simon II, 116, p. 658; v. ib. n. 6. Certe sequentia diversis temporibus a compluribus addita videntur. 5) Abbas Lobiensis a. 1131—1137, abbas S. Bertini a. 1137—1163. 6) Furnes. 7) Eadem, paucis mutatis, leguntur in Gest. abb. S. Bert. Cont., SS. XIII, p. 668. Non satis apparet, num hinc illuc an illinc huc transsumpta sint. 8) Clairmarais. A. 1170—1176. 9) Arques (arr. St. Omer).

patrocinium recepta, melioratum in ecclesia nostra ante sanctum altare in choro vidimus, astante domno abbate Iohanne tercio et monachis quam pluribus, Dei exorantem humiliter et devote clementiam et sanctorum suffragia implorantem.

60. De quodam sacerdote sanctum Bertinum et omnia ad eum pertinentia maledicente.

1219. Sept. 5. Cum presbitero de Ruminghem[1] anno Domini millesimo ducentesimo nono decimo non licuerit comedere in refectorio in depositione beati Bertini, iratus in burgo comedit. Qui cum domum rediret cum canonicis Watinensibus in navi, sanctum Dei Bertinum cepit maledicere et excommunicare et omnia que ad eum pertinent. Quem gladius Dei, vindictam [sumens[a]] ab eo, fere medium secuit, cum in amne, nescius a quo precipitatus, fuisset summersus, nisi canonici extraxissent[b] eum. Quod quia blasfemo ore et corde maligno iteravit, iterato factum est.

61. Item de alio sacerdote sanctum Dei blasphemante.

1219. Eodem anno Iohannes presbiter de Rubroch[2] cum talis ludens ad aleas nescio seu ad scacos, dum perdidit, sanctum Dei[c] Bertinum maledicere cepit et omnia que ad eum pertinebant, et cum [in[d]] improperium eius quam plurima blasfemie verba protulisset, acsi ventus validus veniret, sonitum audivit, et alapam magnam in maxilla recipiens, super scacarium vel alearium cecidit et per triduum mansit incibatus, non audiens neque videns.

a) *post manu s. XV—XVI. superscr. c.* b) extraxhissent *c.* c) beatum *add., manu del. c.* d) *deest c.*

1) Ruminghem (arr. St. Omer, cant. Audruicq). 2) Rubrouck (arr. Hazebrouck, cant. Cassel).

EX EREMBOLDI LIBELLO DE MIRACULO S. BERTINI.

Subiungimus partem libelli hucusque inediti, quem Eremboldus monachus S. Bertini precibus fratrum adductus de quodam miraculo S. Bertini conscripsit. Qui dicit, hoc miraculum apud Bertinienses etiamtunc litteris non mandatum fuisse, et Roderici abbatis, qui a. 1021—1042. *sedit, mentionem facit. Idem vero miraculum ex Eremboldi, ut videtur, scripto iam narrat Folcardus in Vita S. Bertini*[1]*, quam Bovoni abbati, successori Roderici a.* 1042—1065, *dedicavit. Apparet ergo, Ereniboldum tempore Roderici vel Bovonis abbatis ante medium saec. XI. vixisse et hunc libellum edidisse*[2]*.*

Miraculum ipsum nimis ridiculum nimisque verbose enarratum omisimus. Nec quae de feminis in monasterium S. Bertini interventu Adelae comitissae Flandrensis admissis narrat, ullius momenti sunt, utpote ex Folcwini Gestis exscripta. Addidit vero pauca notatu digna, ut de situ et capellis monasterii, quae hucusque incognita omittere noluimus.

Exscripsimus libellum Audomaropoli *ex codice civitatis nr.* 746, *t. I, olim S. Bertini, cui inter miscellanea apographa chartacea saec. XVI. complura folia membranacea inserta sunt, quorum duo priora illum manu saec. XII. accurate exaratum continent*[3]*.* *O. H-E.*

f. 1 PRAEFATIO EREMBOLDI MONACHI AD HUIUS LOCI COENOBITAS.

Si alicuius igniculi fomitem Spiritus sancti gratia flagrantem, patres carissimi, in cordis mei secreto vigére sentirem, unde vestris iussionibus parére valerem, ipsum testor cordium fidelium Illuminatorem, quod sine ullius mórulae tarditate quae iubetis pro voto securus et gaudens susciperem. Sed quia talis meriti, obsistente gravis nevo peccati, dispar esse videtur sensus tantilli famuli vestri[a], flexis genibus et vultu humili postulo benignitatem amoris vestri, ut acta satis onerosa etiam alicui perfecto viro et spirituali omittatis imponere stilo insipientis et ad tantum opus inepti. Quodsi persistitis in ammonitione maiori, tunc precor in nomine Dei summi, quo sicut concordia unanimi id iterum iterumque meae in-

a) nostri *c.*

1) Acta SS. Sept. II, p. 610, § 37: *Fertur siquidem a senioribus nostris, eundem virum Dei quodam sabbato sanguine minutum, a maligno spiritu sub specie puellae regiae personae tentatum esse etc.* 2) Cui tempori optime convenit sermo arte quam dicimus 'reimprosa' per totum libellum ornatus. 3) Praecedebat in codice, ex quo haec evulsa sunt, glossarium quoddam, cuius extrema verba f. 1. haec leguntur: *iactantia rhuom. hypocrisis liba. contentiones bag. pertinatiae kreg. discordiae ungezum.*

iungitis pusillanimitati, scilicet ut dictator cuiusdam miraculi praesumam fieri sanctissimi patris nostri Bertini, ita etiam unanimiter postuletis misericordiam ipsius Spiritus sancti, qui est omnipotens in omnipotentia Patris et Filii, quatinus qui aperit os muti et linguam infantis disertam facit (cf. Sap. 10, 21.) parvissimi vestra petitione spirituali non déneget similiter humillimo mihi saltem guttulam parvissimi roris muneris sui, 5 per quod omni tempore placere illi et quae sanctis sint digna non solum in sermone praesenti, verum etiam in omni actione caelesti merear operari. Si sic nempe benefido vestro adiutus auxilio, immo lumine supernae gratiae prosecutus fuero, absque pavore ullo quae desideratis adimplere valebo.

EXPLICIT PRAEFATIO.

INCIPIT VERA REI GESTAE DESCRIPTIO.

10 Inprimis ergo sagaci indagatione oportet inquirere, cur, qui alia praedicti patroni nostri miracula tam nobiliter studuit elucidare, istud sic visus est omittere, ut non scriberetur in contestu[a] vitae ad laudem et gloriam Maiestatis supernae. . . . . . .[1] Hac itaque condigno sibi dedécore expulsa, gaudens (f. 2) intra sé cogitare coepit illa Dei hostia[2], quid honoris quidve dilectionis faceret pontifici[3], qui praecepto Domini absque lapsu corporis et animi eum liberaverat a fallacia inimici. Vocatoque vernaculo, 15 symmistam atque consecretalem suum accersire studuit Audomarum episcopum, qui non longe episcopale habebat hospitium; cuius consilio omnia ecclesiarum altaria, quae sibi contulerat grata Dei gratia, cum benedictione Christi largitoris sui consecrata dedicare fecit in nomine sancti Martini, benefidi adiutoris sui. Itaque tam nequam scorti temerario ausu commotus pater gloriosus, fertur prohibuisse anathematis strictis ligaminibus, ne cunctis vitae suae diebus intra septa ecclesiae illius pes introiret femineus, nec 20 etiam post discessum eius nisi magno examine abbatis et fratrum congregationis ipsius. Quod linguae sacerdotis interdictum timidum, quamdiu Deo cara anima eius in praesenti vita tenuit corpusculum, sic exclusit ab intimis templi ipsius omnem sexum femineum, ut nec ad liminis eius audérent appropinquare áditum. Sed et post exitum hominis Dei de tabernaculo carnis firmiter per multa curricula annorum stetit decretum huius auctoritatis, scilicet usque ad tempus Arnulfi nobilissimi marchionis[4], cuius magna 25 nobilitas mentis per monasteria nitet suae ditionis, quae tam nobiliter relúcent beneficiis sanctis inibi quiescentibus ab eo collatis pro mercede aeternae retributionis, qua, ut credimus, nunc nobiliter eius anima fruitur ante thronum supernae Maiestatis. Huic denique principi praefato coniunx erat nomine Athela[b], quae lingua Theutonica interpretata dicitur nobilissima, quae non solum genere vel nomine, sed etiam nobilis erat morum dignitate. Quae cum saepissime magnarum infirmitatum aggravaretur vexatione, (Folcw. c. 106) 30 huius monasterii introitus adhuc feminis illicitos, ut praefatum est, magnopere coepit desiderare, quatinus coram altare praedicti patris Bertini sé pro salute sua deprecaturam liceret prosternere; idque monachis per internuntium mandavit humillimo precamine, sed minime tunc ab his quod cupiverat praevaluit impetrare. Huiuscemodi igitur rei causa accersitis venerabilibus episcopis, scilicet Wicfrido Taruennensis ecclesiae et Folberto Cameracensis, eis desiderium cordis sui denudavit atque hos pro hoc negotio ad monachos flectendos 35 direxit. At ubi his demum internuntiis petitioni eius adquievére monachi, comes, praelibatae matronae coniunx, omnibus sui indixit optimatibus regni, quatinus, intra constitutum diem ad praedestinatum locum illis convenientibus, nobilissimorum quorumlibet comitatu mulieris suae quam honorificus haberetur deductus. Non post multum itaque temporis congregata est in unum utriusque sexus multitudo magna, monachorum quoque atque clericorum caterva non modica, ad illa castra, ubi inter alia sanctorum cor- 40 pora requiescunt sanctissimus praesul Audomarus et praenominatus patronus abbas Bertinus, sicut duo candelabra, non solum ante Dominum lucentia, sed etiam per multa terrarum spatia plus quam sol et luna. Hac itaque placidissima Deo caterva anno humanati Verbi 938. annoque 2.[c] Hludowici regis, filii Karoli regis inclusi, eiusdemque inclyti marchionis comitatus anno 21. simul collecta, a monachis licentia iam adepta, haec prima fide plena deducitur a praefatis episcopis in 2. feria pascae non sine tremore maximo ad 45 eiusdem monasterii ostia. In ipsis autem liminibus, priusquam ingrederetur, inter gaudium et dolorem, spem atque metum, quasi pro ingrediendi licentia, facie lacrimis suffusa, ut ita dicam, mille terrae dedit oscula, quoniam hoc illa prima facere praesumpserat, quod[d] antea reginarum nulla concupiscere[e] vel audebat. Intrando autem primo alodiis, auro, argento, palliis aliisque ornamentis tanti patris honoravit altaria; dehinc solo prostrata, fide plena, pugnis tundens pectora, pro sua infirmitate Deum exoravit intentissime. Inibi 50 ergo non multum iacens suamque et populi ignorantiam cónfitens, misericordissimam Dei omnipotentis humillime imploravit pietatem, quatinus per merita et intercessionem praesentis patroni peroptatam sibi redderet sanitatem. Sicque orans monstravit per ampla templi moenia, cuius desiderii causa ingressum templi tantopere desiderabat eius anima. Quae memor[f] tanti beneficii, pro hac causaque divinae retributionis non solum tunc, sed etiam quo advixit numquam sua munificentia eundem locum donare[g] cessavit. (f. 2b) 55 Post introgressionem autem huius mulieribus concessum est idem templum introire, cum antehac post interdictum prefati patris[h] nulli umquam feminarum liceret accedere propius quam quo amne idem cingitur locus. Ab occidentali namque plaga monasterii ecclesiola in honore beati baptistae Iohannis

a) *post corr.* contextu *c.* b) *mimo post superscr.:* id est nobilis. c) Mmo. *post corr.* IIdo. *c.; cf. SS. XIII, p.* 627, *n.* u. d) q̄od *c.* e) *in marg. suppl. c.* f) *sequentibus tribus dimidiaque lineis erasis,* memor interdictum prefati *manu s. XIII.* 60 *superlita sunt c.* g) *post corr.* dotare *c.* h) *sequentia in schedula membranacea assuta priore manu s. XII. scripta c.*

1) Diabolus forma speciosae puellae regiae stirpis indutus s. Bertinum in monasterio orationibus incumbentem tentat. Cuius in auxilium advolante S. Martino, puella diabolica cum ignominia expellitur. 2) Bertinus. 3) S. Martino. 4) I. Magni a. 918—964.

super arcus erecta lapidibus constructa erat, sub qua etiam eques quisquam equitans transire poterat, cuius summitas super vallum, cui Agniona[1] fluvius subtérfluit, steterat. Usque ad hanc ergo aecclesiam mulieribus monasterio proximare licitum erat. Quae ecclesia usque ad tempus domni abbatis Walteri[2] ita duraverat, qui eam a fundamento destruens, quoniam vetustate et incursione paganorum diruta erat, ligneam pro ea fecerat. Porro ab orientali plaga itidem ecclesia in honore sanctae Dei genetricis Mariae 5 erat, quae praecedentium quondam abbatum usque ad tempus eiusdem abbatis capella extiterat, cum et inclaustrum adhuc in aquilonali parte monasterii staret, sed ab eodem in meridianam transmutatum est. Ipsa erat ecclesia, quae a temporibus gloriosi patris Bertini usque ad tempus domni abbatis Roderici[3] ita permansit, qui eam pro amplificando horto destruxit. Nunc itaque ad ceptae narrationis seriem revertar, ne propter locorum descriptionem de nimia a proposito digressione culpabilis inveniar. Praedicta matrona de 10 ecclesia egressa gaudens et non post multum temporis castrum Bruggense veniens, diem huius vitae sortitur extremum[4]; cuius corpus Gando translatum in monasterio Sancti Petri est humatum. Et certe utrum haec ei ita contigerint, quia sacrum locum temerare praesumpserit, an divinae dispensationi omnia iuste disponenti super ea ita placuerit, non est nostro iudicio discernendum, sed divino examini committendum, ut in omnibus glorificetur Deus pater cooperatione Spiritus sancti per Ihesum Christum dominum nostrum. Amen. 15

1) Aa. 2) Secundum inscriptionem, quam affert Laplane, 'Les abbés de St. Bertin' I, p. 133, sedit a. 964—984; sed haec recentis aetatis et nulla fide digna esse videtur; coniiciendum est, eum sedisse inter a. 970—990. 3) A. 1021—1042. 4) Obiit demum a. 960, 22 annis postquam monasterium S. Bertini ingressa est.

BOVONIS ABBATIS RELATIO DE INVENTIONE ET ELEVATIONE S. BERTINI. 20

Cum a. 1050. *basilica monasterii S. Bertini restauraretur, felici eventu sub altari S. Martini ossa S. Bertini, quae plus ducentis annis latuerant, inventa sunt. Qua de re laetantibus fratribus, Bovo abbas, qui a.* 1042—1065. *abbatiam Bertinianam strenue et feliciter rexit, adeptus Leonis IX. papae iudicium,* 25 *quo confirmatum est, verum esse S. Bertini corpus repertum, a.* 1052, *ascitis Widone Remensi metropolitano et Drogone episcopo Taruannensi, corpus sancti solemniter elevari fecit. Quae omnia quomodo gesta sint, relatione longa, copiosa, nimis verbosa exposuit, praemissis epistolis de relatione conscribenda ad archipraesulem Widonem, cui eam dedicavit, datis et ab eo acceptis, et insertis* 30 *litteris de elevatione sancti datis. Etiam quaedam memoratu digna de rebus in monasterio antequam ipse abbas electus est gestis praemisit, praeterea, quam ob rem olim corpus S. Bertini reconditum sit, narravit, capite ex Folcwini Gestis abbatum et Vita Folquini (supra p.* 424 *sqq.) et libello Miraculorum antiquo composito.* 35

Codicem manuscriptum huius libelli frustra quaesivimus, sed in codice civitatis A u d o m a r e n s i s *nr.* 746, *t. II, olim S. Bertini, inter multa miscellanea chartacea f.* 93—94'. *epistolas tres praemissas, f.* 95. *extrema verba operis manu saec. XVI. scripta invenimus, reliquo toto opere, quod olim inter haec folia exstabat, perdito. Repetimus igitur editionem Mabillonii, Acta SS. III,* 1, 40 *p.* 153—168, *ex codicibus Sithiensi et Claromariscensi satis bene paratam*[1]. *Nonnulla vero menda tollere quivimus ex Simonis Gestis abbatum, ubi quidam loci, et ex codice Miraculorum compilatorum* (3)[2], *ubi permulta ex hoc libro exscripta sunt. Editionem Mabillonii repetiverunt I. Stilting, Acta SS. Sept. II, p.* 614—623, *et Migne, Patrol. CXLIII, col.* 1369 *sqq.* *O. H-E.* 45

1) Duobus locis quaedam omisit Mabillon. 2) Cf. supra p. 508.

RELATIO DE INVENTIONE ET ELEVATIONE SANCTI BERTINI ABBATIS, QUAE FACTA EST ANNO INCARNATIONIS DOMINI MILLESIMO QUINQUAGESIMO SECUNDO.

Domino praestantissimo archiepiscopo Widoni frater Bovo, indignus abbas Sithiensis coenobii, inter benedictos benedici. Dum in corpore sanctae Dei ecclesiae sub Christo summo capite eminentius membrum, domine pater, sis constitutus, et ut ita dicam, collum te capiti oporteat uniri atque inherere vicinius, utriusque partis, animae videlicet et corporis, valitudine omnimodis tuam reverentiam pollere desidero, quatinus nos supprema atque debilia membra, te salubriter mediante, tam sano capiti domino nostro possimus concorporari, ne, quod absit, secus agentes, penetrabiliore eius gladio a se dividamur[a] iuxta illud euangelii: *Non veni*, inquit, *mittere pacem, sed gladium*. (Matth 10,34.) Quod autem sublimitatem tuam talibus imperitiae meae convenerim verbis, haud tantum temeritatis quantum[b] instinctu agitur caritatis, quae iuxta apostolum omnia sperat, omnia credit, omnia sustinet. (1. Cor 13, 7.) Salus etenim pastoris tuta spes est gregis. Nam postquam promerui ad tuae paternae caritatis benignitatem notificari, tametsi minimum[c] profuerit, semper tamen tuae salutis sollicitus fui, et quosque ad nos de illis partibus supervenientes de fortuna tui percunctari solitus, dum incolumem ac valentem tuam haberi nobilitatem comperiebam, gaudebam, sicut econtra, dum aegram, condolebam, quippe qui pater noster spiritalis[d] ac summus pastor haberis. Praeterea devotio paternitatis tuae, quae elevandi corporis sancti patris[e] Bertini causis dudum tam prompte tamque devote deservivit, nos fidelitati tuae gravioris debiti obnoxios reddidit, ut iugiter salutem tuam suspirare[f] eademque continua intercessionum vota divinis auribus debemus infundere. Quae res etiam, ut caritas tua meminit, ad primum meam exiguitatem tuae magnificentiae notificari compulit. Cuius rei gratia cum tuam adissem paternitatem, super hoc tuae experientiae consultum quaesiturus, non modo ad investigationem meam satis utili consilio instructus, verum etiam expectata adventus tui sponsione, domum redii laetus. Ubi, domine pater, cum dicto die una cum sancto cleri tui conventu adesses atque elevandis sacris artubus ipse satis devote inservires, quam honorifice quamque mirifice ipsa celebris sancti elevatio peracta sit, nullus tua experientia profecto melius norit, quippe quae celsitudinis tuae praesentia[g] sublimata, auctoritate consistit subnixa. Quod cum ita sit, ad describendum id ipsum ac posteris notificandum meae imperitiae manum caritativa fratrum nostrorum exactio suggerit, non quia illis quavis praestem scientia, cum cuncti me probitate, nonnulli etiam intellectus praecellant[h] perspicacia, verum ut ipsa sanctae elevationis series dignior censeatur, si maioris nominis titulo, scilicet abbatis nomine, insigniatur. Quorum tamen conatibus nec in totum renitens nec in totum cedens, tuae magis iudiciali sententiae relinquo, meque sequendum profiteor, quidquid super hoc potissimum iudicaverit tuae[i] paternitatis celsitudo, ita tamen, ut, si relatu dignum duxeris meamque exiguitatem imperiosa auctoritatis tuae potentia ad id denotandum impuleris, cum tuis sanctis promptus pro posse paruero iussionibus, tuae paternitatis excellentiae utcumque congestum devenerit[k] ad manus, quaeque eius superflua apostolicae auctoritatis confodiantur[l] obelis, minus dicta dilucidentur asteriscis, quatinus, sicut tuae[m] gloriosissima et expectata sanctae auctoritatis praesentia eadem sacra elevatio magnifica habetur, sic eiusdem denotatio eodem astipulatore ac praeside[n] corroboretur.

Wido Remorum archiepiscopus venerabili abbati Bovoni. Quoniam opera Domini narrare honorificum est, dignum ducimus tuae consulere inquisitioni, quam pro describenda inventione pariter et elevatione corporis sancti Bertini nobis effudisti. Gaudemus enim et iudicamus id ipsum gestis litteralibus mancipari, unde Deo placuit ecclesiam vestram tam sublimiter insigniri. Et ut tuis apicibus denotasti, cum haec tuo stilo descripta fuerint, nobis referenda mandamus, tuae paternitati iniungentes, ut sicut vere factum est describas, quatinus descriptioni tuae, cum in manibus nostris venerit, nihil sit addere necessarium vel auferre. Fideliter plane veraciterque talia oportet describi, ut haec ipsa ei placeant, qui se veritatem innotescit. Vale!

Glorioso Dei gratia domno Widoni archiepiscopo cum omni suae curae[o] credito sanctae ecclesiae Remensis clero frater Bovo peccator, quem dicunt Sithiensium abbatem, beatam cum dextrae partis ovibus portionem. Suscepto reverentiae tuae mandato, o praesul[p] magnificentissime, quo elevationem sacrosancti patris nostri Bertini iubes pauperis stili nostri ordiri denotatione, tum eiusdem sancti pia devotione, tum tuae apostolicae auctoritatis praeceptione[q], tum fratrum nostrorum cotidiana obsecrationis importunitate, ne tuae celsitudinis iussioni contrarius videar, pro captu ingenioli nostri, quamquam minus idoneus, eam utcumque narraturus aggrediar. Cumque veritatis viam cursurus nostrae imbecillitatis manibus iam ventis vela praetenderim[r], si forsan aemulae tempestatis turbines naufragosa discrimina intemptaverint[s], tuae ad haec stationis sinu recreandus excipiar, benefidae manus tuitione defenser. Par est enim, me tuae nobilitatis tutela confidentem muro tuae defensionis protegi, cuius iussu tantae molis onera quanquam fragilis perferenda suscepi.

Dehinc vos sanctae Remensis ecclesiae filios, dominos nostros, supplex deposco, quatinus fraterni pacti reminiscentes, nunc mihi sitis praesidio, et quandocunque haec nostrae nugacitatis congeries, apostolica porrigente dextera, vestras devenerit in manus, eidem vestros reverendos ne avertatis intuitus; sed quaeque eius insulsa sale vestrae peritiae iussu domni archipraesulis condire non negetis, sicque fratres

a) gl. scindamur *ed.* b) quam *c.* c) nimium *c.* d) spiritualis *c.* e) *deest ed.* f) per *add. c.* g) potentia *ed.* h) pcellant *c.* i) p. t. *ed.* k) venerit *ed.* l) confodiatur *ed.* m) tua *ed.* n) presule *c.* o) curiae *c.* p) praesulum *c.* q) pceptione *c.* r) ptenderim *c.* s) intentaveverint *c.*

(Gal. 6, 2.) fratris onera ad iussum apostoli ferre iuvetis. Non autem congestum est, ut hoc sibi peritorum sollertia dignetur, sed ut in hoc vel simpliciores nostri meditantes occupentur, aut saltem parta dictandi materies (1. Cor 15,10.) inde perito cuiquam quomodocumque[a] habeatur, ut etiam iuxta apostolum, qui non laboravit sibi soli, sed omnibus, sedulo in Christo laborare volentibus series nostrae orationis ordiatur, tum vero exemplar iusti, tum quidem viri speculum pro posse nostro imitetur. Sic ergo fiat, ut et deliciosi reperire valeant quid optent, et fame sitique gravati viatores, unde Dominum sibi concilient. At vero qui sint, et quae ac (1. Reg 30, 11—17.) quibus infundant, puer Aegyptius in via lassescens[b] a domino suo Amalecita abiectus congrue dilucidat, qui a David persequente repertus ac eiusdem dapibus sufficienter refectus, eidem non solum ad in- (cf. Matth. 22.) sequendum Amalecitam[c] coniungitur, sed et eo duce profanus[d] ille inventus perimitur. Ad has quoque quibusdam invitatis, dum varias occasionum suarum causas praetendunt[e], pauperes, debiles, caeci et claudi ad exitus viarum reperti admissi sunt. His igitur simpliciores nostri accumbentes consedeant, hi soli lac nostrum sumpturi participari congaudeant. Et ne vestram magnificentiam, o viri apostolici, illarum sufficientia divitiarum tam cotidiana tamque sedula fastidiat, his abiectionis nostrae oleribus aliquantisper vobis cum vestris intendere libeat, donec examinis[f] vestri sententia discernatur, utrum vel parvulorum usibus digna an indigna habeatur. Hinc affectu infantis quodcumque[g] audierit fari volentis, sed necdum verba ad plenum formare potentis, cum nonnullas rerum convenientias scribendis gestis[h] antehac pervenisse meminerim, quorum plura ego ipse viderim, quaedam maiorum haud spernendorum virorum relatu didicerim[i], eadem[k] hic, utcumque balbutiens, praelibare quam tacere malim[l], quatinus, his aliis admixtis, quomodo hoc tempore circa nos, in quos fines saeculorum devenerunt, mirificaverit misericordias suas Dominus, lucidius cunctis emicet, et ex hoc dignius in laudes Dei sanctique sui Bertini totus nostrae religionis incolatus tripudiet.

Dehinc diligens lector haud mihi nunc indignetur, si simplicioribus nostris notandi opusculi intentio praelibetur[m], ne, cum solito duriora legentes offenderint, extimescant, sed, quomodo et ad quod dicantur, significantius capiant. Dulcior quippe nobis est apum labor, si prius ora tinxerit malus sapor. Gratius astra micant, ubi nothus nubes fugaverit densissimas[1]. Haud secus dominicas inprimis comminationes atque castigationes re gesta cum subsequente provectu[n] divinae misericordiae posterorum traditurus memoriae, pium ac iustum iudicem Dominum nostrum nos multipliciter delinquentes nunc minis suis terrificasse, nunc duris obiurgationum suarum immissionibus digne multociens dixerim correxisse, quatinus, nobis eiusdem mali saporis gustu ad tempus exacerbatis, post supervenientis gratiae[o] Dei gratioribus exhilaremur donis atque tociens super nos factae visitationis semper memores, in reliqua vitae nostrae tempora simus emendatiores. Verumptamen non haec dominicae invectionis flagella cuiusquam aures offendant, sed potius, quicumque his se correxerint, in susceptionem filiorum recipiendos congaudeant, (Hebr. 12, 6.) recolentes, quod Sacra Scriptura nos instruit: *Flagellat Dominus omnem filium quem recipit*, et[p] quod ipsa (Apoc 3, 19.) Veritas proloquitur[q] prophetae vaticinio: *Ego quos amo arguo et castigo*. Et quid, quod item ipse Do- (Ioh ev. 15, 2.) minus euangelicę intonat: *Omnem palmitem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat*. Unde quicunque voluerint in vite manentes in musti dulcedinem maturantes dulcorari, non abnegent dominicae castigationis frequenter[r] ferro incidi. Nihilominus qui aedificio caelestis Hierusalem quadrat[s]. . . . . .

1. Cunctis namque sanctae Dei ecclesiae filiis habetur notissimum, civitatem Hierusalem quondam, (Lu 19, 41 44) sicut euangelica approbat assertio, misericorditer deflevisse Salvatorem nostrum eiusdemque civitatis comminando futurae ruinae cuncta praedixisse dispendia, ac postea ad dictum Domini contigisse omnia. Haud secus modernis temporibus, exigentibus iniquitatibus nostris, ut oraculo caelesti ostensum est, utque digestum penes nos invenitur[2] in memoria sancti Vincentii martyris, ultio super nos divinae pendebat indignationis, nosque usque ad animam perculisset, nisi idem sanctus martyr cum sanctis patronis nostris, Audomaro videlicet atque Bertino, intercessores pro nobis coram Domino assurrexissent. Verum miserator[t] Dominus piis[u] sanctorum suorum interventionibus flexus ad pietatem, indignationis suae ad tempus distulit correptionem, confessionis nostrae[u] poenitudines[v] ac sanctae conversationis praestolans melioratio- (Ezech. 33, 11.) nem. Ut enim propheta memorat, non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Hac itaque redargutione immaniter perterriti[w] et ad tempus penitentia ducti, cum finetenus in novi hominis sinceritatem aemulatione sancta foret enitendum, a nonnullis more suillo iterato reditum est in luti vo- (1033.) lutabrum. Tandem[3] iniquitatum nostrarum enormitate irritatus supernus Arbiter, exteriorem domum (cf. Luc. 19, 46.) suam, sed, malis nostris urgentibus, speluncam latronum factam[x], uti longe antea divinitus comminatum fuerat[4], igni miserabiliter ad devorandum deliberarat[5]. Nulli autem sit dubium, utrum casu fortuito an praelibatae rei gratia huius combustionis super nos ingruerint dispendia, cum, procul a monasterio illo igne exurgente ac crescente, et ventus ei consurrexerit et concreverit, ac nonnulla domata transgressus, (Ezech 9, 6.) versus templum vehementiore flabro, immo peccato, urgente impulerit. Et ut dictum est: *A sanctuario meo incipite*, aedes Dei subito igne invaduntur lamentabiliterque edacis flammae voracitate liquantur;

a) quandocumque *c.* b) lacessens *c.* c) Amalechitam *h. l. c.* d) pfanus *c.* e) ptendunt *c.* f) exanimis *c.* g) quaecumque *c.* h) gestibus *ed.* i) dididscerim *c.* k) eademque *ed.* l) mallim *c.* m) plibetur *c.* n) pvectu *c.* o) grex *ed.* p) *sequentia prologi omissa in ed.* q) ploq. *c.* r) frequenti *Simon.* s) *sequentia perdita sunt in c.* t) misericors *Mirac. c.* 48. u) *deest Mir.* v) penitudinem *Mir.* w) preterr. *Mir.* x) effectam *S.*

1) Duos versus hexametros nota dissolutos. Haec exscripsit Simon I, 5, SS. XIII, p. 637. 2) Inter Mirac. S. Bertini c. 44, supra p. 517 sq. 3) Haec exscripsit Simon I, 1—5, p. 636 sq. 4) Videlicet incendio Mirac. c. 44. narrato. 5) Cf. Lamb. Aud. a. 1033, SS. V, p. 65: *Templum s. Audomari crematur.* Eodem incendio haud dubie etiam monasterium S. Bertini combustum est.

et quod diutino multoque sudore elaboratum extitit, tunc, pro dolor! unius diei hora consumpsit. Dehinc 1033.
rapacitate sua totius claustri girat confinia et, nihil intermisso, exterminat omnia. Verum, ut dictum est,
nihil in terra fieri sine causa, haud credendum est, Dominum domum suam dimisisse perire[a] frustra, sed Iudith 5, 6.
ut diutinis malis penitus expiaretur, et ut domus sua interior, ibidem videlicet commanentes, a pravis
5 actionibus suis deterrerentur, ne, si malis suis nollent abrenuntiare[b], deterius ignis aeterni post in
aeternum punirentur dampnatione. Huc etiam illud memoriae occurrit, quod quadragesimae observatione
illud discrimen nobis acciderit, quando cuncti sanae fidei cultores potissimum errata aliorum temporum
punire atque ab his digna poenitudine se operam dant expiare. Sic sic longanimis et multae miseri-
cordiae et verax Dominus illo in tempore hoc coenobium coenobitasque nos tanta incendii percussione
10 multatos a cunctis peccati spurcitiis examinasse et in reliquum vitae tempus, o utinam velit! emendatiores
esse, quatinus hoc rogo extinguibili effecti castigatiores, aeterni ignis cruciatus possimus evadere inex-
tinguibiles. Sic etenim plerumque Dei sapientia in corripiendo immissionem virgae suae modificat, ut et
delinquentium emendanda pie puniat, demumque in ipsa castigatione quiddam boni miseratione sua
foveat, quod post in tempore suo oportune demonstrat, quemadmodum loco suo diligens lector
15 inveniet.

2. His ita consumptis, insecuta nocte cuidam nostrorum[c] seniorum, quem, quia adhuc superest,
nolo nominare, in somno[d] visum est videre quendam magnificum virum, habitus candore niveum, vultus
splendore fulmineum, quodam claustri[e] loco perstitisse, diligentique obtutu circumspectis omnibus, extenta
dextra omnem coenobii locum benedixisse. Qua de re etiam colligitur, locum a quibusdam commissis
20 iam expiatum demumque in pristinum vel potiorem decorem aliquando miseratione Dei convertendum.
Interea nobis divo expositis, ac murorum parietibus tectorum suorum honestate nudatis, denuo, neces-
situdine[f] urgente, tecta reparantur murisque utcumque adhuc stantibus superponuntur[g]. Quid plura?
Cunctis pro tempore ac pro posse reparatis seu potius dealbatis, quidam nostrorum citius recto non
multo post tempore visitationis suae obliti et ad abrenuntiata irreverenter reversi, necdumque fece
25 malorum suorum exinanita, demum diabolicae malignitatis illaqueantur pedica. Cum ecce divina Maiestas
nos territura demum post aliquorum annorum curriculum in nos gladium suum vibravit ac subita peste
multam partem nostrorum leto tenus perculit. Nec erat tunc ulla morientium requies, sed dietim cor-
ruebant velut morbidae oves. Cum, illo vel illis defunctis, adhuc eorum sepulturis inserviretur, ecce
aliorum exitus subiti[h] denuntiantur. Plurimi[i] interim eiusdem pestis horrore affecti, atque singuli super
30 se subito futurae mortis suspecti, multam malorum suorum poenitudinem[k] iterato coeperunt gerere ac[l]
intimis lacrimarum suspiriis exacerbatam malis suis Domini nostri faciem placare. Tunc cerneres illud
apostolicum bene compleri: *Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini,* Iac. 5, 16
nec minus omnis peculiaritatis reculas in medium proferri, ante pedes domni abbatis Roderici conctas
exponi, dignae poenitudinis et lacrimarum fluentis rebaptizari et, ut brevius concludam, his cunctisque
35 malis abrenuntiari et omnibus bonis inniti. Nec tamen sic omni quadragesima cessatum est ab huiusmodi
lue letifera, donec, undecim nostrorum defunctis, ac totius anni diebus, quibus diutius abusi sumus, in
tali maerore atque anxietate decimatis, festivum paschale sollempnium instaret omnemque eiusdem cladis
lacrimam ab oculis nostris pietas Dei abstergeret. Quod undenarius numerus ad peccatum pertineat,
Sacrae auctoritas Scripturae satis demonstrat, quia, sicut decalogus denarii summa completur, sic undenarii
40 incremento transcenditur. Quare, quemadmodum per denarium decalogi observatio, eodem modo per
undenarium peccati figuratur transgressio. Cur et haec quadragesimae tempori convenerunt, et quod de
eodem tempore supra[1] notatum sit, diligens lector videat ac, quomodo res rebus, temporaque temporibus
hic consequantur, rationis vivacitate colligat. At paululum coeptae narrationis digressus textum, ad idem
iam nunc reflecto calamum.

45 3. Interea sic nobis virga Domini flagellatis ac meliori viae impulsis, paucorum annorum tempore
emenso[2], sanctuarii parietes partim antiquitate, partim incendio coeperunt dissolvi atque se cernentium
capitibus ruinam minari. Unde consultu principum nostrorum meliorandi gratia ad destruendum illud 1046
manus iniecimus, quatinus, hoc renovato, in reliqua renovanda operam extenderemus. Interim quidam
de nostris simplicioribus nos adeuntes, hortati sunt coepto constanter insistere operi, pollicentes, Dominum
50 nobis cooperari, atque post non multum temporis Sithiense coenobium magnifice a Domino visitandum,
et quiddam magni circa idem declarandum. Quibus tunc parvipensis, ad alia me mox convertebam et
maxime oportunis coepti operis administrationibus sedulus intendebam. Sic inter operandum cum tempora
forent emensa quatuor annorum, ac quinto dehinc anno exterior murus iam aliquantisper exurgeret in 1050.
altum, aedificandae ibidem cryptae causa cardinale sancti Martini altare mutandum fuerat, quod sine
55 pontificis fieri praesentia minime decebat. Quod post octavas paschae dum pararetur, dum, absente epi- Apr. 22
scopo, ingentes terrarum moles, quibus ara circumcingebatur, interim iussu nostro exportarentur, subito
vehementioris aegritudinis molestia me graviter invasit debilitatumque sine mora lecto tenus prostravit;
sicque servus sciens voluntatem domini sui et non faciens plagis vapulavit multis. Nec credo, me tantum cf. Luc 12, 47.
peccatorem cuncti reatus obnoxium tam sanctae rei futurae aliquo modo promereri interesse, ni prius
60 tanto Domini castigatus expiarer verbere. Ideoque aliquamdiu res destruendi altaris tunc differebatur,

a) fr. p. *S.* b) *ita S.*; renunt. *ed.* c) s. n. *Mir.* d) *ita S.*; sompno *Mir.*; somnio *ed.* e) l. cl. *Mir.* f) neces-
sitate cogente *Mir.* g) *ita S. Mir.*; supponuntur *ed.* h) subito *S.* i) Plurimo *S.* k) penitentiam *S.* l) de *S.*

1) C. 1. 2) Videlicet, ut mox apparet, a. 1046, Bovone auctore huius libelli iam abbate effecto, qui
a. 1042. Roderico abbati mortuo successit; cf. etiam Simon I, 11, p. 638.

[1050. Iun. 6.] ac interim copia terrae usque ad altare circumfossae exportabatur; cum, ieiunio quarti[1] iam me a languoris vexatione aliquantulum convalescente, quidam seniorum nostrorum me adiere dicentes, aram illam, iam exportata quae in circuitu eius erat congerie, nutare et, ni cito subveniretur, casuram fore; et ob id episcopum[2], quoniam tunc Taruennae fuerat, celerius mandari oportere. Cuius rei gratia [Iun. 8.] accitus episcopus[a] satis benivole accurrit, sextaque feria eiusdem ieiunii quarti aram destructurus cum multis accessit; illaque subversa, eadem die, nobis invitis, domum rediit. Quo in loco dum sequenti die, [Iun. 9.] hoc est septima feria ieiunii[3], uti ad locanda fundamenta altius foditur, dum multa terrarum copia effertur, ecce sub ipso sancto[b] altaris loco quoddam apogeum[4] duris lapidibus, tegulis antiquoque caemento operose conditum offenditur. Hoc comperto, nos quidem id ipsum visuri accurrimus et videntes super eo admodum mirati sumus. Nec tegi nec detegi ultra illud permittitur, ne forsan, si absque bonorum virorum testimonio detectum solveretur, aut tectum aliquamdiu occultari conaremur, nos nostra imprudentia quorumcumque aemulorum derogationibus criminaremur. Neque ea die episcopus attingi poterat, quoniam praeterita die statim, evulso altari, ut dictum est, domum redierat. Tunc huc, tunc illuc vertitur animus, quod potissimum eligat, valde anxius. Tandem, super hoc communicato nostrorum consilio, huc nos converti visum est melius, ut, his quos eadem dies attulerat innixi testibus, ad investigandum quodcumque esset procederemus. Tunc post vicedominum et castellanos et quosque maiores cleri directo nuntio, ut nos omnes citi adeant, invito. Et quoniam sabbatum erat, quibusdam vero ad forensium legum iura convenientibus, nec mora, haud contempnendus spectabilium personarum adest populus. Praeterea, fama huiuscemodi exciente, plebeiam multitudinem eadem res non quivit latere; segregatim perstrepentes accurrunt stupide. Ut autem maioribus cessimus ad accedendum, data copia videndi loculum, actutum Landbertus praetor urbanus, aliis itidem personatis viris conclamantibus, nequaquam se inde inquit amoturum pedem, donec rei inibi latentis dignosceret veritatem. Iam tum enim a nobis certum habebatur, quod ibidem aliquis sanctorum corpore detineretur, verum de nullo minus quam de illo qui praeter spem reperiendus erat sperabatur. Interea, cunctis circumstantibus investigandae tantae rei gratia, cum processionibus, crucibus et cereis peractis[c], acceditur, et nobis, ut decebat, interim letanias[d] cantantibus, cunctisque demirantibus, apogeum detegitur ac multo multorum sudore a prima diei hora usque in vesperum ferreis instrumentis vix dissipatur. Quod tandem opertum[e] grandi satis artificii molimine, plumbeum scrinium omnium astantium oculis apparet continuisse. Illoque soluto, cunctis circumstantibus dum panditur, emeriti cuiusdam sancti membra revelantur; deinde nondum apparente eius sancti nominis titulo, omniumque oculis ad hoc ipsum intentis, bis terque scrutato totius busti loculo, novissime sub dextro eiusdem sancti humero crux argentea reperta extrahitur nobisque ad manus praefertur[f], his tantum trium verborum insignita notulis: *Sanctus Bertinus abbas*. Nec horret ab huius sancti praeconio, quod nobis adhuc insciis neque de hoc, donec contigit, quidquam praemeditatis animo satis congrue in ieiunio quarti mensis tam dilecti patris sancta contigerit inventio. Condecens enim fuit et valde commodum, ut ad tam sacrosanctum accessuri commercium, quartae et sextae septimaeque feriae eiusdem ieiunii parsimonia aliquantisper effecti purgatiores, ad tam venerandos sancti artus investigandos properaremus aliquanto digniores. Quaecumque vero antequam fiant possunt praesciri, ea pro modulo suo providentia valeant gubernari. Verum ista, unde nulla cuilibet nostrum fuit notitia, quis ita disposita moderaretur, nisi solius Dei praescientia? . . . . . .[g]

4. Talibus ergo indiciis pretioso super aurum et topazion invento ac comperto beatissimi patris corpore, cum eatenus diutina et gravissima omnis terra decocta pessumdaretur siccitate, ita ut universa segetum spe iam penitus sese frustrari quererentur agricolae, ecce eodem momento, praemissis multis tonitruis atque choruscantibus fulminibus, plurima subsecuta est inundatio pluvialis; qua sufficientissime debriata tellus, mox fructificando virescere atque cultoribus suis in novos fructus sese rediviva spe iam iamque coepit dilatare. Itaque extunc salubri rore omnes segetes confotae adsurgunt, auris spirantibus, ac iam maturae messi, quamvis ingens, vix sufficit operariorum numerus, ut instantis anni rotatus terrigenas Dei gratia omni segetum educaret sufficientia.

5. His ita dictis, sacrum corpus iam revelatum ac detectum eadem urna sua retegi, et loculus, ut pridem fuerat, iussum est[h] remuniri, quousque maiorum consultu, quid super hoc[i] ipso foret agendum, posset[k] deliberari. Quantis interim vexationibus, blasphemiis affecti sumus, nobis ad purgationem noscat ac illis ignoscat Dominus. Hac tempestate domnus papa Leo cognomento Bruno sanctae Romanae praesidebat ecclesiae, cuius sagacitatis ac probitatis fama per totum orbem spirabat odorem suavis fraglantiae[l]. Ad quem, necessitate urgente, quo maiorum auctoritate corroboraremur, fidelis legatus exquisitus et repertus dirigitur, quatenus, quicquid ipse[m] de his apostolicus cum gravioris consilii viris egregium sentiret, nobis [1051.] pro nomine Domini mandare eodem legato non differret. Quem cum adisset, ac iam coram eo admisso sibi data copia fandi esset, rem gestam per ordinem domno papae succincte, prout in multis tunc occupato, exposuit testimoniaque scripturae et crucem cum sacro corpore repertam, quae[n] secum pro testimonio tulerat, obtutibus eius praesentavit. Quibus visis et his[o] qui tunc forte secum aderant, uti qui ad Romanum concilium[5] tunc convenerant, scilicet patriarchae Aquileiae[6], archiepiscopis, praesulibus, abbatibus, ducibus ac primoribus, demonstratis, talibus ait veritatis indiciis nequaquam debere diffidi, sed tutius

a) *sic Mir.*; ep. *deest ed.* b) sacrato *Mir.* c) cr. paratis et cer. *Mir.* d) lit. *ed.* e) apertum *Mir.* f) profertur *Mir.* g) *nonnulla omisit Mab. addens* etc. h) iubetur *Mir.* c. 49. i) *deest Mir.* k) *sic Mir.*; esset *ed.* l) *ita Mir.*; fragrantiae *ed.* m) de his ipse *Mir.* n) quam *Mir.* o) hii *Mir.*

1) Id est ieiunium quatuor temporum septimanae pentecostes. 2) Drogonem Taruannensem. 3) Sed die Iun. 16. sequentia facta esse, tradunt Simon I, 12, p. 638; Mirac. c. 49, supra p. 521. 4) Ex hoc loco et Gloss. Bituric. vox allata est ap. Ducange-Henschel. 5) Quod a. 1051, Apr. celebratum est; cf. Jaffé, Reg. pont. ed. 2. I, p. 540. 6) Goteboldo.

ac firmius credi, 'praesertim cum in multis annalium gestis satis possit inveniri, cunctos pene Galliae terminos maximeque vestra ac cetera maritima loca frequentibus Danorum incursionibus, depraedationibus incendiisque populata, et ob id multa sanctorum corpora, quaedam a locis minus tutis translata, quaedam vero clanculum — sicut de sancto Bertino factum constat — vel maceriis vel terris sint recondita'.
5 Quibus responsis apostolicis nobis nostro nuntio relatis, ex hoc ad memet ipsum reversus, meminisse coepi Vitae sancti Folquini quiddam super hoc ipso loquentis; eaque allata, quod volebam exquisitum recitabatur, quomodo idem sanctus pontifex venerandum sancti corpus translatum recondiderit, et quod eiusdem translationis festivum diem singulis annis agi per omnem diocesim suam instituerit. Quod exempli etiam causa hic denotari placuit[1]: *Sancti Bertini corpus transtulit et recondidit sollempnemque hunc diem*
10 *nobis esse sancivit, qui est septimo decimo Kalendas Augusti.* Diu rei etiam hoc vulgaris opinio adiecit, quod praelibatus praesul id nullis praeter paucos agnoscentibus clanculum fecerit ac, ne palam quoquo modo fieret, gravibus eosdem interminationibus ac sacramentis constrinxerit. Hoc igitur viso et necdum, cuius necessitatis gratia vel quoto dominicae incarnationis anno[2] id factum sit, satis manifestato, nec mora quoslibet annales ac antiquorum gestorum historias recitando percurrens eorumque discerpta, quae
15 investigationi nostrae videbantur oportuna, conferens, pro nostrae parvitatis modulo commentatus sum hoc magno divinae dispensationis praesagio factum, scilicet venerabile corpus opera praedicti pontificis de noto loco in secretius penetral translatum. Quod ut dilucidius aperiatur, eorundem excerptorum collatio aperiatur. Sed ne coeptae rationis ordo aliquantulum intermitti videatur, haec alias plenius texenda conserventur[3].

20 6. Glorioso[4] igitur imperatore Ludovico, Caroli Magni aeque imperatoris filio, regnante, cum eatenus hoc antiquum et tunc regale coenobium ex tempore beatissimi Bertini, eiusdem fundatoris praecipui, sacra monastici ordinis religione admodum nobilitaretur, atque secundum instituta canonum fratrum adoptione ipsius regimen commendaretur, tunc[5] cuidam canonico, genere Anglo, Fredegiso[a] nomine in 820 beneficium, pro dolor! datum[b], a totius sanctae religionis candore marcescere, in externas manus devenire
25 et minorari a sua coepit integritate. Denique numerum monachorum ibidem Domino militantium, qui octoginta tres erant, ad sexaginta diminuit, villas et fertiliora praedia victui monachorum deputata in dominium sibi usurpavit. Monasterium vero Sancti Audomari, quod cum monasterio Sancti Bertini idem erat, penitus evertit; quoniam, quadraginta monachis eliminatis, triginta canonicos loco eorum substituit tertiamque partem omnium bonorum ad monasterium Sancti Bertini pertinentium eorum usibus deputavit.
30 Quid igitur iste aliud quam huius monasterii flagellum fuit? Qui etiam a beato Bertino in numero abbatum merito undecimus extitit, quia in eo quod ea quae a decem praedecessoribus suis bene ordinata fuerant evertit decalogi metas excessit. Omne enim peccatum undenarium dicitur, quoniam, quandocumque aliquod illicitum committitur, decalogi summa, quantum in peccante est, violatur[6]. Merito igitur praesumptor iste, Fredegisus videlicet, quasi Frigidus vocatus est, quia, nisi cordis eius aquilo ille
35 possessor extitisset, ad huiusmodi praesumptiones nullatenus aspirasset. Quia ergo praesumptio huius Frigidi monasterio huic tanti excidii caput et causa extitit, actio eius perversa et peccatum fuit et poena peccati et causa alterius peccati. Peccatum etenim vel etiam sacrilegium fuit, cum illud quod mensae monachorum delegatum erat in ius alterius cessit. Poena quoque peccati extitit, quia, nisi in Fredegiso aliquod peccatum gravissimum praecessisset, unde, cum sordidus esset, magis adhuc sordescere deberet, cf. Apoc 22, 11
40 numquam eum Dominus adeo excaecari permisisset, ut de tanto sacrilegio cogitaret. Causam vero alterius peccati illud idem peccatum Fredegisi successoribus propinavit, quia, quod ipse in dominium sibi vindicavit, apud omnes successores ipsius usque ad modernum tempus inextricabile perduravit. Tantilla vero haec pueris nostris me tetigisse sufficiat, ut, quibus peccatis a sanctuario Dei exortis tanta mala consurrexerint, pateat[c] ac, quibus urgentibus causis sancti corporis margarita recondita sit, manifestius pareat[d].

45 Imperatore[7] praefato decedente a saeculo, filii eius Lotharius, Ludovicus et Carolus, singuli paternum 840. imperium aemulati, mox ab invicem dissentire coeperunt atque ferocissima inter se pugna inserta in pago 841 Autisiodorensi bellum cruentissima commiserunt; ubi cum Francorum proceribus et cum cunctis nationibus sibi subiectis mutua se caede prosternentibus, tandem Lodoicus et Carolus, fugato Lothario, triumphum adepti sunt. Cuius seminarii discordia durante per quinquennium, ubi pene omnes Francorum regiones cum
50 habitatoribus suis ad nihilum redacti sunt, tandem pace facta, Francorum regnum sibi diviserunt, tuncque 843. nostrae partes occidentales Carolo regi cesserunt. Cuius obtentu[e] pacis nequaquam mala desierunt; sed, tripertito paterno imperio, dum singuli per singula regna patrizare[f] seque secundum paternam magnificentiam protelare cupiunt, seque suaque confundentes deiciunt. Non enim verbum Domini excidit: *Omne regnum* Luc 11, 7 *in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet.* Regnante[8] eodem rege Carolo, tertio
55 regiminis Adalardi abbatis anno, praefatus praesul emeritos sancti Bertini artus anno dominicae incarna- 846.

a) Fridogiso *Mir. c.* 24. b) *ita Mir.;* data ac t. *ed.* c) *deest Mir.* d) pateat *Mir.* e) p. o. *Mir. c.* 25. f) principari *Mir.*

1) Vita Folquini c. 7, supra p. 428. 2) A. 846; cf. Folcw. Gesta abb. Sith. c. 58, SS. XIII, p. 618,
60 et quae ibi n. 4. attuli. 3) Attamen capite sequenti exposita sunt, quae alibi explicanda esse hoc loco dicit Bovo. 4) Ex sequentibus multa in Miraculis S. Bertini compilatis c. 24—26 (l. I, c. 9—11 ap. Mabillon III, 1, p. 124 sq.) excerpta sunt, quorum nonnullas lectiones varias attuli. 5) Sequentia — *eorum usibus deputavit* ex Folcwini Gestis abb. Sith. c. 47, SS. XIII, p. 614, sumpta sunt, verbis plerumque mutatis. 6) Similia de undenario numero iam c. 2. exposuit. 7) Sequentia — *regnum sibi diviserunt* ex Folcw. c. 56. hausta sunt. 8) Haec — *fraudaretur patrono* ex Folcw. G. abb. c. 58. 57.

846. 843. tionis octingentesimo quadragesimo tertio[a, 1] secretiori quam prius fuerat loco mire compositum[b] locavit; sicut paulo ante sancti Audomari venerabile corpus furtim ereptum, sed suae diligentiae divinitus concessum, loco suo restituit, ne haec patria tanto umquam fraudaretur patrono, haud dissimiliter abditioribus locis mandavit. Quorum[2] etiam sanctas translationes distinctis temporum diebus a cuncto populo diocesis suae magnificentius celebrandas sancivit, ut, quidquid in eorum depositionibus sanctis mense Septembri concurrentibus[3], urgente messis necessitate, minus digne celebrarent, his sanctarum translationum sollempnitatibus liberius exsolvere possent. Tanto igitur thesauro abditis locis assignato, non[4] multo post temporis intervallo omnes istius patriae nationes hinc surgentis gravissimae famis angustia consternati, illinc[5] subitam Nortmannicae incursionis rabiem suspecti, omnis pene nobilitas istius terrae praeter paucos, quos opum[c] ac fundorum copia et castellorum vel munitionum fiducia detinuerat, post dominos suos vel quocumque tutius eis videbatur discedebant. Praeterea residuos immani famis utcumque exutos periculo demum rabida Danorum crudeliter laniatura invasit insectatio; qui postquam rabiem suae tyrannidis exacturi huc hostiliter irruperunt, 861. nullum hic fratrum praeter quatuor palmam martyrii praestolantes invenerunt. Quorum tres quantis poenis affecerunt, qualive quartum leto multati sunt, ac quomodo, cunctis quae invenire poterant direptis, monasteria cunctasque officinas incenderint cunctaque exterminaverint, textus vitae sancti Bertini satis evidenter disserit[6]. Quid igitur? Si tunc praefatorum sanctorum corpora eminentioribus vel certis locata locis debite venerarentur, exportandane putatis, ni[d] valida manu Domini eriperentur? Annon tunc multum oportebat, quod iam dictus sacerdos Dei tantorum malorum praesagus[e] conservandis sanctorum pigneribus paulo ante effecerat? Necdum locum hunc aliqua castelli vel valli defensabat munitio[7]; et ideo, magis autem peccatorum mole urgente, huc perfacilis iniquorum[f] irrupit incursio. Nec modo semel, verum bis terque Sithienses fines redivivis irruptionum suarum vastationibus repetentes profligare non cessarunt, donec praedictorum sanctorum meritis divina ultione multipliciter attriti, in vaginam suam compulsi sunt regredi. Dehinc, ut tertia quoque orbis examinaretur plaga, demum famis et barbaricae cladis residuos ubicumque locorum rabies insequitur beluina, quos miserabiliter suffocatos trucidat atque inhumatos membratim discerpens exterminat[8]. Tantis divinae ultionis cladibus hanc terram ferme centum annis occupantibus, denuo quasi quodam diluvio diluitur his decocta tribulationibus.

5. Tantorum ergo malorum sacerdos Dei Folquinus sancti Spiritus illustratione praemonitus, dum adhuc[g] vixit, venerabile sancti Bertini corpus ignoto loco et ubi minus putaretur occuluit, ubi usque ad haec nostra novissima tempora, scilicet ducentis quinquaginta annis[9], altor et pastor noster latuit, donec fundandae cryptae causa, uti iam praenotatum est[10], eundem subversio principalis arae detexit. Quibus indiciis iam certior factus, suscepta ab episcopo nostro[11] epistola, Remis ad archiepiscopum[12] proficiscor, super his consultum quaesiturus; ubi cum venissemus, domno archiepiscopo locuturi processimus. Nobis quoque coram se intromissis, moxque, sese toto exposito ad seriem nostrae dicendae rationis, gestae rei novitatem ei per ordinem primum retulimus, ac deinde epistolam domni episcopi cum teste scriptura super hoc ipso loquente ac crucis titulo ipsi dedi in manus. Qui mox, convocatis abbatibus, archidiaconibus et quibusque sanioris mentis monachis atque canonicis, in conspectu ducentorum, tertio Idus 1052. Ian. 11. Ianuarii, in festivitate depositionis sancti Remigii[13] in haec verba eadem recitata est epistola:

Domno Widoni Dei gratia Remorum archipraesuli Drogo episcopus eorum qui dicuntur Morini. Cum divino munere apicem summae dignitatis obtineas et pastoribus sub te constitutis uti praecluens pastor auctoritate simul et vigilantia consulas, de te actus nostri pendent, ad te respiciunt consilia; quae si deifice et laudabiliter disponantur, tua est utilitas simul et nostra. Unde, si quando in ecclesiis nostris aliquid contingit insolitum, ubi pro rei magnitudine seu novitate non satis plene nobis sufficimus ad consulendum, consequenter ad te, quippe ut ad caput a membris, recurritur, quatinus in dubiis nostris certiores nos tua auctoritas faciat, quorum humilitas nihil per se temere definit, quod altiorem considerationem et deliberationem requirat. Noverit itaque paternitas tua, in diocesi nostra his diebus novum quiddam contigisse et mirificum, quod ut tibi scriberem tuamque super hoc efflagitarem sententiam, visum est mihi fuisse consilium. Locus dictus Sithiu virorum Dei est coenobium in[h] *sedis nostrae parochia, eorum quoque non ultimum, quae olim a regibus fundata simul et dilata antiquitatis reliquit memoria. Celeberrimum*

a) sexto *recte Mir. c.* 26. b) *ita ed. et Mir., scriptum acsi antea* corpus *loco vocis* artus *positum esset.* c) *ita Mir.;* operum *ed.* d) in *ed. et Mir.* e) presagiis in *c. Mir.* f) inimicorum *Mir.* g) d. advixit *Mir.* h) et *ed.*

1) A. 846. S. Bertinum translatum esse, recte refert Folcw. G. abb. c. 58; a. 843. corpus S. Audomari relatum est, ut idem c. 57. scribit, de quo mox agitur. 2) Haec — *sancivit* ex Vita Folquini c. 7. sumpta sunt. — *Cuius etiam sanctam translationem* Mirac. c. 26 (I, 11. ap. Mabillon p. 125), et ita in sequentibus semper de solo sancto Bertino ibidem dictum est. 3) Festa ss. Bertini et Audomari sunt Sept. 5. et 1. 4) Haec — *angustia consternati* ex Folcw. G. abb. c. 58. 5) Sequentia ex Mirac. libello c. 8. 1, supra p. 513. 509 sq. excerpta sunt. 6) Quia Miracula supra edita Vitae S. Bertini in codice a Bovone viso subiuncta erant, Vitam pro Miraculis laudat. 7) Vide Mirac. libell. c. 8; sed cf. Chron. Normann. a. 846, SS. I, p. 533, et a. 881, p. 534. 8) Cf. Adrevaldi Mirac. S. Benedicti c. 39, supra p. 497. 9) Hic numerus falsus. Usque ad a. 1050, quo anno S. Bertinus inventus est, fluxerunt 204 anni ab a. 846, quo corpus eius terrae reconditum est. Cf. supra n. 1. Nota vero, quod Lamb. Aud., SS. V, p. 65, scribit a. 941: *Inventio sanctorum Audomari et Bertini,* de qua nec Folcwinus, qui a. 962. Gesta abbatum composuit, quidquam tradidit. 10) C. 3. 11) Drogone Taruanensi. 12) Widonem. 13) Depositio Remigii celebratur Ian. 13.

sane est multis sanctorum inibi quiescentium pigneribus, inter quae quasi quodam specialis meriti privilegio beatus eminet Bertinus, ipsius videlicet loci rector praecipuus. Res postulabat, ut pro construenda 1050. *crypta mutaretur cardinalis ara, quod altiore consilio abbas facere instituit in nostra praesentia. Ubi dum post altaris destructionem terra altius effoditur, reconditorium quoddam lateritio opere ac caemento* 5 *pene indissolubile oculis adstantium offertur. Quod tandem multo sudore destructum, scrinium plumbi et ossa cinerati corporis monstrat contineri cum sigilli notamine satis evidenti. Sigillum crux fuit argentea, titulus vero: 'Sanctus Bertinus abbas'. Haec res tam mira, tam insperata cum quosdam perfunderet gaudio, quosdam vero diffidentia turbaret et stupore nimio, abbati et fratribus super hoc testimonium redit ad memoriam et ad aliorum minus credentium perducitur notitiam, cuius etiam tibi breviter per-* 10 *strinximus sententiam. Legitur in ipsius loci archivis publicis, quod sanctus Folquinus nostrae sedis episcopus, cuius etiam corpus magnis celebre virtutibus in eadem quiescit ecclesia, grassante igne et ferro Danorum barbarie per loca maritima, paulo ante hanc vastationis luem*[a] *corpus huius sancti certa die terra recondiderit; ceterum quando vel a quibus post inventum sit, ne mentio quidem aliqua, excepto populi rumore, qui, sicut certa pro incertis, ita plerumque falsa pro veris inducit. Huius rei testatio ad rei fidem* 15 *nobis satisfacit; sed est aliud, quod partim nos, vulgus autem minus intelligens non mediocriter angit. Nam, quid de reliquiis sub eiusdem sancti nomine in eadem ecclesia in reverentia habitis fieri oporteat, si recens inventum sancti corpus ad debitum honorem transferatur, nulla nobis ad votum definitio suffragatur. Precamur itaque per eum qui te nobis praefecit antistitem, per sanctae caritatis mutuam connexionem, ut, adscitis viris, quos divinae legis illustret scientia, vitae etiam laudabilis approbent testimonia, super hoc* 20 *utroque consultum habeas et auctoritatis tuae rescripto nobis super utroque consultum facias, ut, omni nebula ambiguitatis remota, dissensionis etiam totius pellantur scandala, et pacis concordia in nobis augeatur, et laudetur nomen Domini in omnibus operibus nostris. Amen.*

Qua perlecta, omnium consultu, omnium votis aliam iussit rescribi epistolam continentem huiusmodi 1052. responsa.

25 *Wido Remorum archiepiscopus Drogoni fratri et coepiscopo feliciter vivere in utroque saeculo. Quia sapientia semper sapienter agit et Salomon dicit: 'Fili, omnia fac cum consilio, et post factum non poenitebit', laudamus, frater carissime, prudentiam tuam, a nobis, uti par est, consilium petentem super recens* Eccli 32,24. *inventi sancti reliquiis. Nos autem, consilio super hoc ipso cum nostris habito, ut petiveras, corpus quidem repertum sancti Bertini esse decernimus, quia incerta certis omnino postponimus, quod et scripturae, quam* 30 *nobis misisti, confirmant testimonia et loci in quo repertum est dignatio ac evidens indicium, crucis videlicet nota. Ipsum itaque sanctum corpus cum debito honore levatum in reverendo, uti decet, loco ponite, sed et alterius incerti, ut dicitis, sancti reliquias iuxta ipsius sancti Bertini corpus locate, confidentes de misericordia Dei, quia et ipsae cuius sunt in ipso revelabitur tempore. Ceterum tam ad incerti sancti revelationem quam ad certi elevationem*[b] *triduanum ieiunium populo indici statuimus, ut orationibus ac* 35 *ieiunio populi sui complacatus, quando vult et quomodo vult, nobis aperiat Dominus. Amen.*

8. His peractis, quibusdam domesticis eius seorsum excitis, eundem summum praesulem his internuntiis deprecamur supplices, quatinus dies Dei auxilio agendae elevationis futurus sui adventus praesentia honoraretur, suae dignitatis auctoritate solidaretur. Qui mox tempus diemque percunctatus, quando id, Domino suffragante, acturi essemus, ut primum vel secundum Maii mensis diem nostro responso per- 40 cepit, sese futurum, vita tamen ac salute sibi comite, benigne spopondit. Unde aliquantulum iam effecti animaequiores, suscepta descriptionis epistola acceptaque licentia, domum regredimur celeres. Ubi autem Taruennae pervenitur, domnus episcopus ibi offenditur; cuius praesentiae admissi, epistolam ad verba sua renotatam dexterae eius inieci. Qua recitata, sese ad summi praesulis consultum cuncta pollicitatur per diocesim suam indicenda. Dehinc nobis domum digressis, obsecrationibus, ieiuniis, vigiliis pro modulo 45 nostrae exiguitatis misericordiam Dei patrociniaque sanctorum medullitus quaerere iamiamque appropinquantis agendae festivitatis apparatibus omnimodis studuimus intendere, cum quidam[1] pro hoc ipso grandes contradictionum inquietudines, molestias, persecutiones, iniurias nobis inferre et agendis sancti mysteriis plurimum moliebantur impedire. Ut autem de nobis sileam, quippe qui non satis dignam malis nostris recepimus poenam, sed in sanctos Dei quidlibet moliri quanti sit criminis, arca illa testamenti 2 Reg 6,6 7. 50 bobus calcitrantibus inclinata evidentibus monstrat figuris, quoniam, dum eam Levites temere tractando relevare nititur, divina mox ultione addictus, mortali vita frustratur. Haud secus, quicumque quodlibet a servis Dei dispensatorie factum obiurgare moliuntur, caveant, ne quandoque, ni poenituerint, vehementiore animarum dampnatione percellantur. Multis dehinc vexati tribulationibus, tandem ab his Christo propitio liberati sumus. Quid plura? Primo Maii mensis die[2] domnus Wido summus pontifex cum 1052 Maii 1. 55 multis spectabilibus personis, Drogo etiam episcopus noster cum suo honorabili clero diversique cum suis[c] domni assunt abbates. Nec deest domina Adhela[3], fratre suo Odone[4] multoque procerum stipata milite. Nihilominus e diversis locis adventantes innumerae populi huc ruunt multitudines, ecclesiae implentur parietes. Verumptamen domno archiepiscopo cum suis ceterisque hospitibus, quoniam ex itinere fatigati

a) diem *Mir. c.* 24. b) revelationem *ed.* c) eis *Mir. c.* 49.

60 1) De canonicis S. Audomari, monachorum S. Bertini semper aemulis, coniici possit, quorum nusquam in hac relatione mentio fit. 2) Elevationem a. 1052. factam esse, testatur Simon I, 12, p. 638. et Mirac. c. 50, supra p. 521. Cf. etiam Lamb. Aud. a. 1052, 65 SS. V, p. 65: *Wido archiepiscopus ostendit sanctum Audomarum.* Eadem occasione igitur canonici effecisse videntur, ut etiam sui sancti ossa populo exhiberentur per archiepiscopum. 3) Uxor Balduini V. comitis Flandriae, filia Roberti regis Franciae. 4) Filio Roberti regis.

1052. Maii 1.

erant, ea die quiescentibus, interim nos quibuscumque necessariis praeparandis intendere procuramus, ac omnia de sancto agenda in crastinum differimus. Cum enim iam pridem prima Maii mensis die id ipsum faciendum deliberarem ac super hoc domni episcopi nostri assensum misso ei nuntio quaererem, ille mox salubriore consilio in secundum eiusdem mensis diem potius indixit differri, ne celeberrima sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi sollempnitas, quae eadem die esset, a sua celebritate videretur minorari, utque, eadem praecedente et demum salutiferae crucis inventionis festivitate subsequente, quique huc adventantes vel hinc revertentes festiva otii perfruerentur exultatione. Qua de re nobis necdum id cognoscentibus divina factum esse dispensatione credimus, ut futura dies iam quadam[a] convenientia decoraretur, ut, sicut sancti Walberti[1] depositione magnificata, sic demum sancti Bertini elevatione magnificanda haberetur, quos unius vitae lectiones commendarent eademque responsoria concelebrarent. His omissis,

Maii 2.

sequentis diei primo mane paratis praesulibus, abbatibus, monachis atque canonicis, quibusdam etiam laicorum maioribus in testimonium intro admissis[b], cum processionibus ad sacrosanctum locum acceditur, letaniae[c] canendae inceptantur, missisque operariis, scrinium sacrati corporis effodi iubetur. Nec iussa differuntur, sed, eiecta humo, sacer locus eousque paratur, quo ad extrahendum sancti scrinium facilis accessus cunctis daretur. Tunc pontifice nostro cum quatuor abbatibus, probatioris vitae viris, qui tractarent sacri corporis artus, circumpositis, panso scrinio, summus praesul responsorium: *Dirigatur oratio mea* cantando inceptat, choroque suscipiente: *Sicut incensum in conspectu tuo, Domine*, idem intus extraque thurificat. Hoc praecantato, dum, eodem praecinente, eiusdem responsorii versus: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum* subsequeretur, quod antehac cuiuscumque rei gratia a nonnullis temptatum difficultate quadam denegabatur, tunc paucorum manibus insertis cum agilitate ac facilitate extrahitur, in eminentiores scamnorum apparatus effertur, nobis terram cunctis petentibus veneratur itemque thurificatur; nostris quoque tunc maculosis conspectibus tam sacrata membra revelantur, aqua vinoque rorata piantur.

9. Interea quidem clericus Berwoldus nomine, unius oculi lumine orbatus, seorsum astabat, qui iam pridem eousque utrosque oculos perspicuitate pares habebat, sed, nescio cuius mali causa, antehac quandam venam secandam contiguam oculo, ut medicaretur, sibi incidi fecerat, unde omne lumen eiusdem oculi amiserat; sed id praeter paucos et domesticos suos ruboris causa pene cunctis celaverat. Hic sancti Bertini patrocinium, ut a Domino sibi reddi lumen amissum obtineret, intimis precibus deposcebat, atque quolibet sanctorum membrorum, quae ibi[d] tractabantur, tangi sibi oculum multopere anelabat, sed appropiare minime sibi permitti metuebat. At nobis tantae rei sollicite intendentibus, ac interim quibusdam canticis dictis eidem sacramento convenientibus, responsorioque sanctae Trinitatis assignato: *Quis deus magnus sicut Deus noster, tu es Deus, qui facis mirabilia* decantato, item eiusdem sancti responsorium: *Gloriosus igitur Dei athleta ac eximius sacerdos Bertinus, in prolixa aetate ieiuniis et orationibus famulans Regi superno* a choro morose cantandum suscipitur; sicque inter canendum iam dictus clericus rebus sufficiens, sed oculi unius lumine carens, cum sanctis artubus, ut iam dictum est, vereretur accedere, quendam fratrum nostrorum aliquod sacrorum membrorum summotenus digitis suis obsecrat attingere suoque caecato oculo eisdem digitis signamen imprimere. Quod nobis insciis dum fieret, magis autem ob devotionem praesentis sancti hic finis responsorii animos adhuc psallentium demulceret: *Hodie suscipit meritorum praemia in angelorum choro*, mox ille lumine ditatur[e] [diutius[f]] expectato. Et sane quod Dominus ad laudem sui nominis et ad sancti meritum propalandum concessit[g] fieri in se, ipse stulto pudore reticeri voluit; sed forte tunc cuidam Arnoldo sibi familiariter adhaerenti mussando intulit, bono omine suo se illuc admissum, eo quod praesentis sancti attactu diu amissum receperit visum, eidem[h] omnino attestans, ut hoc taceret, nulli umquam aperiret. Verum alter nequaquam tantae eius insensibilitati adquievit, sed circumstantibus mox detexit. Quod quidam Walterus vere contigisse comperiens, extenta manu cunctis silentium indicens, eundem unius oculi visu diu dampnatum, tunc vero meritis sancti expectato luminis dono clamitat reparatum. Quibus auditis, plurimum exhilarati, prae gaudio infundimur lacrimis, hac iam quadam spe consolamur, quod quibuscumque divinae gratiae indiciis omnibus a cordibus diffidentium dubitatio pelleretur.

10. Tum quidam etiam domesticus noster, sed nimis eatenus nobis hac parte dissentiens nimiumque huic rei insolens, tunc primum multa poenitudine ductus, multo lacrimarum fonte perfusus, sed necdum eidem rei satis credulus, votis quibus valebat ipsum pietatis fontem Dominum suppliciter orabat, ut, si id corpus sancti Bertini foret, quod ibidem tunc attractabatur, trino miraculorum signo cunctis declarare dignaretur.

11. Interea candido linteo pretiosoque pallio, quae comitissa[2] ad haec libens paraverat, sanctis membris ut olim concorporata fuerant compositis ac in immodico scrinii busto a domno archiepiscopo reverenter collocatis, item praefata venerabilis matrona magnae devotionis suae, quae erga sanctum habebat, propalans desideria, quandam salinarem terram coram cunctis qui aderant eidem sancto donatione tradidit legaliter facta.

12. His ita gestis, cum ingenti psallentium tripudio in ulnis extollitur ac foras crypta in sacrarium venerandum defertur, cum ecce reliqua sanctorum inibi quiescentium corpora prae foribus cryptae protenduntur obvia. Nec archiepiscopo tunc missas celebraturo turbis comprimentibus et accurrentibus facilis

a) quidem *ed.* b) amissis *Mir.* c) lit. *ed.* d) inibi attract. *Mir.* c. 51. e) datur *ed.* f) *sic Mir.; deest ed.* g) f. c. *Mir.* h) eundem *Mir.*

1) De quo vide Vitas Bertini I. et II, Acta SS. Sept. II, p. 588. 591. 2) Adela, cuius c. 8. mentio facta est.

dabatur exitus; ideoque extra limina monasterii tunc cuncta iussa sunt efferri, quatinus, ea comitante maioris multitudine populi, summus pontifex missas acturus sancta sanctorum sine impedimento posset ingredi. Quod cum oportune efficeretur, maximeque partes totius plurimae sanctorum pignora subsequerentur, summo pontifice sanctuarium ingresso, missae cardinales agebantur. 1052. Maii 2.

13. Interea mulier quaedam cum filio brachia cruraque contracto[a] sanctum Bertinum pro illius salute rogatura foris extra templum perstabat in atrio. Quae etiam antehac cum eundem puerum duodennem Coloniam ad sancti Heriberti ceterorumque sanctorum inibi quiescentium suffragia cogitaret devehendum, quatinus eorum meritis obtinere forsan mereretur officia membrorum, ad haec idem, quamquam puer, inquit se per visum iam ter admonitum, ne quoquam deportaretur, nisi prius ad sanctum Bertinum[b] latus eiusdem merita experiretur. Cumque illuc etiam per visum ventum esset et oratum, item idem quatuor columbas candidissimas vidisse se ait avolantes foras monasterium, ipsumque altare concussum instar folii contremere, seseque coram eo prosternentem, nec mora inde meritis sancti sospitem surrexisse. Id igitur[c] puero genitrici referente, iamiamque fama elevandi sancti adsequente, eadem cum puero multos comitata[d] advolat, proventumque Domini interventu sancti Bertini prae[e] foribus praestolans monasterii supplex cum filio perstabat. Cumque ipsa inter comprimentes turbas ad osculandum sancti feretrum impingeret ac repulsa importuna repeteret, puerumque sancti feretro apponere multo conamine niteretur, Deo annuente, idem puer brachia cruraque directus sospitati donatur. Quod multi cernentes, quidam adstantium oppressae matri succurrunt, quidam vero puerum comprehensum efferunt. Quo facto, tumultuantis innumerae multitudinis clamor attollitur, Deus mirabilis in sanctis suis vulgo praedicatur, quoniam puerum, quem paulo ante vix repentem noverant, hunc prae oculis suis incedentem, praevia matre, cernebant. Nobis interim in choro ad missas psallentibus, huius rei odor nobis illabitur suavissimus. Quod dum a nobis, utrum verum foret, adhuc quaereretur, idem puer meritis sancti Bertini sanatus ingreditur, erectusque in medio nostrum, ducente matre, coram altari secundum modulum suum Deo gratias acturus prosternitur. Et dicto euangelio, domnoque archiepiscopo coram altari hymnum *Te Deum laudamus* inchoante, atque multipliciter choro subsequente, multos Christo in re gesta coniubilantes, multos lacrimari prae laetitia cerneres.

14. Necdum vero hymno completo, et adhuc nonnullis nobis flentibus prae gaudio, quaedam etiam mulier caeca, huius civitatis mansionaria ideoque cunctis nostris notissima, tunc visum recepisse denuntiatur, ipsaque in conspectu omnium nuntium huiusmodi illuminata comitatur ac puero ad laudem Dei et ad meritum sancti Bertini protelandum prostrata admiscetur. Quanta vero exultatione quantave dignitate ea die in Domino exultatum ac delectatum est, nullius assertio ad plenum expedire sufficiet. Nam quorundam inquietudinibus, molestiis, ignominiis eousque exacerbati, tunc Dei nostri super nos gratius coruscante gratia, facti sumus sicut consolati; tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione. Ps 125, 2.

15. Iam nunc praelibatae singularis gratiae causa emicat, iam illud quiddam boni quod miseratione Dei confovendum temporeque suo perducendum praedixisse memini infulminat. Nullum nostrorum haec gratia ingratum habeat, omnes nos Christo deinceps devotiores exhibeat, omnes ad laudem Dei vigilantiores impellat. Dum profecto his intendo, etiam trium verborum in inventa crucicula sculptorum mihi incidit mentio[1], ut enim tunc tribus evidentioribus signis claruit elevatio. Nam sicut in inventione quisnam esset nesciretur, ni tria verba loquerentur, sic quoque in elevatione haud satis ab omnibus crederetur, nisi his trium miraculorum indiciis veritas clarificaretur. Quid igitur? Tantane nihil harum rerum convenientia moveremur? Tria verba inventionem, tria miracula praedicant elevationem. O quanta operum Dei consequentia, quanta lucet concordia! Hac verborum signorumque [luce[f]] omnia ab omnibus Dei gratia pelluntur umbracula, hac tanti patroni nunc fulgorant merita.

16. Ceterum, peractis cum tantae gloriae magnificentia sacrosanctis missarum officiis, ceterisque sanctorum corporibus locis suis deportatis, scrinium sancti Bertini adhuc immunitum super aram sanctae crucis populo frequentandum exponitur; iam sole ad occasum vergente, positis custodibus, in diem crastinum signandum conservatur. His bene gestis, corpora rebus procurantur, atque sic celeberrima dies illa cum inenarrabili gloria consummatur. Sequente[g] vero die item[h] acceditur, atque testis gestae rei cautio ordinem, tempus, personam ac testes continens, astante innumera populi multitudine, recitatur, ac perlecta cum inventa cruce sacrosancto corpori componitur; sicque compositum summi praesulis sigillo signatur, scrinium clauditur, ferreis circulis clavisque artatur, consuitur, vincitur, indissolubiliterque conexum cum innumerae multitudinis tripudio in sancta sanctorum cum reliquiis[i] inducitur magnificandum; ubi nunc usque veneratur et, Domino annuente, venerabitur in secula seculorum. Maii 3.

17. Dehinc autem sacrae elevationis diem memorialem summus praesul ac domnus episcopus noster a cuncto populo huius dioceseos deinceps venerandum multaque devotione singulis annis indixerunt colendum. His ita peractis, et domnis praesulibus et abbatibus quiddam sanctarum reliquiarum impetratis, singuli singulis donati muneribus ad sua remearunt laetius.

18. Quorum unus, videlicet abbas[k] Sancti Walerici Wazo, sanctarum reliquiarum quiddam adeptus, postquam, peracto sacrae elevationis sollempnio, gaudens domum est regressus[l], quidam rusticus utrorumque orbium pupillis gravibus maculis obductis caecatus, puero sibi dirigente gressus, accessit ad eum,

a) constricto *Mir. c.* 52. b) ad sancti Bertini latus *Mir.* c) ergo *Mir.* d) *sic Mir.*; comitatu *ed.* e) pro *Mir.* f) *suppl. Mab.* g) Sequenti *Mir. c* 53. h) ad diem (!) *add. Mir.* i) reliquis *Mir.* k) abba *Mir. c.* 54. l) reversus *Mir.*

1) Vide c. 3. 5.

quidlibet medicationis postulaturus. Cui ille: 'Nihil', inquit, 'antidoti tali morbo novi salutiferum praeter cunctipotentis salutarisque domini nostri Iesu Christi proventum. Veromptamen cuiusdam celebris sancti sanctissimo elevationis obsequio nuperrime nonnullis concurrentibus et ego conveni sanctoque huiuscemodi negotio, quamvis immeritus, interfui; ibi quoque, quanti idem sanctus fuerit, diversis miraculorum magnalibus Dominus cunctis nobis declaravit. De quo etiam unius sanctorum[a] dentium dono ditatus, hoc regrediens attuli, tali munere gavisus; et si fidem adhibueris eiusdem meritis sancti te posse sanari, actutum tibi iubebo[b] praesentari'. Ad haec ille: 'Confido', inquit. Isque mox in conspectu adstantium afferre praecepit. Quo allato et utrisque eius luminibus adhibito, confestim revelatis oculis clare videre coepit, atque super hoc nomine Domini benedicto, sospes hilarisque domum rediit[c].

a) sacrorum *Mir.* b) videbo *Mir.* c) *sic desinunt Mabillonii editio et cod. Audomar.*

EX WOLFHARDI HASERENSIS MIRACULIS S. WALDBURGIS MONHEIMENSIBUS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Waldburgis, sororis Willibaldi et Wynnebaldi, quae monasterium Heidenheimense post Wynnebaldum fratrem rexerat et in eo sepulta erat, ossa Otkarius episcopus Eichstetensis post medium saec. IX. in civitatem Eichstetensem transtulit[1]. *Eius successor secundus Erchanboldus a.* 893. *Liubilae abbatissae Monheimensis monasterii dioeceseos Eichstetensis in pago Sualafeldico siti, quod ipsa, ut videtur, in proprii iuris praedio construxerat et episcopi manibus tradidit, petenti partem reliquiarum sanctae virginis concessit*[2]. *Quibus in illud coenobium translatis, magnus concursus peregrinorum, multaque miracula, ut fieri solebat, a.* 893—895. *ibi facta sunt. De quibus iussu Erchanboldi episcopi Wolfhardus presbyter et monachus abbatiae Haserensis*[3] *(Herrieden ad Altmonam fluvium, praef. Feuchtwang), quam Arnulfus rex a.* 888. *Erchanboldo donaverat*[4], *quatuor libellos, alio, ut videtur, post alium edito, a.* 895. *vel paulo postea*[5] *conscripsit. Primo libro quaedam de vita sanctae Waldburgis praemisit, sed exceptis duobus miraculis iam nil tradendum habuit. In reliquis de Monheimensi monasterio relatum est, nonnullae personae tunc eminentes, nomina pagorum locorumque commemorata sunt, alia ad mores et instituta vitae saeculi illius cognoscenda egregie faciunt. Haec excerpsimus, reliqua omnia, pleraque miracula, quae, ut Iac. Basnagii iudicium repetam, 'risum lectoribus saepius moveant', omisimus. Omnia sermone tam turgido tumidoque ac contorto, tam inani verborum strepitu temporis sui more Wolfhardus narravit, ut considerate caveret, ne quid simplex simplicibus verbis exponeret, ut nonnumquam demum sententia diligenter perpensa quid dicere voluerit intelligamus.*

In prologo libri IV. Wolfhardus indicat, se dialogum de S. Waldburgi componere voluisse, quem num ediderit, ignoramus. Eundem carmina historica de eadem sancta virgine conscripsisse, cum ab Erchanboldo pontifice propter grave quoddam delictum in carcerem missus esset, quam ob rem liberatum, decantato coram episcopo responsorio, veniam et remunerationem ab eodem

1) Mirac. I, 5. 2) Mirac. I, 6. 10. 3) Ita appellat eum Anon. Haser. c. 3. 10, SS. VII, p. 255. 256. 4) V. dipl. Mon. Boica XXXI, 1, p. 123, nr. 58; Anon. Haser. c. 8, l. l. p. 256, qui narrat, Erchanboldum, eiectis monachis, canonicos in coenobio Haserensi instituisse. Quare Wolfhardus iam tunc non in illo monasterio degisse videtur. 5) Mirac. II, 6. a. 896. conscriptum videtur, si fames anni praeteriti, de qua ibi agitur, fuit a. 895, ut putamus. Mirac. IV, 12. legitur: *tercio a solempnitate Christi confessoris vergente anni circulo usque ad hanc diem*, sed ignoratur, a quo anno ista computatio inchoetur; si ab a. 895, Nov. 11, qui annus initio libri IV. sistitur, hoc caput a. 898. exeunte litteris datum est.

adeptum esse, narrat Anonymus Haserensis c. 10, SS. VII, p. 256 sq. Neque haec carmina ad nos pervenerunt[1]. *Idem vero, teste eodem monacho Haserensi,* passionalem librum re vera utilem, utpote singulorum in anno dierum festa pleniter continentem, edidit *iubente Erchanboldo episcopo, ut ex praefationibus vitis singulorum mensium praemissis intelligimus, quas edidit Pez, Thes. anecd. VI, p.* 90—92. *Februarii mensis praefatio a Pezio omissa 'Archiv' V, p.* 565. *edita est ex codice Monacensi Lat. nr.* 18100 *(Teg.* 100*) saec. XI, qui librum hunc continet*[2].

Ad excerpta nostra edenda hos codices evolvimus:

1) *Monacensem Lat. nr.* 4585, *olim monasterii Benedictoburani (nr.* 85*), mbr. fol., ubi f.* 120—169. *miracula quatuor manibus saec. X. optime exarata sunt, quarum prima quaterniones* 1 *et* 2, *altera* 3, *tertia* 4, *quarta* 5—7.[3] *scripsit. Quaternio tertius, cuius septimum (*169*) folium quinque tantum lineas continet, octavum (*170*) vacuum tegumini agglutinatum est, errore bibliopegae post septimum iam antiquo tempore positus est. Unde in codice*

1[a]) *Vindobonensi nr.* 339 *(Sal.* 11*), mbr. fol. max., saec. XIII*[4], *ubi f.* 143—162. *miraculorum l. I—III, c.* 4. *ex codice* 1 *vel potius eius apographo descripta sunt*[5], *desunt quae in codicis Burani quaternione tertio exstant.*

2) *Monacensem Lat. nr.* 19162, *olim monasterii Tegernsee (nr.* 1162*), mbr.* 4[0], *ubi f.* 2—63'. *singuli miraculorum libri singulis quatuor manibus saec. X. speciose et accurate exarati sunt.*

2[a]) *Monacensis Lat. nr.* 4618, *olim monasterii Benedictoburani (nr.* 118*), mbr.* 4[0] *min., f.* 136—185'. *miracula una manu saec. XI in. haud dubie ex cod.* 2 *descripta continet, licet bis terve lectiones cum altero eiusdem monasterii codice, nostro* 1, *conveniant*[6].

2[b]) *Monacensis Lat. nr.* 22241, *alterum volumen magni legendarii Windbergensis monasterii (nr.* 41*), mbr. fol. max., saec. XII. ex.*[7], *f.* 53—63 *miraculorum tantum l. I—II, c.* 6. *continet, in quo capite medio desinit*[8]. *Eum non vidimus, sed Canisius, Ant. lect. IV,* 2, *p.* 717—730, *primi libri variam lectionem dedit et II, c.* 1—6. *ex hoc imprimi fecit. Ubi apparet, eum cum* 2. 2[a] *omnino convenire.*

Codices 1 *et* 2 *permultis locis ita inter se differunt, ut appareat, lectiones huius consulto et cogitate alteratas esse. Sunt sane quae suadeant, ut hoc ab ipso auctore factum esse putemus, ita ut codice* 2 *recensio altera ab auctore revisa praebeatur, neque tamen hoc certius mihi persuasi, praesertim cum menda*

1) Forsitan dialogum illum auctor metrice composuerit, et Anon. Haser. de eodem retulerit. 2) Cf. Wattenbach, 'GQ' ed. 5. I, p. 59 sq. 3) Septimus fasciculus 4 tantum folia continet, quinti quaternionis unum folium evulsum est. Cf. de hoc codice supra p. 83. 4) Cf. 'Arch.' X, p. 542 sq. 5) Multa mendose scripta, plura male alterata sunt. Nonnisi perpaucas eius lectiones attulimus, quae in editiones per alium eiusdem generis codicem irrepserunt. 6) In folio 223. huius codicis mutilato manu s. XI. haec notata sunt: *Richolfus cler[icus] ex familia sancti Benedicti duxit liberam uxorem, filiam nobilis viri Egilolfi de Sumfringin, Ospirn nomine; genuit ex ea filiam Ospirn nomine et Gunthalmum. Hic G. in Aug[ustano] choro magnus dedit ad Sanctum Ben[edictum] domino*[a] *suo predium apud Gerinshusi[n]; cuius soror Ospirn genuit Maginhardum, Reinbertum et Gepam. Gepa genuit Reinpertum, Adelberonem abbatem*[b] *et Bezelun; quam accepit quidam liber homo de Wile Turinc, que genuit Bernoldum et sor[orem] eius. Reinbertus ex libera uxore genuit.....* Reliqua abscisa sunt. Cf. 'N. Arch.' II, p. 273 sq. 7) Cf. 'N. Arch.' IX, p. 641. 8) Cum hoc codice haud dubie plane conveniunt codices Austriaci, qui, omisso prologo, tantum l. I—II, c. 5. continent, videlicet Zwetlensis nr. 72. s. XIII; Linzensis Cc. V 13. s. XIII; Sanctae Crucis nr. 282. s. XII; et ii qui magnum legendarium Austriacum continent: Sanctae Crucis nr. 11. s. XII. ex.—XIII; Vindobonensis nr. 336 (H. e. 5) s. XIII; Admuntensis nr. 24. s. XIII; Zwetlensis nr. 24; Mellicensis M. 4. s. XIII. ex. Cf. 'Arch.' X, p. 608. 613. 543. 598. 645 sq. 649. VI, p. 183. 185. VIII, p. 724. Sub die Febr. 25. in codicibus eiusdem legendarii fragmentum libri I. cap. 4—15. complectens exstat; l. l. X, p. 647.

a) *ita c.* b) *superscr. c.*

nonnulla in utroque codice inveniantur. Quare ubique codicem 1 secutus sum[1], *mendis eius perpaucis ope codicis 2 sublatis*[2].

Canisius edidit solum primum librum Miraculorum[3] *Ant. lect. IV*, 2, *p.* 605—624, *dein codicem Windbergensem nactus, libri II. capita* 1—6. *supplevit; haec repetivit Iac. Basnage, Ant. lect. III*, 2, *p.* 267—279. *P. Stevartius, Comment. de vita . . . Walpurgae, Ingolstadii* 1616, *p.* 29—107, *reliquos tres libros cum parte aliqua primi edidit ex codice monasterii S. Walpurgis Eichstetensis, lectionibus codicis multo praestantioris Benedictoburani, nostri* 1, *annotatis. Integrum opus Wolfhardi edidit G. Henschen, Acta SS. Febr. III, p.* 523—542, *ex codice archivi episcopalis Eichstetensis*[4], *qui plerumque cum nostris* 2. 2ª *convenit, haud raro vero iam pro lectionibus autenticis arbitrarie alteratas praebuit. Fragmenta operis ex editionibus prioribus repetiit Mabillon, Acta SS. III*, 2, *p.* 287—306. *Nulla editionum ad veras lectiones stabiliendas quidquam facit, quare perraro eas citavimus.*

Wolfhardi liber nimia amplitudine, nimia verbositate, nimia obscuritate sermonis usui incommodissimus iam saec. X. breviatus et in aliam formam redactus est, verbis plerumque leviter mutatis, nulla re addita. Haec vulgo dicta altera Vita S. Waldburgis, falso a G. Henschen[5] *Adelboldo episcopo Ultraiectino attributa, plurimum divulgata, in permultis codicibus*[6] *invenitur. Eadem saec. XI. vel XII, stilo solummodo mutato, iterum retractata est*[7]. *Medibardus quidam, forte Eichstetensis dioeceseos clericus, saec. XI—XII. brevi carmine miracula a Wolfhardo narrata exposuit*[8], *cuius in prologo:*

Prosam Wolfhardus, rhythmum fecit Medibardus.

Denique Philippus episcopus Eichstetensis (a. 1306—1322*) quartam Vitam*

1) In verbis scribendis nonnumquam ab eo recessimus, cod. 2 sequentes, cum in illo saepissime eaedem formae alibi aliter scriptae sint, maxime scribae singulorum quaternionum in his inter se differant. In 1 persaepe *e* pro *ae* in formis primae declinationis, alibi *ae* vel *ę* pro *e*, praeterea *ci* pro *ti*, praesertim *cio*, *ccio* pro *tio*, *ctio* scriptum est, quae non recepimus. In utroque codice permulti accentus ut in omnibus fere codicibus Bavaricis inveniuntur, recepimus eos qui in utroque scripti sunt. Nec quae in 1 vel 2 mendose primo scripta sed statim correcta sunt nec menda cod. 2ª annotavimus.

2) Praeter eos quos attulimus exstant codices Miraculorum Admuntensis nr. 326 (27, s. XIII. 'Arch.' X, p. 638) et Eichstetensis nr. 31. chart. s. XV. (ib. IX, p. 560).

3) Ex codicibus Praedicatorum Eichstetensium, qui cum nostro 2ª maxime convenit, et cathedralis Ratisponensis, qui ne integrum quidem librum I. continebat; huius lectiones cum 1ª congruunt.

4) Adhibuit etiam codicem Sangallensem, qui solum librum I, et Budecensem, qui fragmenta libri I. continebant.

5) Acta SS. Febr. III, p. 512. Nititur testimonio Wilhelmi Hedae de episc. Ultraiect. ed. Ultraiect. 1643, p. 110: *Referunt aliqui, Adelboldum natione Frisium et nobilem extitisse. Sed ego eum potius Batavum crediderim, cum fratrem eius prope Tielam in Santvica habitasse constet ex Vita divae Walburgis, quae ab Adelboldo scripta erat.* Henschen addit: 'Potuit fratri suo inscripsisse aut eius saltem mentionem fecisse in praefatione, quae perierit'. Non vero in praefatione, sed in Miraculis S. Waldburgis Tielensibus Vitae alteri in unico qui exstat codice subiectis, ut iam ipse Henschen l. l. p. 548. coniecit, Heda hoc legit et falso legit; cum enim in altera epistola canonici Tielensis de fratre Immonis diaconi, cui haec epistola inscripta est, in villa Santwichem habitante dicatur, Heda falso opinatus est, de fratre Adelboldi episcopi, cui praecedens epistola directa est, agi (v. infra). Heda certe aut codicem domus S. Hieronymi Traiectensem, nunc Bruxellensem nr. 7917, in quo Miracula Tielensia Vitae alteri subiuncta sunt, aut eius simillimum legit. In illo vero nihil de Adelboldo auctore Vitae. Heda ei librum nonnisi ideo tribuisse videtur, quia miracula subsequentia ipsi dedicata erant. Sed si Adelboldus librum de S. Waldburgi edidisset, canonicus Tielensis eius haud dubie mentionem fecisset. Et quo res absolvitur, Vita altera invenitur in codicibus iam saec. X. exaratis, ut in Parisiensi nr. 5327. ('Arch.' XI, p. 262), Adelboldus vero a. 1010 1026. sedi Traiectensi praefuit. Fabulam igitur Heda protulit.

6) Notavimus circiter quindecim. Edita est a Surio, Vitae SS. prob. ed. Colon. VII, p. 356—360, stilo mutato; Acta SS. Febr. III, p. 542—546; Migne CXL, col. 1091 sqq. Etiam in breviariis lectiones de S. Waldburgi ex ea excerptae sunt.

7) Exstat in codice Fabariensi, nunc archivi Sangallensis, saec. XII. ('Arch.' IX, p. 595) et Cheltenhamensi bibl. Phillipsianae nr. 4188. ('N. Arch.' IV, p. 592). Edidit priorem partem illius Henschen l. l. p. 548—550.

8) Legitur hoc carmen in codicibus Monacensi Lat. nr. 14396 (S. Emmerami E 19) s. XII. et Eichstetensi nr. 31. s. XV. ('Arch.' IX, p. 561). Edidit Gretser, Philippi Eystett. episc. de eiusdem eccl. divis tutelaribus p. 306—316; Henschen l. l. p. 551—553.

S. Waldburgis composuit[1], *quam dedicavit Agneti reginae Ungariae, filiae Alberti regis Romanorum, fabulas de regio ortu eius iis quae priores scripserant immiscens; qui et Vitam fratris eius Willibaldi episcopi tam amplum quam fabulosum edidit.* ***O. H-E.***

INCIPIT[a] PROLOGUS DE VITA SANCTAE WALDBURGAE.

Domino beatissimo Deoque vere dignissimo Erchanboldo pontifici Wolfhardus[b] presbiter suus in ipso qui est via, veritas et vita, viam, veritatem et vitam invenire[c] deposcit. Exigis a me, pater per secula memorande et presul nominatus in orbe, ut signa atque portenta, quae per oppinatissimam nunc in seculo[d] Christi virginem Waldburgam[e] novis temporibus divina peregit clemencia, cura diligentissima indagata ad laudem et nomen vivificae Trinitatis necnon ad excitandos animos dominicae plebis, prout eadem contulerit liberalis et deifica Trinitas, scedulis[f] adnotare decertem. Gravis siquidem gravi scelerum pondere[g] pregravato a te mibi inponitur sarcina, quoniam peccatis obnoxio horrendum est tractare de sacris et miscere aliena non propriis. Verum quoniam, gloriosissime pontifex, virum desideriorum te fore comperio et cum Daniele[h] propheta semper nova[i] de abditis indagare curiosius cerno, artor nimis et inmensis circumquaque septus angustiis, quid eligam, penitus ignorans, primum oppilatam pudore faciem mentis obfirmo, quoniam indignum me esse non ambigo; dein oboedientiae normam[k] primam humilitatis aspiciens gemmam, si iubentis dicta superba aure contempnam, timeo, ne legem prevaricantis[l] incurram. Tum ad memet clavum retorquens, imperitiae infirmitate languesco, inde imbecillitati[m] necne scrupulositati[n] meae vires haut proprias, sed olympiacas obicio. Rursus, si adgredi, licet trepidus, pertemptavero, ne a lectore philocompica noter infamia, perhorresco, dum, omissis philosophicis ac preclarae indolis[o] viris, qui in prophetiis calami nomine designantur, ego, qui nec viridis iunci exstimo[p] — vocabulo mereor titulari, incompto arduum opus exordiar stilo, et dum mundialium plurimorum indomita superbia, quae sanctorum vias ac vitas calce proterit petulanti et mira eorum, si qua audierit, peduculosa aure percipit, audiens me inaudita et tamen veracissima in patulo proferre prodigia, canino incipiat dente corrodere et verissimis falsa preferre. His atque aliis[q] vallatus angustiis, quia[r] sum refertus contagiis acsi ericius spinis, ut verbis Salomoniacis loquar, frequentativa[s] meditatio mentis meae est afflictio carnis. (Eccl 12, 12) Quocirca[t] ad arcem confugiens, his verbis clamabo ad Dominum: *Domine, labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam*, (Ps. 50, 17.) ut, ipso iuvante, cuius sum licet labilis carnis conditio, iussionis tuae persolvatur exactio. Commendo[u] me iterum atque iterum virginis meritis et tuis, pater, precibus indefessis, quo mihi eundi impetrent callem et felici itinere perducant ad calcem.

EXPLICIT[v] PROLOGUS.

INCIPIUNT CAPITULA[w] MIRACULORUM.

1.[x] De origine sanctae Waldburgae virginis.
2. De eo ubi lux caelitus emicuit in diversorio[y] virginum.
3. De eo ubi virgo Christi moribundam puellam ad vitam reparavit.
4. Ubi beata Waldburgis[z] migravit a seculo.
5. Ubi virgo apparuit in visu Otkario episcopo.
6. Ubi Waldburgis[z] beata fines Eihstatenses[a] adiit.
7. Ubi apertum est mausoleum memoratae virginis.
8. De eo ubi caducus reliquiis virginis obviavit et curatus est.
9. De caduco similiter curato.
10. De abbatissa Liubila podagrica[b] curata.
11. De contracto curato et erecto.
12. De cereo[c] caelitus inluminato.
13. De matre cum filia curata.
14. De muliere paralitica curata.
15. De claudo curato.
16. De mulieris confracto crure sanato.
17. De muliere in qua sex opera[d] sunt mira.

a) *ita* 2ª; In Christi nomine incipit prefatio vitae sanctae Waldpurgis *alia manu s. XI.* 1; Prologus in legendam sancte Balpurge virginis *alia manu s. XV.* 2; De S. Waltpurga virgine 1ª. b) pont. viro preclaro suus *etc.* 1ª. c) d. i. 2ª. d) sęcula 1. e) Wadpurgam *h. l.* 1; Waldpurgam (*alibi* Waltpurga) 2ª; Ualdpurgam (*alibi* Waltpurga, Waldpurga) 1ª. f) sed. *corr.* sced. 1. g) *deest* 2. 2ª. h) Danihele 2. i) nova — cerno *des.* 1ª. k) normã *radendo corr.* norma 1, *et ita* 2. 2ª. l) prevaricationis 2. 2ª. m) mee *add.* 1ª. n) scrupol. 1. o) plurimis *add.* 1ª. p) extimo 1ª. 2. 2ª. q) innumeris *add.* 1ª. r) et q. 2. s) frequentiva 1ª. 2, *ead. manu corr.* frequentativa 2. t) Quodc. *corr.* Quoc. 1. u) ergo *add.* 1ª. v) E. p. *des.* 1. 1ª. w) capitola 1. — mirac. *deest* 2. 2ª; *index capitum deest* 1ª. x) *numeri des.* 1. 2ª. y) in d. v. *in marg. alia manu suppl.* 1; virg. *deest* 2. 2ª. z) Wadburgis *h. l.* 1. a) Eihstenses 1. b) padagr. 1. c) cęreo 1. d) sunt op. 2. 2ª, *corr. ead. manu* op. s., *et post corr.* operata 2.

1) Quae invenitur in codicibus Pommersfeldensibus nr. 2635 et 2882. s. XIV. ('Arch.' IX, p. 525. 536), Monacensi nr. 14396. s. XIV. Edita est a Canisio, Ant. lect. IV, 2, p. 563—601; ed. Basnage IV, p. 238; Henschen l. l. p. 553—563. Idem annectit p. 563—569. recentiorem lucubrationem studio monialium S. Waldburgis Eichstetensium conscriptam, antea a Stevartio editam.

18. De muliere curva et erecta.
19. De quodam fastidioso mirabiliter curato.

INCIPIT[a] LIBER I. DE MIRACULIS SANCTAE WALDBURGIS[b].

1.[c] Igitur postquam felix gens Anglorum per apostolatum memorandi papae Gregorii, qui, etsi non aliarum gentium, ipsius tamen et esse apostolus meruit et dici, ab infidelitatis tenebris eruta, pium nomen Christi et christianitatis coepit amplecti, quasi fructuosae arboris radix ad humorem gelidi marmoris surculata emisit propaginem et acsi ex surculo primae et originariae iuventutis in fide maximam crevit in arborem, ministrante illi viredinem euvangelicae fluento doctrinae. Ex hac multae[d] subductae ita crevère, ut, se oceani pelagus transponentes et miro germine pullulantes, nostris efficerentur saltibus altiores. Huius eminentis arboris ramus exstitit[e] Bonifacius orthodoxus[f] antistes, qui ob fidei cunctis imitabile meritum fines patrios et dulcia rura postponens, dum ignotum exulando adiit callem, summi pontificii Mogontiae infulatu suscepto, alienam in nobis quasi propriam coepit habere tellurem. Eiusdem floridae atque frondosae arboris Brittannicae rami ad nos usque exstitère protensi duo beati cum castissima sorore[e] virgine Christi Waldburga Christi confessores Williboldus[g] et Wunniboldus[h], qui[i] similiter ob amorem caelestis patriae peregrinari cupientes, ipsum, qui peregre profectus est in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti, et ipsi, precincti lumbos castitatis tegmine, lucernas bonorum operum[1] in manibus portantes, secuti sunt Regem. (cf. Luc. 19,12.) Quorum prior post multam tenui[k] corporis macerationem, qua se per multa diversarum regionum afflixerat spatia, obuedientiali norma sibi ingesta, ordinante eum prelibato antistite[l] piae memoriae Bonifatio[m], pontificii pervènit ad culmen et Eihstatensis[n] ecclesiae fidelis pastor sortitus est gregem. (741.) Ibique caelestem et angelicam inter homines vitam ducens, veniente hora vocationis dominicae, oves, quas rexerat, summo pastori salutari Domino consignavit et ad ipsum mercedem recepturus fine beatissimo evolavit. Alter vero totum se Christi servitio mancipans, mundana omnia corde liquidissimo respuit et locum qui dicitur Heidanheim sibi ad incolendum[o] delegit; ibique se oratione munivit, spe roboravit, fide armavit et eandem quam cum fratre susceperat vitam[p] monachicam strenue[q] baiolavit[r], multosque ad bene vivendi regulam previus invitavit. Dein[s], cum tempus supernae remunerationis advenit, caeli ianuas[t] iam securus intravit molemque exterioris hominis in prelibato Heidanheimensi[u] loco condendam reliquit, in ultima dominici examinis die ipsam et non aliam cum sanctis aliis recepturus. (761.) Tum ille, quem superstitem hac dimisit in vita, Williboldus[h] scilicet presul egregius, quem propter sacrosancti presulatus apicem fratri in ordine scribendo[v] pretulimus, licet post fratris beatissimum finem aliquantos vixerit annos[2], germani proprii corpus exanime cura diligentissima condere curavit et, ut dignum tanto viro fuerat, peregrinum iam a seculo et civem angelorum cum hymnis[w] et canticis sepelivit.

Hactenus[x] memoriam beatorum germanorum, Williboldi[h] scilicet et Wunniboldi[y], paululum exarando percurrimus, ut sciret plebs Christo devota, viros caelestis militiae et angelicae vitae unius eiusdemque meriti habuisse sororem, Waldburgam videlicet[3], sponsam Christi et virginem. Nunc quia ad eandem, ipsa patrocinante, calamum flectere nitor, de his satis dixisse sufficiat.

2. Post recessum[z] itaque beati Wunniboldi[i], mirae sanctitatis viri, Waldburgis, virgo imitabilis pie viventibus universis, collectis sanctimonialibus, si[a] quibus potuit, Christo devotis, in loco prenominato[b] Heidanheim dominicis instantissime coepit inherere mandatis, relictis atque calcatis mundialibus omnibus[c] pompis. Noctibus igitur atque diebus in oratione persistens, vigiliis et ieiuniis semper incumbens, castum a primeva originis viredine[d] corpus vigilanter[e] custodiens, se ipsam totam Domino commendabat attente, ut, quam munierat fide, casto conservaret et corpore. [Sicque[f] Dominum protectorem semper in cunctis operibus ac previum habuit et quodcumque petiit impetravit].

Contigit namque, ut, in ipso, quod frater eius edidit, monasterio Heidanheim dum ipsa Christo sedule serviens moraretur, et peracta vespertina sinaxi, revertente ipsa de ecclesia ad solitum diversorium, noctem proximam caecae tenebrae minarentur, ac quidam custos eiusdem ecclesiae vocamine[g] Goumeradus lumen previum stolidus denegaret petenti; illa, ut est mos sanctarum mentium, iniuriam [sibi[h]] inlatam patienti animo gestans[i], sanctimonialibus, prout ratio dictaverat temporis, mensam caenandi gratia adeuntibus, incaenata lectisternia petiit. Tum mirum in modum in communi earundem sanctimonialium dormitorio tanta lux usque ad pulsum matutinalis officii coruscavit, ut eadem pro[k] sui nimietate fulgoris

a) *rubra deest* 1. 1ª. b) virginis *add.* 2ª. c) *numeri des.* 1. 1ª. d) propagines *manu s. XIII. superscr.* 2. e) *deest* 1ª. f) ortod. 1. 1ª, *ead. manu corr.* orthod. 1. g) Willibald. 2. 2ª. h) Wunnebald. 2; Winnebald. 2ª. i) *post superscr.* 2, *deest* 2ª. k) *ita omnes codd., post corr.* tenuis 2. l) piae m. a. 2. 2ª. m) Bonifacio 1. 2. 2ª. n) Heistat. 2ª. o) incolandum 1. p) m. v 2. 2ª. q) strennue 1ª 2. 2ª. r) *ita* 1. s) Deinde 1ª. t) ianuis *post corr* ianuas 1. u) Eihstatensi *erasum, et in marg. eadem manu suppl.* Heidanheim 1; Heidenhensis 1ª. v) scribendi 2. 2ª. w) ymnis 2. 2ª; ympnis 1ª. x) act., *littera initiali omissa* 1. y) Winniboldi *h. l.* 1 *(in loco raso).* 1ª; Wunnebaldi 2; Winnebaldi 2ª. z) discessum 1ª. 2. 2ª. — igitur 2. 2ª. a) *deest* 1ª. b) prenominata *post corr.* prenominato 1; *in loco raso* 2. c) rebus ceterisque plurimis ac innumerabilibus istius mundi transitoriis *add. Henschen.* d) vire 1. e) *deest* 2. 2ª. — costod. 2. f) Sicque — impetravit *des.* 2. 2ª. g) vocabulo 1ª. h) *deest* 1. 1ª. i) ferens 1ª. k) pre 1ª.

1) Sequentia ex Vitis Willibaldi et Wynnebaldi sanctimonialis Heidenheimensis supra editis sumpta sunt. 2) Annos 25 minimum, quia a. 786. etiamtunc superstes erat; Dronke, Cod. dipl. Fuld nr. 86, p. 52. 3) Waldburgam sororem fuisse Willibaldi et Wynnebaldi, primus Wolfhardus refert; sed hoc haud dubie pro certo habendum est.

terrae intima penetrare videretur. Stupentibus denique quae viderant sacratis Deo universis et pre gaudio exultantibus cunctis, ad matrem Waldburgam convenere devotae et visum lucis terrificae narravere. At illa se totam convertens ad Dominum, lacrimis fusis, istam prorupit in vocem: 'Tibi. Domine, cui ancilla humilis deservire decrevi a cunabulis, conlato de munere gratias refero, qui ad excitandos famularum tuarum mihi coherentium animos me indignam luminis tui solamine visitare dignatus es et tetri horroris caliginem crassam misericordiae tuae radiis evacuasti. Et id non meis meritis valet adscribi, verum gratuitae tuae munificentiae pietatis[a] et precibus mei et tui devoti famuli fratris'.

3. Preterea virgo memorata et semper in ore tenenda Waldburgis[b] exitum fratris sui[c] Wunniboldi[d], ut sexui moris est feminarum, é corpore[e] graviter pectore gerens, contigit, ut quadam vespera nullo ex monasterio vel leniter[f] sentiente egrediens, ad domum cuiusdam divitis deveniret et[g] ante fores eiusdem quasi peregrina quaedam et ignota sola consisteret. Quo dum eam dominus domus sive familia intrinsecus famulatus[c] officia prebens sensisset asstantem, quaeque foret persona, nesciret, aestuante patrefamilias cum domesticis universis, ne rabida canum suorum audacia, qualiscumque esse videretur persona, eam laniando discerperet, iussit, ut, quaeque esset, otius indicaret. Tum illa: 'Nequaquam', inquit[h], 'me tui, quos[i] verêris, canes insano dente contingere quibunt nec Waldburgam[k] — sic enim nuncupor — mordere valebunt. Ipse nempe, qui me ad domum tuam perduxit incolomem, ad locum unde veni reducet valentem; et qui me ad tuum, te ignorante, pertulit atrium, ipse tuae domui medicinae conferet donum, si totis viribus eundem credideris medicum medicorum'. Quo audito, vir illustris a loco quo sederat ilico prosilivit, et animo consternatus, quare ad ostium nobilis persona et Omnipotentis ancilla constiterit, requisivit. Illa vero non sine causa se venisse asseruit. Tum vir memoratus cum omni veneratione eam in domo excepit et omnem famulatum debitae servitutis exhibuit. Ubi ventum est ad noctis moras soporis silentio temperandas, virginem sacram non aliubi pausare volentem in cubiculum languentis filiae trepidus introduxit. Erat enim languor cordis iam penetrans fibras, et intersepto[l] vitalis flatus anhelitu, mortis compendium parato itinere portas oris biantis adire temptabat. Tum pater eiusdem puellae labiis palpitantibus mugiens eiulabat et natae karissimae amaris lacrimis funebria preparabat. Mater vero intimo pectoris[m] archano iam pene premortua et pendula in planctu, voce demissa exalantis filiae opperiebatur egressum, cui iam luctuosa familia paraverat bustum. Verum Domini clementissima miseratio, qui occidit et vivere facit[n], sanat et percutit, a morte minâci languidam revocavit, et orante[o] per totam noctem[p] virgine sancta, in crastinum puella sana surrexit. Quo parentes viso miraculo laudes omnipotenti reddiderunt Deo. Dein plurima ei exenia[q] adhuc tremuli offerentes et[r] ex asse eius se sacris orationibus commendantes, illa[s] Christum habens mira gerentem, pecuniam respuit, et ad monasterium unde venerat repedavit; et quanto magis divinam in se clementiam vigêre[t] conspexit, tanto ad artioris vitae se gradus extendit.

Haec duo tantum preclara miracula, quae virgo beata peregit in vita, huic inserere dignum putavi opusculo, quae nostram ad memoriam pervenere, ne, ad alia, quae hactenus per eam Dominus operatus est et operatur cotidie signorum prodigia, ipso Domino largiente, fideliter transiens, eadem omisisse culparer. Stultum nempe videtur rei veritatem a calce narrando incipere et sic ad titulum capitis pervenire. Ideoque prius acta stilo currente descripsi, ut sequentia virginis interventionibus[u] etiam valeant annotari.

4. Cum[v] igitur sacra virgo Waldburgis[w] totam se in Dei amore firmasset et mundum cum eius concupiscentia superasset, fide plena, moribus[x] insignis, caritate referta, sapientia decorata, castitate gemmata, misericordia redimita, humilitate fulcita et omnibus virtutibus adornata, vocanti[y] Domino, mortis accepto compendio, acceptura remunerationis praemium obviavit et ex huius mundi lacrimosa voragine felici fine[z] decessit[*, 1], et in eodem, quo in sancto proposito Christo servierat, monasterio haud sine maximo lamentantium eiulatu officium sepulturae mortalis accepit. Ibidem ergo aliquantum temporis corporea compaginatione quiescens, suis, quos superstites in mundo reliquit, beatis intercessionibus auxilium prebuit et ut mater filios educavit.

5. Parvo denique interposito[a] tempore, quo sacrae virginis cineres in eodem loco tellus avara retinuit, contigit, decedentibus prioribus eiusdem ecclesiae pastoribus, Otkarium[b], venerabilem virum, Eihstatensem cathedram meruisse[2]. Qui dum minus quam ratio deposceret honestatis idem monasterium,

*) obitus die, id est Kalendis Maii[3] *Vita III.*

a) pietati 2. 2ª. b) Waltburgis *h. l.* 1. 1ª (*alibi* Waltpurgis 1ª). c) *deest* 2ª. d) Vunnib. *h. l.* 1; Winniboldi 1ª; Wunnebaldi 2. 2ª. e) e corp. *des.* 2. 2ª, *post* Winniboldi *iam posita* 1ª. f) leviter 1ª. g) ut 2. 2ª. h) inquid 1 *saepius.* i) quod 2. 2ª. k) Waltburgam 1; Waltpurgam 1ª. l) intersepto *post corr.* intercepto 2, *et ita* 1ª. m) cordis 2. 2ª. n) et *add., post del.* 2. o) sancta *add.* 2ª. p) *deest* 2. 2ª. q) e *eraso corr.* xenia 1, *et ita* 1ª. 2. 2ª. r) et commend. *in marg. super. suppl.* 2. s) vero *add.* 1ª. t) *deest* 1ª. u) intercessionibus 2. 2ª. v) Dum 1ª. w) Waltb. 1; Valtb. 1ª; Waltp. 2ª. x) moribusque 2ª. y) *post corr.* vocante 2. z) memorie 1ª. a) interiecto 2. 2ª. b) Otgarium *h. l.* 1. 1ª.

1) Quo anno Waldburgis obierit, non constat. Nec probari potest, quod Philippus episc. Eihstetensis mendacissimus in Vita Willibaldi c. 31, ap. Gretser p. 111, et in Vita Walpurgis § 23, Acta SS. Febr. III, p. 560, contendit, eam ante Willibaldum fratrem obiisse, nec quod Medibardus in Rhythmis de S. Waldburga c. 2, ap. Gretser p. 308, scribit, eam utrique fratri superstitem fuisse. 2) Primo occurrit a. 847; a. 880, Iul. 6. eum defunctum esse, refert Gundechar, SS. VII, p. 245. 3) Vide de die obitus, a plerisque Febr. 25. notato, Acta SS. Febr. III, p. 515 sq.

quo beatae monialis[a] ossa tegebantur, excoleret, quadam nocte corporis quiete sopitum, dum tetrae ei tenebrae silentium ministrarent, huiusmodi[b] eum alloquio virginem compellasse[c] narratur: 'Cur', inquit, 'Otkari[d], qui presul dici et esse meruisti, domum Dei, in qua corporis sopore[e] quiesco, et sepulchrum, in quo carne seposita ultimam[f] iudicii diem expecto, inhoneste hactenus tractare voluisti? Nam servorum huc coeuntium lutulentis pedibus cotidie calcor et indecentibus vestigiis premor. Sciens igitur scito, quoniam tale aliquod tibi[g] indicium pandam, quo non recte te erga me et domum Dei egisse comperias, Sed[h] si reum te fore[i] cognoveris, veniam merearis'. Quod modico explicito tempore rei probavit eventus. Nam statim in proximo, dum erecti essent parietes eiusdem fabricae prominentes, et trabium spatiosa compago sequenti die patentibus muris deberet apponi, subito, facto iam noctis initio, murus aquilonaris terratenus sese revolvens, precipicium egit horrendum terroremque haud minimum tam domesticis curae familiaris quam cunctis circumquaque manentibus inauditum incussit. Facto autem mane, cum ad huiusmodi spectaculum omnes pavidi convenissent, custos, qui tunc ibidem inerat, Reginfridus[k], itineris calle[l] directo, prelibato presuli tremulis labiis nuntiavit. Qui intellegens, visionem, quam prius in somnis creverat, esse completam, cum suis illó usque tetendit atque cum omnibus pene conprovincialibus ecclesiam repolivit, quam etiam sacro chrismate dedicavit. Dein, cum in orbem transissent dies, memoratus antistes archipresbiteros[m] Waltonem et Adalungum illuc sedulus destinavit, Ommonem quoque cum sanctimoniale Liubila[n] ex monasterio Mouwenheim[o, 1] cum eis abire precepit, ut sacros cineres virginis summa cum diligentia elevarent ac cum hymnis et psalmorum concentibus ad Eihstatense coenobium deportarent. Hi vero iussa felicia prospero itinere percomplentes, resonantibus in caelum campanarum melodiis et concrepantibus undique canorum spiritualium eufoniis, pia viscera rure in quo hospitata fuerant, flentes pre gaudio, extulerunt et ad iam dictum monasterium devexerunt. Quod factum est 11. Kal. Octobrii[p]. Ea vero illó cum debito honore[q] delata, diebus interiacentibus ternis, corpus sanctum Wunniboldi[r] confessoris egregii ad locum unde sororis tulerat cineres[2] idem antistes reportari precepit, id[s] est 8. Kal. Octobris.

6. Postquam autem beata Waldburgis[t] fines Eihstatenses est per semet ipsam visitare[u] dignata et fratris rura revisens, ab omnibus gaudenter excepta, contigit volvente temporum climate, ut memorata sanctimonialis Liubila a propinquis et affinibus[v] necnon et ab aliis circummanentibus ita foret artata, ut etiam vi sive ingenio a materna eam prope expellerent hereditate. Verum illa totis viribus reluctante, incidit ei divinitus salubre mentis consilium, ut a[w] venerabili, qui adhuc Eihstatensis sedis infula decoratur, Erchanboldo pontifice sanctae virginis reliquias, licet anxia, postularet, ut, si divino munere concedente eius mereretur ditari cineribus sacris, proprii solatia iuris Deo et virgini[x] consignaret et in manu pontificis donativa in perpetuum[y] traderet[3]. Quod quia a Deo sumpsit initium, ab ipso finis meruit optinere augmentum. Et licet prius temptando difficillimum videretur, felix tamen et desiderabile votum felicem sumpsit effectum. Accepto preterea idem episcopus super hoc negotio regis et regalium virorum consilio, virginis patrocinia sancta se daturum esse promisit; quod et oportuno tempore postea fecit.

7. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi octingentesimo nonagesimo tertio, indictione tertia[4], regnante felici prosperitate Arnulfo serenissimo rege, apertum est mausoleum beatae Waldburgae[z] virginis in basilica, in qua locata fuerat tempore Otkarii[a] episcopi. Mittens igitur prudentissimus ac sagacissimus in omnibus negotiis Erchanboldus episcopus viros religiosos, archipresbiteros videlicet[b] cum aliis boni meriti suos, ossa dicata sacrae virginis iussit exquiri et inventa diligenter[c] adtrectari[d] summaque cum reverentia partita recondi, ita ut optatae diu reliquiae darentur Liubilae, et thesaurum[e] eiusdem corporis per saecula suae servaretur ecclesiae. Hi denique, ad quos iussio pervenit antistitis, eandem otius, licet corde simplici titubantes, accelerare curarunt. Cumque se totos dominicae miserationi committerent et in psalmis et ymnis sine cessatione persisterent, fodientes invenerunt cineres amplectendos beatae matris nostrae Waldburgis[f] quasi[g] lympha tenui madefactos, ut quasi guttatim ab eis roris stillae extorqueri valerent. Qui licet tanta essent humiditate referti, nec pulviculus tamen manibus contrectantium quoquo[h] pacto valuit adherere. Sublata demum pro qualitate incomparabilis thesauri desiderantissima portione, reliquum loco restituerunt suo. Quis vero meror, quaeve angoris tristitia Eihstatenses invaderet cives, cum tanta pignora partirentur, putantium dominam Waldburgam[t] sibi penitus esse ablatam, qui verum agnoscit ut veritas poscit, verissimus fateatur. Ego autem illis qui nesciunt et ut populares ignari[i] videntur verba consolationis impendo, dum tantum reliquias esse[k] sublatas vera ratione confirmo. Haec ita gesta ipse mihi scribere desideranti narravit qui terribili huic rei, dum ageretur, interfuit et datas reliquias apto locello recondidit.

893.

a) sanctimonialis 2. 2a. b) huismodi 1. c) copell. 1. d) Olgari 1. 1a. e) sompno 1a; soporis 2a. f) ultimum 2. 2a. g) *deest* 2. 2a. h) Et 1a. i) forte 1a. k) fri *e corr.* 2; Reginfredus 2a. l) calla *corr.* callæ 1. m) archi prespit. 1 n) Libila *post corr.* Liubila 1. o) Mouuenheim 2. 2a. p) *post corr.* Octobris 2. q) ubi sunt *post add.* 2. r) Vunniboldi 1; Winniboldi 1a; Wunnebaldi 2. 2a; Willibaldi *falso Can., Henschen.* s) Id̄ 1. t) Waltb. 1. 1a. u) visere 2. 2a. v) afin. 1. w) e 1. x) eius *post superscr.* 2. y) d. imperp. 2. z) Waltb. 1; Valtp. 1a; Watp. 2a. a) Olgarii 1. 1a. b) *deest* 1a. 2. 2a. c) diligentius 1 (ius *e corr.*). 1a. d) adtret. 1. 1a, *post corr.* adtrect. 1; attrect. 2. 2a. e) *ita omnes codd.* f) Waltb. 1; Waltp. 1a. g) quasi — ut *des.* 1a h) quo, *altero* quo *eraso* 2. i) esse *post add.* 2. k) *deest* 1a.

1) Monheim oppidum, praef. Donauwörth. 2) Heidenheim scilicet. Sed ibidem Wynnebaldus sepultus est, nec patet, eum unquam alio translatum esse. 3) Cf. c. 10. 4) Immo indictiones undecima et duodecima congruunt cum a. 893. Idem error infra II, 1.

893. 8. Interea dum tanta optati muneris patrocinia cum magna exultantium gloria deferrentur ad iam dictum monasterium puellarum Mowanheim[a], ubi[b] ventum est ad villam Sancti Bonifatii[c, 1] quae dicitur Mulinheim[2], quidam caducus puer onerato[d] sacro pondere feretro obviavit, et sub eodem positus, ipsam quam quesierat[e] sanitatem recepit. Tum subito, ut commeantes hodieque fatentur, tanta vis in eodem loco fraglavit odoris, ut nares portantium, preeuntium et sequentium feretrum vix ferre potuissent.

9. Eodem die, priusquam ecclesiam, ad quam ferebantur, reliquiae virginis inferrentur, parvulus quidam nomine Ruodolfus[f], qui adhuc incolomi[g] vita restituta tripudiat, eadem, quam supra taxavimus, passione quassatus et a[h] matre illo usque perductus, dum feretrum attigit, omnium menbrorum sanitatem recepit et ad domum unde venerat hilaris recucurrit.

10. Postquam vero[i] eiusdem virginis sacrosancta xenia in basilicam[k], quae sita est in honore opificis et salvatoris domini nostri Iesu Christi, cum populi laude plenaria sunt super altare locata, nocte sequenti, dum memorata sanctimonialis Liubila, quae in ipso monasterio tunc erat et[l] adhuc permanet abbatissa, cum alus Deo sacratis feminis in ipso oppido[3] propter traditionem, quam fecerat beato Williboldo[m] iure hereditario eiusdem monasterii, sicut lex Sualaveldica continet[4], moratura tribus in domo extranea noctibus, [se[n]] sopori dedisset gravique incommodo podâgrae quateretur, assititt[o] ei quidam veneranda canicie clericus, qui eam ita compellans ait: 'Liubila, cur dormis? Quare non surgens ad ecclesiam pergis?' Cui illa, ut hactenus[p] asserit, similis dormienti respondit: 'Ut quid nunc ad aecclesiam[q] eundum est, cum signa matutinalia pulsata sint necdum? Ego quippe nec illic incessu pedum pergere valeo, nisi manibus aliorum delata extitero'. Qui ait: 'Vade celeriter! ne moreris, quia[r] beatus Williboldus[s] ecclesiam cum multo agmine petit, qualiter sanctam[t] sororem suam reconditam habeas, a te curiose perquirere volens'. Quae statim, acsi nihil incommodi pertulisset, exsurgens et de loco ad locum exiliens, basilicam, ad quam tendebat, sanissima ingressa est Deoque simul grates et virgini pro adepta sospitate rependit.

11. Quidam namque[u] pauper nomine Leibolfus[v] ex utero genitricis parientis ita contractus et curvus est natus, ut quasi monstrum aliquod cerneretur a cunctis. Qui dum inter plures, qui ad patrocinia virginis convolabant, in eodem monasterio victus pariter et remedii quereret solatium, quadam nocte, dum lectisternia dormiens premeret. . . . . . Idem namque sanus et valens in ministerio eiusdem usque hodie deservit aecclesiae, ut cunctis liquido demonstretur, qualis cuiusve meriti apud Deum haec sancta sit virgo, quae huiusmodi et similia impetrare meretur.

12. Hoc igitur patrato miraculo, Adalpertus[w] Alamanniae comes inlustris[5] illó usque devotus advenit, cereum non modicum detulit et altario pronus imposuit, pro se suisque suppliciter[x] Dominum et virginem exoravit; sicque benedictione potita, ad propria remeavit. Suscipiens[y] autem eandem candelam Liubila, quia prefato comiti familiarissima est[z] et cara, candelabro erexit et inaccensam tunc forte reliquit. Quarto vero die caelitus lumen accepit, tribusque diebus et noctibus in eo[a] lumine perdurante, quarto, nemine emungente, extincta est. Hora autem, qua divinitus comas radiantis ignis ablambuit, videlicet nona, ita se sponte ostia obstruxere aecclesiae, ut nullus infra duarum fere horarum spatii quantitatem patula habere mereretur et pervia. Deinde is qui obstruxit[b] Christus aperuit et patentia intrare volentibus fecit.

13. Duae[c] preterea virginis presidia requirentes illuc devenere mulieres, mater cum filia, utraque manuum curvedine inhonesta, de vico qui dicitur Wemedinga[d, 6]. . . . . . Tum eadem mater cum filia, moniales cum [matre[e]] Liubila[f] necnon et asstans omnis communis sexus familia exultantibus animis cum ymnis et canticis[g] reddiderunt Domino laudes in caelis, qui solutionem tribuit compeditis et erectionem largitur allisis.

[14. De[h] muliere paralytica curata].

Delata est ad idem monasterium mulier quaedam nomine Reginsuindis, quae ipsius est vicina aecclesiae. . . . . . .

[15. De[h] claudo curato[i]].

Fuit vir quidam de vico vocamine Magerichesheim[k, 7] nomine Wolfkerus[l]. . . . . . .

a) Mouuuenheim *h. l. solus* 1ª. b) ibi 2. 2ª, *post corr.* ubi 2. c) Bon:facii *corr.* Bonifacii 2, *et ita* 2ª. d) honorato 1; honerato 1ª. e) quis. *corr.* ques 2. f) Ruodaldus 1ª. g) v. inc. 1ª; inc. rest. tr. vita 2 (2ª *ut* 1). h) *deest* 2ª. i) ergo 1ª. 2ª. k) basilica 2. 2ª; balicam 1ª. l) et a. p. *erasa* 2, *des.* 1ª. m) Willibaldo 2; Wunnibaldo 2ª. n) *ita* 1ª. *Vita II; deest* 1. 2. 2ª; sop. membra *edd.* o) assistit 1ª. p) *post corr.* postea asseruit 2. q) *ita h. l.* 1. 2. 2ª. r) qua 2ª; quoniam 1ª. s) Willibald. 2. 2ª. t) *superscr.* 1. u) *deest* 1ª. v) Libolfus 1ª; Leipolfus 2ª. w) Adalbertus 1ª. 2; Adapertus 2ª. x) supplititer 2. y) Suscepiens 1. z) extitit 1ª. a) *ita omnes codd.* b) obstuxit, *post corr.* 2. c) Quę *cum magna litt. initiali* Q 2. d) Wemidinga 2. 2ª·ᵇ; Wemedingen 1ª. e) *deest* 1. 1ª. f) Liubela 1ª *saepius.* g) ant. *post corr.* cant. 1. h) *capitum inscriptiones des.* 1. 1ª. i) curto 2. 2ª. k) Magrichsheim 1ª; Mageriheshem 2ª. l) Wolfcherus 2. 2ª; Wolfgerus 1ª; Wulfcherus 2ᵇ.

1) Fuldensis monasterii videlicet; cf. Dronke, Trad. Fuld. c. 29, p. 61. et c. 44, nr. 20, p. 126. 2) Mühlheim, praef. Eichstätt, inter Monheim et Mörnsheim. 3) Monheimensi videlicet. 4) In lege Alamannorum, de qua Wolfhardus cogitasse videtur, nil tale invenitur. Cf. de iure triduae occupationis Grimm, 'Rechtsalterthümer' ed. 2. p. 190; Lex Baiuvar. XVI, 9, LL III, p. 323. Hoc vero solo loco relatum est, eum qui praedium tradit tribus noctibus extra eum morari debuisse. 5) Comes pagorum Thurgau et Scherragau; de quo cf. Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I, p. 415; Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 566, n. 52. 6) Wemding oppidum, praef. Donauwörth. 7) Moegersheim, praef. Dinkelsbühl.

[16. De muliere cuius crus confractum est].

893. Est vicus in Francia[a], qui ab[b] incolis appellatus est Bergilla[1], ubi quaedam extitit femina, quae Ingelsuindis[c] est nuncupata. Haec dum a loco ad locum equitans pro oportunitate negotii adiacentis festinare voluisset[d], equo, quo iam in[e] proximo casura residebat, lapsu agili et horrendo delapsa est. Crure[f] namque[g] pavidi corporis huiusmodi precipicio ruinae confracto, et artuum omnium baiulo[h] eidem[i] miserae minutato, quae alienis conata est incessibus uti, duorum[k] annorum vergente reflexu propriis haut meruit gressibus[l] frui[m]. Tandem miserator et misericors Deus[n] iniuriis miserae solita pietate compatiens, virginis suffragantibus meritis, metam lacrimosi ei voluit prestare doloris. Dum igitur lucifugae noctis teterrimum chaos diei gratiam molestasset, et membra languentia eadem stratu singultuoso componeret ac palpebris tremulosis quietis saltem gratiam degustasset, astitit ei domna[o] Waltburgis[p], quae nobis a Deo[q] condonata est venialis, veniam munifica repromittens, si, dubietate semota, fidem panderet cordis: 'Vade', inquit, 'muliercula, gratae ignara salutis, et arciatrem[r] tuae stude perquirere sectionis; et dum eum ad huiusmodi officium liberalem inveneris, latentibus[s] desecata tibia intus abstractis ossiculis, salutis a Christo postmodum gratiam impetrabis. Tum illa, ut audivit suae remedium sospitatis, totis nisibus Omnipotenti grates[s] rependens, suffragium accelerans adiit arciatris[t]. Complens denique visionis iussa salubris, et ossibus minutis evulsis, pristinae gratiam indepta est sospitatis[u]. At ubi vidit divinae ei miserationis subsidium affuisse, laetabunda et laudans incessu pedum virginis monasterium adiit, rei gestae seriem patule peroravit, et oblationibus quas detulit altari impositis, etiam partem confracti cruris ad inditium veridicae assertionis ostendit, ibique[v] sui corporis vehiculariam partem relinquens, partem revocavit ad patriam. Quam ancilla Christi Liubila partem assumens, argento fabricare precepit et in eadem basilica depependit[w], ut, si quis hoc audiens incredula mente persliterit, illó veniens, oculos suae cecitatis aperiat, et dum creverit partem feminei corporis muro dependère fabricatam, saltem[x] confusus abscedat et sua de stoliditate veniam deprecans erubescat.

[17. De muliere quadam].

Fuit etiam mulier quaedam de villa quae dicitur Stophenheim[y, 2] nomine Geila[z], in qua bis terna Dominus per beatam virginem Waldburgam operari dignatus est signa. Nam cum dies[a] festus eius basilicae dedicationis adveniret annuus, et omnes qui noverant Deum et virginem in hac eadem festivitate[b] celebri venerantes ducerent[c] diem ferialem, illa contumaci et inreverenti eam[d] fronte despiciens, zetas hiemales et operosas ingrediens, curceboldum[3], quem prius ad texendum erexerat, flexis digitulis texere coepit. Ubi dum[e] duabus vicibus ex glomice[f, 4] sive tramea[5], quam manu tenebat, in tela fila transponeret, hesit miserae insertus manui glomex, et intumescente ea penitus cum lacerto, hae quae adfuere[g] mulierculae mancellam ei a manu prevaricatrici et tumida dissuerunt, et cubitali subuculae reponentes, tristes hanc mestissimam reliquerunt[h]. . . . . . .

[18. De muliere curata].

Mulier quaedam Francigeno[i] tellure exposita, verum ad tactum[k] gravis incommodi miserabili agitatione perculsa, brachii dextri familiare officium perdidit tremebunda. Exinanito nempe emortui lateris ei climate dextro, nec ad ós saltem[x] proprium languentem ac vacillantem quibat tendere manum. Hanc sui vota fidelia[l] percomplentes, summa cum festinatione ad virginis oratorium deduxerunt. Igitur veniens et alta ex imo pectore suspiria trahens, utque ei Opifex patrocinio virginis opem ferret, sedula mente deposcens, erexit se atque ad altare fideliter fidelis accessit. Quo dum nisu quo potuit facitergium, quod pro munere[m] detulit, arae salutari agitando imposuit, sanitatem plenissimam statim recepit, et gratias agens, ad locum unde venerat repedavit. Verum non multo temporis[n] explicito incremento, dum intuens cupida mente dominus eius carnalis menbris omnibus fore valentem, ad debitae eam servitutis iura reflecteret, prior articulata manus cum brachio, quae beneficii caelestis potita[o] est dono, quasi iniuriam caecae cupiditatis inlatam ferre non valens, horrenda mox curvedine sese retorsit et, violenta contractione urguente[p], ventre tenus depependit, quo etiam hesit et arsi impressa demersa est. Tunc[q] cernens dominus, ob sui reatus admissum medelam, quam meruerat, feminam perdidisse, immo poenam, quam non speraverat, accepisse, votum Domino ex animo vovit, ut, si beatae Waldburgae[r] opitulantibus meritis eadem sui iuris famula reparari mereretur, vinculo servitutis evulsam libertatis[s] tabulis eam

a) Frantia 2. 2a. b) ab inc. *des.* 1a. c) Enginsuindis 2. 2a; Ingelsuidis 1a. d) debuisset 1a. e) im 1, cas. in pr. 2. 2a. f) Currę *post corr.* Crure 1; Cure *corr.* Crure 2. g) autem 1a. h) baiulum 1. 1a, *post corr.* baiulo 1. i) *deest* 2. 2a. misere 2. 2a. k) duo 1. l) *deest* 2. 2a. m) uti 1a. n) Dominus 1a. 2. 2a. o) domina 2. 2a. p) *ita h. l.* 1. 2; Waldburgis 2a; Waltburga 1a. q) Domino 2. 2a. r) *post corr.* archiatrum 1, *et ita* 2. 2a; archiatrem 1a. s) gratas 2. 2a. t) *post corr.* archiatri 1, *et ita* 2. 2a; archiatris 1a. u) sanitatis 2. 2a. v) ubique 2. 2a. w) *post corr.* suspendit 1. x) saltim 2. 2a. y) Stoffenheim 2. 2a; Stouphenheim 1a. z) Gila 1a. a) f. ded. e. bas. dies et ann. adv. 2. 2a; dedic. *deest* 1a. b) e. die cel. fest. 1a. c) fer. duc. diem 2. 2a. d) inreverentiae fr. 1; eam *deest* 1a. e) cum 2. 2a. f) glomicæ 1; clomice 2. 2a. g) affuerant 2; fuerant 2a. h) relinquère *corr.* reliquère 2, *et ita* 2a. i) *ita* 1, *ubi* tellus *saepe generis masculini;* Francigena 1a. 2. 2a. k) v. adtactu *cradendo corr.* adtactu 2, *et ita* 2a; adtacti 1a. l) felicia 2. 2a. m) munene *corr.* munere 1; munimine 1a. n) explitito temp. 2. 2a. o) potia 2. 2a, *post corr.* potita 2. p) urgente 1a. 2. 2a. q) Tum 2. 2a. r) Waltpurge 1a; Waltburgis 2; Waldburgis 2a. s) liberatis 2. 2a.

1) Bergel, praef. Windsheim Franconiae mediae. 2) Stopfenheim, praef. Weissenburg. 3) Cf. Ducange–Henschel s. v. *curcinbaldus.* 4) Idem quod *glomus.* 5) Idem quod *trama.*

893. otius condonaret. Mirum in[a] modum, statim ut portis ei ingenuitatis apertis civis est effecta Romana[1], illa, quae prominenti fuerat ventri inserta, est manus erecta et priori officio restituta. Haec duo in una sunt femina patrata miracula et evidenti ratione comperta.

[18. De quodam fastidioso].

Quidam nomine Erchanboldus[b], qui hactenus vita sanissimus iocundatur in ista, de vico vocabulo Mura[2], illic auxilium a Domino requisivit et cum fide postulans celerius reperit[c]. Is ita fastidii notatus est morbo, ut expletis septem et viginti, ut ipse testatur, ebdomadibus plenis nec panis edulium sumere potuisset nec carnis quadrupedum aut volucrum sive piscium refeccione humana[d] qualibet frueretur, haustum quoque vini vel sicerae nullatenus ore contingeret. . . . . . . Sicque[e] adepta, de qua prius desperaverat, sospitate, ad locum unde venerat cum nimia rediit exultatione. Si quis ergo haec ita gesta mente obstinata non credit, eundem ipsum interroget, dum advivit. Nam et locum hic exaratum invenit ubi degit et vocabulum, dum istud requirit aut perlegit, audit.

EXPLICIT[f] LIBER I.[g]

INCIPIT[h] PREFATIO LIBRI SECUNDI.

Opere precium duxi, quoniam mira, quae per suam famosissimam[i] Christus cotidie operatur et operatus est virginem, iam dudum tenui cartula colligere coepi, ut ea quae sunt indaganda requiram et diligenti apposita vigilantia, prout vires suppetunt[k], indagata perstringam. Non quo quisquam, ut reor, talia ac tanta quae hactenus patrata sunt[l] in prefato monasterio virginis suffragantibus meritis ac diebus pene[m] singulis patrantur prodigia ex asse valeat explicare, quippe cum tanta sint numeri quantitate, ut vix valeant promi elogio linguae. Verum ut sponsio humilis patris precepto pareat imperantis et pedetemptim lepidi viam carpat et iteneris[n] coepti, ut quo tendit Trinitatis opificae[o] dirigatur auxiliis. Curiosum ceterum lectorem[p] secundum incipiens libellum ammoneo, ut barbarismorum fedam congeriem in hoc opusculo floccipendat et veritati in vulgari eloquio fidei aurem apponat et quod hic invenit simpliciter[q] perlegat et acsi in sterquilinio margaritam querat[r]; sicque fit, ut et sua fideliter tollat et nostra incontaminatus omittat. Ceriferae[s] namque sepius apes, licet obstrusis vasculis hyblea[t] mella diffundant, cloacis tamen squalentibus insidere non recusant.

Cod. 1.	*Codd.* 2. 2a.b.
De risile perdito in monasterio et in itenere[u] invento.	1. De muliere quae risile perditum invenit.
De ceco inluminato.	2. De illuminatione caecigenae.
De saculo cum[v] eulogiis invento.	3. De eo ubi saculus cum eulogiis inventus est.
De spata perdita et inventa.	4. De eo ubi spata perdita inventa est.
De caduco curato.	5. De curatione caduci.
De eo qui peregrinum occidit et mortuum portavit.	6. Ubi peregrinus occisus est, et mortuus portatus est.
De puella quae visum recepit.	7. Ubi puella visionem accepit.
De ceco nato qui visum recepit.	8. De illuminatione caeci.
De ceco nato puero et visum adepto.	9. De puero qui caecus natus visum[x] invenit.
	10. De muliere caeca.
De duobus equis furatis et matutino tempore inventis[w].	11. De duobus sonipedibus furatis et matutinalibus horis repertis.
De claudo puero curato.	12. Ubi claudus puer sanatus est.

INCIPIT[y] LIBER II.

[1. De muliere quae risile perdidit].

894? Anno ab incarnatione[z] domini nostri Iesu Christi 893, indictione tertia[3], regni quadrimodi Arnolfo[a] retinente dominium, anno octavo[4] quo obtinuit principatum, Eihstatensem procurante Erchanboldo famoso[b] episcopo presulatum, quaedam votiva complens desideria mulier cum eo quem nuptialis copula ei dederat viro, Dominum, qui prope omnibus se est invocantibus in veritate, [deprecatura[c]], iam cunctis pene cognitum adiit monasterium nostrae et multorum fidelium matris. . . . . . . Risile[d], quo super aurem orale confixerat, casu perdidit. . . . . . . Aderat tunc forte quidam voventis verba audiens coniugatae, cui

a) immodum 2. b) Erkonboldus 1a. c) repperit 1a. 2. 2a. d) *deest* 1a. e) *sequentia des.* 1a, *quia in cod.* 1 *quaterno tertius, qui haec alia manu scripta continet, in fine libri f.* 163—169. *errore bibliopegae positus est.* f) *haec des.* 1., L. I *des.* 2. g) *in* 2a *hic sequitur carmen* 12 *hexametrorum eadem manu scriptum, sed ab hoc argumento prorsus alienum.* h) *ita* 2. 2a; *haec des.* 1. 1a. i) fomas. 1. k) suppetũ 1. l) *deest* 2. 2a. m) bene *superscr.* 1. n) *post corr.* itin. 1; coepti itin. 2. 2a. o) opificis, s *erasum* 1. p) lectorum *post corr.* lectorem 1. q) simplititer 1. r) exquirat 2. 2a. s) Cęrif. 1; Cerifeferę 2a. t) hiblea 2. 2a. u) *post corr.* itin. 1. v) *bis scr., semel del.* 1. w) invendis 1. x) vinum 2a. y) *ita* 2. 2a. z) ab incarnationis 2. 2a. a) Arnulfo 2. 2a. b) fomoso 1. c) *ita edd., deest codd.* d) resile *semper in hoc cap.* 1, *sed vide cap. indicem.*

1) Cf. de hoc modo manumissionis Form. Arvern. 3, p. 541, n. 4. LL. Sect. 5, I, p. 30, n. 5; Lex Ribuar. 61, 1. 2) Mauren prope Donauwörth. 3) Cf. supra p. 541, n. 4. 4) Annus 8. Arnulfi est 894. Nov. — 895. Nov., quare Henschen contra codicum fidem annum incarnationis 894. posuit.

merita virginis presentis lumen reparaverant vitae; qui ait: 'Quoniam ego debitum ei in vita mea servitium reddere[a] debeo, si mihi hoc quod optasti imposueris, deportabo[1]. Nam ipsa mihi viam, quam peccata tulerunt, misericordissima contulit et lumen, quod diu natura negaverat, munifica reparavit'. Quod illa audiens, prelibato aeris pondere famulum virginis honustavit et ad monimentum fidelium in aecclesia appendere postulavit. Fecit, Liubilae abbatissae detulit; ipsaque desiderium flagitantis feminae adinplevit. Quod illic usque in hodiernum diem permanet conservatum.

[2. De caeco illuminato].

Quia igitur supra portitoris prius[b] caeci memoriam egimus, dignum est, ut, qualiter gratiam visionis meruerit[c], enarremus. Dum ergo idem ipse — Ratfridus namque adhuc [vivens[d]] vocamine nuncupatur[e] — prius caeca caligine premeretur et geminis orbibus mala albuginaria, quae vulgo perulas nuncupamus, obnoxia pateretur. . . . . . .

[3. De saculo cum eulogiis].

Haec et his similia plebs[f] Christo devota passimque latum distensa[g] per orbem dum experirentur[h] in loco [virginis[d]] celebri facta miracula, coepit ad eundem locum convolare letissima, ita ut ex tetraformi[i] mundi climate, nullo[k] intercluso penitus die, gregatim[l] coirent fidelium turmae[d], grataque ibidem Domino et suae[m] matri munera deferentes, accepta quesita benedictione, redierunt[n] in pace. Inter quas quaedam exstitit muliercula ex pago Drahgoue[o], quae populorum illó tendentium se fideliter miscens agminibus, tripudianti animo iter aggressa est commeandi, ut mos est sanctorum presidia requirentium, in sinu familiari, prout facultas contulit opum, exenia[p] gestans, scilicet candelas[q] lanamque[r] linumque[s] et si qua sunt huiusmodi. Cumque in his divis muneribus ad monasterium[t] Dominum placatura cum plurimis devenisset, intrans in[m] vicinum et adiacens arcisterio cymiterium, locata prius provide munuscula requisivit et in sinu thesaurario, flexis strictim foris articulis uná cum operimento, illud quod reposuit hilaris apprehendit. At vero in basilicam[u] cum ceteris ingressa[v], dum saculum[w], in quo benedictiunculas ipsa consuerat, iterum secura requireret, nihil invenit. . . . . . . Cumque suam quam reliquerat mesta reviseret[x] domum, domina, cui conditionali iure famulatus semper servitium exibebat, eam protinus accersivit. . . . . . . Mira dicturus sum, quoniam mox[y] ibi mira virtus affuit Christi. Cum ergo adversus famulam domina plurima prosequeretur indignans, ilico saculus, de quo ratio ordinem retexebat, cum eulogiis prioribus, ita ut prius fuerat conligatus atque consutus, in gremio eiusdem dominae patule est inventus, acsi manu propria collocasset. Mirata oppido et ultra quam dici valeat domina iam dicta cum famula omnisque domestica asstans familia, nec a loco quidem ubi resederat audebat exsurgere, verum cum tremore atque pallore nimio Dominum precabatur[z] sedulo. Demum, inito cum suis consilio, archipresbiterum accersivit eique inoppinatae[a] et inauditae novis temporibus rei veritatem per ordinem pandit. Auditis his, preterea, is qui advenerat presbiter, recitata psalmorum melodia, saculum[w], qui inventus fuerat, ilico dissuit et oblatiunculas, quae in eo latebant, ecclesiis condonavit. Ipsum vero saculum Salamoni[b] antistiti[2] destinavit, quique eum[c] ad virginis[d] monasterium[e] transmisit[f], ubi ad laudem et nomen vivificae Trinitatis hactenus conservatur intesus. Cuius regnum et imperium permanet in saecula saeculorum.

[4. De spata perdita].

De his duobus quae supra scribsi[g] miraculis me satis mirante et, si quid[h] his aliquid in iam dicto monasterio simile factum sit, curiosius inquirente, fluento[i] oculatae[k] veritatis qui desiderium meum exstinxit affuit et, prelibata duo ne cui viderentur ambigua, tertio roboravit. 'Fuit', inquit, 'quaedam femina nobilis Franca, cui bis binos mater natura contulit natos'. . . . . Si quis igitur huic verissimae rationi contraire conatus fuerit, ad idem monasterium viam tendat, spatam eandem muro dependentem aspiciat; et dum eam stolidus creverit, Christum per sanctos suos haec et similia horum et maiora valere facere non diffidat.

[6. De peregrino].

Mirabilis[l] Deus iugiter in suis, quos membra et[m] amicos appellare dignatus est, sanctis incunctanter mirabilia faciens, terrificum nobis, in quos fines seculorum devenerunt, nuper est ostentare dignatus prodigium, ut reor, a seculis inauditum. Plurimis namque a quatuor mundi partibus virginis, super qua[n] oratio[o] instans texitur, sacrarium adeuntibus, venit etiam quidam agminibus se[p] interserens populorum atque basilicam veniam precaturus intravit. Ubi dum intimis visceribus suis pro piaculis Dominum supplicasset, matremfamilias Liubilam cum aliis inibi servientibus virgini famulabus[q] gravido quasi parturienti[r] pectore accersivit, quisque esset et unde venisset aut[s] quam ob rem tanti spacii calle transposito incognita rura quesisset, evidenti innotuit ratione: 'Gratias', inquit, 'omnipotentissimo[t] Regi regum,

a) redere 1. b) *alio atram. superscr.* 1. c) meruit *corr.* meruerit 1. d) *deest* 1. e) nuncupatus 1. f) blebs 2[a]. g) distenta 2. 2[a.b]. h) experiretur 2. 2[a]. i) *sic* 2[a.b]; ut exteraformi 1. 2. k) int. n. 2[a]. l) graeg 1. m) *deest* 2. 2[a.b]. n) redirent 2[a.b]. o) Drageuua 2. 2[a.b]. p) xenia 2. 2[a.b]. q) candaelas 1. r) que *deest* 2. 2[a.b]. s) que *superscr.* 2. t) ad m. *des.* 2. 2[a.b]. u) pasil 1. v) intrans 2. 2[a.b]. w) sacculum *h. l.* 1. x) reviserat 2[a]. y) ibi mox 2. 2[a.b]. z) sed. pr 2. 2[a.b]. a) *ita* 1. b) Salomoni 2. 2[a.b]. c) eundem 2. 2[a.b]. d) virginem 2. 2[a]. e) monastaer. 1. f) retransm. 2. 2[a.b], re *alio atram. suppl.* 2[a]. g) prestrinxi 2. 2[a]; perstrinxi (?) 2[b]. h) *deest* 2. 2[a.b]. i) affuit qui desiderii mei sitim fl. oc. v. ext. 2. 2[a.b]. k) ocultó 1. l) 1[a] *pergit in praecedente cap. 5. cum quaternione 4. cod. 1, ubi alia manus incipit* 1. m) atque 2. 2[a.b]. n) *superscr. ead. m.* id est de qua 2. 2[a]. o) inst. or. 2. 2[a.b]. p) pop. se int. *corr.* se int. pop. 1; se agm. pop. int. 1[a]. q) famulatibus 2. 2[a]. r) parturiente 2. 2[a.b]. s) ac 2. 2[a.b]. t) potentissimo 2. 2[a.b].

1) Scil. risile perditum et inventum. Quod esse acum longiorem (baarpfeil) recte interpretatur Mabillon. Ap. Ducange-Henschel falso reticulum intelligitur. 2) III. huius nominis Constantiensi a. 890—920.

qui in me[a] misericordiam suam ostendit[b], vindicta debita preeunte, vobis coram positus refero, dominae[c] quoque[d] meae Waldburgae[e], ante cuius sacrum altare consisto, grates ex corde rependo, quia, mundi instantis haut modico[f] tellure lustrato, desiderii salutaris compos effectus, huius sancti atrium arcisterii[g] merui contemplari, quo et de innumeris quae commisi reatibus auxilio virginis merear liberari, et mirum quod in me virtus peregit Altissimi a me ipso prius quam ab alio possit audiri. Dignum est enim, ut ad aures perveniat audientium, quod simplex Trinitas per merita passim suorum operatur sanctorum. Et ut[h] ne aliquis me[i] oculos supernae maiestatis fallere cupientem verba falsiloqua concinnare contendat, testor Deum, in cuius conspectu ante sacrum altare consisto, atque per eius nomen terribile iuro, virginem quoque, cuius in loco hoc suffragia requisivi, cum omnibus sanctis testem adhibeo, non quicquam verisimile aut falsa ratione[k] prodere, verum ut contigit liquidissimo narrare sermone'.

895. Anno igitur preterito, quo famis acerrimae[l] tabes inediae[m] squalore languentes multos tam in urbibus quam in vicis protraxit ad necem[1], contigit, ut duo prefatae cladis angustias de loco ad locum peregrini cotidie fugitantes, dum quadam die viam famelici carperent, quo se verterent conquirentes, tercius quoque ignoto in cespite eorum se iugaret[n] itineri. Cumque, ut moris est gradientium[o], inter se plurima fabularentur egentes, inter cetera quae verbis obiecta sunt verba duo tercium percunctati[p] sunt commeantem, quo itineris sui calle[q] directo tendere concitus voluisset. Qui ait: 'Evolutis iam olim diebus non modicis, quo famam gloriosae in orbe referentibus plurimis audivi Waldburgis[r], nunc superest, ut in ipso quo cernitis tramite, ipsa eadem amminicula[s] previa, locum suae adire debeam mansionis'. Tum illi: 'Si', inquiunt, 'comes, ut asseris, illó gressus felicis itineris eundi direxisti, habeto nos eiusdem socios callis et nostris fruere fraterna fabulatione colloquiis, ut simul viarum multarum discrimina transeuntes, mutuis fulciamur auxiliis, terroribus postpositis universis. Nam et nos ad eundem locum pergere disponentes[t], victus preciosi longe lateque querimus adiumentum, et nunc adhuc ieiuno stomacho[u] gradientes, vix gressus figimus titubantes'. Quibus conviator pacificus ait: 'Eia, fratres, prolixi iam itineris angustias deponentes et, quoniam tempus est, apta sedilia[v] peregrinis requirentes, frangamus gentacula residentes'. Cumque se faterentur nil communis habere penso[w] edulii, ait: 'Iam nunc, inventi comites, membra rori sternite lassa et meis de cellariis congesta sumpturi cibaria quieti donate corpuscula[x]'. Tum avida guttura panem cum sanguine ministrantis acsi iam glutientium egenorum exposita avide sumpsere convivia, ut pastoris[2] citius sui traderent[y] membra neci. Sumpto igitur oportuni temporis cibo, ait is, cuius iam latens funus intraverat ianuas, suos dulcissimos ad convivas: 'Modicum resumptis viribus[z], collegae, fidelem vobis audite collegam, ac parumper quiete salubri composita, dulcem[a] somnum luminibus indulgete; et pressis sopore duobus, tercius[b] vigiliam tutam prestet ambobus, ut sic corporis coagula, gemina[c] recreatione resumpta, viam quam coepit tendat invicta'. Haec dum ad socios verba iam toto corpore pene[d] mortuus perorasset, se mox in terram proiecit, previa capitis[e] lumina clausit ac soporem ultimum degustavit. Nam protinus pestiferi contra innocentem crudeliter consurgentes, mortis ei compendium tradiderunt. Cumque, tanto misori scelere perpetrato, quid de extincti[f] cadavere agerent, penitus ignorarent, tandem unus eorum exanimi sarcina perhonustus[g] haudque[h] levi pondere sarcinatus, coepit abdita[i] quaeque rimari ac devia, abrupta quoque et concava, ut tantum facinus, quod mater terra silere nequibat, deposito in remotioribus onere[k], tegere potuisset. Tandem miser ac furenti belua[l] deterior omni, invento pro quo aestuabat locello, dum tensos, quos prius strinxerat, artus deponere conaretur, haesit mox divina operante virtute viventi corpori corpus exanime, et rubea baiuli colla pallidos artius excepere lacertos. Sicque infelix ipsum, quod nullo exigente gestaverat prius, preciosum acsi aliquid ferens, de loco ad locum vectitabat invitus[3]. Ergo dum nullo pacto tam gravis et inaudita sarcina a quoquam potuisset evelli, quadam die ipsi[m], qui hoc quod scribimus postea retulit, monstruoso cum pondere obviavit. Quem cum horribilem toto corpore mortuum gestare crevisset[n], ultra quam dici valet[o] et ipse horrore preventus est. Resumpto tamen vitali flatu[p], postmodum ad semet ipsum rediit, baiulum, qui ei dudum cognitus ac familiaris extiterat, recognovit, quidque ei calamitatis, quia corpus ferret exanime, contigerit, sollicitus requisivit[q]. At ille, omni cunctatione summota, voce similiter familiari et credula rei metuendae veritatem exposuit, et ut sui miseraretur[r], evulsa quam ferebat mole gravissima, postu-

a) *deest* 1. b) *deest* 1. 1^{a}. c) donę 2. 2^{a}, *post corr.* dōnę 2^{a}. d) qq 1; *deest* 1^{a}. e) Waltburgi 2; Waldburgi 2^{a}; Waltpurge 1^{a}. f) modica t. lustrata 1^{a}. 2. $2^{a.b}$; *cf. p.* 543, *n.* i. g) arcistrerii, arci *in loco raso* 1. h) *deest* 2. $2^{a.b}$. i) *deest* $2^{a.b}$. k) prod rat. 2. $2^{a.b}$. l) accerrimę 2. 2^{a}, *corr.* acerr. 2^{a}. m) inedia squalentes multos 2. $2^{a.b}$. n) iungeret 1^{a}. o) gradi . . . . *(erasa) in marg. post suppl.* encium 1. p) percontati 2. $2^{a.b}$. q) *deest* 2. 2^{a}. r) Waltburgis 2. s) adminiculo 1^{a}. 2. $2^{a.b}$. t) disponere *ead. manu corr.* disponentes 1 u) stomocho 2. 2^{a} v) per. sed. 2. 2^{a} (*ubi* peregrinus). 2^{b}. w) pensi 2. $2^{a.b}$. x) *hic desinit* 2^{b}. y) neci trad. membra 2. 2^{a}. z) visceribus 2. 2^{a}. a) dulce 2. 2^{a}. b) us *e corr. post. manus* 1. c) tegmina 1^{a}. d) praemortuus *post superscr.* vel pene 1; poene 2 *semper.* e) capit 1. 2. 2^{a}; caput 1^{a}. f) extinto *corr.* extinti 2, *et ita* 2^{a}. g) *ita* 1. h) acsi 1^{a}. i) *post superscr.* 1. k) honere, h *erasum* 1. l) omni del. belua 2. 2^{a}. m) ipse *corr.* ipsi 1. 1^{a}. n) *erasum* 1. o) valeat 2. 2^{a}. p) postm. fl. 2. 2^{a}. q) reques. 1. r) misereretur 1^{a}. 2 2^{a}.

1) Cf. Ann. Fuld. a. 895, SS. I, p. 410: *Fames valida per universam Baioariorum provinciam excrevit, ita ut per plurima loca inedia morte consumerentur.* Cf. etiam Ann. Alam. et Laubac. a. 895. 896, SS. I, p. 53. Fuit quidem fames etiam a. 892, sed haec magis Franciam occidentalem quam Germaniam attrivit; cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 351, n. 20. 2) i. e. eius qui eos pavit. 3) Eandem fere egregiam fabulam narrat Rogerus de Hoveden, SS. XXVII, p. 175, de duobus Alemannis a. 1195. Ierusalem peregrinantibus.

lavit. Rem, ut reor, fateor inauditam. Audiens denique stultus verba sedulo flagitantis, visum est ei, quod reum asstantem facili valeret absolvere ratione. Arripiensque suum quem secum tulerat gladium, haerentis brachia[a] mortui a collo secari[b] voluit vectitantis. Verum, dum manus temeraria haerentis brachia contigit peregrini, haesit et ipse, eodem quem rapuerat acsi dicam gladio teste. Sicque tria corpora quasi forti bitumine glutinata misere haerebant mutuo coniugata. Affuit preterea miseratio Trinitatis caecumque cor incauti tetigit secatoris, quo ad statum rediens[c] mentis, suam adipisci mereretur[d] misericordiam per suffragia virginis. Nam, mox ut ad se reversus stoliditatem comitem[e] recognovit, ore patulo clamare coepit: 'Recognosco in me misero plurima regnare delicta, reminiscor priorum, quae a primeva origine contraxi, facinorum, animadverto, quia priora quae operabar nunc in me venere[f] peccata, dum mysterium a seculis inexpertum procaci ausus extiti tangere manu. Verum, si me reum ac miserum corde contrito superna respexerit pietas et beatae [nunc[g]] Waldburgis[h] absolverit sanctitas, quandiu in isto corpore[i], in quo hic haereo, orbis calcavero rura, numquam me fateor eidem virgini contrarium fore facturum, in quantum labilis conditio carnis votivae prevalet servare sacrarium sponsionis'. Haec dicens oculosque ad superos cum ingenti gemitu levans, statim viridis squalentem deseruit caro, et discissus a corpore tabescenti[k] stetit ovanter in gradu suo. Videns igitur in se caelestis donum[l] miserationis evidenter[m] peractum, grates quas potuit suo rependit[n] Salvatori, simulque cum terribili onere comite ponderato undosum Hreni pelagus adiit[o]. Ubi dum aliquantulum consisterent viatores, prelibatus peregrini[p] viscerum baiulus pudore simul cum sarcina pressus, malens necis subiacere periculo quam vitae exosae ultra gestare dedecus inauditum, cassum iter arripuit, rugosum alvei[q] pelagus introivit, ut extincto iam dudum profundam traderet sepulturam, simulque in uno eodemque laticis gurgite lacrimabilem sibi[r] adimens vitam, et ipse eandem vastis sortiretur in undis. At ubi fluctivagi marmoris fluxus nefandum ablambuit homicidam, protinus haud suam existere praedam sciens, acsi stercus evomuit et ad litus usque revexit. Stupefactus qui aderat conviator, suaque de salute tripudians ac de alterius calamitate altius ingemiscens, tandem miserum misero cum pondere derelinquens, monasterium impiger virginis petiit, rem quae acciderat ore veridico recitavit, et ne falsum aut excogitatum cuiquam videretur, coram altare[s] sacrum eiusdem virginis fidissimus stetit, per nomen Excelsi omniumque sanctorum necnon et per ipsam cui asstabat virginem intrepidus iuravit, ut id quod evidenti protulit ratione vero confirmaret sermone. Fertur idem miser, sed non miserabilis[1], virginis presidia sepius querere voluisse, ut veniam consequi mereretur, verum numquam ad eandem cellam pervenire potuisse, ut cunctis liquido clareat, quantum in[t] se iram Domini provocasset, quem nec saltem fines monasterii beatae virginis excipere dignarentur. Hunc multi cum iam dicta ponderis mole hactenus in vita florentes sepius non sine gemitu contemplati, plurimis retulerunt. Unde constat, verum esse, non falsum, quod plurimorum pandit relatio[u] populorum. Mihi autem nullus[v] imputet exaranti crimenque velit impingere falsiloqui[w], quoniam nec ego[x] excogitare presumpsi nec anilia[y] elatus verba compixi[z], verum ita ut supra taxavi mihi referentibus fidelibus scedula annotare curavi.

[7. De puella].

Vir quidam de pago Nechariensi[a], qui lingua diutisca[b] Nechargowe[c] ab incolis nuncupatur, auditis multis ac crebris[d] quae cotidie in oratorio virginis operantur virtutibus, venit et ipse ad medicam, puellulam secum deferens[e] caecam. . . . .

[8. De caeco nato].

Pauper quidam famosi comitis Adalperti[2] nomine Frideradus, quem oculis corporalibus videntem aspexi, et de mensula paupertatis meae panis portionem porrexi, ab ipso primordio, quo eum genitrix sinu exposuit genitali, caecitatis obscuratus[f] est feditate. . . . . . .

[9. De ceco].

Adiit denique cellam opinatissimam salubris Christi virginis similiter quidam[g] puer de vico haud longe seposito Heimunesfurt[h, 3] nuncupamine Huno, ab exsistendi exordio noctis secum semper caliginem gestans et caecitatis horrore[i] fatiscens. . . . . .

[11.[k] De duobus ęquis].

Vulgata igitur oppinione celeberrimae virginis et pene per orbem universum longe lateque diffusa, Reginensis quoque urbs quondam regalis et inclita suos ad idem transvexit monasterium cives, pro

a brachium *corr.* brachia 1. b) *ita codd.* c) rediit 1. 1[a]. d) mis. mer. 1[a]. 2. 2[a]. e) comitum 1[a]. f) venire 2. 2[a]. *post corr.* venere 2[a]. g) *deest* 1. 1[a]. h) Waltpurgis 2. 2[a]. i) in quo hic hereo corp. 2. 2[a]. k) *in marg. suppl., voce in linea erasa* 1. l) mis. donum 2. 2[a]. m. esse *add.* 2. 2[a]. n) auctori *add., post del.* 1; Salv. rep. 2. 2[a]. o) petiit 2. 2[a]. p) peregrinum 2[a] q) rug. iter a. et pel. 1. 1[a]. r) ad. v. s. *corr.* s. v. ad. 1. s) *ita codd* t) iram in se 2[a]. u) ratio 1; pl. probant testimonia pop. 1[a]. v) nulus 1. w) falsiloquii 2[a]. x, ergo 1. y) anilia e *in loco raso* 2. z) compixi *corr.* compinxi 1, *et ita* 1[a]; conpixi 2. 2[a]; *est perfectum falso effictum verbi* compingere. a) Necchar. 2. b) Teutonica 1[a]. c) Neckargeuue 2; Neckargenue 2[a]; Nekkergŏwi 1[a]. d) crebrius 2[a]. e) perferens 2. 2[a]. f) obscuratur e. 1. g) p. q. 2. 2[a]. h) Heimenesfrut 2. 2[a]; Heiminisfurt 1[a]. i) honore 2. 2[a]. k) X. 2[a].

1) i. e. cui misericordia non tribuenda. 2) Babenbergensis, ut videtur, de quo infra IV, 11. agitur. 3) Eiusdem loci, qui iam non exstat, aut cuius nomen mutatum est, mentio fit in Gundechari libro pont. Eichst., SS. VII, p. 247, et Dronke, Trad. Fuld. p. 40.

[894?] modulo affectus prius deliberati et consciae facultatis placituras Altissimo[a] eulogias deferentes. Qui voto potiti optabili, cum magno aecclesiam[b] intravere tripudio[c]. Verum[d], dum apertis scriniis cordis et corporis quaedam altario[e] illis et introeuntibus cunctis exposito, quaedam[f] etiam exenia[g] ab ara liquidissimi pectoris mitterent polo, experta luminibus auribusque pro qua venerant ratione[h], acceptaque quam quesierant benedictione, quia eis tardior hora incubuerat[i], in vicino monasterii castrametati sunt, ad propria die altero reversuri. Verum opaco noctis silentio veniente, somnoque ianuas luminum iamiamque quiescentium clementius adeunte, fures[k], qui a furvo, id est nigro, traxere ethimologiam priscam[1], cuiusdam Alamanni[l] vocabulo[m] Ratheri, cernentes fatigata ex itinere Reginensium menbra sopore nimio pregravata, nulloque vigilante custode per distensi latitudinem campi iumenta[n] fore dispersa, duo, quorum caeca obscurior nocte cupido cor iam tetrum intraverat possidendum, unus clancule apprehenso capistro, alter arrepto renium cingulo, cassam duorum equorum diripuere capturam. . . . . . .

[12.[o] De claudo].

Natura conditionis humanae a prima[p] origine laboribus innumeris mortique subacta, a[q] labore inicium cepit[r] et in ipso terminum claudit[s]. Unde quidam in ortu prodeunt caeci, quidam miserabili partu oriuntur membris omnibus curvi atque contracti, alii utrisque gressibus claudi[t], alii in uno [grassante[u]] atroci debilitate infirmi, plures paralitici. . . . . . . Horum grex copiosus ad cellam matris Waltburgis cotidie confluit et, operari quid possit per sanctos suos virtus[v] Christi, agnoscit, dum imbecillis et debilis[w] veniens, resumpto vigore virium redit. Iunctus extitit parium agmine quidam[x] Brisegewensis[y] puer, nondum[z] pedum amminiculo gradiens, verum manibus et natibus repens, ipsamque quam innumeri [Maii 7.] antea desideratam requisivit salutem. Qui dum Non. Mai., ut hae quae ibi deserviunt sanctimoniales fida ratione testantur, in recuperatricem multiformium sanitatum aecclesiam introisset, hi qui prius lamentabili coagula natibus uniti fuerant calces, celeri scissione[a] distincti, ad calcandum communis ruris optabilem cespitem inventi sunt habiles.

EXPLICIT[b] LIBER II.

INCIPIT[b] PREFATIO LIBRI III.

Volvente temporum instantium adhuc lacrimabili serie, variantur etiam pariter mentium humanarum[c] multimodae qualitates. Quo constat, non semper hominem agere valere[d] quod ei adiacet velle, verum, cum labitur exterior mundus, sepe quoque marcescit corpus, quod minor dicitur mundus, inclinatur et interior animus variis ictibus terebratus, ut ab affectu concepto iam prius frequentius concidat, in quo dudum[e] fixo gradu fortiter stabat. Sicque fit, ut corpus, dum quod non appetit percipit, obtineat detrimentum, et animi affectus[f] promtus habeat premium. Exigente namque tuae, pontifex venerande, dominationis imperio, pro tenuissimi capacitate ingenii duos[g] iam pridem miraculorum semper ore[h] et mente retinendae matris Waldburgis[i] libellos succincto[k] populariae orationis[l] perstrinxi commento. Verum multipartitis anfractuum secularium occupationibus pressus, pene duorum decursus ebdomadibus circumrotantium temporum ad inicium tercii pervenire nec quivi[m] nec merui. Nunc autem, quia meta secundi iamiam inicium postulat tercii, ipsum utinam habere merear ducem cordisque exigui benignissimum [cf. Sap 10, 21] directorem, qui sua sapientia[n] os aperuit muti et linguas infantium facit esse dissertas!

Cod. 1.	*Codd.* 2. 2a.
De[o] puella a nativitate ceca[p].	1. De eo ubi mulier caeca illuminata est.
De pane mulieris a sinu perdito et invento.	2. De pane mulieris, qui a sinu perditus, postea repertus est.
De pulvillo in via perdito et domi reperto.	3. De pullvillo in via perdito et domi invento.
De homine qui wantos perdidit.	4. Ubi homo quidam wantos perdidit.
De vase in via invento.	5. Ubi vas in itinere inventum est.
De muliere in qua quinque operata sunt mira.	6. Ubi in muliere quinque operata sunt miracula.
De muliere clauda[q] et sanata.	7. De femina clauda et sanata.
De tribus cecis curatis.	8. De tribus caecis illuminatis.
De pisce in via mirabiliter[r] invento.	9. De pisce in via mirabiliter invento.
De muliere muta sanata.	10. Ubi mulier muta curata est.
De bubus quatuor in via inventis.	11. De bubus quatuor in via inventis.
De porco a lupo rapto.	12. Ubi porcus a lupo direptus est.

a) altilsimo 2. b) basilicam 2. 2a. c) tribudio 1. d) Ubi 2. 2a. e) altaria *(sic)* — exposito *alio atram. in marg. suppl.* 1. f) *deest* 1. 1a. g) xenia 2. 2a; xennia 1a. h) rat. acceptaque pro qua venerant *alio atram. in marg. suppl.* 1; rat. — quesierant *des.* 1a. i) incubuit 2. 2a. k) fores *corr.* fures 1; fures quia f. 2. 2a. l) Alamannie 2a. m) vocamine Ratharii 2. 2a. n) a *e corr. post. manus* 2. o) XI. 2a. p) primeva 2. 2a. q) a — ter *in loco raso* 2. r) coepit 2. 2a. s) ponit 2. 2a. t) glaudi 2. u) *deest* 1. 1a. v) Chr. v. 2. 2a. w) debiles 1. x) quadam 2. 2a. y) Brisgŏuuensis 1a. z) non 2. 2a. a) cissione 2. 2a. b) *rubra deest* 1. 1a. c) haman. 1. d) velle 1. e) dū 1. f) effectus ppt h. 1. g) duo 1. h) m. et o. 2. 2a. i) Waltburgis 2. k) succinto 1; succincto 2. 2a. l) orationes 2a. m) p. nequivi 1. n) sapienciencia 1. o) *capitum index deest* 1a. p) ceca a nativitate *iterum add.* 1. q) clada 1. r) mirabiter 1.

1) Quod auctor ex Isid. Etym. X, 107. V, 26, 19. didicit.

INCIPIT[a] LIBER III.

1. Memorando dominicae[b] incarnationis anno 895. quaedam ex[c] familia sanctorum martyrum Gordiani[d] et Epimachi, Campidunensis[1] scilicet monasterii, puella a nativitate caeca nomine[e] Gundrada[f], dum gratiam in loco celebri Domini audiret famosam, coepit etiam et ipsa totis anhelare precordiis, ut ad sacrarium venire mereretur[g] beatissimae virginis. . . . . . . Sicque per devia transiens arva[h], monasterio[2], quod nutabunda[i] querebat, meruit propinquare. Sed priusquam illius terminos adiisset, reminiscens suae saluberrimae visionis caelitus nuntiatae, oblatas decenter excoxit, in buxula[k] reposuit viamque carpere coepit. Ubi vero ventum est ad optatum diu basilicae aditum, die celeberrima palmarum ad vesperam finiente, cum intimo cordis gemitu oratorium introivit. . . . . .

895. — Apr. 13

2. [De pane mulieris[l] a sinu perdito et invento].

Quaedam pregnans mulier femineae mollitiae perculsa formidine, adpropinquante parturiendi luctuoso dolore, votum vovit ex corde, ut, si inter exitiales angustias mortem quam timebat evaderet menbraque tenerrima carissimi editi secura exponeret, cum sugente[m] eodem ab uberibus nato oratorium sacrae virginis letissima peteret et ex quantitatula propria coram altare eundem infantulum librare debuisset. Nato denique prospere, ut optaverat, infante, venit, ut [veraciter[n]] asseritur, duobus onerata de panibus et vase cervisa referto. Cumque votiva simul cum infantulo aequilibrae imponerent munera, librato cum uno ex panibus eisdem et cervisa puerulo, panis alter qui excessit in pondere[o] ablatus est et in sinu camerario devectricis statim repositus. Quod utrum fecerit avariciae stimulo tacta aut stoliditate secularis ignaviae pressa, divino servetur[p] examini, cui in latebris nil opertum, nil invenitur occultum. Prudens tamen lector avariciae imputat, quod et signum sequens patenter insinuat. Completo autem pueri iam dicto libramine, volentes iam egredi, completa oratione, panis in sinu ab ipsa quae eum ibi locaverat quesitus et non inventus est. Attonita mulier stipe exhonerata[q] carissima circumspexit et, sicubi torta ceciderit, curiosius inquisivit[r]. Sed fallentibus[s] eam oculis, fallente etiam credulo sinu, dum a basilica vacua egredi niteretur, sanctificatione, ut reor, aquae benedictae, quae in petra iuxta valvas oratorii ad partem aquilonarem assidue funditur, ne intrantibus aliquando deesse videatur, se conspergere cupiens, dampnum[t] sublatae annonae in eadem petra iacentem[t] invenit; agnovit, erubuit ibique ad indicium venientium[u] dereliquit et ad locum unde venerat remeavit. Si quis ergo titubat, illó, si vult, pergat et de muro [hactenus[n]] eundem panem pendentem aspiciat.

3. [De pulvillo in via perdito].

Plurimis Alamanniae regionis assidue virginis suffragia devota mente requirere studentibus[v], quia finibus eorum[w] adiacens est monasterium, venit cum ceteris commeantibus ab eisdem partibus etiam mulier quaedam ex pago Blisgowe nomine Rûmhilda[x] pro peccatis admissis veniae indulgentiam quesitura. Ubi dum completa competenti oratione, impositoque altaribus quod detulerat munere, atque percepta solempni[y] benedictione, in via iam posita, facta hora quietis nocturnae, pulvillus qui cum lecti apparatu in itinere fuerat deportatus, capiti subponendus iacentis, quesitus inter sarcinas diu est et non inventus. . . . . . . Viso preterea tam inopinato signi miraculo et gratias multimodas agentes Deo, idem[3] Adalberoni[z] detulerunt episcopo[4]; ille vero[a] prelibato statim misit coenobio. Ubi ad indicium venientium pendet de muro et fidem haesitanti et incredulo tribuit populo.

4. [De wantis].

Huic aliquid[b] pene simile in eodem monasterio operatum est miraculum, quod non estimo silentio contegendum. Quidam a partibus Franciae illó adveniens, nescio an protervia mundalis[c] supercilii tactus aut incuriae oblivione corruptus sive etiam improvida stoliditate deceptus, cum wantis quos habuerat in manibus aecclesiam publice introivit. Verum vagabundam ad se retrahens mentem, wantos a manibus evellere voluit, verum neutrum invenit . . . . . . Cernens namque cyrometricalia munera[5], quae prius, nescio quo pacto, perdiderat, ante se patule iacere exposita, metuebat, si ad pristinos resumeret usus, aliquid divinae in se operari vindictae. Tandem, competenti sumpto consilio, ad monasterium ubi amiserat destinavit. . . . . . .[d]

5. [De vase].

Pari etiam modo, dum Gisala[e] matrona pernobilis, uxor Burchardi, Walochonis[f] comitis[6] filii, quae antea matrimonio iuncta fuerat comitis Megingaudi[7], causa[g] orationis, ut solita est, cellam virginis adiisset, inprimis[h] pro se suisque omnibus Dominum supplicavit; dein erigens se et signo dominico muniens,

a) *rubra deest* 1. 1a; Inc. *deest* 2; III. *deest* 2a. b) domice *post corr.* dominice 1. c) e f. beatorum 2. 2a. d) Cordiani 1. e) nom̄ 1. f) Guntdrada 2; Guntdrana 2a; Gunderada 1a. g) meretur 1. h) rura 2. 2a. i) mutabunda 1. 1a. k) buxa 2. 2a. l) *deest* 2a. m) sugiente 1. n) *deest* 1. 1a. o) exc. impondere 2. p) servaretur *corr.* servetur 1. q) h *erasum* 2; exon. 2a. r) requis. 2. 2a. s) vall. 2a. t) *sic codd.* u) *deest* 2a. — dereliquid 1. v) festinantibus 2. 2a. w) illorum 2. 2a. x) Runhilda 1a. y) sollemni 2. 2a, *constanter*. z) Adalper. 2a. a) *deest* 1a. b) aliquod 2. 2a. c) mundialis 1a. d) 1a *desinit in fine huius miraculi verbis* et dum aspexerit credat. e) Gisila 2. 2a. f) Walachonis 2. 2a. g) or. c. 2. 2a. h) inpr. — supplicavit *des.* 1.

1) Kempten. 2) Mowanheimensi scilicet. 3) Pulvillum perditum et inventum. 4) Augustano a. 887—910. 5) i. e. chirothecas. 6) Pagorum Wormsfeld, Speiergau, Enzgau. 7) A. 892, Aug. 28. occisi, nepotis Odonis regis Franciae occidentalis; Regino, SS. I, p. 604 sq. Cf. Dümmler l. l. II, p. 357 sq., n. 35. 516, n. 60.

895? eas quas secum detulerat[a] optulit eulogias. Ubi ventum est ad pauperum Christi elemosinam partiendam, datis cibi stipendiis congruentis, dum etiam pocula sedula ministraret, vas quod hanniba[b.1] nominatur, quo mixtio agebatur, inter manus propinantium ita exinanitum est atque subductum, ut nullus assistentium ullo modo potuisset[c] scire, qua liquida ratione esse perditum videretur. Sciebat sane, conscientia propria teste, propinatrix, nec quodam casuali more fore dilapsum nec a manu dispensatrici esse direptum neque aliqua fraude subductum. Verum animo aestuabat obliquo, quoniam nil tale viderat, nil simile auditu perceperat, mirabatur, quia, oculatim quod prius manibus vectitabat, eo, nullo furante[d] aut rapiente, carebat. Quid plura? Ubi horae diei est protensa dilatio, spes quoque vasculi mire subducti pariter extitit sublata redditio. Igitur completis pro quibus venerat[e] causis, ad sua disposito itinere redire[f] conati sunt. Dumque de pluribus, ut mos iterantium est, inter se sermocinarentur et quererent, vasis quoque perditi mentio affuit curiosa[g]. Cum subito eminus quidam illorum aspiciens, vidit idem in medio viae itinere vas iacere expositum, id[h] ipsum et non mutatum. Quod tollentes et dominae iam dictae cum nimia admiratione ferentes, una cum eadem gratias retulere gaudentes. A quo statim loco ad coenobium remiserunt, ut ibi mirabiliter servaretur, ubi Christus per virginem mirabilia operatur.

6.[i] Vicus quidam in Baioaria[k] regione, pago Chelesgowe, Adeloltesloh[l.2] est nuncupamine vocitatus, multis, mihi quoque ista fideliter exaranti plenissime cognitus, in quo quaedam in[m] vita adhuc superstes est muliercula nomine Asnia, in qua superna miseratio, suffragantibus matris nostrae meritis, quinque evidentissima signa[n] operari dignata est. Nam labili et tremulo corpore tota caduca, insuper obsistente obice inflexibilis linguae miserabiliter muta, ad cunctis notum monasterium est adducta, ut ibi inveniret remedium, ubi multi quesière et invenere[o] presidium. . . . . . . Quodam preterea tempore, dum ipsa eadem in eodem vico, in quo sanctimonialium Christo eiusque virgini famulatus assidue agitur, aliquid operatura consisteret, contigit, ut mulier, in cuius domo hospitandi gratia commanebat, cerillum[3], qui lingua diutisca rista nominatur, accipere[p] ad purgandum suaderet. Tum illa iterum oblita sui, sumpsit, incassum laborem aggredi voluit. . . . . . . Postremo eadem in ipso monasterio constituta ante Apr. 20? diem festum solempnis paschae rogata est a iam dicta custode basilicae Diothilda[q.4], quae mihi sollicite requirenti ista veraciter replicavit, ut thecam ipsius plumario indutili[r] insertam arrepta acu consueret et, ut mos est in illis diebus, familiariter repoliret. Fecit et quanta valuit celeritate complevit. At ubi disiunxit ab opere, aliud ei simile impositum est a sanctimoniali[s] nomine Ruathilda[t]. Quod dum cepisset[u], statim acus manui fortiter[v] adhesit[w] et invita illud quod ceperat opus amisit. . . . . . .

7. [De muliere clauda].

Cheskingam[x.5] dicunt incolae villam in eadem provincia[6] sitam. . . . . . .

8. [De caecis tribus].

Interea dum haec agerentur quidam ignoti tres a nativitate advenere caeci et pauperie urguente mendici, corporis et luminis solacium requirentes et lacrimosis singultuum vocibus postulantes. Quos cum materfamilias Liubila cum devotis Dei[y] famulabus humaniter[z] suscepisset et victus alimoniam misericorditer ministrasset, visum est eis, ut suffragia virginis attentius implorarent, quatinus visum a primeva origine inexpertum eius precibus[a] adipisci mererentur et meritis. Motibus igitur quibus poterant in ecclesiam intravere, et facta oratione votiva, tangi sibi caeca lumina oculorum de cambutta[7] virginis petiere. Quod dum factum est, sensim visus incognitus pervenit ad orbes, et irradiati radiis iubaris lucem crevere gaudentes. Id omnes qui audiere[b] et videre mirati sunt et ei qui solus mirabilia magna facit gratias non modicas retulerunt.

9. [De pisce].

Quadam die dum ego ad idem monasterium aliquid novi ac desiderabile audire[c] cupiens advenissem et fideli[d] animo, si quid auditu dignum existeret, quod ad noticiam pervenisset, inquirerem, affuerunt duae ex virginis famulabus Diathildis[e] et Ruathildis, quae meae satisfacerent voluntati, mihique cum cautione et cartula residenti inter alia huiusmodi verba[f] retulere miraculum. Accidit namque, ut aiunt, ut multorum moris est querentium Dominum et suorum interventiones sanctorum, ut quidam orationis gratia idem oratorium adiissent. Intrantes vero in ecclesiam, dum adoraverunt viventem in secula, beatissimae Waldburgis[g] etiam pronis vultibus quesiere suffragia. Completoque pro quo venerant voto, insuper accepta benedictione, quae comes in eundo existeret animae, viatici quoque corporalis eulogiam a matrefamilias accepere. Erat enim tempus abstinendi a carne, et idcirco ea quae manus largientis

a) detulit obtulit 2. 2a. b) hannipa 2. 2a. c) sc. pot. 2. 2a. d) furente 2. 2a. e) venerant 2. 2a. f) *deest* 1. g) copiosa, *superscr. eadem manu* vel curiosa 1. h) id — tollentes *des.* 2. 2a. i) IIII. 2a. k) Baioria 1. 2a. l) Adaloltesloh 2. 2a. m) adh. in v. 2. 2a. n) op. d. e signa 2. 2a. o) invenire 1. p) ad purg. acc. 2. 2a. q) Diethilda 2. 2a. r) indutili *corr.* inductili 2, *et ita* 2a. s) sanctimoniale 2. 2a. t) Ruathildę 2. 2a. u) cępit 2; cepit 2a. v) *post superscr.* 1. w) hęsit 2. 2a. x) Kessingam 2; Gessingam *corr.* Kess. 2a. y) Deo 2. 2a. z) humiliter 1. a) meritis et pr. ad. mererentur 2. 2a. b) vid. et aud. 2. 2a. c) *deest* 1. d) felici 1. e) Diethildis 2. 2a. f) *deest* 2. 2a. g) Waltburgis 2. 2a.

1) Ducange-Henschel s. v. *hanapus*. 2) Adelschlag ab Eichstädt versus meridiem. 3) Vox ex hoc solo loco laudata ap. Ducange-Henschel. 4) Diothildae *custricis ecclesiae* in omissis huius capitis supra mentio fit. 5) Koesching, praef. Ingolstadt. 6) Scil. in pago Chelesgau, III, 6. nominato. 7) Scipio seu baculus S. Walpurgis serico inclusus, Coloniae in monte S. Walpurgis, quae patrum societatis Iesu ecclesia est, adservari dicitur. MAB.

invenerat, secum animo devoto tulere, scilicet panem, caseum atque cervisam. Dum ergo ab eis piscis quereretur et, negante qualitativi[a] temporis vice, minime adipisci potuisset, onerati sarcina superius exarata, iter cepere redeundi ad propria. Cumque plurima fabulantes commeantium[b] more incederent, ventum est ad locum, ubi grata atque virentia iumentis gramina pro temporis congruentia[c] invenirentur. In quo exonerato eorundem pondere iumentorum, de Dei donis ac datis et benedictionibus virginis percepturi sese in foenum viride prostraverunt. Tum is qui eorum sarcinis manum immittere[d] familiarius consueverat, sistarcias evidenter aperiens, dum ea quae in monasterio pro benedictione acceperat et propria conscientia teste ipse posuerat rursum tolleret et discumbentibus apponeret, miro admodum modo invisum antea et intactum aspexit et sustulit piscem. . . . . . . Ubi vero ad villam quae dicitur Diotfurt[1] feliciter pervenerunt, obvias ibi Dei famulas superius nominatas cum magno cordis habuere tripudio. Quibus cum rei gestae seriem enarrassent, piscem etiam tradiderunt, ut eorum manibus veheretur ad sancta, in quibus Christo largiente crebra operantur miracula. Detulerunt igitur ad monasterium et tam matrifamilias quam omnibus exhibentes, suspenderunt in latere prominentis parietis dedicati, ut ibi cerneretur a cunctis, notumque fieret omnibus, non falsum, sed verum esse quod scripsimus.

895?

10. [De muta].

Duo a regione Tyringia Burchardi comitis[2] milites Dietharius atque Heio sacrae virginis quesiere presidia, adducentes secum feminam quandam humanae modulis loquelae carentem, ut ibi Domino miserante mereretur[e] accipere gratiam, ubi multi multiplicem consecuti sunt veniam. Quo dum prospero itineris calle alacri corde venissent, desiderio potiti priore, suis pro piaculis[f] indulgentiam fusis a fundo pectoris precibus petierunt. Dein allata[g] munuscula[h] altario imponentes, mulierem etiam mutam, quam secum a patria adduxerunt, animo devoto et credulo corde Omnipotentis largifluae miserationi et virginis commendaverunt munificae pietati. . . . . . . Unde comites et universi qui audiere mirati, letis mentibus[i] proprias revisere tellures. Sed prudenti animo cogitantes non decere tam evidens miraculum reticeri, notum per suos monasterio sacrae virginis facere studuerunt, ut Dei famulabus et omnibus fideliter audientibus fieret cognitum, quod in eadem femina divinitus est ostensum.

11. [De bubus].

Matrona quaedam genere et moribus clara nomine Dietbirga, illis in partibus pene cunctis notissima, a finibus Alamanniae regionis ad monasterium venit, Dei famulabus inibi commorantibus impensura[k] consueto more solatium et pauperibus necessarium datura subsidium. Haec cum mente promptissima atque devotissima voluntate tam Christi ancillis quam egentibus partiretur, vergente iam ad occasum noctifuga die, densae noctis atrae successere caligines. Pausantibus itaque universis, minus[l] provida regiminis curiositate etiam eius qui cum onerato[m] advenere carpento nocitura sopiti[n] quiete dormiere bubulci[o]. Hi autem qui crassis in tenebris nequaquam obdormiunt, verum, ut dormientibus noceant, semper invigilant, videntes fessa labore corpora humi deiecta et iugalia quatuor sine ullius vigilis custodia stare iumenta, procaci manu iniecta, eadem cornigera furati sunt peccora, non suae utilitati servanda, sed dominae necessariae servituti iterum mancipanda[p]. . . . . . .

12. [De porco].

Quodam igitur tempore contigit, ut porci eiusdem familiae[q.3] in pascuis pascerentur. Adveniens denique atrox et sanguinarius avido gutture lupus, suem e[r] grege [atroci[s] dente] diripuit et ad saltus optati latibulum, aspiciente pastore, devexit. . . . . . .

EXPLICIT[t] LIBER III.

INCIPIT[u] PREFATIO LIBRI QUARTI.

Volueram huius opusculi breviloquio[v] metam imponere dissolutam, verum concurrentium iugiter mirabilium rerum atque signorum desiderabilis novitas iterum iterumque ad scribendum impellit et provocat et, ut perfecto opere ad finem usque perducam, frequenter invitat. Non enim in inicio galeati militis proeliantis virtus asscribitur, verum in fine efficacis victoriae virtus cum favore a referentibus[w] propalatur. Dignum est enim, ut laus predicetur in fine, et finis decoretur in laude, dicente Domino: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Quapropter libelli quarti, Christo favente, exordium capiam, ut, transcursis stilo currente sacrae virginis miraculis gloriosis, ad promissum dialogum veniam et in eo pro ingenioli quantitate admisso sudore decertem. Si quid ergo in hoc opusculo invisum et

Matth. 24, 13.

a) qualitatvi 1. b) comitantium 2. 2a. c) congruenta *post corr.* congruencia 1. d) mittere 2. 2a. e) meretur 1. f) s. propicialis, *superscr.* cu 1. g) lata 2a. h) munus | nuscula 1. i) *ita* 1; metibus 2. 2a; meatibus *edd.* k) impressura 2. 2a. l) munus 1. m) onusto 2; honusto 2a. n) sopita quieti 1. o) *hoc loco in marg. ead. vel coaeva manu scr.* 2: vvhgbnhcchklb, *legendum:* waganhcchila, *mendose scriptum pro* waganliccha. p) manci *in loco raso* 1. q) domus 2. 2a. r) a 2a. s) a. d. *des.* 1. t) *ita* 2a; *des.* 1. 2. u) *rubra deest* 1. v) priviloquio 2a. w) refentibus 1.

1) Dietfurt villa ad Altmonam fluvium prope Treuchtlingen, non oppidum Dietfurt ad Altmonam infra Eichstädt situm, ubi Laber fluvius influit. 2) Cui paulo post a. 892. marchia Thuringia data est; Regino, SS. I, p. 604; cf. Dümmler l. l. II, p. 357, n. 33. 3) Scil. monasterii Mowanheimensis.

inauditum lector invenerit, pia mentis intentione percurrat et Dominum solum mirabilia facientem agnoscat. Non enim membranis annotata essent, si mirabilia non fuissent. Legimus namque, quia signa non fidelibus, sed infidelibus data sunt. (1 Cor 14,22.) Unde credimus, in novissimis temporibus atque periculosis multa inaudita operari Christum per suam amabilem virginem velle prodigia, ut bestiales innumerae in seculo hominum mentes, quae predicantium converti despiciunt verbis, saltem[a] inauditis inclinentur ex signis. Quisquis ergo legere et audire desiderat, cordis si est, rubiginem tollat; et dum me vera[b] scribere experimento didicerit, credat sciatque, me non signorum[c] esse factorem, verum fidelissimum exceptorem, ut pro hoc labore liberari merear a peccatis precibus et interventionibus virginis.

Cod. 1.	*Codd.* 2. 2[a].
De quodam claudo curato[d].	1. De quodam claudo curato.
Item de alio claudo curato.	2. Item de alio claudo sanato.
Item de claudo sanato.	3. Ubi claudus alius sanitati restitutus est.
Item de pedibus restituta[e].	4. Item de muliere pedibus restituta.
Item de sanato debili pedibus.	5. Ubi item alius debilis sanatus est pedibus.
De muto et claudo curato.	6. De muto et claudo curatis.
De demoniaca curata.	7. Ubi demoniaca curata est.
De ceca que visum recepit.	8. De caeca quae visum recepit.
De ceco quodam inluminato.	9. Ubi caecus quidam illuminatus est.
Item de ceco curato.	10. Item de caeco alio curato.
Item de ceco inluminato.	11. De illuminatione alterius caeci.
De muliere que cibi et potus communem victum non recepit.	12. De muliere quae cybi et potus communem victum non[f] percepit.

1. [De quodam claudo].

(896?) Claudus quidam in famosissimo Vuldensi[g] monasterio plurimo tempore commoratus famam virginis audire promeruit. Qui ab illo die quo erectis[h] auribus verba referentis misellus excepit, tanto est amoris incendio inflammatus, ut eius vix queat explicari affectus. Coepit denique et viam et conviatores aestuanter inquirere, ut ad monasterium Mowanheim[i] mereretur aliquando pervenire. Tandem compos voti effectus optati, et viam didicit et commeantes invenit. . . . . . .

2. [De claudo].

Alius[k] quoque ex villa quae dicitur Zuzinga[1] nomine Ellimbertus[l] simili pedum debilitate quassatus. . . . . . .

3. [De claudo].

Helmgerus[m] etiam a Franciae partibus nomine quidam eodem pressus incommodo devotus advenit atque in ipso loco aliquo tempore mansit. Cumque pendentes[n] de muro claudorum multorum iam de sua recuperatione gaudentium sustentacula frequenter aspiceret, de sua quoque coepit et ipse salute tractare. . . . . . .

4. [De clodo[o]].

Si de omnibus, qui illic incessu pedum potiti sunt, claudis voluero texere rationem, ante deficiet dies quam signorum evidentia plurimorum. Veruntamen ea quae ad memoriam veniunt non estimo silentio conticenda, quoniam, ut legimus, Dei narranda sunt opera, cuius sunt inexquisita iudicia. (Ps 104,2. 117,17.) Ideoque quandam feminam Mansuindam[p] ad mentem reducere festinemus, ut, ipsa quoque qualiter curata sit, enarremus. Ex villa namque quae dicitur Truhtinga[q-2] adveniens et medelam corporis animaeque in monasterio querens — erat enim pedum debilitate deformis et inhonesta —, diutius ad caelum orationis voces e pectore lugubri destinavit et, ut sui Omnipotens misereri[r] dignaretur, prolixo precatu humilis flagitavit. Cui mox divina virtus et miseratio affuit et gressum, quem perdiderat, integerrimum reparavit.

5. [De claudo].

In ipsa villa in qua monasterium celebre situm est est[s] puer vocabulo Perehtkisus[t], in quo[u] vivifica Trinitas ipsum idemque operari dignata[v] est signum. Fuit enim per tres annos gressuum ambulatione privatus, ita ut[f] ad nullius fructuosi operis exercitium habilis esse videretur. Quem tollens nimia referta mestitia genitrix nuncupamine Ratila ad basilicam detulit salutarem, ibique ante oculos divinae magestatis[w] exposuit et eius inenarrabilem miserationem cum lacrimis et gemitu postulavit. Videns itaque e celso caelorum habitaculo Dominus mulieris fidem, curavit infantem et matris precibus reddidit ambulantem.

a) saltim 2. 2[a]. b) vere 2[a]. c) signore *corr.* signorum 1. d) curolo *corr.* curato 1. e) restituto 1. f) *deest* 2. 2[a]. g) Vuldunensi 2. 2[a]. h) ærectis 2. i) Mouuenheim 2. 2[a]. k) Filius 1. l) Ellinpertus 2. 2[a]. m) Helemgerus *rudendo corr.* Helmger. 2. n) *ita codd.* o) clobo 2[a]. p) Mansuuindam 2. 2[a]. q) Druhtinga 2. 2[a]. r) miserere *corr.* misereri 2. s) *deest* 2. t) Beretgisus 2. 2[a]. u) qua *e corr.* 2[a]. v) dignatus 1. w) maiest. 2. 2[a].

1) Zusum, praef. Donauwörth. 2) Nescio an Treuchtlingen (praef. Weissenburg), quod infra IV, 12. *Drutelinga* vocatur, ubi vero codd. 2. 2[a] etiam *Druhtinga* ut hoc loco. Stevartius coniecit Wassertrüdingen.

Quo audito, domina utriusque infantulum tradidit eidem ecclesiae iure perpetuo possidendum, ut ibi, quamdiu adviveret, servitii iura impenderet, ubi vires ad famulandum recipere meruisset. Similiter Romanus quidam adveniens et in porticu[a] aquilonari cum carruca, in qua delatus fuerat, miserabiliter iacens, sequenti die postera ambulandi meruit facultatem.

6. Accidit preterea quodam tempore, ut Hildegarda[b] domina, pacifici regis Hludowici filia[1], orationis causa[c] cum Liutpoldo famosissimo comite[2] ad iam dictum monasterium deveniret. Non ergo immemor beneficiorum sacrae virginis, presertim cum sciret et crederet multa ibidem operata esse et pene cotidie operari adduxit in comitatu sequenti[d] ab ortu originario mutum, ut, si dispositione superna gratissimum directi miracula, faminis donum percipere mereretur, audita apertius crederet, dum visa audita attentius roborarent. Liutpoldus quoque, ut suspicor, non dispari desiderio tactus, commeantem secum detulit claudum. Ubi dum eadem nocte quiescerent, matutinali veniente sinaxi, omnes ad ecclesiam celeriter festinarunt. Cumque Dei famulae inibi servientes dominicos coepissent concrepare concentus, asstantibus etiam his qui secum detulere predictos[e] [debiles[f]], mutus, soluto vinculo plectri, clara coepit loquelas emittere voce et mirabilem Deum in sanctis suis cordis iubilo conlaudare. Et non solum ille, verum etiam omnes qui officio matutinali intererant omnipotentem Dominum conlaudabant. Cernens ergo ille, quia, ut desideraverat, ita rei eventus impleverat, magno exhilarati cordis repletus tripudio, elatis in caelum manibus, mentis gratias retulit Deo. Sequenti denique eiusdem felicis horae momento et Liutpoldi pretaxati comitis fustifer claudus coepit exilire[g] gaudens ac Salvatorem suum benedicere congruenter. Idem etiam comes venerabilis, ut cognovit suum quem detulerat claudum exilientem et laudantem Deum, laeticia cordis exiliens[h] mirificum benedixit [Dominum[f]]. Ut ergo iocunditas exilarantium duorum cumulantius augeretur, duo evidentia et aperta miracula tertium roboravit. Nam quaedam cuiusdam clauduli mater, cum vidisset preeuntia signa duo esse patenter ostensa, et ipsa suum, quem exposuerat lamentabili editu natum, inseruit ad curandum. Sic, precedentibus curatis duobus, postremo, assistentibus universis, sanatus est tertius. His ternis duo precipue desiderantes visis miraculis redierunt ad sua, ista narrantes[i] e plurimis.

7. [De demoniaca].

De preteritis quae hactenus enumerata sunt ipsa iam ratio finem cogit imponere, ut ad alia, de quibus narrandum est, calamum valeam inclinare. Multiplicia enim multipliciter numerantur, resque per ordinem constitutae ex propriis accidentibus discernuntur. His omissis, redeamus ad eum qui coeptus est ordinem. Inimicus diabolus humano generi semper infestus quandam mulierculam nomine Muotsuindam flebili arreptione pervasit et varia contritione quassavit. . . . . . .

8. [De caeca].

Paterfamilias[k] quidam ex regione Suevia[l] Frideloi insignitus ex nomine cum Ôtfrida vocabulo coniuge et filia Regenhilda[m], necessitate perductus, virginis auxilium requisivit. Nam predicta eorundem carissima filia, dum quadam die in opere muliebrio[n] constituta nescio quid ex eodem opere[o] complere voluisset, visus subito privata est dignitate. . . . . . .

9. [De caeco].

Fertur, quod ex provintialibus citra Hrenum[p] locatis quidam peregrinus nomine Adalpertus, a nativitate caecus, egenorum aliorum catervis insertus, victus gratia[q] requirendi virginis adierit domum. Erant enim sacrae dies quadragesimae, in quibus habundantius et pauperibus pro redemptione animae victus impenditur, et ecclesia a fidelibus frequentius visitatur. . . . . . .

10. [De caeco].

Quodam itaque contigit tempore, ut pro ammonendis atque in Dei timore roborandis Dei ancillis [ipsum[r] monasterium] iuxta morem frequentius consuetum probus piusque pontifex Erchanboldus visitaret et in eis sanctae predicationis creditam mellitis labiis sereret annonam. Cumque adhuc in eadem cella consisteret et pro lucrandis Christo animabus attentius desudaret, quidam a partibus Franciae cum agmine clericorum et pauperum[s] commixto[o] flamina devehentium et *Kyrie eleison*[t] voce[u] sonora canentium a nativitate pauper caecus advenit et nisibus quibus potuit in basilicam cum conviatoribus introivit. At ubi flexis genibus in oratione fibram etiam cordis erexit, ei pius Dominus aurem[v] suam placidam protinus inclinavit fusamque pauperis precem audivit, lumen[w], quod natura negaverat, sua mira potentia condonavit. Quo viso, presul et omnes qui affuere miraculo laudes in excelsis reddiderunt Deo.

a) portucu 1. b) Hiltigarda 2. 2a. c) gratia 2. 2a. d) *sequentia des., folio exciso* 1. e) p̄dictis 2a. f) *ita edd.; deest* 2. 2a. g) ex : : lire *(duae litterae si? erasae)* 2. h) exsultans *edd.* i) narrare *corr.* narrantes 2. k) *pergit* 1. l) Sueva 2. 2a. m) Reginhilda 2. 2a. n) *sic codd.* o) *deest* 2. 2a. p) Herenum 2a. q) gratiam 1. r) *ita edd.;* i. m *des. codd.* s) pau||rum 2. 2a. t) eleyson 2; Kyrieleison 2a. u) vocæ 1. v) s. a. 2 2a. w) lumenque 2. 2a.

1) Iunioris a. 882. defuncti. Quae a. 895. in. apud Arnolfum regem proditionis accusata in monasterium Frauenchiemsee retrusa est; Ann. Fuld. a. 895, SS. I, p. 410; Regino a. 894, SS. I, p. 606. Cf. Dümmler l. l. II, p. 392 sq., n. 12. 13. 2) Auctore gentis ducum Bawarorum, cui marcha Bohemica et comitatus Engildeonis una cum Hildigarda proditionis condemnati (Ann. Fuld. l. l.) a. 895. dati sunt; Dümmler l. l. p. 391 sq.

11. [De caeco].

896? Apr. 11 – 18? Non[a] incongruum videtur, si sequens precedenti equiperetur[b] miraculo, cum caecus ille fuerit, qui, ut diximus, patenter ibi lumen accepit, orbus et iste, de quo series texitur, qui etiam in eadem ecclesia diem videre promeruit. Transeunte namque[c] festiva solempnitate paschali, dum albaria[1] sequens adveniret ebdomada, Adalpertus comes[d] nominatus[2] a rure Francorum inlustrium monasterium petiit. Ubi dum divinum officium stans in basilica cum suis audiret, incognitus quidam affuit cecus et inter ceteros stetit adductus. Nec mora, facta ad Deum prece humillima, lux eius noctem fugavit ab oculis, cernentibus et mirantibus qui aderant universis. Cumque talem in se agnovisset virtutem, Creatori reparatorique suo retulit laudem. Rediensque sanus et incolomis ad patriam, illud quod in se divina peregit dignatio ubicumque potuit divulgavit.

12. [De fastidiosa].

Duo, favente miseratione superna, in fine huius libelli narraturus sum a seculis inaudita miracula et rudis[b] mentibus valde difficilia. Verum Creatori ex creatura quicquid vult facere creditur esse facillimum ideoque quod refero nulli videatur ambiguum, quia antequam scriberem habui perexpertum[e]. Villam dicunt incolae in pago Sualaveldico[f] Drutelingam[g, 3], in qua mulier[h] quaedam nomine Friderada, dum familiarius ceteris in obsequio domini Ederammi[i] suaeque dominae, uxoris eiusdem, die noctuque deserviret[k], adveniente insperata iniuriae[l] penalis angustia, gravi cepit corporis infirmari molestia. . . . . . . Hoc patrato miraculo, statim eiusdem famulae[m] nuntiatum est domino. Ex quo gavisus, cum coniuge sibi unita[n] necnon familia universa directo ad monasterium calle, ubi sanata fuerat famula, venerunt et rei gestae veritatem sicut auditu didicerant invenerunt. Qui mox pro munere donarii congruentis[o] eandem sui iuris et dominationis ancillam, in qua signum ostensum fuerat, altario tradere[p] gestientes, ut ibi iugiter deserviret inter alias inibi famulantes: Liubila renuit[q], et in eodem aliquandiu manere precipiens, post paucos dies dominis[r] sanam et incolomem retransmisit. Sed statim ut rediit, languorem incurrit. Videns autem prefatus mulierculae dominus haut[s] sanum fuisse consilium, quia a monasterio[t] quoque[u] modo foret abstracta, presertim cum liquido contemplaretur, quoniam esset iterum divinitus visitata, consultius fore diiudicans, ut eam patenter virginis dominio ex suo iure contraderet[v], rursus cum prompta animi voluntate deductam ad coenobium famulam languore corporis stimulatam, a suo in perpetuum servicio fecit immunem et, traditione peracta firmissima, virgini reddidit servientem. Quod dum fecit, statim convaluit. Ubi ergo se crevit valentem, de sospitate adquisita cepit esse letissima. Verum[w] gulae appetitu sepius[x] tacta permaximo, crevit etiam in ea immoderata cum pudore tristicia. Visum est ei denique, ut suae confusionis enormitas alicui ex sanctimonialibus medicinali confessione secretius panderetur, quatinus[y] divina operante virtute ab eadem erui mereretur. Cumque, oportuni temporis congruentia speculata, Diethildam, eiusdem procuratricem ecclesiae, in remotioribus positam contemplaretur, verecundiam palpitantibus[z] labiis professa est verecunda et, ut sui misereretur orationis sanctae iuvamine et consilii rationabilis firmitate, toto mentis est precata conamine. At illa, ut moris est timentium Deum[a], dum flebilem confessionem audisset mulieris eventum suae miseriae sollicite confitentis, flexibili ei compassa est animo cepitque, prius oratione peracta, diligenter inquirere, quo ei valeret mederi consilio. Tum venit in mentem[b], ut ei panis benedicti portio conferretur, et sic ei appetitus mali desiderii tolleretur. Accito denique, ut vultus indicat, Himmondo venerabili proboque presbitero, petiit, ut panis allatus mox benediceretur ab eo. Qui ilico, ut mos est benedicentium, benedixit et de ipso ad percipiendum feminae tradidit. Ut ergo ex eo gustavit, paulatim esuries ita se subducere cepit, ut miro modo, sicuti prius de die in diem cumulata excreverat, ita postmodum quasi viribus fractis infirmata tabesceret. . . . . . . Perstitit tamen in ipsa, in qua dudum[4] perstiterat, cunctis abstinentia mira. Cumque materfamilias[c] Liubila ceteraeque Dei secum commorantes ancillae de huiusmodi re oppido mirarentur, sumpto sano consilio[d], cito pontificem venerandum, ad cuius dominium et diocesim idem pertinet monasterium[5], adierunt remque per ordinem, ut ab inicio gesta fuerat, narraverunt, ut eius tale signum, si tamen probabile et efficax videretur, roboraretur iudicio, cuius deceret aut asseri aut negari elogio. Ille vero ut audivit, obstupuit, non tamen liquido credidit. Verebatur sane, ne aliqua milleformis astucia defraudata visus hominum falleret et in remotioribus posita victum communem[e] perciperet. Timebat, ne, si[f] signum admirabile ratione veritatis dictante non crederet, delicti culpas[g] incurreret. Quocirca cum suis prudens consilium[h] sumpsit et Meginberto, qui eidem altari deservit, presbitero auctoritate pontificali iterum iterumque mandavit, ut eam de qua loquimur famulam in sua custodia sumeret, sex plenas ebdomadas[i] cum summa

a) *deest* 1. b) *ita codd.* c) denique 2. 2a. d) nom. comes *corr.* comes nom. 2. e) expertum 2. 2a. f) Suual. 2. 2a. g) Druhtingam 2; Druhdingam 2a. h) q. m. 2. 2a. i) Ediramni 2 k) serviret 2. 2a. l) *in marg. suppl.* 1. m) familie *corr.* famule 1. n) unite *corr.* unita 1. o) congruentes 1. p) *deest* 1. q) rennuit 2. 2a. r) domini 1 s) haud 2; aut 2a. t) monasteriū *corr.* monasterio 2. u) quo 1. v) contraderetur 1. w) etiam *add., sed del.* 1. x) permax. s. t. 2. 2a. y) quat. — mereretur *des.* 1. z) palp. — verecunda *des.* 2 (*ubi iam in* verecundiam *e corr.*). 2a. a) Dominum 2. 2a. b) mente 2. 2a. c) paterf. 2a. d) cito cons. 2. 2a. e) commune 1. f) *deest* 1. g) culpam 2. 2a. h) s. cons. 2. 2a. i) ebdomedas 2.

1) Eadem quae alba hebdomada, septimana post paschalem proxima. Cf. Ducange-Henschel s. v. *alba* 4. 2) Babenbergensis; cf. Dümmler l. l. II, p. 521, n. 7. 3) Treuchtlingen, praef. Weissenburg. 4) Per sex hebdomadas, ut in omissis narratur. 5) Erchanboldum Eichstetensem.

diligentia[a] et industria conservaret et ut, si intuitus humanos astucia diaboli falleret, diligentius observaret. 896? Quod et fecit, et ut prius narratum fuerat, ita et non aliter se invenisse narravit. Tunc episcopus, omni dubitatione detersa, quasi iam compulsus credidit et, ut crederetur a cunctis, sua auctoritate firmavit. Sic denique adhuc ieiuna consistit, tercio a solempnitate Christi confessoris Martini vergente anni circulo 5 usque ad diem hanc. Operatur tamen iuxta modulum facultatis quicquid ei fuerit commendatum. Caelestis vero eukaristiam doni [dum[b]] sumpserit, et[c] nisi cum[d] omni festinatione dormitum ierit, statim vomibunda consistit, atque hoc, ut testatur, remedio convalescit. Mirum in modum, ut vitam corpus ieiunum abhorreat vivensque super terram gradiensque[e] permaneat. Sed omne quod hic videtur impossibile omnipotenti Christo creditur esse possibile. Qui cum esset Deus et imago Patris, pro hominibus 10 factus homo, contra naturam essentialis deitatis corpus quod assumpserat voluit esse passibile. Ideoque ipse qui est concedit esse omne quod est, quia in ipso consistit omne quod est.

EXPLICIT LIBER QUARTUS. DEO GRATIAS. AMEN[f].

a) dil. et *des.* 2. 2a. b) *deest codd.;* Caelestem v. eucharistiam dum s. *Henschen.* c) *deest* 2. 2a. d) omni cum 2. 2a
e) que *deest* 2. 2a. f) *deest* 1; *ubi post add.:* In nomine domini nostri Iesu Christi

VITA MEINGOLDI COMITIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

De Vita Meingoldi optime disseruit V. Cl. E. Dümmler, De Arnulfo Francorum rege p. 201—204, docens, eam penitus fabulosam esse, vix quandam rerum vere gestarum umbram obscuramve memoriam praebere[1].

Anno 892. Megingaudus comes pagorum Meinfeldensis et Wormatiensis, vir potentissimus et ditissimus, ab Alberico comite in monasterio Rotilensi occisus et in monasterio Sancti Maximini sepultus est. Cuius necis ulciscendae causa ipse Albericus a. 896. a Stephano, affini uxoris Megingaudi interfectus, postea hic Stephanus a. 901. letaliter vulneratus est[2]. *Ex quibus facinoribus graves motus seditionesque in Lotharingia exorti sunt. Multo tempore postea, saeculo XII. demum, ut videtur, in civitate Hoio Leodiensis dioeceseos quidam sanctus Meingoldus celebrari coepit, qui in oratorio SS. Timothei et Symphoriani Hoiensi primum sepultus, postea in ecclesiam S. Mariae maiorem translatus esse dicebatur. Huius gesta eodem saeculo XII*[3], *ut videtur, clericus quidam Hoiensis conscripsit, talia de eo narrans, quibus demonstratur, sanctum Meingoldum Hoiensem eundem esse habitum ac Megingaudum a. 892. occisum, sive alter quidam Meingoldus Hoii sepultus cum hoc confusus, sive falso tantum hunc Hoii sepultum esse creditum sit. Vera sunt quae narrat, Meingoldum uxorem Giselam (Geilam) habuisse, cum Alberico lites egisse, occisum esse, aeque Albericum tempore Arnulfi interfectum, commotionem magnam ex his facinoribus ortam esse; et haec sane vulgi rumore accepit, cum Reginonis chronicon et Wolfhardi Miracula S. Waldburgis, ex quibus libris haec discere potuisset, certe non legerit; neque ea recto ordine nec recte retulit. Reliqua omnia fabulosissima et ridicule effícta sunt, de quibus V. Cl. Dümmleri censuram legas, cui,*

1) Frustra Ioh. Bollandus acta haec iam pridem recte diiudicata defendere nisus est. 2) Cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 358. 516. 3) Dümmler, De Arnulfo p. 204, censet, Meingoldi memoriam demum post a. 1173. celebratam, Vitam saec. XIII. ineunte compositam esse, quia in translatione S. Domitiani in eadem ecclesia S. Mariae Hoiensi sepulti (Vita S. Domitiani altera, Acta SS. Maii II, p. 151 sq.; ex qua hauserunt quos Dümmler laudat Aegidius Aureaevall. III, 40, SS. XXV, p. 109 sq., et Albricus a. 1173, SS XXIII, p. 854) Meingoldi nulla mentio facta sit. Sed nescio, cur in hoc libello eius mentio fieri debuerit, praesertim cum S. Domitianus tunc non ab illa ecclesia deportatus, sed in pretiosiore feretro tantum reconditus sit. Iam vero a. 1224. Hoii ecclesia S. Meingoldi extitit (Albr. l. l. p. 914), immo iam hoc anno renovata est. Porro uterque codex Vitae Meingoldi iam inter a. 1150—1200. exaratus est, et in Vita illa ecclesia S. Meingoldi nondum commemoratur. Quibus demonstratur, Vitam non post exitum saeculi XII, certe haud paucis annis antea conscriptam esse. Est quidem unus locus, ex quo coniici possit (c. 22), auctorem Vitam Domitiani laudatam iam legisse. Haec vero haud dubie olim in fine § 15. desiit, quae sequuntur § 16—22, in quibus elevatio a. 1173. narratur, postea addita videntur. Vita Domitiani brevior, Acta SS. Maii II, p. 145 sq., post illam conscripta esse videtur. 4) Cf. c. 1: *ea . . . . quae vulgata percipiuntur relatione; quod de illo antiquitas per successionem posteris reliquit.*

sane adstipulandum censenti, horum quoque multa fama vulgari tradita esse, sed auctorem ea 'suis ipsius ineptiis exornasse'.

Editionem paravimus ex duobus codicibus:

1) Cheltenhamensi bibliothecae Phillipsianae nr. 4728, *membr., olim 'libro Sancte Marie de Alna', variis manibus inter a.* 1150—1200. *exaratus. Vita Meingoldi f. 163' sqq. exstat, quam V. Cl. F. Liebermann cum edita contulit*[1].

2) Bruxellensi nr. 5519—5526, *membr., fol. min., olim S. Petri Gemblacensis, qui continet Vitas sanctorum variis manibus saec. XI. et XII. scriptas, inter quas f.* 43—47'. *Vitam Meingoldi saec. XII. ex. exaratam, quam ipse contuli*[2].

Ex codice Corssendoncano nostri 2 simillimo edidit Vitam Ioh. Bollandus, Acta SS. Febr. II, p. 191—196, *cuius nonnullas varias lectiones annotavimus. Exscripserunt eam interpolator Hoiensis in codice autographo Aegidii Aureaevallensis Gestorum episcoporum Leodiensium*[3], *SS. XXV, p.* 51, *et Albricus a.* 899, *SS. XXIII, p.* 750. *O. H-E.*

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITA SANCTI MEYNGOLDI MARTYRIS.

Si ea digerendo inserantur quae[b] vulgata percipiuntur relatione, utile est his qui ad sui[c] informationem vitam et actus sanctorum pia intentione exquirunt. Longe enim ante nos est dictum et etiam in Scripturis Sanctis, sed et in[c] euangelica veritate comperitur: *Vera est lex hystoriae simpliciter ea*[d] *quae fama vulgante colliguntur ad instructionem posteritatis litteris commendare*[4]. Quapropter fraternum[e] et salubre duximus de viro Dei Meingoldo[f] scribere, quod de illo antiquitas per successionem posteris reliquit. Qui peregre profectus ad agendam penitentiam[g] de suis reatibus, in suo[c] reditu ab impiis interfectus est in loco qui Greverias[h] vocatur et in vico qui a flumine Hoio[5] nuncupatur Hoium[6] sepultus est; cuius vitae meritum et[i] efficax martyrium crebra divinitus declaraverunt miracula. Huic coadiutor et cooperator ab Excelso datus est confessor Christi Domicianus Leodiensis parrochiae[d] episcopus; qui quasi duo candelabra ante Deum lucentia incolas loci meritis protegunt, orationibus defendunt, pro peccatis interveniunt. Quod manifeste in uno patuit cunctis videntibus. In suis enim feretris de maiori beatae Mariae aecclesia, ubi[k] pausabant, delati sunt ad capellam[l] sanctae Mamminae, eo[m] quod loci fideles ob nimiam vetustatem volebant illam diruere et reedificare[7]. Dum autem, completo opere, illuc referrentur, nimia populi conveniente turba, sub die claro duae apparuerunt[n] stellae, radio sui fulgoris quasi utrumque persequentes feretrum, et qualem vel quantam haberent claritatem in caelis, hominibus ad fidem et exemplum ostendebant in terris. Sed iam ad effectum ceptae intentionis veniamus.

INCIPIT VITA ET[o] PASSIO SANCTI MEINGOLDI MARTYRIS*.

1.[p] Igitur[q] martyr Dei[r] Meingoldus de nobili prosapia Francorum et Anglorum originem duxit; cuius nobilitati insigniorem adauxit titulum dignus penitentiae fructus in vitam perhennem. Mater eius fuit soror regis Arnulfi[8], qui in imperatorem[s] benedictus a Formoso papa, regni et imperii statum consilio sapienti ordinavit et strenue rexit. (896.) Cuius probitatem Hugo rex Anglorum[9] certa relatione percipiens, per honestos legatos et sapientes internuntios iurata et firmata se illi amicitia coniunxit; et, sicut mos est inter altas adeo personas, invicem et sepius exquisitis muneribus se magnificando visitaverunt. Quia vero rex Arnulfus carebat liberis[10], unicam germanam regi Anglorum Hugoni desponsavit, ut, si divinitus inde[c] daretur proles, utriusque regni facies maiori confidentia et ampliori pace gauderet.

2. Accepta igitur rex Hugo celebriter uxore, genuit[t] filium, qui vocatus est suscepto[u] baptismate Meingoldus; filiam quoque genuit, quae Adheliz[v] est nuncupata. Hanc, patre concedente, accepit in

*) cuius festivitas est 7° Idus Febr. *add. manu s. XIII. in.* 1.

a) *rubra deest* 1. — prolus 2. b) *codices saepius* e *pro* ae *finali habent, quod ubique restitui.* c) *deest* 1. d) *deest* 2. *ed.* e) *forte emendandum* fructiferum. f) Mengold. 1 *semper.* g) de s. r. pen. 2. *ed.* h) Crev. *h. l.* 2. i) *post superscr.* 2. k) tunc *add ed.* l) ecclesiam beatę M. 2. *ed.* m) equod 2. n) apar. 2 *saepius.* o) et p. *des.* 2. p) *numeri cap. des.* 1. 2. q) Insignis 2. *ed.* r) *deest* 2; Christi *ed.* s) q. in||peratorem 2. t) *bis scr.* 2. u) suscepta 1. v) Adhelez 2 *semper.*

1) Cf. 'Archiv' VIII, p. 767. 2) Cf. 'Archiv' VIII, p. 497. Sequuntur in codice pauca Miracula S. Meingoldi, edita Acta SS. Febr. II, p. 106 sq. ex codice S. Martini Ultraiect., ubi Vitae abbreviatae subiuncta erant. 3) Ex hoc sumpta sunt quae de eo traduntur in Notis Aureaevall., SS. XVI, p. 652; cf. SS. XXV, p. 10. 4) Cf. Vita Folquini prol., supra p. 425. 5) Hoyoux rivus qui Mosam fl. influit. 6) Huy ad Mosam. 7) Ignoramus, quo tempore hoc factum sit. In neutra Vita S. Domitiani quidquam de hac re legitur. Cf. Herigeri G. epp. Leod. c. 28, SS. VII, p. 176. 8) Megingaudus comes fuit nepos Odonis regis Franciae occidentalis, non Arnulfi; Regino a. 892, SS. I, p. 604. 9) Nunquam huius nominis rex Anglorum extitit; neque soror Arnulfi ulli regi Anglorum nupsit. 10) Minime; complures habuit liberos.

coniugem Oswaldus rex Nordanimbrorum[a], qui instinctu sponsae suae[b] totum se christianitati addicens, pro cultu fidei[c], pro defensione patriae, inito contra gentiles prelio, martyr occubuit; et sicut testatur hystoria[1], ad sepulcrum eius crebris et frequentibus miraculis se divina ostentavit potentia. Accessit denique ad augmentum bonae instructionis, quod rex Hugo utramque sobolem liberalibus et aecclesiasticis[d] apto tempore tradidit disciplinis, ut per sollertes edocti magistros scirent, quae appetenda, quae suis in locis essent pretermittenda, cum temporis afferret congruentia. Unde regi Oswaldo coniunx[e] Adheliz fuit in salutis et probitatis effectum, et Meingoldus patri suo in promovendis regni[f] negotiis solatium.

3. Evidens[g] autem[h] huius rei assertio imperatori Arnulfo[i] gaudium super suis consanguineis attulit, et inde uberes gratias divinae habens[k] clementiae, utramque sobolem, ne a probitatis incepto desisterent, frequenti monuit legatione. Quia vero, sicut supra[l] dictum est, imperator non habebat liberos, voluit ad tempus delectari, uti, confortari presentia, alloquio nepotis sui Meingoldi, velut mos est inter nobiles suorum probitatem heredum intelligere et experiri. Misit igitur nuncios ad regem Hugonem prudenti legatione instructos et honestis moribus adornatos, ut in utroque et mittentis et suscipientis commendaretur devotionis affectus. Assensit rex Hugo et filium suum Meingoldum, Richardum[m] quoque, de Oswaldo et filia sua Adheliz genitum, imperatori Arnulfo cum apparatu incredibili misit. Uterque vero ignorabat, quid de hoc divina actura esset providentia, quia pater filium tempore apto rediturum putabat, et avunculus illum remissurum disposuerat. Verum altissimus secretioris angelus consilii preordinaverat tanto Leodiensem parrochiam ditare thesauro[n], ut penitentia[o] Meingoldi esset[p] in exemplum et spem veniae, et locus protegeretur pia eius intercessione.

4. De adventu igitur nepotis cum suis primatibus pleno recreatus[q] est gaudio imperator, et sive in mediis sive in summis iuvenis edoctus[r] prudenter respondebat, efficacius ad finem perducebat. In divinis et aecclesiasticis tempore suo se[s] reverenter et timorate[t] habebat, et exercens militiam, per divinam se gratiam cohibebat ab his quibus multi illius hominum generis implicari solent. In elemosiniis faciendis nesciente sinistra se alterum Martinum sub clamide exhibebat[2], in componenda[u] rei militaris industria notam infamiae, typum excutiens iactantiae, Sebastianum cum Mauritio representabat. Verba enim Iohannis baptistae ad milites: *Contenti estote stipendiis vestris, neminem concutiatis, nulli calumpniam feceritis,* (Luc. 3, 14.) doctus a magistro[v], in interiori[w] suo revolvebat, ideoque ex bonis iniciis feliciores demum habuit exitus.

5. Erant autem in palatio imperatoris quidam optimates, qui in dandis consiliis pro tempore pro personis viam regiam tenebant et, ut in re militari strenuitas nobiliter donetur, fructuose iudicabant. Paulatim igitur inter eos cepit sermo haberi, ut in regno Arnulfi Meingoldus ditetur beneficiis, sublimetur honoribus. Haec quidem eorum sententia tali modo effectum habuit.

6. Erat dux Albricus, qui Geilam, sororem suam, comiti Willelmo[x, 3] desponsaverat, denominatis fundis et ceteris quae illam iure paterno contingebant. Dux Albricus ferocis et[y] perfidi erat animi, verum soror totius se imprimebat formae probitatis. Dux immutans animum, fundos recidit[z], plura subtraxit, quaedam abnegavit, quae in desponsatione confirmata fuerant in presentia et testimonio liberorum. Comes autem humili allocutione, modesta petitione per[a] probos mediatores in colloquiis et iusticiis palatinorum frequenter[b] convenit. Dux, licet invitus, intelligens, quod iura legum, scita liberorum partes comitis tuebantur, de sui magnificentia nominis notam proditionis sibi iussit. Diem enim et locum mandat comiti verbis pacificis, ut utrimque res ad finem componatur iudicio et consilio primatum, sed iuratos in necem comitis emittens satellites, ignobiliter et perniciose prevenit pacis colloquium. Veniens enim comes ad locum et diem condictum, a manu emissa interfectus est; cui uxor Geila iam octo annorum genuerat puerum Liethardum[c] nomine.

7. Igitur de timorata et nobili vidua fit sermo in palatio imperatoris, et saniores[d] fideles consilii regi consulunt, ut Geila Meingoldo desponsetur. Imperator autem hoc percipiens, fidelibus suis[e] inde gratias[f] reddit et cum eorum determinatione nepoti suo Meingoldo[g] multa legitime superaddit ad augmentum eorum quae iure legum ex priori sponso possidebat. Sicut igitur lex canonica habet de viduis, transacto anno post obitum comitis Willelmi, celebrantur nuptiae de Geila et Meingoldo[4]. Et haec coniunctio utrique fructuosam in salutem animarum palmam attulit, sed Liethardum et Albricum typo superbiae, peccato ambitionis et invidiae in locum Iudae, sicut se habuit finis, demersit. Meingoldus ergo, fretus iure legum, patrimonium uxoris suae ex comite Willelmo[h] et duce Albrico et dotem ex dono

a) Northanimbr. *h. l.* 1. b) *deest* 2. c) et *add.* 2. *ed.* d) ęcclesiastitibus 2. e) *post corr.* coniuncta 2, *et ita ed.* f) n. r. ad s. 2. *ed.* g) idens, *littera init. deest, sed v miniatori nigro atram. praescriptum* 2. h) igitur 2. *ed.* i) Arnulph. 2 *saepius.* k) agens 2. *ed.* l) d. s. e. 2; d. e. s. *ed.* m) Ricard. *h. l.* 2. n) tes. 2. o) M. p. 2. *ed.* p) e. in *des.* 2; praestaret ex. *ed.* q) g. recr. est 2. *ed.* r) indoctus 1. s) se *h. l. superscr.* 1. t) r. se agebat et hab. 2; r. se hab. *ed.* u) comperienda *ed.* v) magistris 2. *ed.* w) superioribus suis *ed.* x) Guilelmo *h. l.* 2. y) et p. *des* 2. *ed.* z) *deest ed., ubi add.* et alia. a) pro 2. b) eum *add. ed.* c) Lietard. *h. l.* 2. d) seniores fidelis *ed.* e) sui? 2. f) agit ac *add. ed.* g) Meigoldo *h. l.* 2. h) Wilelmo *h. l.* 2.

1) Baedae hist. eccl. Angl. III, 9. haud dubie intelligit, ex qua sumpsit quae de Oswaldo rege contra paganos proeliante occiso scripsit; hoc vero a. 642, non tempore Arnulfi imperatoris factum est. Hunc errorem intelligens Albricus, SS. XXIII, p. 750, scripsit: *Hugo rex Anglorum, originem trahens a sancto et antiquo rege Oswaldo Nordanimbrorum.* 2) Cf. Sulpicii Severi V. S. Martini c. 3. 3) Hic et filius eius Liethardus postea memoratus personae fabulosae sunt. 4) Vere Megingaudus comes uxorem habuit Giselam (Wolfhardi Mirac. S. Waldburgis III, 5, supra p. 549; cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' II, p. 358, n. 35. 516); quo a. 892. occiso, nupsit haec Burchardo comiti.

imperatoris adauctam sollemni sacramento suae subdit ditioni. Ditiores vero et ampliores fundi propter contentionem inter ducem Albricum et comitem Willelmum[a] partim neglecti ex timore, partim destructi erant ex invasione. Ad horum igitur restaurationem cepit misericorditer Meingoldus laborare, ut incolas ad sui sustentationem recolligeret, et sine querela de iustis vivens laboribus, acceptabilis[b] Deo elemosinas redderet. Reparantur igitur omnia, et cum pace agricolarum plenitudo redituum accrescit; et pausantes quiete in suis cubiculis homines, Deo omnipotenti gratias referunt et de incolumitate Meingoldi piis cum operibus interpellant. Interim autem prudenter de omni nota se absolvens Meingoldus, filiastrum Liethar dum quasi pater proprius in omnibus fovet, educat[c], promovet et instruit, et postquam ad liberos evasit annos, de bonis ex parte patris et matris consilio et iudicio proborum pacem cum eo componit.

8. Hinc reaccessit, ut recrudescant mens impia et pertinax furor ducis Albrici, quem nec timorata soror nec unicus nepos nec iura legum ad viam rectitudinis poterant deflectere. Ut autem viribus[d] suis ampliora inserat et fortiora brachia, ducem Balduinum[1], qui corrupto nomine vocatur Bevinus, sibi adiungit, ut manu militari in Meingoldum et bona eius usque ad internitionem insurgant. Venit octava dies dominicae nativitatis, qua in optimo quodam fundo Meingoldi debebat constitutus solvi reditus. Hoc preoccupans Albricus, cum duce Balduino illuc venit et eadem sancta die reditus accepit, fundum combussit, agricolas cum preda captivos abduxit. Ignorans autem hoc Meingoldus et nil infortunii estimans, ad fundum suum secure ibat, cum ecce in reditu illorum clamores audivit captivorum[e], rugitus animalium, voces predam dividentium. Postquam vero rei perpendit evidentiam, iusticia sibi favente, et illos impediente sollemnis diei violatione, cum valida manu in eos impetum fecit, et interfecto duce Balduino cum multis, Albricum, captis pluribus, fugavit, suosque de manibus illorum eripiens, fundo eidem ablata victor restituit. Ex hoc itaque gravis in patria emersit commotio, quia duci Balduino quatuor superstites erant filii, et Albricus nepotem suum Liethardum donis et promissis a Meingoldo descire fecit.

9. Imperator vero Arnulfus super tali eventu consilium habuit cum probis et timoratis regni optimatibus, et Albricum ducisque Balduini quatuor filios per honestos mediatores humili petitione, rerum multarum oblatione convenit. Quanto humilius, quanto devotius poterat, cedens de iure imperatorio, ad pacem reformandam laborabat, ne, si in tali negotio modum per potentiam excederet, dilectio nepotis[f] dici posset nocumentum esse imperii. Albricus cum quatuor filiis ducis Balduini et[g] cum Liethardo, nepote suo, quem Meingoldo abripuerat, honeste ab illo educatum, cum iudice Ingelfrido minas, assultus, insidias, invasiones fundorum in Meingoldum exaggerant. Verum Meingoldus cum nepote suo Richardo et[g] cum strenuis militibus non suas emittit vires, muniensque presidia, patitur, dissimulat et de interfectione nobilium quod iura legum habent eoque[h] amplius per comites palatinos offert humiliter. Rex igitur Arnulfus, premissa sepius humilitate, optimatum assensu ad imperialem se contulit sententiam et ad sedem suam Mettis[i] Meingoldum et adversarios eius convocans, generale habuit placitum. Primo denique puncto tractatur de interfectionis reconciliatione, et de tali negotio supra ius et legem ex parte Meingoldi offertur adversariis; sed illi obdurata mente in suam demum necem persistentes, ea quae sunt pacis non admittunt. Tandem per imperatoris ammonitionem palatinis[k] in unam convenientibus sententiam, diem et locum regi collaudant Albricus eiusque complices super hac causa, quatinus infra sit utrimque securitas.

10. De curia ergo imperatoris recedunt ad sua Meingoldus et Albricus, in uno itinere non eadem gradientes intentione, quoniam plenis visceribus reconciliationi hostium Meingoldus desudat, et Albricus cum suis ad necem Meingoldi sitienti animo inhiant[l]. Repetit denique adhuc humilis verba petitionis Meingoldus et tanquam fortis leo confidens purae conscientiae, Albrico filiisque ducis Balduini offert se in domo eius ad iudicium vel concordiam. Mox iudex[m] Ingelfridus semotim alloquens Albricum, ut solum annuat iudicium die et loco, consulit, eo quod legisperitus per interceptionem responsionis capere et abiudicare volebat[n] Meingoldum. Nominato igitur[o] die ad domum Albrici, cum quo erant filii ducis Balduini et iudex Ingelfridus, venit Meingoldus cum nepote suo Richardo, et in curtis planitię equos armigeris relinquentes, cum gladiis palatium ingrediuntur, quo nobilium procerum sedebat in circuitu multitudo. Quidam assurgunt Meingoldo eiusque nepoti Richardo dilectione imperatoris et honore liberae inter liberos probitatis, et plures in cordibus suis bonos Meingoldo optant exitus, multi, ut non evadat, nutibus et mutuis verbis se confirmant.

11. Dux Albricus mortem ducis Balduini proponit Meingoldo; ille prout contigerat sapienter respondens[p], ad pedes filiorum ibi sedentium cecidit, harscariam[q], hominium, emolumentum ad placitum illorum obtulit[r]. Verum iudex Ingelfridus, unus ex his qui, sedentes in porta, advenae, pupillo et[s] viduae non iuste iudicant, totum se hostili addicit vindictae[t], et improperans Meingoldum esse transmarinum et advenam, decernit[u], ut ex hoc capitalem subeat sententiam. Ille vero, ex nobili natura collectis animi viribus, iudicium Ingelfridi oblato duello dedicit, et Ingelfridus ex presumptione legum animam suam iam[v] in manibus portans, fuste illum in caput percussit, ea premeditatione, ut filii ducis Balduini cum aliis uno impetu in eum irruant. Sed, quoniam non unus omnium erat animus, multi ad rem mitigandam se intermiscent, cum ecce nepos Meingoldi[w] Richardus valide concurrens, caput Ingelfridi gladio amputat[x].

cf. Deuter. 27, 19.

a) Guillelmum *h. l.* 2. b) acceptas 1. c) educit 2. d) ampl v. s. 2. *ed.* e) captorum 2. *ed.* f) sui *add. ed.* g) *deest* 2. h) eo quod 1. i) Metis 1. k) pa||palatinis 2. l) inhiat 1. *ed.* m) inde 2. *ed.* n) volebant 1; valebat *ed.* o) autem 2. *ed.* p) ostendens *ed.* q) harschariam 2. — hominum 1. *ed.* r) *deest* 1. s) peregrino ac *add. ed.* t) vindicem 1. u) decrevit 1. v) in m. iam 2. *ed.* w) *deest* 2; R. n. M. *ed.* x) amputavit 1

1) Extitit tempore Arnulfi Balduinus II. Calvus comes Flandriae, qui a. 918. sua morte obiit.

12. In tali ergo negotio cunctis ad rem huiusmodi discurrentibus et impeditis, Meingoldus et Richardus aula se abripiunt, et equos viriliter ascendentes, veloci[a] et prospero reditu ad tutum se locum conferunt. Eius denique uxor Geila nobilis et timorata, ne ad domum fratris sui ducis Albrici iret, Meingoldo dissuadendo consuluerat, sciens eius[b] ferocitatem et perfidiam, sepiusque inculcabat ei, si esset locus, ita secundum[c] sicut primum maritum interficeret. Quapropter infra illud iter divinam clementiam piis operibus de prospero eius reditu interpellavit, et misericorditer exaudita, illum a morte ereptum recepit.

13. Dux igitur Albricus super morte Ingelfridi iudicis, perversoris et fautoris sui, supra modum perturbatus, colligit iras[d], vires congregat multosque cum filiis Balduini ducis[e] sibi donis et beneficiis alligat. Negligens autem, sibi[f] dominante furore, fidelitatem imperatoris, parvipendens respectum de filio eius sororis, in germanam quoque suam non habens viscera pietatis, Spinetum castrum, munitissimum natura et victualibus refertum, obsidet, ubi Meingoldus cum uxore Geila et nepote Richardo, cum probis quoque[g] militibus se ad defendendum paraverat. Longa vero concertatio fit in longa obsidione, et sepius multi sunt intus corporali presentia, qui optatis votis extra sunt per devotionem animorum. Quod experto revolvens dux Albricus, calliditate militari plures deintus sibi abstrahit, ut, minuens[h] vires Meingoldi, ad deditionem eum compellat.

14. Nobilis igitur Geila, redolens tota pietatis odoribus, mandat Liethardo, ut loquatur sibi sicut filius matri, sperans per eum[i] emollire fratris sui Albrici animum erga Meingoldum. Exit pedes mater, filius est ei obviam sedens super equum; et dum lacrimis et gemitibus iure materni affectus filium interpellat, ille indignatur, amovensque[k] oculos, nec equum descendit nec responsionem condignam matri facit. Ex abundantia denique doloris mater obsecrando, filium adiurando, verba multiplicat, cum ecce Sathanas in cor Liethardi misit, ut matrem percuteret. Sedens ergo super equum matrem stantem pede in pectus percussit et supinam in terram proiecit[1]. Verum inimici[l] etiam hoc ferunt moleste et veraciter dicunt Liethardo, quod tale[m] non[n] debeat ei in prosperum cedere. Meingoldus denique cum Richardo stantes ad menia hoc[o] spectando ingemiscunt, et prestolantes nobilis Geilae reditum, super tali actu divinam ultionem expetunt. Geila percussa quo potuit modo intus rediit, et desperans super misericordia fratris et filii, ad divina se confert subsidia per orationes et pia opera.

15. Divina igitur potentia Richardi animum corroborante, armis acceptis, more militari equum ascendit, et confidenter exiens, Liethardum ad duellum provocat. Ille ignorans iusti Iudicis in se ultionem, pace utrimque habita, congreditur, et Richardus uno ictu transfigens eum ad vivum, in terram deiecit, pedem, quo matrem percusserat, gladio abscidit, eumque ferro hastae perforatum portans in patulo, sine omni lesione ad castrum rediit. Etenim tremor Altissimi animos totius exercitus Albrici corripiens debilitaverat, ut infra divinam ultionem nil adversi pateretur Richardus. Pes autem Liethardi, quo matrem percusserat, ad introitum eminentioris ianuae cunctis videntibus suspensus est, ut superba presumptio et iactantia confundantur[p], et matres ex precepto Dei in omnibus filii revereantur. Nichanor[2] cum valido exercitu Ierusalem veniens, manum[q] dexteram[r] in templum Domini extendit, iurans, se illud funditus cum civitate destructurum, si regis Demetrii[s] se non subderent ditioni. Quem cum prelio inito Iudas per divinum auxilium vicisset, dexteram manum, quam superbe in templum Domini extenderat, cum humero abscidit, et suspendens ante ianuam templi, hostibus ad terrorem et fugam fuit. Etenim[t] ipse qui ante per Moysen dixerat: *Honora patrem*[u] *et matrem tuam, ut sis longevus super terram*, pendens in cruce, ad matrum reverentiam de propria carnali matre ad discipulum ait: *Ecce mater tua*. Et ex hoc accepit eam discipulus in sua stipendia.

Deuter 5,16. Ioh 19,27.

16. Imperator denique Arnulfus iam nuncios nepotis sui sepius habuerat, sed nunc expressiori legatione percipiens rem esse in arto, collecto imperiali exercitu, illuc tendit; et premittens nuncios, monet ducem Albricum per sollemne sacramentum, ut ab obsidione recedat. Ille cum suis renuit, quoniam in corde eius pertinacia furoris principalem possidens sedem, iam in manibus ei[v] necem preparabat[w]. Imperator ab Altissimo habens auxilium, exercitum invadit filiosque ducis Balduini et primores Albrici consiliarios absque sui infortunio perimit. Iubet autem imperator, ut Albricus capiatur, temptans adhuc, si redeunte animo aliquid bonae pacis erga Meingoldum vellet habere. Captus est ergo et custodiae ipsius sororis Geilae traditus, quatinus altera die de reconciliatione tractetur[x]. Divina igitur ultione suum operante iudicium, homines adhuc incogniti noctu Albricum accipiunt[y], sorore penitus ignorante[z], nescientibus et aliis, et immenso ad collum lapide suspenso, in amplum et profundum vivarium sub pede castri demergunt[3]. Mane facto, mandat imperator, ut Albricus adducatur; et Geila ad custodiam veniens et non reperiens, heret stupefacta. Singulas evertit domos, obstrusa exquirit loca, quosque adiurat;

a) *deest* 2; v. et *des. ed.* b) enim *ed.* c) illum *ed.* d) vires iras 1. e) *deest ed.;* d. B. 2. f) d. s. 2. *ed.* g) *ead. manu superscr.* 2. h) v. M. m. 2. *ed.* i) illum 2. *ed.* k) ammov. 2. l) et. in. 2. *ed.* m) factum *add. ed.* n) ei non d. 2. *ed.* o) haec 2. *ed.* p) confundatur 1. q) manuum 2. r) dextram 1. s) Antiochi 2; Antiocheni *ed.* t) Et idem 2. *ed.* u) tuum *add. ed.* v) n. ei 2. *ed.* w) parabat 2. *ed.* x) tractaretur 1. y) *deest ed.;* acc. n. A. 2. z) *erasum* 1.

1) Cf. Dümmler, De Arnulfo p. 203. 2) Cf. 2. Mach. 14, 31—15, 33. 3) Regino a. 896, p. 607: *Albericus comes, qui Megingaudum occiderat, a Stephano, fratre Walonis, interficitur;* cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 516.

sed quid de Albrico evenerit, nil certi habet. Intimatur[a] hoc imperatori, et super hoc valde commotus, iubet omnes exire de castro et ante se venire. Meingoldus pro se et pro[b] coniuge sua spontaneam obtulit super Albrico purgationem, et prout exercitus imperatoris[c] iudicavit, absque suo in oculis Dei periculo deduxit. Quosdam imperator sortibus, alios sacramentis examinat[d]; istis vitae amissionem, illis membrorum truncationem intentat; sed de Albrico nichil veri apud eos reperitur.

17. Ad magnificandam igitur divinae ultionis tremendam potentiam finis Albrici tali modo detectus est. Circumspiciens imperator vivarium, animum induxit, ut ad piscandum mitteret; et convocatis piscatoribus, preparantur naves et retia. Intrant piscatores vivarium, et imperator rei futurae ignarus sedet super ripam, et optimates circa deambulando super captione piscium delectantur et expectant. Ad frequentes et singulas retium immissiones multitudo piscium trahitur, qui quasi spontanee intrantes retia, innuebant, exosum[e] sibi esse vivarium corpore Albrici ibi iacente. Ad ultimum unus[f] tantum precipitur[g] tractus[1], et pro sui mercede laboris piscatores promptiori animo extremam parant imponere manum[1]. Longis ergo inter[h] se spaciis circueuntes[i], offendunt in lapidem et corpus Albrici; et dum illaqueata ibi tenentur retia, clamant sibi deferri auxilium, putantes alicuius magnitudinis piscem ibi[k] esse. Tandem pluribus amminiculis cum multo labore extrahitur lapis cum Albrico[l]; et tota illa iocunditas super captione piscium versa in stuporem, concitat omnes ad admirandum Dei omnipotentis iudicium.

18. Iubet autem[m] imperator secus compita[n] Albricum sepeliri, qui de tot et tam apertis criminalibus non habens agnitionem, nullam Deo[b] suo redemptori exhibuit satisfactionem. Finis ergo tam perniciosus Ingelfridi, Liethardi et Albrici ipsis etiam raptoribus terrorem incutit, et Meingoldum, Geilam et Richardum reverenter et[o] fructuose[p] serviunt. Meingoldus, sedata divinitus diuturna calamitate, fundos reparat, cultores revocat, edificia restruit, viduas et orphanos ad suorum loca patrimoniorum recolligit, ut in suo regimine quisque[q] aquam et panem proprium secure et pacifice comedat. Sed iam vexillum triumphi et passionem Meingoldi erigamus.

19. Pace igitur reformata, Richardus ab imperatore et Meingoldo liberaliter donatus, ad patrem Oswaldum regem Nordanimbrorum[r] magnifice rediit; et non multo post absque regni et imperii herede Arnulfus obiit[2]. Meingoldus et Geila, Spiritu sancto corda illorum accendente, de salute animarum in cubiculis exemplo Ceciliae et Valeriani[3], in sacris quoque locis invicem incipiunt tractare, et virorum Dei consilia secreto inde capientes, de contemptu mundi, de modis penitentiae, de criminalium satisfactione Scripturas sibi exponi faciunt. Esurientibus, sitientibus[s], nudis, infirmis, in carceribus positis sollerti assiduitate subveniunt, eo quod didicerant, quia ex his quinque operibus misericordiae ibunt ex ore Filii hominis fideles in vitam eternam. Tandem proximioribus relinquentes fundos et secularia, uno assensu Geila velum sacrum sibi imponit, et Meingoldus militiae abrenuntians, arma deponit, et de criminalibus ac homicidiis, quibus obnoxius erat, suscipiens[k] a sacerdote quod lex canonica[t] habet, cinere aspersus, cilicio indutus, nudis pedibus in regiones longinquas abscedit. Septem igitur annos ab ingressu aecclesiarum se abstinens, sine querela, sine omni nota, sacra circuiens[u] loca, sibi in salutem, aliis quoque[b] peccatoribus ad exemplum fuit; et corde contrito, spiritu contribulato sacrificium Deo acceptabile de suis visceribus obtulit. Octavo igitur anno sentiens se viribus corporis destitutum pre fatigatione itinerum, cepit secum volvere ac meditari, ut aliquem aptum quietis locum sibi eligeret, ubi secum habitans per pia opera Deo redemptori suo animam redderet. Mariam, sororem Moysi, quae illi detraxerat, operuit candens lepra quasi nix, et ex verbo Domini septem diebus separata est et exclusa extra castra et octava die revocata[4]. Sicut igitur oratio Moysi ad Dominum pro sorore sananda et precepto Domini exclusio illius septem diebus extra castra, ut octava die revocaretur Maria, optinuerunt, ita et[b] septennis penitentia, quae ex illis diebus septem in aecclesia assumpta est, ut octavo anno quiesceret Meingoldus, effecit. Septem namque[v] dies vitae presentis designant[w] laborem, octava vero[b] dies eternam quietem.

Matth. 25,35. 36.

20. Rediit ergo Meingoldo in memoriam oratorium in honore Tymothei[x] et Simphoriani[y] iuxta palatium, quod erat in planitie inter duos montes, ubi Hoium Mosam influit; et locus ille olim[z] ab imperatore Arnulfo sibi datus suae fuit proprietatis cum multis appendiciis[a] in circuitu. Conceptam vero eius intentionem divina certificavit misericordia, quia in somnis vox facta est ad eum in haec verba: 'Vade ad locum, quem intendis, ubi in remissionem[b] peccatorum habiturus es sepulchrum'. De longinquis igitur exiens finibus, notas olim sibi partes cepit revisere, et confectus inedia et macie a nemine fuisset agnitus, nisi se[c] nominasset. A timorato[d] igitur utroque[e] sexu in singulis locis benigne hospitio susceptus, benignius per omnia tractatur, et de fide christiana eiusque operibus, de fructibus penitentiae, de vita eterna, de penis inferni hospites et advenas[f] instruebat ex Sanctis Scripturis; fama quippe de reditu eius circumquaque divulgatur.

21. Diabolus ergo eius bonitati et aliorum saluti invidens, quibusdam Ingelfridi consanguineis, quem Richardus, nepos Meingoldi, capite truncaverat, male intus[g] inspirans, mortem viri Dei consiliatur.

a) Intimator 2. b) *deest* 2. *ed.* c) *deest ed., ubi add.* dictavit ac. d) examinavit 2. e) *post corr.* exoso s. e. vivario 2. f) vires 1. g) recipitur 1. h) intra 2. i) circumeuntes 2. k) *deest* 1. l) Albrici corpore *ed.* m) igitur 2. *ed.* n) composita 2. *ed.* o) ac 2. *ed.* p) *sic* 1. 2; metuunt et ipsis *add. ed.* q) quisquam 1 r) Nordanymbr. *h. l.* 2. s) scitientibus, ti *e corr.* 2. t) canica 2. u) circumiens 2. v) quippe *ed.* w) designans 2. x Tim. 2. y) Sinph. 2. z) ab i. A. s. olim 2. *ed.* a) appendciis 2. b) remissione 2. *ed.* c) *deest* 2; n. nominatus *ed.* d) timoratis 2. *ed.* e) *ita* 1. 2; utriusque sexus *ed.* f) advenientes 2. *ed.* g) *ita* 1; vitiis 2, male meritus *ed.*

1) Nota partes hexametri. 2) Ludowicus filius ei successit. 3) Cf. Vit. S. Caeciliae, Surius, SS. hist. VI, p. 505 sq. 4) Cf. Num. 12.

Positis vero insidiis, quo tenderet, qua via iturus[a] esset vir Dei[b], perscrutantur; et intelligentes a transeuntibus, animum eius esse, ut ad supradictum oratorium iret, iuxta locum qui vocatur Greverias se in latibulis silvarum abscondunt. Huc autem vir Dei perveniens, terrae prostratus, paululum membra recreat, et nunc psalmodiae et orationi insistit, nunc sui socios itineris de verbo vitae instruit. Prodit denique pestifer ille cuneus armata manu, virque Dei rem preoccupans, pio illos salutat affectu, illosque ad recreandum invitans, de rapinis, de cedibus paterne ammonet, salubriter corrigit. Revelante autem Spiritu sancto, intelligit, propter sui[c] necem illos advenisse, statimque in modum crucis se extendens, in manus Dei commendat spiritum suum. Illi vero quod conceperant perficientes, diversis plagis virum Dei perimunt[1]; sed[b] per gratiam Altissimi corpus integrum[d] remansit. Plures denique clerici et timorati viri, quondam eius amici et familiares, audito eius reditu, affectuose ad eum venerant; eis, quo vellet ire, ubi quiescere, intimaverat, ideoque illuc usque eum[e] persequebantur. Fuerunt autem quidam in illo comitatu, qui boni apud Deum meriti, audierunt voces angelorum in altissimis canentium: 'Te martyrum candidatus laudat[f] exercitus'.

22. Accipientes igitur corpus viri Dei, ad locum predestinatum deferunt, et ponentes in oratorio[2], aliquot diebus differunt sepelire, quia nobiles viri circummanentes, olim sub ditione eius fructuose degentes, se illuc venturos mandaverant. Adveniunt igitur cum multa[g] plebe, et ab altis personis honorifice traditur sepulturae; ubi etiam quosdam de fundis et reditibus suis affectant[h] ad celebrandum pro reverentia martyris divinum officium. Crescente autem numero ibi servientium, crevit census a fidelibus Christi, permanens usque ad[i] impetum Northmannorum[k], qui tempore episcopi Franconis[3] cum innumerabili exercitu exterarum nationum irruentes, locum illum et totius Leodiensis parrochiae aecclesias, edificia, palatia destruendo combusserant[l]; et in locis natura munitis corpora sanctorum et reliquiae cum thesauris vix conservata sunt. Redeunte autem divinitus[m] tranquillitate, aecclesia beatae Mariae quoquo modo reparata est, illucque allatus martyr Meingoldus, confessori Domiciano coniunctus est; et fundis utriusque patroni in unum attitulatis, debita ibi servientes ceperunt habere stipendia.

23.[n] Gaudet igitur in celis Domicianus super cura pastorali salubriter administrata, letatur Meingoldus super puplica penitentia de criminalibus et ceteris fructuose peracta. Verba domini Ihesu: (cf. Luc. 14, 26) *Qui me erubuerit coram hominibus, et ego erubescam eum coram Patre meo*, et item: (Luc. 15, 10) *Gaudium erit angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente*, efficaciter in Meingoldo operata sunt, quia ex recordatione peccatorum se intus per compunctionem[o] mactavit, et in conspectu hominum se ipsum despiciens, per cotidianam crucem Domini ad visibile martyrium pervenit. Domicianus illud apostoli fixum tenens: (1. Cor. 9, 27) *Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar*, de se et de grege sibi commisso sollicitus fuit et tribulationes, quas[p] sepius passus est ob incredulitatem et rebellionem subditorum, quasi martyrium[q] desursum habuit. Meingoldus milites, si in re militari pernimios excessus deliquerint, quo se conferre debeant, ostendit: Domicianus pontificibus intimat, ut in celis coronam et in presenti ab hominibus optineant reverentiam. Decertavit miles Meingoldus contra adversarios, iusticia ex Scripturis sibi favente: pugnavit pro fide christiana pontifex Domicianus contra hereticos, Aurelianensi concilio[r] attestante[4]. Amplectantur igitur conversi peccatores in Meingoldo penitentiam, imitentur in Domiciano presules vitae pastoralis normam. Maria peccatrix presentem in carne Dominum lacrimis rigavit, capillis extersit, ungento unxit. Meingoldus illud ipsius Domini ad Thomam: (Ioh. 20, 29) *Beati qui non viderunt et crediderunt* per fidem interiori[s] revolvens cordis contritione, carnis maceratione, ut dimitterentur peccata, Deum propicium sibi fecit. Maria verbis Domini[t] freta: (Luc. 7, 47) *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, post ascensionem eius de terra et cognatione sua exiit, et cum Maximino, uno ex septuaginta duobus discipulis, exulans et ad Aquensem Burgundiae civitatem veniens, in sui custodia cum beato fine quievit[5]. Meingoldus, omnibus relictis, accepta septenni penitentia, longinquos fines et incognitos pectus percutiendo circuivit. Et eadem divina potentia, quae Mariae dixit: *Dimittuntur tibi peccata tua*, Meingoldo apparens dixit: 'Vade ad locum, quem intendis, ubi in remissione peccatorum habiturus es sepulchrum'. Labor exilii in Maria et Meingoldo collata remissionis dona custodivit, et si quid purgationis restabat in oculis Dei, superadditum martyrium in Meingoldo delevit. Certam et veram penitentiam faciunt[u] odium peccati et amor Dei, quando intus[v] amarescit homini, quod cum prava delectatione deliquit; et spina, id est peccatorum recordatione, confixus, convertitur gratia Dei ad suae[w]

a) q. viaturus 1. b) *deest* 1. c) suam 2. *ed.* d) r. i. 2. *ed.* e) prosecuti *add.* 1. f) rex *add.* 2. g) magna 2. *ed.* h) *ita* 2; affectant 1; applicant *ed.* i) *deest* 2. k) Norm. 1. l) combusserunt 2. *ed.* m) diuitus 2. n) *non novum caput hic incipit* 1. o) mandavit et *add. ed.* p) saepe imo *add. ed.* q) in mart. 2. r) concilii astante 1; c. atest. 2. s) in int. 1. t) fr. D. 2. *ed.* u) diligens *add. ed.* v) videlicet arescit hom. et amarescit *ed.* w) sui 2.

1) Regino a. 892, p. 604 sq.: 5. *Kal. Sept. Megingaudus comes . . . . . dolo interfectus est ab Alberico et sociis eius in monasterio Sancti Xysti quod vocatur Rotila*; cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' II, p. 357 sq. 2) SS. Timothei et Symphoriani Hoiense; cf. supra c. 20; Mirac. S. Mengoldi, Acta SS. Febr. II, p. 196: *Teodericus civis Hoiensis filium habuit Firmatum, qui febre correptus ad extrema pervenit. Venientes autem parentes eius impetraverunt, ut sepeliretur in basilica sanctorum martyrum Timothei et Symphoriani. Ad declarandum ergo viri Dei meritum contigit, ut ignoranter foderent in loco ubi primum sepultus fuerat beatus Mengoldus.* Sed Megingaudus comes sepultus est in monasterio Sancti Maximini (Regino l. l.), non Hoii, ut hic indicatur. 3) A. 854—901. Cf. Anselmi G. episc. Leod. c. 19, SS. VII, p. 199. 4) Cf. Herigeri G. episc. Leod. c. 28, SS. VII, p. 176; Vita Domitiani prior § 4, Acta SS. Maii II, p. 198, ubi de haereticorum impugnatione falso narratur, quae Herierus non habet. 5) Cf. Acta eius ap. Mombritium t. II (Iul. 22).

agnitionem erumnae. Nemo super enormitate scelerum suorum desperet, quia seram quoque penitentiam Christus in latrone dedicavit. Habemus[a] igitur in Domiciano et Meingoldo duplicis coronam martyrii, quam in duobus fratribus Iohanne et Iacobo dominus Ihesus presens in carne dedicavit, cum enim dixerit: *Calicem meum bibetis,* loquens de sua in patibulo crucis passione. [Matth. 20,23.] Habent Actus apostolorum, Iacobum ab Herode occisum esse gladio. [Act. 12,2] Legitur autem in veraci hystoria, quod Iohannes tumulum sibi effodit[b] et in eo quasi dormiens in pace quievit[1]. Crux igitur ex verbo Domini cotidie tollenda propositum est omnis fidelis christiani, cui interioris patibulum crucis Paulus depingens ait: *Mortificate membra vestra, quae sunt super terram, iram, invidiam, avariciam, fornicationem, immundiciam, contentionem, turpem sermonem* et cetera. [Col. 3,5.8] Sine hoc martyrio nemo regnum Dei possidere potest, quod dominus Ihesus nomine crucis[c] designavit, et Paulus de tertio caelo verborum expressione confirmavit. [2. Cor. 12,2] De visibili autem martyrio dominus Ihesus, ne fideles sui persecutione infidelium desperarent, premonuit[d], dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* [Matth. 10,28] Hoc non est commune et idem omnibus christianis, sed tantum quibus ab Altissimo preordinatum est. Verum alterum tota divini nominis invocatione, tota propriae voluptatis abnegatione per[e] mortificationem vitiorum appetendum est in possessionem vitae perhennis. Omni autem christiano illud domini Ihesu in salutem suam exequendum est: *Cum oras, intra in cubiculum tuum et, clauso ostio, ora Patrem tuum.* [Matth. 6,6] Cum igitur hoc profundiori accipiatur intellectu, salutiferum est his qui, aliquo prepediente obstaculo, exilia vel gravia per diversas regiones non possunt [ferre[f]] itinera, sed in fide christiana simpliciter viventes, suas Domino[g] animas suis in locis reddunt. Sapientia enim: *Fili,* inquit, *miserere animae tuae, placens Deo.* [Eccli. 30,24] Nam cum una sit fides, diversa sunt Spiritus[h] sancti dona, quoniam alius quidem sic, alius autem sic, et stella differt a stella[i] claritate, et in domo Dei mansiones multae sunt, et erit Deus omnia in omnibus. [cf. 1 Cor. 7,7. 1. Cor. 15,41. Ioh. 14,2] Habent ergo Hoienses, beata preeunte Maria, duos patronos[e], quorum presentia erit eis in dampnationem, si eos non imitentur per bonae vitae executionem. Laborent igitur divina aspirante gratia, ut eorum meritis locus protegatur, et illorum intercessione ipsi in vita eterna glorientur[k].

a) Habemus — dedicavit *des. 2. ed.; hic novum cap. inc.* 1. b) effoderit 1. c) *deest* 2. *ed* d) permon. 2; innotuit *ed.* e) *deest* 1. f) *ita ed.; deest* 1. 2. g) Deo 2. *ed.* h) sancti Sp. 1. i) in *add.* 1. k) Explicit vita et passio sancti Mengoldi m[artiris] *add. manu s. XIII. ex.* 1; *in cod.* 2 *sequuntur pauca miracula nullius momenti, Acta SS. Febr. II, p.* 196 *sq. ex codice S. Martini Ultraiect. edita.*

1) Cf. Vit. S. Iohannis euang., Surius, Sanctorum historiae VI, p. 1017.

EX MIRACULIS ET TRANSLATIONE S. BERTAE.

ED. L. DE HEINEMANN.

S. Berta, uxor, sicut fabulantur, Sigifridi regis et filia Rigoberti comitis palatii, post mortem mariti monasterium Blangiacense[1] *fundasse perhibetur, in quo ipsa cum quatuor filiis Gertrude, Deotila, Gesta et Gesa sacrum velamen suscepisse et a.* 725. *obiisse dicitur. Cuius Vitae*[2] *prorsus fabulosae auctor quidam saec. X.*[3] *miracula nonnulla saec. IX. auxilio S. Bertae perpetrata eiusdemque translationem circa a.* 895. *ad monasterium Erstein in Alsatia factam subiunxit. Huic narrationi tres continuationes additae sunt, quarum primus saec. XI. auctor, quomodo sanctum corpus a monasterio Erstein rursus ad pristinam sedem Blangiacensem delatum sit, exposuit, alter saec. XII. et tertius saec. XIII. scriptores pauca miracula illo tempore facta memoriae mandaverunt. Ex quibus sola ad historiam translationum pertinentia excerpentes, codice nos esse destitutos dolemus.*

Quare editionem Mabillonii, Acta III, 1, *p.* 454 *sq, repetimus, adnotatis quibusdam ex editione Bollandistarum, qui codicibus Blangiacensis monasterii usi sunt, Acta SS. Iul. II, p.* 54 *sq.; hanc recudi fecit Ghesquierus, Acta SS. Belgiae VI, p.* 571—585. *L. de H.*

1. Temporibus Karoli imperatoris, fratris Lotharii et Ludovici regum, accidit, ut quidam homo nobilis in Gallia, nomine Salomon, de villa nominata Dusgemella, diabolica instigante fraude, cum suo proprio fratre ob suam rixaret hereditatem illumque gladio occideret. Quod ut ita peractum est, divina miseratione corde compunctus, maximam, ut dignus erat, poenitentiam de perpetrata culpa agere coepit, et veniens ad episcopum in cuius erat diocesi, veniam ab eo postulavit pro suo maximo scelere, ac multis profusis lacrimis, illius clementiam rogavit, se eodem adstringi ferro, quo germanum interfecit. Tunc episcopus, qui vocabatur Bonifacius, eius adsensum praebens voluntati, eodem ipse ut petebat ferro illius brachia ventremque constrinxit, dignisque poenitentiae laboribus impositis, illum a se permisit abire. Tunc praefatus Salomon, accepta poenitentia, multa loca sanctorum pro sui peccati absolutione visitans, novem vicibus limina sancti Petri adiit. Cum autem nona vice ibidem veniret, et iam Dominus voluisset illius repropitiari delictis, ante ianuam sancti Petri in dominica die post matutini laudem iacens, antequam clare dilucesceret, ei sanctus Petrus in somnis apparuit, ita paratus quasi ad missam debuisset progredi, illique pronuntians, quod Dominus suae orationis et poenitentiae suscepisset lacrimas, ac sua peccata illi essent dimissa, et eum festinanter ire iussit in Galliam ad monasterium sanctae Bertae piissimae abbatissae situm in pago Taruanorum[a], quod Blangiacum nuncupatur[1], et ibi esse a suis vinculis per merita eius absolvendum. Tunc ille expergefactus certaque visione indubius, Deo magnificas referens grates, statim ferrum quo sinistrum constringebatur brachium in terram corruit. Ille autem monasterii

a) Tarw. *Mab.*

1) Blangy-sur-Ternoise (dép. Pas-de-Calais, arr. St. Pol). 2) Excerpta v. ap. Mabillon, Acta III, 1, p. 452 sq. 3) Auctorem saec. X. scripsisse, cum ex translationis ipsius narratione, tum ex eo elucet, quod auctor Miraculorum S. Wulframmi ep. Senon., Mabillon, Acta III, 1, p. 368, qui saec. XI. in. scripsit, *libellum de virtutibus sanctae Bertae* citat, in quo *continetur, quomodo curatus sit quidam longo tempore mutus per merita sanctorum Wandregisili atque Ansberti cum apud Blanziacum, ubi eadem sancta Berta requiescit, exularent eadem tempestate* etc. Quae respiciunt miraculum c. 2. enarratum.

iam dicti et beatae Bertae ignarus, sibi nomen loci et nomen pagi ac piissimae abbatissae describere poscit magnaque agilitate ad eundem tendere coepit locum. Cumque ad limina eiusdem monasterii veniam petiturus devenisset, quidam venerabilis episcopus nomine Lantogisus[1] missam ibidem in dominicae diei festivitate celebrabat. Postquam autem diaconus sancti euangelii initium incepit, praefatus Salomon manum ad se signandum elevavit, statimque ferrum quod in dextro erat brachio celerrimo volatu quasi sagitta usque ad sanctae Bertae sepulcrum prosilivit. Tunc omnes qui intra ecclesiam stabant de sonitu ipsius ferri mirari coeperunt, quia idem vir cunctis incognitus stabat. Lecto autem euangelio, episcopus ordinem ipsius miraculi sollicite inquisivit. Peracto denique sancto mysterio, ut erat paratus ad missam, basilica progrediens, invenit hominem a cunctis ferri vinculis absolutum, causamque illius inquirens, manu eius apprehensa, in ecclesiam introduxit, et ipsi omnes qui aderant clerici et sanctimoniales: *Te Deum laudamus* canebant.

2. Eodem quoque tempore Nortmannica gente Galliam vastante, multisque sanctorum locis in desolationem cadentibus, contigit, quosdam monachos[2] propter eosdem paganos de suo fugere monasterio ac sanctum Ansbertum et sanctum Wandregisilum transportare. Venientes igitur ad monasterium sanctae Bertae piissimae abbatissae, ubi veneranda Hersendis praeesse abbatissa videbatur, cum omni caritatis humanitate ab ea suscepti sunt, ibique viginti annis hospitabantur. Interea in uno anno ad festivitatem beatissimae Bertae accidit, multos ibidem infirmos, caecos, debiles, claudos, daemoniacos convenire ibique salutis gratiam per merita beatae Bertae adipisci. . . . . . .

3. Tunc postea, Nortmannis undique Galliam irruentibus ac plurima destruentibus undique monasteria et cunctam regionem vastantibus, contigit ante sex annos quam[a] praefatum monasterium beatissimae Bertae ad devastandum ipsi venirent incendioque traderent, ut saepius ipsa multis tam clericis quam etiam sanctimonialibus atque aliis religiosis laicis viris in somnis appareret et eis aliquibus certis admonitionibus intimaret, quod inde debuisset ipsa transportari et in possessionem venerandae Deoque devotissimae abbatissae Rotrudis[3] devenire; quod eventus rei postea ita fieri comprobavit. Tunc deinde praenotati pagani ad eundem usque locum pervenientes et cunctas monasterii facultates diripientes, novissime ipsum omne monasterium, ut praenotavimus, igni combusserunt[4]. At vix illae sanctimoniales cum clericis et servitoribus, qui ibidem remanserant, rapientes ipsam beatissimam Bertam duasque filias eius, hoc est sanctam Geretrudem[b] et Deotilam, magno labore evaserunt. Quos labores et illa signa, quae tunc plurima fuerunt gesta, longum est per singula enumerare, sed aliqua, quae in ipso itinere acta sunt, non silendum arbitramur.

4. Cum igitur illae sanctimoniales cum clericis sanctorum devectassent corpora et iuxta Rheni litus sursum iter agerent, pervenerunt usque ad Sancti Ianuarii[c] monasterium[5], ubi una daemoniaca per merita sanctae Bertae sana et salva facta est. Et inde ad Maguntiam venerunt civitatem, ubi paralyticus quidam omni motu pedum carens, meritis sanctae Bertae sanitatem recuperavit.

5. Contigit quoque eodem tempore, ut rex Francorum nomine Arnulfus in loco qui dicitur Triburis suum celebraret concilium[6], ad quod venit venerabilis abbatissa Rotrudis nomine cum aliis regni principibus. Et dum rex peregisset suum colloquium cum praedicta abbatissa, et dum ad sua propria vellet remeare loca, venit quidam vir ignotus ei maxima gaudia denuntians atque indicans, quasdam sanctimoniales cum aliis comitantibus clericis ad Maguntiam de Gallia propter Nortmannorum devenire metum ac secum sanctam Bertam duasque illius filias beatissimas Geretrudem[b] et Deotilam devectare. Illa autem, nescio qua occupata ratione, non satis intellexit, quod ei vir ille indicavit. Ipsa autem, peracto negotio, requisivit, ubi esset homo, qui illi tam bonum indicavit nuntium. Cunctis vero respondentibus, se eundem non agnoscere hominem nec quo ille pergeret scire, prudentissima Rotrudis divinitus praemonita, tres ex suis principibus, viros sagacissimos, festine misit Maguntiam civitatem adire, ut rei ignotae investigarent veritatem. Postquam vero certissime agnovit ita omnia vera, ut ei fuerat indicatum, iussit transportari sanctarum supradictarum corpora cum clericis et sanctimonialibus in suum monasterium, quod nuncupatur Herasten[7]; quod, voluntatem Domino adiuvante suam, peractum est. Cum igitur sanctimoniales et clerici sancta deportarent corpora de Maguntia ad Vormatiam[d] in monasterium Sancti Cyriaci, ibi quidam hortulanus, qui iam per triginta annos paralyticus fuerat, dum feretrum beatae Bertae elevarent, ut suum iter peragerent, per merita ipsius sanitati pristinae donatus est. Inde vero pervenerunt ad Spirensem civitatem, ubi duo daemoniaci liberati sunt meritis sanctae Bertae. Et dum ad Stratburgensem[e] venirent civitatem, multi infirmi, claudi et caeci, quos longum est per singula enumerare, meritis

a) ad devastandum *h. l. add. Boll., post desunt.* b) Gestam et Gesam *Boll.. Ghesq.* c) Gemarii *Boll.*, Gennarii *Ghesq.* d) Normanniam *perperam Boll.* e) Stamburg. *edd.*

1) Inter Gallicanos episcopos quantum video nullus eiusdem nominis hoc tempore occurrit. 2) Fontanellensis sane coenobii. Quod secundum Miracula S. Wandregisili c. 3, supra p. 408, a. 858. factum est. Neque tamen hic neque in Translatione S. Wandregisili (infra) hos sanctos in Blangiacum monasterium portatos esse commemoratur. 3) Erstein monasterii. Nescio, an eadem Rotrudis sit, quae circa a. 890. Andlau monasterium a Richarda uxore Karoli III. imperatoris prope Erstein fundatum regendum suscepit; cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' II, p. 285. 286. 4) Haec a. 891. facta esse videntur, cum Normanni illam regionem devastarent, non a. 895, ut ex c. 5. elucere videtur, quoniam post a. 892. Normanni Franciam non visitaverunt. 5) De cuius situ non constat. 6) A. 895. Apr. exeunte et Maio ineunte; cf. Dümmler l. l. II, p. 394 sq. 7) Erstein in Alsatia.

sanctae Bertae in ipso itinere a suis curati sunt infirmitatibus. Tunc vero usque ad optatum locum et ad suprascriptum monasterium Herasten, Domino ducente, pervenientes, a devotissima Deoque dicata Rotrude abbatissa cum magna veneratione maximaque laetitia suscepti sunt. ac statim in honorem sanctae Bertae monasterium construens et ibidem Dei famulatum componens, sanctimoniales bene collocavit.
. . . .

7. Temporibus gloriosissimi regis Francorum Roberti[1], Hugonis Magni filii, Arnulfo comite Teruanensis comitatus monarchiam sub Balduino[2] marquiso[a] regente, fuit quaedam mulier in villa quae Blangiacus nuncupatur, cui ideo beatissima Berta in visu apparuit, quia suis sumptibus eiusque dignis bonorum laboribus operum post Nortmannorum desolationem supradictus fuerat locus denuo constructus, et flagranti animo desiderabat omnia a se et ab aliis fidelibus christicolis ibi pro aeternae vitae concessa retributione, posteaquam fuerant ab invasoribus iniuste arrepta, suprascripto[b] reddi in loco. Vocavitque eam et dixit ei: 'Hersendis, audi'! Quae ex improviso stupefacta, respondens ait: 'Quae es tu, quae mecum loqueris, domina?' At illa dixit: 'Berta proprio vocor nomine, tibi siquidem imperare veni meis parere monitis tuisque hoc augere meritis ad cunctos sacri huius loci universa possidentes praedia, ut eas atque eis veluti a me dicta intimare haec studeas'. . . . . . . Cum vero abbas monasterii et alii circumvenissent clerici, illa erigens se ab oratione eorumque pedibus provoluta, narravit illis[c] omnia, ostendens simul cum verbis miracula, veluti fuerat iussa. Arnulfo quoque comiti aliisque illius monasterii privilegia subripientibus haec ab illo die minime formidavit indicare. Haec autem audiens nobilis comes Arnulfus dilectionemque Dei ac timorem mente revolvens, cum uxore sua et filiis locum adiens, visoque miraculo, veniam ab omnipotente Deo petens, eiusque genitrici sanctissimae ac beatissimae eius famulae Bertae famulantibus partem beneficiorum in ipso maximam reddidit loco. . . . . . .

a) marchiso *Boll.* b) infrascr. *Boll.* c) eis *Boll.*

1) A. 996—1031. 2) Barbato, IV. comite Flandriae a. 988—1036.

TRANSLATIO S. IUSTI AUCT. LIUTHARDO PRAEPOSITO MALMUNDARIENSI.

ED. L. DE HEINEMANN.

S. Iustus puer novem annorum, filius Iustini nobilis viri Autissiodorensis, saec. III. ex. per Rictiovarum in Galliis sub Maximiniano praefectum *martyrium passus*[1], *initio saec X.*[2] *a Liuthardo praeposito Malmundariensi in hanc ecclesiam delatus est. Cuius translationis historiam Liuthardus ipse conscripsit, quam a Martenio, Coll. VI, coll.* 833–836, *ex codice Malmundariensi satis corrupte editam nunc repetimus. Iam antea E. Carpenterius in AA. SS. Oct. VIII, p.* 334—335. *eandem editionem iteravit amplo quod scripsit de S. Iusto martyre commentario insertam.* *L. de H.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Omnibus in quadrifidi mundi huius plagis constitutis catholicae ecclesiae filiis Liuthardus[a] huius ecclesiae praepositus omnibus, quamvis indignissimus, christicolis honor et laetitia, salus et vita sit, opto, per saecula! Talenti sibi crediti omnes norunt fideles Domino se rationem reddituros et ab ipso aequissima lance pro bene dispensato talento perpetuae remunerationem vitae percepturos, pro male vero offenso, quod absit, ignis maledictionem aeterni. Haec

a. Liruthardus *ed.*

1) V. duas de passione S. Iusti relationes in AA. SS. Oct. VIII, p. 338–340. et 'narrationem primigeniam' in commentario praemisso p. 324. 2) Tempore Stephani episc. Cameracensis, qui sedit ab a. c. 909—933. sive 934, Febr. 2; cf. Gallia christ. ed. 2, III, p. 15.

ergo semper animo revolvens, nolui tamquam invidus occultare quaedam, licet perpauca, magnalia, quae Dominus mihi propriis concessit oculis perspicere, sancti Iusti martyris pretiosi, sed multis proferre in medium et facere commune, certus, quod, quantum plures ex eis Deum magnificaverint, tantum maior merces mibi acquiritur; qui cum exiguum ad hanc narrationem me considerarem, elegi hoc detegere, quod parvi sim sermonis et inertis ingenii; unde obsecro, ne, qui culpam taciturnitatis vitare volui, praesumptionis noxam incurram.

Hic igitur beatissimus Christi martyr noster vita et nomine clarus, dum adhuc infantiae operam gestaret, tempora Domino consecravit martyrio Furiosi namque iussu Rictiovari[1], Christi nomen constanter confitens, a militibus mucrone percussus, aeternam a Domino percepturus coronam, migravit. Ego igitur dum huius sancti martyris ardenti desiderio sacra pignora [a[a]] quodam in partibus Galliarum, in regno quod dicitur Caroli, pago vico Koniensi[2], data quantum tunc temporis oportebat pecunia, expetiissem, illeque assensum votis praebuisset, nocte soli pariter — nam die non audentes timore vicinorum — ad ecclesiam, in qua sacrum corpusculum humatum honorifice consistebat, properaturi proficiscimur. Itaque dum secundum divinae pietatis piissimam dispositionem nostraeque[b] propositum voluntatis de mausoleo sanctum foras corpus super altare poneremus, divina nobis apparuere insignia. Nam, ut se beatus martyr caelesti insertum declararet lumini, amovit a nobis densissimae noctis tenebras. Dum enim una nobis sufficeret candela, divino mox cuncti per ecclesiam accensi sunt lumine cerei. Quo viso, mox tanto obstupefacti miraculo timoreque perculsi, magnas Deo et sancto martyri referebamus gratias, quia nobis, licet indignis, sua panderet mirabilia, quae aliis ad laudem sui nominis et honorem sancti martyris veridica oportet relatione referre. Suscipientes igitur a supradicto sacras reliquias, raptim cum militibus carpere iter coepimus. Post paucos dies devenimus ad civitatem Cameracensem, in qua aliquantisper moraturi, iussu domini Stephani episcopi[3] quendam eiusdem civitatis adivimus civem, apud eum illis hospitaturi diebus; qui nos cum exultatione in suam introduxit domum, nobis ergo ipsa nocte magnam humanitatem intuentibus, etiam omnino ex tanta itineris longitudine fessis, pabula exuberanter tribuens. Habebat autem filium clericum, qui, cum nos in patris sui comperit domo nocte degere, advenit nobisque condelectari coepit. Ego vero dormitum pergens, sacrum corpus in quadam arca recondidi, tum clave munivi, quam nequaquam patrifamilias crederem, ad proprium dependi cingulum. Soporem itaque nobis dulciter capientibus, pater proprium decipit filium, hortatur ad crimen, auferre nobis equos iubet et ad vicinum deducere proximum, futurum ut mane facto pretium[c] distributis susciperet. Deinde arcam, in qua corpusculum pueri innocentis a me repositum fuerat, alium in ea thesaurum putantes reconditum, effringere moliuntur. Sed Deus omnipotens sancti sui[c] noluit nos proprio frustrare patrono. Iamiamque enim frangenda arca maximum dedit fragorem, ita ut omnes stupidi a somno excitaremur. Ignis etiam, qui iam cineribus adopertus erat, resplenduit, quasi omnis accensa domus esset. Videntes hos propius assistere, rem ignorare nequivimus. Gratias igitur Deo per cuncta fateor dignissime referendas, qui nos inter micantes gladiorum ictus, qui ex utraque parte processerant, non solum incolumes conservavit, verum etiam, sicut de ablatione equorum humana nos, incitante bonorum omnium invidia, moestos reddiderat malignitas, ita eius piissima benignitas de erepto laetificavit immaniter.

Aliud etiam mihi quidem laetabile, ceteris vero venerabile, huic non dispar, ad declarandum eius in omnibus periculis, invocato ipsius nomine, potentiam silere refugio et huic narratiunculae inserere . . .[c]

A praefata civitate gressum dirigentes, cum sanctarum auxilio reliquiarum in[d] medium iter habuimus in Condustrium, quo in pago quoddam oportebat navi transnatare nos flumen ab incolis Urtam[4] vocitatum. Hoc autem dum nimiis conspiceremus pluviis alvei sui ripas transisse, mortis timore ingredi minime audebamus; etiam equis cunctis intransmeabilis extiterat. Sed tandem in opitulatione Dei sanctique martyris Iusti animum et spem ponens, mediam sacri corporis glebam colloco in naviculam, et sic inundationem fluvii illius secure transmeavimus. Postea prospero congressu iter carpentes, adventum nostrum fratribus nostris Malmundarii positis innotuimus, qui cum ingenti exultatione nobis obviam procedentes, cum hymnis et laudibus corpus beati martyris in locum suum honorifice collocavimus; ubi per merita sancti ad laudem et gloriam nominis sui Deus quotidie virtutes operatur, qui vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

a) *deest ed.* b) vestraeque *ed.* c) *vocabulum deesse videtur.* d) *fort.* iucundum i. *emendandum, vel alterum* in (*ante* Cond.) *delendum videtur.*

1) Praefecti Romani. 2) Nomen procul dubio corruptum. — Prima de passione s. Iusti relatio, Acta SS. Oct. VIII, p. 339, martyrem *in loco iuxta Sirica fonte in territorio Belvacinse* conditum esse refert; altera saec. XI, ut putat Carpenterius, conscripta l. l. p. 341. locum illum *Sinamovicus* vocat; hodie est St.-Just-en-Chaussée (dép. Oise) a Clermont septentrionem versus. Postea ossa sancti martyris Bellovacum translata esse, narrat Passio secunda. 3) Sedit c. a. 909—933. sive 934, Febr. 2. 4) Ourthe.

VITA RADBODI EPISCOPI TRAIECTENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Nunc primo Vita Radbodi episcopi Traiectensis (a. 899—917) integra et autentica in lucem prodit ex codice bibliothecae regiae Hagae-Comitis L 29[1]*, chart. fol., saec. XV. duabus manibus exarato, olim libro 'sororum S. Katerine in Muden', qui Vitas sanctorum dierum Maii—Novembris continet; inter quas hic libellus f. 327—329' (antiquae signationis f. 312—314') exstat genuinae formae, licet mendis gravioribus non careat; quae auxilio editionis Surianae tollere studuimus*[2]*. Surius enim, qui hanc Vitam Hist. SS. (Nov. 29) ed. 1. VI, p. 615 sqq. (ed. 2. p. 692 sqq.) primus edidit, suo more sermonem prorsus immutavit, etiam brevem praefatiunculam locumque quendam aliquanti momenti omisit, cum codicem satis bonae notae habuisse videatur; cuius editionem Mabillon, Acta V, p. 25 sqq., nullum codicem huius monumenti nactus, recudi fecit*[3]*. Necdum, cum vir beatae ac semper benedicendae memoriae G. Waitz, nimis lugenda morte nobis nuper praereptus, huic libello in hocce tomo edendo operam navaret, codex manuscriptus nobis innotuerat. Quo iam feliciter reperto ac iussu benigno illustrium ministrorum regni Hollandici huc transmisso, meum fuit, ut loco venerandi ac dilectissimi magistri*[4] *integri huiusce libelli editionem pararem.*

Auctor haud dubie clericus Ultraiectensis fuit, licet id non aperte indicaverit; qui post a. 962[5]*, superstite vero Baldrico episcopo († 977), ut opinor*[6]*, hunc libellum conscripsit; neque ipse Radbodum viderat, sed ad testes illi coaevos provocat*[7]*. Non vero ut res gestas enarraret, sed ut more hagiographorum virtutes eius celebraret, miraculosa quoque quaedam referret, studuit; attamen illi merito grates habemus, qui inter haec etiam quaedam notatu fideque digna neque alibi relata memoriae tradiderit, quamvis nimis rudi stilo usus sit.*

Scriptorum medii aevi Adam Bremensis, Iohannes de Beka, Willelmus Heda hanc Vitam legerunt. *O. H.-E.*

1) Quem recenset H. Muller, 'Lijst van Noord-Nederlandsche Kronijken' (Utrecht 1880) p. 7. 2) Restituimus *ae* et *oe* pro *e* et *ti* pro *ci* in codice ubique scripto secundum rationem scribendi saeculi X. Numeros capitum editionis Surianae in margine adnotavimus. 3) Mabillonii editionem Migne, Patrol. Lat. CXXXII, col. 539 sqq., repetivit. 4) Eius notas quasdam sigla nominis eius signatas retinui. 5) Cum c. 6. imperium ad Germanos modo translatum esse dixerit, quod a. 962. factum est, Ottone I. imperatore coronato. 6) Quod mihi persuadent praesertim dicta c. 8: *Presul enim Baldricus, tunc temporis . . . adolescens.* Restauratas ab hoc Traiectensem sedem et ecclesiam ab omnibus cerni dicit c. 9. Nec multo post a. 977. testes Radbodo coaevos loquentes audire potuit. 7) C. 4: *eorum verbis qui interfuere fas est uti;* ibid.: *ut sui attestati sunt;* c. 11; cf. c. 10.

INCIPIT VITA SANCTI RADBODI[a] EPISCOPI ET CONFESSORIS, QUOD EST III. KALENDAS DECEMBRIS.

f. 327.

Sancti patris Radbodi Traiectensis ecclesiae episcopi vitam vivendique cursum aggressi [aures[b]] adhibentibus stilo depingere, non ut pre inopia fidei[c] et ingenii vel audita congrue 5 vel tantae condigna materiae sufficiamus contexere, sed ne inveniamur ingrati conviciisque digni, si experta testimonio sileamus, licet non urbano, ut deceret, sed rustico utcumque lepore, more anseris inter olores strependo[1], tamen hoc Christo duce sumamus exordium.

1.[d] Igitur vir sanctus ab inclitis Francorum parentibus et christianissimis editus, (1) mundum multis meritorum decoravit augmentis, nam ab ipsis, ut ita dicam, crepundiis 10 caelum versus ire coepit animo. Nec tamen nominis presagium vacat[e] a mistico, cum iuxta ydioma[f] Radbodus 'consilii nuncius' ore sonat Latino. Tali nomine nuncupatur et merito, qui vere consilii legatus Fresonicae genti, maternum genus unde duxit, a Christo est mittendus. Nam talis nuncius consilium suis attulit omnibus. Dux quoque Fresonum Radbodo[g] suae matris attavus extitit, nomen et inde more parentum[h], velut presaga futuri, 15 mater imposuit. Qui mox, tempore cunarum expleto, studio litterarum commendatur a suis. Florem vero primevae iuventutis apud Guntherum Agrippinensis ecclesiae presulem, qui eius avunculus extitit, sub ferula scolae degens edomuit. Sed presuli non succedentibus 864. prosperis[2], tamen nequaquam ad animae dampnum, ut credendum est, puer indolis egregiae suorum consultu, multorum et favore, quia ut Dei gratia perfusus amabatur ab omnibus, 20 Karoli regis Francorum, filii quoque Lothowici imperatoris[3], adiit palacium, non palatini honoris avidus, sed quia tunc temporis infra domesticos prefati regis parietes insigne septiformis philosophiae viguit exercicium. Huius gymnasii curam Manno[i] philosophus[4] freno sapientiae regebat, cui sanctus puer litterarum pollens studio sagaciter adherebat. Erant (2) autem et illi sodales huiusmodi convivii participes Stephanus et Mancio[k], aetate maiores, 25 non studio superiores. Inter illos etenim exoritur propere clandestina morum aemulatio, quis eorum precelleret alium, non honoris ambitu, sed humilitatis officio, non livoris stimulo, sed caritatis affectu, lectionis et [discendi[l]] studio. Qui ambo, quos meritis convincebat[m], non multo post cathedram sortiti sunt episcopalem, Stephanus Tungrensis ecclesiae[5], Mancio[k] Cabillonensis[n, 6]. At vero hic venerabilis adolescens more apis[o] floribus 30 litterarum inherendo, saporem gustatae dulcedinis non deperdens seque superni roris nectare inebrians, presertim triformis philosophiae operam dare non destitit argumentis, donec gemellis sophiae sic lactaretur uberibus, ut apprime peritus emicuerit omnibus. Sed inter haec animi vigore annos adolescentiae superando, carnis rebellionem sale parcimoniae castigando, mundialia caelestium comparatione parvipendendo, spiritualium deliciis 35 sollerter insudando, se penitus a rebus transitoriis alienare disposuit, et inmatura[p] iam aetate mores habendo seniles, nullis se implicans illecebris, soli Deo placere studuit. Noctes et dies spiritualibus vacans epulis, formavit id[q] secum iam tunc in affectu[r], quod post probavit in opere. Nec regis excellentiam huius aromatis odor aufugit; nam quo se studiosius (3) occultari[s] laborabat, eo altius ore populi nolens volens diffamabatur in orbem. Nam ut 40 palma floruit, sicut cedrus Libani multiplicabatur in domo Domini; fit regi pro morum Ps. 91, 13. 14. qualitate acceptabilis, regni primatibus honorabilis, populo placabilis, quia Deo erat amabilis. Postquam vero Karolus hominem exuit, sub quo sanctus vir annos adolescentiae 877. transegit, suos visitaturus, patriam rustice Lomochanum[t, 7] nuncupatam adiit. Quin et Hugoni summae dignitatis abbati[8] tunc temporis et abbatum precipuo iunctus, palmam

45 a) Rabodi *h. l. c.* b) *deest c., supplevi.* c) fide ing. *c.* d) *numeri capp. des. c.* e) *sic Sur.;* latet *c.* f) volgare *vel* Teotiscum *suppl. videtur; nec vero apud Surium huius vocis vestigium invenitur.* g) Radbodus *Sur.* h) putum *c.* i) *sic Sur.;* Monno *c.;* Nanno *Beka.* k) *sic Sur.;* Mansio *c.* l) *sic Sur.* (legendi et discendi diligentia); *deest c.* m) *Surii verbis alia sententia inest:* Quorum virtus eo progressa est, ut non multo post uterque episcopus creatus sit. n) Cavillon. *c.* o) sedulae *add. Sur.* p) in ‖ mat. *c.* q) epulis *add., sed del. c.* r) iam tum 50 affectu atque desiderio consectabatur *Sur.* s) occultare *Sur.* t) Lomaganium *Sur.*

1) Cf. Verg. Ecl. IX, 36: *digna, sed argutos inter strepere anser olores.* 2) Qui a. 864. depositus est. G. W. 3) Surius falso haec verba alteravit, scribens: *K. r. Fr., inde ad Ludovici, eius filii, aulam* 55 *se contulit,* cum hoc loco Karolus Calvus Ludovici Pii filius fuisse dicatur. Cf. infra l. 42. 43. 4) Praepositus S. Eugendi; de quo cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' II, p. 650. G. W. Wattenbach, 'GQ.' I, p. 276, n. 4. 5) Anno 903. 6) Immo Catalaunensisc. a. 893 – 908. G. W. 7) i. e. pagum Lomacensem. 8) S. Martini Turonensis aliorumque monasteriorum, filio Conradi comitis, fratris Iudith imperatricis; qui a. 887. obiit.

philosophandi pre ceteris extulit tam dyalecticis[a] quam rethoricis insistendo sollerter argumentis, meritorum gradibus velut quibusdam scalis virtutum ad altum transcendens, caelestis *lampas ubique resplenduit.

(4) 899. 2. Interea contigit, Egilberto[1] presule carnis debitum solvente, Traiectensem ecclesiam pastore viduatam existere. Filiis ergo eiusdem ecclesiae pro electione pastoris in unum haut segniter adunatis, fit non sine nutu Dei unanimis concordia tam cleri quam plebis, hunc virum meritis approbatum[b] sibi in patrem exposcere, nec alium aliousque opus haberi quaerere, quia Deo dignus inventus est. Quin et rex Arnulphus, qui tunc regni gubernabat habenas, eius et [principes[c]], laudanda sancti viri opinione delectati, ad idem non sine nutu Dei divinitus ammoniti, tractabant in commune. Sicque factum est, ut regis, principum, cleri populique consilio concordi vir primo omnium rerum ignarus, post diu reluctans, episcopali dignus asscribitur electioni. Qui, eo comperto, ut verus humilis duplici suspensus angustia, diu secum hesitans, quid mallet, dubius, cui parti cederet, tandem, dum honorem fugere nititur, honoris ad gradum eligitur et, ut verius dicam, invitus rapitur[2].

900. 3. Mox suscepta benedictione, processurus ad pugnam Christi miles ut emeritus, spiritualibus viriliter accingitur armis. Mutat habitum augendo insignia morum, Christi regulae subiectus, angusto calle vivendi perfectae religionis efficitur monachus. Nec solum carnis ab esu, sed ab omni prorsus ciborum delectamento se subtrahens, biduanis ac triduanis animum pavit ieiuniis. Imbecillitatem vero corporis vilibus naturaeque mortalium necessariis, vix herens ossibus, sustentabat alimoniis, hilari tamen vultu universis laeticiam preferens seque simulans inter suos ciborum uti deliciis; paucis tamen suorum hoc privatim scientibus, abstinentiae culmen, prout humanae sagacitati potens erat, occuluit omnibus. Quod cum quidam laicorum nomine Gummar[d], inter suos familiariter habitus, frequenter adire solitus episcopum, propalare non horruit, quod Deus in sanctis suis mirabilis per servum suum operari non distulit, res ipsa silere non patitur.

4. Nam quodam die ut familiaris sancto assedit ad mensam, assuetis utens colloquiis, tandem supplicat episcopo, quod sibi liceret vasis appositi potum haurire. Solebat enim ei quoddam vas onichinum, auro decenter ornatum, aqua plenum, unde biberet, apponi. Sed presule non consentiente, quia non diffamari maluit, tempus oportunum nactus, ille vas furtim arripuit. Sanctus enim, ne gustaret, prohibere non valens, suspirans ad Deum, secum ingemuit. Mox quidem unda vasis antiquo dulcorata miraculo, in saporem vertitur vini optimi. Quo temptator experto, evolutus sancti pedibus, veniam postulat, numquam tale aliquid[e] obtestans se facturum amplius. Itaque, presul licet ignorari laboraret, opus Dei non celari decuit iuxta id Raphaelis ad Thobiam loquentis: *Consilium autem regis bonum est abscondere, opera vero Dei preclarum est enarrare.* (Tob. 12, 7.) Eius itaque, dum corpore vixit, cotidiana conversatio quam grata Deo, alta habebatur hominibus, de die in diem proficiens, tum nobis posse non suppetit evolvere, tum eorum verbis qui interfuere fas est uti in paucis, quo facilius lector haut incredulus auditis animadvertat[f] cetera. Quicquid in rebus huius seculi habere potuit, sollicite pauperibus erogavit. Nam cum omnibus bonorum operum floreret instantiis, tamen in huiusmodi studio nulli comparandus emicuit. Singulis quoque diebus, ut sui attestati sunt, vix paucis solempnitatum exceptis, ipse suis manibus pedes pauperum lavando et victum eis ipse tribuendo, nudos vestiendo, infirmos visitando, debilibus et (cf. Matth. 25, 36–39.)

a) dyalet. *c.* b) appbatum *c.* c) *deest c.; supplevi, quia Surius habet:* Idem est Arnulphi, qui t. r. moderabatur h., itemque principum de eo iudicium. d) *nomen omisit Sur.;* Gummarus *Beka.* e) aliqd' *c.* f) animadvertit *c.*

1) Immo Odilbaldus, ut a Reginone et in diplomate a. 896, Iun. 24 (Sloet, 'OB. d. gr. van Gelre en Zutfen' I, p. 69) vocatur, vel Egilboldus dictus, ut in altero diplomate, l. l. p. 68, nomen audit, qui teste Reginone, SS. I, p. 609, a. 899. obiit. Posteriores scriptores Ultraiectenses duos episcopos Odilbaldum et Egilboldum falso discernunt, quorum alterum Sept. 25, alterum die Dec. 13 (sic codd.; editio habet Dec. 10) defunctos esse Ioh. de Beka (ed. Ultraiect. 1643) p. 31 sq. scribit. Hoc tantum die (Sept. 25) Odilbaldus obiisse potest, cum Arnulfus, a quo hac Vita teste eius successor creatus est, iam a. 899, Dec. 8. mortuus sit. 2) Cf. notam de rebus a. 900. gestis ab ipso Radbodo conscriptam, SS. II, p. 218 (antea Will. Heda p. 71; Mabillon, Acta V, p. 26) editam: *non multis antea diebus ego peccator Radbodus inter famulos sanctae Traiectensis aecclesiae conscribi merui;* quod de electione [vel potius consecratione] episcopali dictum puto, cum Fulco archiepiscopus Remensis et Zuentibulchus rex, quos paulo post obiisse dicit, Iun. 16. et Aug. 13. a. 900. defuncti sint. G. W.

orphanis curam adhibendo, Christi sudabat invigilare mandatis. Omni vigilantia omnique sollicitudine circa curam huiusmodi die noctuque sollicitus erat assidue, numquam frangebatur huiusmodi negocio. Idque pro spoliis mundi secum putabat, quod miserorum adhibuit solaciis. Quem nec species ornamentorum ulla nec vana mundi gloria vel sacra fames auri[1], cum talia pro peccatis ducebat, umquam oblectabat animo, quia caelestium amore mundum cum suis postposuit omnibus, in eo tantum solo manens corpore.

(6) 5. Episcopali vero sede Danorum persecutione Traiecto desolata, Daventriae sedem ipsius elegit[2], Traiectensis non immemor sedis, *quam corde iugiter inhabitavit. (*f. 328.) Quam cum sepe temporis oportunitate, data pace, viseret, tamen assidue secum cum suis doluit, quod ibidem tempus[a] et res se inpretermisse vivere non sineret. Cum enim plures patrum ad imitandum sibi proponeret[b], presertim eos qui eiusdem ecclesiae primo fundamenta fidei in firma petra Christo ibidem posuere, scilicet sanctos[c] Willibrordum et Bonifacium, meritis et sanctitate precipuos, iter ad arduum, quo precesserant, imitabiles elegit. Hos et in superliminaribus domus cordis sui, ut Christi sequeretur vestigia, depingens, intente mentis intuitu semper inspexit, qui sanctis vivendo moribus et exemplis, vivendi speculo, summi Regis familiam adhuc[d] sublevant meritorum patrociniis. Quorum alter divinae pacis in confessione, alter sanguinis effusione, ambo tamen triumpho laureati, miliciae caelestis iuncti sunt consortio. Horum etenim vestigiis inherendo, semina fidei commisso gregi spargendo, vivam hostiam semet ipsum cotidie immolando, totis nisibus ad aulam paradisi anhelando, moritur mundo, vivificandus Christo, totus immoratur caelo. Fit lucerna Christi super candelabrum posita, lucens omnibus in domo Christi habitantibus, contemptu mundi apud se et coram Deo humilis. (cf. Matth. 5, 15.)

(7) 6. Nec deerat illi spiritus prophetiae, quia eorum multa quae predixit ad presens ut predicta sunt affuere, multa non longo post rei eventus veritatem attulerunt. De[e] Francorum etiam regibus ac de Germaniae principibus vaticinando suis tunc intulit, quod sceptro regni[f], Francis ad tempus humiliatis, Germania sublimaretur imperio, haut tamen perpetim mansuro. Cuius presagii cum plurimum evenisse cernimus, ad futurum evenire quod restat non dubitamus. Nec interim vir Dei cessat exercere voti compos in corpore, quod secum iam ante figurabat iugi legis Dei meditatione. Prosequitur operando quod coepit, quia factus est victor animi, doctor caritatis, castitatis cultor, pauperum sustentationis amator, maerentium consolator, clero spes invicta solacii, populo levamen infatigabile, suis omnibus a facie inimici turris fortitudinis, nec vel adversis vel prosperis quoquam versus tramitem iusticiae deserens. Numquam ab eius ore Christus abfuit, quem semper, quicquid ageret, infixum animo coluit. Numquam vel lectionis vel orationis studio fatigatur, numquam operibus misericordiae superatur[g]. Ieiuniis indefessus, vigiliis perseverans, semper eius labia stillabant dulcedinem, pacis foedera, salutis remedia, semper [Christum[h]] eius intonabant eloquia. Precedentium igitur patrum sitibunde[i] inherebat exemplis, memoriam eorum nunc legere nunc audire vel colloquia vel ipse[k] componere semper insaturabilis, quin et ipsis laudum flores et ymnorum contexere laudes, Dei laudibus eorumque solempniis addere[3]. Quod ne forsan lector titubes approbare, habes in hiis ad integrum a se compositis quae diei noctisque sufficiunt officiis sanctissimi confessoris Christi Martini, qui gemma sacerdotum est, in solempnitate translationis celebrandis[4]. Quem etiam sibi pre ceteris specialem[l] elegit patronum, haut dubius eius adiuvari patrocinio. Nullis umquam frangitur obiectis, nullis lassatur circumrugientis[m] inimici insidiis. Tuto circumvallatus undique Dei presidio, nullius hostilitatis arma vel fortunae saevientis impetum formidans, voto quod coepit opere strennue complevit.

a) tps *c. saepius.* b) *sic Sur.;* p̃pon. *c.* c) *sic Sur.;* sanctum *c.* d) ad hec *c.; correxi, quia Sur.* etiamnum *habet,* adhuc *igitur legit.* e) *haec* — non dubitamus *omisit Sur.* f) *sic c.; forte quaedam desunt.* g) n. mis. officiis et op. s a t i a b a t u r *Sur.* h) *sic Sur.; deest c.* i) sitibunda *c.;* exempla cupidissime sectabatur *Sur.* k) *sic* (ipē) *c.;* eorum memoriam legendo, audiendo, colloquendo vel quippiam de eis componendo incredibili aviditate usurpabat *Sur.* l) ege *add., sed del. c.* m) circumrig. *c.*

1) Cf. Verg. Aen. III, 57. 2) Haec Adam Brem. I, 40. exscripsisse videtur, ut Dümmler, 'Ostfr. Reich' II, p. 333. monet. 3) Multa eius opuscula collecta edidit Migne, Patrol. CXXXII, col. 547—560, quibus addas quae Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 349. affert. 4) Editus est hic cantus Kist et Moll, 'Kerkhist. Archief' III, p. 213—221. Miraculum etiam S. Martini, quod Wattenbach l. l. affert, et versus de eodem, SS. II, p. 218. editos, conscripsit.

(8) 7. Quodam autem tempore commissi gregis ovile circuiens, dum Fresonum tendere pergit in partes, quo antiqui erroris radices, sicubi emergerent, spirituali vomere dirueret fideique documentis corda fidelium irrigaret, Danorum impeditur cursu. Qui mox, non mortis periculo territus, eis monita salutis intulit, quod, errore postposito, viam veritatis arriperent, et ne a Christi famulatu eorum arceretur obstaculo, si forsan ei nollent credere. 5 Illis autem indurati cordis malicia insistentibus eique poenam mortis minitantibus — nec f. 328'. sanctus 'gladio cederet, si tempus non denegaret — anathematis ultionem non distulit. Quod et factum est; et plaga miserabilis eos subsequitur. Nam subito quasi fulminis ictu execrabili peste percussi, pariter omnes ferme mortui sunt. Quos et sepe dum Traiecto patitur infestos, numquam impune reversi sunt ab eo. Nam quod Dei iudicium eos ad cal- 10 cem insequatur, ilico testati sunt et ipsi persepe paucissimi, qui vitam pro preda gavisi sunt inde reducere.

(9) 8. Solitus enim erat in multis futura sic predicere suis, ut sermo subsequens declarat. Presul enim Baldricus, tunc temporis egregiae indolis adolescens ac Ricfridi comitis[1] filius, cum per vices dierum veniret ad eum, quodam die accersitis ad se duobus ex suis astanti- 15 bus, scilicet Ludgero[a] presbytero et Richardo milite, spiritu prophetico dixit ad eos: 'Hic, quem cernitis, adolescens, mihi credite, post me erit episcopus[2]. Per illum enim[b] Deus locum sedis reparabit; res ecclesiae multis rerum ornamentis augebit, quaeque locorum destructa suis erigentur diebus[3]'. Nec hoc semel vel bis de eodem adolescente, sed sepe suis predixerat; quod post operum experimento res gesta predictam veritatem, mundo teste, 20 (10) 914. comprobavit. Itidem[c] non dissimile. Quodam die missam ipso celebrante, cum legeretur apostolus, quibusdam presbyteris, quorum nomina sunt Eliolf[d] cognomento Dodo et Rodwing[e] de coenobio Embricensi[f,4], inter legendum vocatis: 'Non longum', inquit, 'mihi instat vivendi; diligentiam honoris huic adhibete iuveni! Nam hinc post triennium et anni dimidium me ne dubitetis ex hac carne migraturum, et hunc nostrae sedis regimen procul 25 dubio suscepturum'. Hoc audito, pavore perterriti animoque percussi, steterunt inter spem et metum positi, non modicum ammirantes illud propheticum; tum in sese obstupefactus audientium quisque, non in vanum audita secum volvens, obmutuit mutando rerum in cardine non dubius.

915. 9. Iterum non longo post prefatus iuvenis ordinationum tempore duos secum sui iuris 30 ducens clericos Benno et Saxo nominatos et veniens, rogat episcopum, ut sacri ordinis ab eius manibus susciperent benedictionem. Cui vir sanctus, ut semper erat oris iocundi, subridens: 'Noli', inquit, 'fili, noli me, quod prevales, ad id opus invitare. Tuum est, inquam, quod me rogas agere; tuis, non meis — ne obstupescas! — ordinandi sunt manibus, et id primo ordinationis officium iam anno mediante tercio tuis celebrabis in gaudium'. Ad haec, 35 lacrimis obortis, mente consternatur iuvenis, omnia vel tuta timens, haut credulus auditis. Cui presul solacii manum adhibet, non modico videns eum aestu curarum fluctuare: 'Ne paveas', inquit, 'ad talia, nec generositatis aliquid titubet industria. Res ecclesiae, quae nunc pauper habetur, Dei donis tibi multiplicabitur innumeris, rerum facies inopinate[g] mutabitur[h]. Tu sedis aulam Traiecto, iam multis annorum circulis et adhuc Danorum impulsu desolatam, 40

a) Nitgerum *Sur.* b) dies *add., sed del. c.* c) Ididem *c.* d) Eylof *c.*; Eliolpho *Sur.* e) Rotguito *Sur.* f) *sic Sur.*; Ebrec *c.* g) inopinato *Sur.* h) *sic Sur.*; mutuabitur *c.*

1) Cf. epitaphium eius ap. Moll, 'Kerkgesch. van Nederland' I, p. 530 (ubi falso Ricfrido episcopo attributum est) in ecclesia S. Salvatoris Traiectensi olim positum:

Nomine Ricfridus, cognomine[a] Dodo vocatus,
Nam comes eximius extitit atque pius.
Foverat hic gentem Christi sub pace fidelem,
Paganos stravit, hinc et eos pepulit.
Namque loci istius mansit defensor amandus,
Germine de cuius crevit et ipse locus.
Is fuerat stirpis radix praeclara decorae,
Praeses Baldricus unde fuit genitus.
Monstrat et ista domus, qualis fuit ille patronus.
Praesul Rodolphus duxit et inde genus,
Victor Yrimfridus pariterque comes Nevelongus,
Hic modo qui pausat: his pater extiterat.
Corpus Herinsindae quorum matris generosae 45
Confovet hoc antrum, huic simul appositum.
. . . .
Hunc tulit October, vocat hanc ex carne November.
Nempe sub undenis hominem exiit ille Kalendis,
Idibus octonis sidus et illa subit. 50

Unde discimus Herinsindam matrem, Rodolphum episcopum (nescimus cuius sedis), Yrimfridum, Nevelongum fratres Baldrici fuisse. 2) A. 917—977. 3) Cf. Ruotgeri V. Brunonis c. 4, SS. IV, p. 255 sq.; Liutprandi Antap. IV, 15; epitaphia Baldrici, Wattenbach, 'GQ.' 55 ed. 5. I, p. 350; apud Will. Heda p. 79. 4) Emmerich.

a) hoc nomine *ed.*

pristini honoris mutabis[a] in faciem'. Haec et hiis maiora vir sanctus intimat de futuris, vera veris involvens, quae non secus quam ut dicta sunt cuncta per ordinem, ut palam est, suis pervenere temporibus. Nec opus attestari verbis, quia patet omnium oculis, quod de singulis vaticinii veritas rerum approbatur testimonio. [(11)] Si quando per internuncios invitaretur instare regis obsequio, solebat blande respondere: 'Iustum est', inquit, 'sublimioribus obedire potestatibus; sed et episcopalis iuris non esse secularium se implicare negociis, ad milites Christi, sub cuius castris militant, pertinere quis ambigit, ut ecclesiasticis induti spiritualiter armis pro regis populique salute et pacis stabilitate cum suis debeant Deum interpellare precibus assiduis, animarum quaerere lucra, non sectari terrena? Milites ergo regni miliciae cingulo precincti beneficiisque cumulati id, ut aequum est, exerceant negocii'. Sicque inspecta lege perfectae libertatis, non blandiciis movetur ab incepto nec illatis, si ita forsitan evenerit, iniuriis inclinatur umquam a proposito. Se semper considerans *suae [*F 329] nativitatis in speculo, maluit soli Deo placere quam hominibus. [(12)] Nec dubitandum, quod vir Dei, cum sic longe ante presciret sui obitus articulum, ardente lucerna obviam Domino se [cf. Matth. 25,1–10.] prepararet a nuptiis redeunti. Vigilavit utique, confestim ut aperiret pulsanti, triticum mensurae Domini sui tanto magis erogando familiae, quanto citius[b] se cognovit Domino rationem de talento redditurum[c]. Nec mortem formidat, cui mori lucrum et vivere Christus[d] [Phil. 1, 21.] erat. Pacis, concordiae, caritatis[e], ut solebat, suis ingeminat monita. Spiritu pauperem, meritis divitem, terrenis alienum, superis vicinum, prout humanis possibile est, se anhelat facere. Ieiuniis, psalmodiarum deliciis, vigiliarum exerciciis, elemosinarum et misericordiae, ut solebat[f], exhibitionibus infatigatus carnis debitum exornare prevenit.

10. [(13) 914.] Nec pretereundum, quod vir sanctus, ut ipse suis quibusdam asseruit, tanta sublimi mereretur visione[g] visitari. Contigit eum quibusdam diebus gravi corporis infirmitate detineri et multum suae mortis periculum evadere desperare. Quadam die sancta Dei genitrix semperque virgo virginum Maria, duabus de suis, Agne et Tecla, pedissequis comitata, mirandae lucis preclara splendore astitit ei, totum implens habitaculum luminis claritate. Qui tantae visionis aspectu territus, non loquendi, sed vix vivendi fiduciam suscipiens, pre timore semivivus emarcuit[h]. Cui porta salutis, domina mundi consolationis huiusmodi medicinam adhibens omnemque timorem cum languore detergens, inquit: 'Ne timeas, Radbode, quod eius aspectum inspicis cui frequenter supplicas. Non te consolari mea dedignor visitatione, qui me[i] in tua semper habes ad Deum invocatione. Tu securus esto invigilando[k] et operando ut coepisti'. Confestim ad haec verba splendor luminis non comparuit, remanente tamen diu miri odoris fraglantia, et languor omnis, velut quodam lintheo de corpore sudor extersus, confestim abscessit[l]. Haec etenim cum clam suis assereret — nolens, dum viveret, palam fieri —, cuius formae, cuius et habitus, cuius et ornamenti sancta virgo virginum sibi videbatur apparere, non reticuit, tamen eius pulchritudinem non posse testabatur [satis[m]] ammirari. Sanctas vero virgines Agnem et Teclam — sic enim, ipso audiente, se fatebantur esse nuncupatas — tam vultuum qualitate quam vestium scemate posse testatus est dinoscere.

11. [(14) 917.] Igitur ex prefati vaticinii tempore transactis triennii annique dimidii diebus, infra pagum Trente[n] nuncupatum suis commorans in locis vi febrium tangitur. Quod mox ut sensit, inde suis secum iter accelerare iussit, ne, graviore invalescente febre, fieret impossibilitas abeundi. Nam ex eodem pago circa hyemis tempora non facilis est exitus. Nec mora, tanti patris languore turbati, iussui tamen eius obtemperantes, versus Othmarshem[o, 1] pergere tendunt. Ibi etiam, si fuerint[p] divinitus ammoniti, dimitterent, sepulturam eligerent. Hunc locum situ decorum, parvo tamen adhuc oratorio, sepe solebat incolere. Illic enim ad votum suis dispositis, non defessus Dei famulatu, non languoris impulsu fatigatus, sed vultu hilaris, mortis intrepidus, ut ad Christi convivium invitatus, iam corpore premortuo, vivificato spiritu, nec labia cessant vel lingua in extremis psalmorum ab organis.

a) mutuabis *corr.* mutabis *c.* b) q. certius noverat se brevi *Sur.* c) redit. *c.* d) *sic Sur. et Vulg. laudatus versus; deest c.* e) *sic Sur.*; veritatis *c.* f) exhortacionibus *add., sed del. c.* g) visitacione *c.*; sublimis illa visio *Sur.* h) emercuit *c.* i) mei semper memoriam usurpas *Sur.* k) in vig. *c.* l) abcessit *c.* m) *sic Sur.; deest c.* n) *sic Sur.*; Drente *c.* o) Oetamarsem *Sur.* p) *sic c.*; ubi, si sui permitterent, sepulturae locum ille sibi delegerat *Sur., qui falso lectionem codicis sui reddidisse videtur, cum Radbodus Daventriae sepultus sit*

1) Ootmarsum (prov. Overijssel). In Bekae codicibus *Honishem* pro *Othmaresheim*, ut editio p. 33. habet, legitur. G. W.

917. 12. Miro ferunt modo, ut astantes lacrimarum ymbre perfusi, quod similis gaudenti, dum lingua viveret, dum oris alitus[a] superfuit, non cessaret semper inter psalmos reciprocando *Ecce laeti laude*[1] iocunde modulari. Sic enim incipit antiphonarum prima de sancti Martini responsoriis a se compositis. Nec dubium erat inter haec astantibus, quod angelicis iam tunc vallatus auxiliis nil pertimesceret tenebrarum ymagines. Nec procul esse 5 credimus specialis patroni visionem, cui sic, quasi hunc alloquens, canorae vocis [salutatione[b]] applaudit. Nov. 29. Tandem Novembre[c] finem sui claudente, diem clausit extremum[2], migrans feliciter ad Dominum. Mox sanctum corpus impositum feretro clerus et populus cum ymnis et psalmodiis omnique veneratione tanti patris exequias *f. 329' ducendo, Daventriae ut appropinquabant, civitas omnis lugubri commota tumultu ruit in obviam. Vox lugen- 10 tium mixta psalmodiis maesto funeris duplicatur in officio; cum omni honoris frequentia infra parietes ecclesiae deportatum, septentrionali plaga tumulatur. Corpus imponitur sarcofago, spiritus exultat in Domini sui gaudio, cui servivit in hoc seculo, cui est honor, potestas et gloria per secula seculorum. Amen.

a) alcius *add. c., quod ex voce* alitus *bis scripta ortum videtur.* b) *supplevi, deest c.;* quem toties canora voce salu- 15 tare videbatur *Sur.* c) *sic c.*

EX TRANSLATIONE SS. BENIGNI ET AGNETIS.

Appendicis loco subiungimus excerpta alius brevis libelli Ultraiectensis, quem I. Bollandus, Acta SS. Ian. II, p. 357—360, *ex codice S. Pauli Ultraiectensis edidit, de translatione reliquiarum videlicet a.* 964. *a Baldrico episcopo acqui-* 20 *sitarum; qui haud multo post rem gestam conscriptus videtur, nullius vero fere pretii est.* *O. H.-E.*

1. Tempore quo fervente Danorum crudelitate mucro persecutionis in tantum Galliarum saevit in partes, ut, exigentibus populi peccatis, terram prope redigeret in solitudinem, incolis in captivitatem abductis, eadem tempestate loca sanctorum, permittente Deo pro vindicta scelerum, passim usquequaque 25 pessumdare non destitit. Villa vero Vidua[3] — sic enim appellabatur ab incolis — ab hisdem Danis, classi piratica per Ligerim fluvium ascendentibus, demolitur in nihilum, ut in ipsius alvei ripa sitam offendunt. Regius etenim tunc temporis erat fiscus, regiaque munificentia monasterium inibi constructum, multis et regiae dignitatis honoribus sublimatum, ut illud rex Clodoveus, qui primus regum Francorum a sancto Remigio Remorum archiepiscopo et catechizatus et baptizatus iugo Christi colla subdidit, mox 30 Christi honori construxit, multis locupletans possessionibus, plurimis et exaltans muneribus, sanctorumque patrociniis ditavit innumeris atque non modicam Deo servientium ibidem adunavit congregationem. Inter plurima sanctorum pignora pretiosum martyrem Benignum, videlicet Carnotensem episcopum, una cum ter beata martyre ac virgine Agnete pretiosa ibidem locavit veneratione.

2. Supradicta quoque imminente persecutione, provisores sacrarii sanctarum reliquiarum thesaurum 35 effossae telluris in absconditis non differunt occulere. Nam, ut dictum est, ingruentes pagani locum paulo ante caelo sublimatum solo subvertendo coaequant; vix et hodie prioris status vestigia superant, nec praesens aetas tantorum aedificiorum nisi recolit in paucis. Nam et nunc ecclesiola saltem paucis vel uno laetatur presbytero, ubi tunc temporis monasterii claustris innumeri floruere sanctae religionis 962. in agonia. Anno vero primo imperii Ottonis augusti christianissimi, nono autem Lotharii regis, facta 40 est divinitus revelatio sanctorum corporum beati Benigni martyris atque pontificis necnon et sanctae Agnetis virginis ac martyris Christi; facta etenim hoc modo. Cum saepe quidam eiusdem ecclesiae presbyter caelitus sit ammonitus in somnis super huiusmodi re, non credulus visioni, negligentius aequo duxit in primis. . . . . . .

12. . . . Plurimis omissis, non abs re tamen ducimus inserere lectioni, quod sub idem fere tempus 45 sancta Agnes item eidem presbytero apparens in somnis: 'Cave, ne circumveniaris', inquit, 'a monachis excogitata fraude circa te furti dolum exercentibus! Duo etenim huc adventant orandi sub umbra, nostras sed inviolare reliquias re[a] vera. Thiadboldum et comitem[4] huc cum nundinis antiqui fisci redibitionem ammonebis reducere, locum in reparando tempus ac sumptus accelerans propere. Sin aliter, sentiet in

a) res *ed.* 50

1) Cf. supra p. 571, n. 4. 2) Obiit a. 917, Ann. Necrol. Fuld., SS. XIII, p. 191. G. W. Diem huius Vitae inscriptio, Ioh. de Beka p. 33, alii indicant. 3) Veuves (arr. Blois) ad Ligerim fluvium. 4) Blesensem.

proximo vel sui vel suorum non sine damno se periculum incidere'. Nec plura locuta, recessit in sua. . . . Deinde timoris reverentia magis magisque circa sanctorum patrocinia successit indigenis.

13. Cum autem haec ita se haberent, Baldricum Traiectensem episcopum res facta diu non latuit. Nam quid[a] orbi novum eius notitiam aufugit unquam? His ad earum inquisitionem animadversis, fervet 5 animo, voti fervorem revelans Deo; diu nec patitur inexpertum, impatiens morae, si possit pertinaci prece tanti pretii thesaurum adipisci. Missis etenim propere legatis comiti Thiadboldo, quem sibi cana fides inextricabilius amicitiae pignus experiri temptavit, hoc et experimentum esse reliquias sanctorum noviter mundo divinitus declaratas sibi non denegare. Comes quoque, quid mallet, satis anxius anhelabat, an amico pareret vel se suosque tantis patronis expoliaret. Nam, si vel quid locum amicitiae 10 negando vellet inficere, nequaquam assensum praeberet affectui. Sed tandem, Deo volente, sed potius, ut ita dixerim, nolens donum donat expostulatum, nil dubius Deo et sanctis non ad id datum displicere.

14. Praesul igitur voti compos, gratiarum actiones Deo cum laudibus extollens, choro clericorum coniuncto populique frequentia, decuit ut sanctos, 'occurrit in obviam; quos honore condigno susceptos infra Traiectensem episcopalis sedis aulam pridie Kalendarum Aprilium loco locavit in uno, sed singulis (964. Mart 31) 15 semotim in loculis, anno scilicet incarnationis domini nostri Iesu Christi nongentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, sabbatorum quinta[1]. Nunc etenim his gemmis Traiectum se gaudet esse decoratum[2], gaudet et se tanti talisque thesauri divitiis locupletatum, hauriens cotidie iocunditatem a Domino, pacis iubilum, salutis incrementum, vitiis medelam, animabus remedium, hostibus obstaculum, talibus pro se Deum interpellantibus, fovet exultans in gremio, quorum non titubat foveri patrocinio. Plebs et incolae 20 debitum honoris gestiunt impendere; nam quod voto supplici petunt, inde Deum laudant illis non denegari. Nec dubitandum sanae fidei personis beati Benigni martyris necnon ter beatae martyris ac virginis Agnetis gloriosa per merita cunctis illorum patrocinia colentibus divinitus praestari, quicquid in nomine Salvatoris quaeritur ab illis fide non dubia. Quapropter et nos, qui eorum meritis adiuvari cupimus, honorem diei festi devote celebrantes, pro nobis ipsos Deum interpellare sedulo supplicemus, quatenus 25 caeleste gaudium, quod per nos assequi non valemus, ipsis intercedentibus una cum sanctis omnibus, obtinere mereamur, praestante domino nostro Iesu Christo, qui sanctis suis nil negat, cum Patre ac Spiritu sancto regnans rerumque machinam gubernans sine seculorum termino. Amen.

a) quod *ed.*

1) i. e. quinta feria septimanae ante pascha, Coena 30 Domini. 2) Cf. epitaphium Baldrici, Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 350:

Auspicio cuius iam Pontius, Agna, Benignus
Conservant urbem, fulget et ecclesia.

Cf. aliud epitaphium ap. Will. Heda p. 79. — Ioh. de Beka p. 34. hos sanctos falso a. 966. Roma advectos esse dicit; hunc libellum igitur non legit.

PASSIO S. LUDMILLAE.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Quatuor vel potius trium qui exstant libellorum de vita et passione Ludmillae, uxoris Boriwoii principis Bohemorum, Latine conscriptorum hicce brevissimus quem edimus antiquissimus est et solus dignus habitus, qui huic collectioni insereretur. Is enim libellus quem W. Wattenbach, 'Beitraege zur Geschichte der christlichen Kirche in Maehren und Boehmen' (Wien 1849) *p.* 52—54, *ex legendarii Austriaci codice Sanctae Crucis nr.* 13, *saec. XII. ex.*[1], *edidit*[2], *minime, ut hucusque putabatur*[3], *illo antiquior et fons est Pseudochristiani, sed potius pars ampli libelli*[4] *quem falsarius ille ad s. Adalbertum Pragensem episcopum se edidisse mentitus est. Nec circa a.* 1320, *ut Dobrowsky statuit*[5], *sed saec. XII. Pseudochristianus librum suum ex hacce Passione s. Ludmillae, libello quodam de ss. Cyrillo et Methodio, qui et in eorum legenda Moraviensi exscriptus est, ex Gumpoldi et posteriore Vitis Vencezlavi et Cosmae chronica potissimum composuit. Tertia vero Vita Ludmillae, quae incipit* Diffundente sole iusticie[6], *vix ante saec. XIV. ex Pseudochristiani libro*[7] *et Passione a nobis edita congesta est. Quae omnia dissertatione mox annalibus nostris inserenda probabo.*

Exstat brevissima legenda lingua Ruthenica conscripta in codice Petropolitano iam saeculo XIII. exarato[8], *quae plerumque cum Passione Latina convenit. Et equidem in utraque communem fontem adhibitum, neutiquam Ruthenicam ex Latina excerptam esse censeo*[9]. *Certe etiam Pseudochristianus libellum Ruthenicae legendae simillimum legit. Quare versionem huius Latinam Passioni Latinae subiunximus.*

Auctorem Passionis iam Cosmae chronicam a. 1124. *editam legisse non certe affirmaverim, neque vero hanc scriptiunculam a Cosma visam esse probabile est*[10]. *Ille vero Gumpoldi Vitam Vencezlavi legisse videtur*[11]. *Constat, hunc libellulum ante exitum saeculi XII. editum esse*[12], *nihil vero certius de tempore affirmare ausim, hoc tantum professus, res gestas quidem non vere narratas esse, sed*

1) Cf. 'Archiv' X, p. 645. 654. 2) Recusus in Fontibus rerum Bohemicarum (Pragae 1873) I, p. 140–143. 3) Huius falsae opinionis auctor est M. Büdinger, 'Zur Kritik altböhmischer Geschichte' in 'Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien' 1857, fasc. VII, p. 28 sq.; quem editores Fontium rerum Bohemicarum t. I. secuti sunt. 4) Editi Acta SS. Sept. V, p. 354 sqq.; Fontes rer. Bohem. I, p. 200 sqq.; alibi. 5) 'Kritische Versuche die ältere böhmische Geschichte von spätern Erdichtungen zu reinigen' I, 'Boriwoy's Taufe' p. 26 sq. II, 'Ludmila und Drahomir' p. 44. 6) Postremo edita Fontes rer. Bohem. I, p. 191 sqq. 7) Ut iam Pubitschka, Athanasius, C. Suysken recte statuerunt, Dobner vero et Dobrowsky l. l. I, p. 16 sqq., eam fontem esse Pseudochristiani falso censuerunt. 8) Edita in 'Časopis Musea Království Českého' 1862. t. XXXVI, p. 318—320. et Fontes rer. Bohem. I, p. 123 sq., ubi etiam complures codices recentioris aetatis adhibiti sunt. 9) Passio Latina non mentionem facit translationis in legenda Ruthenica narratae. 10) Cosmas nusquam martyrii s. Ludmillae mentionem fecit. Sed iste parum libros iam ante eum de rebus Bohemicis editos curavit; cf. Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. II, p. 181. Paucissima verba Passionis cum Cosma conveniunt, alia vero multo ab eo recedunt; quae vide in notis subiectis. 11) Quia Pauli presbyteri a Gumpoldo c. 9. 10. commemorati mentionem facit. 12) Quoniam in codice illius temporis exstat, et Pseudochristianus eum legit.

quandam verarum rerum memoriam obscuram, populi ore traditam, inesse mihi videri. Neque ubi hic libellulus conscriptus sit, elucet[1].

Qui exstat in codicibus

1) Dresdensi bibl. regiae I 43, membr. fol., saec. XII. ex., in calce Cosmae Chronicae Boemorum continuationis Sazaviensis, f. 59, quem V. Cl. H. Ermisch contulit[2]. *Ex eodem eum edidit Mencke, SS. R. Germ. III, p. 1808.*

2) Pragensi bibl. publicae X, B, 12, chart. saec. XV, f. 97'. 98. inter alias legendas Passionalis, quod hic codex continet. Ubi nonnulla, quae ad Pseudochristianum propius accedunt, addita, multa alterata sunt. Qui codex Fontes R. Bohem. I, p. 144 sq. adhibitus esse dicitur, sed eius variis lectionibus penitus neglectis, Menckenii editio male repetita est. Ipse eum contuli. O. H.-E.

DE[a] SANCTA LUDIMILLA.

Fuit* in provincia Boemorum quidam[b] comes nomine Boriwoy, paganico[c] adhuc more vivens, et accepit uxorem de alia provincia filiam Zlavibori[d] comitis[3] nomine Ludmillam, que, dum esset iuvencula, ydolis immolabat et ad eorum culturam libentius confluebat. Cumque morarentur[e] ambo simul, divino nutu[f] compuncti, sacri baptismatis lavacrum[g] una cum plebe sibi subiecta perceperunt. Nati[h] sunt eis tres filii[4] et tres filie, et omne[i] regnum eorum a die quo baptismi[k] gratiam perceperunt amplius crescebat. Boriwoy[l] namque princeps, expletis[m] 36 annis[5], de hoc seculo migravit; cuius[n] in regnum filius eius[o] primogenitus nomine Spitigneus successit. Qui[p] congregans sacerdotes et clericos, cepit[q] esse in fide devotus; expletisque[r] 40 vite sue annis, de[s] hac luce migravit; post cuius obitum frater

*) *Haec est versio legendae Ruthenica lingua conscriptae, quam V. Cl. A. Brückner prof. benigne percensuit:*

Hoc die [XVI. mensis Septembris memoria] sanctae martyris Ludmilae, aviae sancti Vencezlai.

Beata Ludmila fuit in terra Sorbica, principis Sorbici filia, et nupsit Bohemico principi nomine Borivoi. Erant autem tunc nondum christiani omnes. Cum autem essent simul, illuminati sunt oculi eorum spirituales, et baptizati sunt in nomine Patris et Filii et sancti Spiritus. Et aedificaverunt ecclesias et congregaverunt sacerdotes[6], et genuerunt tres filios et filias. Borivoi autem 36 annis [expletis] ex hac vita migravit. Beata autem Ludmila omnem curam exhibebat ad Deum, omnia quaecumque habebat elemosinam pauperibus largita. Filius autem eius Vratislaus suscepit sedem paternam[7], et hic regnans 33 annis, defunctus est in Domino; et suscepit principatum Vencezlaus, nepos Ludmilae. Tunc coepit mater Vencezlai[8] male cogitare de sua socru Ludmila et omnimodo studuit eam perdere. Intelligens [hoc] autem Ludmila, abiit in aliud castrum Tetin nominatum. Nurus autem eius consiliata est cum duobus proceribus suis et misit eos in Tetin, ut eam perderent. Cum advenissent autem hi duo homicidae, collegerunt circum se multitudinem scelestorum similium sibi. Et vespere facto, circumdederunt curtem eius cum armis[9] et rumpentes ianuam, intraverunt in cubiculum. Arripuerunt autem Ludmilam et iniecerunt collo eius velamen, quod abstulerunt de capite eius, et ita eam suffocaverunt. Et sic finivit vitam die sabbati prima hora noctis[10]; vixit 61 annis et Deo complacuit et martyrii coronam accepit. Nam Deus ostendit propter eam signa et miracula in loco, quo erat sepulta. Non fuit videlicet [sepulta] in ecclesia, sed sub muro castri, ubi apparebant omni nocte candelae ardentes[11], et quidam caecus visum recepit tangens glebam, ubi Ludmila iacebat. Et ab hoc tempore multa facta sunt signa et miracula; de quibus audiens nepos eius Vencezlaus, properavit et transtulit aviam suam in celebre castrum Pragense et posuit reliquias eius in ecclesia sancti Georgii; ubi et nunc multa fiunt miracula.

a) *rubra deest* 2. b) princeps q. n. Borzywoy 2. c) p. a. m. v. *des.* 2. d) Slawyboris 2. e) a. s. mor. 2. f) voto *add.* 2. g) lavacra 2. h) Natique 2. i) eor. o. r. 2. k) baptismum perc. 2. l) Borzywoy 2. m) XXXVII vite sue annis transactis 2. n) Cui 2. o) suus 2. p) *deest* 2. q) in f. Christi cepit e. dev. 2. r) que *deest* 2. s) in Domino obdormivit; post quem fr. suus Wratislaus 2.

1) Tam de monasterio SS. Georgii et Ludmillae Pragensi, quam de monasterio Sazaviensi, ubi codex 1 scriptus est, coniicere possis. 2) Cf. de hoc codice 'Archiv' VI, p. 225; SS. IX, p. 26 sq. 163. 3) Cf. Cosmas c. 15, SS. IX, p. 45: *filia Zlavoboris comitis de castello Psov.* 4) Cosmas l. l.: *Borivoy . . genuit duos filios Spitigneum et Wratizlaum.* De filiabus eius nihil constat. 5) Huic et reliquis annorum numeris, quos auctor affert, nihil fidei tribuendum est; cf. Dobrowsky, 'Kritische Versuche' I, p. 15 sq. 6) Cf. Pseudochristian. c. 2, l. l. p. 204: *Hic* (Borzivoy) *primus fundator locorum sanctorum congregatorque clericorum . . . exstat.* 7) Spitigneus omissus est, qui in Passione Latina nominatur. 8) Nota nomen Drahomir non indicatum esse. 9) Cf. Pseudochristian. c. 4, p. 208: *valvas disrumpentes, reliquos sociorum forsinsecus armatos frameis clypeisque statuunt.* 10) Cf. ib.: *sabbati die . . . prima vigilia noctis.* 11) Cf. ib. c. 4. 5, p. 209 sq.

eius Wratizlaus regni gubernacula[a] suscepit. Quorum mater Ludmilla, gloriosa matrona*, cotidie lacrimis[b] amariter deplorabat, quod antea[c] cultrix ydolorum fuerat; quod ipsum in bonum usum mutavit[d]. Nam erat mater pauperum, pes claudorum, oculus cecorum, orphanorum[e] ac viduarum pia consolatrix. Cum vero predictus princeps[f] Wratizlaus, expletis 30 et tribus vite sue annis, de huius seculi angustiis migrasset, filiusque eius sanctus[g] Wenczezlaus[h] adhuc puer principatum et[i] regnum patris[k] sui accepisset, mater vero[g] pueri nomine Dragomir[1] in viduitate permansit. Tunc humani generis inimicus invidens, quod religiosa Dei famula Ludmilla tot vigoribus polleret, consilium egit principis[l] mater cum consiliariis suis iniquis et exosam cepit habere socrum suam Ludmillam. Dicebat enim: 'Ut quid mihi hec quasi domina? Perdam eam et heres[m] ero omnis substantie eius ac cum libertate regnabo'. Erat enim filius eius Wenczezlaus[h] adhuc iuvenis. Tunc honorabilis et devota Dei famula Ludmilla[g], ut cognovit tale consilium, dixit ad nurum suam: 'Ego[n] regnare nolo neque[o] ullam potestatis tue parciunculam[p] habere volo, sed rogo, ut[g] concedas mihi libera mente Deo servire, usque dum finiantur dies mei'. Hec dicens, sancta[g] Ludmilla discessit a civitate Praga et venit in quoddam[q] castellum quod Tetyn[r,2] nominatur. Ibi vero[s] prescia futuri martyrii, ad sacrum studium firmiter se totam corroboravit, et bona supra[t] memorata famula[u] Dei magis magisque in pauperes faciens, desiderium non explevit. Qua discedente, mater novelli principis, facto consilio cum scelestibus[v], misit eos[g], ut eam perderent**. Qui assumentes secum exercitum magnum, perrexerunt in castellum Tetyn. Tunc *927? Sept. 15.* sancta[w] Ludmilla prescia futurorum vocans ad se quendam religiosum presbiterum nomine Paulum[3], ammmonuit eum[g], ut sacra missarum sollempnia celebraret. Quibus finitis, ante conspectum summi Iudicis suam confessionem benigne effudit[x] ac perceptione dominici[y] corporis et sanguinis se munivit et conscia mortis sue[z] cepit armis se induere et in oratione persistere[a], ut animam bonis operibus ornatam[b] suo[c] Creatori commendaret. Vespere autem facto[d], supradicti tyranni currentes[e] ad domum eius, dirumpunt[f] portas[b], et accurrentes ad ostium domus, in qua erat Dei famula, effringunt[g] ianuam et introeunt[h]. Quibus illa[i] dixit: 'Quid[k], fratres, quid[l] tanto furore venitis? Nonne ego nutrivi[m] vos ut filios? Aurum meum et argentum ac vestes quas[n] habui preciosas dedi vobis[b], et si quam culpam unquam vobis intuli, dicite mihi!' Illi autem, verbis[o] pacificis contemptis, traxerunt eam de lecto eius et proiecerunt in pavimento; que flens dixit eis[b,***]: 'Obsecro vos, fratres, decollate me!' Hec enim[p] dicebat, ut per effusionem sanguinis coronam martyrii percipere[b] mereretur. Illi autem noluerunt, sed miserunt funem[q] in guttur eius et strangulaverunt[r] eam. Illa autem cum[s] magna fiducia et devotione, expletis 40[t] vitae suae annis et uno[4], migravit ad Dominum; cui[u] est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

*) 2 *add.*: a gentilitatis errore conversa.

**) 2 *add.*: duos, scilicet Gumonem et Tuinnam[5].

***) 2 *add.*: 'Sustinete, fratres, modicum, donec orationem meam finiam'. Expansisque manibus oravit ad Dominum, et completa oratione, dixit[6]:

a) tabernacula 2. b) lacrimans depl. 2 c) altera 2. d) mutat 2. e) orf. et vid. 2. f) Wratisl. pr. XXX a. v. sue de h. 2. g) *deest* 2. h) Wenczeslaus 2. i) et r. *des.* 2. k) s. p. 2. l) m. pr. 2. m) e. h. 2. n) R. ego 2. o) neque — volo *des.* 2. p) *sic* 1. q) c. q. 2. r) Tyten, *post superscr.* tetin 2. s) *deest* 2, *ubi* f. m. pr. se totam ad s. st. roboravit (firm. *deest*). t) ś (sibi) 2. u) f. D. *des.* 2. v) *sic* 1; c. ministris sceleris 2. w) supra memorata Dei famula presc. 2. x) b. fecit et perc. 2. y) c. et s. Domini 2. z) in armis fidei se induit 2. a) persistens an. (ut *deest*) 2. b) *deest* 2. c) op. Deo commendavit 2. d) adveniente 2. e) irruentes d. e. 2. f) dirumperunt 2. g) e. i. et *des.* 2. h) introierunt 2. i) Q. d. Dei famula 2. k) Quibus, *post superscr.* quare 2. l) cum 2. m) vos nutr. 2. n) q. h. *des.* 2. o) contempnentes verba pacifica 2. p) autem 2. q) in gutture e. f. 2. r) eam str. 2. s) in 2. t) XL uno v. s. a. 2. u) cui — Amen *des.* 2.

1) Cf. Cosmas l. l.: *qui accepit uxorem nomine Dragomir de durissima gente Luticensi* etc. 2) Prope Beraun oppidum ad fluvium Mies (Beraunka) olim situm. 3) De hoc et de nece Ludmillae vide Gumpoldi Vit. Vencezlavi c. 9—12, SS. IV, p. 217. 4) Annos 61 vitae ei tribuit legenda Ruthenica; qui probabilior numerus num in codicibus huius Passionis corruptus (*XL* pro *LX* scripto), an in legenda Ruthenica correctus sit, vix diiudicari potest. Quia Pseudochristianus c. 4, l. l. p. 208, Ludmillam die sabbati 15. Sept. necatam esse tradit, plerique scriptores Bohemici, ut Dobner, Palacky, alii, a. 927, Sept. 15. necem eius adscribunt. Sed nimis dubius est hic annus; cf. Dobrowsky, 'Kritische Versuche' II, 'Ludmila und Drahomir' p. 45 sq.; C. Suysken, Acta SS. Sept. V, p. 350. Die sabbati eam interfectam esse, tradit etiam legenda Ruthenica, in cuius titulo vero Sept. 16. ut dies obitus indicatus est, quo die post a. 1245. festivitas Ludmillae celebrata est. 5) Hos nominat etiam Pseudochristianus c. 4, Fontes rer. Bohem. I, p. 207. 209 (ubi *Tunnam*). Et de duobus necis auctoribus etiam legenda Ruthenica refert. 6) Eadem habet Pseudochr. c. 4: *Quibus illa: 'Paulisper', inquit, 'orationi me incumbere sinite!' Quibus hoc concedentibus, expansis oravit ad Dominum manibus.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 2, *l.* 9. *post* erant *adde notam:* Simson, qui in 'Forschungen' XIX, p. 178 sq. de hoc libello disseruit, perperam eum in Nota de unctione Pippini exscriptum esse contendit, epistolam Stephani genuinam esse censet. Notam de unctione Pippini a. 767. conscriptam esse patet. Hilduinus vero Acta s. Dionysii, quorum extrema pars est Revelatio Stephani, post a. 835. composuit. Hanc vero particulam iam ante Hilduinum exstitisse, ab eo integram receptam esse, probari nequit, immo nec contendere licet. Eam multi scriptores medii aevi, ut Regino, Folcwinus Sithiensis (ex cod. 1), auctor Vitae Chrodegangi c. 25. 26, Hist regum Francorum S. Dionysii, Hariulfus Centulensis, Hugo Floriacensis, Cassinensis ille falsarius qui dicitur Anastasius (cf. Jaffe, Reg. pont. ed. 2 nr. 2318), alii exscripserunt. — *P.* 2, *l.* 15. *adde:* Revelationis s. Stephani habemus etiam apographum quod V. Cl. W. Arndt transcripsit ex codice 2a) Petropolitano imperialis bibl. Q. Otd. I, nr. 37, membr. 4º, saec. IX, ex museo Petri Dubrowski, ubi f. 1'—3'. ut in codice 1 separatim exarata est. Cuius lectiones variae plerumque cum cod. 2 conveniunt, reliquae mendosae sunt. Sunt enim hae: *l.* 17. Steph. pape; *l.* 19. Quae *deest; l.* 20. Quinto; *l.* 24. Aistulfo; *l.* 26. venerabile (*corr. ex* venerabili) monasterium; me *deest; l.* 30. candissimo (*sic*), *quod cum* 2 *et hoc codice cum* colobio *coniungendum est. Pone igitur* candidissimo, *in textu et in nota* g) candidissima 1; *l.* 31. interstella (*falso*); *post* Petrus *iterum add.* bonus pastor dixit; *l.* 34. Tua gratia *cum* 2; sanitas ei (*falso*); *l.* 39. preceptum erat *cum* 2; adherant; *p.* 3, *l.* 1. Ded. alt. *des. cum* 1; *l.* 4. DCCmus Lmus IIIItus; Qui Chr. (*falso*); *l.* 6. Karlomagnum; *l.* 7. spiritu (*falso*); *l.* 11. deorum *corr.* de eorum *ut* 1. 2; *l.* 16. et *cum* 2; pontificiū, *post corr.* pontificis (*falso*); *l.* 18. sunt cuncta (*falso*); *l.* 19. venerentur; Hisdem; *l.* 20. monasterium *cum* 2. — *P.* 2, *n.* 3. *dele* Priorem tantum partem.

P. 19, *l.* 28. *adde:* Eadem altera Vita s. Pirminii exstat in codice 1a) Cheltenhamensi nr. 4188, mbr. saec. XII, olim libro S. Martini in Weingarten. Cf. 'N. Archiv' IV, p. 593. — *P.* 22, *n.* 2, *l.* 41. *adde:* Hunc Pirminii libellum nuper edidit Caspari, 'Kirchenhist. Anecdota' p. 151—193, *ex cuius editione p.* 172, *c.* 22. *haud pauca emendanda sunt in loco a nobis ibidem exscripto. Lege col.* 1, *l.* 47: reddire; sortilogos; *l.* 48: divinus, ariolus, magus, maleficus; *l.* 49: aguria; *l.* 50: facire nec credire; *l.* 51: laurus obponire; *l.* 52: effundire; *l.* 53: fonte; *l.* 54: Minerva; Veneris; *l.* 56: attendire; aliut; diabuli; *l.* 57: Karactires, erbas, sucino; *l.* 58: apendire. Tempistarias; *l.* 59: neque *pro* Qui *emendavit Casp., col.* 2, *l* 35: credire; *l.* 36: veiculas *habet codex, pro quo* vitulas (vetulas *Casp. in textu*) *emendandum est; l.* 38: virilis; Kalandis; *l.* 40: ad arboribus; *l.* 41: facire; nulla sanitate; *l.* 44: credire; *l.* 45: christianus; *l.* 47: cantationis, saltationis; facire; *l.* 48: Mimaricias; *l.* 50: filactiria; *l.* 52: inpendire; *l.* 56 (c. 21): nulla; potionis; *l.* 58: Mulier autem qui hoc; quantuscumque parere poterat; *l.* 59: homecidiorum se rea cognuscat esse. *Quasdam varias lectiones orthographicas levis momenti omisimus.* — *P.* 36, *l.* 35, *n.* 2. *post* scriptis eius *adde:* F. Sprotte, 'Die Biographie des Abtes Servatus Lupus von Ferrières (Regensburg 1880), ubi p. 161 sqq. de Vita Wigberti. — *Ad p.* 37. *l.* 8. *adde notam:* Vita Wigberti sine prologo exstat etiam in codice Parisiensi Lat. nr. 9742, saec. XII, olim S. Maximini Treverensis; cf. 'N. Archiv' VI, p. 482. — *P.* 41, *l.* 62, *n.* 1. *adde:* Idem coniecit, quod certius affirmare debuisset, H. Lorenz, 'Die Jahrbücher von Hersfeld' (Leipzig 1885) p. 66. — *P.* 45, *l.* 44 (*ad p.* 44, *n.* 9) *adde:* Guelferbytano Helmst. nr. 475 (509), saec. XII; cf. v. Heinemann, 'Die Handschr. d. herz. Bibl. in Wolfenbüttel' I, 1, p. 367; Monacensi Lat. nr. 12642 (Ranshofensi 42), mbr fol. saec. XIV, f. 177—178'. — *P.* 46, *l.* 45. *post* ut *adde:* Carlsruhano nr. 84, saec. X XI, f. 76—83. — *P.* 58, *l.* 58, *n.* 4. *adde:* Idemque Liutfridus praefectus subscripsit privilegio Pippini regis a. 753, Iun. monasterio Fuldensi dato; Reg. Imp. I, nr. 70. — *P.* 83, *l.* 34. 35. *pro* ex 1 — ullo *lege:* ex cod. 1a descriptus est ideoque nullo. *Quod demum plene perspexi, cum hoc libello iam prelo subiacente varia lectione codicis* 1a *uti possem et tunc codicem* 3 *(Carlsruhanum) huc benivole transmissum iterum accuratius percenserem.* — *P.* 84, *l.* 1. *dele* forte ex 2 derivato. — *P.* 84, *l.* 7. *post* Parisiensis *adde:* Lat. nr. 9744, olim. — *P.* 87, *l.* 57, *n.* 1. *adde:* Monendum quidem est in aliis codicibus Bavaricis saec. X. nonnumquam q pro 'quia' scriptum esse (cf. infra p. 119, l. 26), unde non negari potest idem compendium a moniali in codice autographo pro 'quia' positum esse, sed cum scribae codicum 1. 2 nonnullis locis expressis litteris 'qui' scripserunt, ubi 'quia' poni debuisset, nonnullis etiam locis eorundem codicum q in 'qui' certe dissolvendum sit, non ausus sum multis aliis locis ubi q scriptum, 'quia' vero intelligendum est, hoc in textum recipere. — *P.* 104, *l.* 30. *lege:* Ǒtilonem (*ut p.* 110, *l.* 1) *et dele l.* 51, *n.* d: '*ante* otil. 1'. *Signum enim* otil. *praescriptum vel potius superscriptum est u Anglosaxonicum minus perspicue scriptum, unde codicem* 1 *ex codice autographo manu Anglosaxonica exarato transcriptum esse, coniciendum est.* — *P.* 141, *l.* 59, *n.* 4. *adde:* 'pro virili parte' Lambertus sumpsit ex T. Livii prologo seu ex Ovid. Ex Ponto II, 1, 17, ubi 'pro virili parte', ut Lambertus primo in codice autographo scripserat. *Cum nuper Rockrohr in 'Forschungen' XXV, p. 572 sq. et Manitius, 'N. Archiv' XII, p. 371 sqq. ostenderint Lambertum Livii priores libros (quod enim Manitius ex posterioribus libris affert nihili est) diligenter legisse et sermonem eius imitatum esse, affero alia quaedam dicta Vitae Lulli ex eisdem sumpta: P.* 141, *l.* 14. *cf. Liv. I,* 5: erat ad vim apertam par; *l.* 18 *sq. cf. Liv. prol.:* patiantur aequo animo; *l.* 26. *cf. Liv. I,* 14: iure gentium agerent; *l.* 32. *cf. Liv. I,* 7: confusus atque incertus animi. *Sufficiant iam haec pauca ad unum caput allata, ut ostendatur, Lambertum in Vita Lulli praeter Sallustium etiam Livium, quos p.* 144, *l.* 39. *summos historiographos celebrat, imitatum esse.* — *P.* 148, *l.* 16. *adde notam:* Eiusdem librum de fide, varietate symboli, ipso symbolo et pestibus haeresium nuper edidit Caspari, 'Kirchenhist. Anecd.' p. 251 274. — *P.* 153, *n.* 1, *l.* 38. *et* 40 *sq. dele* Nescio num *et* huius — descriptus sit *et lege:* Eiusdem recensionis est codex Monac. *etc.*, cum omnes varias lectiones codicibus 4. 5 communes habeat, ut nuper codice hoc inspecto intellexi. — *P.* 164, *l.* 40, *n.* 8. *adde:* Diekamp eandem opinionem iterum exposuit et defendit in 'Zeitschr. d. Ver. f. Gesch. u. Alterthumsk. Westfalens' XLI, 1 (1883), p. 148—164, nec vero nobis persuasit. Ubi communem fontem utriusque historiae fundationis paulo post a. 864. compositum esse contendit, quod iure de breviore recensione huius libelli statui posset. — *P.* 198, *n.* 2 *Epitaphium Ardonis hoc loco datum emendatius editum est 'N. Archiv' X, p.* 342. — *P.* 218, *l.* 46. *adde notam* 2) Hoc caput 42. forte postea insertum est; cf. Pückert l. l. p. 155, n. 46. — *P.* 239, *l.* 43. *ad* basilicam *adde notam* 2) Cf. R. Adamy, 'Die Einhard Basilica zu Steinbach im Odenwald'. Darmstadt 1885. — *P.* 243, *n.* 2. *adde:* Cf. Bruder, 'Die heil. Märt. Marc. u. Petrus' (Mainz 1878) p. 142, n. — *P.* 244, *l.* 64, *n.* 2. *adde* prope Umstadt *post* Mosbach. — *P.* 280, *l.* 41, *n.* 1. *lege.* 'Archiv' VIII, p. 513; 'N. Archiv' II, p. 252. — *P.* 294, *l.* 10. *adde:* Excerpta eiusdem libelli dedit Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. CXI sqq. — *P.* 300. *dele notam* 3. *me nescio insertam (cf. p.* 298, *n.* 7). — *P.* 303, *n.* 9. *dele* Toue. MAB. *me nescio adnotatum et pone* Thouet fl., qui in Ligerim defluit. — *P.* 305, *l.* 48, *n* 5. *adde:* Quae verba ex Vita Principii c. 3, Acta SS. Sept. V, p. 331 (*ubi:* 'secundum relationem eorum qui cum eo conversabantur familiariter'), sumpta sunt, ut monet B. Simson in libello 'Pseudoisidor und

die Geschichte der Bischöfe von Le Mans', 'Zeitschr. f. Kirchenrecht' XXI, p 153. — *P.* 310, *l.* 5. *et p.* 317, *l.* 17. *utroque loco* salentio (*i. e.* psalmodia) *scribendum esse censeo, quod scriba non intelligens in* silentio *corrupisse mihi videtur.* — *P.* 335, *l.* 63. *adde notam* 2) Leuchtersbach in provincia Franconia inferiore (circ. Brückenau).

P. 343, *post l.* 32. *adde:* Multo postquam hic libellus typis impressus erat in manus nostras pervenit 3) Codex bibl. regiae Hagae Comitis L 29, mbr. fol. saec XV, olim 'liber sororum S. Katerine Muden', legendarium magnum continens, in quo f. 54—57 (55—58 recentis numerationis) etiam hic Odberti libellus multis omissis vel in angustum coactis breviatus sine auctoris prologo metrico exstat. Huius lectiones plerumque cum cod. 2 conveniunt, quocum et in eo concordat, quod nullas capitum inscriptiones nullamque prorsus capitum divisionem exhibet, ut ex codice huius simillimo transcriptum eum esse appareat. Non vero omnia eiusdem menda habet, sed haud raro lectiones in textum nostrum receptas codicis 1 confirmat. At habet innumera alia menda, praeterquam quod verba autentica saepe librarii arbitrio immutata sunt. Quare eius lectionem variam exhibere inutile duxi, affero vero nonnulla quae ad verba autentica restituenda alicuius momenti sunt, praesertim ea quae cum cod. 1 conveniunt, non vero in textum nostrum recepta sunt: *P.* 345, *l.* 56, *n.* b) Lodewicus 3 *semper.* — *C.* 8, *p.* 347, *l.* 12 de consecratione illius 3, *unde* benedictione (*cf. n.* g) *vera lectio videtur.* — *C.* 16, *p.* 351, *l.* 29: Novimagium 3, *unde* Noviomagium *ex* 1 *recipiendum est* — *P.* 353, *l.* 21. 22. *lege:* vestitus ut cantavit, sacrarium sancti Iohannis euangelistae, in quo et illius steterat sarcophagus, intravit (*in n.* s *et* t *pone:* vest. ut erat intravit sacr. s. I. euang., in quo et i. st. sarcophagum, excl. 2; v. ut cant. sacr. s. euangelii I. euang. intr. 1), *cum* 3 *propius ad* 1 *quam ad* 2 *accedens* (*n.* s. t) *sine mendo illius habeat:* vestibus *(mendose)* ut cantavit, sacrarium sancti Iohannis ewangeliste, in quo et illius erat sepulchrum *(lectio immutata)*, intravit. *Quam nunc restituimus veram esse lectionem, vocibus articulos sententiae terminantibus consonis* cantavit . . . . intravit *etiam probatur, quibus oratio exornata est.* — *P.* 354, *l.* 14. 15. *habet* 3: Dorestad quondam magne que nunc Minc *(corrupte)* vocatur; *l.* 18. *habet* 3: in sua redegerunt; sed post. — *P.* 355, *l.* 54, *n.* f. *adde:* Lutgerus, *postea* Liutgerus 3; *l.* 55, *n.* n) abcess. *etiam* 3. — *P.* 355, *l.* 23. *lege:* Quam ob rem, sceleste[b], nostrum, *ut* 1 *habet, et pone in n.* b) nostrum scel. 3; nostrum celeste 2. — *P.* 356, *l.* 4—8. *Additamentum codicis* 2 *deest* 3. — *Denique notandum est etiam codicem bibl. regiae Hagae Comitis K* 30, *saec. XV. Vitam Friderici continere. Cf. Muller, 'Lijst van Noord-Nederlandsche Kronijken' p.* 7. — *P.* 356, *l.* 23. *adde:* et 5) codicem supradictum Hagae Comitis L 29, saec. XV, f. 28 29, qui cum cod. 3 maxime convenit.

P. 360, *n.* 2. *adde:* Quod vero falsum est, si Humbertus, qui a. 819. in Vita Eigilis c. 17, supra p. 230, occurrit, Wirziburgensis episcopus est, ut Mabillon ibid n. 3. coniecit. — *P.* 362, *l.* 14. *adde:* De prima editione libelli Wandalberti, quam Iohannes Gisen paravit, vide 'N. Archiv' XI, p. 195 sq. — *P.* 406, *l.* 8. *pro* Idem — etiam *lege:* Alius quidam monachus. — *P.* 433, *l.* 2. *adde notam:* Vide de hoc codice Rieger in 'Progr. d. k. k. Franz-Josefs-Gymn. zu Wien'. 1882. — *P.* 440, *l.* 7. *ad* Boviniaco *adde notam:* Bouvigny (arr. Montmédy, cant. Spincourt). — *P.* 445, *l.* 2. *adde:* Vitam Meginrati Bernoni abbati falso attributam ex Mabillonii editione recudi fecit Migne, Patrol. CXL, col. 1176 sqq. — *P.* 453, *l.* 34. *ad vocem* Alii *adde notam:* Velut auctor prologi libro Paschasii Radberti de corpore et sanguine Christi in codice Sangallensi praemissi, quem edidit E. Dümmler, 'N. Archiv' XI, p. 407. *P.* 472, *l.* 43. *post* ut videtur *adde:* 1[b]) Monacensi Lat. nr. 9506 (Oberalt. 6), mbr. fol. saec. XII ex., f. 23 (de quo vide supra p. 134. 152), codicis 1[a] apographo. *Et ibid. post* ex quibus *adde:* scilicet 1[a. b]. — *P.* 473, *l.* 45. *lege.* pridie[d] Idus *et pone in n* d (*l.* 54). II. 1[a].

P. 477, *l.* 32. *adde:* Praeterea codices Duacensis nr. 867, mbr. saec. XI, olim Marchianensis, idem, ut videtur, quo Bollandus usus est, et Tolosanus nr. 477, mbr. saec. XIV, f. 101—118', Adrevaldi et Adelerii librum continent. Cf. 'Catal. des mss. des départ.' VI, p. 624 sq. VII, p. 273. — *P.* 477, *n.* 3. *adde.* De historia translationis s. Benedicti Anal. Bolland. I, p. 79 sqq. edita vide quae disserui 'N. Archiv' XII, p. 131 sqq. — *P.* 480, *l.* 33. Contulimus etiam Translationis s. Benedicti excerpta nostra cum codice 4) Monacensi Lat. nr. 17740, olim SS. Andreae et Magni in Stadtamhof, mbr. saec. XI, f. 89—98', qui plerumque cum codice nostro 2 convenit. Huius variam lectionem supplemus. Caeterum neminem ignorare credimus permultos alios codices hunc libellum continentes exstare. *P.* 480, *l.* 34. 35: *Inscriptio fere cum* 2 *concordat:* Adv. exceptioque c. b. p. B. in a. Flor. feliciter incipit. *Lectiones codicis* 4 *concordant cum iis quas ex aliis codicibus adnotavimus.* *p.* 480, *n.* x. y. b (populans 4). e. h. m. o. (effluentibus 4); *p.* 481, *n.* i. m. o. p. t. z) dicare 4. a. g) supra gregis s. commissi 4. m) div. admon. 4 *cum* 2. n. u) div. sibi 4 *cum* 2. v) *deest* 4. w. z. a) ab aliquantis pro 4; *p.* 482, *n.* k. l) a. ver. patet 4 *cum* 2. m. o. p (circuit. 4). t) thecam 4. v) pręfixerant not. 4. r) tendebat 4. s) distante 4 *cum* 3. z) plebes 4. a c. e) beati 4. f (i. ad m. pr. deportarunt 4). *Lectionum quas 4 solus habet paucas afferimus:* *P.* 481, *l.* 8: Isdem vero rex; *l.* 9. ass. prebuit; *l.* 12. Datis vero pro; *l.* 19. Leodopôdus; *l.* 27. Leodobodus; *l.* 28. iam predictus; *l.* 44. habebat sinus simul; *l.* 47. iter ad It.; *p.* 482, *l.* 11. locorum gratia a se; *l.* 27. adferendum. Mox cum; *l.* 43. Deo ibi serv.

P. 527, *l.* 41. *ad* transgressio *adde notam:* Cf. Isidor. liber numerorum qui in sanctis scripturis occurrunt c. 12, 61: 'Sicut enim per denarium scribitur perfectio beatitudinis, ita per undenarium transgressio legis'. — *P.* 537, *l.* 20. *lege:* stilo mutato et quibusdam de apostolis Anglosaxonicis in Germania fidem christianam praedicantibus praemissis. *Ibid. l.* 50, *n.* 7. *adde:* et Monacensi Lat. nr. 2546 (Aldersbacensi 16), mbr. fol. saec. XII, f. 6'—14. — *P.* 537, *l.* 42, *n.* 6. *adde:* Ut iam recte exposuerunt Pertz, SS. IV, p. 681, n. 27, et hunc secutus van der Aa, 'Adelbold bischop van Utrecht' (Diss. Groningen 1862) p. 97—100. — *P.* 564, *l.* 43, *n.* 3. *pro* qui saec. XI in. scripsit *lege:* qui paulo post a. 1053. scripsit.

O. H.-E

CORRIGENDA.

P. 49, *l.* 17. *lege* pontificis'. *oratione clausa; l.* 52, *n.* x *lege:* elevatis. *(? in punctum mutato).* — *P.* 83, *l.* 29. *lege:* f 59—77'. — *P.* 133, *l.* 41. *lege:* conscribendam. — *P.* 141, *n.* 4. *lege:* saepissime (non modo quater, ut SS. V. p. 144, n. 41. notatum est) legitur apud Lambertum. — *P.* 142, *l.* 32. *lege:* Lullo *pro* Lulto. — *P.* 143, *l.* 2. *lege:* postremo. — *P.* 181, *n.* 1, *l.* 14. *dele, post* Richarii. — *P.* 191, *l.* 52, *n.* 6. *lege:* § 22 *pro* 23. — *P.* 212, *l.* 53. *lege:* excepto hoc (*pro* hoc). — *P.* 295, *l.* 7. *lege:* Reginsindis[a]. — *P.* 322. *pone numerum paginae* 322 *pro falso* 223. — *P.* 333, *l.* 63, *n.* 1. *lege:* Solnhofen. — *P.* 335, *l.* 38: *lege* corepiscopus[3] *et pone l.* 63. *notae numerum* 3. *Cf. quae supra l.* 3. *addidimus.* — *P.* 353, *l.* 58, *n.* 2. *lege:* praef. p. 343, n. 3 (*pro* 2). — *P.* 472, *l.* 40. *post* saec. XI. *adde:* f. 148'—152. — *P.* 473, *l.* 50, *n.* o *lege:* defer. 1. 1[a]; *l.* 51, *n.* q *lege:* sumptus 1. 1[a]; *n.* t *dele* 1; *l.* 52, *n.* y *lege* a *in* crucia *e corr.* 1. 3; *l.* 53, *n.* a *et* b *dele* 1.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM